14304/C/2

Gallery

~~KHS~~.AA7

22101206976

METHODUS
STUDII MEDICI,
II. TOMIS COMPREHENSA.

N°54



HERMANNI BOERHAAVE,

VIRI SUMMI, SUIQUE PRAECEPTORIS

METHODUS STUDII MEDICI,

Emaculata, & Acceſſionibus locupletata

AB

ALBERTO AB HALLER,

Med. & Phil. D. Anat. Chir. Bot. in Georg. Aug. P. P. O. Conſiliario Aul. & Archiatro Reg. & Elect. Præſide Regiæ Societ. Scient. Gotting. Acad. Cæſar. Natur. Curioſ. nec non Regg. Socc. & Acadd. Britann. Boruſs. Svecic. & Upſal. Sodali, Reip. Bern. in Sup. Senatu CCviro.

EDITIO PRIMA VENETA,

Ab innumeris Amſtelodamenſis Anni MDCCLI. erroribus expurgata, in qua Additiones omnes Hallerianæ, quæ ad illius calcem legebantur, ſuis in locis poſitæ ad majorem Studioſorum commoditatem adinveniuntur.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS,

MDCCLIII.

EX TYPOGRAPHIA REMONDINIANA,

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Galler
~~Y115,A97~~
WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

GEORGIO II.

D. G. M. BRITANNIAE, FRANCIAE, ET HIBERNIAE REGI,

S. R. I. ELECTORI,

DUCI BRUNSVICI ET LUNEBURGI.

&c. &c. &c.

NON excidet unquam animo illuſtris dies ultimæ poſteritati venerabilis, qua præſens Numen Tuum Academiæ Tuæ oſtendiſti, REGUM JUSTISSIME. Sedet animo æterna Tuæ benignitatis recordatio, qua motus & in me, adeo exiguam partem GEORGIAE AUGUSTAE TUAE, aliquod pretium, & aliquas

in or-

in ornanda republica partes eſſe ſacra voce teſtatus es ; Recens eſt etiam beneficium, glorioſum mihi, & Reipublicæ literariæ, ut ſperamus, utile, quo novam Societatem, ad incrementum ſcientiarum coeuntem, meæ inprimis fidei tradidiſti. Supererit denique apud nepotes meos Tuæ Munificentiæ illuſtre ſignum, quos nondum natos Nobilium ordini adſcriptos, Tuoque beneficio feliciores eſſe voluiſti, ut adpareret, nullos eſſe honores ad quos bonæ literæ ducere non poſſent, quoties ſapiens Princeps imperaret. Accipe ergo, PATER PATRIAE, hunc devoti & grati animi teſtem, librum non ad thronum natum, non eum, qui ARBITRI EUROPAE oculos poſſit adlicere, ſed talem, qualem præſtare potui, futurum apud poſteros monumentum, inter tot labores quos pro ORBIS FELICITATE & in bellis ſubiiſti, & in pace urges, eorum memoriam divino animo Tuo inſediſſe, qui in promovendo vero eniterentur. Deum O. M. ſupplex oro, ut Majeſtatem Tuam, Domumque Tuam Regiam in perpetuum ſoſpitet.

REGIAE MAJESTATIS TUAE.

In Georgia Auguſta
A. D. 23. Aprilis.

Devinctiſſimus
Albertus ab Haller.

P R AE-

PRAEFATIO.

TAndem expedio me labore, qui Tibi forte, LECTOR ERUDITE, levis videtur, mihi graviſſimus per multos annos incubuit: neque hæc ideopræfari me vides, ut laudem operam meam: nemo me melius ejus vitia novit. Patere unice, ut excuſem me, atque a voluntate mea, & a difficultate rei ipſius, ſpem mitioris judicii exſpectem.

Ante novem annos cum eximio Bibliopola JACOPO a VVETSTEIN egi de edenda emaculata editione ejus codicis, quem cum titulo *Methodi ſtudendi Medicinæ* variis annis varii, & ignoti fere librarii ediderant. Maculoſus erat, indignus BOERHAAVIANO nomine, & dolebat, quiſquis amaverat PRAECEPTOREM, quoties videbat nomen tanti Viri, difformi larva tectum, cenſuris ignarorum & malevolorum exponi.

Facile erat emaculare, paucis locis exceptis, ſed videbatur quadraginta annorum interea elapſum ſpatium plurimos & præcipuos auctores iis addidiſſe,

quos

quos commendabat BOERHAAVIUS. Inter vetuſtiores plurimi æque utiles libri utique pares laudes paremque commendationem merebantur. Induxi igitur in animum, ut opus ſubplerem, eo inprimis fine, ut meliorem ſcriptorum ſelectum darem, qui de aliqua artis medicæ parte bene meruiſſent. Ad eum fere ſcopum prima pars, quæ phyſica ſcripta continet, elaborata eſt, ut paucos inter multos, eoſque utiliores auctores laudet.

Neque multum ab eo ſcribendi inſtituto diſceſſi, quando botanicos auctores recenſui. Cum vero ordo me ad anatomicos, indeque ad practicos libros duceret, multa mihi in hac mea ratione diſplicuerunt. Cui vero non diſpliceat quod diſplicet auctori?

An diſſimulandus ideo ſcriptor, quod eum non legerim, vel quod in mea, non ampliſſima librorum collectione, non inveniatur? An non informis, hiulcus, & male judicioſus catalogus fieret, ſi meos unice, eosque non omnes libros, adlegarem, excluderem vero octuplo plures, quibus deſtituor?

Quam primum conſtitit, in propriis libris mihi non eſſe manendum, alia perinde difficultas ſucceſſit. Etenim ſi libros, quos non legi, tacere non licet, nonne omnes recenſendi ſunt? quænam erit optio mea inter libros perinde mihi ignotos? Poteritne non fieri, ut bonos utileſque libros, mihi ignotos, omittam, in meo, quaſi ex caſu nato ſelectu, & admittam alios, quorum nomina multo minus repeti merentur?

Vides, quo devolvor, LECTOR, omnes nempe libros recenſeri debere? Chartæ hoc pacto aliqua jactura fit, ſed nihil præterea mali ſequetur. Non excluduntur utilia ſcripta, & exiguum malum eſt, ſi

nu-

nudum, & illaudatum nomen alicujus minoris momenti ſcriptoris excuſum fuerit.

Itaque increvit labor meus. Ecce nunc apparatum, quo ad totum opus, ſed inprimis ad partem Anatomicam, ad Pathologicam, Chirurgicam, Practicam & Hiſtoricam uſus ſum. Valde vellem eſſet ejuſmodi, qui Tibi LECTOR perſuaderet, me non temere ad opus hoc exſequendum acceſſiſſe.

Legi ab anno retro 1725. libros omnis generis, ſed tamen, ut medicos ſolos in commentarios referrem, & utiliora rerum momenta in meos uſus decerperem, ſchedulisque committerem, de quibus in ipſo opere dixi *(a)* Quam primum librum abſolvi, ab ipſo anno 1728. judicium meum de eo libro, cum enumeratione inventorum, eorumque, quæ peculiaria haberet, cenſu continuo in mea adverſaria retuli. Ita intra 23. annos natæ ſunt cenſuræ librorum fere 4000. & quod excedit, quorum vix ullus eſt, qui non aliqua ratione ad rem medicam pertineat. Hac tanquam phalange reliquum exercitum ſperavi confirmari poſſe.

Legi præterea diaria tantum non omnia, & in omnibus linguis ſcripta, & præcipua momenta judiciorum decerpſi. Ita non exiguus numerus, auxiliarii quaſi militis, meis copiis acceſſit.

Bibliotheca mea, ut privati hominis, neque vaſtiſſima, eum tamen numerum 4000. voluminum dimidia parte excedit. Eorum librorum, etſi non omnes a capite ad calcem evolvi, aliquam tamen mihi cognitionem eſſe facile adparet.

Inde ILL. VIRI J. SAMUEL de BERGER & GEORGIUS GOTTLOB RICHTERUS, commodatis

(a) Pag. 130. 131.

tis libris librorumque titulis, meam penum editionum & judiciorum inſigniter auxerunt. Bibliotheca etiam Gottingenſis, ad alium equidem finem inprimis collecta, non tamen nihil ornamenti ad opus meum adtulit.

Denique LINDENIANUM opus, aliaque ejus ſimilia, ad ſubſidium adhibui, KÆSTNERI, NICOLAI ANTONII, MONGITORIS (hoc quidem unice ex MANGETO) MELCHIORIS ADAMI, & aliorum qui vitas eruditorum virorum ſcripſerunt, etſi ego quidem non medicorum, ſed librorum, hiſtoriam ſcribere adgreſſus ſum. Catalogos etiam librorum uberiores & magis fidos, PLATNERI, BURCKHARDI, RIVINI, MEIBOMII, SLUSII, THUANI, alioſque conſului, ut opus eo minus hiulcum foret.

His præſidiis inſtructus, quid præſtiterim, coram vides, AMICE LECTOR, quid præſtari potuiſſet, ego plane video, &, quantum ab hoc meum opus differat, æquus agnoſco.

Oportuiſſet, totius operis facies eadem eſſe nunc phyſica, chemica, pharmaceutica & botanica pars multo reliquis pauperior eſt.

Præſtiterat ubique eumdem ordinem ſervaſſe: nunc in Anatome & Phyſica PRÆCEPTOREM ſecutus ſum, in reliquis partibus meliori, ni fallor, conſilio, ad evitandas infinitas repetitiones ordinem temporum unice obſervavi.

Repetitiones tamen & nunc ſatis numeroſæ ſuperſunt. Idem liber ſæpiſſime, vix evitabili vitio, & in Pathologica claſſe & in Practica numeratus eſt.

Parum prolixa ſunt judicia. Potueram fuſiora ſcripſiſſe, fuſiora enim in meis adverſariis ſunt, ſed pe-

perci

perci otio tuo & meo, boniſque chartis. Plures utique cenſuræ librum redderent meliorem. Meæ enim, etſi multæ, in tanto librorum numero, qui mihi videtur ad 30000. adſcendere, fere evaneſcunt, ut inſulæ per vaſtum oceanum rariter diſperſæ.

Librorum, quos ipſe vidi, non ſatis magnus numerus fuit, hinc facile fieri potuit, ut editiones ab aliis teſtibus receptæ vitioſæ ſint. Potuit, quod tamen valde ſtudui evitare, ſed potuit tamen fieri, ut idem liber ſub diverſis titulis repetatur, quoties ego eum non vidi, ſed ex catalogis & monumentis decerpſi. Quare, ut fidem certe meam liberarem, aſteriſco adpoſito eos libros notavi, qui penes me non ſunt, & in quibus facilius errari potuit.

Non omnes libros recenſui, quod magnum ſed inevitabile vitium eſt, etiam minus evitabile in homine, qui nulla ſatis ampla publica bibliotheca medica inſtructus eſſet, neque haberet, quam conſuleret, præter privatas, ſemper adeo minus copioſas, librorum collectiones.

In diſputationibus, quas vocant, ſelectum ſum ſecutus, neque omnes credidi eſſe recenſendas, nimium & ignobilem exercitum, neque nullas, cum non deſint eximiæ multumque utilitatis habituræ.

Denique haud exiguus eſt numerus mendorum quæ typographi incuria irrepſerunt. Id & excuſabile videtur in abſente auctore, & libri ipſius utilitatem nequaquam minuit. Conſignavi inſignem numerum, & ſeorſim deſcripſi. Ita utcunque huic vitio mederi conatus ſum.

Habes, quem Te volui, LECTOR AMICE, librorum adeo medicorum diverſis linguis ſcriptorum catalogum, ad noſtra uſque tempora continuatum, in

practicis & anatomicis paulo ditiorem, in botanicis & phyſicis pauperiorem, pauperrimum in chemicis, quos parum legiſſem, neque curaſſem, ut de reliquis, judicia a prima ætate colligere. Itaque bonis, ſi quæ ſunt, utere, & vitia mitis excuſa, quorum a conditione humana multa vix abeſſe poſſunt, & in mea etiam plura ægre queunt evitari. Dedi Gottingæ die 22. Mart. 1751.

INDEX
CAPITUM.
PROOEMIUM.

De Medicina in genere, de ejus definitione & partibus, & á quibus ſit incipiendum in hujus ſcientiæ diſcendæ methodo.

PARS I. *De* PHYSICA GENERALI.

Caput I. De natura & proprietatibus corporum. Pag. 3

Caput II. De extenſione. 7

Caput III. De impenetrabilitate. 9

Caput IV. De ſoliditate & poroſitate. 13

Caput V. De diverſitate corporum. 16

Caput VI. De dirigendo ſtudio. 17

PARS II. GEOMETRIA *ſive de* FIGURA ET MENSURA CORPORUM.

Caput I. De figura corporum. 18

Caput II. De figurarum menſura. 20

Caput III. De methodo diſcendi Geometriam. 22

Caput IV. De menſura Linearum curvarum. 24

Caput V. De Trigonometria.

PARS III.

Caput I. De motu in genere. 31

Caput II. De menſura motus, ſive Mechanica. 38

PARS IV. PHYSICA SPECIALIS.

Caput I. De phyſicæ definitione & partibus. 51

Caput II. Auctores qui de Phyſica ſcripſerunt. 52

PARS V. CHEMIA.

Caput I. De Chemia in genere. 162

Caput II. Experimentorum Chemicorum auctores. 167

Caput III. Specialium inquiſitionum ſcriptores. 171

Caput IV. Pharmaceutica. Conſilia pharmaceutica. 180

PARS

PARS VI. Botanica. Pag. 193

PARS VII. Consilia Anatomica. 305

Sectio I. De ſolidis partibus. 308
Sectio II. De oſſibus corporis humani. 317
Caput I. De oſteogenia. *ibid.*
Caput II. De oſteographia. 325
Sectio III. De Muſculis Corporis Humani. 352
Caput I. De Myologia. *ibid.*
Caput II. De Myographia. *ibid.*
Caput III. De Myotomia. 369
Sectio IV. De viſceribus corporis humani. 372
Caput I. De Splanchnologia in univerſum. *ibid.*
Caput II. De corde. 373
Caput III. De cerebro. 402
Caput IV. De faucibus. 418
Caput V. De pulmone. 420
Caput VI. De ventriculo & inteſtinis. 432
Caput VII. De ſplene. 442
Caput VIII. De pancreate. 445
Caput IX. De omento. 447
Caput X. De meſenterio. 449
Caput XI. De hepate. 450
Caput XII. De virorum organis genitalibus. 457
Caput XIII. De feminarum organis genitalibus. 463
Caput XIV. De renibus. 499
Sectio V. De Adenographia, ſeu glandularum deſcriptione. 507
Sectio VI. Angiologia ſive vaſorum proprie ſic dictorum deſcriptio. 516
Caput I. De vaſis rubris. *ibid.*
Caput II De Vaſis lymphaticis. 534
Sectio VII. *Caput* I. De oculo. 548
Caput II. De Aure. 563
Caput III. De Lingua. 574

PARS VIII. *De uſu partium, ſive* Theoria Medica. 679

Caput I. Fontes theoriæ. *ibid.*
Caput II. Auctores theoriæ. 680

TO-

INDEX CAPITUM.
TOMUS SECUNDUS.

PARS IX. PATHOLOGIA. Pag. 5

PARS X. SEMEJOTICA. 123

PARS XI. Ὑγιεινὴ ſeu de DIÆTETICA. 143

PARS XII. THERAPEUTICE. 173

PARS XIII. CONSILIA ad CHIRURGIAM. Caput I. 179

Caput II. Prima claſſis Chirurgorum. *ibid.*
Caput III. Secunda claſſis Chirurgorum, qui de ſingulis morbis ſcripſerunt. 226
Caput III. Tertia claſſis Chirurgorum, Obſervatores. 242
Caput IV. Quarta claſſis Chirurgorum, Operatores. *ibid.*
De Diætetica. 296

PARS XIV. De STUDIO PRACTICO, ſeu de CONSILIO FACIENDÆ MEDICINÆ. 297

Medici Syſtematici Græci. 298
Practici Syſtematici Romani. 320
Græco-Galli. 357
Medici qui de Morbis quibuſdam ſingularibus ſcripſerunt. 398
Medici qui obſervationes ſcripſerunt. 409

PARS XV. HISTORIA MEDICINÆ. 461

Auctores qui de Studio Medico dirigendo ſcripſerunt. *ibid.*

IN-

INDEX AUCTORUM A BOERHAAVIO laudatorum.

Prior numerus paginam, poſterior Tomum deſignat.

A.

ACTUARIUS 319. t. 2.
ÆGINETA (Paulus) 211. 314. t. 2.
ÆTIUS AMIDENUS 317. t. 2.
AGRICOLA (Rodolph.) 199. t. 1.
ALDROVANDUS (Ulyſſes) 75. t. 1.
ALEXANDER Trallianus 317. t. 2.
ALPINUS (Proſper) 131. 358. t. 2.
AMONTONS (des) 161. t. 1.
ANAXAGORAS 51. t. 1.
ARCHIMEDES 19. 22. 25. t. 1.
ARETÆUS CAPPADOX 307. t. 2.
ARGENTERIUS (Joh.) 174. t. 2.
ARISTOTELES 5. 14. 52. t. 1.
ASELLIUS (Caſpar) 449. t. 1.
AUGENIUS 69. 161. t. 1.
AURELIANUS (Cælius) 398. t. 2.

B.

BAGLIVIUS (Georg.) 134. t. 2.
BALLONIUS (Guilielm.) 399. t. 2.
BARBATI (Hieron.) 173. t. 1.
BARKHUYSEN (Conradus) 165. t. 1.
BARROWIUS (Iſaacus) 23. 47. t. 1.
BARTHOLINUS (Caſp.) 485. t. 2.
- - - - (Thom.) 423. 541. t. 1.
BAUHINUS (Joh.) 231. t. 1.
- - - - (Caſpar.) 199. t. 1.
BAUSCHIUS (Joh. Laur.) 173. t. 1.
BAZZICALUNE (Aſcanius Maria) 685. t. 1.
BELLINUS (Laur.) 161. 500. 685. t. 1. & 133. 408. t. 2.
BENNET (Chriſtoph.) 407. t. 2.
BERENGARIUS (Jacob) 226. t. 2.
BERNOULLIUS (Joh.) 12. 680. 683. t. 1.
BIDLOUS 371. t. 1.
BILSIUS (Ludov.) 541. t. 1.
BLEGNY (Nicol. de) 411. t. 2.
BOHNIUS 176. t. 1.
BONCLARUS (Uberius Dathirius) 460. t. 1.
BONNETUS (Theophilus) 410. t. 2.
BONTIUS (Jacob) 389. t. 2.
BORELLUS (Joh. Alph.) 47. 369. 680. 684. t. 1.
BOULDUC 181. t. 1.
BOYLEUS (Robertus) 47. 59. 64. 180. 687. t. 1.
BRIGGS 558. t. 1.
BRUNNERUS (Conrad.) 446. t. 1.
BRUYERINUS (Joh.) 151. t. 2.

C.

CÆSALPINUS (Andr.) 83. 207. t. 1.
CAPIVACCIUS (Hieron.) 345. t. 2.
CARDANUS (Hieron.) 160. t. 1. & 150. t. 2.
CARTESIUS (Renatus) 9. 14. 42. 681. t. 1.
CASSERIUS (Julius) 420. t. 1.
CASSINI 69. t. 1.
CASTELLUS (Bened.) 48. 161. t. 1.
- - - - (Petrus) 485. t. 2.
CELSUS (Aurel. Corn.) 180. 308. t. 2.
CLAVIUS (Joh.) 24. t. 1.
CLERC (le) 324. 331. 366. t. 1.
COCKBURNE (Guilielm.) 685. t. 1.
COLE (Guilielm.) 685. t. 1.
COLUMBUS (Realdus) 333. 338. t. 1.
COLUMNA (Fabius) 193. 212. 220. t. 1.
CONRINGIUS (Hermannus) 484. t. 2.
CORNARIUS 161. t. 2.
COWPERUS (Guilielm.) 354. 368. 508. 676. t. 1.
CRUCE (Joh. Andr. a) 193. t. 2.

D.

DALE (Samuel) 195. t. 1. & 173. t. 2.
DALECHAMPIUS (Jacobus) 55. t. 1.
DEDU (Nicolaus) 180. t. 1.
DEMOCRITUS 9. 11. 17. t. 1.
DIOGENES Laertius 17. t. 1.
DIONYSIUS 244. 248. t. 2.
DIOSCORIDES 193. t. 1.
DODARTIUS 181. t. 1.
DODONÆUS (Remb.) 250. t. 1.
DRELINCOURTIUS (Carol.) 323. 442. 481. t. 1.
DURETUS (Ludov.) 128. t. 1.
DUVERNEY (Joſeph.) 311. 323. 566. t. 1. & 228. t. 2.

EPICU-

INDEX AUCTORUM.

E.

EPICURUS 9. 11. 17. t. 1.
EUCLIDES 7. 19. 27. t. 1.
EUSTACHIUS (Barthol.) 499. 563. t. 1.

F.

FABRICIUS ab AQUAPENDENTE (Hieron.) 436. t. 1. & 195. t. 2.
FALLOPIUS (Gabriel) 360. t. 1. & 191. t. 2.
FERNELIUS (Joh.) 6. t. 2.
FEVRE (Nicol. le) 164. t. 1.
FORESTUS (Petrus) 242. 409. t. 2.
FOURNIERUS 23. t. 1.
FRACASSATUS (Carolus) 574. 686. t. 1.

G.

GALENUS (Claudius) 214. t. 1. & 127. 158. 180. 299. t. 2.
GALILÆUS GALILÆI 8. 44. 161. t. 1.
GASSENDUS (Petr.) 17. & ſeq. t. 1.
GEOFROY (D.) 168. 181. t. 1.
GEORGIUS (Matthias) 684. t. 1.
GESNERUS (Conradus) 76. t. 1.
GIRARDET (Petrus) 296. t. 2.
GLISSONIUS (Franciſc.) 432. 450. t. 1.
GRAAF (Regnerus de) 445. 458. t. 1.
GREW (Nehemias) 168. 180. t. 1.

H.

HAMEL (Joh. Bapt. du) 68. 181. t. 1.
HARRIS (Guilielm.) 404. t. 2.
HARVEJUS (Guilielm.) 83. 472. 688. t. 1.
HAVERSIUS (Clopton) 320. 331. 346. t. t.
HELMONTIUS (Joh. Bapt.) 160. 173. t. 1. & 408. t. 2.
HEMSTERHUYS 541. t. 1.
HERMANNUS 206. t. 1.
HERO 48. t. 1.
HEYDEN (Hermann. van der) 408. t. 2.
HILDANUS (Fabricius) 226. 242. t. 2.
HIPPOCRATES 19. 50. 200. 306. 681. t. 1. & 124. 180. 298. t. 2.
HIRE (de la) 69. 161. t. 1.
HOLLANDUS (Iſaacus) 174. t. 1.
HOLLERIUS (Jacobus) 129. 299. 357. t. 2.
HOMBERDIUS 168. t. 1.
HORNIUS (Joh.) 211. t. 2.
HOVIUS 555. t. 1.
HUGENIUS (Chriſtianus) 7. 15. 43. 50. t. 1.

I.

JACOTIUS (Deſiderius) 129. t. 1.
INGRASSIAS (Joh. Philipp.) 339. t. 1.

K.

KEILIUS (Joh.) 41. 680. t. 1.
KERKRINGIUS (Theodor.) 322. t. 1.
KIRCHERUS (Athanas.) 686. t. 1.
KUNKELIUS 167. t. 1.

L.

LAMY (Bern.) 24. 685. t. 1.
LANSBERGIUS 27. t. 1.
LEAL LEALIS 461. t. 1.
LEEUWENHOECKIUS (Anton.) 314. 322. t. 1.
LEIBNIZIUS 11. t. 1.
LEMERY 165. t. 1.
LINDENUS (Joh.) 485. t. 1.
LIPENIUS 485. t. 2.
LISTERUS (Martinus) 404. t. 2.
LOBELIUS (Matthias) 256. t. 1.
LOCKIUS (Joh.) 682. t. 1.
LOWERUS (Richard) 354. 367. t. 1.
LOWTHORP. 66. t. 1.
LUCRETIUS 17. t. 1.
LUDOVICI (Dan.) 184. t. 1.
LUYSINUS (Aloyſius) 408. t. 2.
LYSERUS (Michael) 370. 671. t. 1.

M.

MAITRE JEAN 227. t. 2.
MALPIGHIUS (Marcellus 50. 319. 413. 424. t. 1.
MANGETUS 323. t. 1.
MARCGRAVIUS (Georg.) 195. t. 1. & 383. t. 2.
MARCHETTIS (Dominic. de) 242. t. 2.
MARIOTTE 49. 161. t. 1.
MATTHÆUS 179. t. 1.
MWTTHIOLUS 197. t. 1.
MAURICEAU 408. t. 2.
MEAD (Richard) 160. t. 1.
MELDERUS 23. t. 1.
MERCATUS (Ludov.) 408. t. 2.
MERCURIALIS (Hieron.) 168. t. 2.
MERSENNUS (Marinus) 84. 686. t. 1.
MORGAGNI 460. t. 1.
MORISONUS 83. 193. 207. 235. t. 1.
MORLEY (Chriſtoph.) 165. t. 1.
MORTON (Richard) 404. t. 2.

N.

NAZARUS 67. t. 1.
NERIUS (Anton.) 168. t. 1.
NEWTONUS (Iſaac.) 15. 38. 69. 161. 686. t. 1
NUCKIUS (Anton.) 484. t. 1. & 247. t. 2.

*** OLDEN-

O.

OLDENBURGIUS 66. t. 1.
ORIBASIUS 316. t. 1. & 318. t. 2.

P.

PALFYNUS (Joh.) 331. 687. t. 1. & 242. t. 2.
PARÆUS (Ambroſ.) 205. t. 2.
PAULI (Joh. Henr.) 543. t. 1.
PAULUS ÆGINETA 211. 314. t. 2.
PECHLINUS (Nicol.) 410. t. 2.
PERRAULTIUS 161. 685. t. 1.
PEYERUS (Conrad.) 435. t. 1.
PISO (Carolus 409. t. 2.
- - - - (Guilielm.) 382. t. 2.
- - - - (Nicolaus) 353. t. 2.
PITCARNIUS (Archibaldus) 50. 682. 684. t. 1.
PLATERUS (Felix) 353. 410. t. 2.
PLEMPIUS (Vop. Fort.) 548. t. 1.
PLINIUS (Cajus) 54. 199. t. 1. & 320. t. 2.
PRESTET (Joh.) 23. t. 1.

Q.

QUERCETANUS (Joſeph.) 184. t. 1.

R.

RAJUS (Joh.) 206. 238. t. 1.
RAVIUS 432. t. 1.
RHAZES 322. t. 2.
RHODIUS (Joh.) 485. t. 2.
RHOONHUYZEN (Henr. van) 242. t. 2.
RHYNE (ten) 398. t. 2.
RIDLEIUS (Henr.) 354. t. 1.
RIOLANUS (Joh) 305. 326. 361. t. 1.
ROEMERUS 69. t. 1.
RUDBECKIUS (Olaus) 541. t. 1.
RUYSCHIUS (Freder.) 315. 377. 443. t. 1. & 242. t. 2.

S.

SALA (Angelus) 183. t. 1.
SALMASIUS (Claud.) 55. 199. t. 1.
SANCTORIUS 159. t. 2.
SCHEINERUS (Chriſtoph.) 686. t. 1.
SCHELHAMMERUS (Gunterus Chriſtoph.) 571. t. 1. & 226. 485. t. 2.
SCHENKIUS (Joh.) 410. t. 2.
SCHNEIDERUS (Conr. Victor) 419. t. 1. & 408. t. 2.
SCHOOTEN (Franciſc. van) 28. t. 1.
SCHROEDERUS (Joh.) 183. 248. t. 1.
SCHULTETUS 242. t. 2.
SEBIZIUS (Melchior) 151. 174. t. 2.
SENNERTUS (Dan.) 681. t. 1. & 37. 175. t. 2.
SEVERINUS (Marc. Aurel.) 204. 226. t. 2.
SOLINGEN (Corn. van) 246. t. 2.
SPIGELIUS (Adr.) 371. t. 1.
STARKEY (Georg. 168. t. 1.
STENO (Nicol.) 358. t. 1.
STEVINIUS 47. t. 1.
SWALVE (Bernard) 174. t. 2.
SWAMMERDAMMIUS 315. 468. t. 1.
SYDENHAM (Thom.) 296. 406. t. 2.
SYLVIUS (Jacob.) 176. 362. t. 1.
- - - - (Franciſc. de le Boe) 175. t. 2.

T.

TACHENIUS (Otto) 169. 173. 176. t. 1.
TAQUET (Andr.) 22. 28. 30. t. 1.
THEBESIUS (A. C.) 377. t. 1.
THEOPHRASTUS 201 207. t. 1.
TOLETUS 248. t. 2.
TORRICELLIUS 48. 161. t. 1.
TOURNEFORTIUS 180. 204. 255. t. 1.
TULPIUS (Nicol.) 410. t. 2.

V.

VALLESIUS (Franciſc.) 299. t. 2.
VALSALVA (Anton. Maria) 419. 568. t. 1.
VELTHUYSEN 443. t. t.
VERHEYEN (Philipp.) 176. 643. t. 1.
VERULAMIUS (Baco) 56. 682. t. 1. & 163. t. 2.
VESALIUS (Andr.) 305. 336. 359. 673. t. 1.
VIDUS VIDIUS 206. t. 2.
VIEUSSENS (Raymund.) 173. 375. 405. t. 1.
VIGO (Joh. a) 206. t. 2.
VILLA NOVA (Arnold. de) 296. t. 2.
VIRSUNGIUS (Jacob.) 445. t. 1.
ULACQ (Adrian.) 28. t. 1.

W.

WALLÆUS 175. t. 2.
WALLISIUS (Joh.) 41. 43. 65. t. 1.
WALTHERUS (Joh. Georg.) 484. t. 2.
WHARTON (Thom.) 446. 507. t. 1.
WIEL (Stalpart van der) 242. t. 2.
WILLISIUS (Thomas) 175. 402. 436. t. 1.
WREEN (Chriſtoph.) 43. 404. t. 1.

Z.

ZWELFERUS (Joh.) 173. 183. t. 1.

PROOE-

PROOEMIUM.

SCOPUS noſter in præſentia eſt exponere, quænam ſit cognita hodie conditio medicinæ, & ſimul tradere ejus ſtatum perfectiſſimum, quatenus ex his conjunctis, quæ nobis præſto ſunt, acquiri poteſt.

Itaque tria exponenda & tractanda propono:

1. Quænam ea ſint, quæ per induſtriam hominum omnium ſeculorum hodie inventa habentur. Ea proponam abſque ullo errore, ita ut de iis nihil dubitari poſſit, nec alia, niſi quæ vera & bona ſunt, in uſum recipiam; id vero ſeponam omne, quidquid obnoxium & inutile huic arti eſſe poteſt.

2. Tum in ſingulis medicinæ partibus indicabo eos auctores, qui in ſingulis partibus exornandis principes fuerunt: non eos, qui alios exſcripſerunt, eoſque emaculando ſæpe emanciparunt, ſed eos, qui ſua induſtria ſingulis partibus, & omnibus, neceſſaria ad medicinam invenerunt ornamenta.

3. Dabo conſilium breve, quomodo hi auctores legendi ſunt.

Et hiſce tribus partibus abſolvetur hicce propoſitus labor.

Jam vero, ut rem ſummi momenti in medicina feliciter auſpicer, non multum morabor de medicinæ definitione ipſa, aliis rebus intentus.

Rem ſuſcipio maximi momenti, qui enim honorem medico ambit debi-

debitum, eamque ſcientiam ſibi propriam facere cupit, qui adeo ſapientia, quæ hujus honoris cauſa eſt, carere non poteſt, ad hanc ſcientiam acquirendam, ſcire debet, quo tempore, & quibus adminiculis illa exorta ſit. Neque poterit ſcientiam ſibi acquirere, niſi ſciat uti laboribus eorum, qui ante eum ſcripſerunt. Tiro vero, quinam inter tam multos auctores eligendi ſunt, ſcire nequit, ut errores & ambages evitet, brevique ſuum ſcopum adtingat. Quam plurimi enim de re medica ſcripſerunt, iique non pauciores mali, quam boni, ut manifeſtum ſit, æque lectiones auctorum obeſſe, quam prodeſſe poſſe.

Qui enim animo omni doctrina vacuo ſe adplicans medicinæ, peſſima calamitate incideret in auctores, qui & minus neceſſaria, & futilia propoſuerunt, is id demum lucrabitur, ut cum tempore videat, ſe nihil didiciſſe, niſi ea dogmata, ex quibus nihil ad ſuum finem obtinendum haurire queat.

Hinc in medicina nihil utilius video, quam ſcire, quonam ordine incipiendum, unde incipiendum, quomodo pergendum, quibus auctoribus utendum ſit, ad medicam ſcientiam adquirendam.

Qui vero eam vult diſcere ſcientiam, debet bonam ſequi methodum, bonos legere auctores, nihil admittere, quod non faciat ad medicam ſcientiam, & nihil omittere, quod neceſſarium ſit ut ea acquiratur.

DE METHODO STUDII MEDICI PROLEGOMENA.

De Medicina in genere, de ejus definitione & partibus, & a quibus ſit incipiendum in hujus ſcientiæ diſcendæ methodo, &c.

MEDICINA eſt *ſcientia docens humani corporis vitam integram & ſanitatem conſervare & reſtituere.*

Medica enim ſcientia docet octo diverſas partes, ſive implet octo ſcopos, quibus obtinendis inſiſtit humana mens, ut ſcientiam poſſideat medicam. Debet ergo ſcientia medica intellectui explicare:

1. Quid ſit corpus.
2. Quid ſit corpus humanum.
3. Corporis humani vitam integram.
4. Vitam mutilam.
5. Sanitatem integram.
6. Sanitatis detrimentum.
7. Quænam ſint auxilia conſervandæ & reparandæ vitæ & ſanitati propria, ab ingenio humano hactenus inventa.
8. Quænam ſit methodus utendi his auxiliis ad reficiendam vitam, & ſanitatem conciliandam, ut ea omnia opportuno tempore, certa doſi, præſcripto modo, *&c.* adhibeantur.

Hæc ſequuntur ex definitione, debet enim medicina explicare, quid ſit corpus, & quid corpus humanum ſit; ergo debet primo corporis in genere cognitionem dare, & deinde de corpore humano in ſpecie docere. Quando enim

medicus machinæ noſtræ conſtitutionem explicandam ſuſcepit, tenetur deſcribere ea omnia, quæ in hac machina poſſunt reperiri. Sed plurima in eo corpore ſunt cum omnibus aliis corporibus communia, nonnulla vero humano corpori propria. Sequitur ut ea, quæ corpori humano propria ſunt, equidem explicanda ſint; non ideo vero ea negligenda, quæ communia ſunt omnibus. Corpus enim humanum ob illas quidem partes proprias leges ſequitur, ob iſtas vero obnoxium eſt omnibus legibus corporum communibus.

Debet igitur medicina generalem corporum ideam explicare. Ea quidem extra medicinam eſt; ad medicinam enim ea tantum proprie faciunt, quæ pertinent ad corpus humanum: ea vero quæ communia ſunt omnibus, ut grave eſſe, mobile eſſe, impenetrabile eſſe, extenſum eſſe, *&c.* ea ad phyſicam pertinent. Verum nihilo minus hæc medico perſpecta eſſe debent, ſiquidem totum corpus humanum integramque ejus naturam intelligere tenetur. Non ergo ab anatome debet incipere medicina, quod conſilium plurimi dederunt. Eam enim rationem ſecuti nunquam perfecti medici fient, qui tanto hiatu relicto, ſuum ſtudium incipiant, & ſpecialia exponenda ſibi ſumant, generalibus corporum adfectionibus ignoratis. Medicus igitur corporis primo in genere, deinde corporis humani claram cognitionem poſſidere debet; id ipſa definitio indicat, neque verus medicus erit, qui totam medicinam non poſſidet; ſed ille totam medicinam non poſſidet, qui definitionem non implet, nec ille definitionem implet, qui prius non conſiderat, quid corpus ſit.

Cum autem humanum corpus plurima habeat communia cum aliis corporibus, illas communes qualitates corporis in genere noſſe prius oportet; nam ab iis, quæ corpus humanum habet communia cum omnibus corporibus, æque morbi oboriri poſſunt, ac ab iis, quæ huic corpori propria ſunt.

Pro exemplo, ſi humanum corpus ex alto demittitur, ſine fulcro, cadet certe & contuſionem aut fractionem patietur. An nunc ex idea humani corporis, ſimpliciter ſpectati, hujus rei cauſa pateſcit? minime; ſed ex idea gravitatis hoc concipietur (ex mechanicis): atqui ea gravitas omnibus corporibus communis eſt; videmus adeo cauſam morbi poſſe ex illa communi proprietate oboriri. Rurſus, quod corpus ſanum ſtabile ſit, pendet unice ab ejus gravitate, nam ſi una pars levior eſſet aliis, ut preſſione adjacentium dimoveretur, inde totius læſio fieret; & in liquidis (*a*), ſi aliqua eſſet levior particula reliquis, illa ex corde cum reliquis non eodem robore expelleretur, & in pulmonibus reſtitans læderet reſpirationem. Quare patet neceſſitas, ut omnes partes corporis ad eamdem ſoliditatem & gravitatem reducantur.

Hinc itaque, ut jam dictum eſt, medicus noſcere debet (ut accuratus ſit medicus) corpora quæcumque, & eorum attributa, quæ cum aliis corporibus noſtro communia ſunt.

ME-

(*a*) Hoc exemplum non nimis urgere oportet. Leviora enim utique in corpore dantur aliqua, graviora alia. Adeps levior oſſe eſt, ſanguine urina levior eſt, perſpiratio urina, aer fixus utroque, & iſto levior materia caloris, electricitatis. An voluit PRÆCEPTOR, nullam partem in corpore eſſe, a qua gravitas integre abſit? cum cauſa gravitatis & cauſa cohæſionis partium eadem eſſe videatur, ſtabilitas vero a cohæſione partium pendeat.

METHODI STUDII MEDICI

PARS I.

DE PHYSICA GENERALI.

CAPUT I.

De natura & proprietatibus corporum.

ILLA generalia, & omnibus corporibus communia, infinita fere ſunt diverſitate ſua, ſed revocari poſſunt ad tria digeſta & ordinata capita.

Ex omnibus corporibus, & ex iis, quæ ipſis ſunt communia, oritur idea corporis, hæcque tunc percepta vocatur *natura corporea*.

I. Explicandum, quænam ſit res in intellectu hominis, qui intelligit corpus in genere, & hæc eſt idea, quæ vocatur *natura* ſeu φύσις.

II. Delineanda idea (& ſpecies & res cogitata) quæ eſt in intellectu, dum mens percipit quamcumque mutationem corporum, & vocatur hæc idea *motus*.

III. Docendæ & delineandæ generales leges, juxta quas corpus mutationes ſuas recipit & efficit.

Ergo breviter videndum eſt, 1. quænam hæc tria ſint capita; 2. quo modo cognoſcantur; 3. quinam optime de his ſcripſerint; 4. quonam pacto hi ſcriptores a medico tirone legendi ſint.

Inquirendum hic eſt, quomodo formetur conceptus generalis corporis.

Conceptus & idea generalis cujuſque corporis formatur ab intellectu humano, quando conſiderat omnia, quæ de corpore aliquo peculiari cognoſcit, atque deinde advertit inter illa omnia, quæ de eo corpore perſpecta habentur, nonnulla eſſe communia, hoc eſt, quæ in omni corpore obtinent, alia vero eſſe ſingularia, hoc eſt, quæ in nonnullis quidem corporibus obtinent, & abeſſe non poſſunt, in aliis vero abſunt, & abeſſe poſſunt, remanente tamen natura corporea.

Si tunc illa, quæ communia deprehendit, in iis corporibus, ſeorſim colligit (ea nempe quæ in omni corpore reperiuntur, & a nullo abſunt, abfuerunt, aut abeſſe poſſunt) & ea in unum conceptum redigit, ut una inde exoriatur quaſi idea, tunc formavit conceptum generalem corporis.

Quæritur ergo, quomodo mens humana formet ideam generalem omnibus corporibus communem? Intellectus humanus varia intelligit de corpore, exten-

ſum eſſe ſcilicet, impenetrabile eſſe, ſpatium occupare, grave eſſe, mobile eſſe, mutabile, figuratum, diviſibile, coloratum, magnum, parvum, frigidum, calidum, *&c.* Quando nunc intellectus humanus perſpecta hæc omnia ſimul præ ſe poſita conſiderat, & videt nonnulla communia, quæ ſemper adſunt, ut extenſum eſſe, mobile, impenetrabile eſſe, *&c.* tunc ſingularia etiam videt, quæ aliquando abſunt, ut frigus, calor, figura, præparatur mens ad ſeparanda ea, quæ corporis eſſentiam conſtituunt. Videt enim nonnulla, quæ aliquando adſunt, & aliquando abſunt, alia vero quæ ſemper adſunt, & quando iſta retinet, ut menſurabilitatem, extenſionem, gravitatem, mobilitatem, impenetrabilitatem, ex iis perpetuis proprietatibus format ideam, quæ vocatur conceptus corporis. Quando nempe mens excludit ſingularia, & generalia communia ſola colligit, & inde ideam format, tunc habet ideam claram de corpore. Quomodo vero ea idea acquiri poſſit, & quænam ex ea ſequantur, in ſequentibus exponendum eſt.

Examinare debet itaque philoſophus & medicus 1. omnia, quæ de corpore cognoſcuntur, & a mathematicis & a phyſicis propoſita ſunt. 2. Advertet nonnulla eſſe inter ea, quæ in omnibus quibuſcumque corporibus obtinent, alia vero dari, quæ non in omnibus corporibus reperiuntur, ſed tantum in quibuſdam contingunt, ita ut nihilo minus vera corpora ſint, in quibus hæc non inveniuntur: hæc vocantur ſingularia, & ea rejicere debet medicus, ut illa tantum retineat communia, quæ ubique inveniuntur, & nunquam ab ullo corpore abſunt. Si enim generalem conceptum, & ideam corporum dare vult, debet tantum ea, quæ in genere in omni corpore, quodcumque etiam fuerit, inveniuntur, conſiderare & conſideranda præbere.

Ubi jam pergit, tunc ea communia, quæ in omnibus obtinent corporibus, ſola ſibi ſumit, & ex iis omnibus conjunctis ſimul ſibi format hanc ideam generalem corporum conceptum dictam; ita in corporibus inveniet ſupra dictas quatuor notiones, quæ ſemper in intellectum ingrediuntur, quoties idea corporis repræſentatur. Idea iſta, hoc modo nata, dicitur perceptio corporis; nam hæ quatuor rationes ita corporibus adhærent, ut ſi una tollatur, pereat idea corporis.

Nunc ad quatuor has notas ſingulatim pergimus.

1. *Extenſio* eſt *omne illud, cujus partes ſunt extra alias poſitæ.* Nulla alia idea tradi, nec concipi poteſt; eſt ergo extenſum omne illud, cujus pars cum aliis partibus unum totum conſtituens ſemper extra aliam exiſtit. Si tollis de corpore extenſionem omnem, nullum omnino conceptum de eo corpore formare poteris, nam pereunt ſtatim omnia reliqua. Concipe lapidem, eumque figuræ quadratæ, occupat ergo tale ſpatium quadratum, præterea eum lapidem concipio mobilem. Pone nunc extenſionem tolli, an non ſtatim perit quadratum, an non etiam tunc pereunt omnia, quæ de eo lapide concipi poſsunt, perit enim ſimul mobilitas; quia, ſi nihil concipio extenſum, non poſsum concipere motum, hoc eſt translationem de loco in locum, mutare enim locum non poteſt, quod nullum occupavit, neque locum replere niſi quod extenſum eſt. Ergo in omni corporis idea requiritur conceptus accuratiſſimus extenſionis.

2. *Impenetrabile* vocatur, *quod ſpatium quoddam replens excludit ex illo omne in-*

greſſu-

greſſurum illud ſpatium, dum ipſum præſens hoc ſpatium occupat. Impenetrabilitas æque neceſſario ideam corporis ingreditur, nam, quando corpus perfecte ſolidum concipio in ſpatio quadrato poſitum, & ſimul concipio aliud corpus in idem ſpatium ingredi, non duo amplius corpora, ſed unum nunc concipio, & aliam ideam ſibi formare intellectus negat.

3. *Figurabilitas* eſt *delineatio limitum*. Sed nullum corpus eſt abſque limitibus, nam pro varia poſitione linearum terminos corporis conſtituentium varia ſemper erit figura, ita ut nullum corpus abſque figurabilitate ſit aut concipi poſſit, niſi infinitum corpus admiſeris.

4. *Mobilitas* deprehenditur in omni quocumque corpore; nam ſi ſumatur v. gr. ſphæra, etiamſi concipiatur de ea, extenſam eſſe, impenetrabilem, figuratam, inde non ſequitur ex ea ſcilicet idea, hanc ſphæram ſemper ita neceſſario manere in eodem ſpatio, poterit enim ſphæra eſſe, & alibi perinde concipi; nam licet aliquo certo loco nunc poſita ſit, de ea tamen omnia concipio, quæ concipiebam, quando priori erat loco. Ergo corpus poteſt hic vel alibi, & in omni loco eſſe, & tamen corpus eſſe: nam idea, quam habeo de corpore, non figit conceptum in uno ſpatio, ſed in omni ſpatio poſſum ideam habere corporis. Ergo in omni corpore adeſt mobilitas, hoc eſt quod in id corpus motus admitti poſſit.

Motus ipſe non eſt tantum ſucceſſiva exiſtentia in hac vel illa ſpatii parte, hoc eſt, quando concipio corpus motum, non tantum concipio illud exiſtere, & ibi, & ibi, & ibi, nam mobilitas eſt potentia exiſtens (*a*). Hinc patet corpus non poſſe concipi abſque hiſce quatuor attributis, quorum uno demto, deſtituitur idea corporis.

Ergo quando definitur corpus, non ſequendi ſunt CARTESIANI, quid definiunt corpus, quod extenſum ſit in longum, latum & profundum; ita enim idea corporis non exhauritur. CARTESIANI contra EPICUREOS & DEMOCRITEOS inſurgentes, illud ex triplici dimenſione tantum voluerunt definire, ſed certe, ſi adtendunt animum, invenient, hanc ideam etiam ſpatio convenire (*b*). Quare, ſi ea definitio reciperetur, poſſem in toto ſpatio univerſi pro lubitu mihi partem extenſionis ſumere, eaque ſemper reſponderet definitioni corporis, & ſic omnia in univerſa rerum natura eſſent eadem, & in nulla re diverſitas aliqua ſupereſſet.

Corpus eſt proprie *res extenſa, impenetrabilis, figurata & mobilis*. Objici poteſt, hanc definitionem non eſſe factam juxta leges ARISTOTELIS, qui docet definitionem conſtituere genus & differentiam ſpecificam, neque hoc vitium diffiteor. Verum nemo mortalium unquam ſcivit, quid corpus in ſe ipſo ſit, errant certe, qui hoc putant, ſed proprietates quaſdam corporum tantum novimus, aut ratiocinio aſſequimur. Quando nunc inter eas aliquas qualitates videmus, quæ omni corpori abſolute conveniunt, & ſemper adſunt quamdiu corpus dicitur corpus, eas in definitione corporis in univerſum conſiderati admittimus. Si objicies, definitioem perfectam non eſſe, nihil habebo quod dicam, niſi me quidem ultra non poſſe progredi.

Nunc videndum eſt, quid ſint hæc quatuor attributa, quæ in omni corpore ſem-

(*a*) Motus nempe eſt efficacia aliqua activa, non ſimplex effectus cauſæ transferentis corpus de loco in locum.

(*b*) *De certo in phyſicis*, p. 11. &c. 's *GRAVESANDE Phyſ. Elem. Mathem.* n. 14. edit. 1742. *LEIBNITZ Journ. des Sav.* 1691. n. 22.

ſemper inveniuntur; hæcque brevi tempore conabimur ita explicare, uti per optimos mathematicos definita ſunt.

Si ergo concipio hæc quatuor attributa in quocumque ente, omnia concipio, quæ de omni corpore in genere concipi poſſunt, adeoque, cum corpus ſit primum medici objectum, neceſſario etiam iſta inquirenda habemus. Nam, dum concipio extenſionem, concipio etiam diviſibilitatem, concipio etiam augmentum poſſe fieri in infinitum; & ſic porro. Quando impenetrabilitatem concipio, concipio omnes leges percuſſionis, nam ex incurſu & reſiſtentia, omnis percuſſio oritur. & ſic etiam concipio mutabilitatem figuræ, & in eo corpore varios gradus motus poſſe oriri & excitari.

Ea ergo, quibus præſentibus omne concipitur de corpore quod ipſi proprium ineſt, & quo ablato nihil de corpore concipitur, ea voco *proprietates primarias* corporis, aut etiam *naturam corporis*.

Ex his nempe quatuor proprietatibus id, quod fundamentum eſt ceterorum, adeoque quod primum in conceptu, vocatur natura corporea, & natura corporis, partiales vero notæ, quæ in illo conceptu immediate continentur, vocantur proprietates corporeæ.

Nunc ex mobilitate ſola, figurabilitate ſola, & impenetrabilitate ſola, non poteſt oriri idea corporis primaria, quæ in mentem venit, ſi unica ex his proprietatibus ſeorſim ſpectetur. Mobilitas enim v. g. præſupponit aliud, & ſic de ceteris. An vero ab extenſione ſola hanc ideam obtinebo? certe non video, quomodo ex idea extenſionis ſolius concipiam corpus, nam extenſum eſt tantum, quod menſurari poteſt, & nihil aliud, nam menſurabilitas eſt tantum aptitudo ad locandum corpus, dat ergo tantum conceptum ſpatii. Celeberrimus HUGENIUS (*a*), in prioribus operibus CARTESII ſententiam tuitus eſt, ipſe tamen in egregio illo tractatu paulo ante mortem ejus edito, dicit „ concipio nunc, contra quam olim „ feci, illam definitionem corporis non veram eſſe, quæ ſola extenſione abſolvi- „ tur, eamque video unice deſcribere ſpatium: nunc enim perſuadeor, omnia „ non poſſe eſſe repleta, ſed abſolute requiri & dari vacuum, abſque quo mo- „ tum omnium corporum concipere non poſſumus. " Quænam ergo idea corporis erit ſtabilienda? nempe eſt ſubſtantia extenſa & impenetrabilis.

Concipiamus enim hæc duo, nempe extenſionem, (extenſio etiam eſt, cujus partes conſtituentes totum extra ſe mutuo poſitæ ſunt), & impenetrabilitatem (hoc eſt reſiſtentiam, contra illud, quod intrare tentat in ſpatium a corpore repletum) tunc omnem figuram, magnitudinem, mutabilitatem, *&c.* concipiemus, hinc utique per extenſionem & impenetrabilitatem poterit concipi natura corporis; omnia enim reliqua ex hac idea ſequentia vocantur proprietates corporum ſeu attributa.

Illæ vero proprietates, quæ ſeparabiles ſunt a corporis idea, dicuntur accidentia.

Qui corpus rite cognoſcere debet, huic omnia iſta perſcrutanda ſunt.

Pro exemplo, pono me habere ſphæram, illamque eſſe diametri duorum pedum, & eſſe perfecte ſolidam. Ad naturam ejus concipiendam non requiritur ut ex auro aut argento ſit. Id autem utique ſequitur, cum ſolidam poſuerim, ut nihil in idem ſpatium, quod hæc ſphæra occupat, alterius corporis admittatur, quia materies impenetrabilis eſt, & hiſce duabus notis perfecta hujus ſphæræ natura con-

(*a*) Conf. *MUSCHENBROEK Elem. Phyſ.* n. 16.

concipitur, & ſi in æternum de ſphæra cogitaverim, ſemper eoſdem conceptus iterabo. Hæc adeo ex duabus notionibus compoſita eſt natura corporis. Ex ea natura & definitione reliqua ſequuntur. Pone ſphæram occupare ſpatium duorum pedum, concipitur facile ſphæram eam diviſibilem eſſe in duo hemiſphæria, quorum ſingulum ſit unius pedis diametro, hoc enim neceſſario ſequitur ex prima idea, & dicitur *attributum*. Porro moveri poterit hæc ſphæra, verum hoc non pendet ex natura ſphæræ, ſed ex aliis cauſis ad ſphæram non pertinentibus, & ex ejus idea concepta non pendentibus, productum, hoc adeo *accidens* ſphæræ vocabitur.

Medicus, cujus eſt corpora cognoſcere, debet naturam, proprietates, accidentia corporum intelligere.

Jam vero accedendum ad harum expoſitionem.

Erit ergo vera corporis in genere definitio, extenſio, impenetrabilitas. Proprietates vero corporis individuæ ſunt figurabilitas, mobilitas.

Hæc ſatis clara eſſe arbitror. Incipiam nunc breviter agere de extenſione, ut tantum ſufficiat ad dirigendum ſtudium medicum.

CAPUT II.

De Extenſione.

Extenſio eſt *poſitio partium totum conſtituentium extra alias*, atque menſuratur ab uno puncto per tres perpendiculares lineas in illud punctum concurrentes, & in eodem puncto ſe mutuo ſecantes.

Idea hæc paulo explananda erit ex mathematicis. Demonſtrat EUCLIDES (*a*), ſi ſumitur ad arbitrium punctum in plano aliquo, impoſſibile eſſe plus quam duas lineas perpendiculares ad ſe invicem per hoc punctum ducere. Sit punctum A in plano aliquo, per hoc ponam lineam ductam (Tab.I. fig.1.) quamcumque, ut BC, ait EUCLIDES, ad eam lineam per punctum A in eodem plano tantum poteſt duci una perpendicularis linea, ſit ea DE, eritque DE perpendicularis ad lineam BC, ſi ejus inclinatio non major fuerit verſus AB, quam verſus AC, ad neutram nempe partem lineæ BC magis, quam ad alteram inclinata eſt. Negat adeo EUCLIDES præter hanc DE aliam perpendicularem eſſe poſſe ad BC quæ per A tranſeat: nam DE ex definitione facit ab utraque parte duos angulos rectos, nulla autem alia linea faciet, ergo tantum una perpendicularis ad illam lineam duci poteſt. Si dicis, alia poteſt duci linea, quæ in A ſecet lineam BC, & utrimque æquales cum ipſa angulos faciat, ſit ergo ea linea AF, ponamus ergo angulum FAB eſse æque rectum & æque magnum ac angulus DAB, ita certe pars erit æqualis toti, quod impoſſibile eſt. Ergo ſi ex puncto A lineæ BC ſit una perpendicularis erecta, impoſſibile eſt aliam ex eodem puncto, pariter ad eamdem lineam perpendicularem erigere.

Hinc nunc conficio, omne planum unice menſurabile eſse in longum & latum, nam quia ex uno puncto per idem planum, duæ tantum perpendiculares admittuntur, planum ipſum unice per duas lineas perpendiculares menſurari poteſt, uti v. g. planum CBDE (Tab. I. fig.2.) menſuratur ex C, ducendo lineam verſus B, &

(*a*) *EUCLIDES*. Prop. XIII. L. XI.

denuo ex C verſus D; hinc plani menſura duplex eſt, nempe in longum & latum.

Verum ſi ponatur, punctum hoc A. (fig. 1.) non amplius in ſuperficie, ſed in ſpatio ſolido, jam non tantum duæ perpendiculares per hoc punctum A, ſed tres quidem, at non plures etiam duci poterunt. Ponamus illud punctum in digito hominis hærere, jam potero ducere per illud punctum quamdam lineam juxta longitudinem digiti, & aliam lineam præcedenti perpendicularem a dorſali parte digiti ad volarem, & tertiam a dextro termino latitudinis digiti ad ſiniſtrum, quartam autem lineam ad priores perpendicularem ducere non poſſum, quod mathematici facile demonſtrant. Uti ergo planum tantum verſus duas partes poterat menſurari, ita corpus ſolidum per tres lineas menſuratur, nam verſus tria loca diverſa ſe extendit. Ergo omnis extenſio corporea eſt tantum menſurabilitas, ut ait GALILÆUS, in triplicem dimenſionem, ſcilicet in altitudinem, longitudinem & latitudinem: itaque omne, quod concipere poſſum, corporeum, tantum triplicem dimenſionem habet.

Mathematici etiam ita definierunt corpus, quia omnis menſura plani eſt tantum in quadrato, ſi v. g. planum hujus urbis dicitur valere millionem pedum, per ſingulum pedem intelligo idem quadratum; ſed tot pedes ac intelligo, tot intelligo quadrata: ſi menſuratur per cubum, jam corpus habeo.

Cubus vocatur corpus (Tab. I. fig. 3.), quod finitur ſex ſuperficiebus, quarum una ſuperior, altera inferior & quatuor laterales, erunt quadratæ omnes. *Quadratum* vero eſt figura (Tab. I. fig. 2.) quatuor lateribus conſtans, cujus quatuor latera omnia inter ſe æqualia ſunt, & cujus omnes anguli ſunt recti & æquales.

Hinc cubi ſuperficies & limites ſunt ſex quadrata, quorum ſingula ſunt termini trium linearum perpendicularium in unum punctum concurrentium, & per cubum hunc menſuratur omne corpus.

Ex natura nunc extenſionis ſequitur diviſibilitas corporis.


Etenim per priora extenſio eſt poſitio partium totum conſtituentium extra ſe mutuo, ergo pars una ponitur extra aliam, ergo adſumitur in definitione, eſse unamquamque partem ab altera ſeparatam & diviſam.

Patet etiam, hanc diviſibilitatem fieri poſse (*a*) in infinitum, quia ſemper concipitur aliquid diviſibile, quotieſcumque concipitur aliquid extenſum; nam quamdiu lineam concipio, tamdiu concipio extenſionem, & ſic omnis linea conſtat ex lineis, non proprie ex punctis, ſed ex aliis lineis, & plana conſtant ex planis, non ex lineis. Utcumque enim planum dividam, ſemper minus planum fiet, non linea. Si vero dixeris, ultimum planum fieri in lineam, tunc ſequeretur, ut duæ lineæ ſpatium interciperent, quod impoſſibile eſt. Ex his igitur conſtat; cubum v. g. diviſum, ſemper facere cubum minorem, & ſic in infinitum, nec in nihilum redigi poſse ultimum illud quidquid ſit extenſum; nam ſi dividendo corpus in nihil poſses dividere, tunc ſi iterum has partes, quas vis eſse nihil, componeres, & in infinitum multiplicares, facerent hæ nihili partes corpus verum, quod repugnat. Si vero partes cubi diviſas corporeas adhuc eſse dederis, tunc certe extenſæ erunt, & ſi extenſio manet, non poterit fieri, quin una menſurabilitas ſuperſit.

CA-

(*a*) *MUSCHENBROEK.* l. c. n. 21. 's *GRAVESANDE* l. c. C. IV. Idem jam *PLATONIS* & Peripateticorum dogma fuit, *CICERO*. *Quæſt. Academ.* L. I.

Tabula I ad Cap. II Partis I Phys. gener. Pag. 8 et Seqq.



CAPUT III.

De Impenetrabilitate.

I*Mpenetrabilitas* eſt idea extenſionis cum infinita reſiſtentia conjuncta, contra omne aliud impenetrabile, quod nititur ingredi idem ſpatium, in quo hæret prius illud impenetrabile.

Quando illa triplex menſurabilitas ita conjungitur cum alia idea concepta, hoc eſt reſiſtentia, ut illud menſurabile, in quodam determinato ſuæ figuræ ſpatio poſitum, omne quod in id ſpatium conatur ingredi, repellat, ut ab eo ſpatio non admittatur, tunc hujus menſurabilis concipimus impenetrabilitatem. Quando vero loquimur de impenetrabilitate corporis, ſupponimus corpus eſſe perfecte ſolidum, &, ut ſit perfectum & ſolidum corpus, debet illa vis reſiſtendi eſſe infinita.

Si vero illa reſiſtentia, non infinita eſt, tunc non eſt perfectum corpus, & ſolidum impenetrabile, ſed tantum condenſabile. Aurum enim v. gr. etiamſi denſiſſimum non eſt perfecte ſolidum, cum habeat poros, ſed partes ſunt in auro poris carentes, ergo illæ partes ſunt impenetrabiles.

Hæc eſt veterum philoſophorum, præſertim EPICURI & DEMOCRITI Ἀντιτυπια (*a*), quæ nihil aliud eſt, quam *reverberatio*, a vocula illa αντι & τυπτω *verbero*, quia nempe illud, quod intrare tentat in locum ejus corporis, quod impenetrabile vocamus, reverberatur & repellitur.

Ergo omne illud, quod impenetrabile eſt, extenſum eſt, ſed omne extenſum continuo impenetrabile erit.

Hocce dicimus in propoſitione, omne impenetrabile debet neceſſario eſſe extenſum, nam quod eſt impenetrabile, id locum occupat, & ita replet, ut infinite reſiſtendo repellat id, quod in illud ſpatium ab impenetrabili corpore repletum, intrare tentat.

Verum idea extenſionis non involvit ideam impenetrabilitatis (*b*). Ita nemo eſt, qui non poſſit concipere, ſi inter binas manus meas corpus ſolidum ponitur, ut ex. gr. aurum, quandiu hoc aurum ex eo loco non aufertur, nullum aliud corpus huc poſſe intrare, auro vero iſto jam ablato, licet nihil intret in illud ſpatium intra manus, id tamen ſpatium poſſe tanquam perſiſtens concipi, adeoque abſque corpore replente, manere ſpatium, & eſſe extenſum, quod triplicem habeat dimenſionem, nec tamen ſit impenetrabile, admittit enim aliquid, admiſit aurum, & aliud ejuſdem extenſionis corpus; verum illud ſolidum, quod pono perfecte ſolidum, aurum nempe inter duas meas manus poſitum, id quidem impenetrabile erat, hoc eſt infinite reſiſtebat omni corpori tentanti occupare ſuum ſpatium.

Ergo idea extenſionis non involvit ideam impenetrabilitatis, ut poſſimus diſtinguere ſpatium a corpore ipſo, etſi contra CARTESIUS cum ſchola ſua ſenſerit.

(*a*) DEMOCRITUS atomis ſolam αντιτυπιαν tribuit, gravitatem præterea & motum declinationis EPICURUS. PLUTARCH. *placit. Philoſoph.* L. I. c. 3. CICERO *de nat. Deorum.* L. I.
(*b*) MUSCHENBROEK l. c. n. 29.

Omne impenetrabile menſurabile eſt, & proinde diviſibile. Quid enim eſt *menſurabile?* tantummodo illud, in quo aſſignare poſſumus certum numerum partium æque magnarum, ac certa quadam menſura, ſi v. gr. pollicem video quinquageſies poni poſſe intra hoc ſpatium, dico illud ſpatium menſurari poſſe per quinquaginta pollices, hoc eſt, quinquaginta partes ejus æque magnas eſſe ac quinquaginta pollices; *menſurare* ergo eſt aſſignare, certam menſuram toties alicui corpori menſurando (ſcilicet enti extenſo) applicari poſſe. Ergo omne impenetrabile abſolute eſt menſurabile, quia eſt extenſum, & omne extenſum valet ſæpius recipere certam quandam menſuram.

Verum omne menſurabile habet partes quarum una poteſt menſurari extra alteram, ergo omne impenetrabile eſt extenſum, menſurabile, & proin diviſibile.

Ergo omne impenetrabile poterit in infinita ſemper minora & impenetrabilia dividi.

Hoc clare concipere oportet, cum inter fundamenta admitti neceſſe ſit.

Dico omne inpenetrabile poſſe dividi in infinita minora, ſingula adhuc diviſibilia, hoc eſt, nulla vel minutiſſima pars corporis amittit reſiſtentiam, qua ſpatium ſuum contra omnia alia corpora tuetur. Pono enim corpus componi ex mille partibus, ſingulis ſeorſim penetrabilibus, nulla arte poterit inde confici corpus extenſum & impenetrabile, nam partes ſe mutuo penetrant, vique admota cedunt, aliudque corpus in ſpatia ſua recipiunt, non ergo partes extra partes erunt: id autem ſi de partibus omnibus dici poteſt, de corpore ipſo ſive de toto dici poſſe neceſſe eſt, ſupereſt, ut impenetrabilis totius etiam partes impenetrabiles ſint.

Ergo omne corpus eget aliqua cauſa, quæ facit, ut una pars impenetrabilis cohæreat alteri.

Elegantiſſima certe hæc propoſitio eſt, & perfecte docet inſufficientiam omnium philoſophematum, exceptis Epicuræis & Democritæis.

Omne enim quod impenetrabile eſt habet in uno fine ſuo partem impenetrabilem, deinde vicinam alteram, & ſic porro, & ſingula hujusmodi pars habet hic propriam ſibi impenetrabilitatem, propriumque ſitum & ordinem inter partes quæ una corpus conſtituunt.

Hæc ergo idea extenſionis & impenetrabilitatis involvit tantum poſitionem impenetrabilium partium juxta ſe invicem in unum commune totum congeſtarum.

Verum *cohæſio* eſt aliud quid, eſt enim partium impenetrabilium juxta ſe mutuo poſitarum reſiſtentia contra omnem harum partium ſolutionem & ſeparationem: Idea ergo corporis non involvit ideam cohæſionis, nam corpus impenetrabile eſt, quod habet partem impenetrabilem A, poſitam in aliqua ſede *a*, tunc aliam partem impenetrabilem juxta priorem poſitam in *b*. Verum hæ partes poſſunt unice contiguæ eſſe, ut ſeorſim moveri poſſint, uti v. g. digiti in manu, cujus partes ſunt. Ipſi quidem impenetrabiles ſunt, ſeorſim tamen unus ab altero moveri poſſunt. Verum cohæſio eſt id, quod facit, ut non poſſit una pars iſtius corporis impenetrabilis moveri, niſi etiam alia pars moveatur, eſtque unio partium, inque exemplo noſtro digitus unus, ſeorſim ſumtus, eſt totum, cujus partes cohærent, nulla enim pars abſque altera moveri poteſt. Ergo cohæſio non includitur in conceptu & idea extenſionis & impenetrabilitatis.

Nam,

Nam, quando in alicujus rei idea non concipio aliquid, quod ei rei adeſſe poteſt tunc inquiro in cauſam, & poſtea cur hoc aliquid nunc adſit. Ita cum inquiro in trianguli naturam, video ipſum habere tres lineas, illas tres lineas facere tres angulos, hos angulos tres eſſe æquales duobus rectis, & ſic in infinitum varias proprietates trianguli detego, earum vero omnium cauſam dico eſſe triangulum, quia hæc omnia continentur in idea trianguli, & ſequuntur ex ejus natura, cum abſque iis triangulum eſſe nequeat, & quandiu triangulum eſt etiam ipſæ adſunt; meritoque dico, omnes has proprietates eſſe in triangulo, cum tota ratio earum in triangulo ponatur. Omnes vero conjunctæ, ſunt *natura* trianguli.

Verum, quando video aliquid aliud, quod non ex natura trianguli ipſa ſequitur, ut v. gr. triangulum moveri, tunc vero intelligo aliam cauſam eſſe, cur hæc idea cum triangulo nunc conjungatur. Et quoties in re quacunque aliquid videmus, quod ex ipſa rei natura non ſequitur, tunc dicimus, egere cauſa aliqua externa, cur adſit, quando nempe in conceptu hujus rei non percipio fundamentum, cur illa idea cum ipſa re nunc conjungatur.

Magna inter philoſophos quæſtio eſt, an in idea impenetrabilitatis & extenſionis hæreat idea cohæſionis. Sane ſi repeto tantum, quæ dicta ſunt, hoc facile percipiemus, quid enim eſt cohæſio? eſt talis contractus partium, qui ſeparationi repugnat, impenetrabilitas vero unice excludit ex eodem ſpatio alia corpora, & extenſio eſt tantum partium juxta ſe exiſtentia. Ex iſta vero idea non video, cur non ſeparari poſſit pars a parte, neque ex ſimplici illa idea impenetrabilium juxta ſe mutuo exiſtentium concipio hanc contra ſeparationem reſiſtentiam. Neceſſario ergo cauſa alia ſubeſt, ab impenetrabilitate & ab extenſione diverſa, cur nixus ille partium & preſſio ad ſe invicem adſit, & cur una pars ita cohæreat alteri, ut per parvum motum divelli a ſe mutuo partes non poſſint.

Hanc nunc cauſam hujus cohæſionis, ignotiſſimam omni homini, vocamus monadem cum LEIBNIZIO, vim attractricem cum NEWTONO, vim gravem cum EPICURO & DEMOCRITO, cauſam duritiei cum aliis philoſophis, prout magis placebit vocaſſe.

Ut de monade primum dicamus, μονος ſignificat unum: ſed nemo poteſt dicere unum, nam quando unum pedem dicis, jam concipis aliquid conſtans ex duobus ſemipedibus hinc quod vocas unum, id vere collectio unorum eſt. Sed illud quod facit, ut infinita una faciant unum, id voco *monadem*, aut vim attractricem cum NEVVTONO. Non alia voce uti voluit magnus vir, non quod aliquid ridiculi ſubſit, ut plurimi voluere, ridiculam facientes hanc opinionem, quaſi pro qualitate aliqua hanc attractionem haberet. Injuſte hæc objiciuntur, ignorabat MAGNUS NEVVTONUS cauſam illam (*a*), cum interim deprehenderet, omnia corpora habere

(*a*) *NEVVTON opt. quer.* 31. (Quod attractionem voco, id poteſt ab impulſione fieri aut a quacumque cauſa mihi ignota. Ea vox mihi unice ſonat vim, per quam corpora mutuo ad ſe tendunt; quæcunque demum ejus cauſa ſit) Ita & 's *GRAVESANDE* ſumit, p. 17. n. 73. Qui adeo vocem attractionis refutat, is tenetur demonſtrare aliquam eſſe impulſionem externam cognitam, quæ effectus eos producat, quos nos vocamus attractionem. *MUSCHENBROEK*. n. 358. Sed has impulſiones nemo demoſtraverit.

bere in ſe cauſam, quæ facit, ut partes earum ſeparationi repugnent, hanc ergo cauſam vocavit vim attractricem.

Hujus etiam cuaſæ effectum vocamus duritiem, hinc ſenſim totum ſyſtema corporeum brevi intelligetur.

Durum corpus eſt cujus partes cohærent ita, ut ſeparationi reſiſtant, & una pars non moveatur, quin omnes reliquæ partes una moveantur. Si tam magna eſt illa reſiſtentia, ut, in ſenſus incurrat, vocatur durities reſpectu ſenſus; aliam non habemus ideam.

Nunc dico, cauſam duritiei incognitam eſſe omnibus, & clariſſimus CARTESIUS, qui in quiete (*a*) partium ejus cauſam poſuit, certe rem non intellexit, neque concipio, unde hoc habuerit, cum ipſe ex mechanicis facile ſciverit, quieſcentes partes eſſe in æquilibrio, & indeterminatas ad quemcunque motum, & ſic minimo motu poſſe moveri, atque adeo corpus deſtrui; cujus partes in æquilibrio conſtituuntur, ex ſola ergo quiete ſequi per evidentiſſima philoſophica principia, ut minimo motu una pars ab alia ſeparari poſſet.

Durities adeo eſt cognitus effectus, non cauſa. Illuſtriſſimus BERNOULLIUS natu major cauſam duritiei adſcribit preſſioni ætheris (*b*); alii multa ſcribunt de atmoſphæra premente, ſed omnes petunt principia, & ſupponunt corpora eſſe dura antequam dura ſint, nos vero quærimus de origine duritiei, quæ debet eſſe aliquid, quod faciat, talem inter partes nixum, ut ſeparationi reſiſtant. Verum non ſequitur hoc ex idea corporis, & extenſionis & impenetrabilitatis.

Si hæc cohæſio & hæc durities tantæ ſint in parte aliqua, ut omnem cognitam vim motus ſuperent, tunc iſta pars vocabitur *atomus*, & elementum corporeum. Docuimus omne corpus eſſe extenſum, impenetrabile, figurabile, mobile, viſum eſt tunc, illa corpora impenetrabilia cohærere cum aliquo nixu omni ſeparationi ſe opponente, quod ipſum durities vocatur. Si nunc illa cohæſio, ille nixus, illa vis (ut volueris), tam magna ſit in corpore illo, ut nullus motus in rerum natura ſit, qui non ſuperetur a reſiſtentia harum partium, tunc pars iſta dicetur atomus, ex α privativo & μορη ſectio, ergo atomus proprie eſt pars non ultra ſecabilis.

Hæ ſunt DEMOCRITI atomi (*c*) qui certe vir falſo accuſatur geometriam ignoraſſe, quod atomos poſuerit, philoſophus enim ſui temporis clariſſimus, & peritiſſimus Phœniciæ & Ægyptiæ ſcientiæ, ſatis intelligebat, nullam particulam eſſe-

in

(*a*) Quies nihil eſt, neque adeo vim habet. *MUSCHENBROEK* n. 360. ſed ab attractione id fieri, & hanc eſſe in ratione inverſa diſtantiarum & in directa facierum ſe contingentium. *NEWTONUS opt.* p. 364.

(*b*) *De gravitate ætheris.*

(*c*) *DIOG. LAERT.* L. IX. c. 1. n. 12. a *VERULAMIO* etiam recepti in Script. *in natur. & univer. phil.* Sed ante *DEMOCRITUM LEUCIPPI* fuerunt. *CICERO de nat. Deorum* L. I. Cum vero aliqua hic de vita *DEMOCRITI* addantur viſum eſt, contra conjecturam doctiſſimi cujuſdam viri pro veritate inſignium ſumtuum teſtimonium adferre, quos *DEMOCRITUS* in res phyſicas effudit. „ *DEMOCRITO* omnia curæ fuiſſe videntur, cum reliqui fere niſi ſu- „ perficie tenus nihil definiant". *ARISTOTELES de gen. corrupt.* L. I. c. 2. *DIAGORAM* ſervum Athenis decies mille drachm. emerat *DEMOCRITUS*. *SUIDAS* p. 550. edit. *CUSTER*. Cum hujuſmodi ſummam in argutaore ſervulo effuderit, quanti non itinera, mora in aliis regionibus, animalium diſſectiones, lapidum illæ celebratæ decoctiones ſtetiſſe potuerunt?

in rerum natura, quæ diviſionis capax non eſſet. Id vero voluit, vim unientem corporis partes majorem eſſe in atomo, quam omnis vis, quæ poſſet imprimi, neque ullam eſſe tam validam vim in rerum natura, quæ hanc unionem in quadam corporis particula ſuperare poſſit; tali nunc particulæ deprehenſæ dabat nomen atomi.

Quæritur, an hujuſmodi atomi in natura dentur. Id, ut examinetur, tenendum eſt nihil mutari in natura, & omnia manere, qualia fuerunt. Licet enim corpora quædam mutentur in forma, nunquam tamen mutantur in eſsentia ſua. Oportet adeo ita cohærere illa, quæ rerum eſsentiam componunt, ut nulla vis tanta in natura ſit, quæ hujuſmodi particulæ applicata eam ſuperet, aut eam atomum mutare queat (*a*). Si enim atomi mutari inciperent, & deſtrui, tota certe rerum natura deſtrueretur, & ſi id corpus, quod nunc aqua eſt, haberet partes mutabiles, quæ in partes ignis fieri poſsent, certe omnis rerum facies mutaretur, & omnia ab igne jam incipiente abundare deſtruerentur.

Sic contrario modo, ſi id quod nunc eſt ignis poſset fieri aqua, impoſſibile eſſet, ut idem calor in natura per 6000. annos, & amplius, perdurare potuiſset, uti quidem perduravit.

Ergo tota rerum natura clamat, principia unde reliqua conſtant, immutabilia eſſe. Si id aliter eſset, non poſsent corporalia manere, qualia ante tot ſecula fuerunt. Ergo illud primum cohærens, quod principium dat rebus, eſt elementum & immutabile; non, quod mathematice dividi non poſſit, hoc enim in infinitum fieri poteſt, ſed, quod nulla vis exiſtere queat, quæ ejus partes ab invicem ſeparare valeat, & hoc ipſum facit ſtabilitatem naturæ.

Illa nunc cauſa, quæ facit, ut quod extenſum eſt, ita cohæreat, ut ſuo cohæſionis nixu ſuperet omnem vim in natura, tentantem ſuam cohæſionem immutare, id eſt ordo naturæ, & eſt eadem ſemper cauſa cohæſionis, hoc eſt, idem ille DEUS.

Jam oſtendimus quidem elementa rerum, & reſpondimus queſtioni an dentur atomi, & quid ſint; diximus.

CAPUT IV.

De ſoliditate & poroſitate.

SI atomus, & corpus ex atomis confectum, partes ſuas cohærentes ita habet unitas, ut nullum ſpatium vacuum intercipiatur inter eas partes unitas, tunc illa atomus, & illud *corpus*, vocabitur *perfecte ſolidum*.

Hæc eſt illa inter magnos viros agitata quæſtio, quæ nempe idea ſit ſolidi. Peripatetici & Carteſiani dicunt, extenſum eſse ideam ſolidi. Sed facile demonſtrari poteſt, hoc non ita intelligi. Nam atomum definimus, quod conſtet ex aliis partibus cohærentibus, ſed non ſeparabilibus. Verum non ideo atomus perfecte ſolida eſt, nam ſi duas particulas materiæ creatas fuiſse ſupponas & ita conjunctas ut in icone

A,

(*a*) Confer rationes *MUSCHENBROEKII* n.24. nam *NEWTONUS* ſatis credebat, poſſe utique aquam in aerem abire *Optiks quer.* 30.

A, tantaque cohærentes vi cohæſionis, ut unum corpus & una pars non ſeparari poſset ab altera, non eſset tamen perfecte ſolida atomus, daretur enim ſpatium inter ejus partes. Verum ſi eæ duæ partes materiæ ita fuiſsent unitæ, ut nullum vacuum reliquiſsent inter ſuas partes, tum atomus illa eſset perfecte ſolida, ſive nullum ſpatium haberet intrinſecum, in quo alterum poſset recipi & contineri corpus. Hæc nunc idea eſt quam in primis fundamentis formare oportet.

Perfecte ſolidum adeo vocatur *illud corpus quod ex atomis conſtat ita conjunctis, ut nihil vacui inter eas partes ponatur.* Et perinde alterum etiam perfecte ſolidum corpus vocatur, *quod ex aliis perfecte ſolidis corporibus conflatum eſt, abſque ulla intercapedine, ſeu ſpatio, relicto inter partes conſtituentes.*

Ergo tres perfecte ſolidę maſsę habentur (*a*). 1. Atomus, quæ conſtat ex partibus ſibi mutuo unitis, ſine ullo ſpatio vacuo interpoſito. 2. Corpus perfecte ſolidum, quod conſtat ex atomis ſeu partibus perfecte ſolidis, ſed ita unitis ad ſe invicem, ut nullum ſpatium intermedium relinquatur. 3. Corpus ex corporibus conſtans (nam quod ex atomis jam conſtat, etiam dicitur corpus) ſed ex corpuſculis perfecte ſolidis ita ſibi mutuo applicatis, ut nullum porum inter ſe conſtituant.

Hoc facile intelligitur, cum non ſit niſi definitio.

Jam perfecte ſolidum menſuratur per menſuram ſpatii. Supponamus molem eſse aliquam unius pedis cubici (in exemplo melius intelligetur), habebo ergo cubum perfecte unius pedis; hoc eſt ſumo ſpatium quoddam, quod ſit exacte unius pedis cubici, & pono hoc ſpatium a me jam repletum eſse corpore, in quo nullum omnino vacuum ſit, tunc vocabitur corpus illud perfecte ſolidum, & menſura ejus erit menſura ſpatii cubici; quia corpus exacte illud ſpatium cubicum replet, ergo tantum erit inpenetrabilis maſsæ, quanta eſt ſpatii magnitudo. Hoc bene retinendum erit, quia poſtea in mechanicis nobis inſerviet.

Si atomus partes inpenetrabiles ita junctas habet, ut intercipiantur inter unitas partes ſpatiola vacua, aut alia materia non unita repleta, tunc vocatur illa atomus corpus poroſum.

Ut vero habeatur menſura corporis poroſi, ſupponamus v. gr. aurum eſse perfecte ſolidum, ergo occupabit pedem cubicum, jam auferatur aurum, hujus auri ex hypotheſi menſura eſt capacitas iſtius ſpatii cubici. Pone nunc idem ſpatium aqua impleri & aquam conſtare ter pluribus poris, quam aurum, ergo habet $\frac{2}{3}$ duas tertias partes ſuæ ſubſtantiæ poroſas, & una tertia pars cubici pedis erit menſura ſubſtantiæ corporeæ iſtius aquæ, nam reliqua ſunt tantum vacua non corporea.

Hoc multum facit in viribus corporum inquirendis, nam vires inveniuntur ex quantitate materiæ; ſed quantitas materiæ cognoſcitur, cognita magnitudine pororum, quos oportet a ſolidis partibus ſubtrahere, nihil enim faciunt ad vires corporum, quia ſunt tantum ſpatia vacua. Id vero, quod præter poros ſpatia replet id dat quantitatem veræ materiæ, ergo hæc eſt menſura corporeitatis.

Hinc videmus, ſi ARISTOTELIS & CARTESII ſententia vera eſſet, quando extenſionem fecerunt idem eſſe cum idea ſolidi, tunc ſequeretur ubique eſſe eamdem corpoream ſubſtantiam, & ipſum aurum cum aqua eſſent æque gravia, neque

a ſe

(*a*) MUSCHENBROEK n. 40. *ſeq.*

a ſe invicem quantitate materiæ differrent. Sed hoc non eſſe verum demonſtravit MAGNUS NEWTONUS mathematicis (*a*) evidentiſſimis demonſtrationibus in experimentis de pendulis.

Invenerunt duo maximi viri ultimo elapſi ſæculi ISAACUS NEWTONUS nempe & CHRISTIANUS HUGENIUS, ambo per diverſa ratiocinia, materiem corpoream in quocunque ſpatio deprehenſam habere ad materiem quæ ſpatium aliud replet eam proportionem, quæ eſt ponderis in utroque corpore, cujus maſſa comparatur (*b*). Maſſa vero corporea vocatur, totum id quod conſpicitur. Elegantiſſima propoſitio, ſi ulla, hæc eſt in phyſica, & utiliſſima ad corporum vires eruendas.

Quantitas etiam corporea in ea maſſa dicitur, copia illius impenetrabilis perfecte ſolidi, quod in ea maſſa eſt.

Invenit nunc NEWTONUS, & in tr. *de pendulis* (*c*) manifeſtis experimentis demonſtravit, illud non cohærens & inter poros interceptum, nihilo plus efficere, in reſpectu ad vires corporis, quam ſi vacuum eſſet. Invenit nempe, ſi pyxis una auro aut plumbo plena eſſet, & altera vacua, ſed accurate clauſa, ſi tunc ponderare pyxidem & plenam & vacuam, deinde ſollicite reſpiceret ad utriuſque actiones, eſſe eas actiones in ratione ponderum illorum corporum. Si vero materies hærens inter poros aliquid ad corporis vires conferret, tunc in experimentis certe appareret effectus majoris ſed vacuæ molis. Nunc nihil facit.

Hinc, ſi in auri poris hæret materies quædam, ut materies ſubtilis CARTESII, ſeu alia quæcumque, eam, ſi aliquid addit ad corpus, oporteret aliquid in experimento demonſtrare virium. Verum ut hoc faceret, deberet induere naturam ſolidi. Sed tunc non eſſet fluidum aliquod poris immiſtum, ſed ad corpus pertineret. Omnia enim corpora agentia agunt ut ſolida, non ut fluida; nam ſi v. gr. aquam in tubo habuerim, iſque tubus non claudatur, tum tubus ſolus agit, aqua vero effluit, quia non coercetur. Verum, ſi comprimens illam aquam in tubo, ibi coerceam, tunc aqua induens naturam ſolidi agit una cum tubo, ut integrum corpus, & tubus tanto plus impetus edet, quo aqua intus contenta plus molis habuerit.

Materies autem in his poris contenta ſe non ita habet, ut aqua tubum replens, nam ſi agerent illa corpora, quæ in his poris continentur, deberent aliter ſe habere actiones pendulorum, obſervante NEVVTONO. Nunc preſſio tantum agit, & ea in reſpectu ponderis corporum operatur, reliquum adeo omne, quod poris continetur, nihil agit.

Hinc, prout ſunt corporum pondera, ita ſunt vires, & ſi in uno corpore, duplo plus virium reperio, poſitis reliquis iiſdem, in eo duplo plus materiæ impenetrabilis erit, quam in altero, cujus vires duplo ſuperat.

Magnus HUGENIUS idem obſervavit per experimenta pendulorum, ſed Carteſianis principiis imbutus, non tam cito eam concluſionem vidit quam NEVVTONUS inde deduxit. Poſtea vero, cum NEVVTONI (*d*) ſcripta legeret, ingenue faſſus eſt, experimentis captis ſe obſervaſſe, pondus eſſe unice a materia corporea.

Hoc

(*a*) *Princip. Philoſoph. nat. def. I.* (*b*) L. c. (*c*) L. c. L. II. Sect. VI. Prop. XXXI.
(*d*) *Contra CARTESIUM* docet *HUGENIUS* de *cauſ. grav.* p. 107, & alibi.

Hoc poſito, fundamentum aptum habemus mechanices, ex ſolo pondere obſervato, nempe veram materiæ impenetrabilis in certo loco contentæ conſtitutionem cognitionemque.

Pondus equidem eſt tantum qualitas ad nos relata, neque perfecte ſolidum corpus hactenus notum eſt, neque adeo accurate definire poſſumus copiam materiæ, copiamque vacui ſpatii, quæ corporibus ſunt. Si unicum daretur corpus perfecte ſolidum, v. g. aurum, haberemus ſcalam pro omnibus reliquis corporibus. Tunc enim ponerem: aurum continet in pede cubico tantum materiæ perfecte corporeæ; deinde ponderarem aquæ pedem cubicum, & ſtatim ſcirem aquam tanto minus habere materiæ corporeæ, tanto plus vero vacui: ſed id unice verum eſt in proportione ad aurum relata, nec poſſum pronunciare, quantum vacui, quantum vero materiæ ſolidæ aquæ inſit. Inde ſi aerem ponderaverim, qui tanto levior eſt, diſco equidem, tanto plus vacui in eo eſſe reſpectu auri, ſolidioris nempe & ponderoſioris corporis, & per eadem, tanto minus eſse in eo materiæ perfecte corporeæ; & ſic pergendo determinare potero proportionem vacui & ſolidi in diverſis corporibus, non autem proportionem eorum veram inter ſe.

CAPUT V.

De diverſitate corporum.

ERgo ex ipſa corporea natura habetur idea diverſitatis. Hactenus vidimus, omnem materiem diviſibilem in infinitum conſtare ex infinitis, quaſi, nihilis ſed præterea vim in rerum natura eſse, quæ faciat, ut reſpectu noſtri hæc nihila fiant aliquid, nempe atomi. Porro in HUGENIO & NEWTONO vidimus, atomos aliquam gravitatem habere. Ergo pro principio phyſico ponimus materiam extenſam eſse, impenetrabilem, formatam, diviſibilem in infinitum, & omnes partes diviſas quandam habere gravitatem toti maſsæ perfecte convenientem aſsumimus. Hæc corporibus communia ſunt, verum ex eadem idea corporeæ naturæ ſequitur triplex diverſitas. Prima petitur a diverſitate atomi; atomorum non eadem eſt magnitudo, etſi omnes diviſibiles ſint, neque enim hæc æqualitas neceſsaria eſt ad conſtituendum corpus; deinde non requiritur, ut omnis atomus ſit æqualiter ſolida ac altera, nam una poteſt eſse perfecte ſolida, & altera unita ex indiviſibilibus, ut tamen inter partes ejus componentes vacuum intercipiatur. Denique atomorum figura diverſa eſse poteſt.

Altera diverſitas hæc eſt. Una atomus compoſita alteri, corpuſque unum compoſitum alteri corpori majori minorive cohæſione inter ſe uniri poteſt, & ſi corpus ex atomis confectum fuerit, poteſt iterum fieri, ut partes ultimæ majori & minori vi ſibi mutuo adhæreant, & hoc facit diſtinctionem in rerum natura inter corpora.

Tertia diverſitas oritur ex diverſo modo uniendi unam atomum alteri, & unum corpus alteri, v. g. duæ atomi poſsunt A hac ratione ſe tangere, & ſic plus ſpatii inter ſe relinquere, quam ſi propius ad ſe invicem accederent. Videmus itaque clare, triplicem ingentem diverſitatem reſultantem ex rerum elementis ipſis deprehenſis concipi poſse, quod certe ex non alio ſyſtemate phyſico ſequitur.

CA-

CAPUT VI.

De dirigendo ſtudio.

UT recta ſit methodus, primo jacienda ſunt fundamenta, dicenda præcipua cujuſque partis ſtudii capita, excitanda eſt clara ſingularium idea; deinde dicendum, qui ſint auctores unde petantur ea, quæ nunc maxime recenſuimus.

Qui recto ordine rerum naturalium principiis indagandis incumbere vult ſequentes legere debet auctores, 1. EPICURUM & DEMOCRITUM, eorumque dogmata, hoc eſt, antiquiſſimam Phænicum & Ægyptiorum philoſophiam, quam invenimus optime deſcriptam, apud magnum illum nobilem Romanum poetam TITUM LUCRETIUM CARUM in tractatu de principiis rerum, qui certe omnium præclariſſimus ſcripſit, jam ante tempora CICERONIS. Hic etiam LUCRETIUS primarius eſt, apud quem EPICURI & DEMOCRITI principia elegantiſſime deducta habemus.

2. Legantur hæc apud DIOGENEM LAERTIUM Græcum *in vita EPICURI* (*a*), & in primo libro de vita philoſophorum antiquorum. LAERTIUS quidem omnium philoſophorum dogmata deſcripſit, nullius tamen placita adeo ſermone exponit, quam EPICURI, & quamvis videatur plus amare EPICURUM, quam DEMOCRITUM, tamen certum eſt, EPICURUM omnia ſua a DEMOCRITO habuiſſe.

3. Verum ſi hæc omnia perfectiſſime cognoſcere vultis, tunc legere oportet PETRUM GASSENDUM in *commentariis in librum DIOGENIS LAERTII de vita EPICURI* (*b*), qui certe vir DEMOCRITI philoſophiam ſummopere propugnavit. Solus etiam ſufficit ad hæc cognoſcenda, nam habet quidquid DIOGENES LAERTIUS & quicquid EPICURUS tradidit, deinde quidquid boni & veri mathematici eo tempore addiderant priorum placitis.

Qui vero in ſcientia mathematica majores fecerunt profectus, legant ISAACUM NEWTONUM (*c*), palmam præripientem omnibus, uti & CHRISTINI HUGENII tractatum *de la Lumiere, & de la Peſanteur* (*d*), qui prius Carteſianus fuerat, ſed paulo ante obitum, NEWTONI, EPICURI ac DEMOCRITI doctrinam ſequutus eſt.

Eadem etiam jacta fundamenta videntur apud KEILIUM in *introductione ad veram philoſophiam* (*e*).

(*a*) L. X. tot.

(*b*) Edita an. 1647, & ultimo Lugduni 1675. fol.

(*c*) Aut ſi minus firmus in ſublimiori Matheſi fuerit, breviter & dilucide ea omnia reperiet in *MUSSCHENBROEKII Element. phyſices* Leidæ an. 1741. in 8. aut Gallice an. 1739. 4. edit. Nam in principiis *NEWTONI* vix quidquam de generalibus corporum qualitatibus habetur. Quæ vero de *EPICURO* ſuperſunt ad curioſiorem eruditionem pertinent, nimis hiulca, nimis nuda experimentis, nimis miſta erroribus.

(*d*) *In operibus poſthumis*, quæ Leidæ in 4. an. 1703. & 1728. prodierunt.

(*e*) Plura habet Editio alia Londinenſ. an. 1719. 8. alia Leidenſis eſt an. 1739.

METHODI STUDII MEDICI

PARS II.

GEOMETRIA, SIVE DE FIGURA ET MENSURA CORPORUM.

CAPUT I.

De Figura Corporum.

POſtquam Medicus naturam generalem communemque omnibus corporibus congnovit, corpora eſſe finita facile intelligit. Hoc quidem ex philoſophia Peripatetica & Carteſiana fluere non poteſt ; nam apud eos viros idea corporis eſt extenſio, ſed extenſio eſt infinita. Verum in noſtra philoſophia, aurum ponderoſum eſt, ſed flexile, ergo habet poros, ergo erit finitum, & lignum, quod levius eſt auro, adhuc plus pororum habet, ergo magis finitum eſt, nam ubi pori ſunt, ibi vacuum eſt, & ibi corpus deſinit adeſſe. Sed ex SPINOZIANA & CARTESIANA ſententia ſequitur, naturam corporum ubique eſſe eamdem, nam extenſio eſt ubique; hinc etiam optime iis objicit GASSENDUS; in locis citatis „ ſi dicis finem eſſe aliquem extenſionis, pone te eſſe in eo loco univerſi, ubi dicis hujus finem eſſe, non potes, inquit, non fateri, ad exteriora hujus finis extenſionem rurſus adeſſe ; nam ſi hic finem ponas ubi ultimum corpus terminatur, juxta hocce corpus erit iterum extenſio. Verum extenſio CARTESIO dat ideam corporeitatis, ergo nullus eſt finis corporum ſecundum CARTESIUM.

Sed ex noſtra philoſophia ſequitur, ubi finem pono, ibi vacuum eſt, adeoque ex noſtra philoſophia corpus eſt finitum.

Ubi ergo finitur corpus, ibi limites habet, ſive eſſe deſinit, & illud extremum, ubi corpus deſinit eſſe corpus, id vocatur corporis *ſuperficies*. Hæc jam ſuperficies varias formas induere poteſt, quæ forma vocatur *figura* ; hinc videmus, quid figura mathematicis ſit, nempe extrema forma corporis, *limes* vero corporis eſt coporis extremum figuratum, & *ſuperficies* eſt limes corporis; ergo omnis ſuperficies, hoc eſt figura, quæ ſimplex dicitur, nihil habebit corporei: nam figura nullam denſitatem habet, ſed tantum longitudinem & latitudinem ; hinc dicunt Geometræ omnem figuram juxta longitudinem & latitudinem tantum

tum menſurari poſſe; ergo duplici menſurabilitate prædita habetur omnis figura ſimplex.

Figuræ nunc ſunt, quarum ope menſuratur corpus: hoc demonſtrabitur in ſequentibus; nemo enim poſſet menſurare cameram niſi figuram faceret, ſed figura eſt limes ſeu ſuperficies: hinc quid faciunt Geometræ? ſumunt illam lineam longitudinis unius parietis, & alteram lineam alterius parietis, quæ dat latitudinem, & multiplicant has menſuras per ſe mutuo, tunc dicunt, en area hujus cameræ. Ut tota vero cameræ capacitas habeatur, ſumunt ad unum parietem illam latitudinis lineam, ſecundum alterum parietem menſuram longitudinis capiunt, & ſecundum parietem perpendicularem tertiam lineam dimetiuntur, has lineas multiplicant iterum per ſe mutuo, & tunc dicunt, en hæc eſt tota camera. Ergo Mathematici philoſophi nunquam menſurant ſubſtantiam corpoream, ſed ſuperficiem, & ſuperficies determinat maſſas corporeas. Verum ſuperficies menſurari nequit, ſed lineæ ſuperficiei menſuratæ dant quantitatem maſſæ: & ſic per figuræ menſurationem habemus corpus. Sed corporum vires, a figura & mole pendentes (ex mechanicis), nobis ſunt menſurandæ; nam idem corpus ſub varia figura, varie agit. Ergo accurato philoſopho corporum figuræ ſunt cognoſcendæ.

Id ergo, quod EUCLIDES & ARCHIMEDES invenerunt de figuris corporum, & qualis uſus inde ad ſcientiam phyſico-medicam accedat, exponemus paucis, atque breve trigonometriæ fundamentum ſimul dabimus.

A ſuperficiei cognitione pendet ars menſurandi corporeum ſpatium, a menſura corporei ſpatii pendet menſura virium; adeoque Medicus, ubi vires corporeas indagare vult, ſuperficierum cognitione carere non poterit. Notiſſimum eſt ex geometricis, quod ille, qui novit ſuperficies ambientes corpora, & ſpatia corporea, idem invenire poſſit, quanta ſit area, & quantum ſit ſpatium comprehenſum intra has ſuperficies, ſive in harum figura; ergo ille etiam cognoſcet, quantum ſit ſpatium corporeum comprehenſum intra has ſuperficies.

Verum, qui vult vires indagare corporum, duo debet cognoſcere, 1. celeritatem corporis moti, tum 2. ejus magnitudinem. Sed magnitudo corporis dependet a ſuperficie ejus cognita, ergo qui vires corporum indagare vult, ille ſuperficies menſurare, tuncque celeritatem cognoſcere debet. Hinc patet, artem menſurandi ſuperficies neceſſariam eſſe Medico, qui vires corporum cognoſcere debet. Hinc commendat HIPPOCRATES ſuo filio (*a*), ut addiſcat arithmeticam & geometriam; ſed geometria eſt tantum contemplatio ſuperficierum, nihil enim aliud faciunt Geometræ.

(*a*) In *epiſtola ſpuria* ad Theſſalum filium.

CAPUT II.

De Figurarum menſura.

OMnes ſuperficies cognoſcuntur cognitis prius linearum menſuris; hoc eſt; cognitis lineis rectis earumque menſura, quod idem eſt. Hic demonſtrabimus, quomodo Medicus geometriæ cognitionem facile acquirere poſſit. Figuræ enim cognoſci nequeunt, niſi perſpecta ſit linea recta, per quam menſurantur omnia. Ergo Medico & Phyſico illud quod Geometræ in lineis rectis conſiderant, cognoſcendum eſt.

In his lineis, & in ſuperficiebus, & figuris, atque in ipſis corporibus, & corporeis ſpatiis verſatur geometria, & conſiderat 1. magnitudinem rerum, 2. incrementum, 3. decrementum, 4. proportionem ejuſdem corporis ad alia, hoc eſt 5. lineæ tranſmutationem in aliam diverſæ naturæ, ſed ejuſdem magnitudinis. Explicabo nunc, quomodo geometria concipiat lineam rectam. Omne quod EUCLIDES in quindecim libris ſuis, quod ARCHIMEDES in demonſtrationibus linearum rectarum & curvarum, quod Geometræ in demonſtrationibus ſuis de lineis invenerunt, eo redit ut conſiderarent 1. magnitudinem, quæ *eſt extenſio intra datos terminos, ſive inter duo puncta, ſive inter duos limites*; ergo inter punctum hic poſitum, & inter punctum ibi poſitum, ponitur extenſio, & ſic linea eſt id, quod inter duo puncta ita interjacet, & vocatur magnitudo. *Figura* autem vocatur, *quando extenſio hujuſmodi continetur intra limites ex lineis formatos*. *Area* vocatur, *ejus figuræ magnitudo*. Si contemplor magnitudinem areæ, debeo cognoſcere quantitatem ſpatii intra ſuos limites contenti, ſic enim magnitudo cubiculi emergit, ſi cognoſco aream baſeos per altitudinem. Aream vero metior lineis inter lineas ductis, corpus denique lineis ductis inter ſuperficies.

2. Alterum objectum geometriæ eſt incrementum, nec enim poſſum concipere extenſionem intra hos limites, quin concipiam extra hos limites aliam a priori extenſionem, hoc eſt *incrementum*, nam Geometra non creat aliam extenſionem, ſed tantum creatam cogitat; nam quando cogito extenſionem extra limites, cogito ſtatim ab utroque puncto terminante continuari poſſe lineas, quæ extenſionem menſurant, novamque inter has lineas dari extenſionem, ergo illam certam magnitudinem, quæ intra hæc duo puncta erat, poſſe augeri. Sed eadem ratione etiam corpora augentur. Ita v. gr. non poſſum cogitare cubiculum intra ſuos parietes comprehenſum, quin ad ſingulam ejus ſuperficiem limitatam cogitem aliquid addi poſſe; ſimile conſtat, ſi hujuſmodi cubiculum limitetur ſex ſuperficiebus, quæ quadratæ ſunt, non potero hoc cogitare quadratum, quin extra illud ſimile concipiam quadratum, & extra hoc quadratum aliud prioribus ſimile, & ſi ita pergo, dicor augere primitivum quadratum.

Incrementum ergo eſt *cogitatio extenſionis alicujus extra ſimilem datam extenſionem*.

3. Ubi incrementum eſt, ſic oppoſitum ſive contrarium ejus eſt decrementum. Sed ubi incrementum & decrementum eſt, ſic eſt diviſio & multiplicatio linearum, nam dividere lineam, eſt extenſionem aliquam intra datos limites toties diminuere quo-

quoties id fieri poteſt. Ita intra hos limites menſuretur linea tot pedum, tunc Geometra hanc menſuratam lineam vocat hanc magnitudinem datam; nunc, ſi petit Geometra, ut dividatur illa data linea in tres partes æquales, vult unice, ut cogitem tot lineas, quarum ſingula, quæ eſt una tertia pars hujus totius, ſit æqualis reliquis duabus quæ æquales ſint inter ſe, & conſtituant ſimul totam lineam.

Ergo *dividere lineam*, nihil aliud eſt, quam *concipere minorem quantitatem de priori toties removere, quoties id fieri poteſt in illa data magnitudine.*

Nunc apparet, quid ſit multiplicare. Sit v. gr. ibi linea 100. pedum, vult Geometra eam multiplicare, conſiderat illam lineam datam, tum ſimilem lineam, & poſt hanc iterum ſimilem, hocque ſexies repetit, id ipſum quod nunc deſcribo, dicitur multiplicare lineam, & hoc vocatur incrementum apud Geometras.

Id nunc facile applicari poteſt ſuperficiebus & corporibus; ergo dividere, & multiplicare, eſt unice invenire quantitatem, quæ illam, quam multiplicandam accepimus, toties in ſe continet, quoties præſcriptum eſt. Dividere vero, eſt quantitatem invenire, quæ in dividenda quantitate toties continetur, quoties id petitur.

4. Tractatus de proportione eſt primarius totius matheſeos, nam certe tota matheſis ſive geometria, ſive algebra, ſive arithmetica, nihil eſt, niſi inventio proportionum. Exemplum de lineis ſumam, nam idem eſt, ſive lineas conſideravero, ſive corpora, ergo data eſt mihi linea, ejuſque limites; inter eos limites datur extenſio ſeu magnitudo, quæ eſt linea ipſa. Sed datur etiam alia linea, cujus etiam novi limites, ergo & magnitudinem. Si nunc Geometra ſcire velit, quænam proportio ſit unius lineæ ad aliam, tunc conſiderare debet, quot partes ſint in hac linea, & inveniet partes v. g. 100, & in altera invenit partes ſimiles 200, proportio nunc erit inter has lineas, ut 100 ad 200, hoc eſt ut 1 ad 2. *Proportio* ergo eſt, inventio menſuræ communis duobus extenſis, & invenitur, quando vera utriuſque extenſi magnitudine cognita, comparatio fit unius magnitudinis ad aliam, quantum differat; & hoc vocatur proportio a Geometris, ſive ratio, uti loquuntur. Dicere enim linea AB habet ſe ad lineam CD in aliqua quacunque ratione, eſt dicere, lineas minores, ex quibus utraque tamquam partibus conſtat, tot in AB, & tot etiam, ſed alio numero, in CD reperiri; hinc nunc dicitur lineæ ratio ad alteram duplex, triplex, quadruplex, quando partes æquales in AB duæ, in CD quatuor, in EF ſex, in GH octo repertæ fuerunt.

Veteribus ergo dicitur proportio, quod neotericis ratio, quando lineæ cum lineis, ſuperficies cum ſuperficiebus, corpora cum corporibus, velocitates cum velocitatibus, & in univerſum duæ quæcunque res ejuſdem generis, quarum magnitudo cognita eſt, inter ſe comparantur, & invenitur, quomodo magnitudo & menſura unius extenſi ſe habeat ad alterius congeneris magnitudinem & menſuram.

Proportio nunc ſtrictius ſumta eſt, ut dicit EUCLIDES, *rationum ſimilitudo*, *aut æqualitas*. Ita proportio dicitur, quando uti ultimæ partes primi ſe habent ad ultimas partes ſecundi, ita ultimæ partes tertii ad ultimas partes quarti, &c.

Proportio igitur requirit, ut cognoſcatur quantitas utriuſque rei comparandæ. Cognitio quantitatis poſcit, ut cognoſcatur menſura utriuſque communis: & dein-

de,

de, ut hæc menſura ad utramque applicetur, atque notetur, quomodo eadem menſura ſe ad unam & ad alteram habeat.

5. Tranſmutatio eſt nobiliſſima matheſeos pars, quæ dicitur quadratura in figura, & evolutio in lineis. Sit hæc AB (Tab. I. fig. 4.) linea recta cognita, cujus limites dati ſunt. Rogat nunc Geometra, ut lineam curvam inveniam, cujus eadem ſit magnitudo, quæ rectæ lineæ AB; is certe Geometra petit tranſmutationem lineæ in aliam. Si tunc ſcirem lineam circularem aliquam, quæ limites æquales haberet cum AB, jam inveniſſem tranſmutationem lineæ rectæ in curvam, & lineæ curvæ in rectam. Verum nemo mortalium hoc novit facere in curvis lineis. Iterum inter lineas curvas, ſi data mihi eſſet linea curva circularis C (Tab. I. fig. 5.) atque juberer invenire aliam ellipticam lineam D (fig. 6.) quæ æqualis foret datæ C, hæc inventio vocaretur tranſmutatio linearum: Ea tranſmutatio, quantum novimus, ex rectis lineis in curvas, & ex curvis in rectas inveniri vix poteſt; rectarum vero inter ſe & curvarum inter ſe tranſmutatio utique inveniri poteſt in multis, & invenerunt Geometræ, ut EUCLIDES ipſe demonſtrat. Dabo exemplum. Habeo v. gr. quadratum, rogo ut fiat triangulum æqualis magnitudinis. Id præſtat EUCLIDES. Scribit quadratum ABCO, (Tab. I. fig. 7.) In harum linearum alterutra ſumit DE æqualem CD, conjungit puncta A & E, ducta linea AE, eritque triangulum CEA æquale quadrato ABCD; ſcribe enim notam F ubi AE ſecat lineam BD, erit in triangulo ACE figura AFCD, & eadem etiam continetur in quadrato ABCD. Deinde triangula AFB & FDB ſunt inter ſe ſimilia & æqualia, habent enim latus DE per conſtructionem = CD = AB, & angulos rectos ABF, FDE, & angulos AFB ac DFE æquales, cum ſint anguli oppoſiti ad vertices. Hac ratione deinde etiam aliter poterit quadratum mutari in infinita triangula, ut in 6 libris EUCLIDIS patet.

Quando nunc figura curva transmutari poteſt in rectilineam, tunc vocatur hæc tranſmutatio quadratura curvæ, quæ nihil eſt, quam mutatio ſuperficierum lineis curvis comprehenſarum in ſuperficies lineis rectis terminatas. Ita deinde ſeorſim vocatur quadratura circuli, ellipſeos, &c. aliaque infinita, ut ellipſeos quadratura inventa ab ARCHIMEDE, & lunularum ab HIPPOCRATE. Mathematici recentiores hæc applicarunt & ſuperficiebus & denique corporibus; &c. qui nunc ultimus eſt geometriæ limes. Hæc ſunt quinque objecta, quæ contemplantur Geometræ, & nihil aliud habent, neque adeo Medicus ad ſtudium ſuum perficiendum plura ſcire tenetur.

CAPUT III.

De methodo diſcendi Geometriam.

UT quiſque geometriam breviſſime & facillime addiſcat, 1. debet arithmeticam cognoſcere, quam omnium optime inter auctores docuit ANDREAS TAQUET in *Arithmetica ſua*, liber eſt in 8 (*a*). Idem etiam præſtitit, ſed majori ope-

(*a*) *Theoriæ & praxis Arithmet.* Amſt. 1704. 8. Laudem etiam meruit WOLFII *Elem. Math.* T. V. p. 50.

opere, JOHANNES PRESTET in libro *Elèmens de Mathèmatique*, 2. *voll. in* 4. *Paris* (*a*). Reliqui fere omnes dant operationes, ſive demonſtrationes, ſed in his ultimis invenitur, quomodo inventæ ſint operationes, & quibus ratiociniis innitatur arithmetica. Omnium autem prima inter partes geometriæ addiſcenda eſt, quia menſuram ſive magnitudinem ſupputare non poſſumus abſque numeris, nam menſurare eſt numerare. Oportet adeo Medicum eo uſque progredi, donec fractiones multiplicare, dividere, & regulam auream cognoſcat.

Poſtquam Arithmeticam tiro didicit, poteſt adgredi Geometriam & ſex priores EUCLIDIS (*b*) libros, & conſiderare figuras, quas a FOURNIERO (*c*) optime editas deſcripſit MELDERUS, proprie enim ſunt a FOURNIERO, quamvis MELDERUS ſuas vocet. Si malit omnes XV. libros EUCLIDIS addiſcere, debet eligere illos, qui a BARROWIUS (*d*) editi ſunt, optima edito eſt Londini, & præſtat

(*a*) *Elementa Matheſ.* Paris. 1694. 4. Habet analytica vulgatiora.

Cæterum noſtris temporibus longe plures ad Arithmeticam ſpectantes Auctores habemus, neque ſufficere ullo modo crediderim vulgarem illam numerorum conſiderationem, neque ab ullo Medico abeſſe poſſe ſpecioſam illam analyſin, quam barbaro nomine *Algebram* vocant, adeo fere excluditur optimis quibuſque Scriptoribus, & caret diſciplinarum uſu quicunque & vulgarem Algebram & altiores illos differentialium & integralium calculos non perceperit animo. Scriptores ad utramque partem calculi univerſalis pauciſſimos adponam. Tironi ſufficiet BERNARDI LAMY *Traitè de la grandeur*. Pariſiis 1731. 12. ut qui peculiari induſtria effecerit, ut facillimus ſit diſcentibus, & fere præmanſum temperatumque cibum propinet. Deinde notum facio omnibus CHR. WOLFIUM in univerſali matheſeos ſyſtemate, quod ſæpius & Halæ & Genevæ edidit, & cui de Algebra tractatus inſertus eſt, quem non audio, ut alia fuerunt celeberrimi viri ſcripta, hactenus fuiſſe impugnatum.

Ad altiora & IDEM ducit WOLFIUS, & NEWTONUS in *Arithmetica univerſ.* quæ primum Cantabrigiæ an. 1707, deinde Londini an. 1722 in 8. denique procurante 's GRAVESANDIO Leidæ in 4. prodiit. Sed ad ſumma progreſſuro neceſſarium eſt ut Sectionum conicarum proprietates perdiſcat, quas in Marchionis de L' HOPITAL poſthumo opere diſcere poteſt, Pariſiis 1720. in 4. edito, etſi juſto minus memor fuerit Conorum, ex quorum ſectione, non ex mechanica productione per regulas, nec in algebraicarum formularum conſideratione hæ tres vel quatuor (ſi circulum addideris) celeberrimæ curvæ lineæ natæ ſunt. Vel etiam legi poterunt MILNESII *Sectiones conicæ*, Oxon. 1712. 8. editæ, quæ LA HIRIANARUM ſunt Epitome; aut LA HIRII majus opus Pariſ. 1685. in fol. excuſum, minuſve 1679. 12. Sequitur ejuſdem L' HOPITAL infinite parvorum analyſis edita Pariſiis 1696. & 1716. 4. ex JOHANNIS quidem BERNOULLII Lectionibus natum, ſed Gallico ingenio ornatum, mireque in tanta rerum difficultate facile diſcentibus opus, quod utilius præterea reddidit VARIOGONII commentarius, qui ſub nomine *Eclairciſſemens ſur l' Analyſe des infiniment-petits* prodiit an. 1711. Pariſiis in 4. Ad integralem vero calculum, cujus non extant niſi paucæ nantes in gurgite vaſto inſulæ, STONII in verſionis Angl. operis L' HOPITALIANI parte ſecunda. MANFREDUS in opere *de conſtructione æquationum differentialium primi gradus*. Bononiæ. 1707. 4. JACOBUS STIRLING in illuſtratione Libri NEWTONIANI *de Curvis tertii ordinis*. Oxon. 1717. 8. & *in methodo differentialium*. Lond. 1730. 4. COLSON. *in method of fluxions and infinite ſeries*. Londini 1728. 4. & NEWTONI atque LEIBNIZII ſparſa opera legi debent. Ad omnem vero Algebram opera pulcherrima JOHANNIS BERNOULLII plurimam undique lucem adfundent, quæ nuper conjunctim Lauſannæ prodierunt. Plura addere vetat inſtituti ratio, meumque ab his ſtudiis dudum alienum vitæ genus, quod officia neceſſaria ſequi jubet.

(*b*) Geometriæ princeps ubique EUCLIDES eſt, maxime in L. I. II. III. IV. V. VI. XI. XII. XIII. XIV. XV. nam reliqui fere arithmetici ſunt.

(*c*) EUCLIDIS *Elementorum* L. priores VI. opera CHRIST. MELDER. Leidæ 1673. 12.

(*d*) EUCLIDIS *Opera nova methodo denuo illuſtrata & ſuccincte demonſtrata*, Londini 1666. & denuo 1675. 4. GREGORII etiam ſplendida editio inſtat quæ in Theatro Scheldoniano an. 1703. in folio prodiit; ſed tironi ſufficiet, quam nuper Lipſiæ an. 1743. in 8. edidit CL. BAERMANNUS, quæ eaſdem figuras habet GREGORII.

ſtat Francofurtenſi. BARROWIUS, philoſophus, muſicus, theologus fuit, & aliquos errores in EUCLIDE emendavit. Qui autem ſimul hæc diſcere vult, una cum uſu proportionum, legat XV. libros EUCLIDIS editos a CHRISTOPRORO CLAVIO (*a*) ſed debet haberi, ſi poteſt, editio Romana, duobus voluminibus in 8. Hic enim non ſolum proportiones docentur, ſed omnia quæ in Philoſophia, Mechanica, Geometria, Practica, &c. deſiderari poſſunt.

Verum fatendumeſt, hos omnes Auctores non obſervaſſe ordinem, quem EUCLIDES ipſe non bene obſervavit; ergo, ſi quis hæc omnia ordine vult addiſcere, legat librum illum incomparabilem BERNARDI LAMY *Elémens de Géométrie, ou Traité de la meſure des Corps* (*b*), ibi enim optime omnia Euclidea & Archimedea ad finem uſque continentur. His præſtitis totam Geometriam habebit Medicus.

CAPUT IV.

De menſura Linearum curvarum.

GEometria vulgo contemplatio dicitur, ſed ſenſu improprio; nam proprie eſt menſuratio figuræ, ad quam requirebantur eæ quinque conſiderationes quas dixi, ut magnitudo, *&c.* itaque hæc Geometriæ pars, quam jam explicaturus ſum, eſt magis proprie Geometria, tractat nempe de figurarum, linearum & corporum menſuratione.

Figura eſt ſuperficies circumſcripta. Figura plana dicitur ea, ad quam linea recta applicata cum omni puncto congruit ubique, quando nempe nulla puncta ſuperficiei infra lineam rectam ſe ſubducunt, nulla ſupra eam emergunt. Superficies vero plana ordinata eſt, cujus latera ſe eodem modo, ut hæc ſuperficies, habent; & ad hanc revocari poteſt ſuperficies gibba, quæ eſt figura ſphæram ambiens: in hujuſmodi enim figura, ſi lineam rectam applicaveris, aliquæ partes plani ſe ſubducunt, aliæ eminent. Ergo figuræ & ſuperficies curvæ revocantur ad figuras & ſuperficies planas, nam figuræ curvæ menſurantur tantum, quando revocantur ad planum, idque fit methodo qua jam antiquiſſimi uſi ſunt Mathematici. Unicum exemplum dabo. Concipiatur circulus, cujus centrum ſit C (Tab. II. fig. 1.), hunc ita menſurant Geometræ. Circuli

(*a*) Reformator Calendarii Gregoriani. Editio *EUCLIDIS* citata eſt Romana 1574. 8. & Francofurtian. 1654. Auctoris alia Opera his annis edita ſunt, *Geometria practica.* Rom. 1604. 4. *Algebra.* Rom. 1608. 4. *Spherica.* Romæ 1586. 4. Opera vero omnia Germanicæ editionis Moguntiæ fol. 1612.

(*b*) Pariſiis etiam an. 1685. 1688. 1710. 1731. & 1734. edita. Facilitatem laudamus; rigorem demonſtrandi hinc inde requirimus. Solent cæterum recentiores vitio vertere *EUCLIDI*, quod ordinem parum obſervaverit, & quod per deductionem ad abſurdum fere demonſtraverit, quæ methodus adſenſum extorquet, animum non illuſtrat. Hinc ad Geometriæ elementa enixius commendo *ANDREÆ TACQUET elementa Geometriæ planæ & ſolidæ* quæ *WHISTONUS* edidit Cantabrigiæ an. 1703. & 1722. 8. excuderunt vero Amſtelodami 1725. 8. Is enim & perſpicuitate ſimul & brevitate efficaci eminentes demonſtrationes habet. Sed nec *PARDIESII* breve compendium diſpliceat Tironi, ſæpiſſime recuſum, & cum Auctoris reliquis Opuſculis Lugduni 1725. 12. in quod prælegere dignatus ſit *J. BERNOULLIUS*, etſi neque id ubique vitiis & laxitate in demonſtrando purum ſit.

culi area eſt figura plana, ſed terminus eſt figuræ curvæ: inſcribunt ergo Mathematici quadratum ABDE, & vident hoc quadratum circulo minus eſſe. Deinde circumſcribunt quadratum, & vident majus eſſe circulo, pergunt ergo & dicunt, ſi invenerim magnitudinem quadrati circumſcripti, & magnitudinem quadrati inſcripti, & differentiam ſumſero, hoc eſt inſcriptum quadratum demſerim de circumſcripto, & remanentis ſumſero dimidium, jam reliquum plus accedit ad circulum. Ergo inſcribunt circulo octogonum & ſimile octogonum circumſcribunt, inveniunt magnitudinem octogoni inſcripti, & magnitudinem octogoni circumſcripti, & vident quantum differant, & ſubducunt octogonum inſcriptum de octogono circumſcripto, hæc differentia utique plus accedet ad circulum. Ergo inſcribo & circumſcribo figuram ſexdecim laterum regularem, ſubduco iterum inſcriptam a circumſcripta, & ſumo iterum dimidium differentiæ reſtitantis, & jam propius accedo ad circulum. Ita inſcribendo & conſcribendo in infinitum pergi poteſt, ut in circulo perpetuo plurium laterum figuræ rectilineæ inſcribantur, & plurium laterum figuræ rectilineæ circumſcribantur, donec omnes tres figuræ nempe circulus & figura inſcripta & circumſcripta fiant eædem, quod nunc facile eſt, nam omne inſcriptum ſemper aliquid minuit, ut ultimo nihil remaneat ad ſubtrahendum, & figura inſcripta, & circumſcripta, & circulus, nulla alicujus momenti quantitate differant.

Itaque nunc, cum ſic multoties perrexerim, illa ultima differentia nulla eſt, ut dixit ARCHIMEDES, hoc eſt, poſſum toties inſcribere & circumſcribere, ut cum acceſſerim ad finem, differentia ſit fere nulla, adeoque quod deficit a perfecta æqualitate plani multilateri & circuli, id pro nullo haberi poteſt.

Nempe omnis figura curva concipiatur tanquam facta ex lineis infinitis & infinite parvis rectis, quæ omnes ſibi mutuo junctæ ſunt, & ſi ita concepta fuerit, poterit ut linea recta menſurari. Curvas ergo lineas figuras curvilineaque corpora oportet per rectas lineas rectaſque ſuperficies & ſolida metiri, & quæ non poſſunt ad rectas revocari, eæ neque menſurari poſſunt.

De lineis dixi, nunc de corporibus menſurandis exemplum addam.

Menſurandum eſt ſolidum cylindricum gibbum. Ergo Geometræ, ut id menſurent, reducunt ad ſolidum rectilineum. Sit illi circulo ſuperiori A (Tab. II. fig. 2.) inſcriptum quadratum, huic inferiori B perinde inſcribatur quadratum, conjungantur hæc plana lineis ex angulis in angulos deductis, naſcetur ſolidum cylindro inſcriptum. Deinde his iisdem circulis circumſcribo duo quadrata, hæc conjungo lineis & planis qualia dixi, ſic naſcetur priſma, ſed extra cylindrum circumſcriptum; verum ſuperficies corporis inſcripti minor eſt ſuperficie circumſcripti corporis, & dimidium differentiæ magis accedit ad cylindrum. Pergo ergo ita inſcribere & circumſcribere in infinitum, donec latera priſmatis conveniant ultimo cum ſuperficie hujus cylindri, & latitudo ac altitudo cylindri nulla adſignabili quantitate differant a latitudine & altitudine priſmatis, hoc eſt, cylindrus eſt factus in priſma. Idem valet de omnibus quæ cogitari poſſunt v. gr. de ſphæra. Quando v. gr. Geometræ ſphæricam ſuperficiem, ut fecit ARCHIMEDES (*a*)

D re-

(*a*) *ARCHIMEDES de Circuli dimenſione*. Libellus is a *WALLISIO* editus eſt Gr. & Lat.

revocare volunt ad figuram menſurabilem, inſcribentes & circumſcribentes ei quadrata, agunt, ut de circulo diximus, & pergunt ſic in infinitum, adeo ut tandem fiat figura rectilinea, qua cum figura ſphæræ una ſit eademque, aut certe nulla adſignabili quantitate differat. Ergo ars menſurandi ponitur in figuræ planæ menſuratione, & reductione planæ curvæ ad rectam, & gibbæ ad planam rectam.

Explicandum eſt, quomodo ſpatium corporum rectis aut curvis planis circumſcriptorum adſignetur.

CAPUT V.

De Trigonometria.

M*Enſura* eſt *magnitudo quædam cognita, ad quam applicatur alia cognoſcenda, eo fine ut ſciamus, quoties ignota ea quantitas cognitam contineat, aut ab eadem contineatur.* Omnis menſura debet ſimplex eſſe & certa, alias non eſt menſura; ergo ad menſurandum corpus neceſſario adhibenda eſt ſuperficies ſimpliciſſima, & ad menſurandam ſuperficiem, eſt applicanda ſimplex rectilinea figura. Simplex autem rectilinea figura eſt triangulum; verum triangulum per quadratum menſuratur, ſed quadratum menſuratur per lineam rectam, ergo requiritur ad menſuranda quæcunque corpora lineæ rectæ menſura; hinc Geometræ primo menſuranda eſt linea recta, tum quadratum, & per quadratum denique omnes ſuperficies.

Verum quadratum adhuc eſt nimis compoſitum, hinc ſumunt Geometræ triangulum; nam habet triangulum uno latere minus, quam quadratum; ergo omnes Geometræ menſurant per triangulum; & illa pars Matheſeos, quæ docet menſurare triangulum, vocatur Trigonometria, quæ Geometræ cognoſcenda eſt. Primum ergo, quod Medico & Mathematico diſcendum eſt (poſtquam vidit opera EUCLIDIS & LAMY') eſt menſurare triangulum, nam per eam figuram menſurantur omnia.

Porro, qui poteſt triangulum menſurare, ille omnia menſurare poteſt. Proponamus pro exemplo circulum. Hujus menſura invenitur, quando ſcimus longitudinem peripheriæ, & poteſt, ea cognita, definiti circuli magnitudinem eſſe eandem quæ trianguli, cujus altitudo BA (Tab. II. fig. 4.) eſt ſemidiameter hujus circuli, & cujus longitudo eſt ejuſdem circuli circumferentia. Id ARCHIMEDES demonſtravit. Quare omnes figuræ curvæ, quæ per rectas figuras menſurantur, eæ omnes per triangulum menſurantur, hanc ergo Trigonometriæ ſcientiam noſſe oportet, ut cognoſcantur corporum vires, molem enim corporum cognoſcere non poſſum, niſi cognoverim corporum maſſas, quæ menſurantur per triangulum ope Trigonometriæ.

In

Oxonii an. 1670. 8. Cæterum ad perfectiorem Geometriæ cognitionem pertinent *APOLLONII PERGÆI Conicarum* L. VII. Oxonii ab *HALLEIO* an. 1710. in fol. edit. aut ab *ALPH. BORELLO* 1661. fol. Priores enim editiones, ut Bononienſis an. 1566. folio cum lemmatis *PAPPI* edita a *COMMANDINO*, Libros tantum quatuor habent. Porro *GREGORII a S. VINCENTIO* doctiſſimum inventis & altioris analyſeos ſeminibus opus AntWerpiæ an. 1647. in folio editum. Compendium *APOLLONIANARUM* Sectionum Florentiæ an. 1722. a *GUIDONE GRANDI* datum. Ad linearum rationes altiores & locos Geometricos *PAPPI* Alexandrini *collectiones* Bononiæ 1660. fol. editæ. Ad Curvas varii ſupra recenſiti not. (*a*) pag. 23. & *ISAACI BARROW Lectiones Geometricæ*. Londini 1670. 4.

fig. 1.




fig. 2.




fig. 3.




fig. 4.




fig. 5.





fig. 6.



In triangulo jam occurrunt tria latera, tres anguli, & area; ergo tota *Trigonometria* ſeu *trianguli menſuratio* eſt *id*, *quod explicat*, *quomodo ex tribus datis inveniatur omne*, *quod occurrit in triangulo*, & in hoc conſiſtit tota hæc pars Geometriæ. Sit ergo triangulum; in toto hoc triangulo poſſunt conſiderari ſeptem diverſa, nempe tres lineæ, quæ triangulum faciunt; tum ſpatium per has tres lineas coercitum, quod vocatur area, & tres anguli, qui huic triangulo inſunt, hæc ſunt ſeptem. Tribus autem ex his ſeptem datis, reliqua quatuor ſemper inveniuntur. Si data fuerint tria latera, dico me inventurum tres angulos & aream; dentur ergo tria latera (Tab. II. fig. 5.) AB, AC, BC. Id docuit EUCLIDES (*a*), datis tribus lineis tres angulos invenire, & perpendicularem ad baſim; verum ſi perpendicularis hæc linea v. g. AD, cognita eſt, jam baſis BC multiplicata per illam perpendicularem AD dabit aream duplicem areæ trianguli, nempe parallelogrammum EBCF, cujus dimidium ſemper dat aream trianguli, ex *Propoſit.* 41. *Lib.* I. EUCLIDIS. Deinde poſſum trianguli hujus tres angulos invenire per doctrinam ex tabula ſinuum, tangentium, & ſecantium hauſtam; itaque, ſi tria latera data ſint, trianguli aream per *ſecundum Librum* EUCLIDIS, & per tabulam etiam tangentium & ſecantium angulos ipſos invenire poſſum. Si duo latera & unus angulus dentur, reliqua etiam inveniuntur. Si tres anguli tantum dentur, idem eſt, ac ſi duo anguli darentur, quia tres anguli cujuſcunque trianguli tantum faciunt duos rectos, & duobus angulis datis tertius ſemper datur, quod ſit eorum ad duos angulos rectos complementum. Si vero duo anguli dentur & unum latus, tunc potero reliqua quatuor deducere, eaque ratione menſurantur triangula, ope Trigonometriæ.

Geometræ hanc artem, quæ eſt nobiliſſima in tota Matheſi, invenerunt exinde, quod EUCLIDES *Lib.* X. demonſtravit maximum angulum maximo lateri ſemper eſſe oppoſitum; hinc ſequitur in omni triangulo æquilatero omnes angulos etiam æquales eſſe, & ſic porro. Viderunt adeo inter magnitudinem lateris & capacitatem anguli ſemper eſſe proportionem aliquam.

Nam ex angulorum proportione elegans oritur cognitio rationis inter latera per *tractatum de ſinubus*, *tangentibus*, & *ſecantibus*. Si quis principiis Euclideis imbutus ſit, tum rem iſtam poterit intelligere, præſertim, ſi ſequentes tum evolverit Auctores.

LANSBERGII *de Geometria triangulorum Libri quatuor* (*b*). Opus in 4. editum eſt apud *Blaeu*, Amſtelodami 1631. quæ optima eſt editio.

D 2 Aut

(*a*) *EUCLID. I. Prop.* 22. *WOLF. Elem. Geometr.* n. 205. 206. 207.

(*b*) Primus Canonem Sinuum novum, ſed dudum nunc obſoletum, ob menſuras & diviſiones mutatas edidit *JOHANNES REGIOMONTANUS* Nurembergæ 1537. fol. deinde *PHILIPPUS LANSBERGIUS* an. 1663. Middelburgi excudi fecit Geometriam Triangulorum, quæ & planam & ſphæricam comprehendit Trigonometriam. Sed ingens rebus iſtis mutatio acceſſit poſtquam *JOHANNES NEPERUS* Edimburgi an. 1619. 4. Logarithmorum Canonem edidit, quo admirabili certe invento, multiplicandi & dividendi moleſtia ſublata eſt, de calculis difficilioribus. Mutatis deinde formulis ab *HENRICO BRIGGIO*, additis novis Logarithmis, *ADRIANUS VLACQ*, centum millium numerorum edidit Logarithmos, Canonemque tangentium & ſecantium addidit, quod opus Goudæ an. 1633. in folio, & alias editum eſt. Sæpe etiam & Tabulæ ſinuum & tangentium ſolæ, & earum compendium ad numeros 10000, typis impreſſæ ſunt. Eo opere aut majore aut minore frequentiſſimus omnium nunc uſus eſt.

N. 1 *J. NEPERI*, qui hic citatus eſt, Liber prodiit prius Edimb. anno 1617. ſub titulo *Rabdologiæ ſeu numerationis per virgulas*, Edimburg 1617.

Aut ſi velit eumdem tractatum amplius & clarius deductum, legat ANDREÆ TACQUET *Geometriam practicam*. Eſt liber in fol. Antwerp. 1669 (*a*).

Aut etiam *Tabulas ſinuum, tangentium & ſecantium* editas per ADRIANUM VLACQ, & renovatas per FRANCISCUM VAN SCHOOTEN (olim Lugduni Batavorum Matheſeos Profeſſore) Dordraci editas an. 1664.

Hi Auctores totam hanc rem dilucide docent, verum non poſſunt intelligi, niſi prius intellecto EUCLIDE, & propoſitione modo expoſita. Horum Auctorum optimus eſt TACQUETUS.

Si quis dicta hactenus accurate noverit, Geometriam propriam abſolvit, nempe cum Trigonometria elementis EUCLIDIS conjunctis.

Ex præmiſſis principiis menſura cognoſcitur omnium ſpatiorum planorum rectilineorum & curvilineorum, quæ ad rectilinea referri poſſunt; tum quoque ſpatium gibbum cavorum quorumcunque, quæ ad plana reduci poſſunt, adeoque corporum his ſuperficiebus contentorum habetur menſura.

Hæc credo optime hac ratione addiſci. EUCLIDES accurate docet menſuram figurarum rectilinearum. ARCHIMEDES vero agit de curvis, quæ ad plana reduci poſſunt, & ſic porro, adeoque ſi quis accurate addiſcat utriuſque inventa, ſolidum fundamentum adjecit pro ſuis ſtudiis, quæ omnia ſequentibus nituntur. 1. Menſuræ linæ rectæ; 2. Menſuræ quadrati; 3. Menſuræ trianguli; 4. Menſuræ cubi.

1. Menſura lineæ rectæ habetur, quando longitudo aliqua cognita applicatur ſucceſſive illi lineæ, & retinetur in memoria, quoties cognita menſura ingredi hanc lineam poſſit. Ita Geometræ menſuraturi aliquam longitudinem, duos palos in plano diſponunt, deinde longitudinem quamdam cognitam ab uno palo uſque ad alterum toties applicant, quoties applicari poteſt, ita vident illam longitudinem menſurandam continere menſuram cognitam toties, & hæc eſt menſura lineæ rectæ.

2. Menſura quadrati eſt communis menſura ſpatii per duplicem extenſionem menſurabilis. Obtinetur autem hoc modo. Sit ſpatium (Tab. II. fig. 6.) ABCD, quod dimetiri oportet. Sit tunc *abcd* ſpatium quoddam cognitum, non linea, ſed ſpatium, idque quadratum, adeoque quando dicitur ſpatium cognitum centum pollicum, tum intelligimus ſemper pollicum centum in quadrato, hoc eſt, in eo ſpatio diſponi poſſe centum quadrata, quorum ſingulorum longitudo & latitudo ſit unius pollicis. Sit porro ſpatii menſurandi ABCD linea una AC, altera CD. Ad hæc latera applico quadrati mei cogniti latus nempe *ac*, & invenio ter in CD contineri, bis in AC. Ajo ergo ſi linea *ac* fuerit pedis unius, ſpatium ABCD ſex pedes continere; multiplico nempe numerum partium æqualium menſuræ meæ, quæ ſunt in linea AB, nempe tres per numerum ſimilium partium in linea DB, nempe duas, invenio numerum ſex, qui deſignat totidem quadrata, quorum latus eſt menſura mea cognita, ſex nempe quadrata, quorum ſingulorum longitudo & latitudo eſt unius pedis. Ita in univerſum, quan-

(*a*) Opera nempe omnia Antwerpiæ 1669. f. & 1708. fol. excuſa. Nuperum opus *de la Coupe des pierres*, quod *D. FREZIER* Argentorati an. 1738. 1739. edidit, & quo Geometria practica traditur; poſt *PRÆCEPTORIS* prælectiones prodiit.

quando dicimus aream aliquam continere decem pedes, tunc intelligitur continere decem ſpatia, quorum ſingulum eſt pedis unius quadratum, hoc eſt decem quadrata applicari ei poſſunt, quorum ſingulorum longitudo & latitudo eſt unius pedis. Et ſic omnes menſuræ ſpatii fiunt.

3. Menſura trianguli fit hac ratione. Sit triangulum (Tab. III. fig. 1.), ſi nunc detur numerus partium in linea AB, & numerus partium in perpendiculari CD, & hi numeri multiplicentur per ſe invicem, habebitur area trianguli. Sint v. gr. partes cognitæ quatuor in linea AB, & ſint partes ejuſdem generis tres in linea CD, multiplicentur per ſe invicem, habebuntur 12 partes hujuſmodi. Deinde ſumatur dimidium hujus numeri 12, habebitur area trianguli. Id facile demonſtratur, nam priori multiplicatione inventa eſt figura, quæ duodecim ſpatia continet hujus datæ menſuræ, ſed dimidium hujus rectanguli eſt triangulum, ut docet EUCLIDES *Libro primo*. Sic in univerſum area trianguli ſemper fit multiplicando numerum partium baſeos in numerum partium perpendicularis a vertice ductæ, & ſumendo dimidium ſpatii.

4. Menſura cubi demonſtranda eſt, quomodo nempe menſurentur ipſa corpora, hoc eſt ſpatia illa realia, & diviſibilia per tres dimenſiones. Hæc corpora omnia menſurantur per cubos. *Cubus* eſt *figura terminata ſex quadratis ſuperficiebus*, omnium ſimpliciſſima, quæ in mathematica excogitari poteſt. Sit linea AB (Tab. III. fig. 2.), ſupra eam ſit deſcriptum quadratum, quod in icone non poteſt pingi, niſi ex obliquo viſum, & tunc quinque quadrata erecta ad iſtius primi quadrati latera conſtituantur, quæ quadrata ſibi mutuo applicentur, tunc corpus ita natum vocabitur cubus, nam habet ſex ſuperficies, unam quæ baſis eſt ABCD, alteram ipſi parallelam ſuperius, nempe EIGH, tertiam elevatam ex latere AB nempe AEHB, quartam ex latere AC, nempe AEIC, quintam ex latere CD, nempe CIGD, ultimam ex latere BD, nempe BHGD.

Iam omnis alicujus corporis menſuratio, quam intelligit Geometra, fit per hujuſmodi cubum. Quando enim Geometræ dicunt dolium continere decem pedes, tunc intelligunt pedes cubicos, pes autem cubicus conſtat ſex ſuperficiebus, quarum ſingularum quadrata habent pedis unius longitudinem & latitudinem, quod perfectum eſt quadratum. Menſuratio dicitur applicatio cubi ad hoc ſpatium, & corpus menſuravimus, quando didicimus, quoties cubus cognitus poſſit applicari iſti corpori & ſpatio. Si v. gr. cubiculum menſurare volueris, ſume menſuram longitudinis hujus cubiculi, ſit v. gr. viginti pedum, tum latitudinis menſuram pone eſſe etiam viginti pedum; multiplica hæc per ſe invicem, fiet quadratum 400 pedum, æquale ſuperficiei toti imæ cubiculi. Tunc ſumo altitudinem cubiculi: fac etiam viginti pedum eſſe, duc in ſe invicem 400 & 20, prodibunt 8000 pedes, æquales ſpatio hujus cubiculi; hoc eſt, ſi haberem cubum, cujus unumquodque latus eſſet unius pedis quadrati, & ſi hujuſmodi cubos haberem 8000, replerent perfecte ſpatium totius cubiculi: neque aliud menſura eſt, quam experiri quoties cubus notus poſſit applicari corpori menſurando.

Qui nunc accuratius vult diſcere, quomodo varia corpora variæ figuræ & va-

variæ magnitudinis menſurentur, videat illam partem Geometriæ, quæ Stereometria dicitur, a στερέον *ſolidum* & μετρεῖν *metiri*, alio etiam nomine dicitur σωματομετρια, nam σωμα ſignificat *corpus*, hinc Somatometria eſt menſuratio corporum, uti στερεομετρια ſolidorum menſuratio.

Hæc pars Geometriæ optime deſcripta habetur ab ANDREA TACQUET (*a*) qui ſcripſit tres Libros in folio. AntWerpiæ editos, quorum ultimus agit de Stereometria, ubi egregie, ſtiloque breviſſimo conſcripſit illam Geometriæ partem.

Abſolutum ergo eſt hoc Caput, & illa pars Phyſices, quæ agit de natura corporum, iiſque, quæ ex ea immediate ſequuntur. Sequitur, ut de mutatione corporum, quæ ſemper a motu pendet, agamus.

(*a*) Vide ſupra, pag. 28. Not. (*a*).

METHO-

METHODI STUDII MEDICI
PARS III.
MECHANICA.
CAPUT I.
De Motu in genere.

QUi novit generalia corporis in ſe ſpectati attributa, ordine ducitur, ut mutationes corpori poſſibiles intelligat. Quamdiu corpus aliquod ſimpliciter cogitamus, prima illa idea manet in æternum, neque, ſi in æternum de eo corpore cogitaremus, ullam mutationem conciperemus, ſed maneret idea illa iſtius corporis, niſi alia idea ſimul occurrat. Duo adeo occurrunt in rebus conſideranda, 1. rerum eſſentiæ, hæ nunquam mutantur in rebus, ſed in æternum eædem manent; 2. ea, quæ ſequuntur ex ea eſſentia, ſed quæ non obtinent ex rei eſſentia ſola conſiderata, verum quatenus concipitur illa res cum alia quadam re conjuncta. Hoc nunc Metaphyſices fundamentum eſt. Ita ſi cogitaremus ſphæram quieſcentem, quamdiu nihil ſimul cum ea idea conceperis, in æternum concipies ſphæram quieſcentem: verum ſi illa ſphæra moveri dicitur, jam oportet concipere aliam rem a ſphæra diverſam, & ejus naturam tenere ſimul cum natura ſphæræ, eſt enim aliquid in ea ſphæra, quod antea non aderat, hoc eſt, mutatio facta eſt in ea, & hæc mutatio eſt a motu, qui in ea ſphæra eſt, & prius non inerat. Ergo omnis mutatio ponit, præter rem ipſam, de qua cogitavi, concipere me ſimul aliud quoddam, quod non erat in re ſola.

Sed præterea notandum eſt, ſi duas res ſimul conceperim, tunc id compoſitum, quod ex utraque re conjungitur, & ipſum immutabile eſſe. Concipio v. g ſphæram cum motu, dico omnes proprietates, quæ ſequuntur ex ſphæra cum motu, inſeparabiles eſſe a ſphæra cum motu; nam ſi eam ſphæram concipio cum motu, & nihil aliud ſimul concipio, alio momento temporis poſt iterum concipiam eam cum motu, & alio momento poſt iterum; ergo in æternum eam ſphæram concipiam cum motu, quamdiu nihil aliud ſimul concipio. Verum, ſi concipio ſphæram cum hoc motu incurrere in aliam ſphæram, jam concipiam illam ſphæram cum motu & præterea ſphæram conjunctam, quam a principio non concipiebam in idea; ab hac autem nova idea poterit oriri idea prioris ſphæræ cum minori motu, & cum motu aliter determinato, hoc eſt, facta erit mutatio. Hinc cernimus, quot mutationes in rebus ſint, & quomodo ſemper oriantur ab alio quodam, quod concipitur ſimul cum ea re, cujus conceptus primo noſtro animo oblatus eſt.

Unum corpus vocamus *id, cujus partes ita inter ſe cohærent, ut motus uni parti corporis impreſſus, totam molem moveat, non vero adtactam partem a non adtactis ſeparet*. Nunquam poſſumus dicere, quid ſit mutatio in rebus introducta, niſi hoc adnotemus. Omnium primo enim nobis eſt dicendum, quid ſit unum corpus. Omiſſio hujus definitionis in cauſa fuit, cur Mathematici & Phyſici plurimi longe erraverint, eoſque hæc in primis omiſſio in confuſionem deduxit. Nam unum corpus conſtat ex partibus ita cohærentibus, ut ſi una moveatur, non ſeparetur a reliquis, ſed moveantur omnes. Quid ergo vocabimus unum corpus, an atomum; verum ea conſtat ex aliis partibus. Quid ergo dicemus unum corpus? Ego revolvendo totam hanc materiam voco unum corpus hanc cretæ glebam, cur? quia, ſi motus aliquis, v. g. hic digitus, impingit in unam partem cretæ, tota moles movetur ſimul, & illa pars, quæ motum recipit, a reliqua non diſcedit. Neque enim unum corpus dicere oportet, quod una ſuperficie continetur, ut plurimi dixerunt, hoc enim eſt nihil dicere, nam ſunt corpora, quo una ſuperficie continentur, & tamen non ſunt unum corpus, ut aqua quidem continetur una ſuperficie, verum conſtat infinitis numero corporibus, quorum unum, ſi movetur, ſtatim ab aliis recedit. Aqua vero tunc demum vocatur unum corpus, quando in vaſe quodam coercetur ita, ut una pars mota ab aliis recedere nequeat. Ergo unum corpus tunc dico, quando motus in unam ejus partem impingens, non poteſt eam ſeparare ab aliis, quas non adtingit, ſed omnes ſimul movet. Corpora vero multa vocabimus ea, quæ conſtant ex partibus mutuo ita ſibi junctis, ut ſi motus impingat in unam partem, ſeparet eam ab aliis, & reliquas non moveat, ut in magno v. g. ſaxo, ſi malleus tanta vi agat, ut unam partem ſeparet a reliqua mole, tunc hæ duæ partes vocantur duo corpora, & in aqua exemplum etiam habetur.

In uno corpore ſimul concepto ut uno, nulla poteſt concipi, & quod idem eſt, nulla poteſt accidere mutatio, niſi locus totius, & figura, & unitas mutentur; etenim hoc eſt fundamentum omnium mutationum in phyſicis. Explicanda etiam ſunt hæc tria, nam præter ea nulla contingit mutatio. Fruſtum cretæ v. g. ſit iterum unum corpus ex definitione, ſi concipio illud mutari, hoc eſt, ſi eam cretam concipio cum alio quodam, quod ex ejus natura non fluit, hæc poterunt contingere, quæ dicam.

1. Manet figura, manet unitas partium, ſed loco mutatur illud corpus, hoc eſt, tota moles, ſive totum unum, exiſtit modo in una parte ſpatii, modo in altera, & ſic porro.

2. Manet unitas partium, manet in eodem ſpatio, hoc eſt, manet ut ante in loco ſuo, ſed partes aliquæ ab aliis non recedentes, mutabunt tantum ſuum ſitum, ut ſi v. g. corpus quoddam eſſet ex cera, tunc ego non mutato loco corporis poſſem digitum imprimere, & facere, ut quædam partes plus peterent centrum quam ante, adeoque motus tranſponeret quaſdam partes; verum totum unum retineret totum ſuum locum, ſed mutaretur figura.

3. Poteſt fieri, ut hoc unum fiat in plura corpora, manentibus tamen omnibus in eodem loco, hoc eſt frangetur, ſeu reducetur in fragmenta, idque fiet, quando pars, quæ motum recipit, a reliquis ſeparatur.

Hæc eſt omnis mutatio phyſica, quæ in rerum natura dari poteſt. Omne ergo cor-

corpus ſemel conceptum, tantum tres diverſas admittit mutationes, quæ ſemper a motu dato pendent; 1. mutat locum ſuum remanente ejus integritate, id eſt, cohæſione partium, & figura; 2. mutatur ejus ſuperficies, hoc eſt, figura, remanente tantum unitate, & non mutato loco totius; 3. una pars ſecedat ab aliis, id eſt, ſi motus impingit unam partem, non transferetur tota moles, ſed pars mota recedet a reliquis, & hoc vocatur diviſio.

Prima Motus proprietas.

Phyſicam ergo cogniturus diſcat proprietates motus. In motu vero conſideratur 1°. translatio totius corporis per motum uni parti impreſſum. In hoc caſu cohæſio in partibus requiritur tanta, ut per impetum, primo adtactu illi parti impreſſum, tolli non poſſit cohæſio partium a reliquis, hoc eſt, ut motus illud corpus non diſſolvat, ſeu illam partem adtactam ab aliis non ſeparet. Pro exemplo, habeo cretæ fragmentum, pono hoc ibi ſupra menſam, occupat certum locum; ut nunc hunc locum relinquat, debent ejus partes ita cohærere, ut, ſi digitus impingat in hanc partem orientalem cretæ, eam non ſeparet a reliquis occidentalibus, hoc enim poſito non totum fragmentum, ſed pars impulſa ſola moveretur. Si vero cohæſio tanta eſt, qualem motus impreſſus ſuperare nequit, tuncque digitus impingit in hanc cretam, motus ille huic parti impreſſus, facit ut creta iſta hoc ſpatium relinquens uno poſt momento in ſpatio vicino exſiſtat, hic jam eſt motus totius corporis, & hæc eſt prima proprietas motus.

Secunda Motus proprietas.

Requiritur etiam, ut tota motus copia uno momento communicetur toti corpori, hoc eſt, ut tota moles corporis ſimul moveatur, ſive mutet integre locum, requiritur omnino, ut motus impreſſus uni parti, continuo omnibus partibus communicetur; alias hæc pars ſola movetur, & fit ſeparatio partium, id eſt diſſolutio corporis, non vero motus totius, quod eſt contra hypotheſin. Sit illa creta, iterum ibi poſita, ponamus digitum huic cretæ motum applicare; ergo eo momento, quo motum applico huic parti cretæ, neceſſe eſt, ut eo momento ipſo in omnibus aliis cretæ partibus excitetur idem ille motus, aliter illa pars mota meridiem verſus perget hoc momento, nec reliquæ ſequentur, hinc diſcedet a reliquis, neque fiet motus totius, quod eſt contra hypotheſin; nam agimus hic de corpore uno, quod locum ſuum omnino mutat, ſervata unitate partium & figuræ.

Tertia Motus proprietas.

Requiritur etiam, ut illa motus copia per totam molem æquabiliter & proportionaliter diſtribuatur. Utiliſſima in tota natura ſunt, quæ nunc conſideramus. Pono nempe corpus diviſum v. gr. in centum partes, ex quibus conſtat, & pono motum unius gradus applicari uni parti, dico neceſſe eſſe, ſi totum corpus moveri debet, ut ſimul ipſo eo momento temporis, quo applicatur ille motus uni parti, diſtribuatur idem eodem momento ita per totum corpus, ut ſingulæ partes eodem momento centeſimam partem hujus motus accipiant, alias ſecederent a ſe mutuo partes, neque tota maſſa moveretur; nam illa pars mota primo momento moveretur, dum aliæ adhuc quieſcerent, ergo partes illæ non manerent junctæ, ſed diſcederent a ſe invicem. Si enim duo corpora ſe mutuo contigerint, eorum vero unum eo momento moveatur, dum alterum quietum manet, ſeparabuntur

a ſe invicem, & unio perit, quæ certiſſima eſt impenetrabilis naturæ vis. Motus ergo qui uni parti communicatur, debet neceſſario communicari eodem momento omnibus partibus, uno momento temporis, inquam, & in eadem proportione hoc eſt, æquabiliter; adeoque unaquæque pars in hoc corpore centeſimam partem motus totius, & reliquæ 99 partes etiam ſingulæ habebunt eodem momento $\frac{1}{100}$ partem. Hæc naturæ incognita lex eſt, ſed neceſſaria.

Quarta Motus proprietas.

Sed corpus perget moveri per illum motum jam inhærentem. Hoc corpus cretæ prius quieſcebat, quando illud (nempe digitus) in quieſcentem cretam impegit, ea ergo ab illo motum accepit. Nunc adeo concipio in idea corporis una motum. Verum, ſi nihil aliud nunc concipio in hoc corpore, quam quod præcedenti momento adfuit, quando illud concipiebam cum motu, hoc certe ſecundo momento idem corpus iterum cum motu concipiam, nam eadem cauſa faciet eumdem effectum, & nihil interim accidit corpori, quod motum ab eo abſtraheret.

Quinta Motus proprietas.

Ergo movebitur corpus in infinitum, ſi conſideretur tanquam ſolum; hoc jam ſupra explicui.

Sexta Motus proprietas.

Corpus ſemper movebitur per lineam rectam, quæ producitur per primum inchoatum motum. Si moveatur corpus a puncto A ad punctum B, & per lineam rectam moveatur; ſi nunc pergat moveri, ſemper per eamdem lineam rectam movebitur, ſi nihil aliud accedet. Hæc lex nihil difficultatis in intellectu parit, nam cauſa, quæ hoc momento per lineam rectam corpus hoc movet, quum altero momento ſit eadem, movebit iterum per lineam rectam, & cum eadem ſit cauſa, etiam eadem velocitate hoc momento movebit corpus, quo præcedente tempore movebat, nihilque potuit cauſæ adlegari cur aliter contingeret; ergo ſemel motum corpus per lineam aliquam, ſemper æqualibus temporibus æquales partes ejuſdem lineæ rectæ abſolvet, quamdiu ille idem motus manet.

Septima Motus proprietas.

Nec mutabitur in eo corpore aliquid, præter ſolam variam exiſtentiam in variis locis. Hæc eſt ultima lex motus, quam ſic explico. Corpus, de quo agitur, accepit motum, ut ſpatium jam occupatum relinqueret, & aliud, quod ab eo corpore non replebatur, occuparet; ergo nihil patitur, niſi quod per motum inhærentem nunc in loco A exiſtat, mox in B, & ſic porro, & cum res ſemel concepta maneat eadem in idea mea, quamdiu aliud quid non additur, ergo, ſi conceperim motum neque quidquam reſiſtens una conceperim, tunc concipio in æternum hoc corpus moveri, & nihil aliud.

Si cauſa motus manet eadem, æqualibus temporibus æqualia ſemper ſpatia abſolvet, & ſemper per lineam rectam a primo initio motus inchoatam movebitur, quia nihil novi huic corpori accedit, ſed omnia hoc momento ſunt eadem, quam primo momento conceptus. Hæ ſunt proprietates omnes, quæ in uno corpore moto contingunt, quando ab omni alio ſeorſim concipitur. Abſolvi igitur primum genus mutationum; ſequitur jam ſecundum, hoc eſt figuræ a motu mutatio.

Vidimus mutationes eas, quas motus producit in corpore, quod vocamus unum, non

non poſſe plus, quam triplicem mutationem corpori illi, quod vocamus unum, inferre, nempe 1. movere totum corpus ex loco ſuo, ſervata figura & unitate; 2. ſervato loco & ſervata unitate mutare figuram; 3. ſervato loco, & ſervata figura dimovere partes a ſe invicem, hoc eſt, diſſolvere. Quænam leges ſint, quæ obtinent in uno ſcilicet copore conſiderato, ut moto, nunc expoſui, quando nempe ſimpliciter totum locum mutat; hinc ad reliqua pergens conſiderabo nunc ea, quæ ſeparant partes a ſe mutuo.

Si motus detur uni parti corporis unius, & ſi per eum motum pars mota recedat a reliqua mole non adtacta, tunc illa reliqua moles quieta manet, & tardius mota retrogreditur.

Eſt ſane maxime amœnum & neceſſarium in phyſicis a priore poſſe definire, quid ex motu dato fieri oporteat, hinc contemplatio hujus propoſitionis utiliſſima eſt, agitur enim nunc de principiis phyſicis & mechanicis omnium mutationum, quæ in natura fieri poſſunt. Dico ergo ſi corpori uni (quid ſit corpus unum jam explicatum eſt) applicatus ſit motus ad aliquam partem, nec aliæ partes motum acceperint una, & ille motus ſeparaverit illam partem a reliquis non adtactis, dico mutationem inde natam referri poſſe ad tres caſus, qui accurate definiuntur a Mechanicis. Ponamus enim iterum glebam cretæ eſſe unum corpus (uti jam diximus), ſi pars ejus tertia receperit motum diverſum a reliquis duabus partibus, hoc motu ſecedet pars tertia, & tunc triplex caſus obtinere poteſt. Hæc pars mota ſecedet ab hoc motu dato, tum fieri poteſt, ut reliqua moles ibi in loco maneat; vel, ut hac parte mota, etiam reliquæ partes verſus eamdem plagam moveantur, ſed tardius quam pars, quæ diverſum motum accepit, atque adeo ea pars ſemper præcedat, quæ prima morum accepit, vel denique illa parte mota, & hac ad orientem pulſa, reliquæ partes retrocedunt verſus occidentem. Hic triplex motus eſt, quo corpora diſſolvuntur.

In parte non adtacta cauſa ſiſtens & retropellens major abſoluta quiete requiritur. Profundæ ſpeculationis theorema eſt, quod hic proponimus; dico in hac propoſitione, ſi in ſeparatione una pars recedit ab altera, ergo illa pars, quæ motum non accepit, & vel remanet, vel movetur retrorſum, habet cauſam aliquam, a qua ſiſtatur vel retropellatur, eaque cauſa major eſſe debet, quam abſoluta quies. Conſideretur v. g. corpus cretæ in menſa repoſitum, & per propoſitionem præcedentem ponatur, motum ſeparare hanc cretam in duas partes, jam eo momento, quo motus impingit in hanc partem A, reliquam molem eo momento quieſcere oportet, reſpectu hujus maſſæ motæ & ſeparatæ, aliter actum eſt de ſeparatione, nam ſi eadem parte A mota etiam altera pars B moveatur, tunc partes ſimul de loco in locum tranſeuntes, manent ſibi motu appoſitæ, & nihil fit, niſi localis motus totius corporis, quod eſt contra hypotheſin, agimus enim de corpore dividendo. Nam ſi aliud nihil concipiam, quam cohæſionem & quantitatem partium in hoc corpore, & tunc ſimul motum datum uni parti, nulla poteſt fieri ſeparatio corporearum partium, utcunque violentiſſimus ſit motus datus; nam ſi cohæreant partes iſtius corporis & una pars motum accipiat, & nihil præterea adſit in eo corpore, nullæ ſeparabuntur partes, ſed totum debet deferri corpus. Ponamus v. g. corpus abſolute in partibus cohærens, ut cera, & nullum aerem reſiſtere, dum eam ceram maximo impetu projicio, non ſeparabitur illa pars mota ab altera; ſed ut fiat motus ſe-

paratorius, debet hic eſſe obex reſiſtens, in quem incurrat quædam corporis pars A; & obex retrourgens hanc partem B retropellens, dum illa pars A movetur, & tunc fiet ſeparatio. Ut ergo ſeparatio fiat & diviſio, eo momento, quo communicatus motus, hæc pars A ab altera B ſecedere debet; cohæſio itaque utcunque parva major eſt, quam abſoluta quies, nam quies partium inter ſe mutuo nullum nixum in cohæſionem ponit (*a*); imo vero quies cohæſioni contraria eſt, nam partes cohærentes habent nixum in ſe mutuo, adeoque cohæſio negat quietem. Si nunc cohæſionis cauſa major eſt quiete, & cauſa ſeparans, ſive motus major eſt quam illa cohæſio, ſequitur illum motum etiam majorem quiete eſſe, & cauſam, quæ facit, ut una pars corporis retro verſus moveatur ſeu retropellatur, quum dato motu altera antrorſum pellitur, eſſe majorem quiete. Si eſſet abſoluta quies, non moveretur illa pars retrorſum. Separatio adeo ponit ſemper cauſam naturalem aliquam, quæ major eſt, quam cohæſio, & quam abſoluta quies, quæ facit, ut illa pars B quieſcat, dum altera A movetur & quæ facit ut illa B retrorſum pellatur, cum hæc A antrorſum pellitur.

In corpore gravi facile eſt exemplum dare. Pone hujuſmodi corpus hic verſus centrum terræ deſcendere, cum vi gravitatis deorſum tradatur & pellatur, ſi nihil nunc eſſet in via, nulla foret diviſio & ſeparatio corporis. & corpus deſcenderet ad centrum uſque terræ. Si vero obex eſſet in via, & corpus una parte ſua in eum obicem incurreret, dum interim gravitate reliquæ partes pelluntur, una tunc pars deorſum pelleretur, altera pars ſiſteretur, & tardius mota retropelleretur. Hinc duo requiruntur in ſeparatione, 1. una cauſa, quæ unam partem moveat corporis 2. altera, quæ retineat aliam partem; & ſi duæ cauſæ diverſæ non adeſſent, fieret tantum tranſpoſitio totius corporis; vidimus enim paulo ſuperius, quando una pars corporis unius aliquem recepit motum, eodem momento totum corpus recipere motum omnem, ſed diviſum per omnes partes æquabiliter; eo vero poſito motus tantum eſſet translocatio corporis de loco in locum. Ergo ſemper in ſeparatione corporum alius debet eſſe motus ſiſtens & retardans, iſque debet major eſſe, inquam, abſoluta quiete, aliter corpus non vocaretur unum, nam ſi non eſſet major abſoluta quiete, id eſſet, quia nulla foret cohæſio, hinc non vocaretur corpus unum, nam partes quieſcerent tantum juxta ſe mutuo, in unum vero non abirent.

Hæ binæ cauſæ, quo majori vi ſeu niſu ſibi mutuo opponuntur, eo violentior fit ſeparatio partium, hoc eſt, deſtructio totius. Hoc facile intelligitur, & evincit experientia per plures mechanicas operationes, omnes enim ſeparationes debent ſemper per unam vim motum ſiſtentem, & quaſi obicem aut cauſam retropellentem, & per alium motum valide verſus aliam plagam agentem fieri. Quo nunc plures cauſas in diverſas partes agentes poſſumus applicare, eo citius fiet deſtructio; v. g. ſi cretam hanc vellem omnino in pulverem reducere, ponerem in mortario, &c. & ſic variis agitationibus & variis retropreſſionibus, & reſiſtentiis a parte mortarii, omnino ſolveretur hæc creta in pulverem.

Abſolvi nunc omnes motus ſeparatorios; motus etiam qui ſeparat partes a ſe mutuo, ſemper eſt localis motus reſpectu partis ſeparatæ: hinc ea, quæ de motu locali dicta ſunt, tantum repetere oportet, & addere ea, quæ diximus de cauſa re-

ſiſtente

(*a*) Vide ſupra, pag. 12. Not. (*a*).

ſiſtente & retropellente, & his binis datis habebimus cauſas ſeu cauſam diviſionis corporum. Tertium genus mutationum eſt, quando retento ſpatio & integritate ſua corpus mutatur in figura ſua; hic vero de perfecte duris corporibus ago, ut conceptus ſit clarior.

Si unius corporis figura mutata, moles corporea manet una, tunc erunt quædam partes ſeparatæ a loco veteri, & tamen adhuc cohærentes toti. Suppono eſſe fruſtum ceræ libræ unius, illi fruſtulo ceræ digito imprimo foveam, ſi antea cera perfecte ſphæricum corpus eſset, nunc non erit perfecta ſphæra, ergo pondere, mole, loco non mutatis, mutatur tamen figura; hinc ejus ſphæræ ſuperficie mutata, libra tamen ceræ manet, hoc eſt tota moles adhuc adeſt, omnes partes adhuc cohærent, & ſi ſimul transferantur, manet corpus unum. Ergo pars veteris cohæſionis ſupererit, licet poſt ſeparationem nova cohæſio introducta fuerit.

Pone corpus AB (Tab. 3. fig. 3.), pendere libram unam, pone eam habere figuram, quam videmus, parallelogrammi, nempe priſmatis; pone ejus corporis figuram mutari, ut tamen eadem moles ſuperſit. Dico nunc, poteſt hoc fieri duplici modo, 1. ſi illa pars CB nunc alibi ponitur in loco DE, & tamen ſic cohæret parti AB, ut ſola pars CB tranſpoſita hunc motum FE peregerit, totumque AD CB ſit idem adhuc corpus conſtans ex duabus partibus AD & CB; ſed pars CB mutata eſt in DE, ergo corporis figura mutata eſt; hinc quædam partes locum mutarunt, quædam adhuc cohærent, ut in puncto D; & ſic corpus in figura mutatur, ut tamen maneat unum, & omnem ſuam molem conſervet.

Alter modus eſt, quando una pars corporis ſeparatur, ut tamen priori iterum ſe applicet & alio nunc modo cohæreat. Sit idem corpus AB, (Tab. III. fig. 3.) cujus partes tenaces ſint, & ſubito flectatur, jam quidem in flexione aliquæ partes ſeparabuntur, ſed iterum appoſitæ prioribus cohærebunt, nam ex hac flexura mutatus eſt locus partis BC, in locum DG, & corpus AB mutatus in hanc figuram CG, quia pars ejus corporis CB perfecit hunc motum BIG, ergo in hoc caſu fit, ut cohæſione partium mutata fiat ſtatim alia cohæſio, nam cohæſio, quæ prius fiebat per CD, ea nunc fit per DH.

Tertius caſus non datur, quod ſciam. Ergo in omni ſeparatione in qua tamen corpus manet unum, ibi alteruter horum caſuum fieri debet, nempe vel partes aliquæ ſeparantur cohærentibus adhuc aliis, unde adhuc tota moles manet, vel aliquæ partes mutant cohæſionem.

Quando prior cauſa obtinet, corpus vocatur *flexile*. Exponitur hic idea vera corporum flexilium ſeu mollium dictorum, quorum nempe partes ita cohærent, ut in aliam cohæſionem mutari poſſint, & tamen cohærere, nam ſemper alia cohæſio partium fit, dum aliquod corpus flectitatur.

Quando nunc in hac ipſa flexione, pars corporis ex ſitu mota, manet in novo ſitu ſuo, tunc corpus *molle* vocatur.

Quando vero figura per flexibilitatem mutata, deſinente cauſa flectente, ſe reſtituit in veterem ſitum & figuram, tunc corpus *elaſticum* vocatur.

Hæc ſunt omnia quæ concipi poſſunt de corporibus figuram mutantibus, mole retenta, adeoque in hiſce paucis fundamentalibus poſitionibus omnia habemus, quæ a mutatione & motu fiunt. Sic cylindrus ex cera, pone te eam flexiſſe, eamque man-

manſiſſe in ſitu flexo, hæc cylindrus corpus molle dicetur. Pone vero virgam chalybeam, illamque te utroque extremo flectere, flectetur certe, eſt enim corpus flexile, ſed, quando deſiſtis premere, continuo virga reſtituetur propria vi in lineam rectam, & hæc vis vocatur elater, ſeu *vis elaſtica*.

Omnis motus qui in rerum natura eſt, fit 1. a gravitate, 2. ab alio corpore impingente, 3. a vi attractrice. Corpus quodcunque conceptum ſolum abſque ulla alia re concipitur quieſcens in æternum, & nihil unquam aliud de eo concipitur. Si vero corpus idem concipiatur cum nixu deſcendendi verſus centrum terræ, vocatur illud grave. Si creta hæc, quæ quieſcens concipitur, deſtructa aut ſubtracta menſa caderet in terram & deſcenderet verſus centrum terræ, tunc certe inciperet in ea creta motus a principio ipſi inhærente, & iſte motus vocatur *gravitas*, ſeu *vis centripeta*, ut vocavit magnus NEWTONUS, idem enim eſt.

Verum tollatur gravitas, & concipiatur hoc corpus unum A quieſcens, & ſimul aliud B in hocce A impingens, jam hæc corpora movebuntur, & illud unum A, quod in hoc ſpatio quieſcebat, feretur in aliud ſpatium *a*, & hoc voco *motum localem*. Vel concipe hoc corpus A abſolute quieſcere, & eſſe ferrum, me vero magnetem habere, quem huic corpori A appropinquem, jam incipiet A moveri, & motu quidem pendente a vi, quam vocamus attractricem; neque novi quo modo aliter vocare poſſemus. Hæc eadem cauſa eſt, ſeu vis, qua corporum partes inter ſe mutuo cohærent; v. gr. habeo corpus quodcunque, quod conſtat ex infinitis partibus, ſed adeo cohærentibus inter ſe, ut eodem motu potius tota maſſa, quam una ſola moveatur, conſidero nunc hoc corpus, nihil invenio, quam partes, quæ conſtituunt cujus materiem, & cohæſionem inter illas partes. Idea cohæſionis, uti ſupra apparuit, diſtincta eſt ab idea materiæ, ergo vis aliqua datur, quæ facit, ut materies cohæreat. Quænam ea vis ſit neſcio equidem, adeſſe tamen video, diſtinctam a materie, & voco *attractricem*. Ergo motus eſt 1. vel gravitatis, qui in omnibus corporibus naturalibus reperitur, eſtque nixus tendendi verſus centrum telluris (alia forſan corpora verſus alias plagas trahuntur, & verſus ſolem omnes planetæ trahuntur, & ſtellæ fixæ forte habent alia ſua univerſa, atque ſuos ſatellites ad ſe trahunt); 2. vel eſt motus localis, hoc eſt, motus qui datur alicui corpori ab altero corpore, & quo ex uno ſpatio in aliud fertur. Vel 3. motus in natura excitatur, quia corpus appropinquans alteri habet in ſe aliquas vires, ut illud moveat, eæ vires dicuntur electricæ, & vires attractrices. Fateor me nihil dicere, & tantum phænomena, quæ obſervando didicimus, enunciare, non vero cauſam. Sed nemo hactenus perſcrutari cauſam potuit.


C A P U T II.

De menſura Motus, ſive Mechanica.

N. I.

Mechanica eſt *ſupputatio quantitatis motus, qui datur (vel demitur) per* cauſas hactenus propoſitas, *uni corpori ab alio corpore*. Hæc eſt optima, quæ poteſt dari, hujus artis definitio. Mechanica, dico, eſt ſupputatio, &c. nihil eſt enim aliud

Tabula III ad Cap. V. Partis. II Pag. 38 et Seqq.



aliud quam calculus, & deſignatio quantitatis illius motus, qui per gravitatem & motum localem, & vires attractrices, conciliatur uni corpori ab alio. Nam motus localis eſt tantum tranſmutatio totius, & unius partis quieſcente altera, & partium inter ſe; hinc, ſi corpus mutatur, ſemper aliquem motum amittens abſentem recipit. Ars nunc, quæ docet, quomodo hoc fiat, & quid inde fiat, dicitur apud Mathematicos Mechanica. Hanc etiam artem neceſſariam eſſe Medico nemo non videt.

Facultas præſens corpori & illi inhærens ad motum dandum & auferendum alteri, dicitur ejus corporis vis. Magna eſt quæſtio inter Philoſophos de viribus corporum, mihi vero vis in aliquo corpore, eſt tantum facultas, ſeu potentia, illi corpori inhærens, qua valet motum dare & motum auferre alteri corpori, & nihil quidquam præterea.

Vis omnis eſt vel reſiſtens vel impetum faciens. Vim reſiſtentem vocat Magnus NEWTONUS *vim inertiæ* (*a*), alteram vero vim vocat impetum, vis enim eſt id, quod motum dare poteſt, & minuere, & aliter dirigere. Ut NEWTONIANAM elegantem hanc ſententiam intelligamus, ſic res concipienda eſt. Sit v. gr. maſſa marmoris decem pedum cubicorum, eaque ſit ex filo pendula, quieſcet perpendiculariter ad horizontem. Detur nunc per alteram maſſam unius pedis, cadentem in eam, quam pendulam diximus, impetus, in hoc contactu habetur maſſa decem pedum quieſcens, & maſſa unius pedis mota, in priorem impacta, hæ vero duæ maſsæ in puncto contactus ſunt quaſi una, & ea tota maſsa ex duabus conjuncta, tanto minori celeritate movetur, quanto nunc conjuncta major erit ea quæ primum ſola movebatur. Ergo liquet, ex reſiſtentia decem partium pedum cubicorum minui motum maſsæ unius pedis, diſtribuitur enim per decem illos pedes motus ille ex maſsa unius pedis communicatus, adeoque maſsa unius pedis tantum amittit, ac communicat, quantum accepit maſsa decem pedum. Hæc oportet notiſſima nobis eſse, nam ſi vellemus corpus decem pedum movere, oporteret vim habere, quæ poſset decem partes virtutis amittere, & tamen aliquid ſervare; ſi enim non amittit de ſua quantitate motus, non movebit corpus reſiſtens, quia omnis mutatio eſt tantum variatio quantitatis motus; ergo in ea cauſa, quæ aliam mutat, eſt vis & reſiſtens & impetum faciens, & reſiſtens vis ſemper æque mutat impellentem, ac impellens vis mutat reſiſtentem, atque adeo æque mutat ac mutatur.

Actio & reactio, hoc eſt, actio & paſſio, ſeu impetus, & inertia, æqualiter agunt. Quando corpus aliquod ovum frangit, non eſt tantum impetus hujus corporis, qui hanc mutationem facit, quam frangi dicimus, ſed eſt præterea reſiſtentia ejus ovi, quæ una agit. Nam ſi ovum non habuiſset reſiſtentiam, & libere in aere hæſiſset, tuque manu preſſiſſes, ceſſiſset tibi prementi, ergo neque fractum fuiſset. Si vero debet recipere motum, debet reſiſtere. Sed illud tollere de vi movente vocamus reactionem, etiam in ovo, quæ potius vis eſt, & quædam vis inertiæ. Ergo, quod ſupra affirmavi, tantum mutatur omnis cauſa agens, quantum mutat.

Im-

(*a*) *Principia Philoſophiæ naturalis*. L. I. def. III. *LEIBNIZIUS* eumdem contra *CARTESIUM* propoſuit *Journ. des Savans* 1691. & ab eo motu omnes omnino vires Corporum derivavit *EULERUS*, *Memoires de l' Academie de Berlin*. T. I. & *in Opuſculis*. p. 255. Motum ad decubitum vocat, ejuſque efficaciam perſpexit *F. BACO* de *VERULAMIO de Augmento Scientiarum*, L. III. C. IV. *De vi inſita creaturæ ſeu de ipſa natura LEIBNIZIUS* egit in A. E. 1698. pag. 427. non abſque ſuſpicione lecti & parum citati *F. GLISSONII*.

Impetus eſt tantum communicatio motus; & *impetum facere*, eſt motum communicare.

Recipere motum eſt reſiſtere, ſive in ſua ſubſtantia quantitatem motus accipere, quam corpus impetum faciens habebat, nunc vero reſiſtenti corpori communicat.

Superius dixi, quantum unum corpus mutat, tantum illud mutari ab eo, a quo mutatur, omnis adeo illa mutatio motus, eſt tantum datio & mutatio motus, motus autem in corpore quieſcente prius non aderat, neque tamen de nihilo naſci poteſt; hinc tantum perit corpori moventi, hoc eſt corpori quod mutat, quantum dederat idem moto corpori, ac proinde actio & reactio ſive mutationes activæ & paſſivæ, ſeu mutationes reſpectivæ, ſunt ſemper eædem iiſdem in corporibus.

Mechanica eſt illa ſcientia, quæ docet, quantum poſſit communicari & demi in motu, ut motus inter duo corpora & augeatur & tollatur, & mutetur: nam Mechanica eſt tantum ſupputatio quantitatis motus, qui accreſcit aut demitur alicui corpori. Mechanicus enim nunquam novum motum facit, ut vulgo creditur; ſed motum pridem creatum applicat corpori movendo, & tunc corpus movens tantum exacte amittit motus ſui, quantum motum corpus accipit. Niſi ita ſe haberet lex naturæ, ut motus ab uno communicaretur alteri corpori, deſtrueretur motus in natura, & niſi demeretur uni, quantum alteri acceſſit, creſceret motus in immenſum, ſed neutrum fit.

Ut ergo relatio corporis impetum facientis, & relatio reſiſtentis, inveniri queant ex ordine, requiruntur ſex tantum demonſtranda.

1. Actio corporis perfecte duri, moti in perfecte durum quieſcens, eſt primum, quod ſcire oportet. Pono duo corpora perfecte dura, antea vero explicui, quid ſit perfecte durum corpus. Horum corporum unum pono perfecte reſiſtere, hoc eſt quieſcere, & alterum motu quodam impingere in illud quieſcens corpus, nunc ſcire oportet ex mole & velocitate data iſtius corporis impingentis, & ex mole data corporis quieſcentis, quid fiat poſt impactum.

2. Debeo ſcire actionem corporis perfecte duri & moti A in aliud corpus perfecte durum & motum B in adverſo directe contra id motum corpus A impulſum, id eſt, debeo ſcire quid fiat, quando duo corpora perfecte dura moventur motu oppoſito, in unum idemque punctum, in eadem linea motus exiſtens.

3. Debeo cognoſcere actionem corporis perfecte duri moti A in alterum corpus perfecte durum motum B præcedens in eadem linea. In hoc caſu unum corpus durum præcedit in eadem linea, alterum ſequitur & adſequitur id, quod præcedebat; velocius ergo movetur corpus adſequens quam corpus præcedens; hinc debet ſciri quid fiat in contactu & poſt contactum horum duorum corporum.

4. Debeo cognoſcere actionem corporis perfecte duri, moti in aliud perfecte durum quieſcens, & oblique impingentis; cognoſcere, inquam, debeo, quid fiat poſt impactum inter duo corpora, quorum unum quieſcit, & alterum, quod impingit in corpus quieſcens, oblique in illud incidit. Dicuntur autem duo corpora *directe impingere in ſe mutuo*, quando linea, quæ punctum contactus amborum corporum conjungit, etiam tranſit directe per centrum utriuſque corporis, dum ſe mutuo contingunt. Omne corpus habet centrum gravitatis, hoc eſt, punctum aliquod intra ſe, unde, ſi ſuſpenderetur, hæreret in æquilibrio, cujus puncti adeo conditio

tio eſt, ut ab ejus omni parte eadem quantitas maſſæ ſit. Quando nunc linea quæ per centrum utriuſque corporis tranſit, etiam tranſit per punctum, in quo ſe mutuo contingunt, tunc dicuntur ea corpora directe impingere. Oblique vero impingere dicuntur corpora, quando non per centrum gravitatis horum corporum, ſed aliam quamcunque plagam eorum tranſit illa linea, quæ puncta contactuum conjungit.

Nunc facile inveniemus mutationem illam viciſſitudinariam, ſi linea recta ſimul per centra gravitatis utriuſque corporis tranſeat. Si vero ea linea, quæ puncta contactus conjungit, non per centra gravitatis utriuſque tranſit, tunc non procedit motus ille per lineam rectam, ſed ad latus incidit unum in alterum; ergo intelligendum eſt, ſi corpora in ſe mutuo obliquo ruant motu, quid tunc ab eo motu expectandum ſit mutationis.

5. Debeo cognoſcere actionem corporis perfecte duri moti, in aliud corpus perfecte durum motum oblique in eamdem plagam. Inter hæc duo corpora eſt aliquod iter commune verſus eamdem plagam, ſed hac cum diſtinctione, quod unum præcedat, & alterum velocius motum, illud oblique adſequatur, & quod linea, quæ tranſit per centrum gravitatis, non tranſit per punctum contactus, ſed ad latera eſt.

6. Debeo intelligere actionem corporis perfecte duri moti, in aliud perfecte durum motum oblique in oppoſitum. Directe in eadem linea moventur corpora, quando linea, quæ per centra gravitatis tranſit, etiam parallela eſt ei lineæ rectæ, in qua corpora moventur, & quando puncta contactuum conjungit. Verum ſi unum corpus huc verſus, alterum alia directione fertur, & tamen incurrunt in quodam puncto in ſe mutuo, tunc non occurrunt per lineam rectam, ſed oblique; hinc, qui novit mathematico calculo ſupputare mutationes motuum, quæ ab his ſex caſibus pendent, ille poteſt omnes leges motuum in corporibus perfecte duris explicare; neque enim plures caſus contingunt in perfecte duris corporibus.

Si quis hæc ſex propoſita breviſſime & clariſſime intelligere vult, evolvat ſequentes Auctores.

1. JOHANNEM WALLISIUM in *Tactatu de percuſſione*, in 4. Oxonii 1669. Ibi agit de percuſſione, & de mechanicis; & hanc rem ad finem uſque optime deduxit.

2. Vel in *Philoſophicis Tranſactionibus Londinenſ. n.* 39. (*a*) hæc etiam inveniuntur, ſed ſunt tantum concluſiones, non vero demonſtrationes a priori.

Qui non facile aſſequi poteſt eos libros, reperiet eadem apud JOHANNEM KEILIUM in *Introductione ad veram phyſicam ex fundamentis deducta*, quamvis omnino laus omnis WALLISIO debetur, qui nihil omittit, ſed ut ſummus Mathematicus a primis ad ultima uſque proſequutus eſt.

Habemus nunc auxilia ad addiſcendam primam partem Mechanices; videamus nunc quomodo res ſe habeat inter elaſtica corpora.

F N.

(*a*) Ibi & *WALLISII* in formulas algebraicas concentratæ obſervationes habentur, & *WRE-NII* atque *ROOKII* ſeorſim vel alia ratione facta experimenta. Cæterum *WALLISIUS* pleniſſimam mechanicam ſcripſit: titulus eſt *de mechanica & de motu*, quæ an. 1670. & 1671. Oxonii prodiit, & inter ejus opera omnia 3. in fol. vol. edita, etiam habetur. In qua nobili certe collectione, magna pars totius ambitus Matheſeos habetur, Arithmeticæ, Analyſeos, Arithmeticæ infinitorum, Cycloidis, Conicarum Sectionum earumque reconditiorum, Trigonometriæ ſphæricæ, harmonicæ, præter miſcellanea aliqua Phyſici & Mathematici argumenti.

N. II.

Deinde vero hæ ſex eædem leges & proprietates demonſtrandæ & inveniendæ ſunt in corporibus perfecte elaſticis. Prima pars Mechanices conſiderabat leges motus, quæ in corporibus perfecte duris obtinent. Secunda nunc pars conſiderat leges motuum in corporibus perfecte elaſticis, ibique rurſus occurrunt illa ſex eædem proprietates. Addenda quidem ſunt ſemper ea, quæ de motu & occurſu corporum durorum dicta ſunt. Sed præterea actio cognoſci debet corporis perfecte elaſtici moti, &c. & ſane tunc habebuntur omnia demonſtrata, quæ omnia ſunt eadem. Hic error ſummus fuit in magnis etiam viris, & ipſo CARTESIO (*a*), qui minus feliciter expoſuit leges motus inter corpora elaſtica, ita ut ab ipſis ſuis ſequacibus hac in re tandem deſertus fuerit.

Videbat quidem motum in perfecte duris, ſed videbat tamen aliquid inde ſequi, quod inde produci non videretur; hinc concluſit motum ſe invicem non deſtruere, ſed tantum unum corpus motum aliter dirigere alterum motum corpus. Cauſa erroris hæc fuit, elaſtica corpora ſuum motum ſemper reſtituunt, eam vero proprietatem ignorabat, quia omnia corpora ut perfecte dura conſiderabat; hinc tantus error ab ipſo admiſſus eſt. Ut intelligatur, quantus error hic fuerit, conſiderandum eſt, ſi corpora perfecte dura concurrerint in hoc puncto, & æqualis fuerint magnitudinis & velocitatis, ea certe perfecte quietura in hoc ipſo puncto. CARTESIUS autem in regulis ſuis motus definivit, reſilire ex eo motu hæc duo corpora. Sed cur hoc dixit? quia vidit, quædam corpora poſt impactum recedere cum eadem quantitate motus, quo acceſſerant, tantum commutatis inter corpora colliſa portionibus motus. Cum hoc vidiſſet, neque noſſet elaſtica corpora, legem fecit „motum motui non opponi, ſed directionem directioni". Id vero non eſt verum. Nam ſint duo corpora æqualis magnitudinis, & velocitatis, ambo perfecte dura, occurrant ſibi mutuo in uno puncto, tunc certe corpus A, ſecundum directionem ſuam, premet certa quantitate motus corpus B, & hoc corpus B reprimet A cum eadem quantitate motus per eam directionem, per quam advenerat. Hæ vero quantitates motus eædem ſunt, cum & corporum maſſas, & velocitates æquales ſumſerimus; ergo reſiſtent ſibi in puncto concurſus duæ potentiæ æquales: an non ergo debent quieſcere? Idem ſenſiſſet CARTESIUS, ſi corpora elaſtica noviſſet, quorum natura a corporibus duris diverſiſſima eſt. Elaſtica enim corpora comprimunt ſe, & per vim ſuam elaſticam ſe reſtituunt, & repellunt ſe a ſe mutuo, hæc vero reſilitionis cauſa non eſt in motu, quo occurrebatur, ſed in eo, quo ſe reſtituunt; ergo hæ regulæ ſunt omnino diverſæ in corporibus elaſticis, a regulis datis in duris; hinc leges corporum durorum ex CARTESIO nemo poteſt deducere.

Has

(*a*) Motum in concurſu nullum perire, ſed quantum unum corpus amiſit tranſire in alterum, pro tertia lege poſuit, *PRINCIPIOR*. L. II. n. 40. & corpora dura reſilire, nihil debilitata celeritate, ſi adverſa concurrerint. Non nunc immiſceo his me litibus, maximos enim viros, & *LEIBNIZIUM* ipſum novi hanc ſententiam ſequi, ut nullus motus in rerum natura, aut pereat, aut oriatur.

Has etiam leges (nempe inter elaſtica corpora) denuo invenerunt & docuerunt maximi viri, &, quod maxime mirabile eſt, tres diverſi viri tribus diverſis modis eodem tempore idem concluſerunt. Hi tres viri fuerunt (ex eorum numero, quibus Societas Regia Londinenſis eam demandavit provinciam anno 1662. nempe inquirere leges mutationum in colliſis corporibus) CHRISTIANUS HUGENIUS (*a*), CHRISTOPHORUS WREN (*b*) Eques auratus, & Profeſſor nobiliſſimus JOHANNES WALLISIUS. Hi, cum omnes ſedulo animum ad hoc negotium attendiſſent, invenerunt haſce leges per pendula, hoc eſt, ſumſerunt corpora æqualis gravitatis, & magnitudinis, & ab æqualibus filis ſuſpenderunt, horum corporum aſcenſum & deſcenſum in circulo ſecundum gradus accurate notarunt, ſic longitudinem aſcenſus & deſcenſus advertere potuerunt, & omnem horum corporum in ſe mutuo motum dimetiti ſunt. Deinde adnotaverunt exacte per experimenta, quænam mutationes ex incurſu corporum mutuo contingerent; tandemque ſinguli inventa ſua, chartis ſigillo occluſis tradiderunt, quas Societas Regia diu non aperuit, & tandem apertis chartis in Societate congregata inventum eſt, omnium obſervata & concluſiones eaſdem eſse. De hiſce concluſionibus legantur Tranſactiones Philoſophicæ ad eumdem numerum 43; verum ibi tantum ſunt concluſiones non demonſtrationes, demonſtrationes autem ſui inventi dedit WALLISIUS in eodem Tractatu jam laudato p. 686. nec melius addiſci poteſt ea ſcientia, quam apud Clariſſimum illum Virum (*c*).

Hæc eadem etiam poſſunt inveniri apud HUGENIUM in Tractatu *de motu corporum a percuſſione*, qui Tractatus habetur in *Operibus ejus poſthumis* editis apud *Boutenſtein* Lugd. Bat. 1703. WALLISIUS ſua experimenta per pendula ſumſerat. HUGENIUS, ut ſuum inventum magis admirabile redderet, ſcapha uſus eſt, in qua homo erat conſtitutus, & altera vacua, in qua nemo ineſset, ſua experimenta cepit, licet credam ipſum ſuam tractationem etiam debere pendulis. Qui vero ſcire deſiderat, quomodo CL. CHRISTOPHORUS WREN ſuas demonſtrationes invenerit, quamvis ipſe non ita ediderit, ille legat KEILIUM in *Introductione ad veram phyſicam*.

Ex iis Auctoribus hæc omnia facillime dignoſcuntur, & his præmiſſis, nunc ſecunda pars Mechanices habetur cognita.

Mechanica enim eſt ſupputatio motus, qui datur vel demitur uni corpori ab alio ſeu moto ſeu quieſcente, in hac ſupputatione invenienda habemus primam quæſtionem in perfecte duris corporibus; in ſecunda parte egimus de corporibus elaſticis; tertia nunc pars Mechanices ſequitur.

 N. III.

(*a*) *De motu corporum a percuſſione* inter poſthuma & in *Philoſoph. Tranſact.* n. 46.

(*b*) L. c. breviſſimis ſchematibus ſecundum formam additionis & ſubtractionis diſpoſitis.

(*c*) Ut & *MARIOTTE* in *Traite du choc des Corps*, an. 1673. 12. edito, & addito operibus phyſicis in Belgio recuſis. De integro vero vim percuſſionis & ejus leges demonſtrare nova methodo adgreſſus eſt *CL. EULERUS*. l. c.

N. III.

Hæc edoctus quæ hactenus de Mechanicis dicta ſunt, gravium corporum leges in perfecte duris & in perfecte elaſticis corporibus addiſcat.

Si quis velit breviſſime & clariſſime hæc cognoſcere, videat GALILÆUM (*a*), de *motu locali ex gravitate orto*; eſt ſane profundiſſimæ ſubtilitatis, Piſis & Lugd. Bat. in 4. & alibi etiam editus. Ibi fundamenta dat de motu locali, & primus certe juvit omnes Mathematicos, ut omnes leges motuum, a gravitate orientium, invenire poſſint.

Legat etiam ALPHONSUM BORELLUM, diſcipulum GALILÆI, certe & ejus diſcipuli TORRICELLI, apud eum enim habentur recluſa omnia GALILÆI arcana. Libro titulus eſt *de vi percuſſionis* (*b*). GALILÆUS, cum ſcriberet de percuſſione admirabilem illum Tractatum, ſumſit bilancem,& ab utraque parte impoſuit v. gr. uncias decem; quando una uncia urgebatur pondus impoſitum uni lanci, tunc alteram elevabat; verum quando illa uncia in lancem de alto cadebat, altius videbat elevari lancem oppoſitam: ſi duplô nunc altius caderet illa uncia, duplo plus elevabat oppoſitam lancem. His experimentis conatus eſt incrementum motus, a gravitate orti, invenire. Sed in eo aliquid mirabile invenit, de quo adhuc moriens amicis ſuis conquerebatur, quod non potuerat rationem intelligere, quare nempe uncia cadens elevaret uncias decem oppoſitæ lancis altius, quam ſi quiete, & ex proximo,lanci imponeretur. Hanc difficultatem ſuſtulit BORELLUS (*c*), demonſtrat enim pondus cadens plus agere, quia grave, dum quieſcit, nullum habet motum, ſed dum deſcendit, habet motum quemdam realem, & hinc plus virtutis habet. Hoc ipſum in Tractatu BORELLI ſupra laudato *de vi percuſſionis* invenitur explicatum, quo certe Libro nullus Medicus carere poteſt. Legatur ſupra eadem re etiam JOHANNES WALLISIUS in ſua *Mechanica pag.* 33. ubi explicata ſunt inventa GALILÆI. Diſci hæc etiam poſſunt apud KEILIUM l. c.

N. IV.

Poſt hæc diſcendum eſt, quid valeat figura corporis (ſeu inſtrumenti) motum communicantis in aliud, cui motus communicatur. Conſideremus ibi, quidnam faciat corporis figura, dum ſuum motum communicat alteri. De hac re plurima ſcripta ſunt, ſed poſſum uno momento in uno & altero caſu explicare. Sit corpus cubi-

cum

(*a*) In *diſcorſi & dimoſtrazioni matematiche*, ubi de motu locali & mechanica per Dialogos agit, & in *diſcorſi della Scienza mecanica* brevibus & poſthumis. Accelerationem corporum cadentium curvam, per quam corpus projectum aerem trajicit, & alia primus perſpicax vidit. Extant etiam opera omnia (excepto ſyſtemat. mundi) Bononiæ an. 1656. 4. 2. vol. & nuper bona editio Florentiæ 3. v. in 4. prodiit an. 1718.

(*b*) Bononiæ an. 1666. 4. prodiit, in eo felicior quod viri Auctoris limam ſit expertus. In Belgio aliquoties recuſus eſt.

(*c*) L. c. C. 29. Cæterum ad deſcenſum gravium & motum ex projectione HALLEY *Philoſoph. Tranſact.* n. 179. Litem vero illam celeberrimam, quæ de menſura motus inter *CARTESIANOS* & *LEIBNIZIANOS* agitata eſt,ita explicat *EULERUS*, ut in Logomachiam tranſeat, cum tamen vero ſit propior ſententia *NEWTONI*, neque percuſſio in inſtanti fiat. l. c.

cum A, moveatur juxta lineam AB (Tab. III. fig. 4.), & impingat in obicem reſiſtentem CBD. Ponamus hoc corpus habere vim aliquam determinatam, hoc eſt motum quemdam determinatum. Si nunc nota eſt moles hujus corporis, v. gr. libræ unius, & nota ſit ejus velocitas, vis ejus cognita habebitur. Inde innoteſcet, quid fiat in contactu corporis A & obſtaculi CBD. Nempe hoc corpus A, hicce loci in A ponebatur ante acceptum motum, poſt eum motum receptum hæret nunc in B; ergo impinget totum corpus hoc ſuo latere integro, in partem obicis æque magnam, ac eſt latus corporis A; ergo omnibus partibus ſui lateris adtinget eum obicem, & tota ejus vis per omnia illa puncta diſtributa communicabitur obici.

Verum ponamus illud corpus jam tranſmutari in hanc figuram conicam A (Tab. III. fig. 5.), eamdemque lineam AB eſſe lineam directionis, & ponamus illud corpus ex figura cubi nunc in conum (*a*) mutatum, in mole & rigiditate manere idem; maſſa ejus habebit eamdem copiam virium, pondus enim non mutatur figura mutata, & velocitatem ponimus eamdem eſſe; ergo eſt eadem quantitas materiæ, & idem motus coni A, qui cubi fuit. Ergo impingat is conus in obicem CD, hærebit nunc hic loci in B: ergo tantum impinget uno puncto in obicem, hoc eſt, tota quantitas motus ipſius in unum punctum obicis incidet, quia unum punctum corporis tantum adtingit obicem; ergo ea vis, quæ in priori caſu diſtribuebatur in infinita puncta, ea nunc per unum punctum diſtribuitur, quia tota quantitas motus ſeu virtutis hujus corporis, tantum unum punctum reſiſtens invenit, tantumque per unum punctum adtingit obicem. Hinc tanto plus jam moveri ſequitur illud punctum obicis, hoc eſt, inſtrumentum erit hocce tanto aptius ad diviſionem obicis, quanto hoc corpus (fig. 5.), paucioribus punctis ſuum motum communicat cum obice, quam corpus cubicum (fig. 4.). Hinc fundamentum hoc mechanicum totum intelligitur. Quando nempe eadem eſt rigiditas, moles & velocitas corporis, ſed figura mutatur, ita ut per unicum punctum omnem ſuum motum corpori communicet corpus impulſum, quod prius multis in punctis motum ſuum communicabat, poterit certe obicem ſuum, ſive corpus in quod impingit, omnium maxime mutare; ea vero figura corporis, quæ motum ſuum per plura puncta communicat, erit minus apta mutando obici, quia ejus vis diſtribuitur per plura puncta obicis reſiſtentis; hinc tanto minorem in ſingulis partibus vim exercet.

Hæc demonſtratio neceſſaria eſt in actionibus ſolidorum & fluidorum, quia fluida ſæpe conſtant ex ejuſmodi partibus variæ figuræ. Retinendum ergo eſt in memoria, figuram mutare vim colliſionis, non quod majorem motum faciat, ut vulgus putat, aut hujuſmodi telum conicum (fig. 5. Tab. III.) aptius ſit ad motum excitandum. Nam ſi idem ferreum telum mutaretur in laminam ferream, haberet adhuc totam ſuam maſſam, ſed tunc pluribus punctis ejus corporis communicaret ſuum motum in quod impingeret. Si vero iterum eadem lamina in acum mutaretur, tunc in unum punctum tantum poſſet incidere tota ſua mole & velocitate, quod punctum, in quod incidit, tunc tantum accipit motus ut a reliquis ejuſdem corporis punctis non poſſit non recedere.

Qui

(*a*) Hæc etiam ex altiori analyſi repetit *EULERUS* l. c. p. 48. 49. ubi formulas dat pro vi percuſſionis coni & pyramidis.

Qui nunc vult in hæc omnia ex principiis inquirere, quamvis non ex hoc fundamento, inveniet quod ſibi ſatisfaciat in *Tractatu de Mechanica* p. 572. apud WALLISIUM, ubi agit de cuneis & telis. De hiſce quoque videre poterit apud CARTESIUM in Tractatu *de la Mechanique*, recte hæc omnia docentem. Videre quoque poteſt de hiſce apud omnes fere Auctores, ubi agunt de cuneo.

Abſolvi nunc quartam partem Mechanices; verum quinta nunc agit de fluidis corporibus, quibus abſolutis pervenimus ad Phyſicam (*a*).

N. V.

De Hydroſtatica.

Peractis hiſce ſtudiis & abſolutis reſtat adhuc diſcenda illa Matheſeos pars, quæ conſiderans generales omnium fluidorum proprietates, *Hydroſtatica* vocatur.

Fluidum vocatur ea corporum congeries, cujus partes inviſibiles & inſenſibiles, aut nullo, aut facillime mutando nexu inter ſe cohærent.

Fluidorum partes ſunt iterum *una corpora*, nam illa pars fluidi inſenſibilis, quæ vix cohæret alteri, eſt unum corpus; ergo, quæ de uno corpore antea dicta ſunt ratione ſolidorum, vera etiam ſunt in iis corporibus, quæ fluida conſtituunt, adeoque ea generalia præmiſſa hic iterum locum habent.

Verum in fluidorum partibus, quatenus componunt fluidum, conſidero partium molem, variam figuram, & cohæſionem inter ſe, & ab hiſce tribus diverſis pendet omnis varietas fluidorum. Unum enim fluidum habet partes majores altero, & unum fluidum habet partes alio modo figuratas quam alterum, & denique unum fluidum habet partes majori vel minori nexu cohærentes quam alterum; ergo hæ tres varietates efficiunt varietatem fluidorum, & hinc omnia ea adeo varia fluidorum genera; hinc nempe fluidum tenue, cujus partes minimæ & vix cohærentes ſunt; & fluidum viſcoſum, cujus partes majori nexu cohærent, & ſic porro.

Hoc poſito videmus, Mathematicos poſuiſſe in fluidis nihil aliud, quam proprietates, quæ communes ſunt omnibus corporibus, non aquæ propriæ aut oleo, ſed communes in omnibus. Hydroſtatici conſiderare voluerunt, quænam eſſent hæc communia in omnibus fluidis, poſuerunt adeo fluida conſtare 1. partibus quibuſdam, 2. tam lubricis, ſupra ſe mutuo, ut fluere poſſent, & 3. eas partes graves eſſe, & ex his tribus deduxerunt, quomodo maſſa corporea ex iis partibus conſtans re vera ſe haberet; hæc nunc eſt Hydroſtatica.

Hæc etiam pars Matheſeos quam neceſſaria ſit, non tantum Phyſico, ſed etiam Medico, nemo non videt; nam omnes fere mutationes phyſicæ fluidorum ope con-

tin-

(*a*) Porro ad partem Mechanices vulgarem, ſive quæ æquilibrium Potentiarum in machinis producit & æſtimat, *VARIGNONIUS* pleniſſime ſcripſit, inprimis in compoſitis motibus uberrimus in *Nouvelle Mechanique ou Statique*, poſthumo opere, Pariſiis 1725. in 4. edito, ſed eam Mechanices partem quæ motus originem, progreſſus, augmenta conſiderat, *HERMANNUS* in *Phoronomia*, difficilior tamen, nuper vero inprimis *EULERUS* in L. ſuis *Mechanices ſive de motu* qui 2. vol. in 4. Petropoli an. 1736. editi ſunt, uberrime & profundiſſime ex nova infinitorum analyſi conſideravit. De utraque bene etiam & quod pleriſque ſufficiat, *C. WOLFIUS in Elementis Matheſeos*. Tironi vel *KEILII introductio* ſuffecerit, vel *LAMYI de Mechanica* Tractatus. Pariſiis 1681. 12. De permultis Auctoribus, qui de machinis ſcripſerunt, legatur *WOLFIUS Elem. Matheſ. L V. c. 6.*

tingunt; ſive enim incrementum animalium videamus, ſive plantarum, ſive mineralium & eorum nutrimentum, hæc omnia fiunt ope fluidi, omnia mutantur per aquam, per aerem, & per ſales ſolutos (quæ omnia ſunt corqora fluida).

Ut diſcamus Hydroſtaticam, legendi ſunt hi Auctores 1. Antiquiſſimus ARCHIMEDES *in Tractatu* (*a*) ſuo *de his, quæ fluidis inſident*.

2. Illum Tractatum ARCHIMEDIS emendavit, & antea obſcurum, elucidatum nunc & optimum edidit ISAACUS BARROW, celebris Geometra Anglus, Londini 1675.

3. Scripſit de hac parte pariter quam optime STEVINIUS, Profeſſor olim Matheſeos extraordinarius in Academia Lugduno-batava, & præſertim in eo tractatu, quem hoc titulo edidit, *van de VVatervvigten*. Reperitur in ejus Operibus, quæ conſtant tribus voluminibus in folio, titulo de Hyponeumatibus mathematicis (*b*).

4. De his ſcripſit optime, qui ſolus Medico tyroni ſufficere poteſt, JOHANNES WALLISIUS pag. 708 ſuæ *Mechanices*, editæ an. 1670. Titulo *de hydroſtaticis* (*c*).

5. Conſideravit etiam hanc partem egregie in multis, quamvis eam non tractavit ex profeſſo, JOH. ALPHONSUS BORELLUS, in nunquam ſatis laudato Tractatu *de vi percuſſionis* (*d*), qui Liber *Bononiæ* editus eſt, & difficile acquiritur, editus eſt quoque *Lugduni Batavorum apud van der Aa*, eaque editio facilis emptu eſt.

6. In hanc partem experimenta contulit ROBERTUS BOYLEUS, in Tractatu illo non ſatis laudando, *de Experimentis hydroſtaticis paradoxis* (*d*).

Qui reliquos emere nequit, modo habeat WALLISIUM, BORELLUM & BOYLEUM, ſed maxime WALLISIUM, ex his egregiis viris, intra paucos certe dies, remiſtam ſatis intelligere poterit.

N. VI.

De Hydraulica.

Pertractata hacce parte, ſupereſt, ut indaget Medicus motuum leges, ſecundum quas fluida in Hydroſtatica nota, per vaſa elaſtica & non elaſtica, figuræ cujuſcunque, mota & contenta, agant & patiantur. Hæc pars, quæ eas leges explicat, vo-

ca-

(*a*) *BARDII* in eum commentaria Romæ 1614. 4. edita ſunt, opera vero omnia *RIVALTI* a *FLURANCIA* curis, Pariſiis folio, eademque demum meliori modo a *BARROWIO* recuſa Oxonii 1579. 4. Editio *FR. MAUROLYCI* Panormi 1685. fol. excuſa, diu apud *TOMASIUM* latuit, quam *BORELLUS* curavit, abſolvit *CYLLENIUS*.

(*b*) Opera omnia Leidæ 1608. & 1634. fol. *de unicorn.* p. 334. (*c*) Vide ſupra, pag. 41. Not. (*a*).

(*d*) Maxime in addito libro altero *de motionibus naturalibus a gravitate pendentibus*, qui majori ex parte hydroſtaticus eſt, & Regii Julii prodiit. an. 1670. 4.

(*e*) *Paradoxa hydroſtatica*. Londini 1668. 8. Roterodami 1670, &c. Sed inprimis altiora habet in *Phoronomia HERMANNUS*, *DAN. BERNOULLIUS*, *JOH. FIL. in Hydrodynamica* Argentorati 1739. in 4. edita, *PASCALIUS* etiam in Libello *de l' Equilibres Liqueurs* an. 1663. Pariſiis 12. & denuo 1698. 12. edito, aliqua huc pertinentia habet, ſed pleraque tamen ad aerem ſpectant. Deinde *COTESIUS* in *lectionibus hydroſtaticis & pneumaticis*, Londini an. 1738. & 1742. Pariſiis in 8. iterum editus aliqua, ſed perinde plura de aere habet. De iiſdem egit Cl. *DESAGULIERS on the motion of vvater and fluids*. 8. *D. CLARE* Librum *motions of the fluids natur al and artificial* Londini 1747. 8. editum non vidi.

catur *Hydraulica*, a vocibus græcis ὕδωρ *aqua* & αὐλὴ *fiſtula*, hinc ὑδραυλικὴ eſt illa pars Matheſeos, quæ explicat & demonſtrat motuum leges, quæ obſervantur a corporibus fluidis per fiſtulas motis, ſeu vaſa ſint, ſeu canales, ſive etiam canales ſint elaſtici, ut arteria, ſive non elaſtici, ut canales ex plumbo, demum utcunque variæ figuræ fuerint, unde iterum motus variari certe quam maxime poteſt. Hinc Medicus iterum noſſe debet, quæ leges hiſce corporibus a natura datæ fuerint, dum per vaſa & canales moventur, & in iis continentur, quid inquam, fluida vaſis ſuis faciant, & quid patiantur ab illis. Si ulla pars Matheſeos Medico ſcitu eſt neceſſaria, Hydraulica eſt, nam quidquid Medicus explicat de corpore humano, id omne ab Hydraulicis pendet, ſive enim digeſtionem, ſive circulationem, ſive ſecretionem, ſive quamcunque excretionem explicet, id omne tamen eſt tantum hydraulice explicare, hoc eſt, explicare motum fluidi moti per canales motos. Medico tamen hæc ſcientia non eſt addiſcenda, antequam ſciat Hydroſtaticam, id eſt, ſolam fluidorum naturam, ut & Mechanicam, quæ docet, quid faciat corpus incurrens v. gr. in parietem & obicem reſiſtentem, quid in eum agat, & quid ab eo patiatur; tunc demum Hydraulicam poteſt addiſcere; nam canalis latera ſunt obices, & fluidum motum eſt maſſa corporum mota in obicem. Hydraulicam ergo ut addiſcat, debet 1. ſcire Hydroſtaticam, quæ etiam continet Mechanicam, tum 2. inclinationem fluidi in vaſa: quæ duo, dum ſcit, jam poteſt cognoſcere & determinare, tale fluidum incurrens in latera hujuſmodi vaſis, faciet & patietur tales actiones & reactiones. Hoc explicare nunc eſt Hydraulicam docere.

Huc pertinet 1. Auctor antiquiſſimus HERO (*a*) *de ſpiritualibus*, nam ita tranſtulerunt Interpretes græcum titulum περὶ πνευματικῶν, eſt Liber antiquus græcus, in quo mathematica contemplatione natura fontium explicatur; hinc, quæ de aquæ ductuum legibus deſiderantur, & ad motum liquidorum per canales ſpectant, ibi continentur.

2. Legi in hac parte poteſt magnus TORRICELLIUS (*b*), GALILÆI diſcipulus & ſucceſſor, qui dum de tubo ſuo Torricelliano, hodie barometro dicto, ſcribit, plura de Hydraulicis habet, ita ut exinde maximam laudem meruerit.

3. BENEDICTUS CASTELLI (*c*), Scriptor Italicus, TORRICELLI diſcipulus, ſcripſit Tractatum in 4. italico idiomate, ſed continet egregia. Scripſit etiam objectiones quaſdam ad BORELLUM, ſed Opuſculum hocce, ſeu Tractatus de motu aquarum rariſſime invenitur. Explicat ibi ingenio mathematico, & miranda certe accuratione, quid patiantur ripæ fluentorum, quid pontes, quid cataractæ ab aquis motis, & hac occaſione incomparabili ſtudio explicat & demonſtrat, quid aqua decurrens ex altitudine & in altum faciat & patiatur, &c. & multa alia in Hydraulicis apprime cognoſcendis perutilia, ita ut iſte Liber pretioſiſſimus ſit & utiliſſimus.

4. Verum hanc eamdem partem Matheſeos excoluit egregie per experimenta clariſſimus

(*a*) *HERO* editus a *COMMANDINO*. Urbini 1565. & 1592. 4. Pariſiis 1587. Amſtelodami 1680. 4. &c. Sed is fere practica habet, neque magni momenti pro Medico eſſe poteſt. Quæ vero a *COLUMNA* deſtinabatur editio *SEVERIN.* L. I. p. 111. c. 6. *Chir. effic.* ea in lucem non prodiit, neque auctius ſuum exemplar, quod laudat *T. BARTHOLINUS*, lucem vidit hactenus.

(*b*) *De motu gravium & naturaliter projectorum*. Florentiæ 1644. 4.

(*c*) *Miſura dell' acque correnti*. Bologna 1660. 4. Romæ 1678.

ſimus Abbas MARIOTTE, in Tractatu in 8. dicto *Experiences hydroſtatiques* (*a*), optimo certe, in quo multa explicantur egregia, ſed quæ non capi facile poſſunt a matheſi imperitis; ceterum eſt Liber omni laude dignus.

5. BORELLUS etiam in ſuo Tractatu de *vi percuſſionis* aliqua eo pertinentia habet (*b*).

N. VII.

Ultimo denique, ex Mathematicis Medico prodeſt illa ſcientia, quæ conſiderat ſolidi cogniti per fluidum cognitum moti actionem & retardationem. Hæc eſt illa nobiliſſima ſed ſecretiſſima Mechanicæ pars, quæ ingenio humano ultima patet. Olim putabatur, veteres abſolviſſe omne id, quod Mathematici in rebus phyſicis poſſint conſiderare: verum poſtea conſiderarunt mox laudandi Philoſophi, quod reſtaret id, ut explicaretur, ſi detur ſolidum datæ molis, datæ figuræ, & detur illud moveri, non in abſtracto, ut reliqui Mathematici conſiderarunt, ſed in pleno fluido, quid tunc futurum ſit? Si nempe noverim pondus, figuram, velocitatem hujus corporis, & nota ſit reſiſtentia, quid fiet in illud ſolidum per illud fluidum?

Hæc pars proxime inter omnes neceſſaria eſt, & quam ſolus fere excoluit Illuſtriſſimus ISAACUS NEWTONUS in *tertia parte Principiorum* ſuorum, ubi conſiderat, quid patiatur corpus, ſi moveatur cum noto velocitatis gradu in fluido, & tunc demonſtrat, id corpus certam invenire reſiſtentiam, ut, ſi augeatur ejus velocitas in duplum, quadruplo plus reſiſtentiæ patiatur, & ſi in triplum augeatur ejus velocitas, non duplo plus reſiſtentiæ ſit occurſurum, & ſic porro in ratione quadrata ſemper augeatur reſiſtentia, quam patitur corpus in fluido quodam motum, & certe hinc deduxit ingenioſiſſime, quomodo fluida in ſolida, quæ per fluidum moventur, & ſolida iterum in ea fluida agant, quoad omnes proprietates requiſitas. Unum fuiſſet optabile, ut hicce Liber non a tribus ſeu quatuor hominibus in tota Europa,

G

(*a*) Tr. *du mouvement des Eaux*. Pariſiis 1686. 12. denuo 1700. 12. cura *PH. DE LA HIRE*, &c. in Operum omnium collectione. Pertinet maxime ad fontium tubos, aquarum copiam, quam orificia reddunt, &c.

(*b*) Nempe in L. *de motubus a gravitate pendentibus*. Huc porro referuntur omnino *GALILÆI Diſcorſi intorno alle coſe che ſtanno ſu l' Acqua*, &c. cum defenſione contra *LUDOVICI* de *COLUMBIS* & *VINCENTII* de *GRATIA objectiones*.

GUILIELMINI menſura aquarum fluentium. Bonon. P. I. II. 1690. 1691. ejuſque *epiſtolæ duæ hydroſtaticæ*. Bonon. 1692. 4. altera *contra L. PAPINUM*, altera *de velocitate fluidorum in ſiphonibus recurvis*. *EJUSDEM L. della Natura de' fiumi*, ib. 1697. 4. & in *GAUDENTII ROBERTI* miſcellaneis Italicis, ibid. an. 1692. 4. & in Operum collectione, Genevæ an. 1719. 4. 2. vol. editus Liber, atque nuper copioſius a filio. *JOH. POLENI* in L. *de Caſtellis habentibus latera convergentia*, Patavii 1718. 4. & in editione auctiori *FRONTINI de Caſtellis*. Patav. 1722. *IDEM de motu aquæ miſto*. Patav. 1697. 4. *JURINUS* de *aquis fluentibus*. *Phil. Tranſact.* p. 355. 373. 452. 453. *DESAGULIERS on the motion of Pater and fluids*. *CLARE motion of the fluids natural and artificial, air and water*. Lond. 1737. *De frictione aquæ in canalibus* egit *DESAGULIERS*. *Philoſophic. Tranſactions.* n. 393. pro Practica autem parte princeps eſt *BELIDOR* in *Architectura Hydraulica* quæ Pariſiis 1737. 4. prodiit. Huc etiam *CARLO FONTANA delle acque correnti*. Rom. 1696. fol. *TOMASO NARDUCCI della quantità del moto, o ſia la forza dell' acque correnti*. Luccæ 1723. 4. tum *BERNARDINI ZENDRINI conſider. ſopra la ſcienza delle acque correnti*. Ferrariæ 1717. & ad Practicam *leggi, fenomeni, regolazioni, ed uſi delle acque correnti*. Venet. 1741. Collectio vero integra omnium *CASTELLI, BORELLI, GUILIELMINI*, aliorumque, hydraulices Scriptorum, edita eſt Florentiæ 1723. 4. maj. ſub titulo *Raccolta d' Autori, che trattano del moto delle acque*.

pa, qui ſe huic unico negotio dederunt, ſed ab omnibus poſſet intelligi, nunc ſecretiſſimus Liber eſt (*a*).

Pariter hanc partem excoluit Nobiliſſimus CHRISTIANUS HUGENIUS, *qui in Tractatu de refractione & de lumine* ſuper hanc partem egregia habet.

Abſolvimus primam partem ſtudii medici, in qua ſi ita ſe exercuerit Medicus, ut eo ordine addiſcat illa, quæ propoſuimus, aptus fiet, qui omnes Phyſicorum, Mechanicorum, Medicorum ſcriptorum Libros intelligat, & ſua exinde deducat in ſuos uſus corollaria.

Quantum nunc hocce propoſitum ſtudium in Medicina valeat, diſcimus exinde. Quidquid theoria medica ratiocinans (non autem experimenta in unum deducens), boni habet, id omne deberi ſolis his viris BORELLO, MALPIGHIO, BELLINO, PITCARNIO, aut aliquibus ex hiſce, qui in eos commentati ſunt; omne vero quod ſummi hi viri invenerunt, id tantum hiſce Matheſeos partibus exculti, antequam ad Medicinam ſe accingerent, detegere potuerunt: ergo Medici animus prius hiſce principiis imbutus eſſe debet, antequam ſe ſtudio medico accingat.

Convenit nunc noſtrum conſilium cum conſilio iſtius viri, qui omni tempore ſummum & principis nomen in Medicina meruit, HIPPOCRATIS puta, qui in ea epiſtola, quam ad ſuum filium THESSALUM ſcribit, in qua conſilia dat addiſcendæ Medicinæ, monet ſerio, *ut ante omnia Arithmeticam & Geometriam probe addiſcat*, hæ autem duæ ſcientiæ faciunt ſummam eorum, quæ hactenus dixi, cum Mechanica hiſce binis ſolis innitatur, adeoque, conſilio principis Medicinæ confirmatum habetur conſilium noſtrum. Hiſce vero continetur primum προγυμνασμα ſtudiorum Medicorum.

(*a*) Magna ex parte huic difficultati cautum eſt, edito Opere *NEWTONIANO* cum Commentariis *P. P. JAQUIER* & *LE SEUR* & *D. CALANDRINI*, quod prodiit Genevæ tribus in 4. voluminibus an. 1740. & ſeq. pro iis vero, qui Mathematica ignorant, *PEMBERTONIUS*, *PRÆCEPTORIS* noſtri Diſcipulus, ſcripſit *a vievv of Nevvtonian Philoſophy* Londini 1728. 4. etiam Italice recuſum. Cæterum ipſum *NEWTONI* Opus Londini an. 1687. 4. & auctius Londini 1727. prodierat. Eadem vero ipſo *NEWTONO* uberius, ordinatius, & plenius *EULERUS* in ea tractavit quam ſupra citavi *Mechanica*, ſeu *motus ſcientia*, qui omnibus ſuffecerit ſolus, qui analyſin fuerint edocti.

METHODI STUDII MEDICI

PARS IV.

PHYSICA SPECIALIS.

CAPUT I.

De Phyſicæ definitione & partibus:

P*Hyſica* eſt cognitio rerum corporearum in mundo aſpectabili exiſtentium. Hæc eſt illa pars, quam omnes veteres Philoſophi vocaverunt φυσικὴν, non quod jus habuerint eam ita ſeparandi, nam Metaphyſica & Pneumatica etiam agit de naturalibus, verum jam dudum hic modus loquendi invaluit. Dico eſſe cognitionem rerum corporearum in aſpectabili mundo, quia nolumus cum ANAXAGORA diſputare de aliis mundis, an dentur nec ne, acturi unice de iis, quæ in mundo nobis cognito exiſtunt, illa enim pertinent ad Philoſophum non ad Medicum.

Acquiritur hæc cognitio 1. per obſervationes ſenſuum, 2. per ratiocinia ex obſervatis incognita deducentia. Habentur ergo in tota Phyſica duæ partes; una, quæ per ſenſus obſervat omnia, quæ obſervari poſſunt; altera, quæ obſervata per ſenſus indagando, per ratiocinium ex iis deducit ea, quæ per ſenſus non patebant.

Pars Phyſicæ rite obſervata colligens *Hiſtoria naturalis* dicitur. Ea eſt collectio rite digeſta omnium eorum, quæ in rebus corporeis ſunt; intelligo in animalibus, vegetabilibus, mineralibus, aſtris, meteoris, *&c.* omne illud, quod obſervat & deſcribit Phyſica, id pertinet *ad Hiſtoriam naturalem*, quæ prima pars Phyſices eſt.

Hiſtoria naturalis tantum deſcribit (dabo enim limites Hiſtoriæ naturalis) omnes actiones, quæ exercentur inter corpora, quatenus ſenſuum externorum ope accurate obſervari & notari poſſunt in omni circumſtantia; nulla enim conditio omittenda eſt.

Altera Phyſicæ pars, quam diſcere debet Medicus, eſt, quæ ex obſervatis prius notis, per illa, quæ jam vidimus in præcedentibus, deducit ea, quæ ſenſibus externis detegi non poſſunt, & tamen in ipſis rebus naturalibus obtinent. Omnes monent, ſenſus noſtros tantum aptos eſſe ad detegenda quædam phænomena: & præterea in ipſis rebus corporeis forte infinities plura eſſe, quæ ſenſibus aſſequi non valemus; hinc quæritur, quænam ſit ſecunda Phyſicæ pars. Hæc videtur in duobus occupari, nempe habet primam partem pro ſuis datis, & deinde pro fundamento ratiocinii ea, quæ ex Mathematica petuntur, ad obſervata primæ partis Phyſicæ, hæc enim conducunt ad ſcientiam eorum quæ in phyſicis corporibus habentur, & tamen ſenſibus nudis non apparent. Iſtud clare patet, 1. obſervando phænomena ſingula

ab omni parte ſua, 2. comparando ſingula inter ſe, 3. applicando ipſis leges ex Mathematica & Mechanica. Ita deducuntur ex prioribus aliæ proprietates prius tectæ. Dico primo examinanda eſſe phænomena, tum ſecundo ſingula compraranda cum aliis, & ſic omnia inter ſe, ut videat Phyſicus, quid commune, quid diverſi inter ſe habeant.

Tertia pars condendæ Phyſicæ eſt, ut leges mechanicæ explicentur his duabus, & Phyſicus comparans demonſtrata mathematica cum phænomenis phyſicis videat, quomodo ex illis, ut cauſis, phyſici effectus varii fluant.

Hæc eſt vera methodus condendæ Phyſicæ, & ultima pars æque certa eſt ac prima, quam expoſuimus, cum tantum ex datis certis quædam deducat, quæ iis datis inſunt, & quæ non patebant ſenſibus. Hæc eſt etiam totius Phyſicæ ſciagraphia, id eſt, quomodo Phyſicus gerere ſe debeat, ut acquirat veram rerum corporearum cognitionem. Supereſt ut in hanc rem dentur quædam conſilia.

CAPUT II.

Auctores qui de Phyſica ſcripſerunt.

UT prima pars deſcripta, nempe Hiſtoria naturalis, accurate diſcatur, legi meretur ARISTOTELES (*a*) in omnibus ſuis Libellis, quos ſcripſit de Hiſtoria rerum naturalium. Magnus ille Philoſophus plura ſcivit, quam recentiores volunt, & minus quam olim ei imputarunt veteres; adjutus enim liberalitate ALEXANDRI MA-

(*a*) Judicii maximi, ferrei laboris, nitido idearum ordini aptiſſimus, & ſyſtematici vir ingenii; magis idoneus digerendis in communia axiomata obſervationibus aliorum, quam propriis experimentis inſtituendis: ut tota fere antiquitas id maximum vitium habuit, quod experimenta capere negligeret, falſa reciperet avide quæ a Poetis, Mercatoribus, Piſcatoribus & aliis idiotis fabuloſa acceperat; vide in *ARISTOTELEM* judicium *OL. BORRICHII*, in ſcripto eriſtico *de ſapient. Hermet. & Ægypt.* C. X. p. 235. *ſeq.* ubi acrior equidem procul dubio fuit *BORRICHIUS*, quo teſtatior admirator *ARISTOTELIS CONRINGIUS* fuit. Interim inter veteres hæc culpa apud *ARISTOTELEM* certe minima fuit. Generales enim inductiones, v. g. de viſcerum abſentia vel præſentia, quibus ejus Opera replentur, demonſtrant, ſollicite ſatis eum in conquirendis particularibus laboraſſe, v. gr. „ nullum ſanguineum Animal caret veſica. Quæ cor- „ nua habent inter quadrupeda, ea ruminant ". Deinde magnam Animalium partem, & imprimis Piſcium ab ipſo, vel certe præſente, *ARISTOTELE* diſſecta eſſe, manifeſtiſſimum mihi videtur, etſi ubique minus ſubtili uſus ſit ſcalpello. Qui L. X. *de Hiſtoria Animalium*, L. V. *de Generatione*, L. IV. *de Partibus Animalium*, Libros de *Spiritu*, de *Inceſſu*, alioſque, rimatus fuerit, mecum fatebitur, non ſine fructu ſe legiſſe numeroſiſſimas diſſectiones. Aliqua inventorum *ARISTOTELIS*, ſed pauca, decerpſit *DOUGLAS Bibliogr. Anatom. Specim.* p. 9. Ad ipſas etiam delineationes partium acceſſiſſe *ARISTOTELEM* noſtro tempore notiſſimum eſt, cum multis locis ſua διαγράμματα citet, v. gr. *Hiſt. Animal.* L. I. c. 17. L. IV. c. 1. L. III. c. 1. ubi etiam additas literas excitat, noſtri ſæculi fere more. Alia etiam de his figuris loca habet C. *HOFMANNUS in Inſtit.* & *SCHULZE* in *Spec. Hiſt. Anatom.* II. p. 6. & ea quidem laus, niſi fallor, ipſi *ARISTOTELI* prima eſt. Denique vel propter catenam Hiſtoriæ Anatomicæ & Phyſicæ *ARISTOTELEM* legere juvat, ut ex quo per tot ſæcula omnes harum rerum Scriptores hauſerint. Cæterum antiquiſſima editio Phyſicorum *ARISTOTELIS* eſt Aldina Græce an. 1495. 1497. 1498. fol. min. Latina vero Veneta 1476. folio. Optima vero Pariſina *DUVALLIANA* quæ an. 1629. & 1654. 2. vol. fol. prodiit. Qui compendia ſumtus quærit, poterit Græco-Latina editione uti, quæ 2. vol. 8. prodiit Genevæ an. 1606. nam Græce omnino hæc ſcripta oportet legere in tanta *THEODORI GAZAEI* audacia, qui in nominibus latinis ad græcas ideas exprimendas, fingendis, ni-

MAGNI (a) ac in varias regiones itinera fecit (b), res naturales exquiſite indaga- vit,

mia libertate uſus eſt, ut ſæpiſſime vel nullam vel alienam animo ideam imprimat. *ARISTOTELES* non penitus pondus aeris ignoravit, & utrem inflatum ponderoſiorem eſſe vacuo notum habuit *de Cœlo* Libro IV. p. 692.

(a) *ARISTOTELI ALEXANDER* aliquot mille hominum parere juſſit, inde natum eſt quinquaginta voluminum opus. *PLINIUS* L. VIII. c. 16. Octingenta talenta ad Hiſtoriam Animalium accepiſſe rumor eſt. *ATHENÆUS Deipnoſophiſt.* L. IX. c. 13. Sed minime certe debilibus rationibus hanc famam infirmat *SCHULZIUS Spec. Hiſt. Anatom.* cap. 10. & *Hiſtoria Medica.* p. 358. niſi forte ea liberalitas *ALEXANDRI* ad tempora devictæ Perſiæ referri poteſt, ante conjurationem *CALLISTHENIS*, poſtquam alienior ab *ARISTOTELE* factus eſt *ALEXANDER*. Suſpicatur autem Cl. *J. HENRICUS SCHULZE*, *ARISTOTELEM*, qui primus Bibliothecam, teſte *STRABONE*, collegiſſe dicitur, multa ex *ALCMÆONE*, *EMPEDOCLE* aliiſque vetuſtioribus habuiſſe. *Specim. cit.* p. 11.

(b) Athenis, Mitylenis, in Macedonia, in Aſiæ parte apud Regulum Atarnenſium invenio vixiſſe, itinera vero majora aliqua in Ægyptum aut hujuſmodi non invenio. Cæterum ad Hiſtoriam Phyſicæ antiquæ omnino pertinet *PLATONIS* lectio, apud eum virum nihil equidem reperias valde minute expoliti, neque deſcriptiones rerum naturalium noſtro more accuratas. Cum tamen maximi ingenii homo, Pythagoræorum inventa in Italia, Ægyptiorum in ipſa Ægypto, didicerit, multæ opiniones & theoriæ minime inutiles apud eum reperiuntur, in eo dialogo maxime, quem *TIMÆUM* inſcripſit, obcuro & imperfecto, ſed ex altioribus Phyſicis cogitata varia, ex Phyſiologicis vero antiquiſſimas theorias habente, quas in compendium reduxit Cl. *SCHULZIUS*, p. 317. *ſeq.* Optima *PLATONIS* editio eſt, quam *JOHANNES SERRANUS* apud *H. STEPHANUM* procuravit anno 1576. 1578. fol. *ALDUS* aliam impreſſit in folio 1513. *Timæus* vero ſeorſim a *MEURSIO* cum Notis Leidæ an. 1617. 4. editus a *FABRICIO* ſecundo volumini Operum *S. HYPOLITI* adjectus eſt.

Porro inter *ARISTOTELEM* & *PLINIUM* non penitus inane ſpatium eſt. Pleraque equidem ſcripta interciderunt, quæ his quatuor ſæculis fere infinita prodierunt. Ergo huc pertinent minora Opuſcula *THEOPHRASTI* quæ ſeorſim Hanoviæ 1605. fol. hinc cum *HEINSII* Theophraſto edita ſunt. Tum *DIOSCORIDES*, qui præter Botanica, magnam partem Hiſtoriæ naturalis ad tria illa regna pertinentis tractavit. Apud utrumque multa minora fragmenta lectu minime inutilia extant, tum apud *CASSIUM* in *Naturalibus & Medicinalibus quæſtionibus*, Pariſiis 1541. 4. & a Geſnero Tiguri Gr. & Lat. editis an. 1562. tum apud collectores aliquos. Eorum princeps *ATHENÆUS* eſt. *PLINIO* equidem recentior qui Oppiano junior fuerit, adeoque Caracalla, ut male *MARCI* tempore vixiſſe ſcribat *SUIDAS* p. 71. edit. *KUSTER*. In δειπνοσοφιςῶν L. XV. infinitam vim veterum opinionum, obſervationum, ſcriptorum collegit, ut neque Medicus neque Botanicus paulo elegantior eo carere poſſit. Editio prima eſt Aldina 1514. fol. Latina ſatis bona *DALECHAMPIANA* Lugduni 1583. Alia eſt *JANI BEDROTI* Baſileæ 1535. Græca, qua uſus ſum, ſatis tamen vitioſa. Optima cum *CASAUBONI* commentariis Genevæ an. 1597. Lugduni vero 1621. & 1657. fol. edita eſt.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ περὶ βίων δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, βιβλ. ι. Alterius generis eſt, ſtrictim nempe vitas Philoſophorum ſcripſit, additis opinionibus præcipuis & Scriptorum catalogo, ordine ſingulari & fere ſecundum Sectas diſpoſito. *EPICURO* ut notiſſimum præ reliquis favit, inque ejus dogmatibus exponendis fuſius egit. Ad Hiſtoriam Phyſices & Medicinæ omnino neceſſarius Auctor, etſi judicii minus acuti. Vixit imperante *SEVERO FABRIC. Bibl. Græc.* L. IV. p. 601. Uſus ſum editione, quam *H. STEPHANUS* procuravit in 8. ſed *MENAGIANA* & *MEIBOMIANA* ſplendidior prodiit in fol. an. 1663. & apud Wetſtenios 1692. in 4.

Tertius collector eſt *CLAUDIUS ÆLIANUS*, quem Adriani coætaneum facit *SUIDAS* p. 649. magis utique Sophiſta & vaniori ingenio. In Libris 17. *de Animalium proprietatibus* veterum vel obſervationes, vel fabulas, ad Animalia pertinentes, abſque ordine, & fere abſque judicio congerit. Hujus Operis pulcherrimam editionem *ABR. GRONOVIUS* adornavit, additis *TRILLERI* obſervationibus. Lond. 1744. 4. ſed & *PETRI GYLLII* (qui hoc Opus primus edidit) verſio an. 1562. Lugduni impreſſa non incommoda eſt.

vit, & cum omnibus eruditis ubique collocutus eſt. Scripſit itaque & collegit Libros *de generatione Animalium*, *de natura Animalium*, *de Meteoris*, & ſimilia multa, quæ ad Hiſtoriam naturalem legi merentur; nam ingentem obſervationum copiam ſuppeditant.

Deinde inter antiquos legi meretur PLINIUS (*a*) *major*, qui unicus Auctor eſt ex tota antiquitate, ex quo ſcire poſſumus, quid tota antiquitas habuerit in obſervationibus. Non ergo ſpernendus eſt, quamvis fabulas multas contineat, nam habet quidquid veteres in rebus naturalibus ſciverunt de Animalibus, Vegetabilibus, eorumque natura, de Meteoris, Aſtronomia, Botanica, Medicina, Chemia, *&c.* & quidquid fere poteſt cogitari, non quod ipſe obſervavit hæc omnia, ſed ut ultro fatetur, omnia obſervata ex omnibus Auctoribus magna cum ſedulitate collegit, nulla addendo ratiocinia.

Hi duo Auctores, ARISTOTELES & PLINIUS, cum magna cautione legendi ſunt, habent enim multas fabulas & nugas, ſed tamen plurima bona apud eos eperiuntur. Unicum indicium dabo, quam vera miſta malis habeant. PLINIUS nempe

vant, valde adfine pugillaribus, quos hodie ſyllabis *ana* ſolent deſignare, cum ſumma fabularum non ſolum patientia, ſed etiam adfectatione. Commoda eſt editio Gr. Lat. *JOH. SCHEFFERI*. Ea prodiit Argentorati 1647. 8. & 1662. 8. melius 1685. 8. & 1713. 8. qua editione ſum uſus, mendoſa tamen, etſi *LÆDERLINUS* correctionem promiſerit. Nitidior vero & copioſior *GRONOVIANA*, quæ Leidæ 1731. 4. prodiit. Ad Hiſtoriam medicam inſignia paſſim loca habet.

A. GELLIUM Grammaticum, minime tamen hunc inutilem futurum olim Venet. 1477. folio, deinde nuper á *GRONOVIO* editum Leidæ 1706. 4. ejuſque ſimiam *MACROBIUM*, & eruditiſſimi *PHOTII Bibliothecam*, *NONNIUMQUE* & *TZETZEM*, compilatores utrumque, & alios ſuperſedeo lubens. STRABO tamen paſſim etiam naturalium rerum monumenta aliqua habet, & *PLUTARCUS* in Libro *de Philoſophorum placitis* ita verſatus eſt, ut ſint, qui ab ipſo *GALENUM* exſcriptum eſſe aiant. *COLLENUTIUS* in *PLINII* defenſione. Sic *convivium VII Sapientium* & *Phyſicæ quæſtiones* multa eo pertinentia habent, uti plurimum ad Medicinæ hiſtoriam facit ejus de Iſide & Oſiride Libellus. Editio pleniſſima eſt Pariſiis 1620. fol.

(*a*) *CAII PLINII SECUNDI Naturæ hiſtoriarum* L. XXXVII. Bibliotheca eſt viri, ut ex vita notum eſt, ſtudioſiſſimi; qui nullum fere literarum genus intactum reliquerit. Collegit omnia Græca Latinaque & in ſatis concinnum ordinem diſtribuit, plantis etiam magis, quam a viro conſulari expectares, & delectatus eſt, & impendit temporis chartarumque. Quinquaginta, inquit, volumina *ARISTOTELIS* in hoc meum contraxi. L. VIII. c. 16. Totum Opus, Geographicis exceptis, ad rem Medicam Phyſicamque facit, & XV. integri Libri in ſolam materiem Medicam pertinent. Fabulas habere certum eſt, non tamen nunquam pertæſus fuit *GRÆCULORUM* audaciæ & vanitatis. Sed infinitas tamen ex omni veterum Auctorum numero naufragorum tabulas ſervavit, diligentiſſimus inprimis in inquirendis rerum antiquitatibus & inventoribus, ad minutias uſque, & in eo genere ſtudii accuratiſſimus, ut etiam ſuum paſſim de planis judicium interponat, viſaſque apud *CASTOREM* ſibi ſtirpes excitat. Utilitas vero utique major erit legentis, qui *THEOPHRASTI* & *DIOSCORIDIS* lectionem cum Plianana conjunxerit, ita enim hujus viri errores ſponte innoteſcunt. Editio prima eſt Veronenſis 1468, (*FABRICIUS Bibl. Lat.* L. II. p. 405. nam alibi Venetam Spiræ an. 1461. pro prima haberi video), qualem etiam pulchram ſatis Venetam an. 1497. in folio majori impreſſam poſſideo, prætermiſſam a *FABRICIO*. Cæterum Dalechampii editio Lugduni an. 1587. (*FABRIC.* l. c.), & cujus exemplar ab *AUBRYO* Francofurti an. 1608. impreſſum, ex codice quidem antiquiſſimo Chiffletiano, tum ex *CUJACIANO*, & alio varias lectiones habet, locorum etiam parallelorum aliquid & Notarum, adſperſarum a *GALECHAMPIO*. Hæc editio ab *HARDUINO* mire contemnitur, commoda tamen Medico & bono prædita Indice. Nunc autem omnibus præfertur, quam modo nominatus Jeſuita ſecundo edidit Pariſiis an. 1723. 2 vol. in fol. ex undecim codicibus, Notiſque *PELLICERII*, *&* apparatu nummario, qui huic homini plurimus fuit, ornatior. Attulit in Notis loca parallela *DIO-*

nempe plurimas plantas (*a*), optime jam notas, melius & exactius deſcribit, quam ullus Botanicus ante eum fecerat, quod certe deſignat veritatem phyſicam in ejus Libris contineri. Quod vero plurimas fabulas admixtas habeat, id illius temporis ingenio adſcribendum eſt, quod, ut novimus fabulis delectabatur.

Qui commentari in eos Auctores voluerunt, eos commendare non audeo, nam inter eos, qui ut Phyſici id fecerunt, non novi certe, qui hoc officio digne defungi valuerint, Arabes enim illi & Scholaſtici, qui in ARISTOTELEM commentati ſunt, certe non digni ſunt, qui legantur. Sufficit ergo, ut ARISTOTELEM ipſum audiamus, & illos Commentatores non admittamus. Ipſe SALAMASIUS (*b*) nullatenus potuit unquam aliquid boni hic ſcribere, cum Phyſicus non eſſet. Præſtat ergo legere ALISTOTELIS & PLINII Opera ſola abſque commentariis. PLINII vero optima editio eſt illa, quam nobis communicavit JACOBUS DALECHAMP, Medicinæ Profeſſor.

Hi unici ſunt ex Auctoribus antiquis, qui legi merentur, & qui ex tota antiquitate, uſque ad ſeculum decimum ſextum, hiſtoriæ naturalis ſtudium ſupplere poſſunt.

Magno vero ſaltu (*c*) facto tranſimus ad decimum ſeptimum ſeculum, quod omnibus

SCORIDIS, *THEOPHRASTI*, *GEOPONICORUM*. Hactenus utilis.: novarum vero obſervationum aut ita erutarum herbarum, ut cum recentiorum nominibus conferantur, vix quidquam habet, etſi multum glorietur.

(*a*) Contra hanc laudem audiendus eſt *NICOLAUS LEONICENUS*, & *JOHANNES BODÆUS a STAPEL*, ille *PLINII* erroribus an. 1509. in 4. editis. Certum enim eſt, *PLINIUM*, cum non ipſe legeret, ſed Anagnoſton audiret, utique etiam in Balneis ſibi prælegentem, & in pugillaria capita rerum conjiceret, ſæpiſſime male audiiſſe, & in plantis omnino aliena nomina adfinium fere ſonorum. mire commiſcuiſſe, quod Marrubii & Porri, Ciſti & Hederæ, Cyclaminis & Ariſtolochiæ, Fragariæ & Pentaphylli, Struthii & Paſſerum, aliiſque exemplis nimis confirmatur. *PANDOLFUS* equidem *COLLENUTIUS* in *Pliniana defenſione* Ferrariæ etiam edita, pro ſua eruditione, quæ non ipſi nulla fuit, & *HARDUINUS* pro *PLINIO* dixerunt, ſed facile pellucet veritas.

Inter *ARISTOTELIS* cæterum Commentatores innumeros, non omnino rejici meretur in tanta eruditione ſua *JULIUS CÆSAR SCALIGER* qui in L. de Plantis commentatus eſt Lutet. apud Vaſcoſan 1556. 4. *AVERRHOIS* commentarii, etſi eum virum animam dixerint Ariſtotelis, metaphyſici potius argumenti ſunt. Prodierunt Venetiis an. 1552. 1561. 1603. plurimis voluminibus, & alibi.

(*b*) *CL. SALMASIUS* neque Medicus fuit, neque Botanicus, hinc in referendis ad noſtras ſtirpes veterum plantis non potuit nobis auxilio eſſe, inter quas ne vulgatiores quidem notas habuit, uti exemplo demonſtrat *LE CLERC Hiſt. de la Medecine.* p. 630. Sed infinitæ vir lectionis, id inprimis in *Homonymia Hyles iatricæ* præſtitit, ut locos Auctorum veterum ad aliquam rei naturalis particulam pertinentes, congeſſerit omnes, atque adeo laboris maximi nobis fecerit compendium, quem in conſenſu aut diſſenſu Scriptorum æſtimando oporteret impendere, vide laude dignum ſpecimem apud *LECLERC*, p. 628. *ſeq.* Notiſſimum cæterum eſt ejus *exercitationes Plinianas* prodiiſſe primum Pariſiis an. 1629. fol. deinde curante *LANTINO* Trajecti an. 1689. fol. Præfatio *Libri*, in L. *de homonymia Hyles iatricæ & de Plinio judicium* ſeorſum prodiit Divione 1665. 4.

(*c*) Plerique equidem hoc ſpatio comprehenſi Scriptores ad barbaros pertinent, & nihil ipſi addiderunt, præter novas fabellas. *CICERONEM* omitto, & *L. ANNÆUM SENECAM*, non ideo nulla rei naturalis documenta habentes, & *T. PETRONIUM ARBITRUM*, damnoſum lectori, *LUCIANUM* etiam, refertum adluſionibus ad hiſtoriam Medicam & Philoſophicam, *ARISTIDEM* ſuperſtitioſiſſimum *ÆSCULAPII* clientem, *PHILOSTRATUM* cujus, uti notum eſt, optima *OLEARII* editio Lipſiæ 1709. fol. prodiit. Liceat tamen *VITRUVIUM POLLIONEM* laudare, maturi judicii virum, qui in L. X. *Architectura*, neque nulla, neque ea vulgo cognita ad rem

bus antecedentibus ævis longe antecellit, maximamque partem gloriæ ſuæ debet Anglo illi BACONI VERULAMIO, de quo pauca dicam.

Hærebat totus orbis litterarius immerſus (*a*) nugis Peripateticis & ſuperſtitionibus non dico ARISTOTELIS, ſed Commentatorum ejus, partim Scholaſticorum, qui totam Phyſicam reddiderunt logicam, ratiocinantes nempe de rebus, quas per ſenſus nunquam perceperant. Decimo ſexto vero ſeculo extiterunt Chemici, qui vilipenſis nugis experimenta induxerunt; hincque occaſionem dederunt magno illi BACONI (*b*), Cancellario & Sigilli Britanniæ Cuſtodi, qui eo ſeculo floruit ſub regno ELISABETHÆ, ut meruerit hanc laudem „ ab eo uno viro plus profe„ ctum eſſe in promovenda (*c*) ſcientia corporum naturalium, quam ab omnibus „ præ-

naturalem facientia tradidit. In editione quam *POLENUS* Patavii an. 1739. 4. edidit aliquot extant *MORGAGNI* ad morborum nomina obſervationes. *SOLINI* etiam oportet meminiſſe, cujus *Palyhiſtor* a *SALMASIO* infinitis Notis ditatus prodiit. *ALEXANDER Aphrodiſeus* & Medicus fuit & *problemata iatrophyſica* ſcripſit, & in varia Ariſtotelica commentatus eſt. *APULEIUS* in floridis maxime, & in *L. de magia* & in *dialogo de mundo*, tum paſſim aliqua habet noſtri argumenti. Ejus Opera Venetiis 1521.8.Baſileæ 1597. 8.& alibi edita ſunt. *OPPIANUS de Piſcatura & Venatione* Gr. Pariſiis an. 1555. & Latine fere eadem forma apud Morellum editus, tum inaniores quidem illi rei accipitrariæ & canum hiſtoriæ Scriptores, quos *RIGALTIUS* ſimul edidit G. & Lat. 1612. 4. legi poſſunt omnino.

(*a*) Duodecim & ultra ſeculis vix quiſquam extitit, qui experimenta non inſtituere,ſed colligere,omnino ſit dignatus, *ALBERTO MAGNO* excepto qui 21 vol. in fol. reliquit, aliiſque hujus ordinis Scriptoribus pauciſſimis. Nam de Chemicis alibi dicetur. Omnem humanam diſciplinam ſubjugavit ſcholaſtica methodus,quæ a rebus creatis, & a *DEI* operibus contemplandis ad abſtractiones, humanæ mentis creaturas, hominum avocavit animos. Vide, quam eleganter contra ſcholarum generales contemplationes, earumque ab omni vita humana abhorrentia dixit Abbas *PLUCHE Conſequences de l'Hiſtoire du Ciel*. F. *ROGERII BACONIS* nobilia cogitata *de Teleſcopiis, Speculis uſtoriis* multi laudant. Mihi non præſto eſt. Conf. *PLOT*. *Oxfordshire* p. 220.

(*b*) *GUILIELMI RAWLEY*, qui *BACONI* florenti a ſacris fuit, vitam hujus magni viri ſcripſit,nuperque aliam *MALLETUS*. An. nempe 1560. natus, ex illuſtri ſtirpe,ſed inter fratres natu minimus, legum ſe ſtudio dedit, acceptus *ELISABETHÆ* Reginæ, ſed abſque ullius momenti officio. *A JACOBO* demum rerum potito, omni genere honorum oneratus, demum Cancellarius M. Britanniæ creatus eſt. Cum vero *REX*,& Regi gratioſiſſimus *BUCKINGHAMIUS* varia contra procerum voluntatem regnique utilitatem feciſſent,conſentiente *FRANCISCO*, in eum omnis ira Senatus devoluta eſt, ut deturbatus gradu,etiam poſt reſtitutionem famæ,quæ aliquot poſt annis ſecuta eſt, in ſqualore & paupertate vitam finierit an. 1626. 9. apr.

(*c*) Nihil hic de Politicis aut Moralibus Operibus dicere viſum eſt, & ad ea unice ſermonem dirigere placuit, quæ promovendæ rei naturali dicavit. Valuit nempe hic vir ingenio,quod interiora rerum perſpiceret, novaſque rerum facies, & affectiones nemini cogitatas contemplaretur. Inanitatem generalium conceptuum & ſterilitatem Scholæ, facillime pervidit & modos aperuit, quibus poſſet rerum cognitio acquiri, emendari, augeri. Magnam autem inſtaurationem ſcientiarum molitus eſt, Libris IX. *de augmento ſcientiarum*,qui Anglice an. 1605. in 8.ſed auctiores Latine an.1623.Londini prodierunt,in qua editione inprimis octo poſteriores Libri multum incrementi ceperunt. Primam ibi inſtaurationis hujus partem perfecit. Eo Opere L. II. novam ſcientiarum diviſionem conſtituit, hiſtoriam naturæ & artium inter deſiderata repoſuit. L. III. affectiones corporum ſenſibus conſpicuas motuumque in novas claſſes propoſuit, nemini cogitatas, inter quas motus ad decubitum ſive vis inertiæ *NEWTONI* reperitur. *Dubitationes* etiam quæ apud *NEWTONUM* quæſtiones ſunt (part I. Opticorum L. III.) primus introduxit,novorum Inventorum futura ſemina. L. IV. in hiſtoria hominis virum philoſophum per brutorum ſpirantium ſectiones valde requirit, & comparatam brutorum anatomen, & hiſtoriam anatomicam corporis non ex uno, ſed ex multis cadaveribus repetitam,primo a *MORGAGNO* per exempla confirmatam. Vide quam acris præviderit futura inventa aut additamenta artis, quæ poſteriores Anatomici per ea

„ præcedentibus & ſubſequentibus Phyſicis". Ejus *Opera in folio anno* 1665 *Francofurti*

H

ipſa auxilia detexerunt,& perfecerunt. L. V. conſilia dat, qua ratione poſſimus ad ſingularem alicujus rei corporeæ cognitionem pervenire, omnia ſingulatim examinando attributa. Argumenti loco dedit de gravi & levi diſputationem, ubi videas motus accelerati & proportionis maſſæ ad gravitatem, conſiderationem a *FRANCISCO* interjectam, quam recentiorum experimenta perfecerunt. Quæ ſequuntur Logica,Ethica, Politica, Theologica ſunt,novi omnia ſaporis & a vulgo remoti. Altera pars hujus magnæ inſtaurationis eſt, quam *novi organi* nomine jam Cancellarius edidit duobus Libris an. 1620. fol. ubi propius ad præcepta acceſſit, quibus ad rerum naturam cognoſcendam pervenitur. L. I. removet ab animo errorum principia,idola ſeu præjudicatas opiniones, ſectas, amphibologiam, vitia indolis peculiaris hominis philoſophantis (*humeur*), denique vitioſam tractationem Philoſophiæ. Magna ibi cum voluptate legas querelas, quod experimenta omnia & mechanicam deſeruerint Philoſophi,quod pauciſſima particularia edocti, continuo ad univerſalia tranſiverint; quod omnes omnia,non ſinguli ſingula tractaverint; quod nihil novi inveniendum ſibi propoſuerint;quod inter otioſas quæſtiones conſenuerint, & quæ reliqua ad purgandas Scholarum ſordes,ſi quæ alia,aptiſſima ſunt. Libro vero II. interpretationem naturæ orditur,ſive methodum, qua per ſingularum cognitionem & per proceſſum naturæ, qua ad induendas formas utitur ad formarum ipſarum cognitionem perveniatur. In eo Libro agit de tabulis comparentiæ & negationis, in quibus enumeratur,in quibuſnam corporibus aliquod attributum ſenſibus perſpicuum adſit, in quibus deſit. Ea occaſione Thermometrum etiam nomine *vitri graduum*, ſeu *calendarii* proponit, compoſitum ex vitro longi colli,calefacto,immiſſo in vitrum frigente aqua plenum, ubi manifeſto obſervas,quomodo calor aerem dilatet,frigus contrahat. Hic ipſe eſt de calore Tractatus,quem laudat *PRÆCEPTOR*, & quo *FRANCISCUS* in præſentiam augmenta, gradus, effectus caloris & eorum contraria inquirit nova methodo. Sequuntur *inſtantiarum* genera 27. quæ compendium non patiuntur, totidem enim ſunt regulæ artis inveniendi; ſecundum quas experimenta de rebus naturalibus ita inſtitui poſſunt ut intimam earum naturam aperiant. Princeps unice memoro experimentum,quo,tanquam ex bivio ad veritatem dubiam ducimur. Phyſicum valde exemplum addit *FRANCISCUS*. Horologium, inquit idem, & ad pedem & in ſummitate turris obſervetur, notetur an in ſumma parte turris lentius procedat,quo decidatur,an gravitas mutetur in variis a centro terræ diſtantiis, an adeo gravitas ad eſſentiale attributum corporis in textura fundatum pertineat, an ab adunatione congenerum ſeu attractione proveniat.Tabula denique pro horreo (*magazin*) cognitionis humanæ per omnium corporum genera ordinata admirabilis ingenii *FRANCISCI* & res per ipſas fere eſſentias penetrantis maximum documentum eſt. Quæſtiones, quas Angli paſſim imitantur, de rebus naturalibus, hic primum apparent. *BACONIS hiſtoria naturalis* Gallice prodiit, *Hiſtoire naturelle en VI. Livres & novvelle atlantis*, Pariſ. 1631. fol.

Ad generalia etiam *nova Atlantis* ſpectat,quæ una cum *ſylva* prodiit, collegium nempe ſapientum in re naturali augenda laborantium deſcribit *FRANCISCUS*, eorumque molimina, ipſius Societatis Regiæ ſciagraphia. Ad peculiares partes Philoſophiæ naturalis alia ſcripta *BACONIS* pertinent, primoque *ſylva ſylvarum*, ſeu *hiſtoria naturalis in X Centurias* diſtributa Anglice pariter ſcripta, a *RAWLEYO* an. 1658. in folio edita. Inordinata ſunt experimenta mille. Minus hic valuit *VERULAMIUS*. Multa non ſatis fida ex auditu recepta ſunt, alia propria, ſed vitio machinarum in capiendis dimenſionibus & experimentis inſtituendis vitioſe inſtituta; de ſono plurima, ad ducenta. Id tamen utique non diſſimulandum a mero eventu *FRANCISCUM* animum revocare ad hujus eventus cauſas, & ad veritates, quæ ex eo eventu declarari poſſint, multum adeo a ſimplici hiſtoria & compilatione diſtare.

Majoris momenti ſunt elaboratæ duæ partes Hiſtoriarum & Inquiſitionum, quarum ſex deſtinaverat,has vero duas perfecit. Prima *de vento* an.1622.8. edita eſt,de quibus vulgaria alia,ſed multa etiam peculiaria habet,ortumque ventorū a ſolis via,a majori vaporum onere,a frigore,a motu naturali aeris definit.Multa ibi de velorum natura.Subjecta,de motu inquiſitio,lectu digniſſima.

Altera hiſtoria elaborata, *vitæ & mortis* eſt, quæ Londini an. 1623. prodiit. Cauſam equidem mortis falſam adlegat, non ſatis cautus a præjudicata opinione, ſpiritum, nempe vitalem exhalantem. Multum tamen hiſtoriarum confert ad longævitates plantarum,animalium, hominum. Sapientia denique conſilia dat, quibus longævitas obtineri queat, nitro, opio, purgationibus ſubinde repetitis, validis, omnium mediocritate, rejectis nugacibus opinionibus, quæ eo tempore vulgo dominabantur.

Poſt-

furti (*a*) *ad Mœnum edita ſunt*, quæ optima eſt editio,nam ibi omnia collecta habentur, exceptis epiſtolis nonnullis Anglicis ad politica ſpectantibus. Ejus Opera in duas partes dividuntur. Prima pars continet moralia, ethica, politica. Altera pars philoſophica, & in ea VERULAMIUS ſine ulla præſuppoſitione ullius Sectæ, aut prius lati judicii, ſimpliciter narrat ea, quæ in rebus corporeis contingunt; & quæ ad unum caput reduci poſſunt,ea in unum etiam egregie reduxit methodo accuratiſſima,ut inde concluderet „ omnia entis A phænomena conveniunt & reperiuntur in ente B, eſt ergo ens A effectus entis B". Si quis exemplum voluerit, legat Tractatum de ventis, & ſi velit diſtinctum Tractatum, videat illum de calore & igne; fatebitur ſe nullum Auctorem legiſſe unquam cum majori jucunditate & ſatisfactione, ita ut magnus ille vir, non tantum reliquis Britannis, ſed & Europæ maximis viris antecellat (*b*). Quidquid CAR-

Poſthuma ſunt,& ab *ISAACO GRUTERO* ex Chartis Mſſ. edita apud Elzevir. 1653. 12. *Scripta ergo in naturali & univerſali Philoſophia* huc pertinent, digniſſima lectu, & pleniſſima limatis de omni priori Philoſophia judiciis. Atomos ibi recipit & vacuum interſperſum, impenetrabilitatem corporum eſſentialibus proprietatibus addit. Experimenta etiam ponderum ſpecificorum habet, aurumque bene definit, in aliis peccat. Quietem abſolutam dari negat. De luce novum ſpecimen elaboratæ hiſtoriæ addit, ſed quæ pro temporis ſit modulo.

Alius titulus hiſtoriæ naturalis perficitur in *poſthumis* quæ *RAWLEYUS* edidit cum *BACONIS* vita, *denſi* nempe & *rari hiſtoria*. Scala ibi acervationis tangibilium ſive tabula ponderum ſpecificorum plurimorum omnium prima habetur, & paſſim experimenta alia. In globo plumbeo contuſo malleo aquam inſtar roris exprimi, ante Florentinos vidit. Thermometrum præ aqueo commendat ex vini ſpiritu. Expanſionem hujus ſpiritus in vaporem æſtimat ad 480plum. Prioris voluminis Edita ſunt Londini 1658. 8.

Hæc breviter & ex meis editionibus, omnes enim Anglicas conquirere non potui. Brevia, inquam, ſi cum mole rerum compares, ſat longa, ſi cum noſtro Libro. Volui tamen hujus viri ſcripta, quæ iterum incipiunt obſoleſcere, vel ideo lectioni hominum commendare, quod eximium eorum fructum eſſe perceperim. Addi poteſt ex optimorum Judicum ſententia primum *BACONEM* emendate Anglica lingua uſum eſſe.

(*a*) Londini 1638.folio, *RAWLEYI* ope, Francofurti 1665. fol. Lipſiæ & Hafniæ 1694. fol. & nuper Londini an. 1740. fol. & Amſtelodami an. 1730. 7. vol. 12. quarum ultima politica habet.

(*b*) Contemporaneum *BACONI PEIRESCIUM* non viſum eſt illaudatum dimittere, qui ita meruit infinito in rem naturalem amore. Nam etſi inter colligendum mortuus ſit, immenſamque copiam adfectarum obſervationum ineditam reliquerit, merita tamen viri ex elegantiſſima vita æſtimare licet, quam *GASSENDUS* ſcripſit, & quæ Hagæ an. 1651. 12. auctiorque an. 1655. prodiit. Quæ de coraliorum piſcatura, de lapidum incremento, de oculis animalium habet: plantarum novarum indagatio & in hortis conſitio: Homines maximo ſumptu per omnem Europam emiſſi ad conquirenda naturæ artiſque opera, laudem viri omittere non ſinunt. Ipſe etiam propria manu ſecuit, morbi cauſam in Catellis reperit apertis, namque vermes cucurbitinos, & remedium in Theriaca invenit. Papilionis ſuccum eſſe, quæ credebatur ſanguinis pluvia, obſervavit. Obiit an. 1637. De *CÆSIO* inter Academias.

Duos autem *BACONI* in literarum inſtauratione rivales fuiſſe non oportet diſſimulare.Italum alium,alterum Gallum. Ille *GALILEUS* fuit *GALILEI*, Florentinus, Ducis ſui Aſtronomus, & Piſanus Profeſſor, qui fere cum *BACONE* vixit. Non eumdem animo complexus eſt ambitum rerum, ſed ea quæ adgreſſus eſt multo magis exhauſit. Ad rerum naturalium contemplationem Matheſeos cognitionem attulit, qua caruit *VERULAMIUS*; inſtrumenta nova ad Aſtronomiam illuſtrandam in auxilium vocavit; aeris gravitatem determinavit ad pondus definitum,aqueum, multaque etiam vitia veteris methodi veteriſque Phyſicæ perſpicax detexit, v. gr. non eas in rebus eſſe qualitates, quas ſenſus noſtri animæ repræſentant. Aſtronomica quidem imprimis corporumque labentium motus attigit, & ipſe tamen, & Diſcipulus *EVANGELISTA TORICELLIUS*, Barometri notiſſimus inventor, Phyſicam experimentalem non conſiliis ſolum, ſed exquiſitis & per multa felicibus experimentis ſunt adgreſſi.

(*a*) No-

CARTESIUS (a) habet, ſi quid boni habet, hoc unice iſti debet, neque melior Auctor haberi poteſt, licet ejus nomen ab imperitis adeo ſupprimatur.

Magnum hunc virum excepit (b) fato quodam ROBERTUS BOYLEUS (c) pariter Britannus, illud totius Angliæ decus, & in locum BACONIS VERULAMII

(a) Novæ Sectæ Auctor *RENATUS CARTESIUS*, paulo junior fuit prioribus, qui an. 1650. obiit. Mathematica ejus merita hic omittemus. Ad Philoſophiam univerſam imprimis diſſertationem ſuam *de methodo* adtulit, cujus princeps axioma fuit, deponere omnes præjudicatas opiniones & de integro cognitionem veritatis ordiri, mathematico ordine, quo nihil reciperetur, niſi quod eſſet evictum. Quam longe vero ab hac theoria ipſe in praxi receſſerit, nimis eſt notum. Cum enim experimenta, ſumtus cauſa, omitteret, cumque falſiſſimas regulas admitteret, bonam eſſe hypotheſin dum reſponderet phænomenis & donec melior adferretur, Mileſias quaſdam fabulas, pro phyſicis principiis ſcripſit. Atque nihil fuit propius, quam ut everteret univerſam & naturalem Philoſophiam, & imprimis artem medicam. Illam inductis fictitiis, & ad omnia perinde aptis, elementi primi particulis, confirmata mundi plenitudine, figuris corporum nullo experimento erutis, ſed pro opportunitate effictis, his denique omnibus mathematica non nihil & mechanica veſte ita ornatis, ut ſemi doctis pro oraculis eſſent, doctis etiam vel ideo placerent, quod a ſterilissimis & barbaris abſtractionibus ad phyſicas tamen & mathematicas veritates animum reduceret. Non aliud vero præcipitis animi pignus edidit evidentius, quam illum *de formato fœtu* Tractatum, quo per mechanicas neceſſitates ſtructum corpus humanum ita finxit, ut ubique experimentis iret contrarius. Sed & reliqua Phyſica *CARTESII* noſtris temporibus ita evanuit ex animis, ut nihil, niſi fallor, ſuperſit, quod retineri potuerit. Nam & vortices, & elementa, & theoria lucis, & refractionum cauſa- διάμετρον oppoſita veræ, & meteora, & hominis fabrica & pinealis glandula, & ipſæ motus leges non refutatione unius viri, ſed communi conſenſu veritatis cupidorum abrogatæ ſunt, niſi quæ aliqui, indulgentes gloriolæ gentili, de hypotheſibus iſtis, Galli, quaſi forenſi quadam aſtutia uſi, nuper defenderunt. Si vero veritati obfuit *CARTESIUS*, nihil hoc, quod maximum eſſet, damnum, ad id fuit, cujus Diſcipuli ipſius in omni Philoſophia, ſed in Medecina maxime rei ſunt. Ejus ex Schola ætheris occulta poteſtas ad omnia æque facilis, ſalium figuræ, acida fermenta, acidæ morborum cauſæ, figurati ſecretionum pori, & quod non monſtroſum genus in artem innocuam irruit.

(b) Ut tamen nonnulli interponantur meriti *PRÆCEPTORIS* laudes, *PETRUM* certe *GASSENDUM* non oportuerat omittere, atomorum & vacui contra *CARTESIUM* vindicem, Scholarum etiam acerbum adverſarium, doctum virum & Aſtronomum, cui tamen mathematicum robur minus eſſet, & qui plurima ex aliis pro vaſta eruditione ſua congereret, de ſuo pauca, egregius & dictione & multiplici lectione Scriptor. Plurima hujus ſcripta ſunt, quæ conjuncta prodierunt Lugduni an. 1658. 6. vol. in fol. *Syntagma vero Philoſophiæ Epicureæ* Hagæ 1659. 4. & alibi.

BLASIUM PASCAL jam excitavi, qui experimenta barometrica & hydroſtatica ulterius promovit, ad inveniendas montium altitudines, admirandi ingenii virum. *ROBERVALLIUM*, *FERMATIUM* iiſdem ſtudiis & Algebra celebres nominaſſe forte in hac brevitate ſuffecerit. Ex *GERMANIS* forte, ſi *KEPLERUM* malis Aſtronomiæ relinquere, *OTHONEM* tamen *GERIKIUM* nominaſſe nimis parum eſt, inter experimenta enim phyſica vitam trivit & duobus feliciſſimis inventis a natura, nunquam non redamante, remuneratus eſt, vacui nempe ſpatii effectrice machina, & electricitatis in ſphæra ſulphurea obſervatis phænomenis. Nam etſi iſta ad *BOYLEI* tempora recidant, cum in *Experimentis Magdeburgicis* 1671. editis referantur, aerem tamen extra omnem controverſiam primus ex ſpatio educere docuit.

(c) *ROBERTUM BOYLEUM* omni amore & veneratione digniſſimum reddidit, tum perpetuus in experimentis faciendis ardor, tum candor quaſi characteriſticus in Chemicis, hactenus adeo agyrticis, tum ſincera in *DEUM* pietas, qua non minus quam ingenio eminuit. Per totam vitam quæ ipſi non brevis contigit, integri pene ſemiſeculi ſpatio aluit chemicos Miniſtros, aluit Mechanicos, inter quos *DYONYSIUS PAPINUS* excelluit, & infinitam vim inquiſitionum experimentalium partim incepit, partim perfecit hactenus. Ecce Opera quæ toties repetita a *PRÆCEPTORE* laudes grateſque bonorum merentur. Sola vero Phyſica recenſeo. Eo minus vero tæduit laboris, quod nullibi, ne apud *SHAWIUM* quidem, accuratum *BOYLEANORUM* Operum catalogum repererim.

Expe-

LAMII ſucceſſit. Ejus præcepta adeo aſſequutus eſt, ut ea, quæ inchoaverat VE-RU-

Experimenta nova phyſico-mechanica de gravitate & elatere aeris. Anglice Oxonii 1660. 8. 1668. 4. (cum addita defenſione). Latine Oxonii 1661. 8. 1682. 4. Primum Opus *BOYLEI* eſt, quo immortale nomen meruit, non pondere ſolum aeris evicto & definito, ſed elatere, de quo vix niſi conjecturæ aliquæ exſtabant; machina etiam Gerikii hic habetur perfectior; aeris & expanſilitas & compreſſilitas determinata; digreſſio utiliſſima de reſpiratione, &c.

R. BOYLEI Experimenta nova, &c. prodierunt etiam Anglice, Oxonii 1662. 4. *EJUSDEM* etiam eſt diſſertatio *quantopere experimenta chymica philoſophiæ corpuſculari ſerviant*, Londini 1661. 4.

Sceptical Chymiſt. Chymiſta Scepticus. Oxonii 1661. 8. Lond. 1662. 8. Oxonii 1679. recuſus, cui editioni acceſſerunt ſex aliæ partes *de producibilitate principiorum*. Dialogus eſt quo per experimenta demonſtratur, neque vetera elementa *ARISTOTELIS*, neque tria illa Chemicorum aut ſatis diſtincta eſſe, aut in omnibus corporibus demonſtrari poſſe, aut naturam & diverſitatem principiorum vere eductorum exhaurire, analyſin per ignem deſtruere plurima, & infidelem eſſe corporum clavem, cum ea educat, quæ in corporibus minime adfuerint. Vera principia eſſe materiem & motum. Nulla dari elementa, ſed ex miſtura & variis potentiis, & componi & deſtrui formas docuit; in aquam tamen pronior eſt quæ ſit maxime univerſale elementum.

Tentamina phyſiologica, cum *fluiditatis & firmitatis hiſtoria*. Londini an. 1661. 4. 1663. & 1669. edita. Quinque ſunt Tractatus, ſucceſſus infidus experimentorum, quæ ex occultis cauſis modo ſuccedunt, modo eludunt operantis induſtriam. De experimentis quæ non ſuccedunt. De Nitro ejuſque perfecta regeneratione ex principiis in quæ reſolvitur, rariſſimo in corporibus naturalibus exemplo: fluiditatis & ſoliditatis rationem mechanicam & levem differentiam evincit, quæ non magnis cauſis poſſent mutari, ut leviſſimo caloris gradu.

Defenſio doctrinæ de gravitate & elatere aeris contra Linum. Londini 1663. 8. Stolidas calumnias ſcholaſtici hominis contra vacuum, aeris elaterem, rarefactionem, facile protrivit *BOYLEUS*.

Experiments touching colours, ſive *Experimentalis Colorum hiſtoria inchoata*. Oxon. 1663. 4. Lond. 1664. 12. Mere experimentalis Libellus, pertinens ad productionem colorum, quæ per varias operationes chemicas & phyſicas obtinetur. Inter illas ruborem ab acido, viriditatem ab alcalinis in cœruleis ſuccis vegetabilibus produci, primus forte demonſtravit, unde magna pars explorationis principiorum corporum quorumcunque hodie derivatur. Sed colores etiam conjunctos lucem producere, adamantem initio unicum, deinde multos, noctu fulgere vidit, unde *DU FAYI* experimenta poſtea nata ſunt.

Certain Phyſiological Eſſays of the uſefulneſs of natural philoſophy. P. I. Oxon. 1663. P. II. ibidem 1671. 4. & ſeorſim varie recuſa, & vitioſe in Latinum Sermonem translata. Hoc inter Opera *BOYLEI* vaſtiſſimum, demonſtrat utilitatem Philoſophiæ naturalis ad omnem vitam humanam, arteſque omnes. Quæ ad Medicinam pertinent, fuſius enarrantur. Multa tamen ibi ex ipſo colore ſermonis apparet ab aliis recepta fuiſſe, multa de quibus & Auctor dubitat. Chemica eo tempore præclara interſperguntur. Inde ad reliquas artes humanas pergit.

Nevv experiments touching. cold. ſive *Hiſtoria experimentalis de frigore: examen antiperiſtaſeos*, &c. Londini an. 1665. 8. & auctius 1683. 4. Eſt inter majora Opera *BOYLEI*, collectio nempe experimentorum. Eorum alia ſunt ex itinerariorum Scriptoribus, maxime Belgicis, ex Spizbergicis expeditionibus. Alia philoſophica, & induſtria inſtituta. Expandi aquam a frigore conſtituit, non vero ab aere id fieri; ſpiritus vero inflammabiles ſubſidere; aquam diffringere omnia vi expenſiva; frigoris & caloris nullam eſſe oppoſitionem, gradibus tantum æſtimari; nitrum cauſam non eſſe frigoris, nec ventum qui potius calefaciat. Addita digniſſima experimenta *MERRETI* de variorum liquorum conglaciatione.

Of origine of forms and qualities, ſive *de formarum & qualitatum origine*. Oxonii 1666. 4. 1667. 8. & Latine mihi 1669. 8. minori, & auctius 1671. Experimenta pleraque chemica ſunt. Scopus eſt demonſtrare, qualitates & formas corporum non ita eſſentiales eſſe, quin poſſint multis neque valde profunde ſubeuntibus actionibus commutari, ſales in alias claſſes ſalium tranſire, &c.

Hydroſtatical paradoxes, ſive *paradoxa hydroſtatica*. Londini 1666. 8. & 1676. Contra Ariſtotelicos demonſtrat partes fluidorum inferiores a ſuperioribus comprimi, etiamſi ſuperiora ſtrata leviora, inferiora graviora fuerint. In tubis bicruribus æque altis æquilibrium non mutari, a mutata diametro crurum, aut directione, dum maneat eadem altitudo. Et orificium vaſis premi

mi ab eo ſemper aquæ pondere, quod fit ex ejus orificii lumine & altitudine aquæ, utcunque hoc vas ſuperne amplius ſit. Porro fluida etiam lateraliter premere, aquam in tubis aſcendere, non a vacui metu, ſed a preſſione aeris, &c. Tota fere tractatio *PASCALIO* opponitur.

Continuation of nevv phyſico-mechanical experiments, touching the ſpring and vveight of the air, the firſt part. Oxon. 1669. 4. Quinquaginta nova experimenta ſunt. Elaterem aeris eadem potentia eſſe qua totum atmoſphæræ, pondus confirmat, & contra vacui fugam ſcribit. Barometra portatilia deſcribit. De aquæ aſcenſu per corpora ſpongioſa, deſcenſu corporum in vacuo, ſonorumque mutatione, luce in vacuo viſa, de vitri calefacti electricitate, &c. experimenta profert.

Tractatus de coſmicis rerum qualitatibus. Anglice, Oxonii 1670. 8. & Lat. 1671. 8. Plurimi Tractatuli. Omnium corporum attributa ex materie cum ſuis undecim attributis produci, abſque qualitatibus Scholarum; dari forte latentes aliquas in rerum natura leges, unde novi morbi, novæ naturæ productiones oriantur. Nullam in rerum natura abſolutam quietem dari. De maris hiſtoria, &c.

Of the admirable rarefaction of air. Londr. 1671. 4. *De mira aeris rarefactione & condenſatione per frigus.* Londini 1671. 8. Aerem rarefieri poſſe ad 13769plum. prioris molis, denſari ad quadrageſimam, aerem in atmoſphæra ſemper compreſſum eſſe, &c.

Eſſays about the origine and virtues of gems. *Tentamina circa gemmarum originem.* Lond. 1672. 8. Gemmas fieri ex liquido per ſpiritum petrificantem coacto, tincturam ex ipſis educi poſſe, in re medica forte non inutilem futuram.

Experimenta nova de relatione inter flammam & aerem cum diſſ. hydroſtatica. Lond. 1672. 8. Flammam vix ulla arte abſque aere aut excitari poſſe aut ali, ſed nec Animalia abſque aere vivere poſſe. Defendit aquam in aqua gravitare.

De mira ſubtilitate & efficacia effluviorum & eorum determinata natura. Lond. 1673. 8. Plures iterum Libelli ſunt. Cuivis etiam firmiſſimo corpori ſua eſſe effluvia, & atmoſphæram inde compactam oſtendit. Subtilitatem ſummam, in quam materia dividi poſſit demonſtrat exemplo odorum vix corpora minuentium, colorum. In Igne pleraſque calces metallorum pondere auge-ri.]

Obſervationes circa ſalſedinem maris, & ſcepticus dialogus de natura frigoris. Angl. Londini 1674. 8. Lat. eodem anno. Frigus poſitivum nullum eſſe, niſi quietem velis partium. Aliqua ad producendum frigus per commiſſos liquores. Maris ſalſedinem videri in incremento eſſe. Hygroſcopia, & aeris humidi effectus in hominum corpora.

Suſpiciones circa occultas aeris qualitates. Oxon. 1674. 8. Lond. 1676. 12. Varii Tractatuli. Primus: Suſpicionem in aere præter pondus, elaterem, fluiditatem, alias latere qualitates, ad alendam flammam, vitamve Animalium. Dari corpora, quæ alias materies cum prærogativa attrahant, ut Animalia quæ alicui peſti magis patent quam alteri. De regeneratione metallorum ex minera & aere. Vacuum defendit contra *HOBBESIUM*. Non circulo facto aerem irrumpere in vacuum, ſed a ſublato æquilibrio. Aerem omnis mutationis in corporibus cauſam eſſe.

Excellentia & principia hypotheſeos mechanicæ. Lond. 1674. 8. Vitia Scholarum & abſtractionum. Principia omnium eſſe materiam, cum ſuis attributis, & motum: omnem ergo Phyſicam ad Mechanicam pertinere.

Phyſico Theological conſiderations about the poſſibility of reſurrection. Lond. 1675. 8.

De origine qualitatum particularium. Lond. 1676. 8. & 1692. Denuo demonſtrat, qualitates rerum mutari poſſe. Eo pertinent experimenta ad productionem frigoris, caloris, ſaporis, odoris, naturæ electricæ.

Relatio hiſtorica de degradatione auri. Long. 1678. 4. Experimenta continet auri, ab Extero quodam in metallum fragile mutati. Inde concluſit *BOYLEUS* multiplicationem auri non impoſſibilem eſſe, cum deſtructionis extet exemplum, & obtinuit ut abrogarentur leges in Alchemiſtas latæ, an. 1689. recuſa eſt & an. 1739. 4.

Continuation of experiments touching the ſpring of air. *Experimenta nova phyſico mechanica.* Lond. 1681. 8. & 1688. 8. Antlia a *PAPINO* magis perfecta uſus, qua liceret aerem ad viceſimam ſui partem comprimere & in vacuo coquere: tum in Papiniana machina varia experimenta fecit: incluſis Animalibus, peribant in vacuo, ſed celerius in aere factitio, quem corpora varia efferveſcendo aut putreſcendo generant. Nulla putredo, nec ulla fere fermentatio in vacuo ſpatio; hæc vero omnia etiam majora in aere compreſſo reperit. Hic Liber Latine prodiit, cum omnes reliquos *BOYLEUS* Anglico ſermone edidiſſet.

Meren-

RULAMIUS, perficere inceperit. Opera ejus omnia edita ſunt Genevæ tribus vo-lumi-

Merentur etiam recenſeri inter *RO. BOYLEI* opera huc pertinentia ejus *nevv experiments to make the parts of fire and flame ſtable and ponderable*, Lond. 1673. 8. Etiam intra vaſa vitrea clauſa, & incenſo demum ſpiritu vini, abſque fuligine, calcinata corpora pondere augeri oſtendit, neque in ea mutatione expelli principium aliquod, quod metalla tenacia reddat, aut humido radicali analogum ſit.

In *Phyſico-theological conſiderations*, &c. oſtendit, corpus humanum equidem fluxum eſſe & mutabile, ſufficere tamen ad revelationis auctoritatem confirmandam, ſi aliquæ earum particularum conſerventur, quæ aliquando corpus noſtrum conſtituerunt: & poſſe particulas corporis ſub variis formarum larvis naturam propriam conſervare.

Short memorial of ſome obſervations upon an artificial ſubſtance that ſhines, &c. In *HOOKII collectionibus*. Lond. 1678. editis.

De noctiluca aerea, ſive *experimenta in ſubſtantia factitia ſponte lucida productione*, &c. Londini. 1680. 8. *Nevv experiments and obſervations made upon the icey.* Noctiluca L. an. 1581. 8. Tres ſunt Tractatuli, primo continentur aliqua ſed imperfecta de phoſphoris, eo tempore novis Kraftii & Balduini, altero experimenta cum Kraftiano phoſphoro, quibus natura ejus acida, ſolubilitas in oleis, aliaque experimenta habentur. Ultimo Elementa chemica mutabilia eſſe contendit. Argumento camphoræ ex oleo aniſi, ſive terræ, ut credit *BOYLEUS*, ex oleo natæ.

Tentamen porologicum ad poroſitatem tum Animalium, tum ſolidorum detegendam. Lond. 1684. 8. Pars I. agit de poris Animalium, inque eos facta ſuſceptione vaporum, aeris, mercurii. Tum de poris viſcerum, oſſium. Altera de penetratione marmorum per pigmenta metallorum, per ſulfur, per ſpiritum fumantem nitri, & denique per ſpiritum nitri, per aurum.

R. BOYLEI experiments and obſervations on ſeveral ſubjects, &c. hac pagina citatis, adjuncta eſt *a ſmall collection of ſtrange reports*. Fabuloſæ pleræque narratiunculæ. Venenum in domo infecta conſpicuis maculis parietes infeciſſe, biſmuthi ſolutionem cum plenilunio intumuiſſe & ſubſediſſe, &c.

General heads on natural hiſtory magna pars *BOYLEI* labor poſthumus eſt, aliqua aliena. Illa ad omnes regiones ex æquo pertinent, hæc ad aliquas ſolas, Turciam, Guineam, Africam & Americam, cum vi fabularum, de quibus peregrinator jubetur inquirere.

Ad *BOYLEANOS* Libros ibidem recenſitos pertinet adhuc *EJ. Eſſay of mens great ignorance of the uſe of natural thinge*. Exempla profert utilitatum, quas in vita humana varia corpora præſtant, & quas nemo ex cognitis generalibus principiis ſperaſſet. Exempla mechanica ſunt & chemica.

IDEM de figuris fluidorum ſuperficialibus egit in *Phil. Tranſ.* n. 131. 132.

Apparatus ad hiſtoriam naturalem ſanguinis humani ac præcipue ſpiritus ejus. Pars I. Angl. dein de Latine 1684. 8. Primus omiſſis theoriis Galenicis humores humanos ſubjecit experimentis. Pondera ſpecifica ſanguinis & ſeri definivit. Sed ea nunc emendata ſunt. Effectus reagentium in ſanguinem, eductos per ignem, menſuravit, deſcripſit. Maximum vero laborem poſuit in ſanguinis ſpiritu alcalino, varie miſto & compoſito, quem plurimum in Medicina valere perſuadebatur.

Hiſtoria naturalis aquarum mineralium. Lond. 1685. 8. Quæſtiones pro inquiſituris in naturam aquarum mineralium per titulos digeſtæ. Acidulas abſque viſibili acido eſſe. Non ſufficere vulgaria experimenta ad definienda principia aquarum, neque aquis ineſſe. Gallas recentiſſimas adhibendas eſſe. Vires aquarum cito perire. De Sale marino ex acidulis. De pondere ſpecifico.

De remediorum ſpecificorum concordia cum Philoſophia corpuſculari. Lond. 1686. 12. (*SH.* 1685.) Duo Opuſcula. Dari ſpecifica, Cantharidum exemplo. Modum agendi per ſuſpiciones proponit, quas experimenta illuſtrant. In altera parte laudat medicamenta ſimplicia, ſaccharum ſaturni, paronychiam foliis rutaceis, alia, pronior ſemper in eas vires laudandas.

De effectu languidi motus. Lond. 1685. 8. 1697. Vis motus parvorum corporum & inviſibilium demonſtratur, exemplo metalli rotando calefacti, lucis, ſoni. Vis eximia fluidorum in ſolida nitentium. Vis motus oculis impercepti, tremuli. Imprægnati aeris a vaporibus ſubterraneis noxa. De idioſyncraſiis ſympathicis; de aere ſalubri & inſalubri; & de vi exhalationum.

De ipſa natura. Lond. 1686. 8. 1687. 12. Magis Metaphyſicum Opuſculum. Non dari Naturam, ſed leges a *DEO* creatas, ſecundum quas Mundus gubernetur.

A diſ-

luminibus, anno 1714. (a) in 4. Atquænam ejus BOYLEI Opera commendabo? Certe omnia, nam ignis, aquæ, animalium, vegetabilium, foſſilium, ſecreta, debemus huic uni viro, adeo ut ex ejus Operibus totam Phyſicam deducere poſſimus. Si quis enim voluerit v. gr. de corpore humano legere, legat ejus apparatum ad hiſtoriam ſanguinis, & ſic porro, ſemper, & de omni ſubjecto docentem inveniet optima. Opera ejus ſparſim edita ſunt, prout tempus ferebat, & ſparſim quoque impreſſa, ut Oxonii & aliis locis, & in Actis Philoſophorum diſſeminata leguntur. Verum hoc tempore omnia collecta in editione Genevenſi habentur. Ita tamen translata ſunt nonnulla, ut non bono ſenſu habeantur, nec intelligi poſſint, niſi ab eo, qui rerum probe peritus fuerit. Hinc ejus Opera ſparſa plus laudanda, quam quæ in unum volumen ſunt congeſta.

Hi nunc ſunt bini maximi viri, quos legere & tractare debet, quicunque in cognoſcendis rebus naturalibus ingenium excolere & perficere voluerit. Cum vero neuter ubique ſyſtematice ſcripſerit, hinc ex iis ea, quæ ad unum caput pertinent, colli-

A diſquiſition about final cauſes of natural things. Lond. 1686. 4. Varia ad demonſtrandum ex fabrica rerum Creatorem. Dari fines prævíſos partium, neque eas poſt experimenta ad certas functiones adhiberi, cum ignotæ nihilo ſegnius fungantur officio, contra *LUCRETIUM*. Subjectæ ſunt 14. percurioſæ de viſu vitiato obſervationes.

Hydroſtatik applied to the materia medica. Lond. 1690. 8. Scopus princeps demonſtrare, quomodo per experimenta Hydroſtatica explorari queant medicamenta ſimplicia, an genuina ſint. Mechaniſmus experimentorum fuſiſſime deſcribitur. Longa tabula ponderum ſpecificorum ab Auctore obſervatorum proponitur, quæ ſit trutina explorandorum corporum. Multa de menſtruis corporum.

Experiments and obſervations on ſeveral ſubjects relating to natural philoſophy. Lond. 1691. 8. Magnetis hiſtoriam habet; & obſervationes medicas aliquot, quibus curationes per medicamenta chemica factæ continentur. Experimenta chemica varia. Mirabilia quædam arcana phyſica ab aliis communicata.

The general hiſtory of the air, deſignd and begun. Lond. 1692. 4. Aeris hiſtoria in capita diſtributa, ſecundum quæ *BOYLEI* experimenta tum propria tum collecta ordinantur: ſpecimen certe hiſtoriæ phyſicæ peculiaris, quale animo conceperat *BACO*. Acidum ſeu nitrum aereum confirmat. De aere factitio. De meteoris, calore atmoſphæræ. Multum inanium titulorum replendum reliquit poſteris.

General heads on natural hiſtory. Lond. 1692. 12. Sunt brevia capita quæſtionum, pro peregrinatoribus induſtriis.

Medicinal experiments or a collection of ſafe remedies. Lond. 3. vol. 1692. 1693. 1694. 12. Collectio formularum ad varia mala corporis humani efficacium, cujus exigua pars 50. nempe formularum an. 1687. edita fuerat. Multa hic nimium laudata quod ægri, illuſtrem Medicum venerati, vel Medici, quibus medicamenta exploranda dederat, benignius ad *BOYLEUM* referrent. Medicinæ enim minime ignarus fuit, & *SYDENHAMUM* in clinica Praxi ſecutus. (*Sydenh. in meth. cur. febr. dedicatione*).

(a) Opera omnia Genevæ an. 1677. 1714. & aliis annis. 4. prodierunt, valde imperfecte, cum & recentiora in ea editione neceſſario deſint, & inter vetuſtiora aliqua, ut Liber de formarum & qualitatum origine omiſſa ſint, & præterea vitioſa ſit editio, de qua publice conqueritur *BOYLEUS Philoſoph. Tranſ.* n. 130. Novam ergo in ordinem naturalem redactam dedit *D. BOULTON* an. 1699. cumque ea nimis videretur contracta, aliam *P. SHAW* an. 1725. 2. vol. 4. ſed in compendium contractam Anglio ſermone edidit. Nuper vero an. 1744. ſplendida editio in V. vol. fol. prodiit, multo auctior & ditata epiſtolis poſthumis ſelectis, & vita Auctoris fuſiſſima.

(a) Cum

colligenda (*a*), & in indicem quemdam reducenda ſunt, hocque faciendo ad omnia ſtatim quæſita inveniuntur reſponſiones.

Nunc in compendio recitabo omnes reliquos Auctores in omni Phyſicæ parte optimos, qui præter VERULAMIUM & BOYLEUM ſcripſerunt, prout temporis ſeries me ducet. Eo ipſo tempore, quo BOYLEUS inceperat edere quoſdam Libellos de Phyſicis, & tota Anglia excitata erat exemplo magni VERULAMII, inſtituta eſt (*b*) *Londini Societas* (*c*) quæ dicitur *Regia*, rebus naturalibus indagandis unice dicata. Eodem etiam tempore in Gallia (*d*), in Italia (*e*), & ſimul in Germania (*f*), idem opus inchoatum & inſtitutum eſt, ut nempe doctorum virorum inſtitueretur ſocietas, qui ſummi viri ſub legibus communibus negotia ſua ita dirigerent, ut ſummo candore non tantum invenire plura conarentur, ſed & inventa ſibi invicem communicarent. In hunc finem Societates inſtitutæ ſunt, non ad ratiocinandum, ſed ad colligenda experimenta. Tunc omnium primo Galli in Libello illo dicto *Journal* (*g*) *des Savans*, quod Ephemerides ſeu Diaria Eruditorum ſonat, inceperunt Pariſiis an. 1665. edere virorum doctorum inventa,

(*a*) Cum *BOYLEANIS* experimentis id factum eſſe monui. Sed & *BACONIS* Opera idem *D. SHAW* in compendium methodicum contraxit, 3. in 4. vol. Londini 1738. editis.

(*b*) Non prima, ut vulgo ſolet ſcribi, præter enim plurimas Academias Italicas, quæ ad Literas humaniores propius pertinent, Lyncea certe Academia ſemiſeculo prius an. 1603. (*JANO PLANCO* teſte in *Linceorum notitia* p. 12.) in Italia inſtituta eſt a Principe *CÆSIO*, & frequentata a magnis in re naturali viris *GALILEO*, *FABIO COLUMNA*, *JOHANNE FABRO*, *FRANCISCO STELLUTO*, *J. B. PORTA*, aliiſque; & *CÆSIUS* quidem mineralium corporum cognitioni ſe dedit, ut tamen præclaras ad diſponendas plantas cogitationes in tabulis ſuis Phytoſcopicis adtulerit. Neque apes neglexit, microſcopium denique primus ad rerum naturam detegendam adhibuit, ex cujus ſchedis in iis ipſis apibus ſpecimen *FRANCISCUS STELLUTUS* edidit. Semina etiam in foliis filicum vidit *CÆSIUS*, indeque *tergiferas* dixit, quod nomen aptiſſimum eſt.

(*c*) *Tranſactionum Philoſophicarum* initium factum eſt 6. Martii 1665. Societas vero multo antiquior Oxonii circa an. 1645. nata, Auctore *THEODORO HAAKE*, Germano, & ex hominibus poteſtatem *CROMWELII* exoſis aut metuentibus coaluit. Inde an. 1648. diviſa, partim Londini, partim Oxonii ſuperfuit. *CAROLO II.* reduce, revocata Londinum, privilegiis aucta eſt an. 1663. & ab eo tempore floruit. *SPRAT hiſt. of the royal Soc.* P. II. p. 57. *ſeq. BOYLEUS* in vita ſua, &c.

(*d*) *A MERSENNI* tempore aliqui Pariſiis fuerunt eruditorum conventus. Du *HAMEL Hiſt. Acad. Reg.* L. I. p. 7. Sed nihil publice firmatum. Academia vero *COLBERTO* procurante ad Angliæ imitationem conſtituta eſt an. 1666. &, cum non penitus reſponderet ſpei regiæ, renovata noviſque legibus circumſcripta, dotata penſionibus, numeruſque membrorum reſtrictus eſt an. 1699. De eruditorum conventibus, qui a *MERSENNI* tempore fuiſſe diximus, aliqua reperio in *Ruſſicis ſermonibus Academicis* 1725.

(*e*) Vult *Academiam Cimentinam*, quæ *FERDINANDO II.* & *LEOPOLDO* Duci, illo Hetruſciæ, hoc fratre Ducis, Florentiæ orta eſt an. 1657. ſed brevis ævi fuit.

Academia Cimentina, de cujus ortu hic dictum eſt, nata eſt ex conventibus *CLAUDII UBERII* & *MARCELLI MALPIGHII* in ædibus *J. A. BORELLI* (*CORTE Mediol.* pag. 152.)

(*f*) *Naturæ Curioſorum Academiam* vult, quæ privatis etiam curis *BAUSCHII* Swinfurtenſis, primi Præſidis, orta an. 1652. Cæſareo titulo deinde ornata eſt, & an. 1670. primum volumen Actorum edidit. Lemma nunquam *otioſorum* a *GARMANNO* habet, vide ejus *epiſt.* p. 233.

(*g*) Cujus primum volumen prodiit quinto Januarii an. 1665. unico hinc Auctore *SALLO*. Is mox offendit, & an. 1666. ſucceſſit in officium *GALLOIS*; an. 1675 la *ROQUE*; & an. 1687. ſecutus eſt *COUSIN* in Senatu Pariſino Præſes. Idem Diarium 1687. Cancellarii curæ ſubjectum eſt, qui Auctores ſelegit, (Præf. ejus anni); anno vero 1702. Collegium pro ſcribendo eo Diario inſtitutum, quod apud *BIGNONIUM* conveniret (Præf. ejus anni) cujus Sodales fuerunt *D. DUPIN*, *ANDRY*,

venta, & continuarunt hoc Opus uſque in hunc diem, edendo ſingulis menſibus parvum Libellum, in quo omnia non ſolum ſingularia, ſed & privata experimenta & obſervationes continebantur. In hoc Diario habentur omnia, quæ eo tempore ex Libris innotuerant; hinc adeo magnum Opus emerſit, ut plus quam centum conſtet voluminibus. In eo Opere, nullo fere omiſſo experimento, habetur quidquid publice ac privatim in Europa (*a*) factum eſt experimentorum. Admiſta tamen ſunt & theologica & moralia multa; unde moles vaſtior facta eſt. Si vero alicujus docti viri induſtria eligeretur omne, quod ad Phyſicam, Chemiam & Medicinam proprium pertinet, optimum poſset colligi Opus; nunc ita vaſtum eſt, ut lectionem commendare pene durum videatur. Id tamen boni habet, quod in ſingulis illis Libellis index rerum habeatur, adeoque ſi quis velit per indicem colligere, quæ ad ſua ſtudia ſpectant, poterit indicem facere, qui aliquid laboris requiret, ſed incredibile quantum juvabit eos, qui Libros ſcribere, publice legere, & alios docere debent, eo enim facto habemus omnia, quæ ultimis hiſce temporibus obſervata ſunt.

Inceperunt eodem tempore Britanni publice Libellis communicare orbi literato ea, quæ in ſuis Colloquiis recitaſsent ad leges VERULAMII inſtitutis (*b*), ita egregium emerſit Opus, Societati enim Duces & Præſidentes erant optimi Mathematici, quales (*c*) NEWTONUS, WALLISIUS, deinde ſummi Anatomici Britannici (*d*), qui omnes, mutua æmulatione ad experimenta incitati, plurima egregia

I in-

ANDRI, FONTENELLE & *VERTOT*. Anno 1707. cœpit menſtruis intervallis prodire. Hodie a pluribus Auctoribus continuatur; ſed a prioribus Diariis hoc diverſiſſimum opus eſt. Neque enim ab Academia aliqua, ſed a privato homine uno alterove ſcriptum, neque proprios labores continet, ſed recenſiones, ut vocant, ſcriptorum omnis generis. Inſertæ ſunt utique, paſſim, maxime in antiquioribus voluminibus rariorum phænomenorum obſervationes, ſed hæc laus dudum vera eſſe deſiit. Pariſiis autem in 4. deinde Amſtelodami in 12. prodit menſtruatim.

(*a*) Nempe ex *Tranſactionibus Philoſophicis*, ex Diario erudito Italico, an. 1668. incepto, ex Ephemeridibus Naturæ Curioſorum paſſim, quæ ſibi curioſius viderentur ſcripta, tranſtulerant in Opus ſuum Auctores. Sed inprimis inventa Academicorum Pariſinorum hic pene omnia primum apparuerunt, quæ nunc collecta habentur in T. X. *des Memoires de l'Academie des Sciences, depuis 1666 juſqu' a 1699.*

Præter ea *CATALANI*, *MEKYI*, aliorumque minime malæ obſervationes paſſim interſperſæ leguntur.

(*b*) De his inſtitutis videatur ingenioſus Liber *THOMÆ SPRAT*, quo *Hiſtoria Regiæ Societatis Scientiarum Britannicæ* an. 1667. edita continetur. Complectuntur omne fere ſcientiarum genus, non Phyſica ſola, ſed Antiquitates pariter & Philologica elegantiora. Membra omni tempore permulta fuerunt, & in Britannia & in Continente Terra Europæ, neque facile denegatus cupienti aditus. Nunc, cum fere nimia turba fieret, novis legibus & ſcrutinio ſatis difficili, receptio circumſcripta eſt. Nulla in Membris ad edendas obſervationes obligatio, nulli in ea ſumptus, aut pro experimentis aut annuarum penſionum ex publico erogantur, libera ſunt omnia, & voluntariæ contributioni quæ a duobus Secretariis recepta per trimeſtria circiter tempora eduntur.

(*c*) *BROUNKERUS* primus Præſes fuit, nobiliſſimus Mathematicus, & *CHRISTOPHORUS WREENIUS*, & *NEWTONUS*, & *SLOANIUS* ex gente Phyſica, nunc Generoſ. *FOLKES*. Sed & *EDMUNDUS HALLEYUS*, *RICHARDUS HOOKE*, *F. HAWKSBEE*, *DESAGULIERS*, *GRAI*, *GRAHAM*, *RAIUS*, *WILLOUGBI*, &c. in variis Phyſices partibus eminuerunt.

(*d*) *EDUARDUS TYSON*, cujus multa extant ad anatomen comparatam facientia, *EDMUNDUS RING*, *GUILIELMUS COWPER*, qui & animalium ſectiones & partium corporis humani exquiſitiores deſcriptiones inſeruit. *JACOBUS DOUGLASS*, *CHESELDEN*, *RANBY*, & alii In Botanicis *LEONHARDUS PLUKNET*, *JACOBUS PETIVER*, *JOHANNES RAIUS*, *HANS.*

SLOANE,

inventa communicarunt, non ratiocinando, ſed narrando ſimpliciter. Hoc Opus editum fuit titulo *Tranſactionum Philoſophicarum*, & incepit edi an. 1665, atque ad noſtra (*a*) tempora continuatur, plurimis voluminibus in 4., ſed Lingua Anglica. Primæ partes hujus Operis a Secretario Regiæ Societatis OLDENBURGIO in Linguam Latinam translatæ, impreſſæ ſunt in Germania Lipſiæ an. 1675. (*b*) tribus voluminibus in 4. ſed continent tantum paucos annos, & reliqui Societatis Secretarii Acta in Linguam latinam non tranſtulerunt. Quidquid tamen bonum eſt (*c*), Galli in ſuis Diariis excerpſerunt. Vaſta quidem ſunt illa volumina Tranſactionum Philoſophicarum, ſed etiam plurima parvi (*d*) momenti ibi continentur. Clariſſimus denique Medicus LOWTHORP (*e*) compendium fecit omnium Actorum, & ſic vaſtiſſimum Opus ad compendium reduxit ſtylo tam claro & puro, ut ſpecimen dederit, quomodo optime ſcribatur. Tribus tantum voluminibus Lingua Anglica conſcriptis totum Opus compegit, ſed non ſperandum eſt, ut unquam in Latinum poſſint converti (*f*), niſi Auctor ipſe illud ſuſceperit negotium, nam certe eſt Opus hujuſmodi, ut, qui hoc aggredi vellet, ille deberet 1. accurate ſcire omnes ſcientias, & 2. accurate idioma Linguæ Britannicæ intelligere. Hoc nunc Opus ſecunda baſis eſt veræ Philoſophiæ, & in illis Operibus inveniuntur plus fere quam centum egregiorum virorum inventa.

Poſtea anno 1667 (*g*) Florentiæ in Etruria editus eſt Liber in folio titulo Itali-co

SLOANE, *S. BROWNE*, præter alios non ita notos, perinde tamen induſtrios viros. In Chemicis poſt *BOYLEUM*, *BROWNIUS*, *GODFREY*, *HANKEWITZ*, *FROBENIUS*, alii.

(*a*) Numeri ſunt, nunc quidem dum ſcribo 483. volumen vero decurrit XLIV.

(*b*) Amſtelodami 6. voluminibus quibus res geſtæ continentur ab initio ad an. 1670. ex Numeris 68. In editione Lipſienſi vero etiam uno anno pauciores ſunt. Sed de ea verſione *SOCIETAS REGIA* queritur, quam *STERPINO* tribuunt, alii *SANDIO*. Deinde hæc pauciſſima volumina nullius ſunt momenti, ſi cum mole Operis conferas.

(*c*) Pauca certe tranſtulerunt, brevibus verbis, & fere rerum titulos, nunquam legitimas deſcriptiones, ut vix alicui uſui ſint, quæ decerpſerunt.

(*d*) In compendiis ſolent omitti Librorum recenſiones, tum quæ minus generalis uſus viſa ſunt contractionis Auctoribus, eriſtica, quæſtiones pro navigantibus, &c. Judicium tamen paſſim deſideras, cum v. gr. *PETIVERII* egregia botanica, & unicam illam *BROWNIANORUM* laborum memoriam, totam omiſerit *D. LOWTHORP*. Ita *BLAIRII* curioſiſſima Anatome Elephanti in compendiis deſideratur. Cæterum cum durior hæc ſit *PRÆCEPTORIS* ſententia, ad quam commentor, non poteſt diſſimulari, pleraque Actis Britannicis inſerta, omni laude digniſſima eſſe, neque facile fabuloſa aliqua, aut parum accurata ibi recipi: ut tamen non diffitear inter adeo numeroſos Auctores, non omnes aut *NEWTONOS* fuiſſe, aut *DOUGLASSIOS*.

(*e*) Trib in 4. voluminibus *D. LOWTHORP* comprehendit præcipua momenta rerum ab an. 1665. ad 1700. Hinc *D. JONES*, inde *D. MOTTE'* duobus voluminibus Actorum ab an. 1700. ad 1720. novum compendium ediderunt; ſed & tertium ſecutum eſt ab. an. 1720. ad 1732. *REIDIO* & *GRAYO* procurantibus. Et nuper an. 1745. *D. BADDAM* in decem volumina in 8. totam ad noſtra tempora ſeriem contraxit. Maxime tamen monitos velim, ſi qui poſſunt aut emtionis onus ſuſcipere, aut in Bibliothecis publicis ipſas legendas obtinere Tranſactiones, ne utantur *compendiis*, quæ non ſolum manca ſunt & pulcherrima plurima omittunt, ſed icones, anatomicas maxime, mire contrahunt & corrumpunt.

(*f*) D. de *BREMOND* translationem Gallicam erat meditatus, & tres annos ſplendide, neque ſine acceſſione ediderat, ſed inceptum cum ipſo commortuum eſt. Societas vero quatuor fere virorum ad eum laborem ſufficeret, quorum quilibet ſibi nota argumenta unice ſuſciperet vertenda.

(*g*) Cementinæ Academiæ ſumtus ad experimenta ſuppeditavit M. Dux Hetruriæ tantos, ut neſciam, an facile alibi adeo magni facti ſint, aureos enim globos contundendos dedit, omne de-mum

co hocce, *ſaggi di naturali Eſperienze fatte dalla Accademia del Cimento*. Hoc Opus eſt narratio experimentorum naturalium captorum in Academia Cementina. Adeoque binis annis poſtquam Societas Britannica incepit edere ſua inventa, inceperunt itidem in Italia hocce dicto Libro, quo Acta Academiæ Cementinæ continentur. Eam Magnus Dux Hetruſcus ſummis impenſis ornavit, magnos viros huic uni negotio dicatos advocavit, & ita eos ſua præſentia excitavit, ut ipſe præſens omnibus experimentis adeſſet. In eo Libro egregia ſane experimenta habentur recitata de igne, de aere, &c. verum Italico ſermone. Quod autem in hoc Libro optimum eſt, id omne denuo in Diariis Gallorum, modo laudatis, habetur, ipſe autem Liber rariſſimus eſt.

Deinde anno 1668. iterum in Italia (*a*) editum eſt Opus titulo *Giornale de Letterati* per ABBATEM NAZARUM conſcriptum. Egregius ibi Philoſophus tradit nobis in illo Tractatu, quæ apud alios non habentur, nempe optima experimenta in Italia a maximis viris capta.

Deinde anno 1670 inſtituta eſt *Societas Germanica* (*b*) *Naturæ Curioſorum*, adſcitis ex tota fere Europa omnium ſcientiarum viris eruditis ſub certis legibus, titulo *Academiæ Leopoldinæ*, & *Academiæ Naturæ Curioſorum*. Ea incepit etiam edere ſua inventa & communicata anno 1670, ex tota Europa, ab omnibus ſuis Profeſſoribus publicis & privatis ad Medicinam & Phyſicam pertinentibus collecta, ut Socii omnes ſingulis menſibus Lipſiam (*c*) ſcriberent, ubi tunc edita ſunt illa collecta titulo *Miſcellaneorum Curioſorum*; inceperunt ergo an. 1670. & ad noſtra tempora uſque continuantur. In his Ephemeridibus continentur quam plurima egregia quæ nullibi alibi proſtant: verum etiam plura fabuloſa (*d*) & vana, quod evitari

I 2 non

mum genus gemmarum deſtruendum ſuppeditavit per vim ſpeculi cauſtici. *GIORNALE de LETTERATI D'ITALIA*. T. VIII.

(*a*) Romæ quod in 4. prodiit. Primum Opera Abbatis *FRANCISCI NAZARI*, & *D. CIAMPINI* ab anno 1668 ad 1675. deinde a *CIAMPINO* ſolo ad annum 1678. apud Tinaſſum. Abbas vero *NAZARI* ſolus ab an. 1675 alio Bibliopola Muſcardo uſus Diarium eodem nomine edidit. Id quidem Gallici Diarii translatio eſt, ſed Italicis aucta articulis & diſſertationibus. Probe vero utrumque diſtinguere oportet ab alio *GIORNALE de LETTERATI D'ITALIA* quod an. 1708. prodiit, de quo inferius dicetur.

(*b*) Nempe eo anno primum volumen prodiit, a ſecundo Præſide *JOHANNE MICHAELE FEHR* collectum. Plurimi vero Libri inter 1660 & 1670. editi ſunt, qui Societatis & Sociorum nomina præ ſe ferunt, quorum primus eſt *P. J. SACHSII ampelographia*, quæ 1661. impreſſa eſt.

(*c*) Sub initio Wratislaviæ prodierunt, procurante *ADJUNCTO* Præſidis *SACHSIO*, poſtea (cum quartus Præſes eſſet *L. SCHROEK*) per plurimos annos Norimbergæ editæ ſunt Decuriæ voluminum tres ab an. 1670. ad 1705. Centuriæ decem a 1712. ad 1722. Volumina ſeptem a 1727. ad 1744. Primus ſcopus Auctorum earum Ephemeridum fuerat, ſingularium rerum hiſtorias elaborare. Inde ſenſim ad Miſcellaneorum hiſtoriam delapſi ſunt.

(*d*) *Naturæ Curioſorum Societas* id ipſum, quod Anglica, vitium habet, quod voluntarium ſit Collegium, cujus Sodales neque legibus, neque emolumentis ad inveniendum verum incitantur. Deinde plerique Præſides, ut practici fuerunt celebres, alii etiam hiſtoriæ naturalis non imperiti, Medici tamen fuerunt omnes, neque ea aut eminentia eruditionis aut publica auctoritate, quæ ad ſelectum obſervationum ineundum auctoritatem conciliaret. Cum ergo promiſcue Medici Germani conferrent obiter facta experimenta, curationes ſibi honorificas, monſtra & alia, quæ raritate blandiuntur, factum eſt, ut pleraque vulgaria, multa omnino fabuloſa commentariis illata ſint, conquerentibus nonnunquam Præſidibus, ſed malo imparibus. Inter Auctores vero *BERNIZIUS* monſtroſis ſuis iconibus plantarum, *HANNEMANNUS* vanis undique conquiſitis rumo-

non potuit, cum Acta Societatis a tot viris & in tam diverſis locis viventibus conſcripta & collecta fuerint. Optabile foret igitur, ſi aliquis perita manu bona collecta ſeligeret, nam ipſo Opere Medicus carere vix poteſt.

Poſt Miſcellanea Curioſa, edita eſt *Hiſtoria Academiæ Pariſienſis* conſcripta per JOHANNEM BAPTISTAM DU HAMEL in 4. (*a*). Incipit ab an. 1666, deſinit ad annum 1698. Pulchrior hoc Libro vix alius invenietur. Editus eſt Lingua Latina: ſed debet haberi ultima editio (*b*); nam prima editio caret plurimis inventis ſubſequentium annorum; quamvis alioquin ſit bona. Hic Liber continet omnia inventa egregiorum virorum Academiæ Pariſienſis, quæ dicitur l'*Academie Royale des Sciences*, & a toto Litteratorum orbe in maximo habetur pretio; habentur in hoc Opere omnia ad Phyſicam neceſſaria fere experimenta, ſtylo egregio conſcripta, adeo ut nemo hoc Libro carere poſſit, & omnino debeat poſſideri ab iis omnibus, qui Chemicis ac Medicis arcanis incumbere ſtudent (*c*).

Acta nunc ſequuntur *Eruditorum Lipſienſia*, quæ anno 1682 (*d*) inchoata fuerunt, & Lipſiæ quotannis volumen in 4. editus, aliquando in plures tomos diſtribuitur; in quo Opere certe Collectores plurimis ſimilium Scriptorum palmam præripuerunt, ſingulis enim menſibus compendium ediderunt præcipuarum rerum, quæ

rumoribus, & aliqui alii hujus gregis, famæ Collegii nocuerunt. Addi poteſt, in ipſis jam primis ſpeciminibus Socios non nova invenire, non res ſingulares propriis experimentis torquere ſuſcepiſſe, ſed colligere immenſum rerum alibi ſcriptarum acervum, adeoque ſcribere quæ dicta fuerant, non ea quæ dici oportuiſſet. Denique iconum fidei & ſpeciei nunquam, niſi forte ſub initio, ſatis proſpectum eſt, ut *DILLENIUS* aliique, qui melioris notæ Libellos inſerendos miſerant, a communicando abſterrerentur. Cum his tamen vitiis compenſanda ſunt commoda. Tot in tam vaſta Germania Medici, intra tres ſeculi quartas partes labores contulerunt, ut multa egregia non continere ne quidem poſſint. Eminent autem *WEPFERI*, *BREYNII*, *MAURITII*, *HOFMANNI*, *LORENZINI*, *SCHELHAMMERI*, *STURMII*, *PEYERI*, *HARDERI*, *P. S. HARTMANNI*, *R. J. CAMERARII*, *ZAMBECCARI*, *HEISTERI*, *DILLENII*, *LOCHNERI*, *J. ADAMI KULMI* & nonnullorum aliorum inſerta monumenta. Toti etiam Libri paſſim illati ſunt in Commentarios, *GREWII*, *RIDLEII*, alii.

(*a*) Cum hæc ſcriberet *PRÆCEPTOR*, de laboribus Academicorum ante annum 1699. pauciſſima extabant Commentaria: nempe anni 1692. 1693. deinde aliqua in *Journal des Savans*, quæ menſtruatim prodierunt, & Opera denique aliqua ſingularia, ea pompa edita, ut privatorum opes ſuperarent. Quare *du HAMELII* Opus mire commendavit, quod unicus fere eſſet theſaurus, in quo diſceremus, quid totis triginta tribus annis Regia Academia boni inveniſſet. Nunc hæc omnia abundius habentur in XI. voluminibus in 4. *des Memoires depuis* 1666. *juſqu'a* 1699. quorum *HAMELIUS* compendia ſola abſque iconibus habet. Pariſiis prodierunt anno 1724. & *ſeq.* ad an. 1733.

(*b*) Nempe an. 1701. non anni 1698. Illa, rarior, editio duobus Libris auctior, habet res in Academia ab an. 1696. ad 1700. geſtas.

(*c*) Vide Not. (*a*) hujus pag. 66.

(*d*) Hæc ad normam *Journal des Savans*, & aliorum Diariorum Clerici ſcripta ſunt. Scopus nempe eſt, Librorum novorum contenta tradere, & breve judicium. Id, cum *Actorum Eruditorum Auctores* nunc per 68. annos egerint, efficit, ut fere hiſtoriam literariam integram noviſſimam in iis Actis reperias. In principiis breviſſimæ erant recenſiones, nunc fuſiores & uberiores ſunt. Multa etiam inſerta leges obſervata a *BOHNIO*, *WALTHERO*, aliis, aut communicata ab Exteris, *LEIBNIZIANA* imprimis & *BERNOULLIANA* fere inummera. Per quinquaginta annos nomen tenuerunt, & tum *Supplementorum* etiam nomine prodierunt: nunc titulus eſt *novorum Actorum*. Directores fuerunt pater, filius & nepos *MENKENII*. Opuſcula integra Actis inſerta excerpſerunt Veneti, & ab. an. 1740 ad 1746 ſeorſim ediderunt.

(*e*) Pace

quæ continentur in univerſis eo tempore Libris; neque unice exſcripſerunt alios; ſed Opere ſuo comprehenderunt plurima experimenta obſervationeſque hactenus ineditas, quas communicarunt Collectoribus varii ex tota Europa eruditi viri, cum quibus commercium litterarum alerent, adeo ut omne fere, quod in Aſtronomia, Medica & Phyſica, in tota Europa notatu digniſſimum quotidie obſervatur, in hoc Opere contineatur. Hæc Acta continuantur in hunc uſque diem, omni enim menſe Libellum paucarum paginarum edunt, & quotannis conficitur inde Liber in 4. cujus nomen eſt *Acta Eruditorum*.

Prodiit poſtea Liber, quem admirati ſunt omnes, qui rebus pretium imponere valent, ſcilicet *Hiſtorie de l' Academie Royale des Sciences*, & (*a*) *Memoires de l' Academie Royale des Sciences*, Liber incomparabilis, quo nullum unquam Opus plus profuit ſcientiis inſtitutum. Omnes enim norunt, qui litterarium vel primum ſalutarunt limen, LUDOVICUM XIV, Galliæ Regem, undequaque collegiſſe eximios quoſque viros ad componendam ſuam iſtam Academiam. Tales fuerunt, (& quidam adhuc ſunt) HUGENIUS, ROEMERUS, CASSINI, *de la* HIRE, & hujuſmodi fuit ISAACUS NEWTONUS. In hac Societate lex ſancita eſt, ut ad finem ſinguli anni ederetur Libellus in 4. in quo nihil, niſi a Societate bene examinatum & obſervatum, contineretur, & ſic ab iis comprobatum, in lucem ederetur. Incepit Opus an. 1699, & editur Pariſiis in 4. ſed in Batavia haberi poteſt in 8. recuſum (*b*). In his voluminibus habetur quidquid ad Aſtronomiam, Aſtro-

(*a*) Pace reſtituta, Rex cura Abbatis *BIGNONII*, novas leges an. 1699. dedit Academiæ. Excluſit literas, quas humaniores vocant, cui aliam Academiam deſtinavit. Solam ergo Phyſicam cum connexis Mathematicis & Medicis ſtudiis inter eruditos Academicos diſtribuit, ut unica pars Matheſeos aut Phyſices cuique propria adſignaretur, in qua ornanda vitam tereret. Imo tres omnino unicuique arti viros proprios dedit, eos omnes penſione annua inſtruxit & aſſociavit alios eodem numero. Eos vero qui annonam publicam acciperent, adſtrinxit, ut in quovis conſeſſu duo ad minimum elaborata monumenta prælegerent. Experimenta omnia juſſit in conventu totius Academiæ confirmari. Nihil edi voluit ab Academico, niſi cenſura Academiæ ſanctum eſſet. Privilegia varia conceſſit Academiæ, & ipſi judicium de novis machinis inventiſque ubique commiſit. Sumptus ad experimenta paſſim publice præbuit. Icones magnificas, ex. gr. *TOURNEFORTII* de ſuo ſculpi curavit. Præterea magnis præmiis ad inventa utiliora animos excitavit. Ita annuus reditus 12000 L. tributus eſt *REAUMURIO*, ob inventam ferri in chalybem mutationem. *REGNAULT Origine de la Phyſique*, III. p. 213. Denique ad commercium Literarium adlectos viros promiſit adſcribere, qui per totam Europam inventa ſua communicarent; idque officium eos ſibiglorioſum habere experientia confirmavit. Ita multo propius, quam ab Anglis, ad *BACONIS* inſtitutum acceſſum eſt. Inquiſitio veri unicum officium, unicus labor eſt virorum ſolertiſſimorum, quibus unica, non nimis patens, pars veri excolenda tributa eſt, quos honor, lex denique ad labores compellit. Quare non mirum eſt, ſi omnium aliarum Academiarum opera longe ſuperavit. Adde denique commoda, opportunitates, quæ ab Urbe Regia, præſtantiſſimis Artificibus, maximis Bibliothecis, Mæcenatibus, æmulatione denique pleniſſima accepit. Ita vero hactenus edita ſunt monumenta a viro elegantiſſimi ingenii *FONTENELLIO*, ut prima parte tomi cujuſque contineretur brevis recenſio obſervationum ſingularium, aut monumentorum in monumentis ſecundæ partis præcipuorum: tum elogia Sodalium demortuorum. In altera diſſertationes ipſæ prælectæ prius continentur. *FONTENELLIO* emerito ſucceſſit *D. MAIRAN*: deinde *D. GRANJEAN* de *FOUCHI*.

(*b*) Sic compendium fit ſumptuum, cum Belgica editio minimo pretio poſſit emi, ſed vitioſa eſt, contractis in minus ſpatium imaginibus, turbatis calculorum numeris. Cæterum viri clariſſimi qui Academiam hanc exornarunt numerum fere ſuperant, quem Liber meus contineat. In Mathemati-

Aſtrologiám, Phyſicam, omnes partes Medicinæ, Matheſeos, & Mechanices, ſpectat, adeo ut, quæ ad perfectum Medicinæ ſtudium (*a*) requiruntur, hic inveniantur, ita ut fatear, ex nullo Opere me unquam plus rebus meis adjumentum intuliſſe, quam per iſtos Commentarios. Qui hunc Librum poſſidet, additum prioribus, habet Bibliothecam phyſicam egregiam, nec aliis indigebit Auctoribus. (*b*)

Ha-

maticis ex Aſtronomia *CASSINII* pater & filius, & nepos; *VARIGNONIUS*, candidiſſima anima, mechanicæ & analyſeos peritia celebris; *FONTENELLIUS*, *PH.* de la *HIRE*, minus laudatus *LEIBNIZIO*, *MARCHIO* de *L' HOPITAL*, *SAURIN*, qui ob furta patriam & religionem mutare coactus, laudem per Matheſim & vitæ ſuſtentationem reperit; *D. CLAIRAUT* & alii. Ex Phyſicis elegantiſſimus *D.* de *REAUMUR*, de *MAIRAN D.* de *MAUPERTUIS*, *PITOT*, *NOLLET*, de *BUFFON*. Ex Anatomicis *DUVERNEIUS*, *MERYUS*, *WINSLOWIUS*, *LITTRIUS* (ſed iſte minoris fidei), la *PEYRONIE*, *ROUHAULT*, *HUNAULT*. Ex Botanicis *DODARTIUS*, *TOURNEFORTIUS*, *JUSSIEUS* fratres, *VAILLANTIUS*, du *HAMEL*. Ex Chemicis *HOMBERGIUS*, *BOULDUC*, *GEOFROY*.

Inter Exteros antiquæ Academiæ *ROEMERUS*, *HUGENIUS*, *LEIBNIZIUS*, *BERNOULLII* fratres; in nupera *BOERHAVIUS*, *RUYSCHIUS*, *MORGAGNIUS* eminuerunt.

(*a*) Quæ Medica in his Commentariis continentur nuper cura Domini *MIHLES* extracta ſunt, & aliquot voluminibus in 8. recuſa; ſed placuiſſe rerum gnaris non audio. Idem Tranſactionibus molitur idem, ex quibus ab an. 1705 tria in 8. volumina excerpta prodierunt phyſici imprimis argumenti, nomine *Miſcellaneorum Curioſorum*.

Medica & phyſica *Commentariorum Acad. R. ſcient. Pariſ.* nunc maxime Germanica lingua edit *STEINWEHRIUS*, Breſſaviæ 8. (*Not. b*) *Mémoires de l' Académie Royale de Scienc. de Berlin* prodierunt ad annos 1745. 1746. 1747. 1748., & ſeorſim *hiſtoire de l' Académie Royale des Sciences & des Belles-lettres*, ibid. 1750. 4.

In *hiſtoire & mémoires de l' Académie Royale des Inſcriptions & des Belles-lettres* pauciora, aliqua tamen, ad rem noſtram faciunt, de papyro, de gymnaſiis Romanorum, plantis, quæ in nummis Ægyptiorum ſculptæ ſunt, &c.

Voluminibus X. Actorum Academiæ Petropolitanæ, quæ ab anno 1726. prodiiſſe diximus, *novorum actorum* Volumen nuper acceſſit. Petrop. 1750. 4. quo multa phyſica *D. LOMONOSOW*, *RICHMAN* & *KRAFTII*, anatomica egregia *CAAUII*, etiam botanica aliqua continentur.

(*b*) Plurimæ aliæ Societates Literariæ extiterunt, Diaria plurima, quorum *AUCTOR* hic non meminit. Inter Societates ad Hiſtoriæ naturalis incrementum conſtitutas, huc pertinet *Academia Philexotica naturæ & artis*, quæ aliqua Acta Brixiæ an. 1686. edidit. *Phyſicocriticam* etiam breviter recenſebo, quæ an. 1691. Senis coaluit, cujuſque pluſculi ſermones, & diſputationes in *Galeria di Minerva* continentur. Fundator fuit *PYRRHUS MARIA GABRIELLI*.

DEINDE an. 1700. *FRIDERICUS* I. Boruſſiæ Rex *Societatem Scientiarum Berolinenſem* condidit, anno vero 1711 juſſit inaugurari, auctore *LEIBNIZIO*, cujus *Miſcellanea* ſeptem voluminibus prodierunt ab an. 1710. ad 1743. Pariſina Academia fere pro Archetypo fuit Berolinenſi, niſi quod Literas humaniores non excluſerit, neque perinde legibus adſtricta fuerit. Multa ibi Phyſica, Mathematica, Chemica, Anatomica, *LEIBNIZIO*, *NAUDÆO*, *LUDOLFO*, *BUDÆO*, *ELLERO*, *NEUMANNO*, *POTTIO*, *FRISCHIO*, auctoribus, ut nihil de Philologicis addam. Anno demum 1744 d. 23. Januarii *FRIDERICUS II.* Societatem, quæ non nihil languerat, novis legibus accuratius circumſcripſit, ad eadem tamen fere principia: & ab eo tempore incipiunt prodire, *Mémoires de l' Académie Royale des Sciences de Berlin*, quæ *EULERI*, *LIEBERKUHNII*, *MARGRAAFII* aliorumque clarorum virorum Operibus illuſtratur.

Societas Regia Monſpelienſis in Gallia an. 1705 fundata 10. Dec. 1706. primum convenit, & pluſcula *pro intima ſua unione* Monumenta Pariſinorum Actis inſeruit. Quotannis etiam breviſſima eorum recenſio editur quæ ab ea Academia elaborata ſunt, nomine præfixo *Extraits des Regiſtres de la Societé Royale des Sciencès de Montpellier*. Mererentur utique iſta Monumenta publicam lucem, in quibus *D.* de *SAUVAGES*, de la *PLANTADE*, *MARCOTUS*, *NISSOLIUS*, *LAMORIER*, *RIDEUX*, & alii inclaruerunt.

Sed & *BURDIGALÆ* Academia convenit, quæ ſingulis annis poſt 1715. pretia ad ſelecta proble-

blemata proponit. Nihil, quod ſciam, ipſa edidit, ſed volumina diſſertationum, quæ palmam meruerunt, prodierunt, pluſcula in 12. quorum 6. volumina ad manus ſunt, phyſici fere argumenti, tum medici, optimorum in Gallia ingeniorum partus, ſed qui magis ad theoriam & hypoteſes ſpectant. Eximium tamen Opuſculum *de motu plantarum D.* de la *BAISSE* vel ſolum hanc collectionem commendat.

Sed etiam *Ruppellenſis Academia* an. 1732. condita, cœpit edere ſcripta argumenti phyſici; & *Lugdunenſis* an. 1739. inaugurata, egregias diſſertationes noſtri ſcopi prælegit ut *D. DE LORME* de calore corporis humani, *GAVINET* de viperis, &c.

PORRO PETRUS I. inter plurima, quæ ad diſpellendas tenebras Imperii inſtituta orſus eſt; etiam Academiam Petropolitanam condidit, ad quam conſtituendam an. 1725. ex omni Europa viri clari convenerunt. Magnificæ ædes, Theſauri phyſici, anatomici Ruyſchiani, Bibliotheca, ſplendidæ annuæ penſiones, virorum ſelectus, rerum novitas, illuſtraverunt novam Scientiarum ſedem. Acta hujus Academiæ ab an. 1726. prodierunt X. voluminibus, tota fere ad rem noſtram, maxime vero mathematica, niſi quod hiſtoriam retinuerit in Academia *PETRUS*, imitatus Berolinenſes. In Mathematicis & Phyſicis *HERMANNUS*, *NICOLAUS* & *DANIEL BERNOULLII*, *BULFINGERUS*, *GOLDBACHIUS*, *DE LISLE* uterque, *KRAFTIUS*, *HEINSIUS*; in Anatomicis *DUVERNOY*, *WEITBRECHT*, *SCHREIBERUS*; in Botanicis *BUXBAUMUS*, *AMMANNUS*, *GMELINUS*; *IIDEM* in Chemicis, Mineralibus, egregia a nemine facile negligenda monumenta inſeruerunt. Petropoli edita, Venetiis recuduntur.

BONONIENSIS Inſtituti origo debetur *LUDOVICO FERDINANDO MARSIGLI*. qui de ſuo novam an. 1712. conditam dotavit Academiam: quæ cum Academia jam antea ab an. 1690. ab *EUSTACHIO MANFREDO* cœpta, in unum coaluit. Volumen Actorum primum an. 1731. prodiit egregium, maxime in Phyſicis Opus, *ZANOTTO*, *ALGAROTTO*, *BECCARIO*, *MANFREDIO*, *BAZZANO* Auctoribus. Sed & Anatomica *MORGAGNI*, *GALEACII*, *LEPROTII*, *NANNII*, *STANCARI*, *ALBERTINI*, *SCHEUCHZERORUM*, *MICHELOTTI* egregia miſta ſunt. Nuper an. 1746. ſecundum volumen acceſſit.

Voluminis ſecundi Actorum Academiæ Bononienſis, quod 1746. prodiiſſe dictum eſt, tres partes ſunt. In I. hiſtoria nuperior Academiæ habetur, & opuſculorum compendia, nunc varia propria opuſcula, de corticis Peruviani in febre vi, tendinis Achillis vulneribus, fiſtula lacrymali, phænomenis animalium in vacuo ſpatio extinctorum, abſtinentia a cibo & potu. In II. & III. parte ipſa opuſcula adjecta ſunt, egregiaque varia habentur, ut *GUSMANNI GALEACII*, *VINCENTII MENGHINI* experimenta de chalybis ad ſanguinem itinere, *MONTII* novæ plantæ, *JANI PLANCI* molæ anatome, *J. VERRATTI* experimenta de veſicantibus, *BALBI* de motu cicatriculæ, &c.

Annales Academiæ Juliæ ab anno 1720. ad 1728. in 8. Helmſtadii editi auctore *KOCHIO*, deinde Collega olim noſtro *TREUERO*, præter compendia rerum in ea Academia geſtarum, aliqua non mala habent & propria, *SCHMIDTII* vaſa lactea humana, varia *HEISTERI*, &c.

GEDANENSIS SOCIETAS primum 2. Jan. 1743. convenit, & edidit in urbe patria anno 1747. *Verſuche und abhandlungen der naturforſchenden geſellſchaft in Dantzig.* 4. qua collectione multa egregia ad electricitatem, ad vim venti & flatus, avium hiſtoriam & coralliorum, & diſſilientes phialas continentur.

UPSALIÆ jam an. 1710. nata voluntaria Societas eruditorum virorum ad an. 1720. ediderat *Acta Literaria Sueciæ*, ut unum ſingulo trimeſtri volumen in 4. prodiret. Ex anno vero 1725. cum *ARVIDI HORNII Regiæ Societatis Literariæ & Scientiarum* titulo, publicum conſtitutum eſt Collegium, quod porro ea Acta direxit, majoribus tamen intervallis. In iis nova Sueciæ Literaria habentur & multa præterea egregia Opuſcula & obſervationes, quibus non abſque damno careas, *CELSIORUM*, *RUDBECKII* filii, *HORNII*, *LINDERI*, *STOBÆI*, *MARTINI*, *SAMUELIS KLINGENSTIERNA*, *ELVII*, *BROMELII*, *POLHEMII*, *SPORINGII*, *BRANDII*, *LINNÆI*, *HIORTERI*. Ab aliquot autem annis mutato titulo, *Actorum Societatis Regiæ Scientiarum Upſalienſis* titulo prodit idem Diarium, recenſendis Libris novis literariis nunc minus deſtinatum, & ex Opuſculis unice conſtans, quæ fere omnia ad naturalem Hiſtoriam pertinent.

Edimburgi etiam eruditi Medici in Collegium convenerunt, liberum, neque publica auctoritate ſubfultum aut excitatum. Quinque volumina Speciminum, (*Eſſais*), hujus Societatis prodierunt, quorum ultimum duplex eſt, ab an. 1733. ad 1742, Medicis perutilia & Chirurgis & Anatomicis, ut ad aquas etiam minerales, & meteorologiam ejus regionis pertineant.

MON-

MONROUS ibi eminet, ſed finis hujus Societatis factus eſt, quæ in ampliorem omnis naturalis hiſtoriæ fere ambitum complexumque recepta evanuit. Inventorum medicorum & novorum Librorum catalogus ſingulis voluminibus ſubjicitur. Gallice hos quinque tomos vertit *DEMOURS*, & Belgice etiam prodierunt Amſtelod. 1740. 4.

Academia Biterrenſis ab anno 1736. edidit *Recueil de Lettres, de Memoires & autres Pieces*, &c. Confuſius vero paulo prodeunt. Aquas aliquas minerales, ſtirpeſque nonnullas deſcribi video.

Chirurgi Pariſini in Academiam coacti ſunt *LUDOVICO XV.* au ctore an. 1731. exeunte. Ab eo tempore unicum volumen prodiit an. 1743, Chirurgicis quidem inprimis natum inventis. Sed Anatomica tamen interſperſa habet, & tale eſt, quale a primariis in arte ſua viris exſpectari poteſt. Multa ibi ad perfectionem operationum calculi, aliorumque etiam felleæ veſiculæ, atretarum, deglutitionem abſurdorum, hernias, cæſaream ſectionem, &c.

Neapolitana Academia a *CAROLO* Rege conſtituta, in Phyſicis, præter eruptionis Veſuvii an. 1737. factæ, hiſtoriam, nihil, quod ſciam edidit.

Denique *Stokholmienſis Academia Regia Scientiarum*, Regiis etiam ornata privilegiis, condita eſt an. 1739. & ab eo tempore per ſingula trimeſtria Monumenta laborum edit, Suecica lingua. Volumen VIII. nunc maxime finitum eſt, quo 26. trimeſtria continentur. Pleniſſima ſunt Phyſicis experimentis, Chemicis, Botanicis, Medicis, ad œconomiam, ad metallurgiam, ad doctrinam fluidorum labentium pertinentibus, laude omni digniſſimis. In Chemicis *BRANDIUS*: in Phyſicis & Mechanicis *POLHEMIUS*, *TRIEWALD*, *ELVIUS*, *KLINGENSTIERNA*: in inſectis *DE GEER*, *LINNÆUS*, idem in Botanicis & *D. D. LECHE*, *KALM*: in Anatomicis *D. SPOERING*: in Chirurgicis *D. RIBE*: in practicis Illuſtris Archiater *ROSEN* eminuerunt. Optabile certe foret, niſi technicorum vocabulorum difficultas obſtiterit, ut in linguam aliquam vulgo notiorem transferretur.

ULYSSIPONENSIS Academia; Gallicæ plurimæ, Sueſſione, Lugduni, Maſſiliæ & alibi fundatæ, vel ſolas humaniores Literas tractarunt, vel certe monumenta ſua non publicarunt.

Danica Societatis Scripta duobus voluminibus Hafniæ an. 1746. 4. prodierunt. Ea aliqua etiam Medica *DETHARDINGII* & *BUCHWALDI* continentur.

Supereſt, ut aliqua Diaria ſubjungam quæ a privatis hominibus profecta, rem tamen Medicam inſigniter illuſtrarunt, & ex Opuſculis atque incertis obſervationibus ita componuntur, ut cenſuræ Librorum aut nullæ ſint, aut partem Operis exiguam efficiant.

THOMÆ BARTHOLINI Acta Hafnienſia primum locum tenent, quæ vir eruditiſſimus, cui ampliſſimum commercium literarium totam per Europam erat, anno 1671. edere cepit, & cum quinto volumine an. 1679. finiit. Continent obſervationes Anatomicas, Botanicas, Medicas, Chemicas, Danorum aliquas etiam Phyſicas. Magna in hoc Diario nomina ubique ſplendent. *NICOLAUS STENONIS* fil. *OLAUS BORRICHIUS*, *BARTHOLINI* pater & filius, ut ſit inter ea, quæ unius viri cura prodierunt, facile primum.

N. DENYS, ſtrenuus defenſor transfuſionis, cum neſcio quo fato, *Journal des Savans* intermiſſionem paſſum eſſet, duplici Diario locum ſupplevit ab an. 1672. ad an. 1674. Alteri titulus fuit *Memoires ſur les Arts & les Sciences*, cujus duodecim numeri prodierunt. Alteri *Conferences*, cujus 14 ſunt Libelli *NICER*. Ad hiſtoriam liteſque transfuſionis, ad monſtrorum catalogum, ad Anatomicas paſſim & aliorum & proprias obſervationes pertinet. Prodiit Pariſiis in 4. & pro parte inſertum eſt Ephemeridibus, ſive *Journal des Savans*, denuoque editum Pariſiis 1682. 4.

NICOLAUS de *BLEGNY*, Chirurgus & Medicus, inquietus homo, & in quo aliquid fuit minus conſtantis judicii, parum laudatus *DIONYSIO* (*Cours de Chirurgie par la FAIE* p. 330.) anno 1674. incepit edere menſtruis intervallis *Nouvelles decouvertes ſur toutes les parties de la Medecine*. Eas Latine a *BONNETO* verſas Genevæ edidit in 4. Chouetus, nomine *Zodiaci Medico Gallici*. Quinque anni ſunt, quorum ultimus eſt 1683. non malus Liber, ob primas inprimis partes, quibus multæ præſtantiorum Medicorum & Chirurgorum in Gallia, ipſiuſque *DUVERNEYI*, *NOUESII*, aliorum obſervationes Anatomici inprimis & Chirurgici argumenti, continentur. Sed nimis multum miſcetur inanium ratiociniorum, & rhetoricationum, maxime ad finem Operis. In Germania etiam prodiit Hamburgi 1681. ſeq.

STEPHANI BLANCARDI Jaar-Regiſter an. 1680. inceptum quantum novi, defiit cum an. 1682. Amſtelodami in 8 editum. Multum uſus Zodiaco Gallico, aliiſque ut ſolebat, ſcriptis, non tamen nullas ſuas addidit obſervationes morborum, & curationum, vel aliorum quidem alibi tamen vix exſtantium. Alia falſa aut manca miſcentur. Centuriæ obſervationum ſunt VII.

S. BLANCARDI jaar regiſter Germanice etiam verſum a *TOBIA PEUCERO* prodiit, Lipſ. 1690. 8. & prius Hamburgi 1680. 8. 3. vol. Hic cæterum Liber multas obſervationes *RUYSCHII*, *MUNNIKII*, *GRIMMII*, chirurgorum van *DUUREN*, van *DYCK* continet.

Giornale de Letterati, Parmæ in 4. editum eſt, ab an. 1686. ad an. 1690. deinde Mutinæ ab an. 1692. ad an. 1697. Auctore *BENEDICTO BACCHINI* & *GAUDENTIO ROBERTI*. Et ipſum, inſertis doctorum virorum diſſertationibus, applauſum meruit.

Abbatis de la *ROQUE Journaux de Médecine*, Pariſiis an. 1683. menſibus Aprili, Majo, Junio, Julio, Auguſto, Septembre, in 8. prodierunt, idemque Diarium iterum receptum eſt an. 1686. Non tamen, quantum novi, diuturnum fuit, cum partim ex viris eruditis Galliæ, partim ex omnibus Diariis, quæ tunc per Europam prodibant, collectas haberet obſervationes Medicas, Chirurgicas, quarum multæ valde ſingulares ſunt; ſed mihi non eſt ad manus.

BRUNETI Progrès de la Médecine non adeo recenſiones, quam propria continet Opuſcula. Inventorum Anatomicorum Pariſinorum enumerationem, partus ventralis hiſtoriam, *&c.* ſed inprimis ſcripta eriſtica, quæ contra *MERYUM* eo tempore magno numero edita ſunt. Prodierunt Pariſiis in 12. an. 1698. 1699.

Nova Litteraria Maris Balthici & Septentrionis ab anno 1698. ad 1708. Lubecæ undecim voluminibus in 4. prodierunt. Præter pleniſſimam recenſionem eorum, quæ in omni litterarum ambitu eo tempore ſunt geſta, & infinitorum fere Opuſculorum enumerationem, plurimæ egregiæ Phyſici & Medici argumenti obſervationes hic reperiuntur, quæ non alibi exſtant.

Sammlung vom Natur-kunſt und Literatur geſchichten, von einigen Breſslauiſchen Medicis. Verſuch 1-38. cum quatuor Supplementis. Vaſtum Diarium novemdecim voluminibus in 4. ab an 1717. ad 1726. prodiit Vratislaviæ. Auctores primi fuerunt *KUNDMANN*, *BRUNSCHWITZ*, & *KANOLD*, deinde *KANOLDUS* ſolus, denique *ANDREAS-ELIAS BUCHNERUS* ultimum volumen abſolvit. Per menſes ſingulos digeſtum Opus omnem rem Medicam & Phyſicam amplectitur. Meteorologia tractatur totius Europæ, & Agricultura, tum *Curioſitatum*, ut vulgo vocant, ſtudium & praxis tum per epidemias, tum per peculiares rariorum obſervationes. Interſperſa ſunt nova inventa, obſervationes anatomicæ, diſſertatiunculæ vari argumenti, denique Librorum recenſiones. Paſſim a *KULMO*, *WIGANDO*, *&c.* bonæ diſſertationes inſertæ. Sed ſæpiſſime mali fontes exhauſti, & ex *publicis Novellis*, ut vocant, exiguo ſelectu, rumores recepti. *STAHLII* vero fidum adſeclam fuiſſe *KANOLDUM*, ſatis conſtat.

Acta Medicorum Berolinenſium viginti & uno voluminibus prodierunt ab an. 1717. ad 1731. quibus duæ Decades abſolvuntur, tertia inchoatur. Auctor eſt *L. D. GOHLIUS* Stahlianus accerrimus, ut nihil ibi moderati exſpectes, quando de mechanicis Medicis ſermo eſt. Argumentum fere totum practicum eſt, epidemias Berolinenſes, ſectiones cadaverum morboſorum, chemica experimenta complectitur, aliquas etiam controverſias, & obſervationes Chirurgicas, & vitas Archiatrorum Brandeburgicorum, atque quorumdam Chemicorum: mores vero & eruditionem ubique deſiderabis.

W. V. RANOU W. M. D. an. 1719. incepit Amſtelodami edere in 8. *Kabinet der Natuurlyken Hiſtorien, W. etenſchappen, Konſten en Handvverken*, cujus decem partes vidi, quarum ultima an. 1721. prodiit. Continet fuſas recenſiones Operum ad Hiſtoriam naturalem facientium, *PLINII*, *ALDROVANDI*, *GESNERI*, *FERRANTIS*, *IMPERATI*; deinde diſſertationes de auri hiſtoria, cum artibus eo pertinentibus, & alias de aquis, fluviiſque Palæſtinæ, hiſtoria Saccari, Cacao, *&c.*

ANDREÆ ELIÆ BUCHNERI Miſcellanea Phyſico-Medico-Mathematica ſunt quaſi continuatio *KANOLDINI* Diarii. Germanica etiam Lingua prodierunt Erfordiæ ab an. 1727. ad 1730. quatuor voluminibus in 4. Eo anno Auctor director factus Ephemeridum ad novas curas tranſiit. Meteorologica fere & practica complectitur.

D. URBAN-GOTTEFRIED BUCHERI Sachſen-lands Natur-hiſtorie edita Pirnæ 1722. 8. & continuata Dreſdæ 1733. 8. brevis cum ſuo Auctore ævi fuit, minime tamen inutilis, flos camphoræ, fons Radebergenſis & alia ibi deſcribuntur.

OPUSCOLI SCIENTIFICHI e *FILOLOGICHI* Venetiis ab anno 1728. edi inceperunt, collectore Abbate *CALOGHIERA*, & in quadraginta ſeptem voluminibus hactenus prodierunt. Mera ſunt Opuſcula, pleraque equidem Philologici argumenti: multa tamen ad rem noſtram, tum vitæ celebrium virorum *MICHELI*, *PACCHIONI*, *&c.* tum inſertæ diſſertationes *COGROSSI*, *VALISNERII*, *ROUHAULT*, *RICHAE* & aliorum. Quotannis duo volumina pergunt prodire.

COMMERCIUM LITERARIUM ad rei Medicæ & Scientiæ naturalis incrementum inſtitutum.

Norimbergæ an. 1731. prodire cepit, & cum decimo quinto volumine an. 1745. deſiit, Director fuit Vir Illuſtris *C. J. TREWIUS*, quem aliqui Medici ejuſdem urbis adjuverunt. Elegantiſſimo Diario, quod ſingulis hebdomadibus edebatur, ſingulis vero annis in volumen coaleſcebat, tota fere hiſtoria Medicinæ ejus temporis continetur. Recenſiones uberes & fideles, etiam iconibus ornatæ. Auctorum omnium, qui digni viderentur etiam pretioſiſſimorum, vitas Medicorum & Philoſophorum inſignium, eventus literarios, & nova inventa ibi reperias. Inprimis vero obſervationes plurimæ, Anatomicæ, Botanicæ, Practicæ interſperſæ ſunt, quæ nullibi exſtant, & efficiunt, ut eo libro Medicus elegantior carere nequeat.

Amſtelodami apud Tirion ab an. 1734. ad 1741. quinque voluminibus in 8. prodiit, ſed brevis ævi Diarium, cui titulus fuit *Uitgeleeze natuurkundige Verhandelingen*. Pleraque equidem ex ſcriptis optimorum Phyſicorum collecta ſunt, non tamen nulla propria habentur, Phyſici & Medici argumenti, de cauſa cohæſionis partium, de aurora boreali, de viribus corporum motorum, *MARCELLI* de vi magnetica, de ſpina bifida, hydrophobia, de pulmone recens natorum innatante, &c.

Medicorum Sileſiacorum Satura, qua varias obſervationes, caſus, experimenta, tentamina ex omni Medicina ambitu exhibent. Specimina hujus Diarii octo Vratiſlaviæ ab an. 1736. ad 1742. prodierunt, *BURGHARTO* inprimis Auctore. Medici argumenti, neque inelegantes ſectiones morbidorum & monſtroſorum cadaverum plurimas, & Chirurgica varia continent.

Selecta Medica Francofurtenſia, Anatomen inprimis practicam, Chirurgiam, Materiam Medicam, Medicinam univerſam illuſtrantia. Tres Tomi prodierunt, & quibus Libelli octodecim continentur. Francofurti ad Viadram ab an. 1736. ad 1745. Quartus inchoatus eſt, Auctore præcipuo *ANDREA OTTOMARO GOELIKE*, nunc *QUEITSCH*. Multa ſatis Anatomica habet, ad thoracicum ductum, ad vaſa bilis, ſectiones cadaverum, morborum obſervationes, controverſias etiam cum Mechanicis, ſolito hujus Sectæ more acerbas.

Selectorum Med. Francofurtenſium nunc IV. Tomi 24. libellos continentes prodierunt, quibus opus abſolutum eſt.

MICHAEL CHRISTOPHORUS HANOU Gedani 1737. 4. & aliis annis hebdomatim edidit *erlauterte merkvvurdigkeiten der natur*, in quibus de variis rebus phyſicis ſtylo populari egit.

Diarii Hamburgiſches Magazin nunc Tomi V. abſoluti ſunt.

Poſt memoratum jam librum adde: *Oeconomiſche nachrichten*, Lipſiæ 1749. 8. edi ceperunt nobili editore. Ad agriculturam inprimis pertinent, repetenda, ubi de botanicis agetur.

Memorie ſopra la Fiſica e l' hiſtoria naturale di diverſi Valent' uomini, quæ Luccæ an. 1743. 1744. in 8. prodierunt, egregia habent Italorum inprimis Opuſcula, Medica quidem *TABARRANI*, *MAZZUOLI*, *JANI PLANCI*, *TACCONI*, &c. Mathematica deinde & Phyſica benemulta *BOSCOVICII* & aliorum.

SAMUEL SCHAARSCHMID Medicus Berolinenſis ab anno 1738. incepit edere *Mediciniſche und Chirurgiſche Nachrichten* quæ ſingulis primum hebdomadis, deinde collecta in volumen prodeunt. Plurima ibi inprimis Chirurgica utilia & egregia vel ex propria Auctoris praxi, vel ex communicatione Chirurgorum caſtrenſium nata. Sextum volumen finem fecit.

CL. ZINKIUS ab an. 1744. cepit edere *Leipziger Samlungen von Wirtſchaft-Policey-Cammer und Finanz-Sachen*, quarum 8. tomi editi ſunt. Ad noſtram rem pertinent aliqua, agriculturam tangentia, ad nitrarias lithantraces, &c.

Hoc ipſo anno duo Diaria inceperunt edi, Schneebergæ unum, cum titulo, *Neuvve verſuchenuzlicher Geſchichte*, Auctore ignoto, ſed ut videtur Theologo. Scopus eſt phænomena varia colligere, & enarrare, regiones Saxoniæ metallicas deſcribere. Alterum, quod Annabergæ editur, ab eodem tempore, Medici *JOH. CHRISTIANI THEMEL* eſt Opus, & magis ad rem Medicam, neque tamen non ad Phyſicam pertinet.

Hamburgiſches Magazin T. I. II. nuper, ante annum fere in 8. incepit Hamburgi edi. Elegans Diarium, quo præſtantiores ex Tranſactionibus Anglicis & Gallorum Monumentis obſervationes continentur, neque nullæ propriæ diſſertationes.

Pleniorem Catalogum dare nolui, ne quidquam reciperem, quod in re ipſa non vidiſſem ipſe.

Denique nemo a me innumerabilium Diariorum enumerationem expectet, quæ Librorum cenſuras aut unice continent, aut certe ad eum finem primario ſcripta ſunt, & quorum neque finis eſt neque modus. *Nouvelles de la République des Lettres*, ob plures interſperſas hiſtorias Medicas nominari merentur, quæ an. 1684. a *P. BAYLE* ſcribi ceperunt, ſuccedente in laborem an. 1699.

JACO-

Habet adeo Tiro Medicus & Phyſicus aliquod ſchema (*a*), cujus fructus in toto ſuo ſtudio, gratus percipit, cum inde ſciat, quid boni ſcriptum ſit, & diſcat eligere Auctores, qui Lectorem non in errores & tricas induſtrias Scholaſticas abducunt; ſed ſcitu neceſſaria proponunt. Omnes enim Auctores indiſcriminatim legere eſt unice diſcere cognitionem multorum hominum; eaque ratione æque falſa ac vera diſcere poterit Tiro, neque judicare valebit, num vera diſcat, num falſa, multoſque poſt labores demum videbit, plurima eorum, quæ magno labore in memoriam congeſſit, opiniones falſas eſſe, iterum rejiciendas. Phyſici enim ſyſtematici plerique ex ſuo captu ſcripſerunt, iique paulo poſt ab aliis everſi fuerunt. Tiro vero, qui reciperet quæcunque ſcripta legeret, cogeretur cum Auctoribus ſuis ſententias mutare. Sed ii Auctores, quos adlegavi, durabunt & proſtabunt in æternum, quamdiu ſcilicet orbis Litteratorum ſupererit. Præter eos vero, quos recenſui, alii Auctores exſtant, qui in ſingulis partibus Phyſices philoſophati ſunt, v. gr. ULYSSES ALDROVANDUS (*b*), magnus Scriptor Italicus, cujus Opera multis volu-

K 2 mini-

JACOBO BERNARD. Sed & *W. E. TENZELII Monatliche underredungen guter Freunde*, quæ ſingulis menſibus ab an. 1689. ad 1698. Lipſiæ prodierunt, & undecim ipſa in 8. volumina efficiunt, libros non alibi facile recenſitos, & inter eos Phyſica non pauca habent.

Porro *Galleria di Minerva*, quæ apud *ALBRIZZIUM* ab anno 1696. ad annum 1717. in folio ſeptem voluminibus edita eſt, non magis recenſiones quam inſerta Opuſcula habet Medicorum *MONTANARII*, *VALISNERII*, *LANZONI*, *REDI*, *HECTORIS* della *VALLE* (ſive *DAVINII*), *GIMMÆ*, *SCARELLÆ*, *ALOYSII* a *FABRA*, *LANCISII*, & aliorum.

Deinde anno 1700. incepit prodire & innumeris fere voluminibus menſtruatim editur *Mémoires pour ſervir a l' Hiſtoire des Sciences & des Beaux-Arts*, quod Jeſuitarum Opus eſt, & vulgo, a loco primæ editionis, Trivultinum Diarium dicitur. In id Diarium Medicæ & Phyſicæ diſſertationes magno numero receptæ ſunt, & eriſtica plurima, inter quæ controverſia de ſede cataractæ, non alibi uberius tractatur.

Giornale de Letterati d' Italia excitavi ſuperius, quod multas etiam elaborationes & maxime Philoſophorum & Medicorum vitas habet, præter pleniſſimam enumerationem novorum ſcriptorum, quæ in omni Italia prodierunt. Primus Auctor fuit *APOSTOLUS ZENUS*, & prodire cepit an. 1708. Inde quadrageſimo volumine quod an. 1740. excuſum eſt, finis egregio Diario in poſitus eſt, cujus judicia & cenſuræ alios hujus generis Auctores æquitate, judicio, eruditione ſuperant

Inter nuperrima Daria non oportet prætermittere *Bibliothéque Raiſonnée*, quæ apud VVetſtenium, pariter, ut pater & avus de re Litteraria apprime meritum, prodit, & cujus nunc 40 tomus abſolutus eſt, initio facto ab an. 1728. Inſertæ ibi ſunt Diſſertationes Practici & Phyſici argumenti, præter uberiores, quam vulgo ſolent, optimorum Librorum cenſuras. Aliquæ etiam hujus generis in *Bibliothéca Italica* Gallico ſermone ſcripta habentur, quæ Genevæ prodiit ab an. 1728. Pluſculæ etiam *DIVERNOI*, *GARCINII* que diſſertationes extant in *Journal Helvétique*, quod Neocomi editur. Sed & *Gallicus Mercurius* bene multa paſſim ſparſa habet, etiam Chirurgica & Medica, neque ſimilia deſunt in *Gentlemans Magazine*, & plurimis aliis Diariis quorum princeps ſcopus hiſtoricus eſt. Sed res ipſa infinita eſt, neque noſtri argumenti.

(*a*) Vide ſupra pag. 69. Not. (*a*).

(*b*) *ULISSES ALDROVANDUS* nobiliſſima familia Bononienſi ortus, *GESNERO* non ignotus, ejuſque elogium vere meritus, jam an. 1562. „neminem diligentiorem, neminem copioſiorem in totius naturæ rerum variarum poſſeſſione vivere". Epiſt. ad *J. B.* n. 13. per quinquaginta fere annos collegit Theſauros rerum naturalium, & inter primos fuit, qui hujuſmodi rariora collegit, quæ hodie vocant *Cabinet*, maximis itineribus & enormi diſpendio proprio. Idem non ſine enormi ſtipendio per triginta annos Pictorem nutrivit, unde paſſim queritur de exhauſtis in Opus ſuum facultatibus, & in dedicatione ſecundi Tomi *Ornithologiæ PERRETTO MONTALTO* Cardinali gratias agit, quod ſumptus ad edendum hoc volumen præbuerit, & naufragium ſtudiorum patienti facultatem fecerit redeundi ad ſua ſtudia. In dedicatione vero ad T.

III.

minibus in folio conſtant. Vir iſte, cum ditiſſimus eſſet, omnia ſua bona impendit, ut hoc unum ſcriberet Opus, & ſe ex eorum numero eximeret, qui pluri-mis carentes experimentis, ex muſeo aliquando non exierant. ALDROVANDUS autem experimenta, quibus indigebat, inſtituit ipſe, itinera plurima ſuſcepit, & magno ſumptu naturæ Opera rariſſima & cariſſima ubique collegit; unde tandem confecit theſaurum & muſeum, ubi egregia illa omnia aſſervaret, quorum pars adhuc Bononiæ eſt. Deſcripſit magnus ille vir (qui tandem ob immenſas impenſas pauper mortuus eſt) Hiſtoriam naturalem Animalium quadrupedum, volatilium & repentium, omniaque fere quæ deſcripſit, de ſpecimine vivo, in theſauro ſuo conſervato expreſſit, qui certe egregius quidem eſt, & ad quem etiam noſtro ſeculo Principes Italiæ quotannis curioſa varia mittunt. Hic Liber majori pretio eſt, nec fere a privato emi poteſt, & ut verum fateamur, etiam multas fabulas continet, nimis liberalis eſt in citatione Auctorum, unde plura, quæ non vidit, æque ac vera etiam allegavit. Cæterum egregia certe plurima Phyſica continet.

Sequitur CONRADUS GESNERUS (*a*), qui monſtrum eſt eruditionis. Tigurinus

III. *EJUSDEM* viri liberalitatem laudat, qui ſe exhauſtum ſumptibus adjuverit. Hos theſauros *RAJUS* medio ſeculo præterito in Palatio Cardinalis Legati adſervatos vidit, & decem volumina pictarum plantarum, ſex vero Animalium accurate depictorum, quæ collegerat *ALDROVANDUS*, *Topograph. Obſerv.* p. 234. Tandem non quidem in pauperta-tem (ut ex Patinianis citat *STOLLIUS Hiſtorie der Mediciniſchen Gelahrheit*, p. 206.); ſed in cæcitatem circa annum 1602. incidit, (*GASSENDUS* in *vita Peireſcii*, p. m. 61.), neque diu poſt octogenarius mortem obiit an. 1605. Quæ ad rem naturalem inprimis pertinent, hæc ſunt.

Ornithologiæ Tomi III. in fol., *Avium* nempe *fiſſipedum*, primo volumine *rapacium*, ſecundo *granivorarum*, tum tertio *palmipedum*. Aliquæ diſſectiones eo Opere continentur, plantæ etiam, ſed rudiſſimæ ſingulis fere avibus Tomi II. & III. adpinguntur. Ipſæ icones in univerſum, ut inter ligneas, ſatis eleganter & ad vivum factæ. Bononiæ prodiit 1599. 1600. 1603. & denuo 1646. 1647. Porro *de quadrupedibus biſulcis*, *ſolidipedibus* & *digitatis*, *viviparis* & *oviparis* tria volumina a morte ejus edita ſunt annis variis 1621. 1639. 1642. 1645. *&c.* aliquoties. In iſtis anatomes multo minus, icones propriæ paucæ, reliquæ ex *C. GESNERO*, deſcriptiones pariter deteriores, ſceleta ex *COITERIANIS*, non citatis. Digitata edidit *AMBROSINUS*, biſulca vero & ſolidipeda *JOH. CORNELIUS UTERVEERIUS*. De *piſcibus* & *cetis* ib. 1613. & 1638. fol. edidit *UTERVEERIUS*: Icones undique corraſæ ſunt. De *Serpentibus* & *Draconibus reliquis* Bonon. 1640. & 1642. *AMBROSINO* editore. De *Animalibus exſanguibus mollibus & cruſtaceis*, ib. 1606. (& 1642.) nomen ſubſcribente vidua. Pleræque hic icones ad ipſas in Muſeo teſtas expreſſæ ſunt. De *Inſectis Animalibus* Bononiæ 1602. & 1638. Hoc ex optimis eſt, & plurima Auctori propria habet. Deinde ex alio genere *Monſtrorum hiſtoria* fabulis pleniſſima *AMBROSINI* cura, Bononiæ 1642. edita, & vix ullius momenti eſt. De *Dendrologia* ib. 1668. ab *OVIDIO MONTALBANO* edita, alibi dicetur. *Muſeum Metallicum* ib. 1648. Hoc ab *AMBROSINO*, ni fallor, editum excellit, & prima eſt, quam novi, alicujus momenti lapidum figuratorum collectio. Hæc eadem Opera Francofurti variis annis, ſed ſordide ſatis & imperfecte recuſa ſunt.

Si judicium meum requiris, obſervo primum fere omnia *ALDROVANDI* poſthuma eſſe, excepta Ornithologia & Inſectorum hiſtoria, hinc imperfecta, & ex collectaneis coacervata nullo delectu. Icones, quas ipſe perfecit grandiores, & melius delineatæ Geſnerianis ſunt, & Animalia multo plura, ut qui & recentior ſcripſerit, & in longiſſima vita multo plura collegerit. Deſcriptiones breviſſimæ, ſatis tamen accuratæ, anatomes paſſim aliquid additum eſt. Sed quæ propria Auctor obſervavit in farragine hiſtoricorum, poeticorum, heraldicorum & fabuloſorum collectaneorum latent. Quare in ſerie quidem Scriptorum rei naturalis neceſſarius Auctor, non tamen, qui ſpem noſtram expleat, aut ſufficiat hiſtoriam rerum deſideranti. De muſeo, quod collegit *ALDROVANDUS*, ejuſque cuſtodibus legi poſſunt *COMM. BONON.* T. II. P. L. p. 34.

(*a*) In *CONRADI GESNERI* hiſtoria paulum immorabor. Ita jubet *BOERHAVII* in eum virum amor,

rinus ille excellentiſſimus in ſcientia omnium Linguarum, Medicinæ, Botanicæ, & Animalium, ... amor, quem & Nepotibus ejus *JOHANNI* & *JOHANNI CHRISTOPHORO*, omni genere beneficiorum teſtatus eſt, & mea demum in tantum civem veneratio: cum meus atavus *GESNERI* civis & familiaris fuerit *ZWINGLII* cum eo occiſus in prælio Cappelenſi. A Parentibus minus locupletibus, honeſta tamen familia natus 26. Mart. 1516. (Epiſt. a *WOLFIO* edit. p. 226.) per ſummos labores, ex tenui fortuna ſenſim, ſuo merito in meliorem ſtatum res ſuas collocavit (l. cit. p. 49. *b.*). Corpuſculo debili & valetudinario (p. 92.) ut etiam a renibus ſibi metueret (p. 102. *b.*), arthritidi obnoxius (p. 836.) ob quam an. 1560. thermis Badenſibus uſus eſt, (p. 7. *b.* & 88.) vapore demum accenſi ſpiritus vini levatus & ulcere ſponte oborto (p. 83. *b.*), myops denique (p. 84.) ut conſpicillo uteretur, quo objecta remota minutiora adparent (p. 136. *b.*). Improlis manſit, cum 30. annis in conjugio vixiſſet (p. 62. *b.*). Diligentia incredibili omnia fere ſcripta veterum pervolvit, nulli parcens arti, & edidit plurima Græce Latineque peritus, ſed ut non facile alter, Medicinam omnem, uti per partes demonſtrabo, ſtudiis ſuis complexus eſt. Solebat colligere omnis generis monumenta, ut in uno latere Libri ſcriberet, quem pro arbitrio poſſet diſſecare (p. 62. *b.*). Res autem ipſas colligebat nulli parcendo ſumptui, ex Europa omni & ipſa Polonia, ut in tanta rei familiaris mediocritate Theſaurum foſſilium (Hiſt. vit. p. 14. *&c.*), plantarum, animalium, primus forte collegerit, ipſiſque feneſtris piſces & marina animalia adleverit depicta (*Ep. Wolf.* p. 115.). Candore eo fuit, quo non facile quiſquam alius. In tanta peritia, qua neminem ſibi parem haberet, nullam opportunitatem diſcendi prætermiſit, ut vel Magum Phædronem inviſum ſibi, de plantis conſulturum ajat, ſi tempus haberet (ib. p. 24.), *GUILANDINUM* vero etiam pro Præceptore haberet (p. 65. Epiſt.) & generalia ſe negligere, in ſpecialibus unice eſſe occupatum, tanquam vitium aliquod fateatur (ibid. p. 3. *b.*). Omnes bonos ubique laudavit, neque quemquam, a quo profecerat, abſque grati animi teſtimonio reliquit. Animo ita excelſo fuit, ut *GUILANDINUM* ab aſperiori in communem inimicum *MATTHIOLUM* contentione ſerio revocaverit (ib. p. 140.). Honeſtiſſimi animi luculenta edidit teſtimonia, in aliorum operibus edendis, ſed inprimis in *MOIBANI* hæredes (p. 41. *b.*), in quorum gratiam etiam amatiſſimas ſibi plantas aliquandiu deſeruit (ib.), mercedem autem laboris ſui pupillis condonavit. Pietate ſumma fuit, cujus documentum certiſſimum eſt, in ea Epiſtola, quam ad *OCCONEM* paucis ante imprævíſam mortem diebus edidit (p. 55. *b.*). Iis cum eſſet moribus, omnibus ſuæ ætatis doctis viris cariſſimus fuit. Ipſi *AMATO*, minime liberali in laudando, omnium doctorum dictus Magiſter (*Centur. Hiſt. Med.* VII. Hiſt. 6.). Ergo ex Sarmatia uſque luculentis donis ornatus (p. 115. *&c.*) accepit plantas a *KENTMANNO* (*Epiſt. ad Wolf. ed.* p. 5. 6. *&* *Epiſt. ad KENTMANNUM* n. 1.), *ALDROVANDO* (*Epiſt. Wolf.* p. 79.), *JOHANNE FABRICIO CURIENSI* (ib. p. 92. *b.* 97. *&c.*), *FELICE PLATERO* (p. 101. *b.*), *VALERANDO DOUREZ* (*Epiſt. ad J. BAUH.* n. 19.), *JOH. BAUHINO* (in Epiſt. ad eundem ubique, in *WOLFIANA* vero edit. p. 101. *b.* 121. *b.*), *THEODORO ZWINGERO* (in iiſdem p. 101.), *BENEDICTO ARETIO* (ib. p. 116. *b.* 119. *b.* 121. *b.*), *JOHANNE CAJO* Britanno (p. 134.), *COLLINO* Sedunenſi (*de Aconito* I. p. 5.), *ADOLPHO OCCONE* (*Ep. Wolf.* p. 69.), *LEONHARDO RAUWOLFIO* (p. 60.), *STOEKLINO* (p. 80.), *HOLZHALBIO* (p. 84. *b.*) *QUADRIO* (*de Aconito primo* p. 5.), *EUSTATIO QUERCETANO* (ib. p. 13.), *CORTUSO* (*Epiſt. ad JOH. BAUH.* n. 20.) aliiſque. Icones vero Stirpium habuit ab *OCCONE* (p. 50. 52. *b.* 78. *b.*), *GEORGIO FABRICIO* (p. 88.), ſed malas iſtas (p. 89. *b.*), *ARETIO* (p. 99. 121. *b.*), *LEUSCHNERO* (*Epiſtola ad KENTM.* 27.), *KENTMANNO* (ib. & præf. ad *CORD.* L. IV.); Sic ſemina miſerunt *ADOLPHUS OCCO* (p. 77.), *HOLZACHIUS* (p. 84. 87.), *TH. ZWINGER* (p. 105. *b.*), *CASP. WOLFIUS* (p. 122.), *J. BAUHINUS*, alii.

Ita porro Animalium icones communicaverunt *VALENTINUS GRAVIUS* (p. 13. 16.), quas valde laudat *JOHANNES CAJUS* (p. 135.), *SITTARDUS* (*Ep. ad KENTMANNUM*, n. 1.), *KENTMANNUS* (*ubiq. in Epiſt.*), *JOHANNES BAUHINUS* (*Ep. ad ipſum* n. 32.), *SIGHARTUS* (*Epiſt. Wolf.* p. 726.). Plures vide in *Præf. ad L. Hiſtor. Anim.* & inter eos *RONDELETIUM*, *GUILANDINUM*, *ALDROVANDUM*.

Lapides & foſſilia donarunt *PONTANUS* (*Ep. cit.* p. 31.), *VALENTINUS GRAVIUS* (*Ep. ad KENTMAN.* n. 10.), *KENTMANNUS* (ib. n. 13.), *JOHANNES BAUHINUS* (*Epiſt. ad J. B.* 6. *&c.*); terras *JOHANNES CRATO* (*Epiſt. Wolf.* p. 14.). *ACHILLES GASSERUS* (p. 43. 54.); Conchas *J. CAJUS* (p. 134.), Piſces *KENTMANNUS* (ib. p. 56. & ad

KENT-

Animalium ſane incomparabilis fuit, ita ut videatur natura conſtituiſſe prodigium in eo homine. Scripſit de omnibus animalibus, de piſcibus, de plantis &c. non deſcripſit (*a*) ex aliis, ſed ipſe, quæ expertus eſt, ea nobis tradit: verum quod maxime mirum eſt, dum tanta opera ſolus molitur, fecit unus tot & tanta experimenta (*b*), quot omnes alii coævi ne junctis quidem viribus fecerunt. Tandem expoſiturus virtutem radicis doronici (*c*), ut ſopiret lites Italicas, in ſemet ipſo cœpit experimentum lethale, nam funeſtus exitus ejus vim deleteriam in ea radice, de qua diſputabatur,

KENT. n. 9. *&c.*), *FELIX PLATERUS* (*Ep. Wolf.* p. 97. *b.*), *HEROLDUS* (Venetiis ib. p. 6.), *GEORGIUS FABRICIUS* (p. 132.), alii alia.

Adde his præſidiis proprios labores. Plantas quidem in Alpibus plurimis itineribus quæſivit. In Monte Fracto fuit ut ex deſcriptione apparet. Alio itinere, comite *JOANNE BAUHINO* ſummas Rhætorum Alpes conſcendit, ad acidulas Mauritianas, quas cum fructu bibit (*Epiſt.* p. 23.), ad Thermas uſque Tellinas anno 1561. (*Ep.Wolf.*p.1.*b.*85. *&c.*), aliis annis alias. Debilis & quinquagenarius in lacu Tigurino natavit, ut plantas quæreret (*Ep. ad BAUH.* n. 17. p. 118. & alibi). Lauſannæ etiam, Lutetiæ, in Inſubria, Gallica Provincia, ex qua redux iter fecit *RAUWOLFIO* Socio (*Ep. Wolf.* p. 606.), & in Italia operam ad conquirendas ſtirpes impendit. Propter piſces marinos Venetias profectus (*Hiſt. Vitæ Simler* p. 9. & *Præf. ad Hiſt. Aquatilium*), etiam Auguſtæ fuit (p. 65. *Epiſt. Wolf.*), ob Rhenanos vero piſces Argentorati (*Hiſt. Vitæ p.* 10.). His auxiliis & collata hinc fida naturæ obſervatione, inde copioſiſſima lectione Auctorum effecit, ut quadraginta & novem annis, quibus vixit, enormem vim Librorum in omni fere artium ambitu ſcripſerit, nullum tamen, cujus editi pœniteret.

(*a*) Veterum Scriptorum loca undique conciſe in Hiſtoriam Animalium ita ſtipavit, ut nihil fere deeſſet, ex omni genere Phyſices & Philologiæ, quod deſiderares. Proprias tamen ubique deſcriptiones, icones etiam non exiguæ pulchritudinis addidit, etſi ne tales quidem viro gnariſſimo ſatisfacerent (*Epiſt. Wolf.* p. 20. 3.) Eas icones pro ditioribus amicis vivis ornari coloribus curabat, mire nitidis (*Epiſt.* p. 186.), quale exemplar in mea Bibliotheca eſt.

(*b*) Non alia re Medicinæ magis profuit quam hujuſmodi experimentis, quibus rerum vires in ſe ipſo expertus eſt. In omni enim planta ſolebat ſapore, odore, vires explorare, deinde virium periculum facere deglutiendo (*Epiſt. Wolf.* 553. *Hiſt. Vit.* p. 146.), ſenſim aucta doſi (*Epiſt. Wolf.* p. 75. *b.*), ne ſibi noceret, non parcendo venenatis plantis, cum fruſtra monerent amici (l. cit.). Ita adquiſivit ſenſim miram peritiam de viribus plantarum judicandi, ut vel ſolo odore diſtingueret purgantes plantas (eod. loco). Ita vires exploravit purgatorias Eupatorii Cannabini (*Ep. cit.* p. 6. 121.), Ellebori, Gratiolæ (*p.* 22. 71. *b. & ad J. Bauh.* 33.), tum efficaciam Antithoræ (*Epiſt. ad J. Bauh.* n. 30. & *Wolf.* p. 66.), foliorum Tabaci (*Epiſt. Wolf.* p. 79. *b.*), Lycoperſici (cujus integrum pomum innocens expertus eſt p. 107.), Polygalæ, cujus vim commode purgantem detexit (*l. c.* p. 121.), Thoræ VValdenſium (*de Aconit.* p. 18. *b.*), Paridis, *&c.* Sic eclegma de Spina cervina (*Epiſt. Wolf.* p. 166.), Oxymel elleboratum, & Thermarum Badenſium uſum internum ipſe primus expertus eſt, qui noſtris iterum temporibus celebrari cœpit (p. 18. 57. *b.* 80.) In mineralium tamen viribus inveſtigandis merito cautior erat, Sulfure excepto (*Epiſt. Wolf.* p. 716.). In Canibus etiam Nucem vomicam (*ib.* p. 14. *b.* 33. *Epiſt. ad J. Bauh.* n. 31. p. 147.), Paridem, Balſaminen impatientem (p. 109.) exploravit. Experimenta in ſe ipſo facta ad ægrorum curationem transferebat, de quibus inferius dicendi locus erit. Adde nunc indefeſſo labore ex omni hominum genere profeciſſe *GESNERUM*, & ne Ruſticorum quidem experimenta ſpreviſſe (*Hiſt. Vit.* p. 14. *b.*)

(*c*) Illepida fabula a *COSTÆO*, primum, quantum vidi, profecta, paſſim in Medicis Hiſtoriis reperitur, tum apud *FLOYERUM* nuper *in Præfat. Pharmacobaſani*. Sed falſiſſimam eſſe facile evincunt *Epiſtolæ GESNERIANÆ*. An. 1564. in Martio ſumſit eas Doronici duas drachmas, a quibus ventriculum ſibi paululum debilitatum ſenſit (*Epiſt.* p. 18. *b.* 746. 78. *Hort.* p. 257.) Anno vero 1565. die 13. menſis Decembris ex peſte, carbunculo in pectore enato, obiit (*Hiſt. Vit.* p. 19. *b.*). Cl. *SCHULZIUS* paulo deteriori modo rem narravit; periiſſe nempe eo die, quo mane ſcripſerit ſe Anthoram ſumſiſſe *Mat. Med.* p. 316. ſed abſque ullo boni Auctoris teſtimonio, aut veritatis ſpecie.

tur, demonſtravit. GESNERI Opera (*a*), ubique poſſunt acquiri, emantur avide, habebitur certe ex iis unde lucrum fiat in ſtudiis, nam quo plus increſcit ſtudium inter mortales, eo plus increſcit viri iſtius fama. Fabulas omnes eruditiſſime expun-

(*a*) Opera *GESNERI* ordine recenſebimus, quæ quidem ad rem naturalem, aut Medicam pertinent. *De Lacte & operibus lactariis* Libellus. Tiguri prodiit 1541. in 8. Juvenile Opus inprimis philologicum, & ex veteribus collectum, plantæ aliquæ per occaſionem deſcriptæ. *Naturalis Hiſtoriæ compendium*. Baſil. 1548. 8. * *De Thermis & Fontibus medicatis Helvetiæ*. Venet. 1553. fol. *

Hiſtoria Animalium, vaſtiſſimum Opus, cujus tres tomos edidit *CONRADUS*. Eadem omnibus methodus, ordo generum alphabeticus, cum nondum ſatis cognitæ eſſent analogiæ. Nomina Animalium 1. antiqua, & hodierna, & a ſe ipſo excogitata. 2. Deſcriptio, locus natalis. 3. Vita, œconomia animalis, & nonnunquam aliqua anatomica, ut in Otide, piſcibus nonnullis. 4. Mores. 5. Utilitas in re familiari. 6. Diæteticus uſus. 7. Medicus. 8. Mythologia univerſa. Ælianum, Nicandrum totum, iatrica loca Athenæi, Galeni, Alberti Magni, plurimos alios Auctores totos intulit Operi, & ſuo loco diſpoſuit, ut ſit pro Bibliotheca animali. Hujus Operis pars prima de *Quadrupedibus viviparis* prodiit Tiguri 1551. fol. ampla, ob copiam rerum ex Geoponicis. Botanica paſſim intermiſta ſunt. Exoticas Animalium ſpecies, ut ea ætate expectari poterat, paucas habet, neque fere ſatis bene expreſſas. Exemplo Pantheræ, Rhinocerotis, & aliorum. Aliquas etiam icones, quas ab amicis habuit, malas eſſe fatetur, ut leporini Vulturis a *FABRITIO* miſſam, ſed in univerſum non valde placuiſſe ipſi ſuas icones, plurima argumenta demonſtrant, tum quod ſumptus contraheret Froſchoverus, tum quod difficillime prototypos compararet. Eleganter enim cæterum & delineatæ & ſculptæ ſunt. Denique Opera ſua de Animalibus congeſta magis, quam digeſta eſſe agnoſcit. *Epiſt. Wolf.* p. 16. *b.*

De *Quadrupedibus* L. II. De *Oviparis*. Tiguri 1554. *Appendix ad hos duos libros*, eod. anno *ibid.* quæ in editione anni 1560. ſuis locis inſerta eſt. Continet icones novas *CAII*, *BELLONII*. Aliquæ etiam ad vivum expreſſæ ſunt.

L. III. de *Avium natura*. Tig. 1555. f. L. IV. de *Aquatilibus*. Tiguri 1558. f. Hic tomus reliquis plenior eſt. *RONDELETII* enim & *BELLONII* icones inſertas habet omnes, aliquas ſed paucas *SALVIANI*, tum proprias *GESNERI*, ut qui ſolus fere Helveticos Piſces lacuſtres & fluviatiles cognitos habuerit. Hunc tomum Imperatori *FERDINANDO* I. dicavit, a quo gentilitium inſigne accepit quatuor inter animalia Regum, quod Andreæ patruo, viro honorato ejuſque filiis, ipſe improlis inſervire voluit (*Ep.* p. 19. *b.* 21. *b.*). Ea ex familia duo Profeſſores Tigurini unice ſuperſunt, *JOHANNES JACOBUS*, nummorum cognitione clarus, & *JOHANNES* vetuſtiſſimus & fidus meus hoſpes, amicus, matheſeos, botanices & rerum naturalium amore clarus. Icones vero animalium Geſneri ſolæ ſeorſim an. 1560. editæ ſunt, auctæ & emendatæ.

Porro edidit *Hiſtoriam prodigii quo Cælum ardere viſum eſt*. Tiguri an. 1561.

Foſſilium hiſtoriam minus perfecit *GESNERUS*, cum præſertim, ut ipſe addit, Helvetia fere abſque metallis ſit. Huc tamen pertinent, *Deſcriptio Montis Fracti: Morochti lapidis deſcriptio*: Deinde collectio Librorum *de omni rerum foſſilium genere, gemmis, lapidibus, metallis & hujuſmodi*, quæ Tiguri an. 1565. prodiit in 8. inter Opera *GESNERI* noviſſimum. In eo pleraque equidem aliena ſunt: non tamen exiguus eſt ipſius *GESNERI* de *Rerum foſſilium, lapidum & gemmarum figuris & ſimilitudinibus Liber*, quo varia genera foſſilium ſecundum figuras diſponuntur, ſive linearum circumſcriptione ſimpliciori, ſive exquiſitiori ſint aliqua ad animalium aut vegetabilium genus ſimilitudine. Coralliorum ergo, & lapidum, quibus teſtaceorum figura ineſt, primus hiſtoriam delibavit. Imperfectiorem vero laborem eſſe, a typographo præcipitatum ipſe fatetur (*Epiſt. Wolf.* p. 15. *b.*). Non tamen omittendum eſt duplex, ni fallor, *GESNERI* inventum. Primus, quantum novi, ſal acidularum coquendo paravit, & de fonte quidem Rhætico (Mauritiano) ſalem amarum paravit, quem pro nitro vero veterum habuit: alium vero ex fonte Scultenſi magis ſalſum, acriorem (*Epiſt. Wolfii* p. 84. *b.* 91.), nempe fixum. Idem vitriolum acidulis vires præbere ſagax pervidit (*Epiſt.* p. 77. *b.*). Deinde ſuccinum bitumini cognatum eſſe docuit, & in ejus glebis aliquid vitriolici effloruiſſe vidit (*Epiſt.* p. 45. *b.* 68. *b.*), quæ ſententia recentiorum experimentis nunc evicta eſt.

Verum

punxit, & vera ac utilia repoſuit. Proſtant ejus Opera multis voluminibus in folio.

Ad

Verum ſi aliis artibus pares paucos invenit, nullum vel ſecundum in plantarum cognitione, quoad vixit, habuit. Ita enim a prima juventute, ab avunculo *JOANNE FRICCIO* inſtitutus (*Præf. ad Catalog. Quadrup.*) amabat plantas, ut in iis quodammodo ſe inſanire fateretur (*Epiſt. Wolfii*. p. 117. 118. *a.*). Multis ergo annis ad integram ſtirpium hiſtoriam ſe præparavit, ut anno 1551. rararum ſtirpium ſuper centum icones (*Ep.* p. 116. *b.*), anno vero 1555. mille figuras ſtirpium paraverit, quingentas autem plantas nemini dictas moriens collectas reliquerit (*Hiſt. vit.* p. 15.); Opus autem ex ducentis ſexaginta Libris collectum paraverit editioni (*Epiſt.* ad *J. BAUH*, n. 26.), ut pari ordine plantarum hiſtoriam elaboraret, qua animalium illa edita eſt (*C. WOLFII pollicit.* p. 756.). Sed & ipſe omni fere anno montem aliquem adiit (*Præf. ad hiſt. Mont. Fract.*) & ab an. 1560. hortum coluit (*Epiſt. Wolfii* p. 115.), aut omnino duos (Præf. ad Libr. *De hort. Germ.*). Cumque nullas aliorum icones valde probaret (l. c. p. 13.), mira & exquiſita cura proprias depingendas curavit, ad exemplaria viva a ſe ipſo undique collata (*Epiſt.* p. 27. *b.*), ut ipſe ſubinde manum adhiberet operi. Vidi & ſtupui ſubtiles teneroſque calami tractus, colorum fidem, characteres exquiſitos, quorum etiam ſpecimina ſunt in Matthioli compendio *CAMERARIANO*. In re herbaria longe plura præſtitit, quam ante ipſum quiſquam, characteres nempe primus pervidit, quibus & ſpecies multæ plantarum in unum genus conjungerentur (*Epiſt. Wolf.* p. 39. *b.*), & multa genera in unam claſſem. Eos characteres in flore & ſemine inprimis poſuit (*Ep. Wolf.* p. 113b. &c.), in quibus accuratiſſime pingendis valde curioſum ſe eſſe, & profitetur (*Epiſt.* p. 64. *b.* 113.) & res ipſa demonſtrat. Ergo Moluceam lamiis ad finem ex flore vidit, etſi ſeminis figura differebat, cui parti plurimum in cognationibus ſtirpium tribuebat (p. 656.), idque addere ſolebat iconibus (p. 107.). Staphiſagriam & aconitum adfines eſſe invenit (*ib.* p. 113.), ut alibi ſcorzoneram & tragopogonem (p. 3. *b.*). Dulcamaram vero ad ſolana reduxit (p. 84. *b.*). Calceolum in ſodalitatem orchidum revocavit (p. 96. *b.*). Sed petali etiam & calycis diſtinctionem pervidiſſe apparet, cum calicem Hellebori (conſtans nempe involucrum) ab imperitis pro flore haberi ajat (*Ep. ad Kentman.* n. 24.). Denique innocentiſſimum illud laborum Botanicorum præmium primus, certe inter recentiores, propoſuit, ut nomen celebrium in re herbaria virorum plantis imponeret, prout quiſque vires alicujus ſtirpis in liquidum conſtituiſſet experimentis ſuis (p. 73.). Ita Volratam volebat conſtituere, & Aretiam ſeligendam proponebat *ARETIO* (*Ep.* p. 120. *b.*). Ita *JOH. BAUHINO* afferebat cognominis plantæ honorem (*Epiſt.* ad *J. BAUH.* n. 32.), & *ACHILLI PYRMINIO* Gaſſeriam vel Achilleam (l. c. p. 42.) & *Adolphiam* vel *Occoniam* (*Ep. a VVolferd.* p. 73.) pro qua amico ſuo *OCCONI* Pirolam proponit (p. 63.), & Burſam paſtoris, ſi ſuccum ejus, liquorem, vireſve exploraſſet (p. 73. *b.*); *CORTUSIUM* vero & *CALCEOLARIUM* ſibi ſtirpes jam ſelegiſſe ad *JOH. BAUH.* ſcribit (*Epiſt. modo cit.*).

Opera ad rem herbariam pertinentia ſunt.

Hiſtoria Plantarum & vires ex Dioſcoride, P. Ægineta, Theophraſto, Plinio & recentioribus Græcis. Tiguri. 1541. 8. Pariſiis eod. anno. 12. cum annos natus eſſet 25. Alphabetica eſt & laboris plena compilatio deſcriptionum plantarum, quæ apud veteres reperiuntur, magis tamen ad vires reſpicit. Lauſannæ ſcriptus eſt Libellus.

Catalogus Plantarum, Latine, Græce, Germanice & Gallice. Tiguri 1542. 4. Plus hic eſt cognitionis herbariæ, intercurrunt enim aliquæ rariores. *RUELLIO* plurimum utitur & *TRAGO*.

Præfatio in Libros de natura Stirpium Hieronymi Tragi a *D. KYBERO* Latine editos an. 1552. 4. Brevis eſt Catalogus Botanicorum, quorum numerum mireris, ubi videris recentiſſimum eorum Tragum eſſe. Judicia fida neque ubivis obvia.

De Stirpium collectione Tabulæ, per duodecim menſes. Argentorati 1553. 8. & multo auctius per *CASP. WOLFIUM* an. 1587. 8. Initium faciunt Tabulæ ſtirpium per differentias ſuas. Videas ibi aliquot Claſſes plantarum flore radiato, polypetalo pleno, pappoſo, monopetalo calathiformi, tetrapetalo, pentapetalo, paniculato, verticellato, definitiones calycis, gemmæ, ſeminum in filiqua, in vaſculo, nudorum, quæ γυμνόσπερμα, methodi, uno verbo, primitias. In altera parte plantæ alphabetico ordine, exſtant cum menſibus quibus florent. Raræ aliquæ ibi habentur, & *GESNERO* primum dictæ. Denique alius Catalogus ſequitur, in quo ſecundum menſes recenſentur.

De variis & admirandis herbis quæ lunariæ nominantur, & obiter de iis rebus quæ in tenebris lucent,

Ad ſcientias etiam promovendas multum contulit ANDREAS CÆSALPI-
L NUS

cent, & *deſcriptio Montis Pilati juxta Lucernam*. Tiguri 1555. 4. Auriculæ, Lunariæ ſiliquoſæ, Oſmundæ majoris, Rorellæ icones, Thoræ prior deſcriptio, Montis Fracti plantulæ, fere omnes primum a *GESNERO* deſcriptæ, hic exſtant præter aliquas, quas in adjecto carmine primus nominavit *RHELLICANUS*.

De Stirpium aliquot nominibus vetuſtis ac novis. Baſileæ 1557. 8.

Ad Valerii Cordi Opera additiones. Argentorati 1561. fol. & 1563. De Cordo ſuo loco. Candidiſſimus *GESNERUS* ignoti ſibi hominis Opera mire ornavit, communicata ab *HIERONYMO HEROLDO* Lipſienſi. Præpoſuit judicia ſua de *DIOSCORIDIS* editoribus, deinde Lib. IV. prioribus hiſtoriæ plantarum Libris addidit, icones vero tum Tragianas, tum ſuas, & ſynonymias. Sed uti in univerſum queritur de vitiis ſuæ editionis *GESNERUS* (*Ep*. p. 2. 10. 134.), icones ſæpe tranſpoſitæ ſunt, quæ corrigi poſſunt ex monitis editioni an. 1563. additis. Addidit L. IV. Cordi, icones & hiſtorias doctiſſimas Tulipæ, novæ tunc plantæ, chamæceraſi montani, tres alias, *ARETII* & *FABRICII* itinera botanica in monte Stok-Horn, Nieſen, Galand, bene grandem denique Librum ſuum de hortis Germaniæ. In eo primo refert hortos botanicos univerſæ Europæ quales eo ſeculo dabantur. Deinde Catalogum ſtirpium, quæ vel in Helvetia ſponte provenirent, vel a *GESNERO* aut aliis amicis in horto alerentur. Hæc prima florarum eſt, quam in additamentis ex itinere alpino anni 1560. facto pulcherrimis plantis ditavit.

Medicam equidem Praxin *GESNERUS* non valde quæſivit, cum & Philoſophiam doceret ex officio & obrueretur ſuis laboribus (*Epiſt. Wolf*. p. 87.); cum tamen eruditione excelleret, ab ægris etiam in deſperatis morbis adhibitus, maſculam & felicem medicinam magna cum laude exercuit. Maniæ, Apoplexiæ, Hydropis, Epilepſiæ, ſenilis Aſthmatis felix debellator (*Ep*. p. 2. *b*. 5. 10. *hiſt. vit*. p. 15.) Inerat viro innata ingenii rectitudo, qua ſuper ætatis ſuæ præjudicia ſolus fere ſe extulit. Ita gemmas & aurum nullius momenti medicamenta eſſe, ex earum indigeſtibili virtute pervidit (*Ep*. 4.), & contra *CRATONEM* defendit, ut rubi Ydæi ſyrupum facile præferret omnibus gemmis (*Epiſt. Wolf*. p. 50. *b*.) Idem antiquorum efficacem medicinam erecto animo revocare in uſum adgreſſus eſt. Arteriotomen, ex hominum memoria omiſſam operationem, in *FELICE WURTZIO* feliciter adhibuit (*Ep. cit*. p. 96. & *FEL. WURTZ vvund-arzney*. p. 703.) Popliteam etiam venam ſecturus erat varicoſæ feminæ, niſi repugnaſſet indocilis (*Epiſt*. p. 85. *b*.) Deinde inter medicamenta ea amabat, quorum certior virtus eſſet. Helleborum ergo, dudum obſoletum, non ad purgandam ſolum alvum, ſed ad incidendos craſſos humores, in aſthmate, arthritide, apoplexia, menſibus ſuppreſſis, adhibuit; maxime vero oxymel helleboratum ex albo helleboro paratum duplex, mite ſatis purgans (*Epiſt*. p. 9. 126. 20. *b*. &c.) Deinde aquam ex helleboro cum aceto deſtillatam (p. 11. 25.); helleborum denique album ipſum cum melle & aceto coctum, vel vinoſam infuſionem (p. 12. 13. *b*.), & utrumque nigrum & album (p. 68. *b*. 83.) involvulo & omphalocele feliciter adhibuit (p. 86.) Opium quod eo ævo pro veneno habebatur, maximarum virium eſſe, & movere ſudorem, contra Scholarum frigidam naturam opio tribuentium opinionem & cognovit, & ipſi opio theriacæ vim tribuit (p. 61. 69. *b*. 114. *b*.) Paridem herbam cognatam ſolanis, viſo uſu narcotico (p. 346.) ad hæmorrhoides adhibuit (p. 21.) Oleum vitrioli ipſum, dudum ante *SYDENHAMUM*, in febribus propinavit (p. 13. 63. 67. *b*. 82.) Acetum deſtillatum, ad ſudorem in peſte movendum ante *BOERHAAVIUM* commendavit (l. c. p. 46.). Balſamines vim diureticam in ægris expertus eſt (p. 109.). Aquæ frigidæ ad morbos acutos malignos vim mirabatur negligi (p. 11.). Lixivium fabarum ad calculum laudavit, ante nupera experimenta (p. 73. *b*.) & fraga (p. 92. *b*.), Quartanas, Scholis inexpugnabiles, ſæpiuſcule devicit (*Ep*. ad *JOH. BAUHIN*. n. 8.) Gentianæ ſucco ad febres efficaciter uſus (*Epiſt. Wolf*. p. 58. 63. 97.). Purgantibus indigenas addidit plantas, Eupatorium ut commodum Emeticum, (p. 63.) Polygalam purgantem, Gratiolam, &c. Oleo lini in pleuritide mali moris feliciſſime uſus eſt (l. cit. p. 20. 21. 39. 108.). In diſpenſatoriis dubiis aut inertibus medicamentis efficacia ſubſtituit, tunicæ flores utrique *Ben*, albo & rubro (p. 52. 80. &c.). Nec obſervationes raras neglexit, ut canthari antennati qui ex alvo feminæ dejectus eſt (p. 22. *b*. 94. *b*. &c.)

Opera ad Medicinam facientia varia edidit, ſed fere minora. Ea ſunt: * *Medicamentorum ἀντιβαλλομένων GALENO adſcriptorum Tabula cum adnotationibus*. Baſil. 1540. 8.

Symbo-

Symbola GALENI experimentorum ex ejuſdem Libris collecta , *Compendium ex L. ACTUARII doctrina GALENI de compoſitione Medicamentorum ſecundum locos*. *Tiguri* 1541. 8. *

Apparatus ſimplicium Medicamentorum ex *DIOSCORIDE* & *MESUÆO* , *& univerſalia præcepta Pauli Æginetæ de Medicamentorum compoſitione*. Lugd. 1542. 8. *

Enchiridion Medicamentorum purgantium & vomitoriorum alphabeticum . Baſileæ 1546. 4. *

De ſecretis remediis Theſaurus EVONYMI GESNERO Auctore. Tiguri 1554. 8. Formulæ ſunt aquarum & aliarum præparationum pharmaceuticarum & chemicarum, quarum pretium ex eo potius tempore quo Liber ſcriptus eſt, quam ex noſtro æſtimare oportet.

Ad editionem *optimorum Scriptorum Chirurgiæ*, quam Tiguri an. 1555. in folio procuravit *GESNERUS*, Bibliothecam Chirurgicorum Scriptorum omnium ad ſua tempora ſubjecit.

Ad *GALENI* editionem *FROBENIANAM* an. 1562. varia addidit, vitam *GALENI*, Operum Catalogum, Commentatorum, Adverſariorum & Laudatorum enumerationem, qua fere tota ad id tempus hiſtoria medica poſt *GALENUM* continetur.

Enchiridion rei Medicæ, ex variis Tractatulis compoſitum, dedit Tiguri 1563. 8. * Denique in *Bibliotheca univerſali ſeu Catalogo Scriptorum omnium*, Tiguri 1545. fol. edita, & in *Pandectarum* Libris XIX. qui ſecundus Tomus Bibliothecæ eſt an. 1548 impreſſus, inter innumerabiles Scriptores, quorum Opera recenſet *GESNERUS*, etiam de Medicis aliqua documenta habentur, parciora tamen ſunt, quod Liber XX^mus Pandectarum qui Medicos Scriptores continere debebat, & in quo laborabat *CONRADUS* (*Epiſt.* p. 114.), nunquam prodierit in lucem.

Numeroſos admodum Libros, quos in omni humaniorum Literarum ambitu ſcripſit *GESNERUS*, tum quos alienos maximo numero edidit, omitto, ut poſthumos aliquos tangam. *EO* ergo pertinent *Epiſtolæ*. Earum prima & major collectio 226. Epiſtolas continet, a *WOLFIO* editas Tiguri 1577. 4. Eæ in tres Libros diſtributæ ſunt, nullo ordine, & turbatis temporibus. Plurima ibi ad vitam *GESNERI*, ad Hiſtoriam Literariam ejus ævi, ad rem Botanicam & Medicam pertinentia, rara & curioſa continentur. Porro quartus *Epiſtolarum Liber ad KENTMANNUM* unice datarum, Wittebergæ an. 1584. in 4. prodiit, quo 28. Epiſtolæ continentur. Denique *CASPAR BAUHINUS* Baſileæ an. 1591. in 8. forma Epiſtolas *GESNERI* ad *JOHANNEM* fratrem ſuum ſcriptas edidit, juvenem tunc, ſed præceptori ſuo utilem Diſcipulum, qui Baſilea, Tubinga, Monſpelio, Patavio, Lugduno, ſtirpes ad *CONRADUM* mittebat. Nec aliud fere iis epiſtolis argumentum eſt.

Cum Epiſtolis a *WOLFIO* editis prodiit etiam *C. GESNERI de Aconito Dioſcoridis aſſeveratio, & de Oxymelle elleborato Liber*. Priori Libello defendit, Thoram Aconitum eſſe, ejuſque venenatas vires demonſtrat, & *MATTHIOLUM* (qui Doronici foliis ſquammariæ radicem adpinxerat (*Epiſt. ad KENTM.* n. 20.) facile expugnat, & Doronici innocentiam tuetur. Altero Oxymellis utriuſque elleborati compoſitionem & curationes, quas eo medicamento perfecerat feliciſſimas, ſingulatim perſequitur.

Porro *ſecunda pars Evonymi* ab eodem *WOLFIO* an. 1569. 8. edita eſt, ſimilis argumenti.

Idem *WOLFIUS* chartarum *GESNERIANARUM* hæres, Tiguri an. 1587. in folio, Libellum ejus *de Scorpione* qui ſolus de inſectorum deſcriptione ſupereſt, & *hiſtoriæ Animalium* L. V. *de Serpentibus*, edidit. Ordo idem eſt, qui in prioribus.

Denique magnum illud de Botanica Opus non totum periit. Et de eo quidem labore (in *Epiſt. ad KENTM.* n. 28. paulo ante mortem data) teſtatur *GESNERUS* ſe hactenus in materia colligenda fuiſſe occupatum, nunc formam incipere dare operi: & in *Epiſt.* a *WOLF.* edita p. 58. paucis diebus ante mortem, ſpem ſuam ſignificat Opus intra annum iri abſolutum. Schedæ ergo collectæ cum iconibus ad *CASPARUM WOLFIUM* pervenerunt, qui publico programmate, an. 1568. ad *JOH. CRATONEM* dato, editionem promiſit. Sed nihil præſtitit, & Theſaurum integrum vendidit *JOACHIMO CAMERARIO*, quo icones fere 1500. (*WOLF. pollicit.* p. 43. *b.*) continebantur, tum collectanea *GESNERI*. *CAMERARIUS* partem iconum ſculpi curavit, & in ſuam epitomen *MATTHIOLI* tranſtulit, unde in *VERZASCHÆ* etiam & *ZWINGERI* herbarios Libros tranſierunt. Pars major manſit inedita, eaque ad *VOLCAMEROS*, nunc vero ad *J. C. TREWIUM*, Directorem Academiæ Naturæ Curioſorum, &c. pervenit. Apud hunc clariſſimum virum videre eum Theſaurum mihi contigit, & rariores ſtirpes in Catalogum conjicere. Pleræque icones Tiguri calamo exſcriptæ ſunt, non abſque ipſius *GESNERI* labore, & coloribus vivis pictæ, additis, manu *GESNERI*, locis natalibus, & variis ad plantæ cognitionem facientibus notis. Aliquæ minus bonæ ſunt ab amicis communicatæ. Numerus figurarum reſpon-

NUS (*a*), Medicus a corpore Pontificis Maximi. Vir fuit in naturalibus peritiſſimus, docent hoc ſatis ejus Opera Botanica, quæ edidit ſuppreſſo ejus nomine MORISONUS (*b*). Primus fuit CÆSALPINUS, qui dignoſcendis plantis ſigna ex fructificatione ſumſit, primus etiam inventor fuit circulationis ſanguinis, ſed non evulgavit, nec eo uſque penetravit (*c*), quo HARVEIUS. Egregia etiam ſcripſit de re metallica. Quæcunque ejus Opera (*d*) acquiri poſſunt, ea emantur utique, nam optima ſunt.

ſpondet *WOLFIANO*. Scripti vero *GESNERI* codices etiamnum Norimbergæ extant. Plurimorum certe quæ *CLUSIO*, *JOH. BAUHINO*, recentioribus vulgo tribuuntur, inventorum ad *GESNERUM* rediret gloria, ſi unquam incomparabile Opus ſuum adſpiceret lucem.

(*a*) Aretinus, Profeſſor Botanices Piſanus, & Archiater *CLEMENTIS* VIII. obiit an. 1603. Vir ingenio perſpicaci, ſed Ariſtotelicis theoriis nimis implicatus, ut in aliena varia, & in ipſam denique univerſi cum Deo identitatem delapſus fuerit. In rebus vero ſenſibus ſubjectis, ubi neminem ſequebatur ducem, viam veri conſtantius ſecutus eſt.

(*b*) *CÆSALPINUS* equidem conſtituit genera aliqua naturalia, minus nota ſuperioribus, ex ſemine maxime deſumpta, ut pomiferas, umbilicatas, non umbilicatas, amintaceas, apetalas, herbaceas, cucurbitaceas, tetrapetalas, cruciatas, & bacciferas, (ſed has nimis multas & varias), diangias, triangias, aſperi-folias, verticillatas, umbelliferas, gymno-polyſpermas, polyangias, &c. quas claſſes fere omnes recepit *MORISONUS*, nempe uniloculares, biloculares, unifiliquas, triloculares, bacciferas, multifiliquas, gymnotetraſpermas utraſque, compoſito flore plantas, gymnopolyſpermas. Diverſitatem tamen in utriuſque methodo reperias, exquiſitiori attentione animi adhibita. *CÆSALPINUS* enim a receptaculo ſive placenta genera deducit, *MORISONUS* a loculis. Hinc ubi tria ſunt receptacula, fructus *CÆSALPINO* numeratur, cum trilocularibus, ſeparatur a *MORISONO* & refertur ad uniloculares. Quare cum iſtius methodus laxior & multo imperfectior ſit, quam *CÆSALPINI*, non videtur eo Auctore valde uſus eſſe.

(*c*) Solent ubique *CÆSALPINUM* extollere, quod ante *HARVEUM* circulationem invenerit. Ut vero juſta fiat æſtimatio meritorum *CÆSALPINI*, tenendum eſt, circulationem minorem, quæ per pulmonem fit, plurimis Scriptoribus egregie notam fuiſſe, *GALENO* nempe *de uſu partium* L. VII. & *MICHAELI SERVETO* L. *de Trinitate*, & *REALDO COLUMBO de re anatom.* L. VII. p. 177. *PIGAFETTÆ FALLOPII* diſcipulo (apud *MONAVIUM* in Literis *CRATONIANIS*. L. V. p. m. 395.) & aliis. Major vero circulatio, qua ſanguis ab extremis arteriis in venas tranſit, atque cor verſus redit, pauciſſimis tacta eſt. De ea *CÆSALPINUS* cogitata aliqua reliquit, in Syſtematis vero ſpeciem rem nunquam conſtituit (*De Plantis* L. I. c. 2.), ubi alimentum a venis ad cor duci, inde per arterias in totum corpus adduci ait, non ſatis tamen manifeſto addit, ab arteriis ſanguinem in venas reddi. In *Quæſt.* vero *Medicis* obſervatam venarum intumeſcentiam, quæ fit, in ligatis venis inter partes extremas, & vinculum, explicat ex calore nativo, qui ex arteriis in venas per anaſtomoſin tranſeat.

(*d*) Scripſit *De Plantis* L. XV. Florentiæ 1583. 4. excuſos, cum breviſſima de quibuſdam aromatibus appendice, quæ an. 1603. in 4. Romæ prodiit, & *SYLVII BOCCONE* Muſæo *Plant.* p. 115. inſerta eſt. Eximium Opus eſt, ſed difficilis lectionis, quod ſtirpium nomina Etruſca fere ponat, nullo cum ſynonymo. Cæterum primus ſyſtema ex receptaculo fructus perfecit, idque fideliter perſecutus eſt. Deſcriptiones breves, ſed utiles, virium tractatio fere ex veteribus.

De re Metallica L. III. Romæ 1596. 4. & Norimbergæ 1602. 4. a *SONERO* recuſi. Simplex eſt, abſque multa cauſarum inquiſitione, tractatio de omnibus foſſilibus, nam ſolus tertius Liber metalla tractat. Pliniano more, & eo quem in plantis ſecutus eſt, veterum deſcriptiones & virium medicarum enarrationes refert, additis quibuſdam ſuis aut recentiorum experimentis, plerumque nihil habentibus reconditum.

Quæſtionum peripateticarum L. V. Venet. 1571. & 1593. 4. editi. Hoc inprimis Opere locus de circulatione minori continetur L. V. C. IV. Solus Liber quintus Phyſiologiam humanam adtingit, priores ad Phyſicam generalem, & ad Aſtronomiam pertinent.

Succedit MARINUS MERSENNUS (*a*) ex Minimorum familia, qui Ordo Monachorum eſt. Hic Librum conſcripſit in 4. duobus voluminibus contentum, ſub titulo, *de experimentis Mechanicis, Hydroſtaticis*, & in eum congeſſit luculenter experimenta, adeo ut auro cariorem ſit habiturus, qui Libri hujus divitias novit. Quæ certe pro novis apud Auctores ſæpe traduntur, ea apud MERSENNUM reperiuntur. Eo ingenio natus erat, ut omnes eruditos viros coleret, cumque ipſis commercium Litterarium aleret, in quo, quæcunque agerent, laudabat comiſſimus. De induſtria ſæpe committebat eruditos viros, ex quorum litibus fieret doctior, ut duorum Mathematicorum contraria ſentientium laudaret ſententias, ita uterque ad MERSENNUM argumenta ſua ſcribebat, quibus ſuam tueretur ſententiam, atque

Quæſtionum Medicarum L. II. De *Medicamentorum qualitatibus*. L. II. * Uterque Liber cum poſteriori editione Quæſtionum peripateticarum Venetiis prodiit, & quantum ex veterum judiciis video, pro more ſeculi ſcriptus eſt.

Artis Medicæ ſpeculum Hippocraticum, ſpectandos exhibens morbos univerſos. Francof. 1605. 8. & Tarviſii 1606. 8. cum titulo *Praxis univerſæ Medicinæ* editum *. Ex Hippocratica lectione more Italorum magnam laudem conſecutus eſt *CÆSALPINUS* (*CONRING. Introduct.* C. III. n. 34. p. 109.). Ad mulierum morbos laudat *IDEM* C. V. n. 18. Simplex cæterum & ordinatum Opus, præfixa anatome partium, tunc morbis ſubjectis, ultimo medicamentis & formulis.

(*a*) Hebræis Literis & Mathematicis enutritus inprimis, pius homo & omnium bonorum amicus, obiit an. 1648, natus annos ſexaginta. Primus in Gallia doctorum virorum conventus inſtituit. *DU HAMEL Hiſt. Acad. Reg. Scient.* p. 7. Scripta ejus numeroſa ſunt. Quibus ego uſus ſum, ea recenſeo.

Quæſtiones in Geneſin. Pariſiis 1623. in folio. Non placuit legenti. Video Hebraicæ Linguæ aliquam peritiam, harmonica aliqua, Aſtronomica practica, de plantis etiam & animalibus quæ rerum interiora ne quidem attingunt. Sed & Sectæ amorem plurimum reperio, & contra veritatem etiam adgnitam, pertinacem renixum.

Cogitata Phyſico-Mathematica. Pariſiis 1644. 4. Liber ex plurimis compoſitus, multo quam prior utilior & maturior. Primo Libro *Pondera* & *Menſuræ* veterum in harmoniam reducuntur, non ſine magna ſuſpicione, eo tranſiviſſe *PEIRESCII* de ea re ampliſſima collectanea. Multa ad rem monetariam pertinentia. In altera parte *Hydraulicorum* locus eſt & *Pneumaticorum*. Pulchra ibi habet, copias aquarum quæ ex datis tubis dato tempore ex data altitudine cadendo exſiliunt, ejus copiæ variæ mutationes, pro varietate luminum, directionum, etiam ſecundum conicas Sectiones, parabolæ inprimis, de qua proprietates aliquas hac occaſione adfert. Deinde de efficacia aeris compreſſi & renitentis in aquis ſurſum pellendis, Siphonibus incurvis. Hydroſtatica & de ponderatione in aqua, & de arte navigandi aliqua habet. *Harmonia* tertiam partem efficit, in qua plurimum poſuit laboris. Sonorum varietas ex varietate chordarum, campanarum pondere menſuriſve determinanda, vibrationum numero, de conſonantiis etiam, arte componendi inſtrumenta muſica omnium generum agit. Hoc Libro & *ſecundis Harmonicis* majoribus multum uſus ſum, in ea inprimis ætate, Auctoris. Mechanice quartus Liber eſt. Quinque machinæ ſimplices. Ibi de robore cylindrorum metallicorum & ligneorum, prima ni fallor experimenta. De effectibus corporum cadentium aut motorum aliqua, &c. Quinto loco eſt *Baliſtica* qua velocitates ex chordarum elatere generatæ æſtimantur, & de lapſu gravium & curvis, quas projecta deſcribunt. De ſoni velocitate; multa hic utilia. Sexto loco eſt *Geometriæ univerſæ mixtæ & mathematicæ ſynopſis*. Præmittuntur Elementa *EUCLIDIS*, atque porro ex *ARCHIMEDE*, *APOLLONIO* atque veteribus pariter & recentioribus, ambitus univerſus Matheſeos compilatur, ut quiſque Auctor in ſua arte præſtitiſſet. Mechanica & Optica ipſe Auctor ex ſuo labore & *COMMANDINI*, *LUCÆ VALERII*, & aliorum inventis compoſuit: Opus eo tempore certe Tironi utiliſſimum, & quantum novi, a nemine tentatum, quare merito a *BOERHAAVIO* commendatur. *Harmonicorum* L. XII. eodem Auctore, Pariſiis 1635. & 1648. fol. Sonorum natura, generatio & inſtrumenta muſica omnium generum fuſe hic exponuntur. Reliqua Opera, ut *Réflexions de Mathématique*, *du mouvement*; *la Vérité des Sciences*, & alia lubens omitto, ut quæ mihi non lecta ſint. (*a*) Li-

atque contrariam deſtrueret. Ipſe vero latens ad retia extricabat ex verbis litigantium, id quod verum erat apud utrumque, hocque ſtatim in collectionibus ſuis annotabat.

Abſolvi nunc præcipuos (a) Auctores, qui hiſtoriam naturalem experimentis tantum

(a) Licuerit monere, nimis anguſtum eſſe catalogum Scriptorum, quos *PRÆCEPTOR* propoſuit. Viſum ergo eſt ex re eſſe diſcentium, ſi univerſum Phyſices ambitum in particulas ſecarem, atque ſingulis ſuos adſignarem Auctores, ex quibus & ipſe plurimum profeciſſem, & Medicus puriſſima inventa haurire poſſit. Cum præterea quadraginta fere annis, qui ab his prælectionibus effluxerunt, elapſi ſint, quibus acerrime ſtudium Phyſicum excultum eſt, & per multo plures, quam olim, Europæ partes, & melioribus Inſtrumentis, & addito matheſeos lumine, cum ſeculum a ſtudiorum humaniorum unico amore ad experimenta & res ipſas induſtriam ſuam converterit, eo major fuit Supplementi neceſſitas.

Phyſices univerſa Compendia Theoretica.

JOH. BAPT. du *HAMEL de foſſilibus; de corporum affectionibus tum manifeſtis, tum occultis; de corpore animato* L. II. junctim editi Nurembergæ 1681. 4. E Scholarum methodo multum retinet, recentiorum tamen paſſim additamenta habet, & Phyſiologiam corporis humani Anatomicis experimentis ſuperſtructam. Carteſiana cum veterum placitis conciliat. Suorum laborum quaſi compendium edidit *de conſenſu veteris & novæ Philoſophiæ*. Pariſiis 1663. Oxonii 1668. 8. editum. Dictio Latiniſſima.

JOH. CHRISTOPH. STURM Phyſica Electica. 4. 2. Vol. Altdorf. 1686. 1698. 1730. Electicus Auctor, & experimentator, hiſtoriam opinionum veterum & recentiorum exponit, modeſto addito judicio ſuo, ad progreſſus ergo Phyſices cognoſcendos utilis.

JACOBI ROHAULT Phyſica ab an. 1675., quo Pariſiis 4. prodiit, frequenter edita, ipſoque *NEWTONO* & *CLARKIO* procurante Londini an. 1710. recuſa, tum denuo an. 1718. & ultimo an. 1729. 2. vol. 8. Commodum Compendium, magis Mathematicum, maxime poſtquam nuperis inventis auctum eſt, *CARTESIANI* cæterum hominis ſed Mathematici.

FRANCISCI BAYLEI Inſtitutiones Phyſicæ. Pariſiis 1701. 4. minime, ut eo ævo, malæ.

JO. KEIL Introductio ad veram Phyſicam, ſeu *Lectiones habitæ in Schola Oxonienſi*, an. 1700. & Ed. IV. Londini 1719. 8. Commodum Compendium ad inventa *NEWTONIANA*, & Mechanicam & Mathematicam Phyſices partem ſuperius jam laudatam.

PETRI van *MUSSCHENBROEK Elementa Phyſices*, Leidæ 1734. & 1741. 8. Maj. uberius vero Gallice edita 2. vol. 4. 1739. ſub titulo *Eſſais de Phyſique*. Palmam, ni fallor, præripit reliquis hic Auctor, qui in brevem Librum & rerum deſcriptionem, & cauſas, nobis certe notas, & experimenta conſtipaverit, veri unicus amator, & ab omni Secta purus.

FRANCISCI TERTII de *LANIS Magiſterium Naturæ & Artis*, fol. T. I. Brixiæ 1680. T. II. 1686. & T. III. Parmæ 1692. Etſi non ignorem, & Scholaſtica & vana varia admiſta eſſe, plurima tamen habet experimenta, maxime ad ſonos & tremores ſonoros, tum ad motus omnis generis, &c. & alia pericula, non ad ſublimem adeo Matheſin, ſed ad miſtam, vitamque humanam pertinentia.

J. B. du *HAMEL de corporum affectionibus tum manifeſtis, tum occultis*, Pariſ. 1670. 12. ſolus prodiit. In primo Libro de calore & frigore & ſenſuum qualitatibus & objectis agit, multum uſus *BOYLEO* & *HOOKIO*. Altero mechanice interpretatur, medicamentorum potentias. Dictio pura & ſimplex.

J. ROHAULT Phyſica nuper etiam recuſa eſt, Roterodam. 1750. 8.

P. van *MUSSCHENBROEK Elementa Phyſices* recuſa ſunt 1748. 8. & Germanice prodierunt Lipſ. 1748. verſa a *J. C. GOTTSCHED*, ſatis mendoſe. In nuperiori editione vocantur *Inſtitutiones Phyſicæ* quæ quidem multum aucta eſt, inprimis vero capite de electricitate, tum novis variis rerum monumentis. In Gallica editione, quam diximus, nonnulla capita valde locupletata exſtant, ut illud de meteoris, de rore. Ab omni cæterum ſecta purum prædicavimus *MUSSCHENBROEKIUM*, niſi eo referas corpuſcula frigorifica, corporum cæleſtium naturam, quam admittit ſolidam.

FR.

tum conſtantem locupletaverunt, nam apud eos data quæcunque pro ratiocinio in

FR. TERTIUM de *LANIS*, quem quidem ob experimenta quæ habet, laudavimus, multa ex aliis ſumſiſſe facile credo *MUSSCHENBROEKIO* differt. p. 427.

Ad *Phyſices univerſæ Compendia Theoretica* adde ſeqq.

C. WOLF vom abſichten naturlieher dinge, Hall. 1737. 8. *EJ. von den vvurkungen der natur*, ibid. 1739. &c.

VOLTAIRE Elémens de Philoſophie, Amſtelod. 1738. 8.

G. E. HAMBERGER Elementa phyſices, Jen. 1735. 1741. 1750. 8.

J. A. SEGNER naturlehre, Gotting. 1746. 8.

CHRIST. AUG. CRUSIUS anleitung uber naturliche begebenheiten nachzudenken, Liſp. 1749. 2. part.

J. T. DESAGULIERS experimentorum, quæ quotannis demonſtraſſe diximus, 121. curſus emenſum fuiſſe nunc addimus. In ultima editione, quam ſolam legi, inprimis ſtuduit utilitati publicæ, ut experimenta communibus hominum commodis inſervirent. Solet præmittere experimenta difficilia, & calculos in remotiores notas conjicere. Frictionem fuſe conſiderat, ut magnum mechanices detrimentum. De robore humano utiliter egit, vireſque machinarum ubique ad veros calculos revocavit. In hydroſtaticis & hydraulicis accurate verſatus eſt, & plurimas eo pertinentes machinas deſcripſit. De meteoris copioſe egit, & *LEIBNITII* explicationem rejecit. Optica omiſit.

Ad Phyſicam experimentalem, pro univerſali ambitu.

JOHANNIS CHRISTOPHORI STURM Collegium Phyſicum experimentale. P. I. Nurembergæ an. 1676. 4. P. II. 1685. 4. & denuo 1701. Non quidem plenum ambitum Phyſices, ſed præcipua tamen recentiorum inventa perſequitur, quæ propriis prius tradiderat diſputationibus. Primus enim experimentalem Phyſicam in Academias Germanicas, ni fallor, introduxit. Ad Medicam rem diſſertationes de oculo, de tubis ſtentorophonicis, de viribus muſcularibus per veſicas explicatis, propius pertinent.

F. HAWKSBEE Phyſico mechanical experiments on various ſubjects. Lond. 1709. 4. 1719. 8. Editio poſterior poſthuma, & aucta eſt. In capiendis experimentis conſtat curioſum fuiſſe obſervatorem menſurarum, eventuum: induſtrium etiam in perficiendis inſtrumentis. In electricæ lucis & attractionis experimentis plurimum laboris poſuit. Sonos in vacuo neque naſci, neque propagari; nihil aerem facere ad vim attractilem tubulorum capillarium; utique refringi radios ab vacuo in aerem propagatos, & magis ſi compreſſus aer fuerit; plurimaque alia evicit, totus fere abſque ratiocinio, per ſola clarus experimenta.

GUILIELMI JACOBI 's GRAVESANDE Phyſices Elementa Mathematica. Leidæ 1721. 4. 2. vol. & multo auctius an. 1742. a morte Auctoris recuſa. Pleniſſimus congenerum, olim etiam meus *PRÆCEPTOR*. Machinarum & inſtrumentorum vis infinita, eaque ſæpe nova & ingenioſe excogitata. Proprietates corporum fere omnes ſub examen revocatæ, additis poſt experimenta Mathematicis demonſtrationibus. Pleniſſime de vi percuſſionis, de coloribus agit. Id habet difficile Tironi, quod eventus experimentorum a machinis, ab eventibus concluſionum non ſatis ſeparaverit.

J. THEOPHILI DESAGULIERS Courſe of experimental Philoſophy. Lond. 1717. 4. 1734. 1745. 4. 2. vol. &c. Breviſſimæ ſunt deſcriptiones experimentorum, quæ magna dexteritate coram principibus viris quotannis demonſtrabat Auctor. Eloquentia valuiſſe & dexteritate in experiendo notiſſimum eſt. Multa ibi medici argumenti & anatomici & machinæ & alia deſcribuntur, minus vulgaria.

RICHARDI HELSHAM Courſe of experimental Philoſophy. Lond. 1730. 8. *NEWTONIANO* more, magis Mathematicæ, inſtrumentis non additis: dilucida tamen & facili dictione uſus, ad optica, ad frictionem, utilis Auctor.

Phyſique expérimentale par M. l'Abbé NOLLET T. I. II. III. Pariſiis 1744. 1745. & Amſtelodami 1745. 1746. Majoris Operis tres tomi prodierunt, quibus generalia de ſimplicibus machinis & univerſalibus corporum attributis, hydroſtatica, aere & de ſono continentur. Laus primaria Auctoris eſt facilitas, quam, etiam numeris expunctis, ubique adfectavit. Eventus expe-

in Phyſica adquiri poterunt, dico principes Auctores, nam qui hos omnes habet, nihil

experimentorum a machinis, ab utriſque concluſiones commode ſejunxit. Primis lineis hujus ſcientiæ ducendis aptiſſimus. *Leçons de Phyſique Expérimentale par M. l'Abbé NOLLET* Tom. IV. ſecutus eſt Pariſiis 1748. Amſtelodami recuſus 1749. ut majoris operis quatuor nunc tomi prodierint, in quorum ultimo de aqua & igne agitur.

R. HOOKII etiam huc ſpectat *collection of lectures phyſical, mathematical, mechanical, geographical and aſtronomical*, Lond. 1679. 4. *

Experimenta varia.

Huc *BOYLEI* Opera, ſupra recenſa. *ROBERTI HOOKII* omnia. Huc ergo *Lampas* ejus, edita Londini 1677. 4. Sed varia præter Lampadem habet hydroſtatica. Contra Principium Hylarchicum, ſemina filicum, muſcorum, &c.

Ejuſdem *Poſthumous vvorks published by RICHARD WALLER* Lond. 1705. fol. Variæ gravis momenti diſſertationes. De modo & legibus, ſecundum quas ab experimentis axiomata licet deducere. De Luce. De memoria, cujus ſedem, & recte, corpoream facit. De idearum duratione, indeque orta idea temporis. De Cometis. De ſuperficie Telluris, Teſtaceis, origine Montium. Ad Aſtronomiam & Navigationem.

Ejuſdem *Philoſophical experiments and obſervations published by W. DERHAM.* Londini 1726. in 8. Omnis generis tentaminum eſt farrago, mathematicorum, mechanicorum, ſteganographicorum, anatomicorum, ad vires plantæ ſangue, &c. tum Auctoris tum amicorum.

WOLFERDI SENGUERD Prof. Leid. *Rationis atque experientiæ connubium & de Tarantula*. Roterod. 1715. 8. Carteſianus fuerat, animo tamen ad experimenta facienda applicato hanc Sectæ notam eluit. Pleraque ad aerem pertinent. Addita tamen hydroſtatica experimenta de ponderibus ſolidorum in fluidis. Tarantulæ vim ad choreas excitandas, mihi hactenus incredibilem, admittit & conatur explicare.

PETRI van *MUSSCHENBROEK* editio *Tentaminum Experimentorum naturalium Academiæ Cementinæ*. Leidæ 1731. 4. Superius jam laudata editio, multis experimentis ditior, ad vacuum, frigoris naturam, ignis vim expanſilem, &c. pertinentibus. *EJUSDEM Diſſertationes Phyſicæ Experimentalis & Geometricæ*. Leidæ 1729. 4. editæ. Non totam Phyſicam continent, ſed magnetis, (per curioſiſſima & numeroſiſſima experimenta), tubulorum capillarium, cohærentiæ corporum firmorum, &c. theorias, & ephemerides metereologicas Trajectinas, Medicis utiliſſimas.

CHRISTIAN WOLF nutzliche verſuche, Hall. 1737. 8. 3. vol. & alias excuſa.

STEPHANI HALES omnia, ſed ad miſcellaneum genus pertinent. *Phyſico Mechanical Experiments* Londini edita 1739. 8. Princeps equidem tractatio eſt de edulcoratione aquæ marinæ; adde, de ſale condiendis animalibus per injectiones: de conſervandis carnibus: reliqua ſuis locis laudabo.

Phyſica Opera varia integrum ambitum artis non complexa, ſed pluſcula tamen capita, ad hiſtoriam naturalem.

HIERONYMI CARDANI de ſubtilitate L. XXI. Baſileæ, 1554. fol. & repurgati quibuſdam impiis locis, auctius editi 1560. fol. Superſtitioſus homo & Aſtrologus, & vanus cauſarum eventuum naturalium indagator: ſed cum peregrinationes varias ſuſceperit, ubique ſumma curioſitate ductus in rariora naturæ inquiſiverit, Mathematicus denique fuerit non vulgaris, multa eaque ſæpe rariſſima ex omni ambitu Phyſices hic latent experimenta, & obſervationes. Totam vero rerum naturalium hiſtoriam continet.

EJUSDEM de rerum varietate L. XVII. Baſileæ 1557. fol. Eſt Operis prioris quoddam quaſi Supplementum ordine eodem iiſdemque titulis, multa tamen rariora, ſublimiora, mathematica, ſed vaniſſima etiam alia de Dæmonibus habet, &c. Caute vero ob credulitatem & amorem miraculi eſt legendus.

JULII CÆSARIS SCALIGERI exotericarum exercitationum L. XV. *de ſubtilitate ad Cardanum*

nihil videbit apud alios novi, quod non melius in ſuis inveniat. Itaque, qui Bi-
blio-

num. Pariſiis 1557. 4. & Francof. 1582. 8. cum Præfatione *CRATONIS*. Peritiſſimus Latinæ Linguæ Literator; non æque aut Phyſicus, aut patiens experimentorum, qui dedignatus ſit plantas legere, cum de iis ſcriberet. Proſequitur ſingula capita Cardani, & ex recentioribus itinerum Scriptoribus, aut ex ipſo ſuo acri ingenio invenit, quibus ſingula refutet. Aliqua tamen rariora quæ paſſim viderat, miſta intercedunt. Ad has exercitationes in editione an. 1560. acriter reſpondit *CARDANUS*.

JOH. RAI Wiſdom of. God manifeſted in the vvorks of the Creation. Londini, 1691. 8. deinde Gallice, Germanice & variis locis & annis. Publici ſunt ſermones, quos ex *BOYLEI* ultima voluntate edidit. Carteſii fictitium Syſtema rejicit. Ambitum naturæ, ab ipſis elementis facto initio, percurrit. Hinc foſſilia, vegetabilia, animalia, corporis humani fabricam, rerum fines. In Phyſiologicis tamen fuſior eſt. Pro ſyſtemate generationis univocæ.

J. RAI citatus hic liber prodiit etiam Londini 1722. 8.

G. DERHAM Phyſical theology prodiit Londini 1713. & 1714. 1727. 8.

Poſt *DERHAM* adde: *GEORGII CHEYNE philoſophical principles of religion*, Londen... & V. ed. 1736. 8. ſcopus, qui *DERHAMI*, minus tamen in minutiora deſcendit, & magis facilis eſt in hypotheſibus recipiendis. Multa tamen utiliter conſiderat, ut formationem ſimultaneam omnium partium, parteſque quarum utilitas olim adparebit.

P. van *MUSSCHENBROEK de ſapientia divina oratio*, Leid. 1744. 4. Teleologia ad *DERHAMI* morem.

Le ſpectacle de la Nature Germanice prodiit *ſchauplatz der natur*, Nurnberg 1746. ſeqq & Anglice verſum.

J. G. SULZER Unterredungen von den ſchonheiten der Natur, Berlin 1750. 4. egregius liber, oppoſitus recentiſſimis atheis, qui ordinem & fines in natura negant ſe invenire.

NEHEMIÆ GREW Coſmologia ſacra. Lond. 1701. fol. Scopus eſt ex creaturis eruere creatorem. Id inprimis conficit ex fabrica animalium in initio Libri, breviter, quod dolendum, ſed pulchre.

GUILIELMI DERHAM Phyſical Theology. Londin. 1714. 8. & aliis variis locis & annis. Continet flores phyſicos magis quam nodos, & hiſtoriam rerum creatarum, quatenus Creator inde eluceſcit, potius quam cauſas modoſque. Plurima tamen ab homine Phyſices univerſæ & experimentorum gnariſſimo utilia & propria, & ex optimis Scriptoribus repetita. Facili dictione ſe commendat.

BERNARD van *NIEUWENTYT regt gebruyk der vvaereld beſchouvvingen*. Amſt. 1716. 4 1720. 1725. tum variis annis & linguis alibi, & Pariſiis 1725. 4. Jenæ 1747. 4. Germanice, ſed verius & correctius. Ex natura *DEUM* demonſtrat, Phyſices experimentalis & Matheſeos minime imperitus Auctor, Conſul Purmerendinus. Integra ibi fere naturæ contemplatio, cum finibus rerum. Phyſiologia corporum animalium minime brevis, Hydroſtaticorum experimentorum faſciculum integrum operi inſeruit.

Le Spectacle de la Nature. Paris Ed. I. 1732. Ed. IV. 1735. 12. & ſeqq. 8. Tomis Elegantiſſimum Opus Abbatis *PLUCHE*, quo nihil aut jucundius aut ſapientius cogitari poteſt. Percurrit naturæ ambitum integrum, & undique teſtimonia divinæ bonitatis conquirit, minus quidem *DERHAMO* Anatomicus, & flores potius rerum ſecutus, ſed recentiorum inventorum amœniſſimus Doctor, idemque ad artes mechanicas, vitæque uſum propius reſpicit. Ad formandum Tironis animum aptiſſimus.

CORNELII GEMMÆ Coſmocritice, ſive *de natura humana & divina characteriſmis*. Antwerp. 1575. 8. Ob ætatem & varia non vulgaria interſperſa, huc refero, credulum cæterum, & prodigiorum & Aſtrologiæ amantem Auctorem, Cardano proximum. Ad monſtra, morbos epidemicos, aliqua habet.

JOHANNIS BAPTISTÆ PORTÆ Magia naturalis L. XX. Antwerp. 1650. 8. Neapoli 1659. fol. (ex Magn. Bibl.) Hamb. 1619. 8. Leidæ 1651. 12. &c. Ex Phyſica univerſa, miraculis propiora delibat, ſive artificia, ſive cauſarum inquiſitiones, ex quibus naturæ eventus producuntur, meretur vero vel ob Sclopi pneumatici (ſive machinæ aerem comprimentis)

bliothecam comparare voluerit, emat potius iſtos, alios enim ſi emerit & conſuluerit, nunquam perfecte addiſcet Phyſicam.

Sequi-

tis), & cameræ obſcuræ lucernæque magicæ inventum legi, ut tamen cautus ſit Lector; neque promtiſſimam fidem adhibeat inexplorato.

PEIRESCI VITA jam recenſa eſt.

PAULI BOCCONE, qui provectiore ætate *SYLVIUS* dictus eſt, varia ſcripta. Credulus equidem & miraculorum amator, multa tamen vidit in Sicilia, aliiſque locis, vulgo non nota. Ad rem naturalem pertinent *Recherches & obſervations naturelles* de M. BOCCONE. Pariſiis 1670. 12. & Amſtelodami 1674. 12. auctius. Hypotheſes aliquæ erroneæ, ut illa de Coralliis. Inſerta de eorumdem globulis in tumidis ramorum finibus repertis *SWAMMERDAMI* obſervatio. Ætnæ incendium. Catalogus plantarum Siciliæ.

PAOLO BOCCONE Oſſervazioni naturali. Bologna 1684. 8. Multa botanica, ſed quæ fere omnia in poſterioribus ejus Operibus repetuntur, Phyſica multa ſeniliter congeſta, & phænomena non penitus fida.

EJUSDEM Muſeo di Fiſica e di Eſperienze. Venetiis 1697. 4. Multa paſſim utilia de animalibus venenatis minus notis, de lacte coralliorum, de marinis, de fungis & inprimis de lycoperdis.

BERNARDI CONNOR Diſſertationes Medico-Phyſicæ. Oxon. 1695. 8. Judicio perinde & ingenio valuit. Quatuor ſunt diſſertationes. I. de antris lethiferis. Vaporem reſpirationi non idoneum pro cauſa mortium in *canina* illa *ſpecu aſſignat*. II. Veſevi incendium deſcribit. III. Sceleton in unum os anchyloſi coalitum. IV. Uteri in maſſam carnoſam degenerationem.

FRANCISCI REDI Opera omnia. Viri elegantiſſime docti alia Opera alibi laudabo. Huc inprimis pertinet. *Eſperienze intorno a coſe naturali portate dall' Indie*. Fiorenza 1671. 4. Varias & proprias omnes obſervationes habet, vim antidoti æmulam lapidum ſerpentum refutat.

Oſſervazioni intorno a quelle Gocciole, &c. ſive, de lacrumis vitreis quæ fractæ in pulverem collabuntur.

Lettere intorno all' inventore degli occhiali.

Eſperienze intorno a' ſali fatizj. Ad ſales lixivos plantarum pertinent, pauca magnifica experimenta.

Lettere del Redi. Litteræ ad *CESTONEM* multa habent ad hiſtoriam naturalem, maxime inſectorum, & animalium marinorum ſpectantia.

REDI Opera junctim edita ſunt Neapoli, Venetiis 1687. 8. & plenius 1742. 8. maj. ſeptem voluminibus: quorum tamen major pars vel poetici, vel medici eſt argumenti.

REDI Opera edita etiam ſunt Neapoli 1741. 4. 7. vol.

W. DERHAM philoſophical Letters, &c. prodierunt Lond. 1718. 8

Poſt hunc librum adde: *J. THOM. POPE BLOUNT natural hiſtory*, Lond. 1693. 8. *

A. VALISNERI Raccolta di varie oſſ. &c. ibi citata, deſcriptiones etiam habet iliacæ viperæ & pinus *VALISNERI*.

EJUSDEM Nuove oſſervazioni ed eſperienze intorno alla ſtoria medica e naturale. Varia continent de vermibus. *PHILIPPI* della *TORRE* contra vermes hæreditarios objectiones & reſponſiones *VALISNERI*. De generatione æquivoca contra *ARISTOTELEM*. Partus monſtroſos, &c. *EJ. nuova giunta di oſſervazioni e di ſperienze intorno all' iſtoria medica e naturale*. Iterum bona varia. De phthiriaſi per generationem univocam explicabili... de variis medicamentis ſimplicibus Indiæ, de viis aëreiis ovi *BELLINIANIS*, animalcula braſſicæ.

Eſtratti varj d' oſſervazioni dell' autore con oſſervazioni ſue o di altri a lui mandate.

Miglioramenti e correzioni di alcune oſſervazioni del REDI. Amicus oſtendit *VALISNERIUM* animam illam vegetabilem *REDI* refutaſſe, & inveniſſe muſcas, a quibus vermes naſcuntur, qui gallas forando producunt.

EJUSD. Raccolta d' alcune lettere, &c. practicas & phyſicas & de vermibus continet ſcriptas epiſtolas.

LEO BERNARD PAGLINI concluſiones phyſico-medicas ſcripſit, in III. Volumine operum *VALISNERI* recuſas, quæ compendium ſunt inventorum hujus viri, ſyſtematis evolutionum ovorum microſcopicorum, &c.

ELIÆ CAMERARII Diſſertationes Taurinenſes epiſtolicæ Medico-Phyſicæ, Tubingæ 1712. 8.

Sequitur ut addam conſilium quomodo his Auctoribus ſit utendum, nam omnes ſpar-

Viginti Epiſtolæ ſcriptæ, cum Archiater Principem ſuum per Italiam comitaretur. Vir incredulus obſervationibus, neſcio quid habens fanatici, ad refutandum pronior. Varia habet ad rem naturalem, ad refutandum *Woodvvardum*, ad Collegium phyſicum experimentale, ad praxin, morbos rariores, & recentiorum inventa.

JOACHIM JUNGII Doxologiæ Phyſicæ minores. Hamburg. 1679. Methodicus homo, & qui interiora rerum quæreret, neque in opinionibus conſiſteret. Varia præter Scholarum morem. Inprimis brevia, & propria tamen experimenta paſſim habet, quem plurimi uti notum eſt, fecit *J. RAJUS*. * *Philoſophical Letters betvveen John RAI and ſeveral ingenious correſpondents, published by* W. *DERHAM*. Egregius Liber & neceſſarius, miſcellaneæ eruditionis, plurima ad hiſtoriam animalium, inſectorum inprimis, foſſilium etiam & plantarum continet, ex induſtrii viri & erudititiſſimi, & ſui ſimilium amicorum obſervatione nata. Plurima ſunt *LISTERI*, *HULSII*, *ROBINSONI*, quem obiter obſervo ſaponis vim ad tollendas obſtructiones perſpicacem vidiſſe. Literæ fere 150. Sed ſuper omnia placet candor Auctoris, & animi placida benignitas.

ANTONII VALISNERII Opera omnia. Hæc Venetiis an. 1733. collecta, & tribus in folio voluminibus a cognomine filio hoc titulo edita ſunt: *Opere Fiſicho-Mediche ſtampate e manuſcritte d' ANTONIO VALISNIERI*. Hiſtoria quidem inſectorum inprimis voluit vir elegantiſſimi ingenii, induſtriæ ſummæ, vix tamen ulla rerum naturalium pars eſt, quam non ornaverit. A ſterili aut certe non niſi florido humaniorum Literarum & argutiarum ſtudio Italos ſuos, dudum tardantes, ad res ipſas inſpiciendas, naturæque opera revocavit, magnus generationis univocæ adſector. Feſtiva dictione, ſtylo puriſſimo rerum pondera ornat. Alia opuſcula alibi laudabimus: huc vero pertinent:

Lezione intorno l'origine delle Fontane. Venet. 1715. & 1726. 4. Veram ſententiam defendit: „omnes nempe fontes ex pluvia aut nive liquefacta oriri". Strata montana deſcribit, & mirum illum torrentem Mutinenſis regionis ſubterraneum.

De Corpi marini che ſu monti ſi trovano. Contra Diluvianos. Venet. 1721. 4.

Raccolta di varie oſſervazioni ſpettanti all' Iſtoria Medica e Naturale. Venezia 1710. 8. & alias. Deſcriptiones ſunt itinerum quæ plurima ſuſceperat in Apenninum, ad acidulas, fontes varios. Ea itinera in *GALLERIA DI MINERVA* referuntur & in *RACCOLTA del Danieli* quæ Venetiis an. 1728. 4. prodiit, variaque argumenti phyſici Opuſcula Auctoris & amicorum continet.

Saggio d' Iſtoria Medica e Naturale. Dictionarii Phyſico-medici ſpecimen. Et hoc & quod ſequitur poſthumum prodiit.

Racolta d' alcune Lettere Scientifiche ſcritte a ſuoi amici.

Miſcellanea curioſa quæ an. 1706. & 1708. tribus voluminibus Londini prodierunt, fere ex Tranſactionibus ſunt excerpta, uti ſupra dictum eſt.

Obſervations ſur toutes les parties de la Phyſique. Paris 1719. 1730. 1736. 12. Auctor compilationis eſt *P. BOUJEANT*. Collegit ſua ex Tranſactionibus Phil. & aliunde.

RICHARD BRADLEY Phyloſophical account of the vvorks of nature. Lond. 1721. 4. maj. Scopus primarius eſt demonſtrare ſcalam entium, qua a lapidibus ad terras, per plantas ad animalia aſcenditur. Varia autem vel collecta ex *Tranſactionibus* & Muſæis variis, vel propria ſatis curioſa adſpergit.

LUD. PHIL. THUMMIG Verſuch einer gründlichen erläuterung der merkvvürdigſten begebenheiten, &c. Partibus 4. Halæ prodiit 1723. 8. Varia omnino habet ſingularia de fonte inflammabili, monſtro, foliis plantam reparantibus, de ſurdis mutis, viſu nocturno, ſucco oſſeo, &c. Ejus vero *meletemata* varii argumenti Brunſvvici 1728. 4. prodierunt. *

GEORGE MARTINE Medical and Philoſophical Eſſais. Lond. 1740. 8. ad Phyſicam pertinent. Concordantia, ut vocant, thermometrorum, & variorum examen atque vitia. Experimenta de incaleſcentia & refrigeratione. Non ſunt illæ ut pondera ſpecifica, neque in ratione inverſa. Calorum ſublunarium gradus varii, aeris, hominis, brutorum animalium. Hic tractatus reliquis utilior. In *BOERHAAVIUM* non ſine aliqua adfectatione ubique pugnat.

M. DESLANDES Recueil de différens Traités de Phyſique & d' Hiſtoire naturelle. Paris 1736. 12.

JO. CHRIST. KUNDMANNI rariora Artis & Naturæ, oder ſeltenheiten der naturkunſt und arzney

ſparſim ſcripſerunt, nec aliter fieri potuit; omnes enim qui experimenta tantum ſcri-

arzney wiſſenſchaft. Breſſavv. 1737. fol. Initium facit deſcriptio Muſei ſui, quo foſſilia; animalia artificialia continentur. Sequuntur obſervationes Medicæ, ad peſtem inprimis, & emortuales faſtos. Hiſtoria ciborum inſolitorum.

J. FRID. CARTHEUSER abhandlung aller merkwürdigkeiten der natur und kunſt, Hall. 1733. 4. *EJ. amœnitatum naturæ ſeu hiſtoriæ naturalis* P. I. *generalior* 1735. 4. & *ſpecimen amœnitatum naturæ & artis* 1733. 4. *

CHRIST. PHIL. BERGER verſuche einer vernünftigen erklärung, &c. Lemgov. 1737. 8.

CARLO TAGLINI lettere ſcientifiche ſopra varii dilettevoli argomenti di fiſica, Florent. 1747. 4. De ſono, exhalatione plantarum, docilitate avium lapſu corporum gravium, exhalationibus, quæ pondus corporis exhalantis non minuunt, idioſyncraſia, quæ odorum certorum averſationem parit.

Miſcellanea medico-phyſica ex Acad. Germanicis depromta, Florent. 1748. 4. exiguo ſelectu recuſæ diſputationes.

EIDOUS mémoires littéraires, Paris 1750. 8. Neque has poſſum probare, ex malis paſſim fontibus collectas.

J. G. SULZER moraliſche betrachtungen, Berlin 1745. 8.

Ad Phyſicam generalem, Mathematicam, & de proprietatibus Corporum magis univerſalibus.

ISAACUS NEWTON. Principia Philoſophiæ naturalis Mathematicæ variis annis & locis, optime vero Genevæ an. 1739. *ſeq.* 3. in 4. vol. Cum commentariis perpetuis *P. P. JAQUIER* & *LE SEUR* & *D. CALANDRINI*. Hoc admirabili Opere continentur leges motus. Vires centrales, ab *IPSO* deſcriptæ. De corporis motu per media reſiſtentia, & ea occaſione de ſono, ſyſtema mundi ejuſque leges, & ex legibus explicata phænomena.

CHRISTIANI HUGENII Opera. Eorum quatuor volumina prodierunt, priora duo, *Operum variorum* titulo an. 1714. cura 's *GRAVESANDII* Leidæ edita 4. continent numeroſa Opuſcula *HUGENII*, variis locis, aut ſeorſim edita, aut inſerta Diariis. Duo alia anno 1728. ſucceſſerunt Amſtelodami, quorum uno Opera per vitam *HUGENII* edita reliqua continentur, de lumine nempe nobile Opus, & de cauſa gravitatis. Altero tomo poſthuma jam an. 1703. Leidæ edita habentur, quorum princeps eſt Dioptrica. Deinde de vi centrifuga, de Coronis & Parheliis, de motu corporum ex percuſſione, &c.

ED. MARIOTTE Opera omnia junctim edita Leidæ. an. 1717. 2. vol. 4. Tota fere phyſica ſunt. Libellum de *percuſſione corporum* & *de aquæ motu*, Pariſiis 1686. 12. ab Auctoris morte editum ſupra tetigimus. De *natura aeris* perutile & *BOERHAAVIO* commendatum Opus, quo ſolutio inprimis aeris in liquoribus demonſtratur. *De Calore & Frigore* cum priori an. 1676. & 1679. Pariſiis editus Libellus. *De Coloribus* ib. 1686. Sed ille Auctor non pervenit ad *NEWTONIANAM* exquiſitam radiorum diviſionem, erroreſque de radiis iterum diviſibilibus apud Gallos introduxit. *Experimenta de coloribus & congelatione*. Pariſiis 1682. & ipſa digniora lectu.

CLAUDII PERRALTI Opera omnia, quæ collectim edita ſunt. Leidæ an. 1721. 4. 2. vol. Ex iis ad Phyſicam varia pertinent, quæ quidem inprimis theoretica ſunt, atque in cauſis eventuum expiſcandis laborant, non tamen ſunt ſine experimento. De elatere & duritate corporum. De gravitate, de motu periſtaltico, de ſono fuſior tractatus, ubi ex Muſicis multa repetuntur. Deinde ex tentaminibus phyſicis, ſcilicet de pelluciditate corporum, de eorum reflexione, de congelatione, hic melior & feracior experimentorum.

LEONHARDI EULER Opuſcula. Berolini 1746. 4. Alia Mechanica habet & Aſtronomica: alia vero Phyſica de luce & colore, cum nova de utriuſque natura hypoteſi: de particulis minimis materiæ, & de vi inertiæ unica vi corporum. Ea omni luce ſuperioris Matheſeos illuſtravit.

Ad Hiſtoriam Mundi univerſalem.

ISAACI NEWTON Syſtema Mundi, quod Londini an. 1728. & alias prodiit. Ex legibus centralibus planetarum motum & corporum cœleſtium ordinem explicat.

GALILEI GALILEI Dialogo dove ſi diſcorſo ſopra i due maſſime Siſtemi del mundo Ptolomaico e Coper-

ſcribunt, ſemper ita ea edunt, prouti ſe obtulerunt; illique certe viro, qui vitam impen-

Copernicano. Florentiæ 1631. 4. Leidæ 1641. 4. &c. Hic liber quo terræ motum defen dit maximarum calamitatum Auctori ſuo cauſa fuit, donec renunciatione ſolemni facta & abjurata hypotheſi ex carceribus Inquiſitionis dimitteretur.

PETRI GASSENDI Inſtitutio Aſtronomica. Lond. 1653. 8. & alibi edita compendii loco ſufficere poteſt, aut *J. KEILII Introductio ad veram Aſtronomiam*.

WILH. DERHAM Aſtrotheology, variis annis & linguis edita. Hæc vel ſola Medico ſufficerit, quæ facile intelligibili methodo Syſtema Univerſi exponit, & undique in magnificis ſuis operibus *CREATOREM* demonſtrat, abſque difficili calculorum apparatu.

Huc etiam quartus Tomus *du Spectacle de la Nature*, de quo ſuperius dictum eſt.

CHRISTIANI HUGENII Coſmotheoros. Hagæ Com. 1698. 4. Planetarum cum tellure analogiam, atque conjecturas elegantes de eorum habitatoribus proponit, poteſtque vel voluptatis vel inde hauriendorum ad futuras veritates veſtigiorum cauſa legi.

Ad Ignem.

Neque *PAULI CASATI de igne Diſſertationem Phyſicam*. Venet. 1686. 8. editam, qua ignis omnium corporum graviſſimum ſtatuitur, proprietates tamen Ignis & luminis recenſentur, neque nuperi Auctoris Galli labores hic laudare licet.

Aliqua hiſtorica etiam habet *DOMINICUS BOTTONUS* in *Pyroſophia topographica*. Neapol. 1692. 4. ubi lampyrides, flammas ex animalibus & alia hujuſmodi deſcribit.

Ad Thermometra, ſive caloris menſuram *REAUMUR* paſſim 1730. *FAHRENHEIT Phil. Tranſ.* 381. 382. Le *BON* in *Act. Monſp.* 1745. *MICHELI Deſcription de la méthode d'un Thermomètre univerſel.* Paris 1742. 8. Infelix homo & ſeditioſus, ſed ingenio acri, accuratius ſcalas fixit unde gradus inciperent numerari.

SECONDAT obſervations de phyſique, Paris 1750. 12. Ad aquas medicatas, thermometra, bitumen, lapides varios, egregiæ obſervationes.

C. AUGUSTI a BERGEN de Thermometris menſura conſtantis. Francof. ad Viadr. 1745. 8.

Denique ad omnem Ignem princeps Auctor eſt *BOERHAAVIUS* quem cum *NEWTONO* in luminis exemplo & *REAUMURIO* in ferri hiſtoria ſolum promoviſſe hiſtoriam naturalem ſubjecti ſui, gravis teſtis eſt *MUSSCHENBROEKIUS Eſſais de Phyſique* p. 449. In Tomo priori *Chemiæ* ſuæ hujus elementi naturam per facilia, ſed ſapienter ordinata experimenta expiſcatus eſt, materiam vero eſſe & verum Elementum contra *CARTESIUM* & Gallos. *IDEM* defendit, & nuper Vir peritiſſimus *JO. HENR. POTTIUS* in *Lithogeognoſia*.

De Speculis uſtoriis *BUFFON Phil. Tranſ.* n. 483. Reſtituit antiquum arcanum Speculorum planorum compoſitorum ope in magna diſtantia utendi.

Poſſunt conferri de materia ignis *Mém. de l'Acad. des Sciences* an. 1709. & multis aliis locis, ubi tamen ponderabilem & neſcio quæ omnia facientem deſcribunt.

GEOFROI metallorum ſub Speculo cauſtico obſervatio. *Mém. de l'Acad.* an. 1709. & *HOMBERG* in iiſdem monumentis, ſed ea cum opticis repetentur.

Ad Lucem & Colores.

IS. BARROWS 18. *Lectiones in quibus Opticorum rationes inveſtigantur*. Londini 1669. 4.

IS. NEWTON Optiks. Lond. 1701. 4. 1707. variis annis, & Lauſannæ 1740. 4. & alibi. Ad naturam lucis, radiorum primigeniorum, refractiones, reflexiones, colores, ſolus eſt pro omnibus. Eadem experimenta eleganter *VOLTAIRIUS in Philoſophia ſua Newtoniana*. Fuſius & per novum Helioſtatem uberius 's *GRAVESANDIUS* habet. Sed in *Phil. Tranſact.* plurima etiam *NEWTONIANA* continentur, ut de Luce n. 80. 85. 88. 96. 97. 110. 121 123. 128. de Teleſcopiis n. 81. 82. 83. tum *BOYLIANA* n. 21. *&c.*

CHRISTIANI HUGENII Traité de la Lumière. Leid. 1690. 4. & inter *Opera reliqua*. Velocitatem luminis; undulatorium quem ſtatuit motum, phænomena cryſtalli Islandicæ & refractiones inprimis conſiderat.

ED.

impendit in colligendis experimentis, non vacat inde ſyſtema ſtatim conſtruere. Ex

ED. MARIOTTI Libellus ſuperius excitatus. Pariſiis 1681. 11. prodiit.

LEONHARDUS EULER in Opuſculis penitus novam hypotheſin, everſa *NEWTONIANA*, propoſuit.

P. CASATI diſſertatio citata recuſa eſt Francof. Lipſ. 1688. 4.

MARTIN in *Phyſical Eſſays* de harmonia thermometrorum egit, laudes meritus *DESAGULERII* (courſe II. pag. 296.)

Traité des baromètres, thermomètres & hydromètres par M. D. Amſtelod. 1681. 12.

Ad thermometra multa habent *Act. Stokh.* 1750. pag. 387. *REVILLAS* in *memor. di Valentuomini* Vol. III. *Phil. Tranſ.* n. 484. 485. *A. SEGNER de æquandis thermometris*, Gotting. 1738. 4. de l'*ISLE* in propria locorum phyſicorum collectione.

De ſpeculis *ARCHIMEDIS* diſp. *G. B. BULFINGERI* Tubing. 1725. 4. Poſſibilem eſſe eam vim.

De ſpeculis uſtoriis *TSCHIRNHAUSII Mem.* 1702.

Poſt *EULERUM* adde: de *MAIRAN traité de l'aurore boréale*, Paris 1733. 4. & in *Acad. Reg. Scient.*

J. BERNOUILLI de mercurio in vacuo lucente, Baſil. 1719. 4.

J. MICH. HENSINGER de noctiluca mercuriali, Gieſſ. 1716. 4.

JO. BERNOULLIUS, *JOH.* filius, *Recherches Phyſiques comment ſe fait la propagation de la Lumière*. Pariſiis 1736. 4. Lucis planetarum celeritatem, vortices conſiderat. Huc etiam de carnibus lucidis. *Phil. Tranſ.* n. 125.

De Lignis lucentibus n. 32. *R. BOYLEI* de Phoſphoro. n. 121. 135. 296. & alibi. De lapide Bononienſi. n. 134. De refractione. n. 270. 328. Optica experimenta *DESAGULIERI*. n. 348. 374.

IDEM de novis Phoſphoris 1730.

CL. NICOL. Le *CAT. Traité des Sens*. Rouen 1740. 8. Idem Opus a multis mendis repurgatum iterum prodiit Amſtelodami 1744. Perſpicax & ingenioſus homo, neque alienus ab experimentis. Reflexionem nempe fieri abſque illiſione in ipſum corpus, & a vacuo negat, ſubſtituta alia hypotheſi, deinde reflexibilitatem & refrangibilitatem in eadem ratione eſſe poſſe, non admittit, multa etiam ad modum viſionis propoſuit.

Lites etiam a *RIZZETTO* motæ fuerunt, ut *NEWTONUM* defenderet Cl. *RICHTERUS* A. E. Supl. T. VIII. p. 228. 488. & 1724. n. 27. Contra eas objectiones dictum eſt in *Phil. Tranſ.* n. 406.

RIZZETTI, quem citavimus, ſunt *de luminis adfectionibus*, Tarvis. 1721. 8. *de refractione luminis diſputatio anti-BERNOUILLANA* A. E. 1726. Jun. *de luminis reflexione adverſus NEWTONUM*, ibid. *Suppl.* Tom. IX. de *luminis refractione. contra BERNOUILLUM*, ibid. eodem anno: *de ſyſtemate Optices NEWTONIANO & de aberratione radiorum in humore cryſtallino refractorum GIORN. de lett. d' Ital. Suppl.* & A. E. *Suppl.* Tom. VIII. *Reſponſio ſuper diſquiſitiones RICHTERI*, ibid. Tom. VIII. pag. 703. & *appendix* pag. 394. & *reſponſio ad RICHTERUM de optice NEWTONIANA* pag. 485.

P. Le *FRANCOIS nouvelles découvertes ſur la Lumiere*. Pariſiis 1700. 12. Invenit Lucimetrum ad gradus lucis definiendos.

D. BOUGUER Eſſai d'Optique ſur la gradation de la Lumière. Pariſiis 1729. 12. Eleganter per experimenta comparat lucem ſolis, lunæ, candelarum, decrementa lucis, vim lucem frangentem laminarum vitrearum, per quas curvam *gradilucicam* determinavit.

ALGAROTTI le Nevvtoniſme pour les Dames ou entretien ſur la lumiére, les couleurs, & l'atraction 1741. 12.

GAUTIER Chroagénéſte, Paris 1749. 12. Contra Syſtema *NEWTONI*, & radios coloratos invariabiles ſcripſit, quem nondum legi, auctor tabularum pictarum anatomicarum.

Ad Colores.

BOYLEUS in *Phil. Tranſact.* n. 70.

WALLER Catalogus Colorum. *Phil. Tranſact.* n. 179.

Ex hiſce Auctoribus omnibus 1. colligenda experimenta ſunt; 2. revocanda ad ſuos titu-

La *HIRE* de Coloribus. *Mém de l'Acad.* 1711. p. 9.

JAC. CHRIST. LE BLOND Harmony of colouring. Lond. 1737. Primus ex tribus coloribus primigeniis miſtis omnes docuit componere.

P. CASTEL Optique des Couleurs. Pariſiis 1740. 12. Ex theoria ſola, colores ejus, uti ſonos, omnino 144. ex ſex primigeniis, flavo, rubro & cæruleo compoſitos, cum albo & nigro omnes naſci.

D. de *BUFFON* de Coloribus accidentalibus. *Acad. des Scienc.* 1743.

De arte tinctoria *HELLOT* in *Acad. des Sciences.* 1740. 1741. 1742. & *DU FAY* an. 1731.

De arte tinctoria integer egregius Lib. *HELLOTI* prodiit Par. 1750. 12. tum alius libellus *gründlicher unterricht von der färbérkunſt*, Francof. Lipſ. 1702. 8. in quo manus *STAHLII* fuit.

Ad Electricam materiam, quæ Igni aut proxima eſt aut eadem, & ejus attributa.

HAWKSBEE Lib. cit. & *Phil. Tranſ.* n. 305. 307. 308. 309. 310. 315. 318. 331. *DU FAY* in *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1733. 1734. 1737. & in *Phil. Tranſ.* n. 431.

J. T. DESAGULIERS Diſſertation concerning Electricity. London 1742. 8. & in *Phil. Tranſ.* n. 454. 459. 460. 462. 464. Præmium Burdigalenſe reportavit, experimenta tubo vitreo facta, ad adhæſiones utique & repulſiones omnia fere pertinent & lucem mollem innocuam.

S. GRAY de eadem Electricitate experimenta extant. *Phil. Tranſ.* n. 366. 417. 422. 423. 426. 436. 439. 441. 444.

WINKLERUS, quem inter ſcriptores de electricitate citavimus, etiam in *PH. TRAMS.* n. 484. 485, 486, 487. de ea reegit. *NOLETTI eſſais ſur l'électricité* germanice verſa exſtat 1749. 8. In his cæterum *ſpeciminibus* experimenta & deducta inde Corollaria proponit, quibus oſtendat, materiem electricam ex eo corpore, quod *electriſatur*, exire ſub ſpecie penicillorum dirigentium, aliam vero materiem undique confluere, & æquilibrium amiſſæ materiæ electricæ reparare, ignem eſſe, ... figuram non adfectare, &c.

Cum infinita de electricitate opuſcula ſcripta ſint, pauca tantum tangam, & ea quidem, quæ cum medicina propius conjunguntur, & inter practicos repetentur. Sequentia ergo addimus.

WILL. WATSON experiments on electricity, Lond. 1746. 8. *and ſequel to the experiments*, ib. 1746. 8.

F. de *SAUVAGES de hemiplegia per electricitatem curata*, Monſpel. 1749. Explicat quomodo operetur in nervos electrica materies & paralyſin ſanet.

JALLABERT experiences ſur l' electricité avec quelques conjectures ſur la cauſe de ſes effets, Genev. 1748. 8. In priori parte phænomena recenſet, triangula luminoſa aliaque pulchriora deſcribit fuſe & utiliter. In altera theoriam ſuam proponit, dari fluidum electricum, quod excutiatur de poris vitri per elaſticitatem particularum, id comprimere vicina ſtrata ejuſdem fluidi, ea condenſare, atque iis iterum, fere ut in ſono fit, repelli, adque corpus redire unde exiit, ſic adtractionem fieri & expulſionem &c. Paralyticum hominem ſcintillæ electricæ ope ſanavit.

J. JOS. VERATTI oſſervazioni fiſico-mediche intorno alla elettricità, Bologna 1748. 8. Experimenta medica plurima continet, & curationes tum ſimplici excitatione electricitatis peractas, tum medicamentis illitis tecto electrico aut manu retentis.

G. FRANCESCO PIVATI rifleſſioni fiſiche ſopra la medicina elettrica, Venez. 1749. 4. Exhalare omnino tubum balſamo obductum & vim medicam ſpargere oſtendit, & experimenta curationum profert.

GR. WHEELER de iiſdem 453. Confer variorum obſervationes n. 475. 476. 477. & olim 314. 321. 331. & in *Mémoires de l'Acad. des Sciences* 1707.

GEORG. MATTH. BOSE tentamina Electrica tria. Wittemb. 1744. 4. Stupendam vim ſcintillæ electricæ olea inflammantem, & halonem electricum primus deſcripſit. Ejuſdem Auctoris *Diſſertation ſur la cauſe de l' Electricité.* Wittemberg. 1745. 4.

J. H. WAIZ abbhandlung von dem Electricitet und deren urſachen. Berolin. 1745. 4. Hæc Diſſertatio præmium retulit a Societate propoſitum, cum vortices tamen electricos admittat, quos *NOLLETUS* & alii refutarunt. Adjectæ ſunt aliæ tres Diſſertationes aliorum Auctorum. Quare fere omnia experimenta eo pertinentia hic habentur, ſi addideris formidabile illud ab aqua oriens fulmen *MUSSCHENBROEKIANUM*, cujus deſcriptionem dedit egregius vir *LE MONNIER* in Epiſtola quam Anglice redditam, & nuper an. 1746. in 4. impreſſam legi cum titulo *a letter from Paris concerning ſomme nevv experiments on Electricity.* Huc porro *WINKLERUS* Lipſienſis Profeſ-

ſor

titulos; 3. ordinanda in ſuas claſſes; & 4. retinenda ſunt pro Hiſtoria naturali. Hæc

ſor in variis Libellis, & in *Phil. Tranſ.* n. 483. *NOLLETI Eſſais ſur l'Electricité.* Pariſiis 1746. edita. G. *WATSONI* duo Opuſcula & alia ex quibus integram Bibliothecam conficere poſſis.

Ad Magnetiſmum.

G. *GILBERTI* Lib. de *Magnete*. Londini 1600. fol. *EDM. HALLEY* Theoria magneticæ oberrationis. *Philoſ. Tranſ.* n. 148. 368. *HAWKSBEE* n. 335. *DESAGULIERS* n. 450. 454. *MIDDLETON* n. 393. *DERHAM* n. 303. 341. 344. 368. *MUSSCHENBROEK* l. c. n. 390. 418. 429. 432. tum inter Diſſertationes Phyſicas. Porro Lord *PAISLEY* experimenta n. 412. & paradoxa illa fabricatoris magnetum *GOWAN KNIGHT* ib. n. 474. 476. 484. Tum *DE LISLE Acad. Royale des Sciences* 1712. *DU FAY* de iiſdem 1730. 1731. Le *MONNIER* 1733. *LA HIRE Ac. Mémoires* X. Tomo, 1728. & paſſim alii.

A. DUFAY, quem eodem loco citavimus, labores ſeorſim, Erfurti 1748. 8. recuſi ſunt.

His ad magnetiſmum ſpectantibus ſcriptoribus addimus: *JOHN MITCHELL of artificial magnets*, Londin. 1750. 8. Satis ſingulare artificium deſcribit, quo trabeculis chalybis vis magnetica communicatur.

OLAI CELSII experimenta paſſim *in Actis Stokholmienſibus*.

E. M. SWEDENBURGIUS in *principiis rerum naturalium*, &c.

Ad Aeris hiſtoriam.

BLASII PASCAL Traité de l'équilibre des liqueurs & de la peſanteur de la maſſe de l'Air. Pariſiis 1663. 12. Poſthumum Opus viri pietate & ingenii perſpicacitate perinde inſignis. In parte poſteriori Opuſculi aeris inprimis pondus & in eo diverſitatem conſiderat, quæ pendet a varia columna aeris atmoſphærici. Hinc argentum vivum in Barometro ad pedem montis altius adſcendere, ſubſidere in alto primus adfinis ſui *F. PERERII* experimento, an. 1648. facto, docuit.

EDM. MARIOTTE de la nature de l'Air. Pariſiis 1679. 12.

ROB. BOYLE quatuor integris Libris ſupra citatis.

WOLFERD SENGUERD inquiſitiones experimentales, quibus aeris natura explicatur. Leidæ 1699. 4. Præter generales aeris proprietates inprimis ejus in reſpiratione efficacias deſcribit, & per experimenta varia declarat. Pluſcula in ejus *connubium rationis & experientiæ* recepta ſunt.

CHR. WOLF. Aerometria. 1709. 12. qua Barometrica ad gravitatem & elaterem aeris pertinentia experimenta continentur.

R. COTES in Lectionibus Phyſicis & Pneumaticis ſupra citatis. Harum enim pars altera naturam & proprietatem aeris continet, preſſionem, denſitatem, elaterem, gravitatem, antliæ phænomena, aerem artificialem.

CAR. TAGLINI de aëre ejuſque natura & effectu, Lib. II. Florent. 1736. 4. Hiſtoricam & phyſicam aeris deſcriptionem dedit, ex optimis ſcriptoribus ſelectam, & varias quæſtiones uberius excuſſit, ut eam de aëre fixo corporum *HALESII*, quem ægre admittit, de aëris gravitate cum monacho Aurelianenſi, &c. Meteorologicas tabulas adjecit. De ſono fuſe egit, non alienus ab hypotheſibus.

Ad aëris hiſtoriam pertinent etiam libri de antlia pneumatica, ut diſſertatio *HENR. von SANDEN*, Regiomont. 1704. 4. *MUSSCHENBROEKII* libellus cum *eſſays de phyſique* excuſus, *BOYLEI*, *GERIKII*.

HERM. BOERHAAVE in *Chemia* Tomo priori aeris elementum verum a vaporibus purum pondere deſtitui docuit. Et elaterem certe aeris a pondere omnino diverſiſſimum eſſe, atque alteri forte materiæ ineſſe, confirmavit facillima reſpiratio in ſummis Alpibus, ſi comparaveris cum phænomenis aeris rarefacti. Nam in aere vulgari, cujus tertia pars per antliam ablata eſt, animalia fere vitam agunt, in aere vero Alpino, cui perinde una tertia pars ponderis decedit, & homo & animalia feliciter vivunt, ablatum pondus ergo reparat major elater: neque pulmo dilatari poſſet, quantum ſatis eſt, niſi elater ponderis jacturam repararet. Ergo pondus in vaporibus & aqua, elater in aere ipſo reſidere videtur. Hæc addo quia a *NOLETO PRÆCEPTOR* refutatur. Quo vero modo is clarus vir aerem depuraverit a vaporibus, id quidem ignoro.

De Aere in liquoribus latente *Acad. des Sciences* 1731. & pluribus aliis locis.

Sed inprimis *STEPHANI HALESII* duo Opera huc pertinent, *Vegetable ſtatiks* & *hæmaſtatiks* quæ alibi laudabuntur. Aerem nempe inhærentem duriſſimis corporibus, coegit ſecedere & ad

Hæc quatuor debent fieri, ſi quis in hiſce legendis Auctoribus proficere velit, & ita quon-

ad pondus ejus quantitatem revocavit, atque adeo præter omnem exſpectationem demonſtravit; aerem in numero Elementorum eſſe, quibus omnia corpora conſiſtentia aut pene omnia conſtant.

BOYLEUS præter Opera jam citata in *Phil. Tranſact.* n. 120. De debilitato elatere aeris, de ejus pondere vero & mutationibus in corpore humano natis. n. 91. De fermentatione in vacuo & qualitatibus aeris non prævifis. n. 122. Vide etiam de aeris compreſſione ſub aqua. n. 73. 75. 108. *DIONYSII PAPINI* de aere in vacuum irruente n. 184.

DANIEL BERNOULLIUS de aeris *Elaſticitate* egregia habet in *Hydrodynamica*, & de diverſo calore aeris *HAWKSBEE Phil. Tranſ.* n. 315. & aliqua in Actis Pariſinis *REAUMURIUS*.

De aeris effectibus in corpus humanum *JOH. ARBUTHNOT Eſſay concerning the effects of air on human body*. Lond. 1733. 8. Multum uſus eſt *HIPPOCRATE*, *BOERHAAVIO*, *P. ALPINO*, Gallice Pariſiis prodiit an. 1742.

De ſpatio ab aere vacuo ejuſque phænomenis *OTTONIS de GERIKE Experimenta nova Magdeburgica de vacuo ſpatio*, quæ Amſtelod. 1672. in folio prodierunt. Tertius Liber huc pertinet, quo deſcribit rationem, qua vacuum ſpatium poſt multa fruſtranea experimenta produxit, excogitata antlia, quæ etiam nunc varie mutata, ſolet pneumatica dici. Hinc miram preſſionem aeris in vacuum, pondus, vim cohæſionis hemiſphæriorum evacuatorum, compreſſilitatem, dilatabilitatem aeris, menſuram vacui per ſubſidens Barometri argentum vivum, mortes animalium in vacuo & alia detexit. Electrica etiam experimenta ope ſphæræ ſulfureæ primus inſtituit, quæ rotata levia corpora & attrahebat & repellebat. l. c. p. 147. Sed in falſam hypotheſin delapſus ſpe inveniendi veri excidit.

* *Nouvelles expériences ſur le Vuide*. Paris 1675. 12.

Huc etiam referri oportet *DIONYSII PAPINI nevv Digeſtor*. Lond. 1681. 4. qui Pariſiis an. 1682. 12. cum titulo *Nouvelle maniére d' amollir les Os.* an. 1721. in 12. prodiit, tum auctior parte ſecunda Amſtelodami 1688. & ejuſdem *Augmenta circa antliam pneumaticam*, ſive *continuation of the Digeſtor*. Lond. 1687. 4. quæ ſub nomine *continuation du nouveau Digeſteur* Pariſiis ſunt impreſſa. Ibi enim multa experimenta in vacuo facta habentur, & vapores in eo ſpatio videntur adſcendere. Ejuſd. in *Phil. Tranſ.* n. 121.

Huc *GIACOMO BRACCHI Penſieri Medico-fiſici*. Venet. 1686. 4. * Quibus continentur experimenta in ſpatio vacuo facta in Academia.

J. MOSCA dell' aria e de' mali dall' aria dipendenti, Neapoli 1746. 8.*

STEPHEN HALES de ventilatore ſuo in *Ph. Tr.* n. 462. & in proprio libello.

S. SUTTON pro mutando aere *Phil. Tr.* n. 462. & in *hiſtorical account of a method for extracting the foul air out of ſhips*, London 1749. 8. Ignis ope, qui adtrahit aerem frigidiorem & depurat, aerem corruptum de ſentina emendare ſuſcipit. Adde *WATSON philoſ. tranſact.* n. 463.

Barometrica.

EDWALD SAUL Hiſtorical and Philoſophical account of the Weather-Glaſſ. Lond. 1748. 8.

LUD. CHRIST. GERSTEN tentamina Syſtematis novi ad mutationes Barometri. Francof. 1737. 8.

D. de *MAIRAN* Diſſert. de eadem re in Actis Burdigalenſibus, ubi mutationes omnes Barometri deducit a Ventis.

GUNTER CHRISTOPH SCHELHAMMER Epiſtola de motu mercurii in tubo Toricelliano; Kilon 1699. 8. Pro *LEIBNITII* explicatione, & contra eum *B. RAMAZZINI Ephemerides barometricæ cum nova epiſtola*, Patav. 1710. 12.

LAUR. GOBART tractatus philoſophicus de barometro, Amſtelod. 1702. 8. *

J. SMITH a compleet diſcourſe of the nature and menagins of the baroſcope or quikſilver vveatherglaſſ, Londin 1688. 8. *. *STAHL* in *opuſculo medphyſ.* de cauſis deſcenſus Mercurii. De eodem theoria *WOODWARDI* in *poſthumis*.

J. J. SCHEUCHZER nova ex ſummis Alpibus, nempe barometricæ obſervationes factæ in Monte Gotthard. Tigur. 1731. fol.

CL. HANOV in propria ſcheda & in Soc. Gedan. Actis de vi venti menſuranda egit, & in *Memoir. de l' Académie des Sciences* vir Gen. *PAJOT D' ONZEN-BRAY*.

De

quondam feci, cùm eos legerem, calamo nempe præſente armatus conquirebam in

De Ventis.

EDM. HALLEY Phil. Tranſ. n. 183.

Huc etiam pro Medico refertur *S. MAR. LANCISII de nativis & adventitiis aeris Romani proprietatibus.* Rom. 1711. 4. egregius labor.

F. BACO loc. cit. & *DALEMBERTI* ſcriptum ab Academia Pruſſica coronatum.

JACOBI SHORT chronological hiſtory of the air, vveather, ſeaſons, meteors more particularly for the ſpace of 250 years, London 1749. 2. vol. Ad pathologiam magis ſpectat, & hiſtorias inprimis eminentium intemperie ſua epidemiarum tradit, tum terræ motuum, annorum valde pluviorum, valde ſiccorum, &c.

J. BOHN de aëris in ſublunaria influxu, Lipſ. 1685, 4.

De Frigore.

Ad Frigoris vim præter *BOYLEI* citatos Libellos, *DAN. BARTOLI del Ghiaccio e della congelatione.* Rom. 1681. 4.

DAN. BARTOLI citati libelli editionem Romanam non vidi, ſed poſſideo Bononienſem; quæ annum habet 1683. 4.

D. DE MAIRAN de la Glace prodiit etiam 1749. 12, multum acutus, elegantiſſimus omnino, & lectu digniſſimus.

Is. CONRADI de Frigoris natura & effectibus. Olivæ 1687. ut videtur. Frigore corrupta membra jubet nive operiri. *Journ. des Savans.*

Anmerkingar öfvver motala ſtröm ſtadnande. Stokbolm 1708. 8. Auctor *BLOCKIUS* peculiarem effectum Frigoris demonſtrat, quo aqua tota in foliatam glaciem vertitur, ut inferius alveus fluvii ſiccetur. Ea occaſione de Frigoris natura multis agit, & etiam exhalationibus tribuit acidis volatilibus.

MICH. CHRISTOPH. HANOU. Erlaüterte merkvvürdigkeiten der natur. Ex magna parte verſantur in phænomenis Frigoris. Prodierunt Gedani 1737. 4.

D. DE MAIRAN de la Glace. Pariſiis 1735. 8.

Huc etiam *MIDDLETON* experimenta in *Phil. Tranſ.* 465. quæ in imo ſinu Hudſoni fecit, & *DERHAM* n. 324. & *DES MASTERS* n. 246.

De aceto per Frigus concentrato. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1719. *GEORG. ALB. HAMBERGER de Frigore.* Jenæ 1702. 4.

De caverna per totam æſtatem glacie plena. *Journ. des Savans* 1686. n. 19.

Ad Meteora & Aeris atque Siderum in Corpus humanum influxum, & Tempeſtates.

RICHARD MEAD de imperio Solis & Lunæ nuperrime an. 1746. 8. auctius prodiit. Solis & Lunæ in aerem imperium defendit, analogum illi quod in aquas marinas exercent, fluxumque hinc & refluxum in aere ſtatuit, & ponderis imminutionem in noviluniis & pleniluniis, unde porro facile ſequuntur in corpus humanum effectus varii, & periodicæ turgeſcentiæ humorum quoties aeris pondus diminutum eſt. Inde paroxyſmi ad novilunia epilepſiæ, menſium, &c.

JOH. POINTER rational account of Weather. Oxford 1723. 8. Lond. 1738. 8. Nimis Virgilianas præſagitiones tempeſtatum ex brutorum animalium actionibus & ſignis naturalibus conquærit.

GEORGII-ERN. STAHL Einleitung zur Witterungs deutung. Halæ 1716. 8. *WILHELMI COX* viginti prius annis editam ſeriem obſervationum per triginta annos factarum recudi curavit, qua omnino planetarum influxus in temperiem atmoſpheræ adſeritur, ut tamen Saturno, Jovi, & Veneri plus tribuatur. Deinde adjunxit *MATTHEI SLUTERI* Senatoris Hamburgenſis verſionem Coxianam, quam metereologicis tabulis unius anni & variis obſervationibus confirmare ſtuduerat. Præfixit aliquas ſuas obſervationes, & prædictiones tempeſtatum teſtatur ſibi feliciter ceſſiſſe, brevis tamen ipſe & ultra præfationem vix progreſſus.

DAVIDIS GRIBNERI Diarium Metereologicum Wratislavienſe. Breslau 1703. 4. Habet Metereologicas hiſtorias adjectis morborum recenſionibus.

Huc etiam obſervationes Metereologicæ accuratiſſimæ *MUSSCHENBROEKII Phil. Tranſ.* n. 381. 385. 425. 426. & in *Comment. Gall. Academiæ Pariſinæ.* 1734. 1735. 1736. *DERHAM* in *Phil. Tranſ.*

Tranſ. n. 321. 341. 423. 429. *POLLENI Phil. Tranſ.* n. 448. *REAUMUR* in *Comment. Acad. R.* multis annis. *LYNN* Meteorologia. *Phil. Tranſ.* n. 460. *SCHEUCHZER Phil. Tranſ.* n. 344. *HALLEY* n. 447. *REVILLAS* n. 486. *KANOLD* & *BUCHNER* in omnibus Diariis.

Ad Meteorologica pertinent etiam obſervationes *HOFMANNI* in opuſculis *HUXHAMI* in proprio libro, & *P. VALCARENGHI*: tum *G. W. KRAFT obſervationes meteorologicæ Tubingenſes*, Tub. 1747. 4. *EJ. de vaporum & halituum elevatione* diſp. ibid. 1745. *WALLERII meteorologia generalis*, Upſal. 1736. 4. *

J. TH. DESAGULIERS tractatus qui ad *pluvias & vapores* pertinet, in *Phil. Tranſ.* & in *Courſe of experim. philoſ.*

Huc porro *ER. BARTHOLINI de figuris nivis*, Hafn. 1661. 8.

JOH. SCHEUCHZER de meteoris aqueis, Tigur. 1736. 4.

J. NARDI de rore Floren. 1642. 4. theoreticum & philoſophicum opus.

J. GESNER de exhalationum natura, Baſil. 1729. 4.

CHR. GOTTLIEB KRAZENSTEIN vom auffteigen der dünſte, Hall. 1744. 8. quo ſcripto præmium meruit Burdigalæ.

LODOVICO BARBIERI ſaggio intorno a i vapori e alle meteore, Venet. 1748. 12. Solis adtractioni adſcenſum vaporum adſcribit.

Ad Pluvias & Vapores.

J. TH. DESAGULIERS Phil. Tranſ. n. 407. *HALLEY* n. 212. quorum æſtimationem iniit. n. 189. 198.

CHRISTIAN. LUDOV. GERSTEN Tentamina & Diſſ. Roris decidui errorem excutiens. Francof. 1733. 8. cum priori Opuſculo de Barometro edita.

D. DU FAY. Mém. de l' Acad. 1736. & *MUSSCHENBROEKIANA* in *Eſſai de Phyſique*. Ad nivem *JO. ENGELMAN van den regt gebruyk der Naturbeſchouvving*. Harlemi 1747. 8.

Ad Vapores noxios Fodinarum.

Phil. Tranſ. n. 119. 399. 411. 429. 442 445. 450. 452. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1701. 1710. 1711. & juſto atque curioſo Libello *LIONARDI* del *CAPOA*, cui titulus eſt *Lezioni intorno alle mofete*. Neapoli 1683. 4. ubi agit de agri Neapolitani Vaporibus flammam & Animalia extinguentibus.

Cæterum citati libri L. del *CAPOA* editio recuſa exſtat Neapoli 1714. 8. In eo libro antra Charonea Italiæ deſcribit, & fontes varios, in quibus venenatus vapor habitat. Cauſam noxiæ potentiæ ponit in ſulfure & exhalatione ſurgente de metallo aut vitriolo, quod ſales corroſivi acetoſi ſolvant. Similes enim vapores produxit marcaſita a ſpiritu nitri ſoluta.

LE MONNIER de la Pouſſe in *CASSINI Méridienne demontrée*.

J. GOTTLOB LEHMAN in nova editione *ZACHARIÆ THEOBALDI vom ſchvvaden oder giftigen vvettern in bergvverken*, Lipſ. 1750. 4. De vaporibus venenatis inprimis ſtannariarum fodinarum agit, ab arſenico ſoluto adſcendentibus.

Ad Fulmen.

SCIPIONIS MAFFEI Epiſtola qua nova theoria Fulminis aſcendentis continetur. *Biblioth. Ital.* T. IV. & nuper integro Libro Veronæ 1747. edito, tum *GEORG. FRID. RICHTER* in Libro *de Natalibus Fulminis*. Lipſ. 1725. 8. quo novam ſententiam defendit. Sed unde fulmina quæ in mare cadunt? fulmina Alpium adeo rupeſtrium, frigidarum?

Ad Aquam tanquam Elementum.

BOERHAAVIUS in Chemicis ſimplicitatem ejus, immutabilitatem, ſubtilitatem & meabilitatem qua aerem ſuperat, contra & vulgi & Phyſicorum illuſtrium placita demonſtravit. Addi poteſt *Notomia delle aque* incerti Auctoris edita a *DIONISIO SANCASSINI MAGATI*, quæ Patavii 1715. 8. prodiit. Paradoxa ibi de ſalibus, ſpiritibus, oleo, terra foliata, quæ in aqua chemicis experimentis detecta ſunt, neque ad aquæ elementum purum, ſed ad admiſta etiam in puriori aqua, foſſilia animalia & vegetabilia pertinere videntur.

BOYLE de aquarum examine, *Phil. Tranſ.* n. 195. *HAWSKBEE* de pondere, denſitate & congelatione aquæ, *Phil. Tranſ.* n. 319. 320. Huc etiam *LE MONNIER* de diverſa fluiditate liquidorum. *Acad. des Sciences*. 1741.

Ad aquæ hiſtoriam adde: *Notomia delle acque* a *MAGATI* edita eſt *VERATTI* Medici Ravennatis opus (*GIORN.* de *LETTER.* Tom. 27. pag. 461.)

Aquarum Romanarum analyſes chemicas dedit *LANCISI de aëris Romani qualitatibus*.

Huc

Huc porro ſpectant: *J. ALB. FABRICII vvaſſer theologie, théologie de l'eau*, Hag. 1741. 8.

NICOLAI WALLERII hydrologia eller vvatturikes indelt oth beskrifvvit, Stolkholm 1748. 8. & Germanice, Berolini 1750. 8. Methodico libello primum aquam elementarem, tum aëream, terreſtrem, fluvialem; denique aquas minerales varii generis, etiam ammoniacales, tum ſuccos artificiales, & liquida corporum animalium breviter tradit: Adjicit modum, quo aquis admiſta aliena elementa ſeparantur, aut exhalando æſtimantur.

PAMPHILI HERILACII Reatini *Aquarum natura & facultates in V. libros digeſt.* Col. 1591. 8. De variis aquæ generibus agit, neque credit utile eſſe de ſcaturigine bibere. Experimentum pro analyſi aquæ proponit per exhalationem, & per fæcum deſtillationem. Nitrum a crepitatione ab inflammabilitate argui credit, neque deeſſe in aquis aureas, plumbeas aliaſve metallicas moleculas.

HENR. KUHN vom urſprung der quellen, Berolini 1746. 8. a mari fontes derivat theoreticus, ut per ſubterraneos canales in montium apices aqua urgeatur.

Contra *NIC. GHEZZI*, quem eo loco citavimus, *HIERONYMUS LAGOMARSINI*, & ejus commentator *J. P. BERGANTINI* dixit cum nova ed. *EULALII SAVASTANI*, Venet. 1749. 8.

De Fontium dulcium Origine.

Suffecerit ſupra citatus Liber *VALISNERII*, cum quo eriſtica aliqua Scripta conjunxit *DANIELI* in *Raccolta* quæ Venetiis 1728. 4. prodiit. Falſam enim hypotheſin *ROBERTUS PLOTIUS de Orig. Font.* Oxon. 1685. 4. & *CLAUDIUS PERALTUS* defenderunt, & alius nuperrimus Auctor *NICOLAUS GHEZZI dell' origine delle Fontane*, Venetiis 1741. 12. In Alpibus ubi pleraque flumina Europæ ſcaturiunt, & immenſa vis eſt rivulorum, vidi toties & videre facillimum eſt, omnium fontium & fluminum ortum unice a pluviis ſolutaque nive eſſe. Non alia Rheni origo nec Rhodani, neque Arolæ, quos glaciales rupes tabeſcendo generant. Lacus autem in ſummis Alpibus vel Fontes, fruſtra quæras: illos ubique circumſtantium Scopulorum nives, hos confluens madidæ & aqua ebriæ telluris ſudor producit.

Huc etiam facit *RAMAZZINI De Fontium Mutinenſium admiranda ſcaturigine*. Mutinæ 1691. 4. cujus obſervationes a *ROBERTO SINCLAIR* Lond. 1697. 8. auctius editæ ſunt.

Ad Maris hiſtoriam.

LOUIS FERDINAND, Comte de *MARSIGLI*, *Hiſtoire Phyſique de la Mer*, quæ procurante *BOERHAAVIO* Amſtelodami 1725. fol. prodiit, poſtquam dudum ejus idea ſive *breve riſtretto intorno alla Iſtoria del Mare* prodierat *Giorn. de Letterat.* T. VIII. p. 1. *ſeq.* Tres priores partes huc pertinent. In prima alveum maris deſcribit qualem propriis in ora Provinciæ Gallicæ captis experimentis invenerat. Strata vero hujus alvei eadem eſſe quæ terræ, ſummamque inter terram, monteſque & maris alveum analogiam invenit. In altero ſapor ſalſus & pondus aquæ marinæ, quæ utraque in fundo maris majora ſunt quam in ſuperficie, ſaliſque & bituminis quantitatem in aqua marina imitando definit. Multa ad ſalis marini naturam habet. Tertio de motu aquarum agitur, & torrentibus marinis. Gallice ex Italico vertit *JO. CLERICUS*.

Fluxum & refluxum explicavit *NEWTONUS* in *Principiis* ſuis. Experimenta quibus æſtimatur maxima exhalatio marium habet *HALLEY Phil. Tranſ.* n. 189. 192.

URBANI HIÆRNE Förſta flok om Watn, & ſequentes. Sunt experimentorum de aqua collectiones quæ exſtant in ejus *korta Anledningen til atkilliga malm och Bergarters*. Stockholm 1702. 4.

E M. SWEDENBORG om vvatrens högd och forra vverldes ſtarka Ebb och Flod. Upſal. 1719. 8. Ex fabrica montium demonſtrat Sueciam inſulam fuiſſe, & lacus modernos marium ſinus, ſenſimque recedere Mare, littuſque nudare.

L. FERDINANDI Comitis de *MARSIGLI breve riſtretto intorno all' iſtoria del mare* prodiit Venez. 1711. fol.

JANI PLANCI Ariminenſis liber *de conchis minus notis*, &c. *VITALIANO DONATI ſaggio della ſtoria del mare Adriatico* huc pertinet, egregius liber excuſus Venetiis 1750. 4. grand.

J. SIGISMUND POPOWITSCH unter ſuchungen vom meere, Nürnberg 1750. 4. Ad mare pertinet deſcriptio Scyllæ & Charybdis: diſquiſitio quare ab Oceano in mediterraneum mare aquæ influant, cum tamen naturaliter ejus aquæ in mare Atlanticum ſe effundant: tum alia de utilitate montium, origine fontium ex vaporibus ibi collectis, &c.

Ad Fontes Medicatos.

In genere docimaſiam eorum inprimis tradiderunt Academici Galli, deinde *FRIDERICUS HOFMANNUS*. Eo etiam pertinet *FR. SLARE*, qui ex primis alcalinam naturam acidularum agnovit, *Phil. Tranſ.* n. 337. & *URBANUS HIÆRNE*, qui gas acidum in ſuo *lilla vvatter profvvare* & in plerisque ſalem alcalinum fixum, cum ſpiritu ſulphureo acido & ochra martiali invenit, *manuduct.* p. 3. 10. Nam veteres ad hanc hiſtoriam parum boni attulerunt, & imperiti chemiæ.

ANDREÆ ergo *BACCII de thermis, lacubus, fluminibus, balneis totius orbis*, compilationem, ad aliquam tamen cognitionem aquarum mineralium inprimis Italiæ haud inutilem refero, Venetiis 1571. fol. & auctius 1711. Patavii recuſam, cui acceſſerunt, præter cenſuras ad thermas & aquas medicatas ex *ACTIS LIPSIENSIBUS* deſumtas, & monumentis Pariſinis, etiam extracta variorum Opuſculorum de thermis Italicis, & Valiſnerianis itineribus. Erat autem *BACCIUS* infelix Medicus, vel *JANO NICIO ERYTHRÆO* teſte. *GABRIELIS FALLOPII de medicatis aquis & foſſilibus*. Venet. 1564. 4. editum Librum, collectionem *de Balneis* apud Juntas an. 1553. editam; *JOHANNIS BAUHINI de fonte Bollenſi* tractatum, cæterum pereruditum, Montiſpel. 1598. 4. & alios omitto.

URB. HIAERNE manuductio ad fontes medicatos aquaſque minerales ſolerter inveſtigandas, rite probandas & exacte applicandas adhibendaſque prodiit Stockholm. 1707. 12.

HENRY de ROCHAZ traité des Eaux minérales, Paris 1648. 8. Non ſerio, ſed ad vendendas ſuas aquas minerales arte factas ſcriptum eſſe credo. Enormi labore ait ſe per terræ viſcera ſecutum venas acidularum, & thermarum, donec ad ſalem hermeticum, ſulfurque perveniret, unde vires aquarum derivarentur. Vitriolum omne cupro tribuit, & cupro pariter aquas vitriolicas adſcribit. Aluminoſas etiam & arſenicales aquas ſtatuit.

Huc etiam *NICOL. WALLERII tentamina phyſico-chymica circa aquas minerales*, Leid. 1699. 8.

In *J. G. WALLERII hydrologia* varia huc pertinent, de acido univerſali aquarum, de alcali volatili, ſale ammoniacali &c., modo explorandi aquarum contenta per reagentia, exhalationem, deſtillationem, &c.

AND. BACCII liber *de thermis*, &c. prodiit etiam Rom. 1622. fol. Cæterum hic auctor analyſes aquarum dat, ad feculi ſui ſaporem, ut etiam alumen, nitrum, æs, plumbum in aquis repererit. Duccias etiam deſcribit.

FRIDER. HOFMANNI plurima etiam in mineralium aquarum cognitionem merita ſunt, qui acido carere, ſed alcaleſcente fere ſemper ſale plenas eſſe oſtendit, modos inquirendi auxit, lacte admiſto adhibere docuit. Huc ergo faciunt: *EJUS methodus examinandi aquas ſalubres* recuſa, Leid. 1708. 8. Alia *de acidularum & thermarum ratione temperamenti & virium convenientia*, Hall. 1712. 4. Tum *obſervationes & cautelæ circa acidularum & thermarum uſum & abuſum*, *de connubio aquarum mineralium cum lacte longe ſaluberrimo*, ibid. 1726. 4. & in *opuſculis*, Ulm. 1726. 8. & alias: *EJ. de imitandis fontibus medicatis* in iiſdem *opuſculis*. *EJ.* diſſertationes aliæ in *opuſculis medicis* ad minerales aquas pertinentibus conjunctæ. Anglice verſæ prodierunt ſub titulo *nevv experiments and obſervations upon mineral vvaters by F. HOFMANN extracted and illuſtrated by. P. SHAW*, Lond. 1731. 8. & auctius 1743. 8. Adjecit *IDEM* tranſlator methodum examinandi aquas ſalubres.

J. G. STEIGERTHAL de aquarum mineralium praſtantia, Helmſt. 1703.

J. VICT. JAEGERSCHMID mineraliſche vvaſſernymphe ſeu beſchreibung vom mineranſchen halt Kraft und tugend der ſauerbrunnen, Augſpurg 1712. 8. *

J. F. CARIHEUSER in *ſpecimine amœnitatum naturæ & artis* agit de *aquis mineralibus*.

GUSTAV. HARMENS de elementis aquarum mineralium; Lond. Scanorum 1734. 4.

GOTTWALD SCHUSTER hydrologia mineralis medica, ſeu *abhandlung von mineraliſchen vvaſſern und vornemſten ſauerbrunen*, Chemniz. 1746. 8.

DIEDERICK WESSELLINDEN gründliche anmerkungen über SCHUTTENS nachricht vom urſprung der mineraliſchen vvaſſer, Amſterdam 1746. Acriter ſatis refutat alcali aquarum acidularum, & pro vitriolico acido earum ſale pugnat, qui in ferratis aquis metallum diſſolverit. *EJ. treatiſe on the origine, nature, and virtues of chalybeat vaters and natural holbaths*, Londin. 1749. 8.

Ad

Ad Fontes Medicatos Germaniæ.

Eo pertinet ejuſdem *FRIDERICI HOFMANNI* Opuſcula *Medico-phyſica*, Ulm. 1726. 8. ſecundum inprimis volumen, ubi decem Diſſertationes collectæ habentur. Sal alcali in fontibus medicatis eſſe, non acidum, primus docuit, vimque fontium ſalutarium magna ex parte in ſale neutro poni. Præter generalia Carolinas, Sedlicenſes, quarum ſalem loco ſalis Epshamenſis in uſum medicum introduxit, Lauch-ſtadienſes deſcribit ſeorſim, reliquos Germaniæ fontes collectim & breviter. Paulo numeroſiores ſunt Diſſertationes in editione Genevenſi *Operum omnium*. Ita vocant Opera *HOFMANNI*, nempe Latine edita, excluſis Academicis Diſſertationibus.

J. GOTTLIEB SCHUSTER von Kalten mineral-vvaſſern. Chemnis. 1746. 8. Undecim præcipuos Germaniæ fontes medicos deſcripſit. Idem de thermis Wolkenſteinenſibus, aliiſque peculiares Libellos edidit.

JOH. GODOFREDI BERGERI Bericht vom Carlsbade. Dresdæ 1709. 8. & Latine eodem anno 4. Vir elegantiſſime doctus calorem & efficaciam thermarum omnium deducit ex pyrite, qui ſponte calorem conceperit, ferro adeo & ſulphureo principio miſtis. Acidulas a ſolo vitriolo derivat.

J. C. STRAUSS de thermis Carolinis. Lipſ. 1695. 8. Sunt præcepta practica abſque analyſi.

D. PLUMPTREE de iiſdem Diſſertatio, Halæ habita.

JOH. PHIL. SEIP, neue beſchreibung der Pyrmontiſchen ſtahl-brunnen, Hanov. 1719. 8. auctius vero 1740. Elegantiſſimo Libro inprimis ſulphureum acidum, volatilem ſpiritum, a quo acidularum vires fere unice pendent, cum *W. CHROUETTO* adſeruit. Auctor excerptum hujus Operis, in titulo *a full account of the mineral vvaters of Pyrmont and Spa* edidit *TURNERIUS*, London. 1734. 8.

De iiſdem egit *F. SLARE*, *Phil. Tranſ.* n. 351. & Germanice, *natur des Pyrmontervvaſſers*, 1718. 8.

J. GEORGII GMELINI pleniſſima experimentorum Diſſertatio *de acidulis Deinacenſibus*. Tubingæ 1727. propoſita.

J. A. GESNERI Archiatri Wurtemberg. *deſcriptiones fontis Wildbad*. Stutgard 1745. 8. *Hirſchbad* 1746. 8. *Zayſenhauſer-bad*. ib.

RUDIG FRIDERICI OVELGUN entvvurf der Wildungiſchen mineral vvaſſer, *Mengerichſauſen* 1745. 8.

JOH. DAN. GOHL vom Freyenvvalder Geſund brunnen. Berolini 1716. 8.

SAM. SCHAARSCHMID de fonte medicato Fregenvvaldenſi. Hall. 1729. 4.

PETRI WOLFART vom Brabacher ſauer-brunnen. Herborn. 1721. 8.

THEOD. PHIL. SCHACHT acidularum Brabacenſium ſalubritas. Herborn. 1720. 8.

JO. CAR. SOPES examen aquarum mineralium Furſtenauenſium & Vechteldenſium. Helmſt. 1724. 4.

JOH. CAR. WAGNER beſchreibung der brunnen in Hofgeiſmar. Caſſel 1725. 1732. 8.

C. M. ADOLPHI de fonte Kukuſienſi Diſſert. *JOH. FR. HENKELII* (viri Chemiæ metallicæ peritiſſimi) *Betheſda portuoſa qua fons Lauchſtardienſis & Freyburgenſis deſcribitur*. Lipſiæ 17.26. 8.

De Spadanis *CHARLES PERRY enquiry into the nature of Spavv vvaters*. Lond. 1734. Sunt analyſes quatuor fontium, tum thermarum urbis Huy.

FRANCISCUS BLONDEL in *enarratione Thermopotationis Aquisgranenſis*. Maſtricht 1661. 12. *repetitione medica de Thermalibus aquis Aquisgranenſibus*, Aquiſgr. 1682. 4. & *Thermarum Aquiſgranenſium deſcriptione*, Maſtricht 1685. 12.

FRANCISCUS BLONDEL in *Thermarum Aquiſgranenſium elucidatione*. Aquiſgrani 1688. 4. & theoriam, & fuſam hiſtoriam fontium, & modos utendi, uberius perſequitur.

NIC. CAR. WALLERII Tentamina Phyſico-Medica cum aquis Aquiſgranenſibus, adjecto *ROB. BOILEI ſpecimine aquarum mineralium*. Habet analyſin, ſulfureos ſpiritus, ſalemque lixivum cum marino.

HENR. DE HEERS Spadacrena, cum notis WARNERI CHROUET, a la Haye 1739. 12. huc pertinet. Antiqua editio dictionis ſe potius elegantia & adjectis rarioribus obſervationibus commendaverat. *CHROUETTUS* errores chemicos correxit, acidum, ſpiritum volatilem & alcalinam terram, & ferrum in aquis Spadanis contentum per experimenta adſeruit; ſed & ipſe *W. CHROUET* proprio Libro, *la connoiſſance des Eaux minerales d' Aix la Chapelle & de Spa*, Leidæ 1714. in 4. edito & 1729. 4. ſingulares omnino & proprias obſervationes propoſuit, quas *TURNERUS* Libro ſuperius excitato inſeruit. Innumeros alios recenſere ſuperſedeo.

Ad fontes medicatos Germaniæ adde: *F. HOFMANN de præcipuis medicatis Germaniæ fontibus*, Hall. 1724. 4.

POLYCARP GOTTL. SCHACHER de thermarum Carolinarum uſu in arthritide, Lipſ. 1709. 4. *in renum & veſica calculo* 1711. 4. *in præcipuis ventriculi & inteſtinorum morbis* 1716. 4.

G. CASP. IHL. (vel *J. JAC. BAYER*) *de thermarum in Bohemia Carolinarum prærogativis*, Altdorf. 1719. 4.

J. CHRIST. ADOLPHI de fonte molari ad Carolinas thermas, Lipſ. & Uratis l. 1733. 8. cum aliis thermarum hiſtoriis, tum in collectione *diſputationum an.* 1747. *recuſarum*. Præfert eum fontem vulgari.

IN GEYERI müſſigen reiſeſtunden exſtat etiam diſſertatio *de thermis Carolinis*, quibus parum favet, calculi generationem tribuit, negat a pyrite calorem eſſe.

JACOBI SMITH ſchediaſma de ſale medicinali thermarum Carolinarum rite depurato & cryſtallizato, Prag. 1738. 4. Laudat *CL. SPRINGSFELD*.

IN GOTTW. SCHUSTERI hydrologia minerali agitur etiam *de uſu thermarum Carolinarum*, Chemnitz 1746. 8.

F. HOFMANNI diſſertatio *de ſale medicinali Carolinarum*, Hall. 1734. 4. 1736. 4. & Germanice 1734. 4. ibid.

GOTTLOB CARL SPRINGSFELD abhandlung vom Carlsbade, Lipſ. 1749. 8. Detexit circa eas thermas cryptas charonias, ſalem naturalem Glauberianum thermarum. Carolinarum calorem & contenta definivit, vitriolum aut ferrum negavit continere, terram vero alcaleſcentem cretaceam tribuit, miſtam ſelenite, tum ſal medium amarum, ſal alcalinum. Idem molaris fontis analyſin dedit, fontemque novum invenit, paulo frigidiorem, minus terreum, & vicinas acidulas deſcripſit, cum morborum hiſtoriis.

Töplicenſes thermas etiam multi deſcripſerunt.

POL. GOTTL. SCHACHER experimenta cum aquis Töplicenſibus adornata edidit in programmate, Lipſ. 4.

FRANC. REMPFENS beſchreibung der natur und nutzens des Töplizer bades, Berolini 1706. 8. *

J. HENR. de *VIGNET clare beſchreibung von Töplizerbädern*, Prag. 1720. 8. & 12.

CHR. HENR. ERNDTEL problema αὐτοσχέδιον de Töplicenſium thermis earumque origine & viribus, Noriberg. 1723. 4. recuſum in *E. N. C.*

J. WILH. SPARMANN beſchreibung aller in und vor der ſtatt Töpliz befindlichen vvarmenbäder, Dreſd. Lipſ. 1733. 8. *

Ad Egranas Acidulas. *CHRISTIANI LANGII de genuino acidulas Egranas ſalubriter uſurpandi modo* Lipſ. 1651. 4. *

J. CHRISTOPH. ETTNER berchreibung des Egeriſchen ſaverbrunnen oder ſchleder ſaüerlings, Eger 1701. 12. Nurberg. 1701. 12. *

De aliis Acidulis Germaniæ. *MARTINI PANSÆ Badordnung und von den eigenſchaften des Landekiſchen vvarmenbades in der Grafſchaft Glatz*, Lipſ. 1612. fol. 1618. 8. *

CAR. OEHMBS beſchreibung des alten vvarmenbades nahe der ſtatt Landek in der G. Glatz von dem innerlichen halt gebrauch und nutzen deſſelben, Brieg 1705. 8. *

CARL. VALENTIN KIRCHMAYER uralter kukus brunn anjetzo erneuerter Gradlitzer brunnquell, &c. Prag. 1718. 8. *

F. HOFMANN examen chymico-medicum fontis Sedlicenſis in Bohemia, Hall. 1724. 4. *EJ. vom Sedlizervvaſſer* 1725. 4.

J. ADAM GOERITZ nachrichten von den Boehmiſchen bittervvaſſer, deſſen urſprung, gebrauch, purgierender kraft, &c. Dreſd. 1727. 8. Lipſ. 1730. 8. Regenſp. 1738. 8. *

CHRISTOPH. MICH. ADOLPHI de fonte Kukuſſenſi in Bohemia, Lipſ. 1726. 4. cum analyſi, & obſervationes, eas aquas aves necare, & aqua fontana leviores eſſe. Recuſa eſt in tractatu *de fontibus ſoteriis*, Lipſ. 1733. 8. & in *diſputationibus collectis* anno 1747. 4.

GOTTFRID HENRICH BURGHART Medici abhandlung von den vvarmen bädern bey Landek in der G. Glatz, Breslau 1744. 4.

Sileſiæ Aquæ.

CASPAR SCHWENKFELDS Hirſchbergiſchen vvarmen bades beſchreibung, Görliz 1607. 8. Lipſ. 1619. 8. 1708. 8. Thermarum, quas bibunt, & in Duccia adhibent, ad morem ſeculi abſque analyſi deſcriptionem dedit, tum mineralium circa urbem repertorum catalogum.

J. CASP. THYM'S beſchreibung des Schleſiſchen Altvvaſſeriſchen ſauerbrunnens, Schvveidnitz 1698. 8. & 1723. 8. *

CHRIST. MICH. ADOLPHI de thermis Hirſchbergenſibus, Lipſ. 1710. 4. & in iiſdem collectionibus.

MAXIMILIANI PREUSS, GOTTFR. DAV. MAYER'S, GEORG ANTON VOLCKMANN'S und GOTTFR. ERNEST WILHEIM'S beſchreibung der in Fürſt, Oels befindlichen geſund quelle zu Skarſine, Oels 1716. 8. *

FRID. HOFMANNI de fonte medicato Lignienſi, Hall. 1729. 4. *EJUSD. de acidulis Veteraquenſibus in Sileſia vulgo altvvaſſer ſauerbrunnen*, ibid. 1731. 4.

Raht vvie der Charlottenbrunn bey Tannhauſen in Schvveidniziſchen Fürſtenthum zu gebrauchen, Breslau 1743. 4. *

Alii Fontes.

BERNH. ALBINI de fonte ſacro Freyenvvaldenſi, Francof. ad Viadr. 1685. 4.

DAVID THEODOR. LEHMANN'S beſchreibung der Maiſoiſnhen Wieſenbades St. Anneberg 1702. 4. *

J. HENKEL der vvieder lebendig gevvordene Giesbühel in dem neulich erfundenen Friederichs brunnen und dem Johann Georgen bade unvveit Pirnain Meiſſen, Freyburg. Dreſd. cum continuat. 1730. 1731. 1732. Multa bona ab eo auctore ſpero, etſi non legerim.

GOTTWALD SCHUSTER thermologia Wolkeſteinenſis oder abhandlung vom Wolkenſteiner bade, Chemnitz 1747.

GOTTLIEB BUDÆI vom den mineraliſchen brunnen bey Radeberg, Budiſſ. 1722. 8.

ABR. VATER de fonte medicato Wittebergenſi, Witteb. 1748. 4.

J. GOTTL. NEUMANN von dem über Purſchenſtein bey Heidelbach und Einſiedel im Maj neuerfundenen geſundbrunnen, von deſſen natur und eigenſchaft, Freiberg 1732. 8. *

J. CHR. LEHMANN'S bevveiſſ daſſ der bey Reibottsgrün in Voigtlande erſchürfte brunnen einer der geſündeſten ſey vveil er das zarteſte vitriolum martis in ſich hält. Lipſ. 1726. 4.

DAN. MULLER vom Rahtmansdorfiſchen geſundbrunnen bey Starfurt, Lipſ. 1701. 4.

FRID. HOFFMANN de fontibus medicatis Lauchſtadienſibus, Hall. 1723. 4. & in collectionibus jam laudatis, & Germanice 1742. 4. ibid.

J. FRID. HENKEL betheſda portuoſa oder hülfreiches vvaſſer im Lauchſtätter brunnen bey Merſeburg und im Schacken bade bey Freyberg, Freyberg & Liſp. 1726. 8. eximius liber.

HERM. FRID. TEICHMEYER nachricht von dem zu Apolda entſprungenen mineraliſchen vvaſſer, Jen. 1737. 8.

GOTTWALD SCHUSTER experimental unterſuchung der zu Nieder Wiera entſprungenen Geſundheits quellen, Chemnitz 1738. 4.

FRANCISCI PETRI SCRIBÆ beſchreibung des vor einigen jahren entdekten ſanerbrunnens unvveit dem dorfe Godelheim, Hoexter 1749. 8. Bona analyſis. Salis marini partes in acidulis indicat, neque a ſolo pyrite oriri oſtendit. Negat vitriolum poſſe ex acidulis educi. Analyſin dat ſui fontis multo ferro divitis, & ſale marino, & terra alcalica, & volatili ſpiritu ſulfureo, ut hujus tamen minor copia ſit, quam in Pyrmontanis aquis.

LAUR. HEISTER de aquis mineralibus Pyrmontanis, Helmſtad. 1732. 4.

Ad *SEIPIANUM* librum adde: *J. CHR. PH. LUDW. Pirmontiſche Krankengeſchichte und merkvvürdige cur exempel*, Hanover 1737. 8. & in nov. ed. 1750. 8.

FRIDER. GEORG. PHIL SEIP de ſpiritu & ſale aquarum mineralium præſertim Pyrmontanarum, Gotting. 1749. 8. bona diſp. cum analyſi ad paternum morem.

PETRI WOLFART bedenken von dem bey hof Geiſmar liegenden geſund brunnen, Caſſel 1725. 8.

J. GEORG SCHUTTE neue beſchreibung des Schvvalmer geſundbrunuens, Iſerlohn 1733. 8.*

EJ. beſchreibung de neu entdekten Cleviſchen geſundbrunnens, Clev. 1742. 8. & Amſtelod. 1742. 8. Belgice. * *EJ. von Kräftiger vvürkung deſſelben im ſommer* 1742. Cleven 1743. 8. *EJ. der rechte gebrauch deſſelben*, Clev. 1744.* cum hiſtoriis curationum.

J. BLANCKENHORN acidulæ Clivenſes 1741. *detectæ*, Heidelberg. 1742. 4.

J. HARTMAN DEGNER acidulæ Ubbergenſes of kort verhaal van een minerale gezondbronn in de Gr. Ubbergen, Nymegen 1745. 8.

J. B. ab *HELMONT de Spadanis aquis*, Leodii 1624. 8.

J. FRAN. BRESMAL les circulations des eaux ou l'hydrographie des minérales d'Aix & de Spa, Liege 1700. 8. 1717. 8 *& parallèle des eaux minérales du pais de Liege*, Liege 1721. 8.*

HENRY EYRE account of the mineral vvaters of Spa, Lond. 1731. 8.*

GEORGE

GEORGE TURNER brief account of the vvaters of Spa, Leod. 1733. 8. cum deſcriptione aquarum Pyrmontanarum.

CHARLES PERRY enquiry into the nature and principles of Spa vvaters vvith a curſory enquiry into the..hot fountains at Aix la Chapelle, Lond. 1734. 8.*

Amuſemens des eaux de Spa, Amſtelod. 1734. 12. 2. vol. 1740. 2. vol. Auctor eſt *HENRIC.* de la *RIVIERE*, & Liber pro delectatione quidem ſcriptus, minime tamen inutilis eſt.

PHIL. LUD. le *PRESSEUX de aquis Spadanis*, Leid. 1736. 4.

ROB. PUGH (R. P.) *Bathonienſium & Aquiſgranenſium thermarum comparatio*, Lond. 1676. 12. Modum inprimis explicat, quo & in Anglicis & in Aquiſgranenſibus Thermis ægri aquis ſalutaribus utuntur.

J. F. BRESMAL hydroanalyſe des eaux minérales chaudes & fricides de la ville d'Aix la Chapelle, la Haye 1703. 8. Aix 1741. 12.*

W. CHROUET connoiſſance dex eaux minérales d'Aix la Capelle, Leid. 1714. 8. Liege 1729. 8.

Amuſemens des eaux d'Aix la Chapelle, Amſtelod. 1736. 12. 3. vol. Eodem modo & eodem auctore, quo Spadanarum aquarum recenſa deſcriptio.

THOMÆ de *SOINNE de thermis Aquiſgarnenſibus*, Leid. 1738. 4.

GOTTLOB CAROLI SPRINGSFELD iter medicum ad thermas Aquiſgranenſes & fontes Spadanos, Lipſ. 1748. 8. Multa utiliter monet. Aquiſgranenſium thermarum alcali adparere demum poſt decoctionem. Salem inde obtineri & lixivum duplicem, & ſimilem polychreſto. Valere ad expellendum retentum in corpore argentum vivum. In Spadanis nonnullis etiam alcalinam terram invenit, & vitriolum demonſtravit, quod ſolutum in iis aquis vulgare vitriolum pondere augeatur, ſed id experimentum alii ad aquam in vitriolo auctam referunt, &c.

FRID. HOFMANN gründlicher bericht von dem Selterbrunnen, deſſen gehalt, vvürkung und, kraft, Hall. 1727. 4. gallice Nancy 1738. 8.

J. KILIAN diſputatio *dequis Selteranis*, Argentor. 1740. 4.

JAC. THEOD. TABERNÆMONTANUS inprimis egit *vom neu erfundenen ſauerbrunnen zu langenſchvvalbach*, Francof. 1605. 8. in opere de fontibus medicatis.

GUNTHER CHRISTOPH SCHELHAMMER acidularum Schvvalbacenſium & Pyrmontanarum per experimenta exploratarum inter ſe collatio, Kil. 1704. 4.*

J. THOMÆ HENSING meditationes & experimenta circa acidulas Schvvalbacenſes, Francofurt. 1711. 8. germanice.

FRIDERICI HOFMANNI de fontis Spadani & Schvvalbacenſis convenientia, Hall. 1730. 4. & *gründliche unterſuchung des Spavvaſſer und Schvvalbacher brunnens*, Lipſ. 1731. 8.

PETRI WOLFART de thermis Embſenſibus, Caſſel 1715. 4. & germanice, Caſſel 1716. 8.

J. PETER WELCKER beſchreibung des Schlangenbades vermehrt von J. S. CARL Idſtein 1747. 8. ed. III. *

J. CONRAD WILHELM MOGEN de aquis medicatis Fachingenſibus, Jen. 1749. 4. bona diſputatio.

J. PHIL. BURGGRAU, CHRISTOPHLE CERF, & *J. CHR. SENKENBERG bedenken von den kräften des Fachinger ſauervvaſſers unvveit Diez*, Francofurt. 1749. 8. cum analyſi.

ECKHARDT diſſertationes *de duobus Wetteraviæ fontibus*, Gieſſ. 1742. 4. * Laudat *ILL. SEIPIUS*.

J. JAC. SHURER deſcriptio balnei Sulzenſis propre Molsheim, Argentor. 1726. 4.

R. JAC. CAMERARIUS de acidulis Nideraouenſibus, Tubing. 1710. 4. *EJ. de Blaſiano balneo*, Tubing. 1718. 4. cum aliqua analyſi.

J. MATTH. FRAUENDIENER beſchreibung des Röthelbades zu Geislingen, Ulm 1729. 8. *

J. CHRIST. EISENMENGER leberbrunn, Heilbrum 1632. 4. *

J. FRANK beſchreibung des Sauerbrunnens zu Uberkingen nechſt Geislingen Ulmiſcher herſchaft, Ulm. 1710. 8. *

ALER. CAMERARIUS de fontibus ſoteriis ſulfureis Reutlingenſibus & Balingenſi, Tubing. 1736. 4. cum analyſi.

J. ZELLER & *GMELINI* amici noſtri *de thermis Ferinis & Zellenſibus*, Tubing. 1729. 4. Eximia diſputatio.

J. VALER. BAUER's beſchreibung des Hiberacher heilbrunnens 1710. 8. * cum hiſtoriis curatio-

rationum. *EJ. bericht von dem zu unter Eſpach in G. Hohenloh neuenſtein entdekten geſund brunnen*, Oehringen 1725. 8. *

GEOG. CHRIST. FEUERLEIN neuentdekter heilbrunn im kloſter Heylsbrunur, Nunberg 1732. 4. *

GEOG. FRID. HOECHSTETTER aut *J. J. BAIER de fonte ſalutari ſeu balneo Weiſſenburgenſi*. Altdorf. 1710. 4.

HENR. MART. THUMMIG obſervationes de acidulis Stebenſibus, Cutiæ 1722. 4. *

THEOD. BALTHASAR nachricht von einem geſundbrunnen unvveit Erlangen, Erlangen 1709. 4. *

FRANC. JOSEPH de *OVERKAMP vvahrer inhalt des Kiſſinger und Bockleter heylbrunnens*; Wurtzburg 1745. 4. *

C. F. G. BETZ ſeu *J. J. BAIER de aquis medicatis Burgbernheimenſibus*, Altdorf 1713. 4. cum analyſi.

J. a *MORASCH beſchr. des Wildbades nebſt Rab* 1733. 8. *

J. BENED. GRIENDEL ſcrutinium medico-phyſicum in quo acidularum Roitſchenſium proprietates examinantur, Vienn. 1685. *

THOMÆ JORDAN Commentarius de aquis medicatis Moraviæ, Francof. 1586. 8. *

J. MAXIMILIAN DIETMAN's *unterſuchung des Niederoeſtereichiſchen Badmerbades*; Vienn. 1734. 8. & latine 1732. 4. *

De thermis Plumbarienſibus & Fabarienſibus inter *ZWINGERI* diſſertationes reperiuntur libelli.

LISTERI, quem ad Aquas Angliæ citavimus, *de fontibus* medicatis Angliæ. *Exerc.* II. prodiit etiam Lipſ. 1684. 8. utraque vero, Londini 1686. 8. *IDEM* in Libro *de diabete* egit de aquis *Hoxtonienſibus* & *Streethamienſibus*.

B. ALLEN natural hiſtory, &c. habet etiam analyſes.

Poſt *B. ALLEN* adde: *J. FLOYER inquiſitio in verum uſum & abuſum calidorum, frigidorum & temperatorum Angliæ balneorum*, Amſtelod. 1718. 8.

Ad quas Helvetiæ.

Ad aquas minerales Helvetiæ unicum excitabo *J. JAC. SCHEUCHZERI Vernunft-mäſſige underſuchung des baades zu Baden*. Tiguri an. 1732. 4. editum. Salem cubicum amarum ſatis copioſum hæ Thermæ continent, calcariam terram, & pyritici aliquid. Accuratus in experimentis.

Ad Thermas & Aquas Angliæ.

Angliæ thermas & aquas minerales multi Scriptores tradiderunt.

Notiſſimus *MART. LISTERUS* in Libro *de Fontibus Medicatis Angliæ*, cujus *Exercit. I.* Eboraci an. 1682. exercitatio altera Lond. 1684. 8. utraque Leidæ 1686. 12. prodiit. Prior inprimis exercitatio huc facit. Thermarum vim ex pyrite fere explicat, in acidulis ſal commune, nitrum, quod calcarium vocat, ochram aliquando volatilem, & lapidem calcarium admittit. Varia ad alias partes Phyſices pertinentia admiſcuit. Huc etiam in tertia *Exercitatione anatomica de Conchis* bivalvibus experimenta adjecit.

TH. GUIDOT de Thermis Britannicis. Lond. 1691. 4.

CAROLI LEIGH tent. de aquis mineralibus. Lond. 1694. 8. *Ejuſdem Phthiſilogia Lancaſtrienſis cum tentamine de aquis mineralibus in eodem Comitatu obſervatis* London. 1694. 8. Acidularum vires eſſe a vitriolo, ochra, & ſulphure.

BENJAMIN ALLEN natural hyſtory of mineral vvaters of Great Britain. Lond. 1711. 8. Vim aquarum mineralium eſſe a ſpiritu illo ſive Gas. Eſſe autem alias mere eo imprægnatas: alias ferratas; alias ſalſas purgantes: alias & ferratas & ſalſas: alias ſulphure miſtas. Secundum eas claſſes breviter & utiliter deſcribit plurimas aquas minerales Angliæ.

ROB. PEIRCE Bath Momoirs en Obſ. made in 43. years practice. Briſtol 1697. 8. Sunt morborum hiſtoriæ quos Thermæ ſanaverunt.

R. PEIRCE exſtat etiam, Briſtol 1713. 8.

TH. SHORT Memoirs for the natural Hiſtory of medicinal vvaters. Lond. 1709. 8. *

TH. SHORT natural Hiſtory of the mineral vvaters of Yorkſhire, Lincolnſhire. Lond. 1733. 4. *

TH. SHORT natural Hiſtory of mineral vvaters. Lond. 1743. 4. * Pleraſque aquas Medi-

catas Britanniæ deſcribit, & vires medicatas & elementa earum indicat. Plurimum & merito ſpiritui minerali volatili tribuit.

R. P. Bathonienſium & Aquiſgranenſium Thermarum comparatio. Lond. 1676. 8. In Tranſact. laudatur, neque enimvidi.

ALEXANDER THOMSON in Diſſ. Leidæ 1705. editarum *ſecunda de aquarum mineralium vi Medica in univerſum & peculiariter de Abrerbrothocenſi Scotiæ fonte egit*, ejuſque vim in vitriolo Martis poni demonſtravit. In Actis Edimburgenſibus Moffatenſes & aliæ aquæ Scoticæ deſcriptæ ſunt.

JOH. QUINTOON of mineral vvaters particularly of Bath. Lond. 1733. 8.

PETRI SHAW enquiry in to the virtues of Scarborough Spavv vvaters. Lond. 1734. 8.

P. SHAW citato libro egit etiam de aquis Tumbridgenſium.

Ad Aquas Angliæ ſequentia addimus. Ad *Bathonienſes*.

Inter *MAYOWII* libellos exſtat etiam *de thermis Bathonienſibus*.

THOMÆ GUIDOT diſcourſe of the bathe and the hot vvaters there vvith ſome Enquiries into the nature of the vvater of S. Vincent's rock near Briſtol and theat of Caſtle Cary, Londin. 1676. 8. * *EJ.* Liber *de thermis Britannicis, accedunt obſervationes hydroſtaticæ, chromaticæ & miſcellaneæ uniuſcujuſque balnei apud Bathonium naturam ornatius exhibentes*, Lond. 1691. 4. * *EJ. the regiſter of Bath or 200. obſervations containing an account of curas performed by the Hotvvels at Bath*, London 1694. 8. 1697. 8. * *EJ. apology for the Bath*, Lond. 1708. 8. * *EJ. collections of treatiſes concerning the city and vvaters of Bath*, 1725. 8. *

WILL. OLIVER practical diſcourſe of Bath vvaters containinſt the antiquities of Bathing, the cauſe of the hot Bath vvaters and of their ingrediens, London 1716. 8.

GEORGIUS CHEYNE, qui Bathoniævixit, cum tractatu de podagra etiam de aquis Bathonienſibus egit.

WYNTER's treatiſe of bathing in the hotbaths at Bath 1728. 8. *

Aliæ Aquæ Medicatæ.

Ad Aquas circa *Scarborough.*

ROBERT WITTIE Scarborough ſpavv or a deſcription of the ſpavv at ſcareborough, York 1667. 8. Lond. 1678. 8. * *EJUSD. pyrologia mimica or an anſvver to Hydrologia chymica of WILLIAM SIMPSON in defenſe of ſcarborough ſpavv*, Lond. 1669. 8. * cum vindicatione praxeos *GALENICÆ*, adverſus chemicos. *EJ. an anſvver to D. TONSTALL againſt ſcarborough ſpavv* L. 1672. 8. *

WILLIAM SYMPSON in *Zymologia chymica*, Lond. 1675. 8. agit de aquis Scareburgenſibus quas non valde probat. *EJ. hydrologia chymica or the chymical anatomy of ſcarborough and other ſpavvs in Yorekſhire vvith a diſcourſe concerning the origine of hotſprings and a vindication of chymical practice*, Lond. 1669. 8. Verum acidum ſtatuit. An *EJUSD. a nevvyears gift for D. WITTY or the diſſector anatomized* L. 1672. 8. *

G. TONSTALL ſcarborough ſpavv ſpagirically anatomiſed, Lond. 1670. 8. *. *HARL.* Contra *D. WITTY*, ut videtur.

THOMAS SHORT in Libro de *aquis in Derbyſhire, Lincolnſhire and Yorkſhire* inprimis agit de aqua Scarboroughenſi, Lond. 1734. 8.

UNDERHILL SHORT account of the Briſtol hotvvel vvaters, Lond. 1703. 4.

P. KEIR an enquiry into the nature of the mineral vvaters of Briſtol. Lond 1739. 8. *

HENR. EYRE's account of Holt vvaters, Lond. 1731. 8. *

Poſt ſcriptores Aquarum Angliæ addimus librum ad Hiſpaniæ aquas pertinentem.

THOMÆ FERRER de ESPARZA tractatus de la facultad medicamentoſa que ſe halla en la aqua de los bannos de Teroel en el Regno de Aragon, Cæſaraug. 1674. 8. *ANT.*

Ad Suecicas aquas *J. GODSCHALK WALLERII Deſcriptio fontis in Dannemark* prope Upſalam, editam anno 1737. & recuſam cum Germanica *hydrologiæ* verſione.

Ad Galliæ Aquas Medicatas adde.

NIC CHESNEAU obſervationes & epitome de natura & uſu luti & aquarum Barbotanenſium, Pariſ. 1673. 8. *

P. GIVRY arcanum acidularum idem videtur eſſe quod *ſecret des eaux minérales acides*, Pariſ. 1677. 8.

Ejuſdem *D. FOUEY* etiam eſt *les ſecrets des bains de Vichi*, Pariſ. 1677. 12. *

BARTH.

BARTH. LINAND jam citati *lettre écrite a* Mr..... Pariſ. 1698. 8. huc etiam pertinet; qua defendit hiſtoriam aquarum Forgenſium.

NICOL. de *MAILLY des eaux minérales de Chenai pres de Rheims* ,Reims 1697. 12. *

J. la *ROUVIERE noveau ſyſteme des eaux de Forges*, Pariſ. 1699. 12. cum analyſi. *

PASCAL des eaux de Bourbon l'Archambauld. Pariſ. 1699. 12. cum phæmomenis ex reagentibus admiſtis. *

De *ROUVEROI des eaux minérales chaudes & froides d'Epinal* 1700. 12. 1737. 12.

TITOT de ſcriptis thermarum plumbariarum iu Lotharingia, Baſil. 1706. 4.

SAM. BLANQUET Examen de la nature & des vertus des eaux minérales qui ſe trouvent dans le Gevaudan, Mende 1718. 8. *PL.*

JOHN SOAME Hampſtead vvells. Lond. 1734. 8. Aquæ ſunt acidulæ ferratæ, quæ cum gallis purpureum colorem edunt, ex potentioribus ejus generis.

T. TAVERNIER vvicham Spavv. Lond.1737.8.*JOH. SCHEBRE nevv analyſe of Briſtol vvaters*, 1742.

W. HILLARY contents of Lincomb Spavv vvater. Lond. 1746.

Ex Tranſactionibus Philoſophicis: De Fontibus Bathonienſibus. n. 49.

De Scarboroughens. n. 51. 52. 56. 59.

De cauſa Aquarum mineralium. n. 56. 57.

De Aquis mineralibus in Glamorganshire. n. 233.

LISTER de variis Aquis mineralibus. n. 245.

De Aqua minerali Cantuarienſi. n. 312.

De Aquis Holtenſibus. n. 404.

SENKENBERG analyſis aquarum mineralium in Chiltenham. n. 461.

GODFREY de aquis prope Weſtashton. Ibid.

Collectionem vero majorem eo pertinentium Scriptorum vide in *BIBL. HARLEY* II. p. 852. *ſeq.*

Ad Galliæ Aquas Medicatas.

D. DUCLOS Examen des Eaux minérales de la France. Pariſiis 1675. 12. & Latine Leidæ 1685. 12. cum titulo *obſervationum ſuper aquis mineralibus diverſarum Provinciarum Galliæ.* Examen chemicum & brevem deſcriptionem fere omnium aquarum mineralium Galliæ continet, quæ in Academia Regia ſumtu publico an. 1670. 1671. exploratæ fuerunt.

PETRI GIVRY arcanum acidularum 1682. 18. & Amſtelodami 1705. 12. Negat vitriolum ineſſe aquis, quod omne ſit a cupro: & vim acidularum ab alumine deducit. Laudat impenſe Pruvinenſes aquas, deſcribit etiam aquas de Vichi, de Ste Reine & de Forge.

CL. FOUEY nouveau Syſteme des Eaux de Vichi. Pariſiis 1686. 12. Habet analyſin & ſalem nitro veterum ſimilem.

LINAND nouvelles découvertes des Eaux de Forges. Pariſiis 1697. 8.

LOUIS ARNAULDIN des Eaux minérales de Provence. Aix 1705. 14. Ineſſe nitrum, ſulphur abſque aliis principiis.

Obſervations ſur la nature des Eaux minérales de Souche. Dole 1711. 12. Habent nitrum & ſulphur. *D. NORMAND* eaſdem aquas minerales deſcripſit in Libello edito Dolæ 1740. 12. cum titulo *analyſe des Eaux de Souche proche de Dole.* Analyſin habet & ſal alcali & ſpiritum.

G. JAUTIER ſur les Eaux minérales de Bourbon. Troyes 1716. 12. Calidas eſſe & plenas ſale marino, odorem eſſe a ſulphure & ferro junctis, per experimenta.

GOUTTARD des Eaux minérales d'Abbecourt. Pariſiis 1718. 12. Frigida eſt, relinquit deſtillata ſedimentum alcaleſcens ex terra & ſale miſtum, lacteſcit a mercurio ſublimato.

Hiſtoire naturelle des Eaux chaudes d'Aix, par *HONORE's-MARIE-LAUTHIER*, Aix 1705, habet Antiquitates. Sed *ANTOINE EMERIC* in *analyſe des Eaux minérales de la ville d'Aix*, Avignon 1701. habet analyſin, alumen & nitrum.

RENATI CHARLES Queſtio, an Thermæ Borbonenſes, &c. Beſançon 1721. 8. A Pyrite eſſe, continere ſalem communem ad drachmam in libra & in limo ſulphur.

EJUSDEM de Fontibus medicatis Plumbariæ. Beſançon 1746. 4.

Traité des Eaux minérales nouvellement découvertes a Paſſi. Paris 1735. Martiales ſunt.

RENATI CHARLES etiam eſt diſſertatio *ſur les eaux de Bourbon*, nov. ed. 1749. 12. auctius quam prius recuſa.

JEAN MOULLIN de *MARQUERY traité des eaux minérales nouvellement découvertes à Paſſy*, Pariſ. 1723. 12.

CAMILLE RICHARDOT nouveau ſyſtême des eaux de Plombieres, Nancy 1725. 8. Calorem ab igne centrali deducit, negat alia principia fontibus medicis ineſſe, quam ſal elementare cuique aquæ proprium, nec ſulfur ineſſe admittit. Mediocriter utilis auctor.

Ad ea quæ ex *Mémoires de l' Acad. des Scien.* citavimus, adde: 1744. de aquis M. aurei.

Adde deinde etiam: *C. MUGHAN treatiſe of the nature and povver of Barege-Baths ond vvaters*, Lond. 1742. 8.

HYAC. THEOD. BARON & *F. NIC. GAUTIER an ut ſanandis ſic præcavendis morbis plurimis aquæ Paſſiacæ novæ minerales*, &c. Pariſ. 1743. cum analyſi.

FRANC. NIC. GAUTIER du *ROCHER an ventriculi & inteſtinorum ulceribus aquæ Baregienſes*, &c. Pariſ. 1745. cum analyſi.

RAYMUNDI JACOBI FINOT an phthiſi aquæ Cauterienſes, &c. Pariſ. 1746. cum bona analyſi.

THEODORI du BORDEU lettres contenant des eſſais ſur les eaux minérales du Bearn, Amſtelod. 1746. 12. Etiam de aquarum mineralium ortu in genere, deque variis fontibus medicatis Pyrenæorum montium & eorum analyſi agit.

BLONDET ſur la nature des eaux minérales de Segrai, Orleans 1747. 12.

CALMET traité hiſtorique des eaux & bains de Plombieres, de Bourbonne, de Luxeuil, &c. Nancy 1748. 8. Theoriam cauſæ caloris habet, deſcriptionem aquarum, analyſes, hiſtoriam utendi.

LE BAIG mémoire ſur la nature des eaux de Bagneres, Pariſ. 1750. 8.

JEAN BETBEDER diſſertations ſur les eaux minérales du mont de Marſan, Bourdeaux 1750. 12. *

D. *de SECONDAL* Pariſiis 1750. edidit *obſervations ſur les eaux minérales de Dax, de Bagnére, de Barege*. Analyſes earum aquarum habet, & gradus caloris, minores, quam in vulgi opinione, & vicinas aquis mineras.

JOH. GRATIANUM, quem ad aquas Italicæ citavimus, laudat *VALISNERIUS*.

FR. RONCALLI eodem loco citati eſt etiam *de aquis medicatis ad oppidum Coldoni in agro Mediolanenſi*, Brix. 1713. 4.

P. FR. CANNETI libellus, hic dictus, Italice recuſus exſtat Venet. 1749. 8. cum titulo *dell' uſo & dell' abuſo delle acque minerali di Recoaro*.

N.A. CATTANI edidit etiam *dell' acqua volgarmente detta Maſtella nella città di Jeſi* 1749. 4.

BAUDRY Traité des Eaux de Bourbonne. Dijon 1736. 8. Practicus.

JAQUES-FRANCOIS CHOMEL Traité des Eaux minérales, bains, & douche de Vichi, de Bourbon l'Archambault 1738. 12. Analyſis aquarum: habere alcali & nitrum: inimitabiles eſſe arti.

Lettre de Mr. BAUX le fils ſur les Eaux de Bourbon. Habere ſulphur, ferrum & ſalem marinum.

In Actis Academicis.

GEOFROI de aquis de St. Amand. Phil. Tranſ. n. 247.

Mém. de l' Acad. des Sciences. Aquæ Balarucenſes. 1699.

1700. De Aquis Borbonienſibus, Plumbarienſibus, &c.

1701. *HOMBERG des Eaux de Paſſy*.

1702. *GEOFROI des Eaux de Bourbon*. *CHOMEL* de aquis Arveniæ.

1705. Aquæ Larenſæ, Vezelai, &c.

1706. Denuo de Analyſi aquarum mineralium.

1707. Aquæ Vichi & Bourbon.

1708. Aquæ minerales Forges, Bourbon, Vichi, Nuis, &c. *MORINI*.

1713. *CHOMEL* de aquis Jaude, S. Nectaire, &c.

1720. Aquæ Paſſiacæ novæ D. *RENEAUME*.

1724. *BOULDUC* de fonte prope Madrit.

LEMERY de aquis Paſſiacis & Bourbonienſibus.

1726. De aquis Paſſiacenſibus.

1729. *BOULDUC Deſcription des Eaux de Bourbon l' Archambaut*.

1735. *BOULDUC des Eaux de Foſſe*.

1743. Aquæ de S. Amand.

In Trivultinis 1735. p. 956. Aquæ du Capa de la Madelaine in Canada. Violeſcunt cum gallis.

VIEUS-

VIEUSSENS des Eaux de Balaruc 1739. Aug. M.

MATTHIEU de LIGNAC Obſervationes de malo effectu Forgenſium aquarum vetuſtarum 1713. Egeſta ut credit, inde pila ferrea, forte calculus bilarius.

AUBERT de aquis de Lannion 1728. Jan. Martiales ſunt.

Lettre de Mr. *WINSLOW* a Mr. .... laudat aquas Paſſiacas, ob ſanatam Surditatem ſuam.

Ex Bitterrenſibus Monumentis: Deſcription des Bains de la Maloue.

Ex Monſpelienſibus 1743, deſcriptio aquarum *de S. Laurent en Vivarais D. COMBALUSIER*.

Ad Aquas Italicas.

JOH. GRATIANI Thermarum Patavinarum examen cum Diſſertatione *de fonte Lælio acido Recobario* 1701. 8. Thermas varias & aquas vicinas Patavio deſcribit, calorem pugnæ ſalium, Lælii fontis víres vitriolo Martis tribuit.

JOSEPHI DUCCINI de' bagni di Lucca trattato Chymico-medico. Lucca 1711. 8. Sulphur; nitrum, ſal commune excludit.

JOSEPHI ZAMBECCARI, celebris Anatomici, *breve trattato di Bagni di Piſa e di Lucca*. Patavii 1712. 4. editus. Sed ex veterum fere ſententia.

FLAMINII PINELLI Profeſſoris Senenſis *lettera de' Bagni di Petriuolo*. Romæ 1716. 4.

FRANCISCI RONCALLI de aquis Brixianis examen Chymico-medicum. Brixiæ 1724. 4. & 1735. Fontis Eſari vitriolati analyſis, & aliæ aquæ vicinæ Brixiæ deſcriptæ. *EJUSDEM de aquis Caldorii in Mediolan.* Brixiæ 1724. 4. Sedimentum ſalſum nitroſum cum ferro aliquo.

CAROLI EUCHERII de QUINTIIS Inarime ſive *de balneis Pithecuſarum*. L. IV. Neapoli 1726. 4. Antiquitates, ortum, ſaporem, vires.

BONAFEDE VITALI delle Terme del Maſino. Mediolan. 1734. 8. Sunt experimenta chemica cum analyſi Thermarum Valtelinæ noſtræ.

P. FRANC. CANNETI de uſu & abuſu aquarum Recoarenſium. Roboreti 1735. 8. Utilis Libellus.

NICOLAI ANTONII CATTANI Ragguaglio della natura dell'acque in Aſſiſi, di Milano. Aſſiſ. 1734. 4. Frigidæ, vires a molli terra habent.

JOH. FANTONI de Thermis Valerianis, aquis Gratianis, Maurianenſibus. Genevæ 1738. 4. Illarum nomine celeberrimas illas Thermas deſcribit, quæ in vico Subaudiæ *Aix* frequentantur. Ejectis fictitiis veterum principiis, terram, ferrum & ſulphur Thermis invenit.

JOH. FANTONI citatus liber prodiit prius Genevæ 1725. 8. Ejuſdem nuper prodiit *Commentariolum de aquis Vinoalienſibus, Auguſtanis & Anſionenſibus*, Turin. 1747. 4.

Ad Aquas Italiæ adde: *A. BACCI diſcorſo dell' acque Albule bagni di C. AUGUSTO a Tivoli, dell' acque di S. Giorgio a Capo di Bove, dell' acetoſe preſſo a Roma e dell' acque di Anticoli*, Rom. 1567. 4. *MANDOS*. *

ANTONII CRISPI de S. COSMÆ & DAMIANI thermalibus aquis & de iiſdem aquis JOH. CRISPI compoſitiones, Drepan. 1684. 4.

THEOPHILI GRIPHONII de AVENIONE obſervationes, Senis 1605. deſcribit aquas Senenſes. In nov. ed. *BACC.*

CAMILLI MANARA Pharmaceutici Litubiani potus in quo natura, virtus & utendi modus continentur, Ticin. 1687. 8. * EJ. *viltà del fango ne' bagni di Returbio prezioſa*, Ticin. 1689. 8. *

PANTHOT diſcours ſur les bains d' Aix en Savoie, Lion 1700. 4. & de Ducciis ibi adhibitis.

J. B. GASTALDI an ſalinæ ſanguinis conſtitutioni aquæ Medinenſes, Avenione 1715. 12. parvi momenti.

JOS. MAR. QUADRIO dell' acque termali di Maſino Milan. 1745. 4. EJ. *uſo, utilità, e ſtoria delle acque termali di Traſconio*, Venez. 1749. 4. eruditum opus. Analyſin habet, hiſtorias curationum & de balneis antiquorum antiquitates.

ANTONIO COCCHI Mulgellano de' bagni di Piſa 1750. 4. quem librum lego laudari.

Ad Aquas Hungaricas adde: *GEORG. WERNHER de admirandis Hungariæ aquis hypomnemation*, Vienn. 1551. 4.

J. LAUR. STOCHER thermographia Budenſis, Grätz 1721. 4. cum analyſi.

Adde ad Aquas Orientales: *AND. HERMANNI de thermis Trentſinenſibus*, Lipſ. 1726. 4.

JUSTUS JOH. TORKOS de thermis Poſthinenſibus, Poſon. 1745. 8. EJ. *de thermis Almaſienſibus*, Poſon. 1746. 8. Hiſtoria thermarum & analyſis moduſque utendi.

Aquas Perſicas aliquas deſcripſit *KÆMPFERUS* in *Exoticis*.

Ad

Ad telluris hiſtoriam pertinet etiam *NIC. STENONIS* filii *de ſolido intra ſolidum* laudatus inter ſcriptores teſtaceorum. Anglice exſtat *prodromus of a diſſertation concerning ſolids na turally conttained vvithin ſolids*, Londini 1671. 12.

FLORIDI DE PLUMBIS de ſaluberrima Nuceriæ erumpente latice. Venet. 1745. 8. Terram ſamiæ ſumtam cum multo alcalino ſale huic dudum celebri aquæ tribuit.

I Bagni di Caldiero eſaminati da D. BONAFEDE VITALI. Venet. 1746. 4. Subtilis Scriptor & Theoreticus Analyſin habet & multas digreſſiones.

Compendio delle Acque acidule di Cilla. Venet. 1747. Præter aquas Cillenſes Stiriæ, plurimæ celebriores aquæ Italiæ hic deſcribuntur.

Plures, quia præſto non ſunt, de induſtria omitto.

Ad Aquas Ruſſicas.

GEORGII REMUS Epiſtola de aquis martialibus Oconicenſibus ad *J. PHIL. BREYNIUM*. Lipſiæ 1722. 4.

Ad Suecicas.

URBANI HIÆRNE Lilla vvattu profvvare. Stokholm 1680. 8. Vitriolicum acidum volatile acidularum ex primis deſcripſit. Item de *Acidulis Medericenſibus* ſcripſit. Lincoping 1679. 12. Holm. 1680. 8. 1702. 4.

Ad Hungaricas.

De Thermis Herculanis extat Diſſertatio in Diſſertationibus *PASCALIS GARYOPHILI*. Mantuæ 1739. 4. Ultraj. 1746. 4. ——

---- Analyſis earum aquarum cum variis ex antiquitate ad Thermas pertinentibus ibi continentur.

Ad Orientales Aquas.

Aquarum *Hammam Pharach* deſcripſit *PERRY Phil. Tranſ.* n. 462. Denique collectionem integram in ampliſſimo titulo *acidula* habet *JOH. CHRISTIANUS RIEGER* in *introductione ad notitiam rerum naturalium & arte factarum* Tom. I. Indicem vero numeroſiſſimorum Auctorum *J. M. DROSSEN Bibliotheca Hydrographica.* Norimb. 1729. in 4. edita.

Ad Telluris hiſtoriam.

Ad Telluris univerſæ hiſtoriam *BERNARDI VARENII Geographia* huc facit, & varia ad externam telluris fabricam facientia habet.

JOHAN. RAY three phyſico theological Diſcourſes. Londini 1692. & auctius 1713. 8. An Diluvium univerſale cauſa ſit lapidum figuratorum inquirit, ſatis crediturus, niſi a *LL. HWYDII* argumentis, quæ recenſet, turbaretur. Ideas plaſticas tuetur. De creatione mundi, de futura ejus conflagratione, montium ortu, utilitate, vulcanis, terræ motu, conchis quæ in montibus reperiuntur, ſapienter, ut ſolet, ex propriis & optimis aliorum obſervationibus agit.

THOM. ROBINSON anatomy of the Earth. Lond. 1694. 4. * *EJ. obſervations on the natural hiſtory of this vvorld of matter*, Lond. 1696. 8. * *EJ. vindication of the philoſ. expoſition of the maſaic ſyſtem of creation* Lond. 1709. 8. Theorias miras habet, teleologias vero pene, quales *DERHAMIUS*. Terram pro homine factam eſſe recte oſtendit, neque metalla alteri uſui poſſe deſtinata eſſe.

J. WOODWARD hiſtoria naturalis telluris Germanice prodiit Erfurt. 1745. 8. In editione poſtrema 1726. habetur *Reſponſio* ad *E. CAMERARII* objectiones, inprimis laborat in ea ſolvenda, quæ ſumitur a ſitu ſtratorum, quæ non ſuccerdunt ſibi in ratione ſpecificorum ponderum, eamque ſuperare tentat, vel noviter ſuprevenientibus illuvionibus, vel ſeriori & tardiori ſubmerſione. Terram in principio diluvii aqua tectam, ſub finem diſſolutam fuiſſe refert. A collibus, caſu & a Vulcanis natis, ſtratorum ordinem abeſſe monet. Contrariam theoriam *CAMERARII* facile refutat. In *ſupplemento* varia notatu digna habet, de carduis, ut ſignis maledictionis divinæ fertiliſſimis, de vi irritabili, origine gentium, lapſu mercurii in barometro, (quem tempore humido factum a vaporibus abyſſo lapſui aëris contrario deducit) de vaporum adſcenſu ex abyſſo indeque ortis thermis. Teſtacea non ſoluta fuiſſe, cum metalla ſolverentur, ex fibrarum intricatione explicat. Cæterum omnium in foſſilibus præcipuum ſcriptorem gnarus judex vocat *J. HILL.* in *Theophr. de lapid.* p. XXII.

JOH. WOOLWARD. hiſtoria naturalis Telluris. Lond. 1695. 8. auctius vero, & cum vindiciis ad *EL. CAMERARII* objectiones. Lond. 1714. 8. iterumque auctius, cum ſupplemento variorum tractatuum editus a *BENJAMINE HOLLOWAY* ibid. 1726. 8. & Gallice verſa

verſa cum multis appendicibus. Pariſiis 1735. 4. Etſi non ignoro, quam multa contra hunc Auctorem] dicta ſint, quam acriter contra diſſolutionem diluvianam telluris ſit diſputatum & quam multa contra ejus ſubterraneam abyſſum ſurſum vaporem emittentem dici poſſint; non ideo non video, virum in foſſilium & concharum cognitione, per omnem vitam ſuam diligentiſſimum, de ſtratis telluris, de nutritio polline tenero, a quo omne vegetabilium incrementum eſt, de terræ mutatione lenta per pluvias & flumina, plurima bona nos docere. Cæterum teſtamento ſuo novam cathedram phyſices Cantabrigiæ de ſuo inſtruxit: an verum, obiiſſe eum in fide Romana? Ita Trivultienſes. 1736. p. 145.

LUDOVICI BOURGUET Letteres Philoſophiques ſur la formation des Sels & des Criſtaux. Amſtelod. 1729. 12. Varia continet boni hominis & inter mercatores literatiſſimi Opuſculum. Ad noſtrum ſcopum pertinet, inprimis *Mémoire ſur la théorie de la Terre*, ubi non exquiſita quidem aliqua, cum majora ſola ſequatur, ſed non omnibus tamen aut animadverſa aut collecta tradit. Sic in *Traitè des Pétrifications*, qui Pariſiis 1742. in 4. editus eſt, ſententiam ſuam & diluvianum Syſtema defendit, & lapidum partim primordialem, partim ſeriorem generationem deſcribit. Deinde in ſecunda Epiſtola inter Philoſophicas modo dictas criſtallorum formationem mechanicam ex triangulis explicat.

GUILIELMUS GODOFREDUS LEIBNITZ poſthumam reliquit *Protogæam* quæ cura *ILL. VIRI C. L. SCHEIDII* prodiit Gottingæ 1749. 4. & quo brevi libello mira ubertas continetur ſingularium opinionum & obſervationum. Terram omnem in principio rerum inundatam, & planam fuiſſe, ſucceſſiſſe incendium univerſale, multa vitrifica ta eſſe, aut certe ex aliqua parte in naturam vitri tranſiviſſe, ita nata metalla, lapides, mare ſalſo empyreumate impragnatum, montes primarios erupiſſe a vi ignis. Deſcribit cavernas ſubterraneas, ſtrata terrarum, ſylvas foſſiles & lapides figuratos varios, &c.

ANTONIUS VALISNERIUS paſſim, ſed inprimis in tractatu de *Origine Fontium* & de *corporibus marinis, quæ in montibus reperiuntur*, telluris formationem adtigit, ſtrataque paſſim & fabricam deſcripſit, oſor equidem diluvianæ hypotheſeos.

Huc etiam plurima conferri poſſunt, ex omnibus Operibus *SCHEUCHZERIANIS*, qui teſtaceorum indagator induſtrius fuit, & defenſor diluvii. In Commentariis Bononienſibus ejuſdem Diſſertatio exſtat eo faciens.

CAROLUS LINNÆUS de incrementis Telluris habitabilis. Leid. 1744. 8. com adjuncta Celſii Oratione. Terram olim undique aquis tectam fuiſſe, ſenſim eas receſſiſſe. Nunc etiam recedere maria, & terras deoperire, uterque docet amicus.

Denique *LAZARUS* del *MORO* in L. II. *de croſtacei e degli altri corpi marini che ſi trovano ſu' monti* Venet. 1740. 4. editis, dum *BURNETUM* & *WOODWARDUM* refutat, & ſuam de ortu terrarum & teſtaceorum ex vulcaniis montibus ſententiam proponit, multa paſſim collecta ad ſtrata Terræ ejuſque interiorem fabricam undique congeſſit. Hujus Operis analyſin dedit *BALTHASAR EHKHARD Nachricht von einer meinung, welche den urſprung der verſteinten ſachen betrift*. Memming. 1745. 4.

Utcunque etiam huc pertinet *NICOL. STENONIS* fil. tum in Tract. *de Solido inter Solidum*, Florent. 1669, 4. edito, tum *in Myologiæ Specimine* pariter Florentiæ 1667. 4. excuſo. In priori Opuſculo inprimis de origine figuræ agitur, quæ in corporibus ſolidis eſt. Sed de Telluris univerſæ mutationibus & quidem numeroſis, ut Hetruria v. gr. bis fluida, bis plana & ſicca, bis aſpera fuerit, ante recentiorum tempora peculiares cogitationes protulit. In poſteriori Opuſculo breviter terram fuiſſe olim aqua miſtam, ex aqua vero in ſpeciem ſedimenti ſubſediſſe ex conjectura propria docet.

J. G. SULZER vom Urſprung der Berge. Tiguri 1746. 4. Ipſe expertus Alpium fabricam, habitum, montium ortum tribuit inclinationi axis terræ, unde factum eſſet diluvium, *&c.*

Ad Terræ ſtrata paſſim in Tranſactionibus, v. gr. n. 336. 341. 403. aliiſque Scriptoribus.

Vulcanorum eximia hiſtoria prodiit Neapoli verſa a *D. PERRON* de *CASTERA*. Pariſiis 1741. 12. Sub titulo *Hiſtorie du Mont Veſuve*.

J. GOTTLIEB KRUGER allerälteſte geſchlechte der Erde, Hall. 1746. 8.

In deſcripione *theſaurorum Regiorum*, primus Tomus *D.* de *BUFFON théorie de la terre* tota huc pertinet, plena ſingularibus opinionibus, & obſervationibus. Terram reliquosque errantes ſtellas ex ſole emicuiſſe, excuſſas ab illapſo cometa, adeoque terram in principio totam

totam arſiſſe, inde vaporibus condenſatis in mare univerſale totam tectam fuiſſe, id mare ſenſim ſubſediſſe, nudaſſe terram, deſeruiſſe lapides figuratos teſtasque. Ventos æſtumque & receſſum maris congeſſiſſe ſabulum parteſve aquæ craſſiores, & montes effeciſſe primævos, interceptasque valles, ſic terram natam primo orientalem, ſenſim reliquam. Multa ab eo tamen tempore etiam mutata fuiſſe, multas terras ſubmerſas & maris prolatum imperium. Argillam ab arena negat differre, cretas margasque ex meris diſſolutis teſtis natas eſſe credit, porphyritem ex aculeis echinorum. Sed ipſum opus oportet legere, Pariſiis recuſum 1750. 12. & Germanice verſum Hamburgi 1750. 4.

FRID. CHRIST. LESSER baumanshöhle, Memming 1745. 4.

Iſtoria dell' incendio del Veſuvio dell' anno 1737. Neapoli 1738. 4. *J. ALPHONSI BORELLI hiſtoria & meteorologia incendii Ætnei* anno 1669. Regii Julii 1670. 4. *

FERR. IMPERATI hiſtoria naturalis exſtat etiam editio 1610. 4. Neapoli.

J. GUIDII de mineralibus Libri IV. Primus *de metallareis*, &c. II. *de metallis*, *de auro & argento*, *gemmis*, *ferro & armis Sabinis*, &c. Venet. 1625. 4. *

Ad Foſſilum hiſtoriam.

Ad formationem & Elementa Foſſilium pertinet inprimis *JOACH. BECCHER Phyſica ſubterranea*, quæ Francofurti 1669. in 8. com duobu- vero Supplementis 1675. & denique an. 1703. & 1735. cura *G. E. STAHLII*. Lipſiæ in 4. Hic vir peritiſſimus Chemiæ fidem ſuam pro veritate Theoriæ *BECCHERIANÆ*, quantum poteſt, graviſſime interponit, eamque in *ſpecimen* bono ordine conſcriptam contraxit. Triplicem terram ſive tres claſſes foſſilium per experimenta conſtituit, a pleriſque peritioribus ab eo tempore receptas, inflammabilium, vitreſcibilium & mercurialium. Sed Sales ex terra & aqua componi, inflammabile principium vinculum eſſe miſtionis metallicæ, & alia plurima & recondita ibi perſpicua reperiuntur, ad putrefactionem, fermentationem, claſſes mineralium eorum miſtionem, *&c.* pertinentia, ut tædium nos capere non oporteat obſcurioris ſermonis.

Ad omnia aut pleraque Foſſilia.

GABRIELIS FALLOPII de metallis atque foſſilibus Liber, Venet. 1564. editus. Poſthumum Opus eſt, pars prælectionum in Dioſcoridem, hinc in comparatione foſſilium cum Veterum deſcriptionibus, maxima pars Operis verſatur. Suas nonnunquam obſervationes adjecit, in Italicis fodinis & mineris factas, ut nihil tamen expectes noſtro ſeculo valde utile aut reconditum. Dictio mala, qualem Diſcipuli fecerunt, qui ſermonem excipiebant calamo.

CONRADI GESNERI Collectio, & in ea inprimis Jo. *KENTMANNI nomenclatura foſſilium, quæ in Miſnia & alibi reperiuntur*, *Obſervationes de metallicis rebus & nominibus* ex Schedis *GEORGII FABRICII* & *GESNERI* ipſius *de rerum foſſilium figuris*. Tiguri 1565. 8.

FERRANTIS IMPERATI Pharmacopolæ Neapolitani *Naturalis Hiſtoria*, Neapoli 1593. & auctius Venet. 1672. fol. Totum fere ambitum rei naturalis complectitur, longe tamen copioſior eſt in foſſilibus, quorum operationes metallurgicas, utilitates & ſæpe figuras, uberrime & plana ſimplicique dictione perſequitur. Librum *de foſſilibus*, Neapoli 1610. 4. impreſſum non vidi.

ANDREÆ CÆSALPINI de re metallica. Vide ſupra.

BERNARDI CÆSII mineralogia, Lugduni 1636. fol. edita. Collectanea habet ex miris ſæpe Auctoribus, & tropicis Eccleſiæ Patribus. Cum rebus ipſis non conſuevit.

ULYSSIS ALDROVANDI Muſæum metallicum. Bononiæ 1648. fol. Ex optimis hujus viri Operibus eſt, etſi poſthumum prodiit, quo & metalla & foſſilia reliqua & lapidum figuratorum magna vis deſcribitur, & pingitur. Tædioſa vero ut alibi eſt fabularum farrago. Ejus Synopſin *DAVID KELLNERUS* edidit Lipſiæ 1701. 12.

PETRI MARIÆ CANEPARII L. *de Atramentis*. Lond. 1660. 4. Roterod. 1718. 4. De pyrite, vitriolo & imprimis ejus oleo, variiſque coloribus, magna ex parte compilatio, ſpagiricus cæterum homo, & alchimiſtici ingenii, & confuſiori ordine uſus.

J. B. du *HAMEL de meteoris & foſſilibus*, Pariſ. 1660. 4.

C. LINNÆI ſyſtema naturæ auctius recuſum eſt 1748. Stokholm. 8. Hall. 1749. 8.

MAGNI von *BROMEL Mineralogia*, &c. ibi citata, continet lapides & metalla Sueciæ, fodinarum & lapidum figuratorum icones.

NICOLAI MERCATI Mettallotheca poſthuma edidit *LANCISIUS* 1717. Romæ in fol. Auctor

ctor anno 1593. mortuus, muſæum collegerat ex genere inprimis foſſili, maxime ſalium, terrarum, lapidum figuratorum, quorum icones dedit. Metalla ipſa intercedunt. Eruditæ adnotationes Editorum. Opus ſplendidum. Ejus viri vita extat *GIORNALE de' LETTERATI*. vol. XXIX.

JOH. WOODWARD attempt. to the natural hiſtory of Foſſils of England. Lond. 1729. 8, & ejuſdem *foſſils of all kind digeſted in to a method*. ib. 1728. 8. Omnem metallorum lapidumque & mineralium ambitum in brevem tabulam & ordinatam conjecit, additis obſervationibus inprimis ad figuratos lapides pertinentibus. Adfinitas a figura externa notiſque facilibus deſumpta eſt.

CAROLI LINNÆI ſyſtema Naturæ P. I. prodiit Leidæ 1735. fol. tum Stokholm. 1740. 8. & auctius Pariſiis 1744. 8. Cum botanicam methodum in univerſum ambitum rerum naturalium transferat, & ex uno charactere ſimilitudines rerum definiat, valde apud alios harum rerum peritos offendit: ut in exemplo gemmarum, quas cum ſalibus intime conjunxit.

MAGNI BROMEL Mineralogia & Lithographia Suecana Germanice verſa a *MICRANDRO*, Holmiæ 1740. 8. edita.

MUSÆUM RICHTERIANUM illuſtratum Iconibus & Commentariis *D. J. E. HEBENSTREIT*, Lipſ. 1743. fol. ſplendidiſſimum Opus, aliqua etiam alia continet: gemmas nempe ſculptas, conchas marinas, plantas. Maxima tamen pars ad metalla & foſſilia pertinet, quorum ex omni genere & minerarum inprimis ad metalla & ſemimetalla pertinentium, ampliſſimus hic & pleniſſimus catalogus eſt, ſed brevis, ut fere nomenclator ſit, quem icones pulcherrimæ paſſim exhilarant.

Huc pertinet catalogus metallorum & foſſilium. *Phil. Trans*. n. 301. *E. LL HWYD* de variis foſſilibus n. 291. conf. n. 100. 268. &c.

JOH. HILL general hiſtory of foſſils, Londin. 1748. fol. Digniſſimum opus, quo novo ordine diſtributa numeroſiſſima, nova etiam foſſilia diſtribuuntur ad botanicorum methodum, per claſſes, genera, ſpecies novis nominibus, multorum corporum analyſibus, & iconibus adjectis. Mihi infiniti laboris & paris utilitatis videtur.

J. GOTTSCHALK WALLERII mineralogia eller mineralriket indelt och beſckrifevit, Stokholm 1747. 8. & Germanice, Berolin. 1749 8. paulo auctius. Et ipſe novo ordine breviter foſſilia diſtribuit, pondera ſpecifica, chemicas analyſes, obſervationes utiles adjecit, ſententiam, quæ lapides figuratos diminuto mari tribuit, refutat, & ad diluvium refert.

J. LUCÆ WOLTERSDORF ſyſtema univerſale in quo Regni mineralis producta ſyſtematice per claſſes, ordines, genera & ſpecies proponuntur, Berolini 1748. fol. Brevis, & metodica enumeratio, facili & perſpicuo ordine ſcripta.

Mineralia etiam apud *DIOSCORIDEM*, apud ejus commentatores, *MATTHIOLUM*, & alios ſcriptores materiæ medicæ deſcripta occurrunt.

GEORG. AGRICOLÆ Libri citati prodierunt anno 1546. & 1558. *BERMANNUS* ſolus, Lipſiæ 1546. 8. & Pariſ. 1541. prodiit.

J. MATTHESII Sarepta recuſa exſtat Lipſ. 1619. 4. Is Auctor tamen inprimis de vallis Joachimicæ metallis agit.

LAZARI ERKERS beſchreibung, &c. prodiit prius Prag. 1574. fol. Cum hoc opere ſæpe recuſus eſt *CHRISTOPH BERWARDT interpres phraſeologiæ metallurgicæ*.

Ad hiſtoriam Fodinarum.

GEORGII AGRICOLÆ Libri V. *de natura foſſilium*, *de ortu & cauſis ſubterraneorum Libri* X. *de natura eorum quæ effluunt ex terra* L. IV. *de metallis veteribus & novis* L. IV. *Bermannus* ſive *Dialogus de re metallica*, qui omnes an. 1546. Baſileæ editi, anno vero 1657. cum ſequente Opere conjunctim eodem loco recuſi ſunt, minus equidem nitide. In his Libris deſcriptio exſtat foſſilium, eaque cum antiquorum nominibus comparantur, catalogo per totam Europam compilato, in Germanicis vero utique pleniſſimo. Theoriam etiam ſuam de formatione foſſilium adfert. Ejuſdem vero *de re metallica* Libri XII. Baſileæ an. 1561. & 1621. f. editi omnem laborem exponunt, qui a prima venarum indagatione ad plenam uſque metallorum perfectionem requiruntur, & innumeris fere figuris machinas omnes quæ eo tempore & etiam noſtro majori ex parte, eo ſcopo adhibebantur. Vitri etiam & ſalis præparationem ex analogia addidit. Vir quidem dictione eleganti uſus eſt, &

veterum ſcripta diligenter legerat. Chemnitii in Miſnia mechanicam fodinarum accurate didicerat, ut primi ordinis in his rebus, & claſſici Libri ſunt, quos laudavi.

CHRISTOPHORI ENCELII de re metallica L. III. Francof. 1557. fol. Laudatus Liber a variis Auctoribus omnem rem foſſilem ad medicinam ſpectantem complectitur.

JOHANNIS MATTHESII Sarepta oder Berg-poſtille. Norimb. 1578. fol. Foſſilia eorumque præparationem & utilitatem in vita humana cum laude tractavit, & varia rariora continet, etſi Theologus & ibi maxime Concionator, ubi de foſſilibus ſcribit.

LAZARI ERCKERS beſchreibung der vornehmſten Bergarten. Francofurti 1629. fol. Docimaſticen quidem inprimis ſcribere inſtituit, eoque labore plano ſermone, candide & abſque omni theoria defunctus eſt, varia tamen adſpergit metallurgica, ad excoctionem metallorum & nitri, &c. pertinentia.

GEORGII ENGELHARDI LOHNEISEN bericht von Berg-wverken. Hamburg. 1671. & 1690. fol. Non ſolum mechanicam operam metallorum, ſed juridica eo pertinentia habet, & ad practicam excultionem fodinarum univerſalem perſpiciendam ſolus ſufficit. Docimaſticen enim cum labore eruendi metalli & excoquendi conjungit. Sumtuum addit rationes & machinas poſt Agricolam excogitatas deſcribit, quo multum uſus videtur.

JOH. WEBSTER Metallographia. Lond. 1670. 4. * Mineralium ſigna, ſpecies, generationem, utilitatem, procurationem expoſuit, Scriptorum rei foſſilis catalogum addidit, cum judiciis, quem plurimi fecit *MORHOFIUS Polyhiſt.* L. II. P. II. C. 29.

ALONZO BARBA arte de los metalos, translated by tho Earl of Sanduvich. Lond. 1674. 8. T. I. II. Presbyter Potoſinus, Encheireſes deſcribit, quibus Hiſpani in metallis Americæ utuntur.

ALVARO ALFONSO BARBA ibi dictus Gallice etiam prodiit Pariſ. 1730. 12. vertente *HAUTIN* de *VILARS*. & Germanice Francofurti 1739. 8.

ALONZO CAMILLO y LUSO tratt. de los antiquas mineras de Eſpania. Madrit. 1729. 4. *

Hi Auctores conjunctim editi ſunt nuper cum titulo *Collection of Scarce and valuable treatiſes upon metalls** Adjectus *PLATEUS* & *HOUGHTON*, egregii pro Anglia Auctores; quorum ille de omni minera in genere ab auro ad carbonem uſque, iſte de perfecto minerarum artificio agit (*compleat miner*), Lond. 1738. 12.

CHRIST. AND. SCHLUTTERI citatum opus a *D. HELLOT* Gallice verſum cum multis & utiliſſimis additamentis incepit edi anno 1750. 4.

FLSTA minor. &c. *by JOHN PETTUS* prodiit Londin. 1783. 8.

J. FR. HENKEL in *kleinen mineralogiſchen und chym. ſchriften* tradit etiam chemiam metallurgicam.

ABRAH. a SCHONBERG ausführliche Berg information. Lipſiæ 1693. fol*. deſcribit etiam Opera metallica.

OL. BORRICHII docimaſtice clara & compendiaria tradita. Hafniæ 1677. recuſa in *MANGETI* Theatro pharmaceutico, primo volumine.

URBANI HIÆRNE manuductio ad varia metallorum, mineralium terrarum, genera inveſtiganda. Homl. 1694. 4. & *Reſponſio ad quaſtiones ibi propoſitas*. ib. 1701. 1706. 4.*

F. E. BRUKMANN magnalia Dei, oder underirdiſche Schatz-kammer 1600. Berg-vverke. Wolfenb. 1727. 1730. fol. 2. vol. cum ſupplemento 1734. fol. Catalogus eſt omnium regionum, & locorum, in quibus per univerſum orbem, metallum aut foſſile quodcunque utilius effoditur.

CHRISTOPH. ANDREÆ SCHLUTTER gründlicher unterricht von Hütten-vverken. Braunſchvveig. 1738. fol. Auctor olim rebus metallicis præfectus Goslariæ, maximam vim foſſilium ex omni ambitu univerſi orbis collegerat. Hoc Libro non effodiendi quidem metalli rationem tradit, neque foſſilium naturam, ſed docimaſticen, cujus inprimis cura ipſi commiſſa fuerat, & excoctionem metalli, cum noviſſimis ubique & ſuis inprimis inventis, in perficienda fornacum figura, in augenda toſtione mineræ (qua magnum compendium plumbi fit), &c. Rem monetariam etiam docuit ſplendido, nec facile par habente Opere.

PEREZ de VARGAS Traité ſingulier de Métallique. Madrit 1568*. recuſus Pariſiis 1743. 12.

FLETA minor ſive art in judging eſſaging, fixing minerals by JOHN PETTUS. Eſt Liber *ERKERI* cum Dictionario metallico.

JOHANNIS ANDREÆ KRAMER Elementa Docimaſtica. Editio auctior, Leidæ 1744. in 8.

In

In eximio Libro continetur utiliſſima primum deſcriptio mineralium, deinde proceſſus omnes chemici, & mechanici ad docimaſticem pertinentes. Labores fodinarum ſive qui in igne majori, magniſque maſſis metalli locum habent, non attigit.

CAROL. FRID. ZIMMERMANN Berg. Academie, cujus 3. tomi prodierunt Dreſdæ 1746. 4.

SAMUEL KOLESER de *KERESEER Auraria Romano Dacica* Liburni. 1728.

Ad fodinas in genere *Phil. Trans.* n. 401. 403.

Ad fodinas Hungariæ *Ph. Tr.* 58. 59.

Ad mineras Americanas n. 41.

De iiſdem *FREZIER* in itinere ad mare auſtrale.

Huc porro pertinet *J. FR. HENKEL* in egregio Opere *Pyritologia* ſive *Kieshiſtorie*. Lipſiæ 1725. in 8. edito. Pyritem, metallorum communem mineram, deſcribit, experimentis uſus in 60. ſpeciebus factis, generari etiam nunc pyritem, martem ſemper ineſſe, non autem ſemper cuprum aut ſulphur, in albo vero pyrite arſenicum, &c.

EJUSDEM kleine mineralogiſche und chymiſche ſchriften, poſthum. editæ Dreſdæ 1744. Theoreticum primo Opuſculum de *adpropriatione* varia experimenta continet, deinde ſingularia corpora, arſenicum, cobaltum, lapides, jaſpidem, &c. conſiderat.

EMAN. SWEDENBORG Miſcellanea circa res naturales & præſertim circa mineralia, ignem & ſtrata montium, Lipſiæ. 1722. 8. de ſtratis terræ, corporibus petrefactis, montium in Suecia ortu, vitrificatione, elementorum figuris.

EJUDEM Auctoris *principia rerum naturalium* & reliqua Opera Dreſdæ 1734. fol. 3. voluminibus prodierunt. Non hic de theoria Auctoris judicabo, qua ex ſimplici, infinito, motu ſpirali prædito, & ex activo, ex finito motum progreſſivum obtinente (ſive Igne) ſi tanquam principiis elementa generari demonſtrat alia, & alio ordine, quam vulgo ſumuntur. Reliqua volumina conſidero, quibus ferrum omnemque ejus elaborationem, docimaſiam, producta medica, fuſiſſime perſecutus eſt, & cuprum ſimili modo multo adhuc ſplendidius, tum ex ſuis, tum ex aliorum obſervationibus deſcripſit.

JOH. HENR. POTT Obſrvationum chemicarum Collectio ſecunda. Zincum, parum notum metallum, boracem, & pſeudo galenam tractat. Laborioſus ut ſolet & candidus. In prima vero collectione operationes aliquas docet, quibus ſulphur mercurii ope metallis detrahi nudumque denique ſiſti poſſit.

CASPARI NEUMANN Lectiones chemicha, maxime *de antimonio, ferro, nitro & ſulphure*. Berolini 1732. 4. editæ. Pleraque equidem chemica magis ſunt, ſed ea a metallurgicis ſeparare ſæpe difficile eſt. Deinde in collectione Operum quæ a morte Auctoris Berolini an. 1740. prodierunt, plurima ad metalla & foſſilia pertinentia, neque vulgaria habentur.

G. E. STAHLII varia & inprimis *Opuſculum chymico medicum*, quod varia forma & pro parte menſtruatim prodierat, a *M. ALBERTI* vero an. 1715. in unum volumen collectum eſt. Pulcherrimo hoc Opere plurima ad rem Phyſicam & Chemicam pertinentia continentur: ut *fermentationis theoria generalis; experimentum ſulphuris producendi: de minera ferri in bolo latente: fragmenta ad hiſtoriam naturalem nitri: vitulus aureus*: denique Diſſertationes variæ, inter quas metallurgiæ, pyrotechniæ & docimaſticæ metallicæ fundamenta, & de ortu venarum metallicarum huc ſpectant. Tractatio de nitro & altera de fermentatione, ſeorſim habentur Germanice editæ.

EJUSDEM STAHLII experimenta, obſervationes, animadverſiones chemico-phyſica CCC. Berolini 1731. 8. editæ. Hic inprimis phlogiſton principium, in omni natura tribuſque regnis ubique reperiundum demonſtrat.

In *opuſculo chymico-medico G. E. STAHLII*, quod ibi citatum eſt, continetur etiam tractatus *de diviſionis & diffiſſionis differentia*. *EJUS* etiam ſunt: *metallurgia pyrotechnica & docimaſtica metallica fundamenta*, Hall. 1700. 4. Germanice verſa ſub titulo *Anvveiſung zur metallurgie oder der metalliſchen ſchmelz und probier kunſt*, Lipſ. 1744. 8. Rationes reddit encheireſion, addititiorum pulverum, graduum adhibiti ignis, toſtionum, quibus mineræ metallicæ præparantur & coquuntur, ut ex impura minera nobile metallum quam lucroſiſſime obtineatur novo ſtudio, cum priores fere encheireſes abſque ullo ratiocinio propoſuerint. *EJUSD.* programma *de venis metallicis*, Hall. 1700. 4. *EJ. de metallorum emendatione modico fructu profectura* in *opuſculis* & Germanice 1720. 8. Noriberg. *EJ.* ſpecimen *BECCHERIANUM*, &c. huc faciunt.

J. GOTTFR JUGLER gründlicher und deütlicher begriff von dem gaanzen Bergbau ſchmelzvveſen und markſcheiden, Berolini 1744. 4.

D. WESSEL LINDEN three letteres on mining and ſmelting, London 1750.*

C. E. GELLERT anfangs gründe zur metallurgiſchen chimie, Lipſ. 1750. 8. Laudatur a rerum peritis.

Ad ſingula Metalla & Mineralia reliqua.

Ad Aurum.

DURAND Hiſtoire naturelle de l'Or & de l'Argent, extraite de Pline. Londini fol. 1729.

G. W. STAHL vitulus aureus igne combuſtus in *opuſculo*.

J. PHIL. BURGGRAU de viribus auri medicis A. E. Suppl. T. IX. ſperat ex auro parari poſſe medicamentum mercuriale optimum.

Ad Mercurium.

HOMBERG de Mercurio, *Mémoires de l'Académie des Sciences*. 1719.

JUSSIEU de mineris Mercurii Hiſpanicis. 1709.

GROSSE de Mercurio ex plumbo. 1733.

BOERHAAVE de Mercurio, *Mém. de l'Acad.* 2734. & *Phil. Trans.* n. 430. 443. 444.

LEEUWENHOEK de cinnabari nativa, *Phil. Trans.* n. 200.

GER. GORIS mercurius triumphator, Leid. 1717. 8. hiſtoriam totam metalli continet.

F. HOFMANN de Mercurio, Hall. 1729. 4.

HERM. KAAU nunc Archiatri Ruſſici diſſertatio *de argento vivo*, Leid. 1729.

M. TILING Cinnabaris mineralis, ſeu minii naturalis ſcrutinium, Francof. 1681.

GODFR. SCHULZE triga cinnabarina, Hall. 1680. 8.

J. BOECLER de cinnabari vulgari factitia præferenda naturali, Arg. 1749. 4.

Ad Plumbum.

Ceruſſæ præparatio. *Phil. Tranſ.* n. 137.

J. ZELLER docimaſia, ſigna, cauſa & noxa vini lithargyrio mangoniſati experimentis illuſtrata, Altdorf. 1707. 1721. Germanice.

Ad Cuprum.

REAUMUR de *viridi Æris naturali, Mém. de l'Acad.* 1723.

POMEY de Cupri in Æs mutatione, Phil. Tranſact. 200. conf. 260.

LISTER de Cupro n. 200.

BEL de fontibus ferrum in Æs mutantibus, Phil. Tranſ. n. 456.

GEOFROI de metallo ex Cupro & Zinco conflato, Mem. de l'Acad. 1725.

Huc adhuc referendus eſt *E. SWEDENBURG* de cupro in magno opere & orichalco.

MATH. BELII de aquis Neoſolienſibus vulgo Cementvvaſſer in Lipſ. miſcel. T. III.

J. LAUR. BAUSCH de cœruleo & chryſocolla, Jen. 1668. 8.

Ad Ferrum.

Ars temperandi Chalybem. LISTER Phil. Tranſ. n. 203.

J. H. ZANNICHELLII de Ferro. Venetiis 1719. 4. qui Libellus etiam in E. N. C. habetur.

REAUMUR Acad. des Sciences 1726. de Ferri uſu ad exprimendos nummos, & ejus de Ferro in Chalybem mutando Liber.

De Ferri fodinis. Phil. Tranſ. 137.

MOULIN de arena ferrifera. Phil. Tranſ. n. 197.

De Ferri minera. *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1718.

De hæmatite ferrri minera. *Phil. Tranſ.* n. 199.

LEMERY Acad. des Sciences, 1707. 1713. Ferrum omnibus plantis ineſſe.

GEOFROI de Ferro. *ibid.* 1708.

EJUSDEM Ferrum artificiale. *ibid.* 1705.

Ad *RÆAUMURIUM* adde: EJUS *l'art de convertir le fer forgé en acier & l'art d'adoucir le fer fondu*, Pariſ. 1722. 4. Marb. 1737. 8.

Adde etiam ad hiſtoriam ferri: *E. SWEDENBURG* de ferro in magno opere.

G. W. STAHL varia ſunt huc pertinentia, *de modo generandi ſplendidiſſimam ferri mineram ex vulgari bolo pigmentario, de croco martis aperitivo*: & *de ſolutione martis in puro alcali*: in *opuſculis*.

L. ROBERG de metallo Danemorenſi, Upſal. 1716. 4.

WEST-

WESTMANN de ferro Suecico Oſmund, Upſal 1725. 4.
C. NEUMANN de ferro 1732. 4.
J. G. WALLERIUS orſaken til Kallbräkt Järn, Stokh. 1750. 8.

Ad Stannum.

REAUMUR de præparatione Ferri & Stanno. *Acad. des Sciences.* 1728.
HELLOT analyſis Zinci. *ibid.* 1725.
GROSSE de metallis a Stanno depurandis an. 1730.
GEOFROI de Stanno. 1738.
Stannum peculiare. 1741.
MALOUIN de Zinco & Stanno. *Mém. de l' Acad.* 1742.
De Stanni diverſis generibus miſtis. 1743.
MERRET de Stanni Mineris. *Phil. Tranſ.* n. 138. conf. 69.
Ad ſtanni hiſtoriam pertinent etiam *MARGGRAF* de ſtanno *Mémoire de l' Académie de Berlin* 1741.
Ad eos, quos ex *Académie des Sciences* citavimus, pertinet etiam *MALOUIN*, qui de zinco egit, ibid. 1746.
POTT de zinco in Exerc. II. *MARGGRAF* de eodem in Acad. Berolin. 1746.

Ad Semi Metalla.

De Pyrite, ex quo fulgura inquit oriri *LISTER*. *Phil. Tranſ.* n. 157.
POWEY de lapide Calaminari. *Phil. Tranſ.* n. 198.
R. PLOT. de *back-lead Phil. Tranſ.* n. 290.
KRIEG de Cobalto & Arſenico. *Phil. Tranſ.* n. 293.
LINK de Cobalto. n. 396. *ibid.*
GEOFROI de Antimonio & Phoſphoro detonante 1736.
MEUDER de Antimonio. Lond. 1747. 8. & ſæpe alias, Chemicus inprimis eſt.
E. F. MEUDER ibi citatus prodiit etiam prius 1738. 8.
BAS. VALENTINI currus triumphalis antimonii, Amſtelod. 1671. 8. &c.
G. W. STAHL de reguli ſtellati antimonii encheireſi & de regulis metallicis in *opuſculis*.
MICH. ALBERTI de auripigmento, Hall. 1720. 4.
F. HOFMANN de analyſi reguli antimonii, Hall. 1729. 4.
C. NEUMANN de antimonio 1732. 4.
ISAAC LAWSON de nihilo, Leid. 1737. 4.
POTT de auripigmento. IDEM *de pſeudogalena* in Exercitationibus.
S. P. HILSCHER & FUCHS de partibus conſtituentibus antimonii, Jen. 1743. 4.
NIC. LEMERY traité de l' antimoine, Pariſ. 1707. Philoſophiæ corpuſculari theoreticæ addictus, hactenus utilis, quod nos levet onere repetendorum inutilium proceſſuum.

Ad Sulphur.

HOMBERG du Soufre principe. *Acad. des Sciences*, 1703. 1705. 1706. 1710. & *GEOFROI* de Sulphure. 1704.
GUGLIELMINI de principio ſulphuris. Venet. 1710. 8.
G. E. STAHL Zufällige gedanken vom ſulfure. Hall. 1718. 8. de ſulphure ſuo artificiali; de ſulphure metallorum vere demonſtrabili, & cauſa caloris atque vinculo partium chemica multa, ſed aliqua tamen etiam ad perfectionem metallurgiæ. Dictio cæterum, qualis Auctori familiaris fuit ſubobſcura, neque ordinem quæſivit.
C. NEUMANN de ſulphure. l. c.
WARN CHROUET ſur l' analyſe du ſoufre comun. Journ. de Trev. 1707. *HOMBERGIUM* refutat. Flores ſulphuris dari ab omni acido puros adfirmat.
Opuſculum *G. E. STAHLII* hic citatum exſtat etiam in EJUS *opuſculis* cum titulo *Anatome ſulfuris communis* 1732. 4. Ibidem etiam habetur *experimentum novum ſulfuris arte producendi*.
Huc etiam referenda *J. ANDR. SLEVOGT* bona diſputatio *de ſulfure Goſtarienſi*, quæ prodiit Jen. 1719. 4.

Ad Succinum.

Sulphuri vicinum eſt Succinum, cujus vetuſtiores deſcriptiones omitto. *PHILIPPI* tamen *HARTMANNI Succini Pruſſici hiſtoria*, Francofurti 1677. ut & in *Phil. Tranſ.* n. 248. pro ea

ætate

ætate & exteriori hujus foſſilis hiſtoria legi poteſt, qui perperam equidem Succinum lapidibus accenſuit.

NATHANAEL SENDEL cum *Electrologia* tribus miſſibus Elbingæ in 4. an. 1725. 1726. 1728. editus quaſi præluſiſſet, bituminumque claſſi Succina recte inſeruiſſet, majori denique Opere pro dignitate rem eſt perſecutus. Lipſiæ an. 1742. fol. edito.

C. NEUMANN de Succino 1730. 4.

BONNAC de Succino. *Hiſt. de l' Académie*. 1705.

JOH. PH. BREYNE de ſuccinea gleba rariſſima. *Phil. Tranſ.* n. 395. conf. *ibid.* n. 249.

MALOUIN de Succino. *Mém. de l' Acad.* 1742.

J. WIGAND de ſuccino Pruſſico, Jen. 1590. 8.

PH. JAC. HARTMANN de ſuccino, Regiomont. 1677. 8.

J. FR. CARTHEUSER de ſuccino etiam agit in ſpecimine *Amœnitatum naturæ & artis*.

Ad Ambram, Petroleum, Phoſphorum, &c.

C. NEUMANN de Ambra griſea. Phil. Tranſ. n. 433. 434. 435. cum *BROWNII* animadverſionibus. *NEUMANNI* Libellus ſeorſim Dreſdæ 1736. 4. editus eſt. Eo magis huc pertinet, quod eam Ambram Succini ſpeciem fecerit.

De Ambaro etiam *Phil. Tranſ.* 290. 385. ubi tribuitur piſci cetaceo.

FRANCISCI ARIOSTI de *Petroleo*. *M. ZIBINI* a *RAMAZZINO* editus Libellus, Mutinæ 1698. 8. cum Opuſculo ſuo ejuſdem argumenti. Scripſit autem an. 1460. & an. 1690. Hafniæ editus eſt a *JACOBÆO*. Fontes nobiles illos Petrolei deſcribit, de quibus etiam *VALISNERIUS* aliqua habet.

FR. ARIOSTI ibi citatus libellus editus etiam a *SCHELHAMMERO*. Kilon. 1699.

J. B. SCHRAMUCCI in *meditationibus familiaribus ad MAGLIABECCHIUM* Urbin 1697. 4. deſcribit ligna foſſilia bituminoſa duo, quorum unum verum lignum fuit, alterum de carbonum foſſilium genere, fontem denique flammiferum.

Deſcription de la piéce d' Ambre gris peſant 182. *livres avec un traité de ſon origine & de ſa vertu par CHEVALIER*, Amſtelod. 1700. 4.

G. W. WEDEL de petroleo, Jen. 1709. 4.

FRANC. STELLUTI de ligno foſſili minerali recuſ. in *Miſcell. Nat. Cur.* D. I. Ann. III. opp.

De eodem Petroleo exſtat *D. GEOFROI* Libellus. *Mém. de l' Acad.* 1736.

A. J. G. KRUGER Gedanken von den ſtein-kohlen.

J. PHIL. BUNTING ſylva ſubterranea oder nutzbarkeit der ſtein-kohlen, Hall. 1683. 8.

D' EIRINIS Differt. *ſur l' Aſphalte*. Pariſiis 1721. 12. Græcus homo & mendax, in Helvetia vitæ finem fecit; Neocaſtrenſes bituminis fodinas deſcripſit.

De lapide oleum fundente. *Phil. Tranſ.* n. 228.

BOYLE de liquore bituminoſo ſponte moto. *Phil. Tranſ.* n. 176. de fonte ardente in Shropshire. n. 334.

L. F. MARSIGLI de Phoſphoro minerali. 1702. 4. max. Deſcriptio, analyſis & anatome Phoſphori Bononienſis, & gypſi.

F. LICET litheoſphorus ſeu de lapide Bononienſi, Vicent. 1640. 4. *

G. MENZEL lapis Bononienſis in obſcuro lucens collatus cum phoſphoro hermetico, Bielefeld. 1675. 8. *

NOLET de lapide Bononienſi. *Mém. de l' Acad. des Sciences.* an. 1743.

Alia de phoſphoris monumenta recenſui, ubi de luce egi.

De Salibus in genere.

De figuris Salium *LEEUWENHOEK* in *Phil. Trans.* n. 170. 173. 298. 311.

DOMIN. GUILIELMINI Refleſſ. filoſof. intorno le figure de Sali. Bononiæ 1688. 4. & Padoa. 706. 4. Itemque *de Salibus.* Venetiis 1705. 8.

De Salium ſolutione in aqua *LEMERY.* 1716. 1724.

De Sale. *Phil. Trans.* n. 103. 104.

G.E. STAHLS Bevveiſs daſs die Salze aus einer zarten Erden beſtehen. Hall. 1723. 8. Sales foſſiles & aereos deſcribit, omneſque ope ſeparationis ſpirituum acidorum & miſtionis cum terra alcalina in aqueum humorem & terram ſeparari poſſe docet, qua occaſione multa alia notatu digna interſpergit.

J. F.

J. F. *HENKEL von der Vervvandtſchaft der pflanzen, mit dem mineral Reich*, Lipſ. 17 21 8. Mira equidem eſt Auctoris theoria, qui Archæum neſcio quem telluris, & futuram totius orbis vitrificationem ſtatuat, ſemi-*BOEHMIANUS*. Paſſim tamen metallurgica & chemica varia intercurrunt, & Sal alcalinus ſalicorniæ huc inprimis pertinet, quem in ea planta, ſed una ſalem marinum invenit, & pulcherrimum colorem cæruleum ex illis cum aceto efferveſcentia obtinuit.

DOM. GUILIELMINI, quem ibi citavimus, theoreticus eſt, quem acerbe refutat *NEUMANNUS* in *praef.* T. III. Adde ad hanc de ſalibus tractationem.

FRIDERICH HONDORPH beſchreibung des Salzvverkes zu Halle in Sachſen, Hall. 1670. 4. & recuſ. 1749. fol. cum *CL. DREYHAUPT* hiſtoria naturali *des Saal Kreyſes*. Bonus libellus ob hiſtoriam & encheireſes.

J. W. KUNSTEL de ſalibus metallorum, Lipſ. 1711. 4.

FR. HOFMANN gründliche beſchreibung des ſalzvverks zu Halle, Hall. 1708. 4. cum tractatu de origine fontium ſalſorum modoque coquendi. EJ. *de generatione ſalium*, ibid. 1729. 4.

Prodromus principiorum rerum naturalium, ſeu nova tentamina chymiam & phyſicam experimentalem geometrice explicandi EM. SWEDENBURGII. Amſtelod. 1721. 8. Mira theoria de figuris ſalium.

J. MICH. HEFFELMAIER hiſtoria ſalis quod Halæ Suevorum coquitur, & varia tentamina & experimenta ejuſdem naturam declarantia, Altdorf. 1731. 4.

A. BUCHNER de generatione & differentiis ſalium Reſp. *BRANDES*, Hall. 1743. 4. bona diſputat.

W. BROWNRIGG art of making common ſalt, Lond. 1748. 8. utilis liber tradit collectas encheireſes pro ſale marino parando, per totum orbem terrarum uſu venientes. Analyſin tradit ſalis communis, & modum, quo alcaleſcentia ab exhalante ſpiritu impediatur lenta decoctione novoque ſale adjecto.

J. *GOTTFR. LICHT de ſale communi ejuſque exiſtentia in omnibus rebus mundanis*, Hafn. 1749. 4 bona diſp. ſalem marinum habet pro ſale fundamentali naturæ, eumque in plantis, in metallis ubique reperit, ſalemque marinum expoſitum aeri validiorem fieri obſervavit.

J. *WALLERIUS om ſalternes orſprong*, Stokh. 1750. 8.

De ſale marino agit etiam *WESSEL LINDEN* in libello, quo de viſco etiam & mineralibus aquis egit.

Ad Salem marinum.

Salis marini hiſtoria, ut in Gallia paratur perutilis. *Journ. de Trevoux*. 1744. p. 430.

DU HAMEL Sal alcali eſſe baſin Salis marini. *Mém. de l' Acad.* 1736.

LEMERY, GEOFROI & *HELLOT* examen Salis de Pecais. *Mém. de l' Acad.* 1740.

De fontibus ſalſis in Durhamenſi Epiſcopatu. *Phil. Trans.* n. 163.

PETIT de præcipitatione Salis marini in fabrica nitri. *Mém. de l' Acad.*

De aquis ſalſis in Droytvvhich. *Phil. Trans.* n. 142. in Staffordſhire. n. 145.

De Sale & ejus fodinis. n. 156.

De Salinis Hungaricis. n. 4 3.

De coctione Salis in Gallia. *Phil. Trans.* n. 51. Anglia. n. 53. Polonia. n. 61.

Ad Salem mirabilem alioſque neutros.

BOULDUC de Sale naturali ex Delphinatu. *Mémoires de l' Acad.* 1727.

HELLOT de Sale mirabili in vitriolo. *Mém. de l' Acad.* 1738.

BOULDUC de Sale Epſonienſi. *Mém. de l' Acad.* 1718. 1732.

De Natro *ibid.* 1732. & de eodem *LEIGH. Phil. Trans.* n. 160. tum II. *SALBERG Tal om natron.* Stokh. 1745. 8.

J. *GOTS. WALLERIUS Forſvvarſchrift vvorutinnan S. S.S. tala beſvvaras*. Upſal. 1745. 8. & II. *SALBERG ytterligare aterſvvar.* Stokholm. 1746. 8. Lis, orta de Sale quodam nativo, quem *SALBERGIUS* natrum vocat, negat natrum eſſe *WALLERIUS*, cum natrum alcali ſit, Sal Suecicus vero de genere Salis mirabilis. Bona ea occaſione experimenta facta.

E. BROWN de Sale cathartico amaro. *Phil. Trans.* n. 377. 378.

NEH. GREW de eodem, Londini 1695. 12. & in Bibliotheca Pharmaceutica *MANGETI.*

S. THEOD. QUELMALZ de ſalibus ſalſis, Lipſ. 1741. 4.

CHRISTIAN PAUL BOEHMER de ſalis medii geneſi ex acido aëreo, Hall. 1737. 4.

Ad Salem Ammoniacum.

LEMERY de origine Salis Ammoniaci. *Mém. de l' Acad.* 1716. 1721.

GEOFROI de eodem 1705. 1720. 1723.

DU HAMEL de eodem 1735. conf. 1700.

G. W. WEDEL de ſale ammoniaco, Jen. 1695. 4.

Apud *UNTZERUM* varii modi parandi ſalis ammoniaci artificialis ex urina, ſale, & fuligine exſtant.

CHRISTOPH. DAV. MELTZER de ſalis ammoniaci natura & uſu, Regiomont 1720. diſp.

Ad Nitrum.

WILL. CLARKE natural hiſtory of Nitre. Lond. 1670. 8. * Parum laudatur a peritis.

WILL. CLARKE dictus liber latine etiam exſtat, Francof. 1675. 8.

G. C. SCHELHAMMERI vero *de nitro* Libellus eruditus quidem, ſed naturam intimam minus ingreditur. Amſtelodami editus eſt 1709. 12. Nitrum noſtrum novum eſſe, neque cognitum antiquis demonſtrat. *GUILIELMINI* figuras Salium, & præcipitata inde corollaria deridet.

C. NEUMANN in proprio Libello. 1732. 4.

LEMERY de Nitro. *Mém. de l' Acad.* 1717.

POLI de generatione Nitri. *ibid.* 1719.

BOULDUC de aqua matre Nitri. *ibid.* 1720.

HELLOT de ejus rubris vaporibus. 1736.

F. HOFMANN de nitro. diſp.

J. KUNKEL vom nitro, Witteb. 1678. 8.

R. J. CAMERAR. de nitro, Tubing. 1718. 8.

GEORG. WOLFGANG STAHL de nitro egit in *opuſc. med. chym.* & germanice ſub titulo *von der natur, erzeugung, bereitung, und nuzbarkeit des ſalpeters*, Franc. Lipſ. 1734. 8. utili, ut ſolet, labore.

Kongl. och Rikſens Knigs Collegii berättelſe om ſalpeter, Stokh. 1747. 8. ad fabricam ejus ſalis.

J. G. PIETSCH abhandl. von der erzeugung des ſalpeters, Berlin 1750. 4. qua præmium meruit. Artificiale nitrum ex vitriolico acido, alcali animali & calce generavit, novam dat ejus ſalis analyſin, modumque quo facillime ad uſus œconomicos paretur.

Ad Sales artificiales.

C. NEUMANNI de Salibus alcalinis fixis. *Phil. Trans.* n. 392. 393. & *BOURDELIN* de formatione Salium lixivorum. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1728.

M. BERNH. VALENTINI de magneſia alba, Gieſſ. 1707. 4.

AD. SLEVOGT de ſale cathartico amaro Anglico, Jen. 1715. 4.

J. ANDR. FISCHER tentamen circa ſal petra ſpumoſum, amarum, catharticum, Erf. 1724. 4. bona diſp.

HERM. FRID. TEICHMEYER de ſale de ſeignette, Jen. 1742. 4. recuſa Germanice a *GOTTFR. HENRICO BURGHARD* cum notis & animadverſionibus, Breſſau 1749. 8. Fuſe refertus modus parandi hujus ſalis, & naſcentis phænomena, & utilitates.

A. FR. WALTHER de nitroſo ſale plurium fontium, Lipſ. 1744. 4.

G. W. STAHL de arcani duplicati & tartari vitriolati genealogia egit in *opuſculis*.

De Borace egit etiam *POTT* in Exerc. II.

Ad Salem acidum.

HOMBERG de acido minerali & vegetabili. *Mém. de l' Acad.* 1709.

Ad Boracem.

LEMERY de eo 1703. 1728. 1729. *GEOFROI*. *Mém. de l' Acad.* 1732.

MODELL de Borace nativa. Londini 1747. 4. Et in Borace & in Sale alcalino quodam foſſili, cui pene idem nomen eſt, plurima experimenta fecit.

Ad vitriola.

De Vitriolo. *Phil. Tranſ.* n. 103.

LISTER de vitriolo albo. *Phil. Trans.* n. 256.

De aluminis & vitrioli operibus. *Phil. Trans.* n. 142. De iiſdem *LEMERY. Mém. de l' Acad.* 1636. *GEOFROI* de iiſdem. 1728.

GEOFROI de mineris Aluminis Italicis. *Mém. de l' Acad.* 1720.

MELH. PHILIP. HARTMANN. de vitriolo, Regiom. 1714. 4. Vitrioli opera Aletana *SAUVAGES Mém. de Montpel.* 1746.

J. J. BAJER de alumine, Altdorf. 1715. 4.

Huc etiam pertinet *CANEPARIUS de atramentis.*

Ad lapides in genere.

GEOFROI de origine Lapidum. *Mém. de l' Acad.* 1716.

JOH. FR. HENKEL idea generalis de Lapidum origine. Dreſdæ 1734. 8.

THEOPHRASTI hiſtory of ſtones cum verſione & notis *JOH. HILL.* Lond. 1746. 8.

JOH. HENR. POTT Lithogeognoſia. Potzdam. 1746. 4. Innumeris obſervationibus, claſſes terrarum & lapidum, alcalinæ, gypſeæ, & vitreſcibilis & argillaceæ naturæ definivit, earumque miſturas, indeque ortam phænomenorum varietatem expoſuit.

Hiſtoire naturelle éclaircie dans la Lithologie & Conchyologie. Pariſiis 1743. 4. Eximium Opus cum pulcherrimis teſtaceorum figuris, quæ Auctor tribuit Diluvio. Muſæorum etiam Catalogum habet.

P. LOBE' de diverſa lapidum origine, Leid. 1742. 4.

THEOPHRASTI περὶ λίθων βιβλ. cum notis criticis & philoſophicis J. HILL. London 1746. 8. Egregius liber, & ipſius quidem *THEOPHRASTI*, pro ea ætate, & inprimis *HILLII*, qui non ſolum critice atque phyſice obſcura auctoris loca explicavit, verum de tota foſſilium natura perite egit. Figuratos lapides diluvio adſeruit, colorum in gemmis originem a ſuis metallis deduxit, petrificationes veras lignorum dari negavit, ſapphirum a cupro tingi oſtendit, & cuprum non a ſolo alcali ſed a vitriolico etiam acido cum cœruleo colore diſſolvi expertus eſt, turcoidem artificialem paravit, &c.

PSELLUS de lapidum virtutibus. Gr. Lat. cum vol. *PH. JAC. MAUSSACI* & *JO. STEPH. BERNARD* Leid. 1745. 8.

Ad Gemmas.

ANSELMI BOETII de *BOOT hiſtoria Gemmarum & Lapidum.* Hanov. 1609. 4. & cum augmentis *TOLLII* & *J.* de *LAETII.* 1647. 8. Externa rerum perſequuntur, tum ex antiquis, tum ex recentioribus monumentis Indicorum Scriptorum & Germanicorum, Phyſicen interim non attigit, magis nomenclator.

De Turcoide *REAUMUR Mém. de l' Acad. des Sciences.* 1715. & obſervationes aliæ *MORTIMERII. Phil. Trans.* n. 482.

ROB. BOYLE Libellus *de Gemmis* ſupradictus.

MAURICII ANTONII CAPELLERII viri doctiſſimi *Chryſtallographia Prodromus.* Lucernæ 1723. 4.

HYACINTHI GIMMÆ della ſtoria naturale delle Gemme, delle Pietre e di tutti i Minerali. Neapoli 1730. 4. Habet etiam ipſos animantium lapides, vulcanos, aquas minerales, &c.

De interiori facie Adamantum *LEUWENHOEK. Phil. Trans.* n. 324. 374.

De Adamantibus Braſilianis. *Phil. Trans.* n. 421.

LISTER de Silicibus pellucentibus. *Phil. Trans.* n. 201.

ROB. BOYLE libellus *de gemm.* prodiit Lond. 1672. 8. &c. *J. FRIDERICI GRONOVII index ſupellectilis lapideæ quam collegit*, Leid. 1750. 8. qui inter muſæorum etiam indices referri poteſt.

M. A. CAPELLERIUS in libro citato agit de cryſtallis improprie ſic dictis.

Adde deinde Gemmarum hiſtoriæ.

A. GIMMÆ vaſtum opus eſt, & omnem hiſtoriam foſſilium etiam ſulfura & aquas, cryptas denique ſubterraneas, & Vulcanos tractat, & lapides animales, tabacum. Maxima pars tamen de lapidibus eſt, collecta ex antiquis atque recentioribus ſcriptoribus.

THOM. NICHOLLI faithfull lapidary, Lond. 1652. 4. Germanice Culmbach, 1734.

ERASMI BARTHOLINI experimenta cryſtalli Islandici disdiaclaſtici quibus mira & inſolita refractio detegitur, Hafn. 1670. 4. utcunque huc pertinet.

CAROLI LINNÆI de generatione cryſtallorum; Upſal. 1747. 4. Bona diſp. qua ſalium ſpati & cryſtallorum analogia & ſimilis ex ſucco concretio oſtenditur, & de vegetatione lapidum agitur.

J. de *BAILLOU* de gemmis in *memorie di varia erudizione della ſocietà columbaria* 1747. Florent.

DAVID JEFFERIES of pearls and diamonds, Lond. 1750. mere pro artificibus.

Ad alios Lapides.

LA HIRE de Petrificatione. *anc. Mém. de l' Acad. des Sc.* X. p. 110.

De vi petrificante lacus Lough-Neagh. *Phil. Trans.* n. 158. 166.

JAC. MOCK de cauſis concretionis & diſſolutionis rerum quarumdam tam extra quam intra corpus humanum, Freiburg 1696. 8. Collegit ex ſcriptoribus exempla aquæ lapideſcentis, & ligni aut concretionis cujuſcunque.

SHIRLEY philoſophical eſſay declaring the cauſes vvhereby ſtones are produced, Lond. 1672. 8.*

ABRAHAM VATERI hiſtoria filtri lapidis. *Phil. Trans.* n. 438. & de eodem diſputatio *M. B. VALENTINI*.

HOPPE vom filtrierſtein, Lipſ. 1748. 4.

J. CIAMPINI libellum recudit in epiſtolis *BRUKMANNUS Cent.* II.

EJUSDEM BRUKMANNI de asbeſto, Brunsvic. 1747. 4.

De ſale calcis egit etiam *MACQUER Mém. de l' Acad.* 1745.

Lapidum etiam hiſtoriæ adde: *TH. ERASTI de lapide ſabuloſo* ſeu oſteocolla in opuſculis, Francofurt. 1590. fol. editis.

AUGERII CLUTII Calsvee ſeu diſſertatio lapidis nephritici ſeu jaſpidis viridis natura, proprietates a *GUIL. LAUREMBERG* latine verſ. Roſtoch. 1627. 12. *

C. BARTHOLIN de lapide nephritico, Hafn. 1628. 4. *

J. GOTTSCH. TRANÆUS de calce viva Lutet. Pariſ. 1685. *

BRAND de calce *Stokholm. handling.* 1742. n. 2.

J. LAUR. BAUSCH de aëtite, Jen. 1665. 8.

STOBÆI & *RETZ hiſtoria naturalis* Dendritæ, Lond. Goth. 1724. 4. De iiſdem *SCHEUCHZERUS* in *A. N. C.* & in *Mém. de l' Acad.* 1745. *ABBAS* de *SAUVAGES*.

JOH. CIAMPINI de incombuſtibili Lino ſeu Amianto ejuſque filandi modo. Rom. 1691. 4. Habet deſcriptionem totius artificii.

Asbeſti hiſtoria. *Phil. Trans.* n. 273. 276. conf. 72. 333.

DU FAY de Selenite Bernenſi. *Mém. de l' Acad.* 1724.

IDEM de Sale calcis. *Mém. de l' Acad.* 1724. & 1732.

BURLET de aqua calcis. *Mém. de l' Acad. des Sc.* 1716.

PETIT Gypſi analyſis. *ibid.* 1734.

JUSSIEU de eodem. 1719.

HAUTERIVE de lapide viridi ex Terra Amazonum. *Mém. de l' Acad.* 1724.

De Lapide fiſſili. *Phil. Trans.* 243.

A. BEURER & *C. NEUMANN* de Oſteocolla. *Phil. Trans.* n. 476.

Ad eorum figuras.

REAUMUR de rotunditate Silicum. *Mém. de l' Acad.* 1723. de formatione eorum 1721. & *DE MAIRAN* de iiſdem.

Silex artificialis *BAZIN. ibid.* 1719. *HENKEL.* l. cit.

De Lapidibus figuratis metallicis. *Phil. Trans.* n. 129. 150.

LISTER de Lapidibus figuræ determinatæ. *Phil. Trans.* n. 200. conf. 243.

PIERRE BARRERE de l' origine des Pierres figurées. Pariſiis 1746. 8.

Ad Terras.

J. DAN. MAJOR. de lacte Lunæ. Kilon. 1667. 4.

P. BOCCONE della Pietra Belzoar minerale Siciliana. Monteleone. 1669. 4. *

REAUMUR de Terris. *Mém. de l' Acad.* 1730.

J. H. POTT. l. cit.

DAN. FISCHER de Terra medicinali Tocayenſi. Vratislav. 1732. 4. Eſſe bolos metallicos immaturos, abſque auro.

De Terra Windeſorienſi maximi ignis patiente. *Phil. Trans.* n. 483.

Nuper

Nuper etiam Cl. *HEBENSTREITIUS* reſpondente *LUTHERO* de terris diſputationem edidit & exſpectatur amici noſtri doctiſſimi *C. G. LUDWIGII* plenum de eadem materia Opus. Inter Scriptores Muſæorum & Regionum multi foſſilia etiam deſcripſerunt. *PLOTIUS*, *P. du TERTRE*, *SCHEUCHZERUS*, *IS. ACOSTA*, *BELLONIUS*, *EDWARDUS BROWN* (qui pulcherrimas fodinas Hungariæ, Iſtriæ, accurate deſcripſit), *JOH SWEIKHART*, de *VALVASOR*, *TAVERNIER* (ad gemmarum hiſtoriam), *RAJUS*, *FREZIER*, *LABAT* (in itinere Africano ex aliorum relationibus congeſto), *FLACOURT*, *MONCONIS*, *KÆMPFERUS* (in Japoniæ hiſtoria), *M. B. VALENTIN*, *LEOPOLD. P. J.* a *STRAHLENBERG*.

Inter Muſæorum Scriptores plerique foſſilia recenſuerunt, *GREVIUS*, *WORMIUS*, *CALCEOLARIUS*, *SEPTALIUS*.

CHRISTIAN. GOTTLIEB LUDWIG terræ Muſæi R. Dreſd. Lipſ. 1749. fol. In magno opere & collectæ *RIVINI* ſchedæ & icones reperiuntur & terræ ad methodum botanicam per claſſes, genera, & ſpecies, ordinatæ, earumque varietates pene innumeræ, maxime bolorum & terrarum ſigillatarum, & generatio terrarum phyſica & utilitates adferuntur.

M. SCHOOK de turfis, Groningen 1688. 12.

JOACH. CAMERARII de bolo armena & terra lemnia, Norib. 1583. 8. *

HIERONYMI MONSCLARI dichiarazione contra il diſcorſo de PIER. FRANC. GIRALDINI ſopra la ſua ritrovata polvere che fu ſtimata Belzuar Minerale, Genua 1624. 4. *

Q. A. RIVINI de terris medicinalibus, Lipſ. 1723. 4. *

GOTTF. GEILFUS de terra ſigillata Laubacenſi, Gieſſ. 1714. 8.

ALOYSII della *FABBRA de terra Nucerina*, Ferrar. 1700. 8. bona diſſ. & per experimenta nata.

J. ADR. KULBEL Quæſtio *quænam ſit cauſa fertilitatis terrarum*, Dreſd. 1740. 4. & Lat. & Gall. Leidæ 1742. 4. qua præmium anno 1739. Burdigalæ propoſitum meruit.

J. E. HEBENSTREIT de terris, Lipſ. 1745. 4.

Hiſtoria Animalium.

Cum anatome paſſim commiſta eſt, uti cum chemia foſſilium deſcriptio. Hujus Auctores, quos cum fructu legi poſſe perſuadeor, iſti ſunt.

Ad Animalium claſſes omnes aut pleraſque.

ARISTOTELES jam citatus.

ARISTOTELIS de animalibus libri ſeorſim prodierunt Florentiæ 1527. fol. Gr. Lat. Idem interprete *J. C. SCALIGERO* cum ejus commentariis & animadverſionibus *PHILIPPI JACOBI MAUSSACI* excuſi ſunt Toloſæ 1619. fol. Verſio vero *TH. GAZÆ* prodiit Venet. 1476. fol. & ſæpe alias.

ALBERTI MAGNI Lib. *de virtutibus herbarum, lapidum & animalium: accedit opuſculum de falconibus, aſturibus & accipitribus* variis annis, Lugd. 1596. 24. Amſtel. 1648. 8. &c.

GEORGII AGRIGOLÆ de animalibus ſubterraneis L. Witteb. 1621. 8. & alias, non magni momenti.

J. HENRICI MAII hiſtoria animalium in ſacro inprimis codice memoratorum ... opus quo *BOCHARTUS per ſingula fere capita augetur & emendatur*, Francof. & Spiræ 1686. Philologice inprimis ſcripſit.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ περὶ ζώων. Editio pulchra *A. GRONOVII*, Londini. 1744. 4. ſupra citata eſt.

PHILE de Animalium proprietatibus. Gr. & Lat. editus a *C. PAAU*. Exſcripſit fere Ælianum.

Opera *GESNERI* & *ALDROVANDI* ſupra recenſita ſunt.

E. WOTTON de differentiis Animalium L. XII. Pariſiis 1552. ab eruditione magis, quam ab ipſarum rerum cognitione commendatur.

CASPARI SCHWENKFELD Theriotrophium Sileſiæ. Ligniz 1603. 4. Hiſtoria ſatis plena, neque contemnenda, deſcriptiones breves, morum hiſtoriam, utilitates recenſet.

J. JOHNSTON Hiſtoria naturalis de quadrupedibus L. IV. *De piſcibus & cetis* L. V. *De exſanguibus aquaticis* L. IV. *De Avibus* L. II. *De inſectis* L. III. *De Serpentibus & Draconibus* L. II. Francof. 1646. 1650. 1653. 1662. cujus novam editionem, additis iconibus Piſcium Amboinenſium auctam edidit *HENR. RUYSCHIUS FRID.* fil. Amſtelod. 1718. 2. vol. Compilatio eſt, undecunque collecta, bonis maliſque miſtis, neque ſumma iconum fides eſt;

 pro-

propria, vix ulla, cæterum commodum quod maxima illa farrago Collectaneorum Aldrovandinorum abjecta ſit.

WOLFGANGI FRANZII hiſtoria animalium . . . . . . in gratiam ſtudioſorum theologiæ, Amſtelod. 1665. 12. Dreſd. 1687. & *continuatio hiſtoriæ animalium*, Fr. Lipſ. 1688. 8. & cum *commentariis & ſupplementis ex recentiorum hiſtoria naturali, ope J. CYPRIANI* Fr. Lipſ. 1712. 4. & ipſum magis ad Philologiam & emblemata collectitium opus.

HENRICI RORARII quod animalia ratione melius utantur, Helmſtad. 1728. 8. cum notis uberrimis *J. H. RIBOVII*.

G. C. KIRCHMAYER zoologia phiſica & de baſiliſco, unicornu, phœnice, &c. VVitt. 1669. 8. Collectanea.

M. CATESBY appendix prodiit Lond. 1747. fol. qua viginti tabulæ continentur.

J. GOTTLOB KRUGER erklärung etlicher thiere, Hall. 1746. 8.

C. LINNÆI ſyſtematis Nat. Ed. VI. prodiit Stokholm. 1748.

PHIL. CONR. FABRICII de animalibus quadrupedibus, avibus, amphibiis & inſectis VVeteraviæ indigenis, Helmſtad. 1749. 8. ſatis dives catalogus cum obſervationibus medicis.

J. DAN. MEYER pictor Noribergenſis numeroſa animalia edidit vivis coloribus picta cum ſceletis, ab anno 1749. utili omnino inſtituto.

Huc denique pertinent dictionaria œconomica *CHOMELII* &c.; ſed venatorii libri omnes huc ſpectant, & libri quibus domus ruſtica continetur. Verum hæc enarraſſe vix licet.

HENRIC WILHELM DOBEL jägerpractica, Lipſ. 1746. fol. Per experimenta natus.

Inter domos ruſticas *HOCHBERGII GEORGICA*, *OL.* du *PRADEL*, *C. STEPHANI domus ruſtica* recenſeri merentur, quæ in botanicis dicentur.

GUALTHERI CHARLETON Onomaſticon Zoicum. Londini 1668. 4. vel, uti in auctiori Editione titulus eſt: *Exercit. de differentiis & nominibus animalium*. Oxonii 1677. fol. Claſſes & genera ex habitu fere conſtituit, & ſpecies generibus ſubordinat, abſque tamen characteribus. Icones avium pulchræ, & diſſertationes nonnullæ piſcium intercedunt. Foſſilium ſequitur Catalogus, ſed quo, meliores nacti, minus ægre caremus.

Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des animaux. Pariſiis 1676. fol. cujus aliqua pars Pariſiis an. 1667. & 1682. in 4. prodierat, plenior vero multiſque animalibus aucta editio inſerta eſt in *Mémoires de l'Acad. avant 1699*. partemque tertiam conſtituit. Deſcriptiones ſunt & diſſectiones quadrupedum animalium, & avium, & piſcium paucorum, qui in Regiis vivariis conſervati, ab Academicis, *PERRALTO* maxime, & *DUVERNEYO* diſſecti ſunt. Splendidæ icones, dimenſiones ſollicitæ, anatome hinc inde paulo vitioſior, ut in poſterioribus monumentis paſſim corrigi oportuerit. Eas deſcriptiones Anglice reddidit Alex. *PITFIELD*, & edidit Londini 1687. fol. Multa etiam animalia imitatus eſt *M. B. VALENTINI*.

MARCI CATESBY natural hiſtory of Carolina. 2. vol. fol. maj. Lond. 1731. ſeq. Singulis tabulis, quæ aliquot ſuper ducentas ſunt, additæ aves, & piſces ejus regionis ad vivum delineati, & ſuis coloribus picti ab Auctore. Splendidum Opus & fidele.

De animalibus Philippinarum Inſularum *Phil. Trans.* n. 255. 285. 302. 303. 305. 311. 316. *GEMELLI CARRERI* in Itin.

A deſcription of tvvo hundred animals extracted from the beſt Authors. Lond. 1738. 8. * Anglica ſolum nomina, deſcriptiones breves, icones ex *WILLUGHBEYO* fere.

A deſcription of ſome curious animals omitted in the former deſcription vvith the natural hyſtory of Chimpanzee. Ibid. 1739. 8. *

DENYS de *COETLOYON tour trough the animal vvorld*. Lond. 1746. 8 eſt compilatio cum iconibus mediocribus, animalibus fabuloſis, & nonnullis Botanicis.

CAROLI LINNÆI Syſtema naturæ. Animalia in genera, ſpecieſque ex methodi botanicæ rigore diſtribuit, characteribus in quadrupedibus a dentibus, mammis, & digitis deſumtis.

EJUSDEM Fauna Suecica. Stokh. 1746. 8. Uberrimus catalogus eſt animalium Sueciæ, maxime in Inſectis, quorum infinitæ ſpecies cum deſcriptionibus, omnia vetuſta nomina ex methodi ſeveritate disjecit, nova introduxit, ſpecies aliter ordinavit, multas veterum ſpecies in varietatum numerum detruſit.

S. BOCHARTI hierozoicon, *LUDOLPHI Hiſtoriam Æthiopicam*, *FRANZII* & *MAII* animalium hiſtorias omitto.

Ple-

Plerique etiam regionum deſcriptores, & itinerariorum animalia utcumque deſcripſerunt, acuratius vero *LEO AFRICANUS*, *PIGAFETTA*, *JOHANNES LERY*, *PROSPER ALPINUS*, *FRANCISCUS HERNANDEZ* cum notis *RECCHI*, P. du *TERTRE*, *GEORGIUS MARCKGRAF* de *LIEBSTATT*, Jeſuitæ qui in regnum Siam profecti ſunt, *FRIDERICUS MARTENS*, de *FLACOURT*, *KÆMPFER*, *KNOX*, *BARRERE*, *SHAW*, *P. LABAT*, *ROBERTUS SIBBALD*, *R. PLOT*, *LIONEL WAFER*, *LUDOVICUS FEUILLE'E*, *KOLB*, *HANS SLOANE*, alii.

Ex Muſeis vero huc pertinent *GRAWIANUM*, *WORMIANUM*, & inprimis theſauri *PETIVERI*, *VINCENTII*, *SEBÆ*, & *Theſaurus animalium* primus *RUYSCHII* Amſtelod. 1710. 4. editus.

Ad quadrupeda Animalia.

EL GOVERNO halladan los fieros animales ſylveſtres per *FR. ANDRES* de *VALDELEBRO.* Madriti 1680. 4. * cum pulchris iconibus.

JOH. RAII Synopſis methodica quadrupedum. Lond. 1693. & auctius edente *S. JEBB.* 1729. 8. Eximius Liber; ordinem a digitis ſumtum non defendo, ſed obſervationes laudo anatomicas, phyſicas, deſcriptiones cum ſummo judicio collectas.

JAC. THEODORI KLEIN dubia circa Claſſes naturales quadrupedum & amphibiorum. Gedani 1743. 4. max. Criticas obſervationes in ſyſtema novum *LINNÆI* habet, & aliquas rariorum animalium icones & deſcriptiones.

SAM. MOULINI account of an Elephant burnd at Dublin. ibid. 1682. 4. Elegantem Libellum Raius ſuæ ſynopſi quadrupedum inſeruit, p. 131. ſeq. excepta deſcriptione nervorum, & ligamentorum oculi.

PATRIK BLAIR oſteographia Elephantis, in *Phil. Tranſ.* n. 326. 327. multa ibi præter *MOULINI* obſervata, etſi anatome nimis præceps fuerit ob ſummam putredinem, ſeorſim etiam extat. De Elephanto porro *Phil. Tranſ.* n. 277.

WILHELMI STUCKELEY anatomical obſervations made in the diſſection of an Elephant. Lond. 1723. apud *HANSIUM SLOANE* diſſectus eſt Elephas, & genitalia quidem opera *DOUGLASII*, quorum elegantes ſunt icones. Additæ aliquæ ex India orientali miſſæ obſervationes.

De cute Elephanti. *Phil. Tranſ.* n. 334.

De oſſibus ſubterraneis Elephanti. *J. P. BREYNE Phil. Tranſ.* 446. ubi demonſtrat non aliud animal eſſe Mammouth Ruſſorum. Conf. 403. 404. & *TENZEL* de ſceleto Elephanti. *Phil. Tranſ.* n. 234. & *SLOANE* de iiſdem. *Mémoires de l'Acad.* 1727.

PETRI GILLI elegans libellus *de Elephanto* prodiit cum *ÆLIANI* editione, Lugd. 1562. 8.

A. MOULEN, quem citavimus, egregius liber eſt, ut mirum ſit potuiſſe in tanta vi putredinis & ignis tam multa obſervare, quæ ad cranii cellulas, ſceleton, renem multifidum, cæcum inteſtinum, hepar abſque veſicula inprimis pertinent.

J. CHRISTOPH STURM de Elephante, Altdorf. 1696. 4.

FERDINANDI POSTH Elephas rationis expers deprehenſus Cölln an der Spree abſque anno 4.

WILH. ERN. TENZEL Ep. de ſceleto elephantino Tonnæ nuper effoſſo, Jenæ 1696. 8. & contra ipſum *Epiſtel über den zu bergtonna ausgegrabenen Elefanten* 1696. 4. & reſponſio *TENZELII antvvort auf die Epiſtel* 1697. 4. Tum *J. SCARAMUCCI de ſceleto elephantino a TENZELIO*, &c. Urbin. 1697. 4. Verum nempe fuiſſe elephantum defendit.

JACOBI PARSONI de Rhinocerote *Phil. Tranſ.* 410. recuſa nuper Germanice Norimbergæ. 1747. 4.

CAR. AUG. a *BERGEN de Rhinocerote*. Francof. ad Viadr. 1746. 4. Externas partes animalis diligenter deſcribit.

FRID. GOTTHILF FREYTAG Rhinoceros ex Vett. monumentis deſcriptus, Lipſ. 1747. 8. philologice.

T. BARTHOLINI de unicornu, Amſtelod. 1678. 12. eruditum opus.

APOLLONII MENABENI tractatus *de magno animale alce : & rangifero : & gulone Vilfras*, Mediol. 1581. 4. Acc. *R. DODONÆI de alce Epiſt.* Colon. 1581. 8.

ANDR. BACCII de unicornu & magna beſtia alce, Italice, Rom. 1587. 4. Latine autem a *W. GABELHOVERO* verſ. prodiit Stuttgard. 1598. 8.

P. OLAI GRAAM delineatio Rangiferi, Upſal. 1685. 4.

PAUL.

PAULI LUDOV. SACHS. Monocerologia Razeburg 1676. 8. Refutat vulgarem opinionem de unicornu equo ſimili, deſcribit piſcem Narvvhal, & experimenta refert.

De *Hippopotami dentibus* exſtat diſp. *C. A.* a *BERGEN* Fr. Viadr. 1747. 4. de ejus capite in *Mém. de l' Academ. des Sciences A.* de *JUSSIEU.*

GRABA Cervi deſcriptio medico-phyſica, Jen. 1668. 8.

G. W. STAHL de cornu cervi deciduo, Hall. 1699. 4. bonum programma.

De equo pene infinita exſtant, ut *SOLEYSEL le parfait maréchal*, Paris 1667. 4. 1733. 4. &c.

J. HEROARD hippoſtéologie ou deſcription des os du cheval, Paris 1599. 8.

ALFONSUS de *TORREZ* integram bibliothecam Hippologorum edidit, Tolut. 1564. 4.

CAR. LINNÆI Pan Suecicus, Upſal. 1749. 4. Continet experimenta inſtituta cum equis, bobus, capris, ovibus & ſuibus, ut cognoſceretur, quas plantas eæ animalium ſpecies aut in cibum recipiant, aut recuſent.

ARSCHIL NORDHOLM jämtelands dürfänge, Upſal. 1749. 8.

JUSSIEU Caput Hippopotami. *Mém. de l' Acad.* 1724.

PHIL. ab *HULDEN* Rangifer. Jen. 1696.

SAMUEL DALE deſcriptio animalis Mooſedeer. *Phil. Trans.* 444. *DUDDLEY* n. 227. 368.

SLOANE de maximis cornubus animalis parum noti. *Mém. de l' Acad.* 1727.

La Gloria del Cavallo PASQUALIS CARACCIOLI. Venet. 1586. 4. *

CAR. RUVINI anatomia del Cavallo. Venet. 1599. fol. De *SNAPIO* dicam inter Anatomicos.

De la *GUERINIERE Ecole de Cavalerie, contenant les maladies, l' oſtéologie & la Chirurgie des Chevaux.* Pariſiis 1731. 12.

PARSONS de Quadrupede Bengalenſi. Phil. Trans. n. 476.

Aprolupicanivulpes. *Mém. de l' Acad. des Sc.* 1719.

PETRI CASTELLI Hyæna odorifera. Meſſan. 1638. 4. Minime malus Libellus, in ea inprimis ætate. Hyænam Americanam & Africanam deſcribit, tum folliculum glanduloſum odoriferum, & ſceletum.

SALV. MORAND de ſacco Civettæ. Mem. de l' Acad. des Sc. 1728.

J. THEODOR. SCHENK de moſcho, Jen. 1668. 8.

W. WALDUNG lagographia de natura leporum, Hamburg. 1619. 4. *.

EDW. TYSON anatomy of an Opoſſum. Phil. Trans. n. 239. 290.

Et *COWPERI Maſculi Opoſſum anatome* in eodem humero p. 1576.

EDW. TYSON anatome Porci moſchati valde accurata n. 153. 349.

GEORGII MACKENZIE hiſtoria Canum. *Phil. Trans.* n. 377.

EDW. TYSON Orang outang or the anatomy of the pigmy. Lond. 1699. 4. Eximius Liber. Anatome exquiſita animalis, inter omnia hominum ſimillimi, viſcerum maxime, muſculorum & oſſium comparatio cum ſimia, & cum homine, philologia denique doctiſſima.

HUNAULD de anatome Simiæ, Mém. de l' Acad. 1735.

Chimpanſee Simiæ genus ad pedes quinque altum, ad Satyros ſpectans. Act. Erud. 1739. p. 564.

JOH. RAII de Canibus Britannicis L. I. *De rariorum animalium hiſtoria* L. I. Lond. 1570. fol. & nuper Londini 1724. 4. edente *SAM. JEBB.*

PALÆMONIS CYNOSOPHICA Gr. Lat. ex IV. M. *collatus* .. a *RUDB.* a *MOSHEIM*, *A. AURIFABRO*, *NIC. RIGALTIO atque ANDREA RIVINO*, Lipſ. 1654. 4. prior enim editio *AURIFABRI* eſt, Witteb. 1548. 8. *

HIER. FRACASTORII de cura canum venaticorum ex bibl. Medicea, Lutet. 1612 4. *

CHR. FERD. PAULINI cynographia, Norib. 1685. 4. & *cycographia* 1694. 8. compilata omnia.

JOC. THEOD KLEIN de Sciuro volante. Phil. Trans. n. 427.

JOH JAC. SCHEUCHZER de Mure Alpino. Phil. Trans. n. 397.

JOH. FRID. LOCHNERI Mulgos animalculum & radix. Norimb. 1715. 4. Deſcriptio animalis adfinis Muſtelis cum planta ex Valerianæ genere conjuncta.

SARRAZIN de Ratto moſchato. Mém. de l' Acad. 1725.

REAUMUR de Hiſtrice ibid. 1727.

M. B.

M. B. VALENTINI de lapide porcino, Gieſſ. 1690. 4

De O. *WORMII* mure *lemm.* confer etiam *A. STOCK.* 1649.

P. J. de *MARIO*, quem ibi etiam citavimus, addimus, ipſum omnino inutilem eſſe, meramque formularum collectionem exhibere.

Adde poſt hujus libri recenſionem: *S. P. HILSCHER de caſtorei natura & genuino uſu*, Jen. 1741. 4.

P. WOLFART de Leone, Marb. 1711. 4.

PHIL. JAC. HARTMANN de vitulo marino, Regiom. 1683. 4.

CAR. FRID. MENANDER de arte coquendi adipem phocarum in Oſtrobothnia, Abo 1747. 4.

O. WORMII hiſtoria animalis, quod in Norvvegia quandoque de nubibus decidit. Hafn. 1653. 4. Sceleti & aliquot oſſiculorum icones eruditæ Diſſertationi adjecit. Meliorem tamen hiſtoriam *LINNÆO* debemus, in *Actis Stokholm.* & *Phil. Trans.* n. 257.

E. G. H. Diſſectio Caſtoris. A. E. 1684. *Phil. Trans.* 430. *SARRAZIN Mém. de l'Acad.* 1705.

JOH. MARII. Caſtrologia. Aug. Vindel. 1685. 8. & Pariſiis 1746. 12. Poſterior Editio melior eſt ob *SARRAZINI*, ex Monumentis Pariſinis, additam hiſtoriam.

Phocæ anatome. *PARSONS*. *Phil. Trans.* n. 469.

Plurimas alias deſcriptiones minus fideles, & *PAULINIANAS* omnes, lubens omitto.

Ad Avium hiſtoriam.

PIERRE BELLON hiſtoire de la nature des Oiſeaux avec leurs Portraits. Pariſiis 155. fol. Icones, uti omnes quæ ab hoc Auctore profectæ ſunt, malæ, nec opus maximi momenti.

MARCI MALPIGHII de formatione fœtus in ovo. Lond. 1672. 4.

FRANCISCI WILLUGHBY ornithologia L. III. ex editione *JOH. RAII*. Lond. fol. 1676. & Anglice 1678. Poſthumum Opus, ſed a *RAIO* editore perfectum, egregium, cum exquiſitis per numeros pennarum, colores, deſcriptionibus, cui aliquando anatome acceſſit. Nihil fabuloſi, aut inaniter eruditi. Icones parvæ quidem, pleræque a *WILLUGHBEIO*, multis per Europam itineribus, collectæ.

El Governo hallada con les aves generoſas, y el L. XIX. *de las aves monſtroſas* per *ANDRES FERRER* de *VALDECEBRO*. Madriti 1683. 4. cum pulcherrimis iconibus.

Ucelleria *di Pietro OLINA*. Rom. 1622. & 1684. 4. Proprietates avium edulium, & canorarum, iconeſque celebris artificis *Tempeſta* opera expreſſas habet, & capiendi artificia.

JOH. LEONARD. FRISCH Vorſtellung der Vogel in Deutſchland Berolini 1733. & ſequentibus annis. Duodecim claſſes avium propoſuerat Vir inſignis induſtria ſua, & ab externo habitu, & a moribus, deſumptas. Earum ſeptenas vidi, quibus non Germaniæ ſolius, ſed exoticæ etiam aves ſculptæ, ab Auctoris filio vivis coloribus exprimuntur, addita brevi hiſtoria vitæ, morum, cibi, ſimplici, ſed fideli.

JOH. BARRERE ornithologiam nondum vidi.

GEORG. EDWARDS hiſtoriam Avium 2. volum. in 4. cum pulcherrimis iconibus, ſuis coloribus pictis, edidit Lond. 1743. & 1747. Ad vivum factæ ſunt, & pleræque novas ſpecies exprimunt.

Natural hiſtory of the Engliſch Songbirds. Lod. 1737. 8. Cum vivis coloribus.

JOH. ZINANNI delle uova e de' nidi degli uccelli. Venet. 1737. 4. Obſervationes habet varias, & Locuſtarum hiſtoriam accuratam.

The natural hiſtory of Engliſch birds engraved and colored by ELEAZAR ALBIN. Lond. 1737. 4. cum 101. tabulis, a *G. EDWARDS* habetur pro plagiario, qui ſua ex *F. WILLUGHBY* exſcripſerit, & pauca propria habuerit, ex collectione *D. DANDRIDGE*. T. II. p. 110.

The natural hiſtory of Birds, Lond. 1738. 8. 3. volum. cum 306. Tabulis.

MOULINI in capitibus Avium obſervationes anatomicæ. *Phil. Trans.* n. 137.

De Avibus ſedem mutantibus *CATESBY*. *Phil. Trans.* n. 483.

PETRI BARRERE libri hic citati titulus eſt: *ornithologia ſeu ſeries avium in Ruſcinone Pyrenæis atque Gallia æquinoctiali obſervatarum*, Perpignan 1745. 4.

GEORG. EDWARDS hiſtoria avium voluminibus tertium nuper acceſſit, Lond. 1750. 4. & quartum exſpectatur.

J. ZI-

J. ZINANNI libro citato ovorum, neque tamen omnium, habet expreſſas icones; cum tempore ponendi ova, fere abſque deſcriptione avis.

ELEAZARIS ALBIN etiam eſt *the natural hiſtory of Engliſh Songbirds*, Lond. 1737. 8. 1741. 8. Icones continet maris fœminæque & ovi, & aliquam hiſtoriam naturalem, inprimis canarinorum paſſerum curam.

Adde etiam avium hiſtoriæ: *ZORNII petino-theologia* Tom. I. Pappenheim 1742. 8. Tomus II. SchWalbach 1743. 8. * bonum, ut audio, opus.

ANDR. NORRELIUS de avibus eſu licitis, Upſal. 1746. 4. eruditam diſſertationem ſcripſit ex antiquitatibus inprimis deſumtam.

Aves ex *M. CATESBY* naturali hiſtoria excerpſit, & ſeorſim excuſas dedit *J. MICH. SELIGMANN*, Norimberg. 1749. & 1750. fol. adjectis ex *G. EDWARDI* iconibus.

J. THEOD. KLEIN hiſtoriæ avium prodromus, Lubec. 1750. 4. Claſſes a pedum digitis; genera a variis fabricæ avium partibus ſumit, ad botanicorum morem, & aves tum Europæas tum aliarum mundi partium recenſet cum obſervationibus, & adjectis diſſertationibus de avibus migrantibus, & hirundinum atque ciconiarum latibulis hybernis.

Aves Hungaricas inprimis deſcriptas & depictas dedit *A. P. MARSIGLI*.

Avium ſingularium hiſtoriæ.

THOMÆ BARTHOLINI Cygni anatome, Hafn. 1668. auctius a filio *CASPARO* edita. Anatome brevis, plus philologiæ, & fabuloſi cantus fere contra meliorem perſuaſionem defenſio. Aſperæ arteriæ curvaturam, quæ hujus avis princeps ſingularitas eſt, ut vocant, dudum obſervaverat *ALDROVANDUS*.

HERVIEUX nouveau Traité des Serins de Canarie. Pariſiis 1713. 8. Elegans Libellus.

De Anſeribus. *Phil. Trans.* n. 137.

RAI de *Macreuſes* Gallorum. n. 172.

LISTER de aliquot Avibus. n. 175.

Deſcriptio aviculæ *Hummingbird. ibid.* n. 200.

WALLERI Pſittaci anatome n. 211.

CAMELLI aves Philippinæ n. 285.

JAC. DOUGLASS anatomy of a *Flammingo* n. 350.

Lingua Pici in *Anc. Mém. de l'Acad. & Phil. Trans.* n. 350. *WALLERI* opera deſcripta.

Struthionis anatomen habent *ED. BROWN* in *Phil. Collect.* n. 5. *WARREN Phil. Trans.* n. 394. *RANBY Phil. Trans.* n. 386. 413. *VALISNERI* in Operibus & ſeorſim 1713. 4. Denique *Mém. pour l'Hiſt. des Animaux*.

Paſſeris, *Procellaria* dicti, deſcriptio. *LINNÆUS* in *Actis Stokholm.* & Phaſiani Sinenſis in *Muſeo Adolpho-Fridericiano* exhibuit.

DEMETRII de cura accipitrum, Lugd. 1562. 8. Lat. & Gr. Lat. Par. 1617. 4. cum reliquis rei accipitrariæ ſcriptoribus, ea fere potius ad medicinam veterinariam pertinent.

HERVIEUX Germanice etiam prodiit Franc. Lipſ. 1728. 8.

Lingua Pici & a *MERYO* apud du *HAMEL* deſcripta eſt.

MICHAEL MAJER de volucri arborea in Inſulis Orcadibus proveniente, Franc. 1719. 8.

J. PRÆTORII de crotaliſtria tepidi temporis hoſpite, Lipſ. 1672 4. bona diſp. Hyeme non avolare, ſed latere, ut nuper *KLEINIUS*, docet.

FRANCISCI NIGRISOLI de oncrotalo in *Exercit. ſubcis.* Ferrar. 1720.

L. ROBERG & LITHENIUS de lagopode, Upſal. 1732. 4.

Aviculæ Remiz deſcriptionem dedit *CAJET. MONTIUS* in *Bonon. Comm.* Tom. II. Part. II.

Piſcium hiſtoria.

OPPIANI halieuticon L. V. Pleraque Pliniana ſunt, & in multis nimis artificioſa. Mores Piſcium, vitæ genus, & piſcationem epico carmine deſcribit.

PAULI JOVII Novocom. Epiſcopi, *de Piſcibus Romanis*. Rom. 1524. fol. 1527. 4. Baſil. 1526. 8. Ital. 1560. 4. Philologus potius, quam phyſicus, & in deſcriptionibus ſolum fere ſaporem animadverſione dignum habuit.

P. BELLON des étranges Poiſſons marins 1551. 4. Delphinum inprimis, & aliquot alios cetaceos Piſces deſcribit.

EJUS-

EJUSDEM de aquatilibus. Pariſiis 1553. f. * ſive *de la nature & de la diverſité des Poiſſons*. Pariſiis 1555. 12. *

GUIL. RONDELETII piſcium hiſtoria. L. I. II. Lugd. 1554. 1555. fol. 2. vol. & Gallice an. 1558. Danubii piſces a *GESNERO* habuit I. p. 424. A *GOUPYLO* adjutus (in pref.) opus ſuum ſcripſit in ædibus *CARDINALIS* de *TOURNON*. Eo Auctore didicerunt Medici ægris concedere piſces ſaxatiles I. p. 163. *BELLONIUM*, & *SALVIANUM* (Medicum Cardinalis a S. Cruce) plagii poſtulat. p. 115. 424. Dignum omnino Opus eſt, etſi ordine, & figuris, malis. Sed plurima eruditio, anatome aliquando exquiſita, neque abſque inventis propriis. Exemplo eſſe poteſt Delphini anatome, inque ea renum fabrica. In Caſtore fabulas Veterum refutat, folliculum demonſtrat. Aquatica omnia, quadrupeda etiam, & inſecta deſcribit. Varietates nimis amavit.

HIPPOLYTI SALVIANI aquatilium animalium hiſtoria. Rom. 1557. fol. Splendidiſſimum Opus. Icones æreæ, pro eo ſæculo valde pulchræ, explicatio erudita, more tamen ſæculi docta potius quam phyſica. Sumtibus Auctoris prodiit.

GREGOR. MANGOLD fiſchbuch von der natur und eigenſchaft der fiſche, Tigur. 1576. 8. * inprimis de piſcibus lacus Bodamici.

J. TAVERNER certain experiments concerning fiſch and fiſchery, Lond. 1600. 4. *

FABER ad *HERNANDEZ* p. 826.

STEPHANI a *SCHONEVELD Ichthyologia*. Hamburg. 1624. 4. Piſces maris utriusque, quod Holſatiam adluit, multorum annorum mora, quam egit Sleſvici, ſibi cognitos alphabetico ordine deſcripſit, ad autopſiam & experimenta propria, multos etiam nitide depictos dedit, & anatomicas obſervationes paſſim adjecit. *LINNÆUS* monet *RONDELETII* deſcriptiones ſe paſſim exſcribere.

CAR. FRANC. COPPINI prigione e morte de' peſci, Rom. 1655. 16. *

JANI DUBRAVII de piſcinis Libri prodierunt primum Uratislav. 1547. 8. tum Hemſtadii, ut diximus, Eleganter ſcripti ſunt, & continent curam & propagationem piſcium Bohemiæ, cum aliquorum piſcium deſcriptione. *CONRINGIUS* in ſua editione loca Geoponicorum ſimilia adjecit, & doctas præfationes eorum deſcriptionibus.

F. WILLUGBY ichthyologia recuſa fuit Oxon. 1743. fol.

M. A. SEVERINI antiperipateticus, ſive *adverſus Ariſtotelicos de reſpiratione piſcium diatribe*. *Comment, in THEOPHR. de piſcibus in ſicco viventibus*. *Phoca anatomice ſpectatus*. *De Radio turturis marini*. Neapoli 1649. fol. Poſthumum Opus. Icones promiſſæ, quibus ſpatium relictum eſt, interierunt omnino. Pulmonem verum piſcibus, præter bronchias, tribuit, & reſpirationem.

JANI DUBRAVII de piſcinis L. IV. Helmſt. 1671. *HERMANNUS CONRINGIUS* edidit conjunctos cum aliis hujus generis operibus. Ad œconomiam inprimis pertinet.

FRANCISCI WILLUGHBY de hiſtoria piſcium L. IV. Oxon. 1686. fol. Idem, qui avium hiſtoriam, *RAJUS* edidit. Ad poſthumas Schedas paſſim eruditi per Angliam Viri ſua contulerunt ornamenta, ipſaſque diſſectiones piſcium. Deinde deſcriptiones, & multo majores, quam in avibus, icones, novas alias, alias ex *SALVIANO*, *SCHONEVELDO*, & aliis exſcriptas. Icones etiam ſeorſim prodierunt. Inſerta eſt deſcriptio piſcium Rhenanorum *BALTNERI*, cujus icones reliquis præſtant.

JOH. RAI Synopſis methodica piſcium Lond. 1713. 8. poſthuma. Methodus a reſpiratione, deinde ab ovis magnis, vel parvis, inde a pinnis; deſcriptiones perinde a coloribus, figura. Cum compendii loco ſit, mores & anatomen omittit. Rariorum aliquot dedit icones. Cæterum fere compendium eſt prioris operis, additis Americanis piſcibus.

Poiſſons, Ecrevices, & Crabes, que l'on trouve autour des Moluques, & ſur les côtes de la Terre Auſtrale, executés ſur les deſſeins de *BALTHASSAR COYET*, & d'*ADAM* van der *STELLE*, Amſtelod. 1718. fol. edidit *LUDOVICUS RENARD* rerum Regis Britanniæ Procurator. Meræ icones ſunt, in India pictæ, ſatis rudes, ſed colores ita pulchri, figuræ corporum ita mirificæ, ut vix fidem inveniant. Ita ultima Tabula Syrenen veram exprimit ægre credibili cum Muliere ſimilitudine.

LAUR. ROBERG Diſſertatio de Piſcibus. R. *JOH. GABR. GERING*, Upſal. 1727. ob aliquot piſcium diſſectiones, ligneis iconibus rudius expreſſas citare viſum eſt.

J. E. HEBENSTREIT de organis piſcium externis, Lipſ. 1733. 4.

ANDREÆ HELLAND de modo piſcandi in Norlandia, Upſal. 1736. 4.

PETRI ARTEDI Icthyologiam edidit *CAROLUS LINNÆUS* Leid. 1738. 8. Quintuplex Opus, & poſthumum. Prima parte Bibliotheca Ichthyologica continetur, paulo brevior, cum judiciis. Altera Philoſophia piſcium, nempe earum partes & anatomice conſideratæ, & in reſpectu ad claſſes & methodum, claſſiumque generum & ſpecierum, *LINNÆANA* methodo, reformatio. Tertio genera habentur, & claſſes, primo a caudæ ſitu, deinde a bronchiis oſſeis & cartilagineis, inter priores vero a pinnis oſſeis, vel exoſſibus, &c. Nomenclator eſt, qualis in Botanicis ſæpe habetur, in Flora Suecica, nominibus ſcientificis, obſervationibus adſperſis, characteribus generum, ſpeciebus fuſius deſcriptis. Quarta Synonyma habentur quæ maluiſſes inſerta tertiæ ſua ad loca. Multa & juſta ibi dubitatio. Ultima, quam & ipſam conjunctam malles priori, continentur deſcriptiones accuratæ per numeros oſſiculorum, menſuras, partes omnes, & ſæpe anatome. Vel omnes piſces, vel plerique, qui hic deſcribuntur, Suecicorum ſunt litorum, & Anglicorum. Hæc pars utiliſſima, etiam Medico.

R. BROOKES the art of angling rok and ſeafiſhing vvith the natural hiſtory of River Pond and ſeafiſh... and 133. Londin. 1743. 12. * maj. 2da edit.

MARCI CATESBY piſces ſeorſim imitari ceperunt Noribergenſes adjectis etiam aliis, Noriberg. 1750. fol. Piſces Danubii expreſſit *MARSILIUS*.

JAC. THEOD. KLEIN miſſus ad hiſtoriam naturalem piſcium I. IV. Gedan. 1740. 1741. 1742. 1744. 4. Reg. egregiæ icones, piſces nova methodo diſpoſiti, & multa paſſim anatome.

J. TH. KLEIN miſſus V. editus eſt 1750. 4. Cæterum hic auctor piſces habet undique ex omnibus maribus conquiſitos.

Ad varias ſpecies piſcium.

EDUARD TYSON Phocœna. Lond. 1681.

JOH. RAI anatomy of a porpeſſ. Phil. Tranſ. n. 74. 76.

De ictu venenato dentis Turſionis ib. n. 233.

ROB. SIBBALD Phalænologia, ſive *de rarioribus Balænis in Scoticum littus egeſtis*. Edimb. 1692. 4.

R. DUDLEY de Balæna, in qua ſperma Ceti reperitur. *Phil. Tranſ.* n. 387.

Ad hiſtoriam Monocerotis *Narvhal Phil.Tranſ.*p. 447. *ANDERSONIUS* in Islandiæ deſcriptione.

LAMORIER Galeus glaucus. *Mém. de l'Acad.* 1742.

R. LISTER anatomy of the *Yellovv Gurnard. Phil. Tranſ.* n. 293. & denuo n. 447.

OL. RUDBEKII de Ave Selau, Upſal. 1705. 4. Plurima equidem philologica, piſces tamen varios deſcribit, & pingit ex aliis. Aves illas Moſaicas habet pro piſcibus volantibus.

STEPHANI LORENZINI anatome Torpedinis Anglice. Lond. 1705. 4. & de eadem *REAUMUR Mém. de l'Acad.* 1714. & *KÆMPFER* in exoticis.

PETIT Anatome Carpionis. *Mém. de l'Acad.* 1733. *&c.*

B. ALLEN de generatione Anguillarum. *Phil. Tranſ.* n. 221. 230. 238. *Mém. de l'Acad.* 1707.

De Lingua Paſtinacæ marinæ. *Phil. Tranſ.* 232.

COLLINSON de Solea. *Phil. Tranſ.* 472.

Mola *Salviani* n. 456.

Piſces Philippini n. 302.

Piſces aliqui venenati *LISTER* l. c. n. 114.

Piſces varii deſcripti *GRONOU* in *Act. Upſal.*

Aliquot Piſcium Anatome. *PRESTON. Phil. Tranſ.* n. 225.

ED. TYSON phocæna prodiit 1680. 4. (alius enim annus errore typographico poſitus eſt.) Bonus liber, quo ſplanchnologia hujus piſcis & oſteologia continetur, cum multa & memorabili obſervatione. Phocam pro Phocænæ ſynonimo habere videtur.

SACHSII Lib. jam citatus inprimis huc pertinet, ob refutatas fabulas, & adſertum piſci *Narvhal* unicornu. Manui etiam ſimilem pinnam ejus piſcis deſcribit, & experimenta refert pro viribus eruendis facta.

STEPH. LORENZINI anatome torpedinis primum prodiit Florent. 1678. 4.

Adde deinde huic tractationi: *M. SCHOOK de harengis*, Groning. 1649. 12. *

P. NEUKRANZ de harengo, Lubec. 1654. 4.

J. PLANCI anatome piſcia molæ *Comm. Bonon.* T. II. P. 2.

I. ROBERG & *BONGE de natura ſalmonum*, Upſal. 1730. 4.

De anatome cyprini *F. PETIT* in *Mémoires de l'Académie des Sciences.*

Ad Serpentes & quadrupeda ovipara.

BALDI ANGELI ABBATII de admirabili natura Viperæ. Urbin. 1589. 4. Rudes Veterum fabulas refutat. Ova Viperarum deſcribit, peneſque bifurcos, & anatomen, hanc quidem obiter.

HODIERNÆ partium Viperæ anatome ſeorſim. Panormi 1646. 4. *

MARCI AURELII SEVERINI de Vipera natura & veneno. Patav. 1651. 4. Senile Opus plenum philologiis, quæſtionibus, controverſiis. Utilem tamen habet *VESLINGII* Diſſertationem, tum *HODIERNÆ*, propria pauca, & figuras rudiores.

MOYSE CHARAS expériences ſur la Vipère, Pariſiis 1669. 8. & *ſuite des nouvelles expériences* 1672. & 1678. junctim utrumque Opuſculum 1694. 8. Pharmacopola, ſed homo non rudis. Anatome ſatis exquiſita: glandulas, fontes veneni, deſcripſit. Venenum male in ſola ira ponit, & pejus meliora docenti *REDO* contradicit, falſaque, ut videtur, experimenta opponit, quæ cum eo ſucco ait ſe feciſſe. *VIGANUS* certe eum nimis vetuſto, hinc effeto veneno Viperarum in experimentis uſum eſſe objicit in *medulla Chemiæ*. *REDUS* vero eum omnino pro homine habet, qui ſuis pennis inſtructus volare ſit conatus.

FRAC. REDI oſſervazioni intorno alle Vipere. Firenze 1664. 4. & *Lettera ſopra alcune oppoſizioni fatte alle ſue oſſervazioni.* Firenze 1670 4. Non in ira ſola venenum Viperarum poni, ſed etiam mortuæ ſuccum ſalivalem, ſanguini immediate miſtum lethalem eſſe.

BOURDELOT obſervations ſur les Vipères. Pariſiis 1670. 12. Experimenta, eaque in Gallia facta, opponit Charaſio, in ea tamen regione mitiores videri adfirmat. De iiſdem *MOLINEUX Phil. Tranſ.* n. 271. *LISTER* n. 87.

J. TOWGOOD de vipera, Leid. 1718. 4. *

A BACK de morſu Viperæ Æſping Stokh. handlng. 1748. P. III.

CAR. LINNÆI Surinamenſia Grilliana, Upſal. 1748. 4. fere Serpentum deſcriptiones ſunt.

VALISNERIUS cloacam viperæ deſcripſit, & detexit fraudem lapidum *de Cobra*, qui mera uſtulata oſſa bubula ſint.

Recenſioni *ED. TYSON*, quem *anatomy of the rattel ſnake* edidiſſe diximus, adde, quod de ejuſdem anatome optime egerit *MEAD of poiſons*, utriuſque viperæ, hujus & minoris Europææ apparatum Veneni egregie deſcripſerit.

ED. TYSON Anatomy of the rattel ſnake. Phil. Tranſ. n. 144. *DUDLEY* de eadem n. 376. *HALL.* n. 399. Ejus dentes venenique apparatus n. 401. & n. 456. de ejus vi incantante n. 430.

De morſu Serpentis venenati. ibid. n. 245.

De Serpentibus Ceyloniæ, *&c.* n. 278.

SPRENGEL de Vipera. Phil. Tranſ. n. 376.

CHARLES OWEN Eſſay tovvard a natural hiſtory, Lond. 1742. 4. * Continet Serpentium collectam hiſtoriam.

Oſſervazioni delle grue. *CALDESI intorno alle Tartarughe.* Firenze 1687. 4. Egregiam anatomen hujus continet: melior pleriſque, quos unquam vidi, zoographis. Teſtudines tres deſcribit, marinam, aquæ dulcis incolam, & terreſtrem. Utiles digreſſiones miſcet, ut eam de bilis organis. Memorabile eſt, quod refert de aëre in venis apparente, & de polypis.

De eadem *DE LA FONT Mém. de l' Acad.* 1729.

Crocodili anatome in obſervationibus Siamenſium Jeſuitarum, & apud *BORRICHIUM* in L. de Sapientia Ægyptiorum & apud van *HAMMEN* de Lerniis.

PAUL WURFBAIN Salamandrologia Norimbergæ 1683. 4. Cum variis alienis & mythologicis, anatomen tamen Salamandræ & utilia conjunxit.

MAUPERTUIS de Salamandris. *Mém. de l' Acad.* 1727.

DU FAY de iiſdem Salamandris. *Mém. de l' Acad.* 1729.

ANT. VALISNERI Iſtoria d' un Cameleonte Africano. Venet. 1715. 4. & 1728. A pulmonibus coloris varietates naſci demonſtrat. Aures invenit, ignotas Pariſinis. Pipam, bufonem, qui ova in dorſo gerit, marem eſſe demonſtravit.

Ad ejuſdem Chamæleontis hiſtoriam. *Phil. Tranſ.* n. 137.

ANT. VASISNERI de caméleonte hic citatus, de eodem animali etiam egit in operum omnium Tom II. de bufone egit etiam ibid. *VOLPI.*

BAKER de cutis mutatione in locuſta aquatica. *Phil. Tranſ.* n. 483.

BUFO mas obſtetrix fœminæ. *Mém. de l' Acad.* 1741.

OLIGERI JACOBÆI de Ranis & Lacertis obſervationes. Hafn. 1686. 8. Hæc editio priori Pariſina auctior eſt. Ranæ, Salamandræ, Teſtudinis anatomen habet, non curioſiſſimam.

Ad Ranarum generationem & metamorphoſes *SIBYLLA MERIAN*, ſive *SWAMMERDAM. CL. MENTZ* in Diſſert. de *generatione Ranar. parad.* Lipſ. *RIVIN. Act. Erud.* 1687.

Inſectorum hiſtoria in genere.

ALDROVANDUM ſupra jam recenſui. *THOMÆ MOUFFET Theatrum Inſectorum*, ſive *minimorum animalium*, Lond. 1634. fol. pro ſua ætate ſatis copioſus, ſpecies multiplicavit, receptis varietatibus, icones dedit ſatis bonas, deſcriptiones nimis philologicas, neque copioſas ſatis, fabularum jugum non excuſſit; minime tamen ſua laude fraudandus, & Entomologorum ante *SWAMMERDAMMIUM* princeps.

JOHANNIS GOEDART metamorphoſes Inſectorum, Medioburgi 1662. 1667. 12. Latine 1700. 3. tomis, quorum primus & tertius a *JOH. DE MEY*, ſecundus a *PAULO VEEZÆDT* Latine redditus eſt. Pictor fuit & erucas inprimis, earumque in papilionem metamorphoſin obſervavit. Sæpe tamen ipſi ichneumones muſcæ impoſuerunt. Alibi obſervationes fecit ſuſpectas, ut in Bombyliis. Ultima pars poſthuma eſt. Idem in methodum redactus a *LISTERO*. Eboraci 1682. Lond. 1685. 8. prodiit. Retinuit veras metamorphoſes, & deſcriptiones probabiles, de falſis monuit, obſervationes per claſſes animalium conjunxit.

IDEM ad *inſectorum hiſtoriam in genere* citatus Medioburgi dictis annis prodiit cum titulo *hiſtoriſche beſchryving van de oorſpronk der vvormen Rupſen*, &c.

J. SWAMMERDAMMII hiſtoria generalis inſectorum Leidæ recuſa eſt 1733. 4.

FR. REDI Eſperienze intorno agl' Inſetti. Florent. 1668. 4. Generationem ex putredine refutat per experimenta, & vermes in putreſcentibus naſcentes demonſtrat muſcarum per aerem volitantium eſſe propaginem. Antiquæ tamen Sectæ veſtigium in Gallis manſit, quarum Inſecta credidit ab anima, neſcio qua, vegetabili produci. Hunc errorem *VALISNERIUS* correxit, in *emendationibus* ad editionem Venetam adjectis.

PHIL. BONANNI de viventibus in rebus non viventibus, Rom. 1691. 4. huc pertinet. Vermium generationem æquivocam defendit.

ANT. VALISNERI dialoghi degli ſviluppi e de' coſtumi degl' inſetti auctius exſtant in *EJUS* operibus omnibus. *EJUS nuove eſperienze*, &c. recuſæ ſunt Patav. 1725.

JOH. SWAMMERDAMMII algemeene verhandeling van bloedelooſe diertjens. Ultrajecti 1679. 4. & ſub nomine *hiſtoria generalis Inſectorum*, Leid. 1685. 4. Inſecta omnia primus ex transformationum diverſitate in quatuor claſſes diviſit: errores veterum, & inprimis generationem æquivocam refutavit, Inſecta in Inſectis latentia eduxit, aliquorum hiſtoriam dedit integram, & nitidiſſimas icones. In ſequente Opere totus Liber repetitur.

Ejuſdem *Biblia Naturæ*, ſive *hiſtoria Inſectorum*. Leid. 1737. procurante *BOERHAAVIO* edita. Opuſcula varia ſunt Clari Viri, quæ in Gallia latuerant, ubi ſecundum manifeſtam ſuſpicionem *Boerhaavii*, varii Galli varia, & *TOURNEFORTIUS* iconem ſeminum Filicum habuit. Vis induſtriæ mira in diſſectione minimorum animalculorum, & ſplanchnologiis apum v. gr. quas ne *REAUMURII* quidem ſolertia attingere potuit, qui de melioribus deſperans, anatomicas figuras ex *SWAMMERDAMMIO* in Opus ſuum tranſtulerit. Princeps Opus eſt de Apibus, reliqua minora de Ephemero, Cochlea, Ranis, Acaro, Papilione intra Papilionem latente. Multa pulcherrima anatomica miſta ſunt, maxime Libro de Ranis.

MARTINI LISTER hiſtoria animalium Angliæ tractatus tres, de Araneis, Cochleis terreſtribus, fluviatilibus, & marinis. Lond. 1678. 4. Princeps eſt Aranearum hiſtoria, quarum mores, generationem, oculos, projecta in aerem fila, ſpecies plurimas pulchre deſcribit, & depingit. Similis in Cocleis labor, earumque ſexus androgynus, ſpicula, quibus ſe ad venerem invitant, varietateſque & ſpecies exprimuntur. Ad finem lapidum figuratorum Angliæ pulchræ icones & deſcriptiones accedunt.

Ejuſdem *appendix hiſtoriæ animalium Angliæ Tr. III.* Lond. 1685. 8. Continet Scarabæorum, Concharum, aliorum animalium Inſectorum pulcherrimas icones, cum quibuſdam prioris Operis emendationibus.

MARIÆ SIBYLLÆ MERIAN hiſtoire des Inſectes de l'Europe. Amſtel. 1730. fol. Primæ editiones 1679. & 1684. in 4. Norimbergæ prodierunt. Icones ſunt 184. plantarum totidem, & ultra, cum erucis, quæ iis plantis paſcuntur, & papilionibus inde natis. Pictorium Opus, In explicatione nomina ſtirpium paſſim corrupta ſunt.

Ejuſ-

Ejuſdem *ſur la génération & la transformation des Inſectes de Surinam.* Amſt. 1705. & Hagæ 1726. fol. anno 1699. Femina Inſectorum avidiſſima Surinamum iter fecit, ut ibi nova & in regione æſtuoſa pulchriora colligeret. Vixit ibi duobus annis, ſed ob æſtus fere a Nigritis Servis unice Inſecta habuit, cum aeris inclementiam fere non poſſet ipſa. Pinxit 72. figuris plantas Americanas aliquas nitide, tum pulcherrimos Papiliones, Scarabæum luciferum, Ranarum denique in Piſces metamorphoſin.

PR. REDI degli animali viventi, negli animali viventi. Firenze 1684. 4. Lombricum, Pediculorum, ex variis animalibus hiſtoria. Intercurrunt alia ad varias diſſertationes minutiorum beſtiolarum, & ad canalem inprimis alimentarium, piſcium viſcera, veſicas aëreas pertinentia. Adjecta eſt *HIACINTHI CESTONI* hiſtoria animalculorum, quæ in puſtulis ſcabioſis habitant, ſub nomine *COSMI BONUOMO* neſcio quare, primum edita.

EJUSDEM Opera omnia. Neapol. 1687. 8. & Venet. 1742. 4. ſeptem in 8. voluminibus junctim edita ſunt.

ANTONIUS VALISNERI cum univerſam naturam amaret, Inſectis tamen cognoſcendis inprimis incubuit. Eo ergo pertinent, *Dialoghi delli Sviluppi e de' coſtumi degl' Inſetti.* Pat. 1700. 8. Ex putredine nihil naſci, in clauſis vaſis etſi aeri perviis nihil produci vivi, abſque aeris acceſſu excludi ova, ſed animalia perire. De vermibus Equorum, Ovium, quos Veteres obſervaverunt ignorata matre. Hiſtoria Formicaleonis. Oculos Inſectorum veros oculos non eſſe.

Nuove eſperienze ed oſſervazioni intorno all' origine, Sviluppi, e coſtumi di varii Inſetti, Patav. 1713. 4. Hiſtoria muſcæ roſiſecæ. Idea diviſionis Inſectorum in claſſes a loco natali deſumtas. Pulicis ex ovo generatio (*SWAMMERDAMMIO* non ignorata), ſemen Fuci, Vermium in ſinubus frontalibus pecudum natorum deſcriptio.

EJUSDEM imeglioramenti e correzioni di a'cune eſperienze del Redi. In Operibus omnibus exſtant T. III. p. 617. Muſcas detegit, quæ ova in foliis ponunt, & gallis originem dant, ignoratas *REDO*, cauſaſque erroris de quo ſupra diximus. Alia plurima huc pertinentia per reliqua ejus Opera ſparſa ſunt. Felix in expedienda generatione, vita, moribus Inſectorum, etiam felicior in enarrandis obſervationibus. Icones vero nitori ſermonis non reſpondent.

JOHANNIS RAI hiſtoria Inſectorum. Lond. 1710. 4. Poſthumum Opus Synopſibus reliquorum animalium ſimile, multo tamen præſtantius, uberius. Primus Inſectorum enumerationem juſtam dedit, cum priores paucas fere deſcripſiſſent ſpecies. Primus ea in methodum digeſſit, Botanicæ ſuæ equidem ſimilem, & naturalem potius quam artificialem. Deſcriptiones breves & bonæ ſpecies numeroſiſſimæ. Multa a *WILLUGHBEYO* habuerat, & a *LISTERO*, & priorum deſcriptiones, quoties ei bonæ videbantur, integras inſeruit Operi. Adjectum eſt *M. LISTERI* de Scarabæis Britannicis Opuſculum.

ELEAZAR ALBINI natural hiſtory of English Inſects. Lond. 1720. 4. cum 110. Tabulis. Pictoris Opus, plantis quibus Papiliones paſcuntur, & eorum Erucas ovaque, & hiſtoriam aliquam; ſed abſque ulla phyſica fere utilitate. Numero tamen Papilionum ſuperat.

JACOB LADMIRAL naauvvkeurige vvaarneminge van veele geſt alt vervviſſelende diertjes. Amſtelodami ab aliquot annis prodire cœpit in fol. Pictor eſt qui fecit, ſed triginta annorum experimentis exercitatus. Figuræ nitidiſſimæ, hiſtoriæ accuratæ. Quas vidi Tabulas, numero quinque & viginti, eæ ſolos Papiliones exprimunt.

J. LEONH. FRISCH beſchreibung von allerley inſecten in Teutſchland Tom. I. -- XIII. Berolini 1720 - 1738. 4. Dignum Opus, quod exteris, quibus minus notum eſt, commendetur. Trecenta Inſecta deſcribit, vitam, mores, transformationes, generationem, anatomen exteriorem, accurate tradit laborioſus Vir, & veri amantiſſimus. Icones a filio ſculptæ fideles, & in poſterioribus ſatis nitidæ.

DE REAUMUR Mémoires pour ſervir à l' hiſtoire des Inſectes. Pariſiis 7. vol. in 4 1734 - 1742. Notiſſimum Opus & omnium admirationem dudum nactum non laudo. Unice demonſtrare viſum eſt, quare reliquorum Inſecta colentium Phyſicorum induſtriam unice ſuperet *REAUMURIUS*. Nempe Inſecta ex omni Francia ad eum a curioſis mittuntur, itinere etiam publica lege expedito. Deinde non in vaſtiſſimo orbis ambitu vaga deſcripſit animalia, ſed magnam certe partem in colonias, ſuis ſub oculis, vitreis incluſas orbibus maximo & varietate deduxit. Ita tranſmutationes, generationem, mores, victum per otium obſervat, & eas obſervationes in Muſeo perficit, quę integrorum dierum patientia, ſub aeris ſoliſve injuriis conſtabant *SWAMMERDAMMIO*. Duo volumina edenda ſuperſunt, quorum priori Formicæ & Scarabæi, altero Inſecta deſcribentur, quæ nullam ſubeunt metamorphoſin.

Théolo-

Théologie des Inſectes de *M. LESSER*, *avec des Remarques de M. LYONNET*, a la Haye 1742. 8. *LESSERUS*, curioſus naturæ Theologus, admiranda Inſectorum, & teleologias ſcripſerat optimis uſus Auctoribus. *LYONNETUS*, cui maximæ ſunt delitiæ Inſectorum obſervationes, & qui pulcherrime & pingit, & ſculpit, innumerabilia & ad generalem hiſtoriam Inſectorum, & ad peculiares ſpecies pertinentia addidit: uti de Spermaticis Animalculis, de characteribus quibus inſecta a reliquis animalibus ſeparantur, &c. Cæterum *LYONNETUS* notas ſcripſit: ignotus vero eſt interpres, qui craſſos paſſim commiſit errores, Germanicæ Linguæ minus gnarus.

J. ERN. HEBENSTREIT de inſectorum natalibus, Lipſ. 1743. *Ej. inſtitutiones hiſtoriæ naturalis inſectorum*, ibid. 1745. 4.

AUG. JOH. ROESELS Inſecten beluſtigungen Tom. I. Norimberg. 1746. 4. Eximium Opus. Hoc Tomo ſoli continentur Papiliones, cum Erucis ſuis & vitæ genere. Deſcriptiones, figuræ, vitæ, generationes Inſectorum fideles, icones eximiæ, colores quibus ab Auctore ornantur, ita pulchri, ut nihil ſit ad earum elegantiam *ALBINI* induſtria. In ſequentibus Tomis nondum abſolutis, plurima alia Inſecta cum ſuis moribus, generandi ratione, & aliquando viſcerum fabrica extant, cum iconibus pulcherrime ibidem depictis.

AUG. JOH. ROESELS inſecten beluſtigungen Tom. II. Norimb. etiam 1749. 4. prodiit. Secundus hic tomus continet Scarabaeos, *hydrocantharos*, libellas, pleniſſimam hiſtoriam locuſtarum, apes varias, muſcas & pulices.

Adde etiam huic tractationi: *CARL de GEER om nyttian ſom inſecter tilskynda obſerv.* Stokholm. 1747. 8. qui *IDEM* vir generoſiſſimus paſſim inſecta in Actis Stokholmienſibus deſcripſit.

CAR. FRID. MENANDER de uſu cognitionis inſectorum, Abo 1747. 4.

CHARLES BONNET Traité d' Inſectologie, P. I. II. Pariſiis 1745. 12. Experimentorum duo genera ſunt. Priori hiſtoria continetur animalculorum, quæ plurimas plantas obſident, & vulgo Pediculi vocantur. Sexuum mira multiplicitas, & generatio abſque venere ibi deſcribitur, certiſque evincitur & valde ſollicitis experimentis. Altero Tomo diſſectiones vermium aquaticorum habentur, qui in partes diviſi, ex ſingulis in integrum animal renaſcuntur.

CAR. LINNÆUS in *Fauna Suecica* catalogum numeroſiſſimum Inſectorum edidit, cum deſcriptionibus. Pleniorem nondum novi. Multa ipſe vidit, multa etiam debet generoſo viro *CAROLO DE GEER*, qui miro amore Inſectorum captus, multo ſumtu & propoſitis præmiis conquirit undique & alit, & ſollicite depingit & deſcribit.

Ad varia etiam Inſecta *SEDILEAU Anciens Mém. de l'Acad. & LA HIRE*, *LISTER. Phil. Tranſ.* n. 249. &c.

Ad Inſecta Virginiæ varia *BANNISTER. Phil. Tranſ.* n. 270.

Ad ſingularia Inſecta.

DIRK KLUIT naſpeuring van de Byen. Ultraj. 1619. 8. *. a *BOERHAAVIO* laudatus, œconomica fere continet.

BUTLER Apum hiſtoria. Lond. 1673. 8. Primus, quantum novi, Apum tres ſexus & reginam fœminam eſſe demonſtravit.

JOH. SWAMMERDAMMII abſolutiſſimus Liber de *Apibus* M. S. latebat, & a *PETRO HOTTON* ibi viſus eſt cum iconibus ſuis. *Phil. Tranſ.* n. 257. Continetur in Operibus omnibus.

Traité des Mouches à miel, Pariſiis 1690. 12. fere œconomicus.

MARALDI de Apibus *Mém. de l'Acad.* 1712. *Hiſtoire naturelle des Abeilles.* Pariſiis 1744. 2. vol. 12. Dialogi ſunt, Auctore *D. BASIN*: maxima quidem pars ex *REAUMURII* Scriptis deſumta, additis ad ſua loca, quæ ſparſa in ejus Inſectorum hiſtoria, eo referri poſſunt.

De melle & cera. *Mém. de l' Acad.* 1704. 1708.

CAROLI BUTLER libri citati titulus plenus eſt: *Apum hiſtoria*, ſeu *feminine Monarchy or the hiſtory of the Bees.* Recuſus eſt hic liber Lond. Latine 1673. 12. verſus a *RICHARDSON*, Anglice 1704. 8. Gallice 1740. 8. Hagæ. Scriptus eſt anno 1623. Nunc cum legerim, invenio, non totam rem adtigiſſe. Regem fœminam eſſe vidit, ſed apes operarias perinde fœminas eſſe credidit. Examinum miſſionem curioſe deſcribit, & ipſos ſermones petentis veniam Principis, & adnuentis aut negantis matris, ſupplici illas, has ſerio carmine expreſſas ſe audiviſſe ſibi perſuaſit, ſingularis ingenii homo.

GIOVANNI RUCELLAI Le Api Venet. 1539. Padova 1718. 4. cum notis *ROB. TITI.*

REAUMUR Veſparum hiſtoria. *Mém. de l'Acad.* 1719. Ad eaſdem *DERHAM. Phil. Tranſ.* n. 382.

De ſucco Formicarum. *Phil. Tranſ.* n. 68.

J. WIL-

J. WILDE de formica, Amberg. 1615. 8. *

PAUL. GOTTFR. SPERLING chymica formicarum analyſis, Witteb. 1689. 4.

WILL. GOULD hiſtory of Engliſh Arts. Lond. 1746. 8. Neutra animalia, & alatas fœminas, & mares alatos deſcribit. Similia in *Actis Stockhelm.* habet *LINNÆUS*.

Curculionis generatio *LEEUWENHOEK. Phil. Tranſ.* 213.

JOH. SWAMMERDAM hiſtorie van het Haft. Amſt. 1675. 8. Latine Lond. 1681. 4. & extat in Operibus omnibus. Anatomen perſubtilem hujus animalis continet, quod longam quidem ſub Vermis ſpecie vitam vivit, ubi vero pennas explicavit, intra paucas horas venere defungitur, & aquis ſubmerſum perit.

AUGERII CLUTII ejuſdem *Inſecti hiſtoria* edita in 4. parvi momenti eſt.

GIOVANNI TARGIONI Lettera ſopra una numeroſiſſima ſpecie di farfalle. Firenze 1741. 4. Eſt nubes minorum Ephemerarum æſtivo tempore viſa.

POUPART de Libella. *Phil. Tranſ.* n. 261.

Formicæ-Leonis hiſtoria. *POUPART Mém. de l'Acad.* 1704. & alia ſpecies 1706.

Libellarum Venus. *HOMBERG Mém. de l'Acad.* 1699.

L. ROBERG de libella lacuſtri, Upſal. 1732. 4.

STEPH. BLANCARDI Schouplaats der Rupzen. Amſtelod. 1688. 8. Papiliones inprimis, ſed etiam Locuſtam-Pulicem, & alia ſimilia deſcribit.

WILKES Engliſh Moths and Butterflies. Lond. 1747. fol. Sunt Papiliones egregie vivis picti coloribus, cum ſuis plantis, non omnes tamen ad naturam factæ. Primus tomus 120. tabularum prodiit.

DE PUGET Obſervations ſur la ſtructure des Yeux de plusieurs Inſectes, & ſur les trompes des Papillons. Lyon 1706. 8.

De Eruca *Connaught-vvorm. Phil. Tranſ.* n. 193.

REAUMUR Tinearum hiſtoria. *Mém. de l'Ac.* 1728. *IDEM* 1730. de Inſectis folia convolventibus.

Ejuſdem de *planta-verme*. *Mém. de l'Acad.* 1726.

M. MALPIGHI de Bombyce. Lond. 1669. 4.

De Serici fabrica. *Phil. Tranſ.* n. 252.

De Serico in Anglia colendo. *Phil. Tranſ.* n. 362.

M. MALPIGHI citatus hic liber *de bombyce* egregius eſt, & ex perfectiſſimis hujus ſcriptoris operibus.

A. de *SAUVAGES mémoire ſur les vers à ſoye*, Monſpel. 4. 174...

Locuſtæ-pulicis deſcriptio etiam extat in *Act. Stokholm.* opera *CL.* de *GEER*.

De locuſtis plurimi Libri ſunt *J. PAUL. HEBENSTREIT* diſſertatio *de locuſtis*, Jen. 1673. philologica eſt. *J. PHIL. TREUNERI phænomena locuſtarum*, Jenæ deſcripta 1693. 4. bona ſunt cum anatome. *FRANCISCI SCUFONI oſſervazioni intorno alle cavallette* prodierunt Rom. 1718. 4. in E. N. C. recuſæ. *Relazione delle diligenze uſate nell'anno 1716. per diſtruggere le cavallette*. Firenze 1716. 4. *

In *ZINNANI* Libro *de avium ovis* bona continetur anatome locuſtarum.

J. CHRISTIAN KUNDMANN anmerkungen über die heuſchreken in Schleſien, Bresl. 1748. 4. cum experimentis & anatome.

E. LUDWIG RAHTLEF Acridotheologie, Hannover. 1748. & 1749. 8. 2. vol. & Belgice, Amſtel. 1750. 8. hiſtoriam habet & naturalem & politicam.

HENR. BARHAM eſſay upon the ſilk vvorm. Lond. 1717. 8. ſimilis ſcopi.

De Muſcis Ichneumonibus in erucis nidulantibus. LISTER. Phil. Tranſ. n. 76. 77.

WALLER de Cicindela. *Phil. Tranſ.* n. 78. n. 167.

De Scarabæo pulſatorio. *ALLEN Phil. Tranſ.* n. 245. *DERHAM Phil. Tranſ.* n. 271. 291. *STAKHOUSE* n. 385.

FR. POUPART hiſtoria Hydrocanthari manus habentis, *&c.* in *Journal des Savans*.

Locuſtæ-Pulicis deſcriptio. *Mém. de l'Acad.* 1705.

JUAN de *QUINNONES Tratrato de las Languſtas*. * Madrit. 1720.

De Araneis & Scarabæis Philippinis. *Phil. Tranſ.* n. 331.

De Araneis. *LISTER* l. c. De iiſdem jaculantibus ſua fila. *RAI*, *LISTER*, & *HULSE*. *Phil. Tranſ.* n. 50. 65. 72. 160. De iiſdem *LEEUWENHOEK* n. 272.

LA HIRE de Araneis. *Mém. de l'Acad.* 1707.

ELEA-

ELEAZAR ALBIN natural hiſtory of the ſpiders aud other curious inſects, Lond. 1736. 4. grand. Figuræ coloratæ aranearum 181. quarum multæ varietates eſſe videntur, neque accuratæ ſunt, & aliquando monſtroſæ ut illa *n.* 168. Adjecti nonnulli ſcorpii, & Redianæ icones pediculorum diverſi generis.

Mémoires pour ſervir à commencer l'hiſtoire des aragnées aquatiques, Pariſ. 1749. 12. *

LUDOVICI VALLETTÆ laborem non laudat *VALISNERIUS* T. III. p. 464.

LE BON Diſſertatio citata prodiit etiam Avignon 1748. 12. Analyſin chemicam aranearum, & conſilium parandarum ex earum telis guttarum anglicarum dat.

Aſellorum analyſi, quam *LEMERY* dediſſe dictum eſt, adde etiam *J. S. HENNINGER de millepedibus*, Argentor. 1711. 4.

J. SOUTHALL a treatiſe of Buggs, London. 1730. 8. Germanice verſum Hamburg. 1737. 8.

CHR. FRANC. PAULINI de lumbrico terreſtri, Fr. Lipſ. 1703. 8.

H. DETHARDING de vermibus in Norvvegia, Hafn. 1742. 4.

J. DAN. GEYER de cantharidibus, Francof. 1687. 4.

W. SENGUERD diſquiſitio de Tarantula. Leid. 1668. 12. recuſa cum *experientiæ & rationis connubio*. Unice phyſiologiam, eamque mechanicam habet.

GEORGII BAGLIVI Diſſertatio de anatome, morſu, & effectibus Tarantulæ. an. 1695. ſcripta levem anatomen, nec hoc peculiare habet, niſi quod fraudem plerumque ſubeſſe moneat, plura forte aperturus, ſi in ea regione licuiſſet. Obſervationes tamen peculiares, non diverſas a vulgaribus hiſtoriis paſſim admiſcuit.

De eadem *GEOFROI*. *Mém. de l'Acad.* 1732.

LUDOV. VALLETTA de Phalangio Apulo Opuſculum. Neap. 1706. 8. Cum in loco natali hæc animalcula viderit, nidum ſatis artificioſum, victum, figuram & membra, arma & venenum deſcribit, minutius prioribus, & vim Muſices defendit.

LE BON Diſſertation ſur l'utilité de la ſoie des Araignées. *Mém. de Trevoux* April. 1719. *Phil. Tranſ.* n. 325. Leviſſimum & forte ſericum præbere filum, neque animalculum venenatum eſſe; ſed carnivorum animal abſque enormi ſumtu ali nequit. *REAUMUR Mém. de l'Acad.* 1710.

RANBY de Cancro androgyno. *Phil. Tranſ.* 413. De Soleæ & Cancri conjunctione. *Mém. de l'Acad.* 1722. De Cancri oculis. *Mém. de l'Acad.* 1709.

SIBBALD pediculus Ceti. *Phil. Tranſ.* n. 308.

RICHARDSON de Squilla aquæ dulcis. *Phil. Trans.* n. 433.

MAUPERTUIS de Scorpiis. *Mém. de l'Acad.* 1731.

Aſellorum analyſis. *LEMERY*. *Mém. de l'Acad.* 1709.

JOACH. JUNG hiſtoria vermium ex M.S. edita a *JOH. VAGETIO* Hamburg. 1691. 4. Nondum vidi.

Ad Lumbrici teretis anatomen. Ed. *TYSON Phil. Tranſ.* n. 147. & confer. *Phil. Trans.* n. 413. ubi de Luporum Lumbricis agitur.

A. VALISNERII Oſſervazioni intorno alla generatione de' Vermi nel corpo umano. Patav. 1710. Vermes latos a primis parentibus ad nos congenitos deſcendiſſe: eſſe ſeriem Cucurbitinorum ſe comprehendentium. Os Cucurbitinorum, lactea vaſa, ova, ſexus organa deſcribit.

De Lumbricis nobile Opus *DAN. CLERICI* alibi laudabo.

Lumbrici lati hiſtoriam dedit *LISTER*. *Phil. Trans.* n. 95. *TYSON* n. 146.

A. VALISNERII nuove oſſervazioni intorno all' ova de' vermi tondi. Patav. 1713. 4. Seminis organa & generationem Lumbrici teretis tradit. Et *nuove oſſervazioni fiſiche fatte nella conſtituzione verminoſa nelli cavalli*. Venet. 1715. 4. Epidemicam Equorum ſtragem derivat a vermibus, quorum mater muſca eſt, quæ in ani orificium ſubit, ibique ova ponit. De Vermibus naves erodentibus, aculeo ſcorpii, araneo-locuſta etiam agit. Ejuſdem Auctoris tres Epiſtolæ contra *ANDRYUM* ſatis acres, editæ cum Tractatu *de corporibus marinis, quæ in montibus reperiuntur*, *ANDRYUM* mendacii, invidiæ, plagii, falſarum obſervationum accuſant.

SAM. ERNST de tænia, Baſil. 174.. . bonam diſputationem qua multa propria habentur. Vaſa tæniæ replevit, unicum animal eſſe ex eorum continuitate confirmavit, & os unicum habere.

CAR. LINNÆI diſputatio *de tænia*, Upſal. 1748. 4. Tres ſpecies tæniæ & faſciolam per ſuas notas ſeparavit, ex animalibus inprimis experimenta ſumſit, oſtendit his vermibus naturam reparabilem polypi ineſſe, neque caput habere.

Vena

Vena Medinenſis. Proprius de ea Liber *WELSCHII* extat. Auguſtæ Vindelicorum an. 1674. 4. & in *Phil. Tranſ. LISTER* n. 225.

Hirudinis deſcriptio ſatis fuſa. *POUPART Journal des Savans* 1697. n. 28.

Anatome Hirudinis. *MORAND Mém. de l' Acad.* 1739.

GARCIN de Hirudine marina. *Phil. Tranſ.* 415. *Mém. de l' Acad.* 1730. *BACKER of the Egeſucker. Phil. Tranſ.* 472.

DESLANDES de verme ſingulari. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1728.

Scolopendræ marinæ Hibernicæ hiſtoria. *LOKE Phil. Trans.* n. 225.

De Scolopendra denuo. *Phil. Tranſ.* 251.

De Scolopendra amphisbæna & renaſcente. *CARRE' Mém. de l' Acad.* 1706.

KLEIN de Scolopendra ſcutata. *Phil. Tranſ.* n. 447.

Vermis aquaticus multipes ſe circumgyrans. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1714.

De Dactylis intra lapides naſcentibus. *Mém. de l' Acad.* 1708.

GODOFREDI SELLII hiſtoria naturalis Teredinis. Traject. 1733. 4. Cum annis 1731. & 1732. Teredo valde invaleſceret in aggeribus Belgicis, ad animalis iſtius, dudum a *VALISNERIO* deſcripti, hiſtoriam plurimi ſunt excitati. Præferendus videtur *SELLIUS*, accurata data anatome, neque inepta philologia. Recte tamen *MASSUETUS* prædixerat, ſponte deflagraturum hoc periculum, cum inſtar epidemiæ, cauſa aliqua ignota, nimiæ multiplicationi hujus vermis, fuiſſet faventior. Experientia enim convenit, cum nullo invento remedio malum nihilominus extinctum ſit. De iiſdem ſcripſerunt *ROUSSET*, *MASSUET*, & nuper *JOB. BASTER. Phil. Tranſ.* n. 446.

CORNEL. BELKMEER natuur kundige verhandeling betreffende de hout uytraſpende en doorboorende Zeevvorm vvaarby gevoegt is een beſchryving van deſſelfs Vyand, Amſtel. 1733. 8.*

ROUSSET obſervations ſur l' origine, la ſtructure & la nature des vers de Mer qui percent les vaiſſeaux, &c. la Haye 1733. 8.

PUTONEI (J. CHRISTOPH MEINIG) beſchreibung einer art Seevvürmer, vvelche in den vereinigten Niederlanden .. ſchaden verurſacht, Lipſ. 1733. 8. *

A. LEEUWENHOEK de aquaticarum plantarum animalculis, nempe Polypis campaniformibus, tum etiam vulgaribus. *Phil. Tranſ.* n. 283. omiſſa in collectione Operum. Vulgarem etiam maniſeſte deſcribit *ANONYMUS* n. 280. Deinde rotantia animalcula *LEEUWENHOEKII* ad Polypum aliquem etiam pertinent. *Phil. Tranſ.* n. 295. Idem de Polypis denuo. n. 337. ſed etiam *CL. JOBLOT* polypos videtur pinxiſſe P. 2. c. 32. T. 12. ubi novam polypi propaginem ex latere video prodire.

Mémoires pour ſervir à l' hiſtoire d' une eſpèce de Polypes d' Eau douce par A. TREMBLEY. Leid. 1744. 4. Novi miraculi in generatione primus inventor. Animal muco ſimile, ægre mobile demonſtravit, nec ova ponere, nec ſexus differre, ſed diſſectum ex particulis Sui in nova animalia redintegrari, ſponteque tubercula e corpore educere, quæ ſenſim aucta, & de corpore parentis delapſa, in propria individua convaleſcunt. Species Polypi deſcripſit quatuor. Experimenta ſollicita, ſubtilia, neque cuivis imitanda. Icones pulcherrimæ, pleræque a *LYONNETO* ſculptæ.

A. TREMBLEY Pariſina etiam exſtat editio ejuſdem anni, 1744. nempe in 8. *IDEM* aliqua addidit *Ph. Tranſ.* n. 484.

HENRY BAKER Eſſays on the natural hiſtory of Polypes. Lond. 1743. & Pariſiis 1744. 8. Experimenta in quinque ſpeciebus Polyporum inſtituta. Anum Polypi, dentes, morbos quoſdam Polyporum & exſiccationem addidit *TREMBLEYI* obſervationibus, quarum pleraſque repetiit & confirmavit.

Eo pertinent Diſſertationes in *Phil. Tranſ.* n. 466. 467. tot. 469. 471. 474. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1741.

HUGHES de Zoophyto ex Polypi genere ſimili flori ficoidis. *Phil. Tranſ.* n. 470.

BONNET de Polypo, & variis Inſectis. *Phil. Tranſ.* n. 470.

Lettere intorno alle recenti ſcoperte degl' Inſetti che ſi moltiplicano mediante le ſezioni de' loro corpi. Venet. 1742. 12.

Ad Cimices aurantiorum. *LA HIRE Anciens Mém. de l' Acad.* tum. an. 1699. 1704.

HYACINTHI CESTONI iſtoria della grana del Kermes. Edita eſt cum *VALISNERI hiſtoria Chamæleontis*.

CAR. PLUMIER contra *POMETUM* Coccinellam omnino animal eſſe defendit. *Journal des Savans* 1694. n. 15.

DE RUUSCHER naturlyke hiſtorie van de Cochenille. Amſt. 1729. 8. Magno ſumtu & difficili labore conquiſitis ab Hiſpanicis in America judicibus & præſidibus teſtimoniis, demonſtravit, eſſe, utique animalculum, non fructum plantæ; quod exſiccatum nomine Coccinellæ in arte tinctoria adeo celebri in uſu eſt.

J. PHIL. BREYN hiſtoria naturalis Cocci radicum tinctorii. Gedani 1731. 4. Splendido Opere animalculum deſcribit, quod in tertio ſtadio vitæ ſuæ *Knavvel* perennis flore majori radicibus adnatum in pilam immobilem abit, quæ perinde ut Coccus Tunæ, colore rubro tingit. Addidit aliqua in *Phil. Tranſ.* 415.

De animalibus ad Vermes pertinentibus. *LISTER Phil. Trans.* n. 71. 73. 87.

J. PH. BREYN hiſtoria ſuæ *naturali*, &c. aliqua etiam addidit in *ACT. ERUD.* anno 1750. ubi ſe contra *BURCHARTUM* tuetur.

C. AUG. a *BERGEN de alchemilla & ejus cocco*, Fr. Viadr. 1748. 4. De iiſdem *CL. BURCHARTI* obſervationes in *Act. Upſal.* 1742. extant.

LEEUWENHOEK de Cochinella. *Phil. Tranſ.* n. 292.

Ejus præparatio. *Phil. Tranſ.* n. 193.

CHRIST. FRID. RICHTER de Coccinella. Lipſ. 1707. 4. Eſſe Cryſalidem animalis ſui contendit.

Lettere di COSMO BONUOMO intorno a' pellicelli del Corpo umano 1687. 4. Animalcula deſcribit, ex quibus ſcabies oriatur; ſed ſibi tribuit experimenta *CINELLI*, atque inde ſcabiem eſſe negat G. di *PARMA* 1689. p. 29.

ETTMULLER de Crinonibus. *Act. Erud.* 1682.

Des *Pucerons*, ſeu Aphidibus abſque mare parientibus. *Hiſtoire de l' Acad. des Sciences* 1741. & ſupra *BONNET*.

De Infecto Limacum *REAUMUR*. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1711.

De animalculis in hepate ovillo. *LEEUWENHOEK Phil. Tranſ.* n. 289.

BIDLOO Brief aan LEEUWENHOEK vvegens de dieren in de Lever der Schaapen. Delph. 1698. 4.

PECQUET de iiſdem. *Anc. Mémoires*.

SNELEN de animalculis in ovium & aliorum animalium hepate, Leid. 1698. 4.

LEEUWENHOEK obſervationes in Acaro. *Phil. Tranſ.* n. 221. 333. in Infectis variis minutis inter dentes humanos viventibus. *Phil. Trans.* n. 159. 265. in arboribus frugiferis n. 266. in ſalicibus n. 269. in aquaticis plantis naſcentibus n. 133. 134. 284. 286. & in *Lectur. and collect of R. HOOKE* 1678. tum *PARRIS Phil. Tranſ.* n. 220. 223.

MALEZIEUX de animalculis minutiſſimis. *Mém. de l' Acad.* 1718.

JOBLOT de animalculis naſcentibus in variis infuſionibus herbarum, proprio Libello, & ſimilia. *HUGENIUS* in Operum fine.

SIMON WEISS de excreſcentiis plantarum animatis, Lipſ. 1694. 4.

JOSEPH VIANELLI delle luci notturne dell' acqua marina, Venet. 1749. 8. Lumen, in aqua marina æſtate eniteſcens, refert pertinere ad inſecta anulata.

Ad Teſtacea.

MARTINI LISTER de Cochleis exercitatio anatomica maxime de terreſtribus. Lond. 1694. 8. Viri ingenii ſingularis quidem, ſed tamen vividi & laborioſi. Anatome Cochleæ cum figuris, per minutiſſima. Venas etiam aliquas lacteas deſcribit, tum duos penes, hepar, &c. De reſpiratione magna digreſſione agit, pulmoniſque utilitatem facit parum probabilem, ſanguinis recipere nimiam abundantiam. *SWAMMERDAMII* iconem Veneris mutuæ corrigit, & flagella recta facit non intorta.

EJUSDEM de Buccinis fluviatilibus & marinis. Lond. 1695. 8. Anatome hujus animalis exquiſitior; & de more Auctoris confectaria phyſiologica paradoxa, de animalibus perpetuo fœtantibus: de animalibus androgynis, ſexu diſtinctis in ſe ipſis generantibus. Purpuræ vera ſedes, contra cerebri uſum ad ſenſus, &c.

De Conchyliis bivalvibus utriuſque aquæ Exerc. III. Lond. 1696. Mytulorum, Pectunculi, Pholadis, Conchæ margaritiferæ anatome. Hæc animalia *LISTERUS* ſexu diſtincta eſſe credit. Adjecta varia de Nitro, Aquis medicatis, ortu Lapidum conſtantis figuræ. In appendice tradit Loliginis anatomen. Adjectus eſt Libellus de Calculo.

EJUSDEM Synopſis methodica Conchyliorum L. I. 1685. L. II. 1686. L. III. 1687. append. 1688. L. IV. 1688. append. 1692. Lond. fol.

Totum

Totum Opus in ære ſculptum eſt, delineationes manu filiarum Auctoris factæ ſatis ſubtiliter & numero maximo. Diſtributio methodica, copia ingens, deſcriptio præter nomen nulla. Tabulæ priorum Operum anatomicæ paſſim adjectæ ſunt. Repete quæ de Araneis & Cochleis habentur in Libro *de animalibus Angliæ*.

IDEM de Conchis & Murice egit. *Phil. Tranſ.* n. 197.

Teſtacea ex Inſula Aſcenſionis. *Phil. Trans.* n. 225.

Catalogue raiſonné de coquilles, Pariſ. 1736. 12.

F. CHRISTIAN. LESSER teſtaceotheologia, Lipſ. 1744. 8.

Noribergæ pictor egregius *FRANCISCUS MICHAEL REGENFUSS* incepit inſignem edere collectionem teſtaceorum ſplendide cum ſuis coloribus pictorum.

ANTONII de HEYDE Experimenta circa ſanguinis miſſionem, fibras motrices, urticam marinam, anatome mytuli, & centuria obſervationum Medicarum. Amſt. 1686. 8. Hæc melior Editio eſt & plenior, quam prior an. 1684. Multa ad circulationem ſanguinis in Ranis, effectus venæſectionis, fibræ muſcularis fabricam, & fibrillas ſimplices, urticæ marinæ ſimplicem ſtructuram, mytulique ſatis accuratam anatomen. Obſervationes alibi laudabo.

M. LISTER de Cochleis. *Phil. Trans.* n. 105.

Relazione del ritrovamento dell' uova delle Chiocciole di A. F. M. Bonon. 1683. 8. Eſt Abbatis *MARSIGII* Libellus Latine etiam verſus, & Auguſtæ Vindel. recuſus.

S. MORAND de raro genere Limacis. *Mém. de l' Academ.* 1740.

De Limacum venere. *SWAMMERDAM* de reſpiratione *Mém. de l' Acad.* 1724.

FABII COLUMNÆ de Purpura. Rom. 1678. 4. Purpuram veram cum levi anatome, tum alias Conchas deſcribit & depingit, colore non ſatis obſervato. Gloſſopetras Lamiarum dentes eſſe monet. Cæterum *FABIUS* & in calce *phytobaſani*, & in calce ecphraſeos primæ ſub nomine obſervationum aquatilium. & ad finem ecphraſeos ſecundæ varia Inſecta, Teſtacea, Piſces, Lacertas, & Hippopotamum deſcripſit, cum fidelibus, ut ſolebat, iconibus.

G. COLE de Purpura *Phil. Tranſ.* n. 178. *REAUMUR* de eadem. *Mém. de l'Acad. des Sciences* 1711. & du *HAMEL* 1716.

Huc etiam Perlarum piſcatura. *Phil. Tranſ.* n. 147. & aliqua in *ACTIS STOKHOLM.*

LEEUWENHOEK de Oſtreis. *Phil. Trans.* n. 235. de Perlis & Oſtracodermatis. *Phil. Trans.* n. 311 Animalis teſtacei deſcriptio. *Phil. Tranſ.* n. 263.

SIBBALD de Teſtis Scoticis. ibid. 222.

Cancelli & Teſtacea Philippinarum. *Phil. Trans.* n. 299.

De Teſtaceis ib. n. 274.

De Conchis ad naves adnatis. *Mém. de l' Acad.* 1724.

De Teſtarum formatione. *Mém. de l' Acad.* 1712.

De mytulorum & ſimilium animalium motu ibid. 1710. 1712. & modo quo ſe lapidibus adfigunt 1716.

Mytuli Anatome. *MERY. Mém. de l' Acad.* 1710.

BARTRAM de Mytulis. *Phil. Tranſ.* n. 474.

De Oſtreis in Berkshire. *Phil. Tranſ.* n. 261.

C. GABR. FISCHER notæ ad Caput PLINII de Concharum differentiis. *A. ER. LIPS.* 1733. p. 487.

LISTER anatome Lepadis (a Scollop.) *Phil. Trans.* n. 229.

DAUBANTON de Conchyliis. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1743.

J. PETER EBERHART Abhandlung vom urſprung der perlen, Hall. 1750. 8. Curam inprimis tradit unionum, qualem in Eliſtro exercent, ubi detracta pellicula incrementum ejus pretioſi lapidis promovent, flavam cuticulam cultro detrahunt, & alia curioſe collegit.

Ad Teſtas Animalium teſtaceorum.

AUGUST. SCILLA vera ſpeculazione a diſinganno del Senſo circa i corpi marini petrificati. Neap. 1670. 4. Pulchræ icones Concharum, & Pictoris, ſed ingenioſi, Opus. Lapides figuratos non luſu, ſed ex Teſtaceis & Piſcibus naſci. Nuper Latine recuſum eſt.

Latina *AUG. SCILLÆ* editio, quam eo loco jam indicavimus, titulum habet *de corporibus marinis lapideſcentibus quæ defoſſa reperiuntur*. Acceſſit diſſertatio *FABII COLUMNÆ de Gloſſopetris*, Rom. 1747. 4.

EB. RUMPH poſterior, quæ dicta eſt editio, recuſa eſt Hag. 1739. fol. cum titulo *Theſaurus cochlearum, conchaurm, conchyliorum & mineralium*. Ad oſtrea refert & Uniones.

M. GEIER de Margaritis, Monach 1637. 8.

J. PETER EBERHARDT.

PHIL. BONANNI recreatio mentis & oculi ex obſervatione marinorum Teſtaceorum. Rom. 1681. 4. Delineationes 406. ſatis nitidæ. Deſcriptio jejuna, dictio inficeta, plurimæ ubique pro æquivoca generatione ratiocinationes.

EB.RUMPH Amboyniſche rariteyten Kamer. Amſtel. 1705. Edit. opt. Deinde in ordinem redactis tabulis cum latina explicatione. 1711. in fol. Nitidæ ſunt figuræ Teſtaceorum, inprimis Amboinenſium & Moluccanorum. Intercurrunt Cancri, hiſtoria maximæ glebæ Ambræ griſeæ, &c. Conchylia Philippina. *Phil. Tranſ.* n. 311.

CAR. NICOLAI LANGII Methodus nova Teſtacea marina in ſuas claſſes, genera, & ſpecies diſtribuendi. Lucernæ 1722. 4. De generatione etiam eorum animalium agit.

EBERH.FRID.HIEMER de capite Meduſæ. Stuttgard 1724 4. Magnifica eſt Stellæ marinæ arboreſcentis in lapide foſſili imago, quæ nunc in illuſt. Viri *J. AUG.* de *HUGO* theſauris extat.

J. HENR. LINK de Stellis marinis Libro ſingulari illuſtravit *LUD. GABR. FISCHER*. Lipſ. 1733. fol. Plurimæ & ſplendidæ tabulæ huc pertinent cum phyſicis nonnullis obſervationibus.

JAC. THEOD. KLEIN Sciagraphia Tubulorum marinorum Muſei KLEINIANI. Gedan. 1731. 8. Tubulorum nempe diverſorum a Belemnite. Accedit tractatus de Pila marina ex algarum fibris compoſita.

EJUSDEM naturalis diſpoſitio Echinodermatum. Gedan. 1734. Diſpoſitio Echinorum methodica ex charactere.

J. PHILIPP. BRAYNE pluſcula Opera ad Teſtaceorum gentem pertinentia edidit, quorum unum excitamus. Prius de *Polythalamiis*, nova Teſtaceorum claſſe, & de *Echinis* methodice diſponendis. Methodum botanicam ad Teſtacea tranſtulit, genera per ſuos characteres definivit, ſubvertit ſpecies, icones perpulchras addidit.

J. P. BREYNE citatum hic opuſculum prodiit Gedan. 1732. 4.

NICOLAI GUALTIERI Index Teſtarum, Conchyliorum Muſei ſui. Florent. 1742. Methodicus Catalogus ſola nomina & pulchras icones 110. tabulis comprehenſas continet.

JANI PLANCI de Conchis minus notis L. Venet. 1739. 4. Habet Conchulas minimas ſolo microſcopio viſibiles, & varias non inutiles cogitationes de maris mutationibus, &c.

Ad hiſtoriam Lapidum figuratorum perpaucos Auctores excitabo, cum id ſtudium nimium fere fit, & ad rem medicam puram faciat.

LAWRENCE diſc. of the ſubterranean cockle muſcle and Oyſterſhells, Lond. 1664. 8. *HARL.*

C. GESNERUS de Foſſilibus.

MERCATUS in Metallotheca. *ALDROVANDUS* in *Muſeo metallico*.

JOH. RAI in *diſcurſibus Phyſico Theologicis*.

JOH. WOODWARD in *hiſtoria Telluris*, *Foſſilium catalogo*, alibi.

JOH. QUIRINI de teſtaceis foſſilibus Muſæi SEPTALIANI & JAC.GRANDII de veritate diluvii univerſalis e teſtaceorum quæ procul a mari reperiuntur generatione Ep. Venet. 1676. 4.

J. DAN. GEYER montes conchiferi, Francof. 1687. 4.

J. REISKE de Gloſſopetris Luneburgenſibus, Norimb. 1687. 8.

SPLEISS de cornubus & oſſibus foſſilibus, Scaphuſ. 1701. 4.

LEONH. HERMANNI, hoc loco citati, etiam eſt *de conchyliis marmoreis* 1729. 4. *EJ. de ſceleto ſeu oſſibus Alcis Masla detectis* 1731. 4.

R. J. CAMERAR. de lapidum figuratorum uſu medico, Tubing. 1718. 4.

J. H. LINK de ſceleto crocodili in ſciſſili lapide, Lipſ. 1718. 4.

J. HENR. SCHUTTE oryctographia Jenenſis, Jen. 1720. 8.

Magnum animal in lapide expreſſum *Phil. Tranſ.* n. 360.

HIERONYMI ZANICHELLI lithographia duorum montium Veronenſium, Ven. 1721.

J. PHIL. BREYNE de melonibus petrefactis M. Carmel, Lipſ. 1722. 4.

FR. ERN. BRUKMANN in plurimis libris, & *de arachneo litho*, Wolfenbuttel 1722. 4. *hiſtoria lapidis numiſmalis Tranſylvaniæ* 1727. 4. tum in *Epiſtolis itinerariis*, &c.

G. L. HUBER lithographia Wurtzburgenſis, Würtzburg 1728. fol.

J. G. LIEBKNECHT jam citati etiam eſt *de diluvio maximo*, Gieſſ. 1714. 8.

De

De Libro *CL. DARGENVILLE* fuſe egit & ejus quaſi analyſin dedit *J. DANIEL DENSO* in *phyſicaliſche briefen*, Stettin 1750. 4. & aliqua etiam propria addit.

Lapides diluvii teſtes ſculpit & edit *G. WOLFGANGUS KNORRE* Norimb. ab anno 1749. fol. cum fideli colorum expreſſione.

LEIBNIZII protogaam huc omnino referri oportet, qua multi lapides figurati exprimuntur & defenditur ipſa marina animalia iſtis lineis exprimi. Univerſalem autem ſubmerſionem recipit, non diluvium.

CL. de *BUFFON* primum volumen huc pertinet, quo concharum & teſtaceorum maximam ubertatem oſtendit, quam tamen non diluvio, ſed receſſioni ſucceſſivæ aquarum tribuit.

EDWARDI LLHWYD Lithophilacii Britannici ichnographia. Lond. (& Lipſ.) 1699. 8. Commodum compendium, quod methodicum, ſatis copioſum, & nomina ad plantarum morem, ſcientifica habeat.

CHR. LANG ſpecimen hiſtoriæ naturalis Lapidum figuratorum Helvetiæ. Venet. 1708. 4. cum appendice. Lucernæ 1735. 4. & *de origine Lapidum figuratorum*. Lucernæ 1709. 4. Contra diluvianos pugnat, & ortum lapidum figuratorum explicat, a ſeminibus piſcium aut plantarum quæ vi plaſtica imbuta Lapides ipſos figurat. Cæterum methodo bona Lapides diſpoſuit, bonas etiam icones dedit, & multorum meritus eſt vota.

J. JAC. BAIER Oryctographia Norica. Norimb. 1708. 4.

DAVIDIS SIGISMUNDI BUTTNER Zeichen und Zeugen der Sündflut. Lipſ. 1710. 4. Petrificatum etiam nidum habet aviculæ.

LEONHARDI HERMANNI Maſtographia. Bresl. 1711. 4. & figurata & marmora aliaque foſſilia deſcribit.

EJUSDEM de Corallichiis foſſilibus, in ſpecie vom hornſtein. Lipſ. 1714. 4.

G. A. HELWING Lithographia Angerburgica. Regiomonti 1717. 4.

JOSEPHI MONTI de monumento Diluvii nuper in agro Bononienſi reperto. Bonon. 1719. 4.

P. WOLFART naturgeſchichte von Niederheſſen. Caſſel 1719. fol.

J. G. LIEBKNECHT Haſſia ſubterranea. Gieſſ. 1730. 4. Diluvianus eſt. Artificialia etiam habet.

GEORG. ANT. VOLKMANN Sileſia ſubterranea. Lipſ. 1720. 4.

J. J. SCHEUCHZER fere in omnibus Operibus, maxime in *Herbario Diluviano*, Leid. 1723. fol. quo impreſſiones plantarum in lapides inprimis foſſiles, receptæ exprimuntur. Huc pertinet etiam ejus *Specimen Lithographiæ Helveticæ curioſæ*. Tiguri 1702. 8. *Muſeum diluvianum*. ibid. 1716. 8. & *piſcium querelæ & vindiciæ*. Tig. 1708. 4. In *Itineribus Alpinis*, in *hiſtoria naturali Helvetiæ*, in primo Volumine *Sacræ Phyſicæ* plurima eo pertinentia dedit.

Porro huc pertinet Ejuſdem *J. J. SCHEUCHZERI Nomenclator lapidum figuratorum*, auctus a *J. TH. KLEINIO*. Gedan. 1740. 4. acceſſit *M. A. CAPPELER de Entrochis & Belemnitis Epiſtola*. 1716. 8.

J. CHRIST. HARENBERG de generatione Lapidum figuratorum A. E. R. 1727. Contra Syſtema Diluvianum pugnat, vidiſſe ſe teſtatur Lapides peculiares intra breve tempus increviſſe ex parvis. *EJUSDEM Encrinos, ſive Lilium lapideum*. Wolfenb. 1729. 4.

ANT. VALISNERI de corporibus marinis quæ in montibus reperiuntur. Venet. 1728. 4. ubi ſyſtema diluvianum impugnat.

La Lithologie & Conchyliologie. Pariſiis 1743. 4. Pulcherrimæ icones Teſtaceorum ordine methodico diſpoſitorum. Syſtema Diluvianum. De Lapidibus & eorum ortu nihil præcipuum. Auctor *D. D'ARGENVILLE* magiſtratu Pariſiis defunctus.

Traité des Pétrifications. Pariſiis 1742. 4. maj. Auctor eſt *L. BOURGUET*. Diſſertationes tres præmittit, quarum una Lapidum generationem tradit, altera Teſtaceorum ortum a Diluvio confirmat. Deinde abundans ſatis catalogus Lapidum, & inprimis figuratorum ſequitur, cum copioſis iconibus.

DE SAUVAGES de figuratis Lapidibus. *Acad. Roy. des Sciences*. 1743.

Corporum Lapidefactorum agri Veronenſis catalogus, quæ apud *J. JAC. SPADAM* adſervantur. Edit. II. Veron. 1744. 4.

P. BARRERE ſur l'origine de la formation des Pierres figurées, Pariſiis 1746. 8. Ex marinis utique animalibus, & teſtis, in quarum poros particulæ terreæ, lapideæ, & ſeleniticæ ſint depoſitæ, explicat ortum figuratorum Lapidum.

Huc

Huc etiam A. de *JUSSIEU de Petrefactis*, in quibus plantæ & animalia in Gallia non naſcentia reperiuntur. *Mém. de l' Acad.* an. 1721.

IDEM de Cornubus Ammonis 1722. De lapide figurato in Wallia reperto. *Phil. Trans.* n. 252.

Muſea.

MUSEUM FR. CALCEOLARII junioris à *BENEDICTO CERUTO inceptum*, & *ab ANDREA CHIOCO perfectum*. Veron. 1622. fol. Continet Corallia, Teſtas, exuvias animalculorum variorum, fructus rariores exoticos, Foſſilia, paſſimque egregias icones. In explicatione nimis multa Veterum verba inſerta ſunt.

GAZOPHYLACIUM rerum naturalium nunquam editarum cum figuris aneis. Opus *MICH. RUPERTI BESLERI*. Nuremb. 1642. fol. Meræ icones ſunt, cum nudis nominibus aut breviſſimis deſcriptionibus. Plantas aliquot raras malis nominibus, deinde aves, piſces, conchas exprimit, raro Libro.

RARIORA MUSEI BESLERIANI quæ *M. Rupertus* & *Baſilius Beslerus collegerunt cum commentario JOH. HENR. LOCHNERI* Nuremberg 1716. fol. Prioris Operis pleraſque icones, excluſis tamen plantis, tum alias a *BASILIO BESLERO* præparatas habet, Foſſilium, Animalium, Concharum, cum Commentario pro *LOCHNERI* more docto, & ex bonis Auctoribus collecto.

MUSEUM WORMIANUM, ſive *Hiſtoria rariorum adornata ab OLAO WORMIO*. Leid. 1655. fol. Poſthumum Opus, editum a Wilhelmo, Auctoris filio. Non merus eſt Catalogus rariorum, quæ congeſſerat *OLAUS*, ſed eorum rariorum undique conquiſita deſcriptio. Multa ad lapides, terras, plantas exoticas cum iconibus De *LÆTIANIS*, animalia Septentrionalia, cum pulchris adſperſis horum iconibus.

Muſea. MUSEI WORMIANI, quod hoc loco citatum eſt, prima initia ſunt in *GEORGII SEGERI ſynopſi methodica rariorum muſai O. WORMII*; Hafn. 1653. 4.

J. TRADESCANT Muſaum, Lond. 1656. 12.

Memorie del Muſeo di LUDOVICO MOSCARDO. Padoa 1656. fol. Præter naturalia, plantas nempe, teſtas, mineras, multa artificialia continet, ſtatuas, nummoſque. Icones minus elegantes ſunt.

NEHEMIÆ GREW Muſaum Regiæ Societatis. Lond. 1681. fol. Egregius Liber. Collectionis equidem rariorum nomenclator eſt, quam in æde *GRESHAMIANA* ex donis variis collegerat Societas. Sed pretium addit curioſa ſedulitas *GREWII*, qui dimenſiones rerum, figuras, fabricas, accurate exponit. Plantas, foſſilia, animalia inprimis, eorumque exuvias habet. De adnexa Inteſtinorum anatome comparata, proprius dicendi locus erit.

LORENZO LEGATI Muſeo Coſpiano anneſſo a quello del famoſo ULISSE ALDROVANDO, e donato dal S. FERDINANDO COSPI, Bologna 1677. fol.

MUSEUM REGIUM deſcriptum ab *OLIGERIO JACOBÆO*. Hafn. 1696. fol. Pleraque artificialia, ſed rariorum tamen animalium aut monſtroſorum, & mineras aliquas continet. Additamentum adjectum eſt 1699. fol.

LEVINI VINCENT Wondertoneel der Natuur. Amſt. 1706. 4. Fere nudæ icones, animalium, maxime ſerpentum, quos magna inprimis copia poſſidebat.

LEVINI VINCENT. eſt etiam *Elenchus tabularum, pinacothecarum, atque nonnullorum aliorum* cimeliorum *LEVINI VINCENT*, Haarlem. 1719. 4.

ATHAN. KIRCHERI Muſeum de PHILIPPO BONANNO editum Rom. 1709. fol. Continet Opera Bonanni pleraque, tum aliqua ad nummos, inſtrumenta & alia iſtiuſmodi curioſa ſpectantia. Cæterum illius vaniſſimi hominis immeritas laudes vide apud *REGNAULT*. *Origine ancienne de la Phyſ. mod.* I. p. 102.

ALBERTI SEBA locupletiſſimus Rerum naturalium Theſaurus. Amſt. 1734. 1735. fol. max. ſplendidiſſimum Muſeorum, ſed imperfectum, ob mortem Editoris, ex quo factum eſt, ut duo poſteriora Volumina ſuppreſſa ſint. Priori quadrupeda, aveſque & lacerti, ex omnibus Indiis undique conquiſiti habentur. Altero volumine ſerpentes continentur inprimis, magno numero & varietate, additis nonnullis iconibus anatomicis. Ubique adſperſæ icones ſtirpium, ſed ad ficca exemplaria, neque ſollicite depictæ. Ad animalium vero hiſtoriam, ob divitias Specierum, qua facile ſuperat, perutile eſt Opus.

Muſai Imperialis Petropolitani, Petropol. 1742. &c. editi quatuor mihi volumina ſunt; quibus lapides, plantæ, arte facta, nummi recenſentur.

CAR.

CAR. LINNÆI & *BALKE*. *Muſæum Adolpho-Fridericianum*, Holm. 1746. 4.

Nunc maxime cepit edi *Deſcription du Cabinet du Roi*, cujus auctores ſunt *CL. BUFFON* & *DAUBENTON*. Hactenus ex III. tomo huc pertinent anatomica aliqua & morboſa, ſed tota ſeries divitiarum Regiarum ſuccedet.

Microſcopici Auctores.

ROBERTI HOOKE Micrographia or *Phyſiological deſcriptions of minute bodies*. Lond. 1665. fol. cujus tabulæ nuper a *BAKERO* cum breviſſimo ſermone editæ ſunt an. 1745. Homo antiquis moribus & [illegible] obſervator. Neque enim unice objecta auctius vidit, ſed ad phyſicos uſus & quæſtiones experimenta applica[illegible] plantas minutas, ſemina, ſcintillas ferri, poros carbonum, & plurima alia Naturæ Opera mirifice & enormiter aucta depinxit.

HENRICI POWER Experimental Philoſophy containing nevv microſcopical, mercurial, and magnetical experiments. Lond. 1664. 4. Non attigit *HOOKII* induſtriam, & longe citra eum ſubſtitit. Prima pars ſola huc pertinet.

ANTONII van *LEEUWENHOEK* Opera, varie & confuſe edita, ut certe in ordinem ea conjici, & indice ornari omnino ſit e re publica. Ejus Opera, in Belgicis editionibus longe melioribus, accurate ita ſe habent.

Ontleedinge van levendige diertjens in de teeldeelen van het bout, &c. Leidæ 1686. 4. Sunt collectæ Epiſtolæ 27. ad 52. & prima data eſt 25. Aprilis 1679. quarum pleræque ſeorſim prodierunt. Priores ante 27^{am} a familia Auctoris ſuppreſſæ ſunt. *HARTSOEKER Extrait critiq.* p. 3.

Inde ſequitur *vervolg der brieven aan de Kon. Societyt*, qui comprehendit Ep. 53 -- 60. Leidæ 1688. 4.

Tum *Natuur verborgenheeden ontdekt zynde, de tvveede vervolg der brieven aan de Kon. Soc.* Delph. 1684. Continet Epiſtolas 61. 67.

Derde vervolg der brieven, &c. Delph. 1693. Epiſtolæ 68 -- 75.

Vierde vergolg. Delph. 1694. Epiſt. 76. ad 83.

Vyfde vervolg. Delph. 1696. Epiſt. 84. ad 96.

Seſde vervolg van brieven aan hooge ſtands perſonen. Delph. 1697. Epiſt. 97. -- 107.

Sevende vervolg van brieven aan de Societyt, &c. Delph. 1702. Epiſt. 108. -- 146.

Tunc *Zendbrieven aan de Societyt, en aan anderen.* Delph. 1746. quo tomo 46. Epiſtolæ ultimæ continentur. Latinæ editionis hæ ſunt, quæ alio ordine prodierunt.

Anatomia & contemplationes. Leidæ 1685. 1687. 4. Partes duæ Epiſtolas abſque numeris continent 18. ſcriptas 1684. 1686. Deficiunt vero primæ 26. Epiſtolæ, ut prius.

Arcana Naturæ detecta, ſive *Epiſtolæ ad Societatem Reg. Anglicam ſcriptæ ab* an. 1680. ad 1695. a numero 55. ad. 92.

Continuatio Epiſtolarum ad Societatem Regiam. Leidæ 1689. 4. Habet Epiſtolas octo, anno ſcriptas 1687.

Continuatio Arcanorum Naturæ edit. 1697. Continet Epiſtolas 16. a 93. ad 107. ſcriptas annis 1695. 1696.

Continuatio mirandorum arcanorum, ſive *Epiſtolæ ad Societatem Regiam* XL. ab 108. ad 146. ſcriptæ annis 1697 -- 1702.

Epiſtolæ Phyſiologicæ ſuper compluribus Naturæ arcanis. Delph. 1719. 4. ſunt omnino 46. ad varios curioſos datæ.

Multæ vero Epiſtolæ ex imperitia Belgicorum Editorum nunquam ſeorſim editæ, unice in Philoſophicis Tranſactionibus habentur. Catalogum habes in *Phil. Tranſ. abridgd. by LOWTHORP* III. p. 683. *ſeqq.* De *LEEUWENHOEKII* etiam microſcopiis vid. *Phil. Tranſ.* n. 380. 458.

Notiſſimum eſt cæterum bonum Senem, totam vitam, quæ ipſi prælonga fuit, in his obſervationibus triviſſe, & excelluiſſe tum arte parandi ſibi microſcopia, tum utendi, Solis lumen apte adhibendi, &c. Etſi vero rudis literarum homo fuit, & ſæpe in valde paradoxas abierit opiniones (ut v. gr. tunicam villoſam inteſtinorum muſculum eſſe, arterias non pulſare ſed venas), plurima tamen partim vera, partim certe a plurimis recepta magni momenti inventa ipſi debentur. Hujus modi ſunt ſanguinis in circulum motus oculo demonſtratus, vermiculi ſpermatici, poſt *HAMMII* paucas obſervationes. Contra eum *HARTSOEKERUS* proprium Libellum ſcripſit cum titulo *Extrait Critique.*

A. van

A. van *LEEUWENHOEK*, inter microſcopicos auctores citati; *Arcana Nat. detecta*; *S. Ep. ad Soc. R. Angl. ſcript.* prodierunt Delph. 1695. 4. *EJUSD.* etiam obſervationes aliquæ gallice verſæ prodierunt ſub titulo A. van. *LEEUWENHOEK obſervations faites avec le microſcope ſur le ſang, le lait, le ſucre, le ſel & la manne, trad. par M. MESMIN* 1679. 12.

PHIL. BONANNI micrographia curioſa. Rom. 1691. 4. Ad rem noſtram faciunt aliqua ad pilos, ad ſalium figuram, ad ſtaminum pulviſculos. Deſtitutus mente philoſophica, & pro præjudiciis ſcribens, non valde utilia præſtare potuit.

MARSHALLI Microſcopium, *micrométrique*. Pariſiis 1703. * Suum inventum facit micrometrum.

LAURENT. JOBLOT deſcriptions de plusieurs Microſcopes ſimples & compoſés, &c. Pariſiis 1718. 4. Deſcripſit inprimis inſecta microſcopica aceti, aquæ infuſis variis corporibus mutatæ. Mira gens eſt animalium ſimplici figura, nulla fere hactenus demonſtrata partium diſtinctione, nulla nota ſexuum diverſitate, rotunda vero ſunt & undique ſimilaria. *J. LEONHARDUS FRISCH* non imperitus harum rerum æſtimator, ea omnia animalcula pro unius ſpeciei varietatibus, contractis modo, & modo elongatis habuit.

HENRY BAKER the Microſcope made eaſy. Lond. 1743. 8. Pleraque ex aliis collecta; commoda tamen accedit introductio pro nondum adſuetis, & inſigne a *LIEBERKUHNII* microſcopio ſolari & ad opaca ornamentum, quæ hic deſcribuntur. Plurimum uſum eſt *LEEUWENHOEKIO*. Idem microſcopium catoptricum deſcripſit. *Phil. Tranſ.* n. 442.

J. NATHANAEL LIEBERKUHN microſcopii anatomici deſcriptio. *Mém. de l' Acad. des Sciences de Berlin* T. I. p. 16. ſeq.

TURBERVILLE NEEDHAMS nevv microſcopical diſcoveries. Lond. 1745. 8. Valde ſingularem inprimis fabricam vaſorum ſeminalium polypi calamarii deſcribit.

NEEDHAM. Hæc deſcriptio recuſa eſt cum ejus *Nouvelles obſervations microſcopiques*, Pariſ. 1750. 12. adjectis auctoris, & interpretis Gallici prioris editionis Leidenſis 1747. 12. animadverſionibus, de concha polypea *Barnacle*, &c. Sed in novo opere inprimis & novum de generatione ſyſtema habetur, quod in anatomicis laudabimus: & phyſica multa pertinentia ad animalia microſcopica, tum ſpontanea, tum non ſpontanea vegetationis cum incremento & generatione analogia, cauſis utriuſque mechanicis expandente & reſiſtente, aliiſque difficilioribus rebus phyſicis.

GEORG. ADAMS micrographia illuſtrata. Lond. 1746. 4. 1747. 4. Artifex, varia Microſcopia recenter inventa deſcribit, & compilat obſervationes aliorum, & *JOBLOTI* maxime, quarum aliquæ ſunt rariſſimæ.

GRAI Microſcopia. *Phil. Tranſ.* n. 221. 228.

JACOB WILSON de Microſcopiis. *Phil. Tranſ.* n. 281.

ARCHIBALD ADAMS of making microſcopes. *Phil. Tranſ.* n. 325.

Itinerum Scriptores.

Porro ad hiſtoriam naturalem pertinent Scriptores Itinerariorum & peculiarium Topographiarum. His enim ſæpe metalla, animalia, plantæ, enumerantur. In illis plurima rariora neque alibi occurrentia phænomena, & femina rerum reperiuntur, & magna mea utilite ſæpe a me percurſa ſunt. Ecce, quæ ego meliora legi, omiſſis, quæ unice res politicas deſcribunt.

Le navigationi e viaggi di L. *BAPTISTA RAMUSIO*. Venet. 1553. 1563. 1588., &c. Sæpius enim ediderunt Juntæ. 3. vol. fol. Egregia collectio cum intermiſtis Diſſertationibus Editoris. Primo Tomo, primi fere Scriptores Itinerum in Aſiam novumque orbem habentur, inter quos *AMERICI VESPUTII* eſt navigatio. Alter minoris fere momenti eſt; & itinera Tartarica illa Veterum habet, & Ruſſica cum *SEBAST. CABOTI* itinere Americano. Tertius utilior, cum *GONZALI FERDINANDI OVIEDI* hiſtoriam naturalem Indiæ occidentalis, XX. Libris contentam, Hiſpanorum navigationes Americanas fere omnes, & *CARTERII* Canadenſia itinera, aliquot etiam rerum naturalium deſcriptionibus & iconibus comitata contineat. Primus vero Auctor, qui plantas, & animalia Americæ aliqua cum cura deſcripſit, *OVIEDUS* eſt, etſi rudes ſint icones, neque deſcriptiones ſatis aut phyſicæ aut botanicæ. Seorſim prodiit Salamancæ 1546. fol. Hiſpanice.

OVIEDUS, de quo dictum eſt ad *J. B. RAMUSIUM*, ſeorſim prodiit ſub titulo nempe *GONSALVO FERNANDEZ* de *OVIEDO hiſt. general de las Indias*, Hiſpali 1535. Salmanticæ

cæ 1547. fol. * qua editione Libri 19. continentur cum reliqui perierint.

THEVETI coſmographie du Levant prodiit Anvers 1556. 12.

JOSEPHI a COSTA hiſt. naturalis & moralis Indiæ & de natura novi orbis prodiit primum Salmanticæ 1589. & 1595. 8. tum Hiſpali (Sevilla) ut diximus, 1590. 4. Madriti autem recuſa exſtat 1608. 4. 1610. 4. *ANT.* In *TH.* de *BRY* collectione habetur, & gallice Pariſ. 1608. 8. prodiit, verſa a *R. REGNAULT*.

PIETRE BELLON Obſervations de pluſieurs ſingularités trouvées en Grèce, Aſie, Judée, Egypte, Arabie, &c. Pariſiis 1553. & 1588. 4. & in Operibus *CLUSII*, demptis mappis Geographicis. Multo prioribus melior, & cum *RAWOLFIO*, & *KÆMPFERO* ad Scriptores primi ordinis, certe in uſus Medicos, pertinet. Plantas cujuſque regionis, aut raras, aut vulgares, recenſuit, Creticas maxime, eas cum veteribus contulit, Metalla, Terram Lemniam, animalium omne genus, obſervavit, deſcripſit. *CLUSIUS* adjecit obſervationes ſuas, & amici errores aliquos correxit, multas figuras omiſit, alias dedit accuratiores.

THEVET ſingularités de la France Antarctique. Pariſiis 1558. 4. Antvverp. eodem anno, 8. Braſiliam deſcribit. Multæ ab eo rudes icones animalium, & plantarum provenerunt, inque Libros rariora continentes undique tranſierunt. Ejus *Coſmographie du Levant* inutilis eſt compilatio, ex Veteribus facta. Ineptiſſime ſæpe antiqua nomina novi orbis productis tribuit.

JOSEPHI a COSTA hiſtoria naturalis & moralis Indiæ. Sevillæ 1580 4. Barcelon. 1591. 12. Pariſiis 1606. 8. & in *THEODORI* de *BRY* collectione, alibique. Tertio quartoque Libro continetur hiſtoria naturalis Americæ, & Peruviæ inprimis, deſcriptio nempe metallorum, animalium, ſtirpium, quarum in œconomicis, vel in Medicina aliquis uſus eſt, abſque iconibus tamen. Minime inutilis Auctor, ſatiſque verax.

LEONHARDI RAUWOLF beſchreibung der Reyſs in die morgenländer. III. theile Francof. 1582. 4. & addito Tomo IV. Lavving. 1583. 4. Eximius & paucis inferior Auctor. Cum enim Galliam calidiorem, Syriam, Meſopotamiam, Palæſtinam, Ægyptum, obambularet, ubique rariores ſpontaneas plantas conquiſivit, recenſuit, icones etiam plantarum 42. in quarto tomo addidit, quæ in *LUGDUNENSEM* plantarum hiſtoriam receptæ ſunt, ſummæ fidei, induſtriæ eximiæ Medicus. Herbas ſiccas nunc etiam extare, & Leidæ adſervari in publica Bibliotheca, audio. *RAIUS* in II. Tomo Collectionis itinerum, novam hujus Libri editionem dedit.

AUGERII de *BUSBEQ Epiſtolæ & Opera reliqua.* Antvverp. 1582. 8. & apud *ELZEVIR* 1633. 12. Orator *FERDINANDI* I. apud Turcas per 10. annos vixit, judicio pollens & auctoritate, qui multis rariſſimis Libris in Oriente coemtis Bibliothecam Viennenſem ditavit. Hiſtoriæ naturalis ſtudio tædium mitigavit captivitatis, animalia etiam, plantas aliquas, in locis natalibus paſſim a ſe ipſo lectas deſcripſit.

AUGERII de *BUSBEQ Ep. & Opera* prodierunt primum Antvverp. 1581.

CAPT. FORBISHER laſt voyage into the North and Northvveſt regions, London 1577. 4. Fretum ab ipſo nomen habens, quod nuperi nolunt admittere, & aureas marcaſitas retulit ex itinere, quæ evanuerunt.

FRANCISCI DRAKE iter in Indias Occidentales anni 1585. Leid. 1588. 4. Aliqua equidem ad rem medicam collegit, miſitque *CLUSIO*, ſed in itineris hiſtoria vix rem naturalem adtigit.

JEAN LERY Voyage en la terre du Breſil autrement dite Amerique (qui verior titulus eſt) Pariſiis primum prodiit 1578. 8. Genevæ vero latine, anno quo dictum eſt, nempe 1594. gallice vero 1600. 8.

JEAN LERY Voyage en Amérique. Pariſiis 1585. 8. Genevæ 1594 8. & in Collectione *TH.* de *BRY*. Egregius Liber curioſi Viri, etſi religionis Miniſtri. Braſiliæ animalia, arbores rariores aut medicas, mores, morbos Incolarum ſatis accurate deſcribit; famis etiam a ſe ipſo ſociiſque navalibus perpeſſæ, utilem Medico deſcriptionem dedit.

Relazione del reame del Congo e delle circonvicine contrade per *PHIL. PIGAFETTA* Rom. 1591. 4. & in *THEODORI* de *BRY* collectione Aſiatica. Acceſſerunt icones plantarum & animalium.

THEODORI de *BRY* & filiorum, *Americæ Tomi XI.* Oppenheimi & Francofurti 1590. ſeq. In hac collectione multa itinera continentur, ex quibus huc ad noſtrum ſcopum facit *THOMÆ HARIOTI de Virginiæ commodis* Liber brevis equidem, & fere nomenclator, tum *LERYI*, *JOSEPHI* a *COSTA*. Reliqua hiſtoriam unice ornant, aut Geographiam.

THEODORI de *BRY India Orientalis Tom. XIII.* fol. In hac collectione fere Belgarum & Anglorum prima itinera habentur, ſterilia ea. Ad rem naturalem facit, *ED. LOPEZ hiſtoria Regni Congo*, jejuna quidem ea: *HUGONIS* van *LINSCHOTEN* iter mox excitandum, Guineæ deſcriptio ex Belgico verſa, & Septentrionalia aliqua itinera.

PH. PIGAFETTA in *TEOD.* de *BRY* collectione Aſiatica prodiit Francof. 1598. fol. Cæterum hic adnotamus, multos ſcriptores hoc opere uſos eſſe.

PIETRO della *VALLE* celebria cæterum itinera nihil ad rem noſtram habent. Nova editio prodiit Pariſ. 1743. 8. vol. 12.

HUG. van *LINSCHOTTEN navigatio* prodiit etiam Amſtelod. 1614. fol.

RICHARD HAWKLUYT the principal Voyages of the English Nation. Lond. 1598. fol. 3. vol. Fidelis Auctor, qui pars magna fuit eorum, de quibus ſcribit, & ipſe Indias cum Imperio adiit.

HUGONIS van *LINSCHOTEN Navigatio in Orientalem Indiam.* Hag. 1599. fol. & Belgice Amſt. 1644. fol. Tredecim annis vixit Goæ, idemque Septentrionale iter tentavit, cum via ad Chinam propior quæreretur. Fidelis & morum, & rerum, obſervator, fructus etiam & proventus regionum deſcribit, inprimis autem ea lectu utilia ſunt, quæ de frigoris enormi rigore in Septentrione obervato habet. Sed ea in compendio tantum retulit. Fuſius ex relatione *GERARDI DE VEER* apud *TH.* de *BRY*, & in *itineribus Septentrionalibus* habetur.

Peregrinaçam da FRANC. MENDEZ PINTZO Ulyſſipon. 1611. 4. fabuloſum iter.

Voyages de CHAMPLAIN. Pariſiis 1614. 4. Ex præcipuis qui Canadam detexerunt. Bella inprimis, ſed etiam aliquas plantas deſcribit, & pingit, Vir verus & indefeſſus.

SAMUEL PURCHAS pilgrim containing a hiſtory of the vvorld in ſea voyages and Land travels by Englishmen. Lond. 1613. 1624. 5. vol. Hæc collectio brevia fere itinera continet abſque fere hiſtoria naturali, cum a mercatoribus in uſus politicos & ad augendas divitias, portus ignotos primum adeuntibus, ſcripta ſint. Deinde an. 1704. alia V. in fol. voluminibus collectio edita eſt, quæ multa habet non alibi extantia. Nunc maxime alia Collectio Londini in 4. prodiit, recuſa variis linguis, etiam Germanica, quæ excerpta tantum laborum habet, & pauciora ad rem naturalem.

Beginne ende voortgang van de vereenighde Neederlande. 1646. 2. volum. & ſub titulo, *Recueil des Voyages faits pour l' établiſſement de la Compagnie des Indes Orientales.* Amſtel. 1702. 12. 10. vol. Prima Itinera *OLIVIERII* de *NOORT*, *JACOBI LE MAIRE*, aliorumque, tum per Fretum Magellanicum, tum rectiori via in Indiam Orientalem ſuſcepta, continet. Sed parciora ſunt, quæ argumenti phyſici.

Voyage de FRANÇOIS PYRARD de Laval. Pariſiis 1611. 4. ſed legi editionem Pariſiis 1679. 4. Maldivas infertas ſolus fere Europæorum vidit, earumque hiſtoriam ſcripſit, idiota, & proletarius, homo.

PYRARD, idiota quidem, ut diximus, ſatis tamen recte mores hominum obſervavit. Conſilia etiam dedit pro ſervanda valetudine & ſuo more aliquas arbores deſcripſit.

THOMÆ GAGE a Survey of Weſtindia. Lond. 1648. fol. Mexicani Regni divitias & felicitatem enixe laudavit, ad excitandam *CROMWELLII* cupidinem; rerum naturalium minus peritus.

Rélation véritable de l' Ile de Madagaſcar & du Breſil. Pariſiis 1651. 4. Iter continet, cum aliis, *FRANCISCI COUCHE*, quo pluſcula ad hiſtoriam plantarum, & animalium Inſulæ Madagaſcar pertinentia habentur.

Celebre iter *ADAM OLEARII Moſc. und Perſ. Reiſebeſchr.* Schleviſci editum 1656. fol. Hamburg 1696. fol. gallice verſum a *WICQUEFORTIO* & excuſum eſt Amſtelod. 1666. 4. 1727. 4. Solet adjungi *A MANDELSLO* iter, nobilis viri, qui & ipſe rerum naturalium minus curioſius fuit.

J. GREAVES journey through Greece: deſcription of the Pyramids, &c. vix ad rem noſtram facit. Recuſum eſt Londini 1731. 8.

RICHARD LIGON true and exact hiſtory of Barbados. Lond. 1657. fol. & Pariſiis 1674. 4. Simplex homo & verus. Plantas etiam ſatis multas depinxit, & deſcripſit, curioſe inprimis Sacchari fabricam tradidit, arbores & plantas ad œconomiam utiles deſcribit, omnemque fere operam unice deſcribendæ agriculturæ Americanæ impendit.

R. LIGON prodiit etiam Pariſ. 1684. 4. cum aliis itineribus.

DE

DE FLACOURT *hiſtoire de l'Ile de Madagaſcar*. Pariſ. 1658. 4. Troyes 1661. 1664. 4. Inter meliores, etſi a Mercatore ſcriptus Liber, & minutarum ſimultatum fuſiori Hiſtoria moleſtus. Hiſtoriam naturalem ſtudioſe perſecutus eſt. Plantas ad ducentas, ruditer tamen pictas, dedit, tum animalia, & inprimis foſſilia, aurum & reliqua.

Voyages de Thevenot. Rouen 1665. 4. 1674. 2. vol. & auctius Pariſiis 1696. 4. 2. volum. Aſiæ inprimis curioſus, & verus per multa itinera obſervator, in quorum ultimo media in Perſia, morbo eſt extinctus. Res naturales, ventos, plantas paſſim indigenas utiliter obſervat.

Voyages de *M.* de *MONCONIS*. Lyon 1665. 4. 2. vol. Pariſiis 1695. 4. vol. 12. Europam fere omnem, Aſiam minorem, Ægyptum adiit; arcanorum & raritatum curioſus homo, non tamen ſatis cautus ab Impoſtoribus, credulus enarrator tot vaniſſimorum arcanorum ad cogendum argentum vivum, &c. ſuperſtitioſus etiam & abſque ullo ordine. Multa tamen ſemina inventionum, aliaque ad hiſtoriam naturalem & Litterariam pertinentia continet, minime inutilis.

Rélation de divers Voyages curieux. Pariſiis 1666. fol. & auctius an. 1696. 2. vol. fol. Auctor eſt *THEVENOTIUS* patruus prioris. Continentur hac Collectione in I. Tomo *HAWKCLUYTI*, & *PURCHASI* pleraque additis variis ex recentioribu Belgarum, vetuſtioribus vero Arabum, Luſitanorum. Tertius Tomus Chinæ deſcriptionem *MICHAELIS BOYM*, cum plantarum iconibus, Nieuhofium, præter alia ad Phyſicen facientia minus, Acarettæ Intercettæ valde vero confuſe prodiit, ut Tomos vix definias.

JOH. NEUHOF Legatio Batavica ad Tartariæ Chamum. Amſtelod. 1668. fol. Gallice vero Leidæ 1665. fol. Germ. 1669. fol. Præter plurimas urbium Sinicarum delineationes, habet inprimis plantarum etiam, & animalium, & aliorum naturæ donorum aliquas icones & deſcriptiones. In 2. & 3. itinere an. 1676. impreſſo nihil fere hujus argumenti habetur. Et ejuſdem *Braſiliaanſche See en Land reize*. Amſt. 1682. fol. huc pertinet.

Voyage de François BERNIER contenant la Deſcription de l'Indoſtan. Pariſiis 1670. 1671. 4. vol. 12. Et nuper Amſtelodami 1724. Medici & Philoſophi Opus ad itelligendam Brachmanum Philoſophiam, Medicinam, ad Aquas, Aeres, locoſque Indiæ, qui primus philoſophico oculo eas res viderit.

DENIS Deſcription des côtes Septentrionales de l'Amérique. Pariſiis 1672. Piſcaturam inprimis Aſellorum deſcribit.

Huius verſio adjecta eſt editioni *ZORGDRAGERI*. Valde ei diſplicet piſcatura aſellorum *DENISII*, quam non ſatis lucroſam putat.

Hic etiam addendum eſt *REGNARD* iter Laponicum, quod inter ejus opera deſcriptum habetur, quo Suecicæ etiam fodinæ, & animalia Laponiæ adtinguntur, cum innumeris nominum vitiis.

W. TEN RHYNE ibidem dictus, brevem habet iſtoriam naturalem, etiam de plantis, de arte medica incolarum, nymphis fœminarum prominentibus, &c.

JOHN. RAI Topographical Obſervations. Lond. 1673. 8. & nuper 1746. 8. Simplex & verus. Hiſtoriam naturalem, & Botanicam Helvetiæ, Germaniæ ſuperioris, Italiæ, Galliæ Meridionalis inſigniter ornat, reipublicæ etiam ubique, vitiorumque & virtutum Nationum non rudis obſervator.

FRID. MARTENS Spizbergiſche reiſe beſchreibung. Hamburg. 1675. 4. Egregius Liber, variis etiam linguis, Bononiæ, Londini, Amſtelodami, recuſus. Fuit enim melior, quam a Chirurgo nautico ſperaſſes, obſervator. Omnem ambitum naturæ attigit, animalia tamen maxime plantaſque ultimi Septentrionis, & in illis Balænæ hiſtoriam. Adjutoris autem *FOGELII* operam ipſi utilem fuiſſe, certa fides eſt.

Voyages de *JEAN BAPTISTE TAVERNIER*. Pariſiis 1676. 1680. 4. 1724. 12. &c. Mercatoris Opus, & aliena induſtria ad editionem præparatum. Cum tamen lapidibus pretioſis, aliiſque rarioribus Indiæ mercibus, coemendis unice ſtuduerit, & ſex itineribus Aſiam ulteriorem, Indoſtanici regni viſcera, & Goncoldanas adamantum fodinas ſolus hactenus inter Europæos viderit, plenuſque ſit obſervationibus ad rem naturalem pertinentibus, utique legi poteſt.

Contra *TAVERNERIUM* ſcripſit, & Belgas defendit *HER. van QUELLENBURG refutatie van TAVERNIER*, Amſtelod. 1684. 4. *

EDWARD BROWNS travels. Lond. 1677. 4. 1685. fol. Germanice etiam reddita. Utilis Liber, maxime ad hiſtoriam Mineralium, Hungariæ, Iſtriæ. Plantas non attigit.

T 2 *Voyage*

Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grèce, & du Levant, par *M. JAQUES SPON* & *GEORGE WHEELER*. Lyon 1678. 4. vol. 8. Iter ſuſceptum an. 1675. omnino noſtri ſcopi. Coralliorum, ſacchari, ſaponis, vini, olei fabricas, piſcationem, chamæleontis phænomena, ventos veterum Græcorum, nummos, & inſcriptiones, ad hiſtoriam medicam pertinentes, morborum rariorum hiſtorias, continet.

GEORGE WHEELER Journy into Greece. Lond. 1682. fol. & Pariſiis 1689. 12. 2. vol. Itineris Sponiani ſocius, diutius tamen in Græcia moratus, & naturalis hiſtoriæ atque plantarum multo magis gnarus, quarum plurimas ſuis locis recenſuit, aliquarum etiam icones dedit.

ROBERT KNOX Relation of Ceylon. Lond. 1681. fol. cum præfatione *R. HOOKII*. Plantarum, animalium, agriculturæ, hujus feliciſſimæ Inſulæ non inutilem deſcriptionem continet.

HENNEPIN Deſcription de la Louiſiane. Pariſiis 1683. 12. Fluvii Miſſiſippi detecti gloriam ſibi tribuit.

DELON Rélation d'un Voyage des Indes. Pariſiis 1685. 2. vol.

W. TENRHYNE de Hottentottis & Capite Bonæ Spei. Schaffhuſ. 1686. 8. Notas addidit *HENR. SCRETA* a *ZAVORZIZ*.

Voyage de Siam par les PP. Jeſuites. Pariſiis 1686. & *ſecond Voyage des mêmes*. Amſtel. 1689. 8. Omnino noſtri ſcopi, plantarum icones continet, & animalium diſſectiones.

Voyage de Perſe du Chavelier *CHARDIN*. Lond. 1686. fol. Pauca phyſica habet.

SOUCHU de *RENNEFORT hiſtoire des Indes Orientales*. Lugduni Batavorum 1688. 8. & Pariſiis 4. nimis amplus titulus. Solam enim Inſulam Madagaſcar deſcribit, & ſola pars prima Auctori propria eſt.

DE LA LOUBERE Deſcription du Royaume de Siam. Pariſiis 1691. 12. 2. vol. 1714. 2. vol. 8. Legatus fuit Regius, & reliquis accuratius tum politicam, tum naturalem hujus Regni hiſtoriam, Animalia, Plantas etiam nobiliores, deſcripſit, integri judicii homo, & in omnibus curioſus.

Obſervations de Phyſique & de Mathématique, des PP. Jeſuites. Pariſiis. 1692. 4. 1737. 8. & totus etiam Liber inſertus eſt Tomo 1693. Commentariorum Acad. Reg. Pleraque aſtronomica, accurata tamen, adjecta Crocodili diſſectio cum *JOS. DUVERNEYI* obſervationibus.

FROGER Voyage made in the years 1695. 1697. *to the coaſts of Africa, ſtreight of Magellan, Braſil, Cayenna the Antilles* &c. Lond. 1698. 8. & Pariſiis 1698. 12. Icones etiam plantarum, & animalium habet.

FROGER recuſus etiam exſtat Amſtel. 1699. 12. 1715. 12. Iter molitus per fretum Magellanicum a contranitentibus ventis repulſus, Braſiliam vidit, Guyanam, & partem Africæ. Plantas & animalia ſuo modo, ut miles, deſcripſit.

Verſio quæ exſtat *J. OVINGTON*, Pariſ. 1725. 12. mendoſa eſt.

WILHELMUS DAMPIER, cujus citatum ibi eſt itinerarium, primum iter ad iſthmum Americanum fecerat anno 1674. alterum prælongum anno 1683. ad 1691. ſecundum oram Peruviæ, ad Philippinas inſulas, ſalutata *N. HOLLANDIA*, quam tertio itinere an. 1699. adiit, & naturæ opera collegit, quæ recenſuit cum nominibus *J. WOODWARD*. Ventos conſtantes inprimis proprio tractatu perſecutus eſt, quem rerum gnari plurimi faciunt. In ultima hujus libri editione 1729. multa alia itinera adjecta ſunt *FUNNEL*, *C. COWLEY*, *C. SHARP*, *C. WOOD*, *L. WAFER*.

CORNELII de *BRUYN* citatum utrumque itinerarium junctum Gallice prodiit Haag. 1732. 4. 5. vol.

ERIC. TILLEMAN beretning om det landtskab Guinea, Coppenhagen 1697. 8. Oram Guineæ accurate deſcribit, de plantis vero & animalibus breviter agit.

Collectionum, quæ citatis hoc loco *lettres curieuſes & édifiantes* continentur, compendium edidit anonymus cum titulo *Recueil d'obſervations ſur les mœurs*, &c. *de plusieurs peuples de l'Aſie, de l'Afrique & de l'Amerique*, Pariſ. 1749. 12. 4. vol. non ſine vitiis.

JOH. FUNHEL recuſus eſt Lond. 1729. 8. ſucceſſerat hic auctor *W. DAMPERIO*, oramque occidentalem Americæ a 20. ad 40. deſcribit.

OVINGTON Voyage to Surat. Lond. 1696. 8. Deſcribit & hiſtoriam naturalem Golcondæ, Pegu, Aracan, & cultum Bombycum.

WILLIAM DAMPIER Voyage round the vvorld. Lond. 1697. 8. 1703. 8. 3. vol. 1729. 4. vol. 8. Aliquot ſunt diverſa itinera, quorum unum Terras Auſtrales adtigit, cujus plantas aliquas

aliquas & animalia deſcripſit militaris homo, neque tamen incurioſus, qui arcanum ex Lichene terreſtri ad rabiem caninam præparaverit.

JOHN. FRYER nevv account of India and Perſia being nine years travels. Lond. 1698. fol. Tragici quid habet & adfectati, neque interiora Botanices aut Anatomes attigit. Aliqua tamen de Medicinæ ſtatu, plantis ſponte naſcentibus, Thermis, aeribus, aquis, lociſque intermiſta habet.

Reizen van CORNELIUS de *BRUYN, door klein Aſien, Egypten*, &c. Delph. 1698. fol. & *EJUSDEM*, *Reiſen door Moſcovien*, &c. Amſt. 1714 fol. Pictor, ignarus homo, qui *Caiagrippam* pro hominis nomine in iſcriptione habuerit, cum legere oporteret, ΚΑΙ ΑΓΡΙΠΠΑ. Magnam vim delineationum urbium, templorum, aliquas etiam animalium & plantarum dedit, totuſque ad noſtrum finem parum facit.

Curioſités de la Nature & de l'Art, aportées dant deux voyages aux Indes, l'un fait en 1698. *l'autre en* 1701. 1702. Pariſiis 1703. 12. Rariora aromata, animalia &c. deſcripſit.

LIONEL WAFER Deſcription of the Iſthumus of America. Lond. 1699. 8. Chirurgus, caſu in interiora regionis Darien delatus, ibi aliquot annis vixit, moreſque hominum, qui ſibi inſigniter placuiſſent, ſatis accurate deſcripſit. Plantas etiam vulgo notas attigit, verus & ſimplex. Alia editio prodiit 1704. auctior catalogo rerum naturalium Americæ, Auctoris anonymi.

MARTINI LISTER Journy to Paris. Lond. 1699. 8. Hæc ſecunda eſt editio Libri lectu digniſſimi, quo præter naturæ opera, ſtatus maxime Medicinæ, & Chirurgiæ, & hiſtoria continetur novorum conatuum *F. JACOBI*, *MERYI*, & aliorum.

OLAI RUDBEK Laponia illuſtrata. Upſal. 1701. 4. Titulum non explet, prima enim pars eſt inter duodecim, quibus iter Laponicum debebat contineri, ſolamque Uplandiam deſcribit. Icones Sceptri Carolini, & avium nonnullarum pretium addunt Opuſculo. Codex vero, quo icones plantarum, animalium, inſectorum, quadrupedum, itineris hujus continebantur, anno 1707. adhuc apud Auctorem viſus eſt a *LEOPOLDO in itin. Suec.* p. 40.

GEMELLI CARRERI Viaggi. Neapoli 1701. Pariſiis 1719. 6. vol. 8. Homo mihi diſplicet, aliquid habet vani. Plantas, maxime arbores fructibus edulibus, cum iconibus fere habet, & hiſtoriam naturalem Inſularum Philippinarum, quæ princeps hujus Operis laus eſt.

Lettres curieuſes & édifiantes. Pariſiis 1702. *ſeqq.* 12. Plurima volumina prodierunt, quorum aliqua huc pertinent, ut confectio Porcellanæ Chinénſis valde ſtudioſe deſcripta. Pleraque tamen vaga ſunt, & ſubleſtæ paſſim fidei.

D. MAUNDRELL Iter Jeruſalemenſe. Oxon. 1703. 8. ad antiquitates magis pertinet.

PAULI LUCAS itinera in Orientem, quæ Pariſiis 1704. 2. vol. 1719, 12. 3. vol. & aliis annis 5. vol. in 8. prodierunt, vix cito, qui vanum hominem eſſe, multis notis teneo, v. gr. ſicco ſub Cataractis Nili tranſitu.

*GIOV. BORGHESI medico della miſſione Lettera ſcritta da Pondiſceri **. Rom. 1705. 12. Obſervationes medici, anatomici, & botanici, argumenti continere dicitur.

GUIL. BOSMANN. Voyage de Guinée. Trajecti 1705. 8. (*LINNÆUS* editionem memorat 1650. 4. mihi non viſam.) Diu in ora aurifera Guineæ vixit. Veri amans homo, & ſatis rerum naturalium curioſus. Animalia, plantas, mores Africæ occidentalis, copioſe deſcripſit & fideliter, ut plurimi ipſum faceret *BOERHAAVIUS*.

JOH. FUNNEL Voyage round the vvorld. Lond. 1707. Eſt continuatio *DAMPERII*, & habet icones aliquas animalium & plantarum.

PETRI VAN DER AA naauvvkeurige verſamelinge van Reizen. Leidæ 1707. 14. vol. 8. Fere omnia itinera ſeculi decimi quinti, & decimi ſexti collegit, pauca vero nuperiora. Sed neglexit fere curam rerum naturalium, & icones eo pertinentes omiſit.

Sir *HANS SLOANE, Voyage to Jamaica, Madera, Barbados*, &c. Lond. fol. T. I. 1707. T. II. 1725. Vir illuſtris, qui in beato ſenio, nunc, cum ſcribo, laborum mercedem colligit, annis juvenilibus Jamaicam inprimis, tum Inſulas vicinas adiit. In hac nova fertilique regione ita ſe geſſit, ut non alius ditiorem itineris ſui relationem ediderit. Plantas inprimis numeroſiſſimas deſcripſit, expreſſit iconibus, & inſecta teſtacea, animalia reliqua, aerem, aquas, locoſque, & morbos minime neglexit.

J. LAWSON nevv voyage to Carolina containing the natural hiſtory of the country, Londini 1709. 4. *

J. J. SCHEUCHZERI itinera Alpina primum Tiguri prodierunt 1702. 4.

DIE-

DIEREVILLE Rélation du Voyage d'Acadie. Rotomagi 1708. 12. Amſtelod. 1710. 8. Mercator, ſed elegantioris ingenii. Libellus ex proſa verſuque miſtus. Pauca vero ad rem naturalem habet, notior plantis, quas ad *TOURNEFORTIUM* multas miſit, qui amici nomini Dierevillam dicavit.

JOH. JAC. SCHEUCHZER itinera Alpina. Priora tria Lond. 1708. prodierunt. Sequentia ſex, quorum vero nonniſi quatuor ad Alpes ſpectant, Leidæ 1723. & nuper rejectis alienis & botanicis, & pleriſque iconibus, a Viro doctiſſimo *JOHANNE GEORGIO SULZERO* Germanice verſa, notiſque ditata, qui & proprium iter ſuum addidit. Maxima pars pertinet ad naturalem hiſtoriam & quidem omnem, ſed inprimis tamen cryſtallos, lapides figuratos, & aquas minerales. Grata varietate, novitate rerum, mire ſe commendat.

Ausführliche berichte von der Tranquebarſchen Miſſion. voll. LXI. Hall. 1710-1746. 4. Etſi ſcopus ſit deſcribere, quibus modis cauſiſque Ethnici vicini Tranquebariæ ad Religionem Chriſtianam convertantur, multa tamen, & inter ea egregia ad rem naturalem pertinentia paſſim miſcentur, tum ad hiſtoriam medicam, tum ad plantas, aquas, locos, morbos, artes, harum Gentium pertinentia. Sed in ipſo Opere legere oportet, non in compendiis, quæ Germanica & Gallica Lingua prodierunt.

CHRIST. HENR. ERNDLET Iter Anglico-batavum. Amſtelod. 1711. 8. Juvenis tunc, poſtremo Archiater Saxonicus, an. 1706. 1707. Angliam & Belgium adiit, multaque vidit notatu digna, etſi dudum alii demonſtraverint, in fide, eruditione, & accurata rerum indagine plurima deſiderari poſſe. Meliora vero ſunt, quæ de chirurgicis operationibus *RAVII*, de anatomicis inventis, de Libris quibuſdam raris, de hortis medicis retulit, quæ tamen & ipſa non abſque judicio & diſcrimine recipere oportet.

ENGELBERT KÆMPFER amœnitates exoticæ. Lemgo 1712. 4. Digniſſimus Liber & nulli ſecundus, Scriptoris indefeſſi, & in omni re naturali pariter curioſi. In Perſia petrolei & naphtæ fontes continet, & capreolum bezoardicum, & plantam aſſæ fœtidæ, & thermas; & moros ex quorum cortice Japonenſes chartam conficiunt, Torpedinis porro, & Dracunculi perfici, ſanguinis Draconis veras hiſtorias, theæ pleniſſimam & unicam hactenus, & palmæ uberrimam deſcriptionem, denique plantarum Japonenſium inſignem Catalogum, cum fidis ubique characteribus, & iconibus propria Auctoris manu pictis.

HENRI de ROUVIERE Voyage autour de la France. Pariſiis 1712. 12. Pharmacopola, in medicas ubique res & naturales inquiſivit.

LOUYS FEUILLE'E Journal des obſervations phyſiques faites ſur les Cotes Orientales de l'Amérique méridional. Pariſiis 1714. 4. & *ſuite du Journal.* Pariſiis 1725. 4. melioris notæ. Pulcherrimam floram Peruvianam cum nitidis iconibus habet, multas etiam & ſatis exquiſitas diſſectiones animalium, & alia phyſici & medici generis, præter aſtronomica & geographica. Meliora fere in tanta opportunitate præſtitiſſet, ſi methodi Botanices peritia acceſſiſſet induſtriæ, quæ ipſi ſumma fuit.

Recueil des Voyages faits au Nord. Amſtelod. 1715. 12. Et veteres navigationes Belgarum continet, & *ISBRANDI IDES* iter Sinenſe, & *HENNEPINI* deſcriptionem Canadæ, & *MARTENSII* iter Spitzbergicum, & alia.

J. TOLLII epiſtolæ itinerariæ a *HENNINIO*, Amſtelodami 1714. 4. recuſæ parum habent, quod huc faciat.

J. P. de *TOURNEFORT* Anglice etiam prodiit 1741. 8.

ANTON. ZUCCHELLI Viaggio e miſſione del Congo. Venet. 1712. 4. minime inutilis Liber, etſi Monachi Opus, nec omnino rerum naturalium periti. Morbos æſtuoſiorum climatum deſcribit ipſe expertus.

Voyage de l'Arabie heureuſe, &c. Pariſiis 1716. 8. Duo itinera continet Meccham ſuſcepta, tertium vero ad urbem regiam Principis Yemen. Caffeæ hiſtoria naturalis inprimis hic primum deſcribitur, cujus etiam potus hiſtoria & progreſſus, ex Arabico verſi & prius editi Cadomi (Caen) ſubjuncta habentur.

J. P. de *TOURNEFORT Rélation d'un Voyage au Levant.* Pariſiis 1717. 4. Lion. 1717. 8. 3. vol. Anglice 1718. 4. &c. Excellentiſſimum Opus, etſi poſthumum. Plantas, nummos, antiquitates, tum paſſim rariora animalia, foſſilia, Archipelagi, Ioniæ, Armeniæ, Ponti, deſcribit ſermone amœno, iconibus additis perpulchris.

FREZIER Rélation du Voyage à la Mer du Sud. Amſt. 1717. Pariſiis 1716. 4. Mathematici

tici & Phyſici elegans Opus, quo inprimis ditiſſimæ fodinæ Peruvianæ deſcribuntur, deinde plantæ aliquæ rariores pictæ exhibentur. Libere ſcripſit, & veritatis amans fuit; hinc invidiam paſſus Monachorum & calumnias *D. FEUILEE'E*.

PETER KOLBENS Beſchreibung des Vorgebürgs des guten hofnung. Nuremberg. 1719. fol. Amſtelodami vero an. 1741. 8. editum elt Compendium hujus Libri, inutilibus rejectis. Præcipuus quidem laboris finis eſt Hottentottorum hiſtoria, quam dedit omni numero abſolutam. Animalia tamen Capyenſia, & Catalogum plantarum ex *OLDELANDIO* deſumtum, ab Auctore auctum, & Ventorum, atque reliquæ hiſtoriæ naturalis hujus Promontorii compendium dedit.

Majoris editionis itinerarii *PETRI KOLBII*, &c. compendium, quod Amſtelodami editum eſſe diximus, Germanice etiam recuſum eſt Norimberg. 1745. 4.

JOH. FRID. LEOPOLD. relatio de itinere Suecico. Lond. 1720. 8. Foſſilium inprimis & vaſtas illas in Suecia fodinas cupri & argenti deſcribit, tum figuratos lapides.

Voyage de Marſeille à Lima, Pariſ. 1720. 12. Tribuunt in præf. chirurgo Bachelier qui ab anno 1707. ad 1711. *Bonum Aerem* & Peruviam adierit, ſed infinita ex aliis compilata intercedunt, cum ridiculis erroribus. Ita *Orſeille* confundit cum Phalaridis ſemine, & Picum Teneriffæ altum facit 47812.

LABAT nouveau Voyage aux Iles de l'Amérique. Pariſiis 1721. 12. 6. vol. Plagiarius in multis ex *P.* du *TERTRE*, aliiſque pleraſque plantarum & animalium icones exſcripſit. Cum tamen aliquot annis ipſe in America vixerit, & Sacchari inprimis fabricam recentiſſime deſcripſerit, atque aliqua inventis paſſim addiderit, poterit legi, ſi per tædium minutiarum admiſtarum licet. Nova Editio 1742. 8. vol. 12. Aucta eſt hiſtoria Caffeæ, Sacchari præparatione paulum uberiori, & aliis acceſſoriis ornamentis. Contra eum plurimis numeris invectus eſt, & craſſos ejus errores detexit *P. LE BRETON*, & meliores dedit plantarum deſcriptiones, neque eas tamen ſatis botanicas in *Journ. de Trevoux* 1727. Jul. 1730. art. 7. 15. 29. 48. 58. 1732. Jul. Aug. Sept. Oct. Novemb. Decemb. 1733. Mart. April. Jun. Jul. Aug. Oct. Nov. magnam viam plantarum his numeris deſcripſit.

AUBRY de la *MOTRAYE travels*. Lond. 1723. fol. Alioquin veracis, & indefeſſi Auctoris Opus parum habet ad rem noſtram.

FRAC. VALENTYN Beſchryving van Ooſtindien. Amſt. & Dordr. 1724. & ſeq. fol. 8. vol. Splendidiſſimum Opus, civili equidem & eccleſiaſticæ Hiſtoriæ inprimis deſtinatum. Plantas tamen & animalia, ſed piſces maxime Amboinenſes breviſſime deſcriptos & pictos in tertio volumine continet, ſed ea quæ ab Auctore ignaro rei naturalis proficiſcuntur, non poſſunt plene utilia eſſe.

ALEX. HAMILTON nevv account of the Eaſt indias, Edimburg. 1727. 8. 2. vol. Erravit per Indiam Orientalem a capite bonæ ſpei ad Japoniam uſque ab anno 1688. ad 1723. & oram omnem Aſiæ deſcripſit, ſuperſtitioſus, neque noſtri ſcopi.

LE GENTIL Voyage autour du Monde, Amſtelod. 1728. 12. 3. vol.

LAVAL Journal du voyage de la Louiſiane, Pariſ. 1738. 4. Aſtronomicum eſt & geographicum.

H. EGEDE prodiit etiam, Francofurti 1729. 8.

EDWARD WRIGHT obſervations made in travelling through France ad Italy, London 1730. 4. Picturas inprimis & ſculpturas habet, ſed tamen plantas rariores arboreas inprimis & modum obſervat, quo agri viteſque coluntur.

BERGERON voyages faits en Aſie dans les XII. XIII. XIV. *&* XV. *Siécles par pluſieurs célèbres voyageurs*, Haag. 1735. 4. 2. vol. & ni fallor Leid. 1729. 4. 2. vol.

P. J. von *STRAHLENBERG* recuſus eſt, Lipſ. 1736. 4.

GOTTFR. HENRIC. BURGHART reiſe nach den Zotenberge, Breslau 1736. 8. cum catalogo ſtirpium.

TH. SHAW gallice prodiit Hag. 1743. 4.

LABAT nouveau Voyage de l'Afrique Occidentale. Pariſiis 1728. 5. vol. Ex Commentariis *D. COMPAGNON* & *BRUE* hiſtoriam oræ ſcripſit, in qua Niger fluvius mare adit. Multa ex priori itinere & ex aliis repetita, aliqua tamen peculiaria, & inprimis de regionibus auriferis Africanis, quas adiit *COMPAGNON*, de Gummi Arabici arbore, avibus, animalibus rarioribus, nec alibi deſcriptis.

HANS EGEDE Gamle Groenlands nye perluſtration. Hafn. 1729. (*ANDERSON* p. 148.) & 1741.

& 1741. quam Editionem legi. Viri pii, & curioſi, & demum Chemici, deſcriptio regionis miſerrimæ Omnem naturam, quatenus ad vitam humanam pertinet, breviter perſecutus eſt, plantas, cœlum, foſſilia, piſces, & hominum genus.

LABAT Voyage de Guinée, par le Chev. des MARCHAIS. Pariſiis 1730. 8. Guineæ regna, deinde Guianam inprimis deſcribit. In illa piſces inprimis aliquos marinos, in iſta etiam ligna tinctoria & varia animalium genera. At ſemper memor ſis omnis methodi ignarum fuiſſe.

EJUSDEM Voyage d'Eſpagne & d'Italie. Pariſiis 1730. 12. 8. vol. Amſtel. 1731. 8. vol. Pluríma equidem minuta habet, & monaſtici argumenti. Fodinas tamen aluminis Tolfenſes, mannæ Calabricæ collectionem, & aliqua alia ex propria obſervatione deſcribit.

EJUSDEM Rélation hiſtorique de l'Ethiopie Occidentale. Pariſiis 1732. 5. vol. 12. Ex Libro Italico *CAVAZZII*, qui circa an. 1660. eas regiones adiverat, converſa ſunt, veram autem Editionem ignoro. Pleraque plena miraculis & fabellis. Sed in primo Tomo hiſtoria naturalis aliqua, qualis a Monacho ſperari poteſt, continetur.

PHIL. JOH. von *STRAHLENBERG das Nord und Weſtliche theil von Aſia*. Stokholm. 1730. 4. Vir militaris, ſed gnarus Linguarum antiquarum, & in omni etiam naturali hiſtoria curioſus, ad quam multa habet pertinentia, ex animalium & plantarum genere, & foſſilium, alphabetice digeſta.

JOH. RAI Collection of travels, recuſa an. 1738. 8. Primus Tomus priorem Librum; ſecundus Tomus primum editus an. 1693. 8. præter *RAUWOLFIUM* excerpta varia ex *D. GREAVES*, *BELLONII*, *WHEELERI*, *SMITH*, & aliorum Operibus continet, cum variis Stirpium Orientalium Catalogis.

THOM. SHAW travels and obſervations relating to ſeveral parts of Barbary and the Levant. Oxford 1738. fol. Africæ Septentrionalis, in qua multis annis vixit, Ægypti, & Paleſtinæ naturalis hiſtoria. Plurima notatu digniſſima ad thermas, & animalia, deinde uberrimus Catalogus plantarum, quarum nomina *DILLENIUS* adpoſuit, cum nonnullis Iconibus. Vir Doctus & veri amans.

JOH. GEORG. KEISLER neueſte reiſe durch Teutſchland, Boöhmen, Ungarn, Italien, &c. Hanover. 1740. 1741. 4. vol. In egregio itinerario paſſim ad lapides figuratos, fodinas, muſea, aliaque naturæ Opera reſpexit.

PIERRE BARRERE Eſſai ſur l'hiſtoire naturelle de la France Equinoxiale. Pariſiis 1741. 12. & *EJUSDEM nouvelle Rélation de la France Equinoxiale*. 1743. 12. In ſumma brevitate ditiſſimus, animalium maxime & plantarum deſcriptionibus, & iſtarum ad vera genera revocatione exemplo Ypecacoanhæ, Simaroubæ, Mechoacannæ, &c.

An *CAROLI PERRY hiſtoria Orientis*, cujus proſpectum Londini 1741. edidit, unquam prodierit, nondum reſcivi.

CAROLI PERRY hiſtoria Orientis, cujus editionem nondum reſciveram, utique prodiit Londini 1743. fol. cum titulo *a vievv of the Levant*. Quæ ad nos faciunt, tangunt inprimis Ægypti morbos, & Nili adſcenſum *VANSLEBIUM* & *J. SICARD* paſſim mendacii accuſat.

RICHARD POCOCKE in ſecundo *deſcriptionis* ſuæ volumine Aſiam minorem & Græciam deſcribit. Plantas plures, depictas, aut recenſas exibet, & de terra Lemnia & Maſtiche obſervationes.

Obſervationes, quas præter aſtronomica contineri diximus in *La méridienne de Paris*, &c. *par* Mr. *CASSINI*, factæ ſunt a Medico D. le *MONNIER*.

RICHARD POCOCKE a deſcription of the Eaſt. 2. vol. fol. Lond. 1743. 1745. In priori volumine Ægyptus deſcribitur, ſæpe longe aliter quam ſolet, Nili mirandæ cataractæ, plantæ paucæ, ſed bene ſculptæ. Antiquitatis veſtigiis inprimis delectatus eſt.

P. CHARLEVOIX Hiſtoire de la nouvelle France. Pariſiis 1744. 4. 3. vol. Pleraque equidem ad hiſtoriam civilem faciunt. In itinere tamen a Canada ad oſtium fluvii Miſſiſippi paſſim naturæ opera obſervavit, plantarumque fere centenarum dedit deſcriptiones, & compilatas icones.

La Méridienne de Paris vérifiée par Mr. *CASSINI DE THURY*. Pariſiis 1744. 4. Præter aſtronomica, continet egregias obſervationes, ad aquas minerales, mineras, earumque vapores, mercurii altitudines, plantas indigenas.

Journal d'un voyage au Nord par M. *OUTHIER*. Pariſiis 1744. 4. Pauca ad rem noſtram, hominum enim vitæ rationem moreſque magis, quam naturam, obſervavit.

Voyage

Voyage d'Egypte par le S. *GRANGER*. Pariſiis 1745. 12. Breviter idem & veraciter. Miracula rerum minuit, quæ vulgo ſolent augere.

Rélation d'un voyage dans l'intérieur de l'Amérique Méridionale, par Mr. de la CONDAMINE. Pariſiis 1745. 8. Partem magni itineris, ad dimetiendos gradus ſub æquatore ſuſcepti, exiguam continet, qua nempe iter a Peruvia ad Guianam ſecundo Amazonum flumine deſcribitur. Ad hiſtoriam naturalem pauca adſperſit, undique parcus verborum, veneni tamen Americanarum ſagittarum vires, velocitatem ſoni, ponderum ſub æquatore diminutionem obſervavit.

CAROLI LINNÆI Oelanska olh Gothlandica reſa. Stokholm. 1745. 8. Scopus itineris unice hiſtoria naturalis eſt. Plurimæ ibi deſcriptiones inſectorum, animalium, plantarum, foſſilium, eæque, pro more Auctoris, exquiſita cura ſcriptæ.

PETRI KALMS Wäſtgöta och Bahuslaendska Reſa. Stokh. 1646. 8. Iter factum an. 1742. argumenti botanici, œconomici, & ad foſſilia arteſque pertinentis, omnino Linnæana methodo.

CAR. LINNÆI Wäſtgöta Reſa. Stokholm. 1746. 8. Pleraque ad inſecta, & plantas, & formationem montium pertinent.

In *Philoſophicis Transactionibus* etiam multa itinera deſcribuntur.

Iter ad Caraibicas Inſulas. n. 27. 36. 37.

Ad Bermudas. n. 30. 40.

Mexicanum. n. 41.

Helveticum. n. 49.

Ex Ægypto ſuperiori. n. 71.

Nova Zembla. n. 101.

Barbadenſes obſervationes. n. 117.

HENRICI ELLIS voyage to Hudſonsbay, Lond. 1748. 8. Gotting. 1750. 8. &c. Cum inutili labore fretum ad mare Occidentale ducens quæreret, & hibernaret in ſinu *HUDSONIS*, obſervavit frigoris inclementiam, aves, animalia, maris fluxum & refluxum, mineralia.

An account of a voyage for the diſcovery of a Northvveſt paſſege by the Clerk of the California, Lond. 1748. 8. Perpetua cenſura operis *ELLISIANI*, quo ſpes aufertur inveniendi freti. Et ipſe fibros, aves aereſque & locos deſcribit.

CAROLI HORLEMAN Dagbok öfvver en igenom atskillige Rikets Lundkaper giord reſa, Holm. 1749. 8. Rem inprimis œconomicam ſub oculis habuit, aliqua tamen ad rem naturalem faciunt, conchas foſſiles, arborum altitudines, &c.

J. G. GMELIN & in præfatione floræ Sibiricæ hiſtoriam naturalem ejus vaſtiſſimæ, quam peragravit, regionis dedit, & in programmate, Tubingæ 1749. f. & 1750. & Germanice Gottingæ 1750. 8. edito deſcripſit iter ſuum Petropoli ad Chinæ confinia ab anno 1733. ad 1743. abſolutum, quo nova plurima & enormis inprimis atque abſque exemplo frigoris memoria continentur.

In *relationibus Salisburgenſium colonorum* in Georgia exſtant etiam plurima quæ ad rem naturalem, terræ fruges, ventos, meteora, &c. pertinent.

T. VERNON Iter Adriaticum & Græcum. n. 124.

TH. GLOVER account of Virginia. *ibid.*

TAVERNIER on ſome conſiderabls parts of Aſia n. 129. 130. & fodinarum adamantum n. 136. ubi Medicina ejus regionis habetur.

Iter in Chinam & Tartariam. n. 189.

SMITH iter Conſtantinopolitanum. n. 230.

HILLIER de ora Guineenſi n. 232.

BULLIVANT in novam Angliam. n. 240.

J. FRYER ex itinere Perſico & Indico. n. 244.

Obſervationes Marylandicæ. n. 259.

Iter in Darien. n. 262.

Obſervationes Italicæ. n. 265.

JOH. MARCHALL de Bramanibus. n. 268.

J. CUNNINGHAM iter Cheuſanenſe. n. 280.

STRAHAN obſervationes Ceylanenſes. n. 279. 282.

WILL. OLIVER iter Danico-Belgicum. n. 282.

Ex itinere Belgico obſervationes. n. 286.

J. MAXYELL de capite Bone Spei. n. 310.
J. P. BREYNE iter Italicum. n. 334.
E. LLHWID Iter Wallicum. n. 334. 335. 337.
MATHER ex nova Anglia. n. 338.
EDENS Iter in M. Picum Teneriffæ. n. 345.
T. ROBINSON ex itinere Italico obſervationes. n. 349.
De Finnonibus Norvvegicis (ut vocant). n. 400.
Iter in Derbyshire. n. 407.
EHRHARD iter Alpinum. n. 458.
MIDDLETON iter in Hudſonsbay, ubi intenſi frigoris phænomena, & magnetica experimenta habentur. n. 415.

Elegantiſſima etiam *VALISNERII* itinera in Apenninum deſcribuntur in *Galeria di Minerva, Raccolta del Danieli* & Operibus omnibus.

Itinerum ſcriptoribus adde: *A gemeine hiſtorie dur Reiſen zu vvaſſer und lande*. Anglice prodiit, tum gallice, & belgice. Septimum nunc volumen legi. Undique compilatum eſſe, vitio non vertendum eſt: fontibus autem non ſemper bonis uſos eſſe auctores, & ad naturæ inprimis dona non adeo reſpexiſſe, multa vero repetiiſſe poteſt. Quare fonte potius quam hujuſmodi compilationes adeundum, cum inprimis res naturales negligentius deſcripſerunt.

Topographia ad rem phyſicam.

P. PARACELSI deſcriptio Carinthiæ huc pertinet. Spectat ad rem mineralem, Argentorati 1575. 8.

J. LEONIS deſcriptio Africæ Gallice prodiit Lugd. 1556. fl 1564.

ODOARDO LOPEZ regal of the klngdom of Congo and of the countries round about the ſame, Lond. 1597. 4. *

ANT. de *HERRERA* etiam eſt *novus orbis, ſeu deſcriptio* Indiæ Occidentalis, Madrit. 1601. 1615. fol. verſa a *J. BARLÆO*, Amſtel. 1622. fol quæ breviter naturæ fructus enumerat. In Belgica editione una prodiit *Jac. le MAIRE* iter, quo celebre fretum invenit, jucundum lectu, & *P. BERTII* brevis Americæ deſcriptio.

DIDACI de *CISNEROS ſitio naturaleça y propriedades de Mexico*, Mexic. 1618. 4. *ANT.*

EUSEBII NIEREMBERG hiſtoria naturæ maxime peregrinæ, Antvverp. 1653. fol.

ROB. ASHLEY Cochinchina containing many admirable varieties and ſingularities of that country, Lond. 1633. 4. *

ALFONSI de *OVALLA* Jeſuitæ Chilenſis, *hiſtoria y relacion del Reino da Chile*, Rom. 1646. 4. *

JULII JASOLINI de' rimedj naturali che ſono nell' iſola di Pittecuſa oggi detta Iſchia, Libri II. Neapol. 1689. 4. *

J. de *LÆT.* Libri XVIII. prius belgice prodierunt, Leid. 1630. fol.

Topographia melioris notæ ad rem phyſicam.

PELRI QUIQUERANI de laudibus Gallo provinciæ. Pariſiis 1551. fol. Meretur legi. Quicquid enim Provincia Gallica perfectius, in animalibus, plantiſve producit, id fere recenſet, inter quæ aliqua rariora inveni, neque exſpectata, eo præſertim ſæculo.

OLAI MAGNI Archiepiſcopi Upſalienſis *hiſtoria de Gentibus maxime Septentrionalibus*. Rom. 1555. 4. Habet fuſam etiam, ſed paſſim fabuloſam, hiſtoriam animalium.

JOH. LEONIS deſcriptio Africæ. Antvverp. 1556. Brevis equidem, neque noſtri ſæculi acutioris, tamen artibus ſatis imbuti, & ferri oportet, qui unicus Atlantis & Maroccani Regni interioris deſcriptor ſit.

ANT. DE HERRERA hiſtoria general de los Lechos, &c. Madriti 1601. fol. Anglicæ 1725. 6. vol. 8. Hiſtoricus, enarrat prima in Americam itinera, *COLUMBI VESPUTII, MAGELLANI*, & *CORTESII*, *PIZARRIQUE* victorias. Ad hiſtoriam naturalem parum confert, & vix utilis, niſi quatenus fidelis, & fere reliquis loco fontis fuit, unde haurirent.

BARLÆUS Amſtelod. 1622. fol. Compendium edidit topographicum, auctum navigatione *MARII*, qui novum Fretum invenit.

PROSPERI ALPINI hiſtoria naturalis Ægypti. Leid. 1735. 4. Poſthumum Opus. Præter Medicinam, plantas Ægyptiorum, dudum ed[i]tas, habet etiam animalia & politica. Sed icones

icones partim malæ, partim ex recentioribus a Bibliopola additæ, impar Opus reliquis, quæ ab Auctore ſcripta ſunt.

FRANCISCI HERNANDEZ nova plantarum, animalium, & mineralium hiſtoria. Rom. 1626. 1651. quæ editiones nihil differunt, monente etiam *JANO PLANCO præfat.* ad *phytobaſanum COLUMNÆ* p. 11. *HERNANDEZ* primum regio ſumtu collegerat plantarum icones, deſcriptiones. Earum brevius compendium decem Libris compoſuit *NARDUS ANTONIUS RECCHUS*, cujus ſcripta ſervata ſunt ope nepotis *M. ANTONII PETILII*.

FABER in *HERNANDEZ* (p. 788.). Numeroſæ ſunt fere Mexicanæ plantæ, cum barbaris nominibus & iconibus malis. Editionis ſumtus erogavit *FREDERICUS CÆSIUS* primus Lynceorum. Addidit notas *JOANNES TERENTIUS* Conſtantienſis Suevus, breves eas, idemque aliquot icones addidit. Acceſſerunt elegantiſſimæ *JOANNIS FABRI* Bambergenſis ad animalium hiſtoriam commentationes, ex diſſectione plerumque natæ, quibus ad fabricam fœtus humani, ovum incubatum, cor teſtudinis, monſtrorum formas, multa pulcherrima continentur. Deinde *FABIUS COLUMNA* annotationes & additiones adjecit, in quibus multa reconditæ ſapientiæ, icones etiam plantarum novæ pluſculæ. Tandem *FREDERICI CÆSII* tabulæ phytoſcopicæ adſunt, quibus paſſim etiam recentiorum obſervationes præceſſit.

JOH. de *LÆT deſcriptionis Indiæ Orientalis* L. LXVIII. Amſtelod. 1633. fol. ipſe non exceſſit patria *LÆTIUS*, ſed uſus eſt priorum operibus, Herrera, Ximenez, aliis, atque hiſtoriam civilem & naturalem per regiones deſcripſit, bono ordine & ſimplici ſermone. Multos fructus a *CLUSIO* habuit.

GUILIELMI PISONIS de Medicina Braſilierum. Leid. Elzevir 1648. fol. Medicus Belga, qui cum Comite *MAURITIO* in Braſilia fuerat, medicatas inprimis & utiles plantas deſcribit. *GEORGIUS* vero *MARCGRAAF* de *LIEBSTAT* in *hiſtoria naturali Braſiliæ* cum *PISONE* edita copioſam animalium & ſimplicium hiſtoriam dedit poſthumam quidem. Icones equidem parvæ, neque botanicæ, ſed neceſſarium tamen Opus. In poſteriori editione *PISO* ſua repetiit, ſed ex Marcgrafianis multo auctiora, cujus breviſſimus tantum tractatus Meteorologicus ſupereſt diſtinctus. Additur in iſta *BONTIUS* & *PISONIS mantiſſa aromatica* ex Orientalibus plantis collecta. Prodiit Leidæ an. 1658. fol.

JAC. BONTII hiſtoria naturalis & medica Indiæ Orientalis. Amſtelod. 1658. fol. Ergegium undique Opus. Obſervationes medicæ raræ, & in morbis Indicis fere unicæ. Plantarum & animalium deſcriptiones quidem, & icones, non noſtri ſæculi, ſed plerumque tamen primæ. Ad *GARCIAM* ab *ORTA* utiles notas fecit, cum ipſe in Batavia Indica *BONTIUS* Medicinam fecerit.

GERARD BOATE Irelands natural hiſtory vvith a vvay of manuring and improving publiſhed by *SAMUEL HARTLIF*. Lond. 1652. 8.

Hiſtoire des Iles Antilles, par le P. du *TERTRE*. Pariſiis 1654. 4. & plenius 4. volum. 1667. & 1671. Secundum volumen ſolum noſtri ſcopi eſt, reliqua fere hiſtorica ſunt, & in minutiis verſantur: ſed id volumen perutile eſt, & ex eo reliqui Scriptores fere hauſerunt. Plantas & animalia ſatis copioſe deſcribit, & depingit ex propria obſervatione.

G. BOATE pleraque habuit a fratre *ARNOLDO BOOTIO*. Paludes varii generis, fodinas, agri cultum, morbos (inter quos *iriſh ague*, & rachitis) bono ordine deſcribit.

ROCHEFORT anglice prodiit, multis tamen figuris mutilatus, cum titulo *the hiſtory of Caribbea Islands... renderd into Engliſh by JOHN DAVIES*, Lond. 1666. fol.

ARNOLDII MONTANI beſchryving van America on t' Suydland, Amſtelod 1671. fol. Collecta undique deſcriptio, qua inprimis res Braſilicæ fuſe repetuntur, cum aliqua hiſtoria naturali, & nitidis iconibus.

An huc referam *MERRETI Pinacem rerum Britannicarum*, quo brevis catalogus non plantarum ſolum, ſed aliarum rerum ad hiſtoriam naturalem Angliæ pertinentium continetur?

CAROLI CLARAMONTII de aëre, locis & aquis terræ Angliæ, Londin. 1671. 12. Lotharingus medicus fuit, qui aliquamdiu in Anglia vixit. Cælum & aquas inſalubres eſſe, vites non muturari quæritur, ingenia incolarum, nobilium quidem vegetum ſimilius Galliæ, plebis lentum, ad chronicos morbos aptius depingit, &c.

BALDÆI beſchryving van Malabaar en Coromandel, Amſtelod. 1672. fol. Magis ad hiſtoriam facit. *

OLIV. DAPPER multas hiſtorias regionum compilavit, quibus ſolet aliquas ſtirpium icones, & alia ad rem naturalem conjungere. Huc ergo *beſchryving van t' ryck van den grooten Mogol*, Amſtelod. 1672. fol.* *beſchryving van Syrien en Palæſtina* 167.. fol.* *beſchryving van Africa* 1676. fol.* *beſchryving van Aſien* 1680. fol.* *beſchryving van de Archipel* 1688. fol.* gallice recuſum 1703. fol. ibid. *beſchryving van Morea* 1688. fol. *

W. J. MULLER in Libro citato habet etiam commercium, quod auro fit.

LUC JAC. DEBES multa habet ad maris hiſtoriam, ad vortices, piſces; etiam morbo regionis, ſuperſtitioſus omnino auctor.

J. J. WAGNERI Helvetia curioſa omnino huc pertinet, Tigur. 1680. 12.

The preſent ſtate of the fertile Island of Tabago, Lond. 1683. 4. An idem qui, recuſus in *Hamb. Mag.* T. IV., continet arbores & animalia.

J. FORTUNATO ALAMANDINI iſtorica deſcrizione de' tre regni Congo, Matamba ed Angola, e delle miſſioni apoſtoliche de' Cappuccini compilata da G. ANT. CAVAZZI, Bologn. 1687. fol. Hic eſt, quem gallice libere vertit *LABATUS*.

LIGON huc referatur.

ROCHEFORT hiſtoire naturelle & morale des Antilles. Roterod. 1658. in 4. & denuo 1687. 4. Non placet, compilat priores, in phyſicis parum vidit, icones habet fictitias, miſcet aliena, & fabuloſa, & ipſa dictio aliquid habet ficti & theatrici.

JOSSELYN nevv England rarities. Lond. 1672. 8. Aves, quadrupeda, piſces, plantas, deſcribit. *OTTO KEYENS Kurzer entvvurf von Guiana*. Lipſ. 1672. 4. verſum ex Belgico. Continet agriculturam & laudem divitiarum, quas regiones calidiores ſuppeditant.

The American Phyſician by *W. HUGHES*. Lond. 1673. 12. habet plantas, arboreſque, & hiſtoriam naturalem Americæ Anglicæ.

JOHANNIS SCHEFFERI Lapponia. Argent. 1673. 4. Ipſe Lapponiam non vidit. Uſus eſt autem commentariis a *TORFÆO* & *RHEENIO*, Paſtoribus Eccleſiæ Torneenſis & Pitheenſis ſuppeditatis. Maxima pars ad hiſtoriam, moreſque pertinet. Aliqua tamen ad hiſtoriam medicam, naturalem, botanicam, ſpectat, quæ omnia multo uberiora a *CL. LINNÆO* ſperamus.

WILL. JOH. MULLER Africaniſche Landſchaft Fetu. Hamburg. 1673. 12. Habet etiam plantas aliaque naturæ opera.

W. CAMDENS Britannia. Editio noſtra Lond. 1695. prodiit: hiſtoricus equidem, cum Topographia tamen paſſim aliqua miſcuit ad naturæ hiſtoriam. Huic Editioni variæ plantæ ex *RAIO* adjectæ ſunt.

LUCAS JACOBSON DEBES deſcription of the Islands of Fere Engliſhed. 1675. 12. Auctor M. A. fuit, & Eccleſiarum in ea Inſula Præpoſitus. Obſervavit utique naturam, plantaſque ibi raras naſci, & maxime radicem Rhodiam monuit, aves deſcripſit, &c.

ROB. PLOT natural hiſtory of Oxfordshire. Oxford. 1627. fol. & 1705. Vir curioſus & mineralium peritior, in quibus, & in lapidibus figuratis magnam partem operis conſumſit. Plantas tamen rariores, piſces, monſtra, aerem & aquas minime neglexit, & primus in hiſtoria peculiaris alicujus regionis ſtudioſe ſe geſſit.

EJUSDEM natural hiſtory of Staffordshire. Oxford. 1686. fol. Hoc Opus magis miſtum eſt, & multa hiſtorica, heraldica, topographica habet, in naturæ tamen operibus fontes, eorumque origines, vitioſa quidem uſus hypotheſi, metallorum fodinas & labores, terræ indolem, animalium rariora, longævitates, morbos, ſtudioſe deſcripſit.

BERNIER hiſtoire de Blois, 1682. 4. * continet etiam hiſtoriam naturalem.

ROB. PIBBALD prodromus hiſtoriæ naturalis Scotiæ. Edimb. 1684. fol. Etſi aſperam ſatis expertus ſit ſatyram, non tamen penitus inutilis eſt. Plantæ equidem paucæ, & fere ex *RAIO* ſunt, neque ulla fere Scotiæ propria Animalia paulo uberius tractavit, cum nonnullis nec optimis iconibus.

JOBI LUDOLPHI hiſtoria Æthiopica. Francof. 1681. fol. & *commentarius in hiſtoriam Æthiopicam*. Ibid. 1691. fol. Vir pereruditus, uſus iis quæ a Gregorii Abbatis Abbyſſinico didicerat, inque libris undique eruerat, etſi pauca, aliqua tamen ad animalium inprimis hiſtoriam pertinent.

C. GERVAISE hiſtoire du Royaume de Siam. Pariſiis 1688. 4. * Habet etiam naturæ opera.

JOH. WEICHARD von *VALVASOR Ehre des herzogthums Crain*. Laibach & Nurenberg. 1689. fol. 4. vol. Splendidum Opus, maxima quidem parte ad topographiam hiſtoricam pertinet, multa tamen habet ad hiſtoriam naturalem, tum univerſam, aerem, aquas, locoſque, tum particularem, lacus Czirnicenſis, cryptarum, fluviorum ſubterraneorum, fodinarum, mercurii, *&c.*

DANIEL TOUSCHER alpes Jämtlandiæ, Upſal. 1694. 8. *BENJ CONNOR* lecto nunc invenio pauciſſima ejus viri eſſe, qui utique medicinam in aula Polonica fecit, neque hiſtoriam naturalem fere adtingi.

BENJ. CONNOR hiſtory of Poland. Lond. 1697. 8. * Phyſica etiam varia & epiſtolas medicas habet.

JAMES WALLACE account of the Islands of Orkney. Lond. 1700. 8. Hiſtoriam naturalem habet, & plantas indigenas, maxima tamen pars eſt hiſtorica.

CHARLES LEIGH natural hiſtory of Lancashire, Cheshire and Derbyshire. Lond. 1700. fol. Plotianis laboribus multum cedit, tum eruditione, tum curioſitate, tum artium cognitione aquas minerales & metalla fere unice ſecutus eſt, in iſtis morbiſque copioſior.

Hiſtory of Virginy. Lond. 1705. *Hiſtoire de la Virginie*. Amſtelod. 1707 12. Auctor indigena fuit, naturam & plantas, ſed idiotarum more deſcribit.

Le GOBIEN hiſtoire des Iles Marianes, Pariſ. 1701. 8. *

TH. ROBINSON, cujus hoc loco naturalem hiſtoriam Cumberlandiæ, &c. recenſuimus, ſingularis homo fuit, ſed in foſſilibus utilis. Montes ſecundum claſſes nonnullas deſcribit, & cupri labores, & *mundik* mineralis Angliæ proprii Plantas habuit a *THOMA LAWSON*.

M. B. VALENTINI hiſtoria naturalis Haſſiæ inferioris, Gieſſ. 1769. 4.

J. J. SCHEUCHZERI etiam huc pertinet diſputatio *de Helvetiæ aëribus, aquis & locis*, Tigur. 1728. 4.

Poſt *DAN. TYSELIUM* adde: C. G. *ZORGDRAGER alt und neue Grönlandiſche fiſcherey mit einer beſchreibung von Groenland, Island, Spitzbergen, Nova Zembla .. der ſtraſſe David aus dem holland überſetz durch* A. *MOUBACH*, Lipſ. 1723. 4. Bonus liber ſcriptus equidem ad docendum modum, quo Balænæ utiliſſime capiantur, multa tamen admiſta habens ad hiſtoriam naturalem Islandiæ, & frigoris ſeptentrionalis.

The britiſch Empire in America, Londini 1741. 2. vol. 8. Germanice etiam verſum fructus naturæ breviter recenſos ſolet enumerare.

THOMAS ROBINSON eſſay tovvard a natural hiſtory of Cumberland and Weſtmoreland. Lond. 1709. 8. Mineralia quidem inprimis deſcribit, ſed & plantas, fere octodecim, a *RAJO* prætermiſſas continet.

JOH. MORTON natural hiſtory of Nottinghamshire. Lond. 1712. fol. Omnem naturam deſcripſit, ſolum, lapides figuratos, plantas, etiam rariores ex muſcorum genere, aves, monſtra, rariora hominum & animalium.

RALPH THORESBY Topography of Leeds and the Weſtending of York. Lond. 1715. fol. Rariora etiam ad Plotii modum deſcripſit, tum Muſeum proprium.

M. MARTIN deſcription of the Weſter Islands of Scotland. Lond. 1716. 8. Nobilis Auctor, rei naturalis minus peritus, plantas etiam utiliores non exprimit, niſi barbaris nominibus. Victum tamen artemque medicam earum gentium ſollicite expoſuit.

J. JAC. SCHEUCHZER beſchreibung der Elementen Grenzen und berge Schvveizerlands. Tiguri 1716. *ſeq.* nam de priori Opere, quod hebdomadatim prodiit, ſupra diximus. Tomo primo aliqua de aere, maxime vero montium Helvetiæ deſcriptio habetur. Altero aquæ, thermæ, acidulæ, flumina, lacus. Tomo III. meteora, & foſſilia, lapideſque inprimis figurati recenſentur copioſe ut ſolet & diligenter, tum ex ſuis, tum ex aliorum conquiſitis experimentis.

Hiſtoria naturalis curioſa Regni Poloniæ, opera P. *GABRIELIS RZACZYNSKI*. Sendomir 1721. 4. & auctarium ad eamdem hiſtoriam Gedani 17... 4. Compilator, vix ullo uſus judicio, neque propriis experimentis: id meritum habet, quod unicus ſit in hac hiſtoria Auctor. Plantarum ſatis multos Catalogos habet, ſed paſſim ſuſpectos, in monſtris & rarioribus fabuloſus, & credulus, qui urnas ſubterraneas vegetaſſe dicat.

DANIEL TYSELIUS beſcrifaing öfvver Sion Wetter. Upſal. 1723. & *ytterligare forſok* 1730. 4. Ebullitiones ſpontaneas & catabathra deſcribit, & aliqua habet ad hiſtoriam naturalem vicinæ regionis.

P. LA-

P. LAFITAU mœurs des Sauvages Américains. Pariſiis 1729. 4. 2. vol. Miro inſtituto Irokeſios facit Lycios ex Aſia ortos, & ſuperſtitionis eorum veſtigia ex media Græcia repetit. Res tamen ad victum, agriculturam, medicam artem pertinentes paſſim addit, ex ſuis etiam obſervationibus.

ENGELBERTI KÆMPFERI hiſtory of Japan translated into Engliſh, by J. G. *SCHEUCHZER*. Lond. 1727. fol. 2. vol. Poſthumus laborioſiſſimi viri labor, quo præter veram & exquiſitam hiſtoriam hujus Imperii, & aliqua botanica, fere ex Exoticis faſciculis excerpta, hiſtoria foſſilium, animalium, & aliarum rariorum rerum naturalium Japoniæ hic continetur.

ALOYSII FERD. MARSIGLI Danubius Pannonico Myſicus. Hag. 1726. *ſeq.* fol. 6. vol. cujus prodromus an. 1700. fol. prodiit. In ultimo tomo hiſtoria naturalis inprimis continetur. Aves nempe, piſces, inſecta cum diſſectionibus, plantæ Danubianæ, meteora, *&c.*

SAMUEL DALE hiſtory and Antiquities of Harvvich and Dovencourt. Lond. 1730. 4. Habet teſtacea, animalia alia, plantaſque ejus regionis.

Deſcription générale Hiſtorique, Chronologique, Politique & Phyſique de la Chine, par le P. J. B. *DU HALDE*. Pariſiis 1735. fol. maj. 4. vol. Hag. 1736. 4. 4. vol. In Libro nitide omnino & ornate ſcripto, ut ex variorum Patrum Soc. Jeſu monumentis nato, pauca ſatis phyſica habentur vel ſparſa per itinerum in Tartariam deſciptiones, & Topographiam Chinenſem, vel collecta ad Titulos, Theam, Rheum, Xylon, pauca alia utcunque deſcripſit, ſed etiam inde abeſt ea curioſitas, quæ utilitatem publicam ſola efficit, & icones malæ, ex *NIEUHOFIO*. De animalibus & mineralibus parcus eſt. Uberior in Medicinæ Chinenſi deſcriptione & exemplis.

COKER ſurvey of Dorſetſhire cont. the natural hiſtory of that Country, Lond. 1732. fol. *

DU HALDE Germanice verſus liber, male truncatus, & alienis rebus auctus eſt.

JOHN BRICKWEELL natural hiſtory of north Carolina. Dublin. 1739. 8. Arbores etiam & plantas habet. Aerem etiam locoſque Carolinæ deſcribit in altero volumine *CATESBY*.

J. G. *GMELINUS* in pulcherrimæ ſuæ *flora Siberica* T. I. in præfatione multa perpulchra habet de ejus regionis naturali hiſtoria, miro frigore, ſalſis aquis, plantarum indole, &c.

Ex *Phil. Trans.* huc pertinent ad Lacum Carniolæ celebrem. n. 109. 191.

MURRAI deſcriptio Hirtæ. n. 137.

GUATTANI & *DION. DE PIACENZA* plantæ & animalia Regni Congo. n. 139.

Deſcriptio of Penparkhole. n. 143.

Lacus Loughneagh. n. 173.

Veſuvius Ternatenſis. n. 216.

Notabilia Comitatus Lincolnienſis. n. 223.

MARTIN de Inſulis occidentalibus Scotiæ. n. 273.

Ad VVetterum Lacum. n. 298.

KINNALDEY deſcription of Shropshire. n. 310.

Hibernica varia. n. 320.

De Scotiæ ericetis. n. 730.

RICHARDSON de Comitatu Eboracenſi. n. 337.

Hiſtoria naturalis vici Bridgnorth. n. 463.

PRESTON deſcriptio Zetlandiæ. n. 473.

Mémoires pour l' hiſtoire naturelle de Languedoc. Pariſiis 1737. 4. Maxima pars Operis ad antiquitates pertinet. Aerem tamen, ventos, fontes, thermas & aliqua vegetabilia etiam deſcribit, animalia & foſſilia vix adtigit, præter diſſertationes de piſcibus foſſilibus, & aliam de mugilum piſcatura.

DE MAILLET deſcription de l' Egypte, Pariſ. 1735. 4. Hag. 1740. 12. fabuloſus homo & nugator.

JOHAN. ANDERSON nachrichten von Island, Grönland und Straſſe Davis. Hamburg. 1746. 8. ad piſcaturæ maxime deſcriptionem, aves boreales, ſulphur & alia foſſilia Islandiæ, verax, pius & venerabilis Auctor.

Addere hoc loco viſum eſt aliqua Lexica philoſophica, in quibus fere definitiones rerum phyſicarum continentur, & elementa, non inutilia tironibus. Huc ergo *STEPHANI CHAUVIN Lexicon Philoſophicum* pertinet. Roterodami 1692. fol. editum, quod phyſica, logica, & mathematica continet. Deinde multo plenius *Lexicon Technicum JOHANNIS HAR-*

in indice (*a*) horum Auctorum, quæcunque ad unam rem ſpectabant, hæcque in ſpar-

HARRIS Soc. Reg. Secret. Londini 1710. 2. vol. fol. editum, quo integri tractatus continentur inprimis mathematici, ſinuum & tangentium tabulæ: de conicis maxime neceſſariæ proportiones, *&c.*

ANTONII ROSCHMANN regnum minerale, vegetabile & animale Tirolenſis comitatus nunquam vidi A. E. *ſuppl.* IV. S. 6.

J. C. TRUMPH hiſtoria naturalis urbis Verdæ, Norimb. 1744. 4. & in E. N. C.

CAR. FRID. MENANDER & *GADD. obſerv. phyſico-œconomicæ in Satagundia collectæ*, Abo 1747. 8.

A. BERCH Angermanna husbollning, Upſal. 1747. 8.

Ab anno 1749. cepit edi liber cum titulo *Verſuch einer beſchreibung natürlicher merkvvürdigkeiten der Landtſchaft Baſel* 8. cujus quinque partes prodierunt. Plantarum rariorum & vulgarium etiam catalogum, & conchas rariores, & alios lapides peculiares deſcribi video.

In *J. CHRISTOPH.* v. *DREYHAUPT beſchreibung des Saalkreyſes*, Hall. 1749. fol. bona hiſtoria naturalis continetur.

PETRI SCHISSLER hälſinga huſhollning, Stokh. 1749. 8. huc etiam facit.

ROBERT HEATH natural hiſtory of the Islands of Scilly, Lond. 1750. 8. Legi meretur deſcriptio inſularum parum notarum, quarum etiam plantas ſponte naſcentes recenſuit.

GRIFFITH HUGHES deſcription of Barbados, Lond. 1750. fol. Acriter video cenſeri, ſed certe plurimas raras parumque notas plantas deſcribit, pingit, animalia, aerem, aquas locoſque refert, melius, quam in plurimis id genus libris, etſi methodum deſideres.

EGERHARD OLAVI Enarrationes de natura & conſtitutione Islandiæ formatæ & transformatæ per eruptiones ignis, Hafn. 1750. 8.

Ad Lexica quæ hoc loco citavimus, referri adhuc meretur *G. HENRICH ZINCK deutſches real manufactur und handvverks lexicon*, Lipſ. 1735.

Ditior adhuc ut recentior eſt E. *CHAMBERS Cyclopædia* ſive *univerſale ſcientiarum* Lexicon, Londini 1743. 2. vol. fol. & ſæpe ibi recuſa. Ad matheſin inprimis & medicinam ſpectat, & Tranſactionum inventa complectitur ſuis ſub titulis. Pariſiis etiam an. 1745. 2. vol. fol. & in Italia recuſus eſt.

Dictionnaire des Arts & des Sciences, quod Pariſiis an. 1731. 4. vol. fol. prodiit. Mechanica magis artiumque voces & Gallicas rerum ideas habet.

Plenius eſt & medico utilius *le Dictionnaire univerſel de Commerce*, quod ſæpe Pariſiis, Genevæ vero uberius prodiit an. 1742. 4. vol. fol. Ad materiem vero inprimis medicam pertinet & utiliſſimum eſt, quo loco idem repetito laudabo.

Minoris momenti compendia ob numerum & imperfectionem omitto, & de *CHOMELII Dictionario œconomico*, Lugduni 1719. fol. 2. vol. & alias edito, alibi dicam.

Huc refero nondum viſum Opus *JOHANNIS HILL*, novi Plinii, qui omnem hiſtoriam naturalem tribus in folio voluminibus complectitur.

(*a*) In ordine legendi methodoque magna pars utilitatis librorum ponitur. *R. HOOKIUS*, vir, uti notum eſt, ingenioſiſſimus, jubet hiſtorias rerum in Schedulis deſcribi, ſignis & ſteganographica aliqua compendiaria notarum ratione. Deinde Schedulas illini in Librum, cui in ſingula pagina proprius ſit Titulus, ut una pag. congeneres obſervationes contineat. In *Operibus poſthumis* p. 64. *JOH. DE GORTER* propria diſſertatione paulo aliam methodum collectaneorum deſcripſit.

Ego vero variis tentatis hanc optimam inveni. Libri boni & methodici omnino non ſunt excerpendi, ne ſuccumbamus oneri, & fugiamus laborem, quem eo majorem experimur, quo melioris notæ ſcriptum eſt: ſed in Miſcellaneis, Itineribus, Topographiis, Obſervationibus, Diariis legendis Schedulas præſto habeo numeroſiſſimas. In iis vel brevem deſcriptionem rerum præcipuarum, vel ſi ea longior ſit titulum cum monito conjicio, in ea parte Libri de ea re utilem haberi tractationem. Has Schedulas in propria ſcrinia diſtribuo, quæ in loculos diviſa ſunt, quorum ſinguli aliquam, non nimis amplam partem alicujus artis continent. Sic Theſaurus abſque labore naſcitur obſervationum, quas data occaſione conſulere, ordinare, iiſque uti liberum ſit. Collectanea, ut vocant, nimis laborioſa ſunt, quod ad quemlibet alicujus Auctoris locum, longa opera, neceſſe ſit quærere titulum.

ſparſis circa me foliis in liberis chartis ſuo loco adnotabam: Habebam enim parata uudique folia ſparſa, ſingula ſuo titulo notata, ut v. g. in uno ſcriberem omnia, quæ inveniebam de aqua, in altero, cui titulus erat de aere, omnia quæ inveniebam de aere, & ſic porro, deinde ordinabam ea quæ collegeram, & hac ratione omnia experimenta colliguntur & revocantur ad ſuos titulos, ut aliquid certi habeat auro non vendibile, qui ſibi talem indicem conſtruxit. Neque major labor eſt, quam is ipſe quo Libri leguntur, nam dum legis v. g. hiſtoriam naturalem, & parata habes folia titulis ſuis inſcripta, ut v. g. AER, in ſingulis annota quod de ea materie invenitur, & deinde ad ſingulares titulos omnia adcuratius revocanda ſunt. Quando colligo, nullo ordine hoc facio, ſed quando omnia collegi, tunc ea ordino. Quomodo eadem & ad quænam capita revocanda ſint, hic indicabo.

Dividitur ergo Phyſica experimentalis, quatenus ad Medicinam ſpectat 1. in Aſtronomiam, 2. in elementalem Phyſicam, 3. in Chemicam, 4. in qualitates omnium corporum. Sic divido totum Opus, & proinde ex indice horum Auctorum quatuor generalia capita in noſtro indice conſtitui debent, & ſic in meum uſum tria volumina confeci in folio, quæ dividuntur in quatuor partes, & quidquid in mutatione Phyſica in meis experimentis deprehendo ex Sole & Luna, *&c.* hoc revoco ad Aſtronomiam. Objicies, nihil Aſtronomiam ad Medicum facere. Verum meliora docent, qui noſtro ſæculo ſcripſerunt, & demonſtraverunt actiones Aſtrorum in noſtra corpora. Non dico de CARDANO, qui omnino nugax eſt in hiſce, neque de HELMONTIO (*a*), ſed de MEADIO (*b*), qui demonſtravit imperium Solis & Lunæ in corpora humana. 2. Ad elementa Phyſica revoco omne, quod ad ignem, aquam, aerem & terram ſpectat. 3. Ad Chemica ſtatim dicam, quæ eo ſpectent. 4. Ad qualitates corporum revoco omnia, quæ ſenſu percipiuntur, ut colores, odores, ſapores, & omnes porro ſenſibiles qualitates.

Altera pars Phyſices, quæ nempe ratiocinatur ex prioribus, & ipſa ſuos Auctores habuit. Supra dixi totam Phyſicam conſtare duabus partibus, quarum una colligit experimenta, hanc abſolvimus, & dedimus conſilia eam acquirendi; altera utitur ratiocinio, in illo experimento fundato, indeque deducit aliqua quæ ex priori parte cognoſci neutiquam poterant. Hæc etiam ut a nobis addiſcatur, eget prudentiſſimo conſilio, etenim hæc eſt ea pars in qua longiſſime errare poſſumus, vel incidere in hujuſmodi homines, qui nos in errores ducunt facilius, quam in præcedenti parte, nam raro erratur in colligendis experimentis, ſed ſæpe turpiter erratur a vero ratiocinio. Quinam ergo hi ſint, qui commendari poſſunt in hac parte diutius certe hæſi electurus.

1. Quæ-

(*a*) *FRANCISCUM MERCURIUM* vult Præceptor, cujus an. 1685. 8. Londini impreſſi ſunt *Diſcourſes concerning macro and microcoſm, and their union.* Deinde Amſtel. 1697. 8. *Cogitationes ſupra quatuor priora capita L. I. MOYSIS.* Denique *obſervationes de homine & morbis.* Mira hypotheſi imbutus, Solem marem, Lunam fœminam, illum ignem & principium activum, hanc aquam, ſive principium paſſivum, in homine & animalibus regere docuit, & neſcio quæ alia mentis emotæ ludibria.

(*b*) De eo Auctore jam ſupra dixi.

1. Quæcunque GALILÆUS GALILÆI ſcripſit ad Phyſicam ſpectantia, ea omnia bona ſunt; nam quæ veteres quidem ratiocinati ſunt in Phyſicis, ea nullius ſunt momenti, iſte vero vir primus ratiocinari, & rigore mathematico egregia deducere incepit, quæ omnia certe examen ſuſtinere poſſunt.

2. Ejus diſcipulus nobiliſſimus TORRICELLIUS in hac parte etiam primum tenet locum, ſequutus enim ſuum Præceptorem, ratiocinatur nihilo minus ſevere, quam Mathematicus, ſed Opera ejus rara ſunt.

3. BENEDICTUS CASTELLUS, qui in *tractatu aquarum* jam commendatus fuit, egregius eſt Phyſicus, & nihil ex hypotheſi, ſed tantum ex experimentis concludit.

4. JOHANNES ALPHONSUS BORELLUS hic etiam egregie ſcripſit, ſed tamen hoc dolendum eſt in eo, quod nimis Chemicis ſpeculationibus indulſerit (*a*).

5. LAURENTIUS BELLINI, qui exempla dedit certa, quomodo ex datis Phyſicis poſſimus ratiocinari (*b*).

6. MARIOTTE in tractatu *Eſſais de Phyſique*.

7. PERRAULTIUS in tractatu ibidem inſcripto *Eſſais de Phyſique*, & in omnibus etiam ſuis tractatibus (*c*).

8. Meretur & hic laudem primam Clariſſimus *des* AMONTONS, regiæ Societatis Socius, ob egregia ſua inventa, quæ reperiuntur in Libro dicto, *Mémoires de l'Académie des Sciences*.

9. PHIL. DE LA HIRE, ejuſdem Academiæ celeberrimus Sodalis in ſuis Operibus (*d*).

10. Magnus HUGENIUS in omnibus tractatibus, quos edidit, ut *de Motu*, *de Pendulis*, *de Horologiis*, quod Opus nunquam ſane peribit, quamdiu mortales ſcientias adſequentur. Idem *de Ludo*, & *Calculis inveniendis in Ludis*, *de Luce*, *de Gravitate*, &c. ubique optime ſcripſit.

11. Verum qui in hac parte primum fundamentum jecit & princeps haberi debet, eſt ISAACUS NEWTONUS, qui unus tantum hic poteſt, quantum omnes mortales ſimul junctis viribus. Hoc docent ejus *Elementa Philoſophiæ Mathematica*. Qui hujus viri experimenta incomparabilia in Hiſtoria naturali & ratiocinia egregia noſſe voluerit, videat ejus tractatum *de luce* ſeu *Opticam* ejus primo Anglice conſcriptam, deinde in linguam Latinam translatam. Quando primum hæc Opera vidi, obſtupui certe, quia nunquam apud Philoſophos hujuſmodi videram leges, neque ita caſtigata omnia ratiocinia & ad Mathematicam limam revocata vidi, & nullibi ſeverius ex ipſis experimentis ratiocinia deducta adverti, adeo ut ſemper futurum ſit optimum omnium exemplar, quod haberi poſſit.

Dixi ergo, quibus opus habeat Medicus ex Mathematicis, & quibus ex phyſicis; at quibus ex Chemicis indigeat, nunc docendum venit.

(*a*) Nempe in explicando motu muſculari, quod poſthumum Opus paſſim miſtum eſt ſemiveris hypotheſibus.

(*b*) Mathematica potius forma, quam vera methodo uſum eſſe ex multis apparebit; quando ejus Opera recenſebimus.

(*c*) Valde Theoreticus, neque feliciſſimus in hypotheſibus.

(*d*) Aliter de ipſo ſentit *LEIBNIZIUS in Commercio Litterario*, quod ipſi cum *BERNOULLIO* interceſſit. Cæterum judicia noſtra de phyſicis Scriptoribus ſuperius legi poſſunt.

METHODI STUDII MEDICI PARS V.

CHEMIA.

CAPUT I.

De Chemia in genere.

CHemia methodum exhibet rerum corporearum indagandarum tam in Phyſicis quam in ipſa Medicina. Hæc etiam eſt ratio, cur a Phyſicis ad Chemica tranſire debeat tiro Medicus, quia nempe Chemia exhibet methodum, qua Medicus & Phyſicus experimenta addiſcere poſſunt. Nihil eſt aliud Chemia, quam corporum ſenſibilium conjunctio & ſeparatio per quoſdam motus excitatos, qui præſertim diriguntur per ignem, eaque ars ſuppeditat hominibus modum, ea corpora, quæ examinat, detegendi, & deinde exhibet motus, qui ex ſeparatione & compoſitione horum corporum obſervantur. Cum etiam tota Phyſica nihil ſit niſi obſervatio motuum & mutationum, nemo dubitat, quin hæc ſcientia Chemica maximum ſit adminiculum ad hoc Medium, quo diſcuntur corporum ſingularium vires & facultates. Didicit enim Medicus corporum naturam ex Mathematicis, deducit obſervationes ex rerum natura, deinde ratiocinatus eſt ex prioribus. Verum, ut, quæ propria ſunt cuique corpori, definiat, arte eget, qua componere diverſa corpora, compoſita ſejungere, movere quieſcentia, ad quietem mota reducere poſſit, &, dum hoc arte utitur, eſt ipſi animadvertendum, quid ex his compoſitionibus ſequatur, hocque modo cognoſcere poterit plurima in corporibus, quæ alias certe non cognoſceret.

Dico nunc in hac paragrapho, Chemiam æque facere ad Phyſicum, quam ad Medicum; nam Chemia omnia corpora examinat, & inquirit, & nullum diſcrimen facit, ſive plantas, ſive animalia, ſive mineralia tractet, habet ubique eaſdem operationes & inſtrumenta, quibus tentat ea cognoſcere.

Chemia indagat maxime ſingulares corporum indoles, unde pendent præcipuæ actiones. Hæc maxima Chemiæ laus eſt, quod indaget & detegat corporum proprietates, quæ niſi per experimenta Chemica inveſtigarentur, cognoſci non poſſent. Si pergas quærere, quid Chemia tanti emolumenti præſtet? reſpondebo facile: Mathematici nullam ideam corporum potuerunt dare niſi generaliſſimam, quæſiverunt enim tantum, quid ſit illud, quod vocatur corpus, & demonſtraverunt ejus aliqua attributa, ſed tantum communia, quæ in genere corpus con-

conſtituunt: quid vero in hoc dato corpore ſit, quod hoc corpus faciat eſſe illud corpus, Mathematici non attigerunt.

Verum Phyſico hæc illaque ſingularia corpora obſervanda ſunt; hinc utitur Chemia; illa enim maxime hoc facit, quod Phyſicus non generalia modo obſervet, ſed perſcrutetur indolem corporum ſingularem. Corpora enim, quæ in natura operantur, diverſa inter ſe ſunt, indole, & agunt per illud, quod quodque ſingulare habet, non per illud, quod generale & commune iis eſt. Vides Medicum debere ſcire, quid illud ſingulare in quocunque corpore ſit, per quod edat actionem diverſam ab ea, quam aliud quodcunque corpus edit. Ita ſcio corpus eſſe grave, mobile, & hanc cognitionem applicari jam corpori, habebit utique actionem communem omnibus corporibus ex duobus illis attributis. Verum hæc cognitio parum juvat. Applica v. gr. corpori humano arſenicum, corrodet cutem, ventriculum, occidetque. Sed pondus & generalia illa non docebunt, quare arſenicum tantos edat effectus; nam ex Mathematica non patet, quare non æque arſenico ac nive uti liceat. Chemia autem in arſenico invenit per ſua experimenta vim deleteriam ineſſe huic arſenico. Hoc nunc voco ſingularem naturam corporum cognoſcere, quam nunquam per generalia corporum attributa cognoſcere poſſum.

Illa ergo ſcientia, quæ naturam ſingularem, unde actio ſingularis corporum pendet, explicat, utiliſſima eſt totius Phyſices, & Chemia vocatur. Ita nemo certe ſciret in rerum natura eſſe tale principium motus, ut ſe tanta vi aſſociarent corpora conjuncta ſine cauſa externa, ut nunquam iterum disjungi ulla arte poſſint; nemo, inquam, hoc unquam ſciviſſet a priori, neque unquam ex principiis Mathematicis & Mechanicis deduceretur; ſed a poſteriore docet Chemia talia eſſe, nemo enim neſcit, duo corpora ſimul mixta ita ſe adſociare per operationes Chemicas, ut ſeparari nequeant, & in unum tertium corpus confluant: verum hoc cognoſci non poteſt per communes ſeu generales corporum, ſed per ſingulares duorum horum corporum proprietates, ſive quod eodem redit, hoc non poteſt dignoſci niſi per Chemiam, naturam enim aquæ, oleorum, ſpirituum, ſalium, terræ, *&c.* ſola fere Chemia detegit. Quanti ſit hæc cognoſcere omnes norunt, quia hæc præcipua elementa ſunt, quæ ingrediuntur in corpus humanum, & unde actiones noſtræ omnes pendent.

Chemia deſcribit modum, quo poſſunt excitari actiones corporeæ, quas exercere vult & Philoſophus & Medicus. Pone Medicum velle in ſtomacho excitare motum, quo liquida ingeſta a ſe mutuo ſeparentur, & eorum partes a ſe mutuo & a circumjacentibus partibus ſtimulentur, niſi Chemicus ſit, hanc actionem noviſſe non poteſt. Facile vero eſt Chemico. Sume aceti deſtillati unciam unam, ſpiritus ſalis ammoniaci drachmas quinque, & miſce, bibat æger primo drachmam unam, deinde alteram, ſicque ſurſum deorſumque omnia movebuntur & efferveſcent; ſi hujuſmodi motus exigeretur, ſolus eum producere novit Chemicus. Iterum pone Phyſicum velle uno momento excitare ignem, ſeu tonitru. Sume adeo olei caryophyllorum drachmam unam, & duplum ſalis nitri rectificati; excitabitur ignis citiſſime. Sine Chemiæ vero cognitione hoc nullo modo effici poterit.

Chemiæ adeo maxima utilitas eſt, quæ docet, quomodo excitàri poſſint quidam motus & actiones, quas ars imperat; in his enim producendis Chemia ſola aliquid præſtare poterit, quod exemplis confirmare neceſſe non eſt, cum vulgo notum ſit Medicos remedia adhibere compoſita in curatione morborum, quorum ope ſanantur ægri; Phyſicos vero, ſi experimenta rerum naturalium velint facere, etiam Chemicis uti operationibus, & mixtis corporibus.

Chemia indagat per experimenta naturam ipſam, & vires vel actiones noſtrorum alimentorum, potulentorum, humorum, remediorum, venenorum, vix imitabili aliis artibus auxilio.

Novit Phyſicus, naturam corporum tunc dici cognoſci, quando figura, pondus, ſoliditas, rigiditas, poroſitas explicantur: verum illud omne inprimis facit Chemia, dum tentat hæc corpora mutare, immutabilia reddere, mutata examinare, *&c.* Deinde quomodo tentamus indagare corporum proprietates; illud nempe fiet, dum hæc corpora mutata & ſeparata iterum miſcentur. Hoc optime facit Chemia poſt ſingulam applicationem corporum ſeparatorum, mutatorum ad ſe invicem, ſic Chemia fere omnia perſcrutatur in natura. Si quis noſſe velit, quibus partibus conſtet panis, id efficiet per operationes Chemicas, & eadem ratione noſtri corporis humores non melius cognoſcuntur, niſi per Chemica experimenta. Non ideo Chemia promittit ſe docturam, ex quibus elementis humores conſtent, id tamen poteſt, panem his fieri ſaporibus, qualitatibus, haſque producere actiones, hanc aliam naturam ſanguinem poſſidere, *&c.* Idem de omnibus phænomenis valet ad Phyſicam & Medicinam pertinentibus, quod exemplis quidem oſtendere neceſſe non eſt, unicum tamen addam. Pone te ſcire datum fuiſſe mercurium ſublimatum, rogo omnes Medicos quid dandum ſit in hoc caſu, ſepoſita una Chemia? ſilebunt equidem rogati, Chemicus vero promtus reſpondebit: Mercurius ſublimatus eſt acidum, quod corrodit viſcera, ergo ſume ſàlis tartari drachmas quinque, ſolve in libra una aquæ, & da bibendum ægro, hoc aſſumto fiet ipſo momento pulvis ſubflavus, & ex aqua Mercurius ſolus præcipitabitur; nam alcalia hæc acidum corroſivum involvunt. Si vero arſenicum datum eſſet, tali quoque ratiocinio cognoſceret, qua arte eſſet demendum.

Ut ergo tam nobilem & neceſſariam atque utilem artem, breviter atque integre addiſcat in ſuos uſus Medicus, debent primo doceri Chemiæ generalia, quæ abſolvuntur pertractatione inſtrumentorum, objecti, atque operationum ipſarum, harumque productis.

Has pertractationes docuerunt candidiſſime (nempe ea, quæ de inſtrumentis, cauſis, objectis, productis agunt), ſequentes Auctores.

1. NICOLAUS *le* FEVRE, edito Opere Pariſiis 2. vol. in 12. repetita impreſſione Lugd. Bat. 2. vol. in 12. (*a*).

2. De-

(*a*) Non quidem ſcopus eſt, neque ſatis inſtructus ſum in hac parte hiſtoriæ Medicæ, ut

2. Deſcripſit eadem optime CL. LEMERY pater (*a*), recuſo multoties Opere, emendata etiam eſt ultima editio, quotannis enim fere novam Auctor edidit, atque adeo ultima editio plura habet obſervata, quibus carent aliæ. Editio ultima eſt Lugd. Bat. 1716., bona tamen eſt etiam Lugd. Bat. 1697. quæ inſcribitur acſi Pariſiis edita eſſet, & tamen Lugduni Batavorum prodiit.

3. Liber etiam editus eſt a CHRISTOPHORO MORLEY (*b*), Doctore Britanno, in 4. cui titulus eſt *Collectanea Chemica Leidenſia Mætſiana*, *Marcgraviana*, *& le Mortiana*, in quo Libro etiam quæ ad hanc rem pertinent, nonnnlla habentur. Editus eſt *Lugd. Bat.* in 4. poſtea *Amſtelodami* in 8. adornante editionem D. MUGKENS.

4. Pariter ſatisfaciunt huic parti Chemiæ *Elementa Pyroſophiæ* CONRADI BARKHUSEN, Libro in 4. Lugd. Bat. editio an. 1717. apud *Haak* (*c*).

CA-

ut fuſe Chemicos Scriptores omnes recenſere ſuſcipiam, eroque in hac parte hujus Commentarii quam alibi brevior, uti & ipſe *PRÆCEPTOR* valde obiter Scriptores hujus artis recenſuit. Compendiorum Chemicorum Scriptores, & qui inſtrumenta Chemica & proceſſus vulgo dictos deſcripſerunt aliquos excitare jubet ordo. N. *le FEVRE* cujus hic mentio fit, Gallus fuit & Pharmacopola, & primus forte in ea Lingua edidit compendium proceſſuum chemicorum vulgatiorum, ſecundum ordinem corporum, quorum analyſin deſcribit. Editio mea Leidæ prodiit 1669. 2. vol. 12. Pariſiis autem impreſſa fuerat 1660. 2. vol. 8.

Citatus hic le *FEVRE* Anglice prodiit 1670. 8.

(*a*) Multo melior *NICOLAUS LEMERY*, qui in Gallia Chemicas Lectiones aperuit; non ſine magno & gentis ſuæ & exterorum applauſu: facile, planum & ex magis utilibus ſelectum compendium ſcripſit, quod Pariſiis 1675. 1679. 1682. 1683. 1690. 8. & alias, & undecimo poſt mortem Auctoris Leidæ prodiit 1716. 8. Hoc habet incommodum, quod Carteſianas & corpuſculares eventuum rationes debileſque ætiologias ubique admiſceat; quod proceſſus abſque præpoſito aliquo fine recenſeat unice hiſtoricus; neque reconditas magis Germanorum operationes habeat, aut rariorum paulo corporum analyſes, Zinci, Boracis. In uſus tironis aptiſſimus eſt.

N. LEMERY compendium prodiit etiam Pariſ. 1681. & ibid. 1697. 8. 1701. 1713. 8. 1730. 8. opt. Genev. 1691. 12. 168 . 8. Latine, Germanice, Dreſd. 1734. 8. *EJUSDEM* etiam eſt *recueil de curioſités*, Amſtel. 1697. 8. 2. vol.

(*b*) Merus catalogus proceſſuum Chemicorum & Pharmaceuticorum 543. Editio mea prodiit an. 1702. Antvverpiæ, 8. prior Leidæ 1684. 4.

(*c*) Inimici ſui Librum optimus hic commendat *PRÆCEPTOR*, hominis cæterum, in cujus omnibus ſcriptis confuſum aliquid & inordinatum ſubeſt. Nempe J. *CONRADI BARCHUSEN Pyroſophia* prodiit Leidæ 1698. 4. Varia vana habet. Aurum dicit ab ventriculo humano ſubigi poſſe. Ceterum Alchemiam metallurgicam, & Iatro-Chemiam continet. Ejuſdem Libri compendium eſt *ratiocinii Chemici more geometrico concinnatum* excuſum eſt Leid. 1712. 8. Id experimenta continet, non geometricas demonſtrationes.

Sed recentiora tempora, alia compendia Chemica minime negligenda protulerunt, quorum unum *STAHLII* eſt, cujus *Fundamenta Chemiæ dogmaticæ* quæ nuper Norimbergæ 4. 1746. & 1747. recuſa & tertia parte aucta prodierunt. Multa hic recondita neque nudi proceſſus, ſed ad detegendam naturam principiorum mixtorum corporum ſagaciter ſelectæ encheireſes.

Hujus Libri quaſi compendium eſt in *Introductione Chemica GODOFREDI ROHTII*, quæ Germanice Lipſiæ variis annis ab ipſo anno 1717. in 8. prodiit. Gallica vero verſio a D. *CLOUSIER* edita eſt Pariſiis an. 1741. 12. Inſtrumentorum, operationum encheireſium bonam deſcriptionem, multa etiam ex interiori Chemia continet.

In-

Inter compendia etiam referri viſum *Nouveau Cours de Chymie ſuivant Newton & Stahl*. Pariſiis 1736. 12. p. 11.

Sed & D. *MALOUIN Traité de la Chymie*, Pariſiis 1734. 12. * laudatores invenit, etſi per cenſuras, quas ſolas vidi, Auctor non videatur ſatis literis imbutus.

HELFRICI JUNKEN Chemia experimentalis curioſa. Francof. 1681. 8.

CAR. MÆTS (P. T.) Chemia rationalis & Praxis Chemiatrica rationalis. Leidæ 1631. 4. deſcribit proceſſus, deinde remedia ſecundum ordinem morborum diſpoſitos.

JAC. LE MORT Compendium Chemicum. Leid. 1682. 12.

GEORG. WILSON compleat Courſe of Chymiſtry. Lond. 1699. 8. * Opus 40. annorum, ſæpe recuſum, ſuum peculiare Syſtema habet.

G. WEDEL Compendium Chemiæ theoreticæ & practicæ. Jenæ 1715. 4. *

Ad compendia Chemica ſequentia addimus.

CONRAD KUNRAHT diſtillir und arzneybuch, Hamb. 1638. 4. Francof. 1763. 4.

J. SIG. ELSHOLZ deſtillatoria curioſa, Berolin. 1674. 8. Anglice, Lond. 1677. 12.

HERMAN. NIC. GRIMM compendium medico-chymicum, Bataviæ 1679. 8.

MICH. ETTMULLER Chemia rationalis, Leid. 1684 4. EJ. op. *Pharmaceutico-chymica*, Lugd. 1686. 4.

JACOB BARNER Chimia philoſophica, Norimberg. 1689. 8. Laudari video.

STAHLII etiam eſt *einleitung zur chymie*, Lipſ. 1729. 8.

GODOFRIDI ROHTII gründliche anlsitung zur chymie, Lipſ. 1720. 8. 1745. 9. &c.

Nouveau cours de chymie, &c. primum prodiit Pariſiis 1723. 12. opus *SENACI*.

PETER SHAW. new. method of chymiſtry, Lond. 1727. 8. EJ. *chymical lectures read in* 1731. 1732. 1733. Lond. 1734. 8.

CL. MALOUIN etiam eſt *Chimie médicinale*, Pariſ. 1750. 12. 2. vol.

J. JUNKER conſpectus auctior prodiit Hall. 1749. & 1750. 4. 2. vol.

BOERHAAVII Elementa Chemica recuſa etiam ſunt Pariſ. 1733. 4. 2. vol. Anglica hujus operis verſio, præter eas quas diximus, exſtat etiam Londini 1741. 4. a P. *SHAW* data.

GOTTFR. HENR. BURGHART diſtillirkunſt, Breſl. 1736. 8. & *zusätze zur diſtillirkunſt*, ib. 1748. 8.

J. JUNKER Conſpectus Chemiæ theorico practicæ. Hal. 1730. 4. Uſus eſt *STAHLIO* & *BECCHERO*, tum *GLAUBERO*, *KUNKELIO*, Stahlii inprimis peculiaria inventa habet.

Denique inter antiquiores *FRANCISCI VIGANI* Itali *Medulla Chemiæ*. Lond. 1687. 8. ex brevitate & facilitate laudatur; ſed ſparſos tantum, ut vocant, proceſſus continet.

Sed multis annis poſt has prælectiones *BOERHAAVIUS* ipſe *Elementa Chemiæ* edidit quæ an. 1732. Leidæ 4. 2. vol. prodierunt, inde fere ubique per Europam recuſa ſunt, & reliqua *PRÆCEPTORIS* Opera ut mole, ita perfectione ſuperant. Tomo I. hiſtoria Chemiæ & nova Theoria Elementorum Phyſico-Chemica traditur; altero encheireſes. Sed ab Empiria *BOERHAAVIUS* Chemiam revocavit inprimis ad fines Medicos, Phyſiologicos, atque Phyſicos, & ad detegendam rerum naturam. Dictio puriſſima, vulgatiores tamen encheireſes, & ad uſum tironum inprimis continet, rariora metallorum & ſemi-metallorum Chemica phænomena potius apud Germanos quæras. Hoc Opus ab anonymo Anglo excerptum & in compendium digeſtum, prodiit Londini 1732. 8. cum variis & criticis ſatis aſperis notulis, ad quas pro *PRÆCEPTORE* reſpondet *P. ROGERS*. Aliam verſionem edidit *TIMOTHEUS DALLOWE*, addiditque aliquas correctiones, cum Auctoris conſenſu editas. Lond. 1735. 4.

Ejus Libri compendium edidit *de la METTRIE*, *Abrégé de la Theorie Chimique, tiré des Ecrits de Boerhaave*. Pariſiis 1741. 12. Nuper autem integra verſio prodiit.

CASPAR NEUMANNUS in poſthumis prælectionibus Chemicis, non ſolum pharmaceutice, ſed chemice etiam omnia fere corpora, quorum aliquis uſus eſt in Chemicis, explicavit magno Opere, quod Berolini an. 1740. 4. ſed maculoſe prodiit, ut Illuſtris *TREWIUS* obſervat. In Metallis multa minus vulgaria, tum omnium fere ſimplicium Medicamentorum Analyſes aliquas, plantarum extracta gummoſa & reſinoſa, & in vires medicatas bonas animadverſiones continet, ad uſus tironum pariter commendabilis, ſi alia Lingua extaret. Aliqua mineralia, ut ſales alcalinos fixos, ſulfur, ferrum, antimonium, deinde ex Vegetatilibus vinum, cereviſiam, theam, coffeam, opium caryophyllos, ex animalibus formicas, caſtoreum, peculiari cura & fuſius deſcripſit propriis Libellis, ſed hic una recuſis. Cenſorius cæterum, & dictione neglectiſſima, ſive ad poſthuma Opera reſpexeris, ſive ad ea quæ ipſe edidit.

NEU-

CAPUT II.

Experimentorum Chemicorum Auctores.

HI Auctores ſufficiunt pro primo fundamento: Quando ex hiſce Auctoribus operationes addidicit Medicus, tunc legendi ſunt ii Auctores, qui per experimenta hanc artem illuſtraverunt, hoc eſt, debet legere eos viros, qui omnem partem Medicinæ & Phyſicæ per egregia experimenta decorantes continuo nova inventa addiderunt.

1. Eminet princeps omnium ROBERTUS BOYLEUS (*a*), jam alibi laudatus, in omnibus ſuis Operibus, qui plus ſolus præſtitit quam omnes alii; ex hoc Opere collecta ſunt chemica Londini Lingua Anglica, & dicitur *Chemia contracta*.

2. Præter hunc extat KUNKELIUS (*b*), Chemicus famigeratiſſimus, & omnium forte laborioſiſſimus, & mirificus in experimentis. Multum ille auri impendit ad arcana poſſidenda in Chemia, verum hoc dolendum eſt, unice quæſiviſſe Lapidem Philoſophorum. Hunc virum aluit Sereniſſimus Rex Boruſſiæ FREDERICUS, & pater ejus Elector FREDERICUS WILHELMUS. Opera

NEUMANNI citatum opus multo auctius nunc recuditur, & Berolini anno 1749. & 1750. tria jam volumina eo pertinentia prodierunt.

J. H. SCHULZE *chemiſche verſüche*, Hall. 1745. 8.

MACQUER Elèmens de Chymie thèorique, Pariſ. 1749. 12. Bono ordine ſcriptum compendium & periti viri cum variis in tabulam adfinitatum *D. GEOFROI* animadverſionibus, explicationibus phænomenorum, experimentis propriis in calce, in arſenico inſtitutis, &c.

FRID. HOFMAN. Chymia rationalis & experimentalis, Leid. 1748. 8. Breve & ordinatum, etſi non plenum compendium.

Leçons de Chymie de l' univerſité de Montpellier, Pariſ. 1750. 12. Opus D. *GONTARD*.

(*a*) Vide in Phyſicis ſuo loco.

(*b*) Videtur *PRÆCEPTOR* hic inprimis *Laboratorium Chemicum* velle, quod in 8. cura D. Engellederi an. 1716. & 1722. prodiit, vel *Opuſcula Chemica minora*, Francofurti an. 1721. impreſſa, quorum paſſim aliqua polemica ſunt. Induſtrius certe vir per ſuos labores ad equeſtrem dignitatem evectus, & ex arte vitriaria atque noviter invento colore vitri rubineo, tum ex phoſphoro urinoſo quem inter primos deſcripſit, clarus, cui tamen *STAHLIUS*, peritus harum rerum judex, *BECCHERUM*, maxime in definiendis rerum principiis, præfert. Sulfur neſcio quo motus odio expunxit ex numero principiorum metallicorum, neque præter terram, ſal & mercurium quidquam admiſit in metallis. Mercurium currentem ſe ex metallis habuiſſe; metalla tranſmutaſſe affirmat. Acidum pro calido, alcali pro frigido habet, magno, cum ad hominem referat, errore. Cæterum opificum & adeptorum more inordinatius ſcripſit & plebeia dictione uſus eſt.

KUNKELII Laboratorium prodiit etiam 1728. 8. *EJUSDEM* etiam ſunt *obſervation von den fixen und flüchtigen ſalzen*, Hamburg. 1676. 8. *de principiis chemicis ſalibus acidis*, &c. VVittemb. 1677. 8. *de nitro & de phoſphoro minerali*, Lipſ. 1678. 8. EJ. *experiments of chymical philoſophy*, Lipſ. 1705. 8.

Cæterum *KUNKELIUS* vir induſtrius fuit, uti diximus, & recte opportunitatibus uſus eſt, judice *NEUMANNO*, etſi theoria minus bona uſus.

J. *BECCHERI* quidem eſt *Chymiſcher Glükshafen oder groſſe chymiſche concordanz*, ſed ad alchemiam pertinet. Editio hujus Libri Hallenſis 1726. 4. loco citato dicta eſt cum præfatione *STAHLII*. *BECCHERI* etiam eſt *tripus Hermeticus ſeu laboratorium portatile*, Francof. 1689. 8. EJ. *experimentum chymicum novum* 1671. 8.

Opera ejus digniſſima ſunt, quæ legantur, ſive habeamus ejus Opera in ANTONII NERII, *artem fornacariam & vitriariam*; ſive habeamus ejus *Experimenta Chemica*, optima ſunt omnia. Laborioſus enim vir fuit, per totum orbem litterarum commercia aluit, itinera varia inſtituit, & candide omnia nota revelavit. Niſi ſemper inhiaſſet conficiendo Lapidi Philoſophorum, plura præſtitiſſet orbi litterato, & forſan ipſum BOYLEUM ſuperaſſet; ſed nimis huic Alchemiæ deditus erat.

3. Sequitur NEHEMIAS GREW, qui huc referri meretur, in omnibus ſuis Operibus, qualia ſunt ejus *Opera botanica* (*a*) in folio, & ejus *Coſmologia ſacra*, in qua pulcherrima experimenta inveniuntur, & *Anatomia Plantarum*, qui Liber editus eſt a BOYLEO.

4. Inter principes Chemicos habetur etiam HOMBERGIUS (*b*), vir egregius, verſatiſſimus & accuratiſſimus, qui liberalitate LUDOVICI XIV. inſtructus pulcherrima inſtituens experimenta candidiſſime deſcripſit; ejus Opera ſparſim inveniuntur in Libris dictis, *Mémoires de l'Académie des Sciences*.

5. Huc quoque refertur D. GEOFROY (*c*), Profeſſor Regis Pariſinus. Ejus Opera in dictis Libris *Mémoires*, &c. reperiuntur.

6. NERIUS de arte vitriaria etiam legi meretur (*d*). In Anglia floruit præterea GEORGIUS STARKEY, & reliqui etiam, qui in *Actis Philoſophorum* inveniuntur, ſed eos non citabo, quia breviter ſcripſerunt, eorumque Libellos

ex

JOACHIMUS ergo *BECCHERUS* acris vir ingenii, nimis tamen & gloriæ & pecuniæ cupidus, ſæpe ſpes potius ſuas quam experimenta edidit, obſervante *LEIBNIZIO* in *Miſcellaneis Berolinenſibus* I. p. 95. Præter varia Oeconomica, inprimis ſcripſit *Phyſicam ſubterraneam* quam, cum 1669. 1675. Francofurti prodiiſſet, dignam judicavit *STAHLIUS*, quam ſuo cum addito quaſi compendio ederet an. 1703. 8. & 1738. 4. Idem edidit *Metallurgiam*, Francofurti 1661. 8. *Chymiſcher Glükshafen*, Francofurti 1682. 4. Halæ 1726. 4. & minora ejus Opuſcula collegit *D. ROHTSCHOLZ* Norimbergæ 1719. 8. Tria principia chemica ita mutavit, ut tres terras, vitreſcibilem, mercurialem, & inflammabilem pro corporum elementis exhiberet, experimentis confirmaret. *STAHLII* ibi, *NEUMANNI*, *ROHTII* & fere omnium recentiorum conſenſum meritus eſt. Ferrum etiam artificiale ex oleo lini & argilla, atque artificiale ſulfur ex carbonum pulvere & oleo vitrioli invenit.

(*a*) *NEHEMIAS GREW* paucos nec magnos Libellos Chemicos ſcripſit, induſtrius tamen ubique naturæ obſervator. Ejus extat Libellus *de Sale carthartico Ebeshamenſi*. Lond. 1695. 12. & *of the nature proces and cauſe of mixture*. ibid. 1675. 8. Gallice verſus aut compilatus (*Journ. des Savans*. 1679. n. 14.) Denique ejus experimenta de ſolutione ſalium in aqua extant, cum ejus *anatome plantarum*. Londini 1682. in fol. edita.

(*b*) *WILHELMUS HOMBERGIUS*, Pariſinus Academicus, homo induſtrii & ardentis in experimenta animi, ut apparet ex iis quæ ſuſcepit cum humano ſtercore, ſed non ubique ſatis patiens contrarii eventus exſpectator, & in theoriis nimius. Inde aliqua ejus experimenta in dubium vocata ſunt, ut auri exhalatio in ſpeculo cauſtico. Scripta ejus omnia in Monumentis Regiis continentur.

(*c*) *STEPHANUS FRANCISCUS GEOFROY*, Medicus, & Academicus Pariſinus; Pharmaceuticen & Chemiam docuit, de adfinitatibus metallorum, vitriolo & ferro obſervationes aliquas edidit, poſthumum denique Opus de materie medica ſcripſit, imperfectum equidem, ſed quo omnium plantarum officinalium analyſes chemicæ continerentur,, niſi aliqua pars periiſſet.

(*d*) De arte vitriaria longe accuratius ſcripſit *KUNKELIUS*, cujus *glas kunſt* ſive *ars vitriaria* prodiit Lipſiæ an. 1689. 4. Veterem rubineorum vitreorum fabricandorum artem revocavit. Mechanice magis de eadem arte ſcripſit H. D. de *BLANCOURT de l'art de la Verrerie*. Pariſ. 1697.

12. Eo

ex illis Actis unice excerpere oportet. Illi ſunt præcipui inter Chemicos, qui ita inſtituerunt experimenta, ut dirigerent ea ad certum ſcopum. Poteſt addi OTTO TACHENIUS (*a*), quoad experimenta, ſed non valet in theoria.

Y Expen-

12. Eo etiam pertinent *GEOFROY* de Vitro, *Mém. de l' Acad.* 1744. De Vitri fabrica ibid. 1737. *REAUMUR* de Porcellana 1727. 1729. & de Vitro ex Porcellana mutato 1739. 1743.

(*a*) *OTTONIS TACHENII* extat; Brunſvicæ editus ann. 1668. 12. *Hippocrates Chemicus*, deinde *Clavis Medicinæ Hippocraticæ*, Francofurti 1669. 12. tandem *de morborum principe* Libellus. Oſnabrug. 1679. 12. Acidum & alcali pro principiis rerum habuit, ab acido morbos omnes fere deduxit, *HIPPOCRATI* ſuas opiniones adfinxit, & experimenta pauca, conviciorum vero protulit plurimum. In hoc ordine vix merebatur recenſeri. Ignarus Anatomes, pancreas cartilaginem quamdam eſſe coram Brunſvicenſi *DUCE* non erubuit dicere. *SCHELHAMMER Phyſiolog.* p. LX. Salem, viperarum, quem adeo eleganter parabat, & cujus occaſione lites cum *ZWELFERO* enatæ ſunt, fraudulente cum ſpiritu acido fixatum fuiſſe *STAHLIUS*, graviſſimus Auctor, in tertio volumine *fundamentorum Chemiæ* monet.

OTT. TACHENII Hippocrates chymicus, Pariſiis recuſus eſt 1669. 8. & recognitus a *F. BURRHO*, Bruxell. 1690. 12.

De J. B. van *HELMONT* adhuc adnotamus, non poſſe etiam diſſimulari in *BUTLERO*, in Libro *de magnetica vulneris curatione*, in *alcaheſti* hiſtoria, multa ab eo in nimium aucta eſſe.

Sed oportet utique hunc Chemicorum, qui experimenta deſcripſerunt, numerum augere. Primo loco dicendus eſt *JOHANNES BAPTISTA VAN HELMONT*, cujus vita & merita inprimis *PRÆCEPTOR* deſcripſit in primo tomo elementorum Chemiæ. Vanitatem equidem & nimias laudes eorum, quæ non erat expertus, in tanto Praxeos ſuæ frigore (*BECCHER Phyſica ſubterranea*. p. 92.) omnino non laudamus. Sed acuti vir ingenii Scholarum qualitates, fraudeſque & inutilem verboſitatem per experimenta & ſua, & aliunde ingenioſe collecta primus impugnavit, totamque inprimis fere phyſiologiam ſuis paradoxis nec per omnia veris, ſed multa ſparſa utilia habentibus, diſſertationibus illuſtravit. Plurimæ ſunt ſcriptorum editiones. Mea eſt apud Elzevirios 1652. 4. cui adjungere oportet Belgica Opera, Roterodami 1660. 4. edita.

Huc denuo pertinet *GEORGIUS ERNESTUS STAHLIUS*, in aliis etiam Medicinæ partibus celebris, ſed in Chemicis eximius, longeque futurus celebrior, niſi dictione obſcura aliquid de utilitate Operum ſuorum detraxiſſet.

De ejus Libellis, *de Sale*, *de Sulfure*, & *Fundamentis* diximus. Scripſit autem præterea eximium illud Opus, cui titulus eſt *Opuſculum Chemico-phyſicum*, ſupra laudatum, quo continentur egregia experimenta de fermentatione, nitrove ſulfuris aurum deſtruente, opportunioribus modis parandi aliqua chemica, ſulfure ex carbonibus cum acido vitrioli parato, &c. Deinde *experimenta*, *obſervationes*, *animadverſiones chemicæ & phyſicæ*, Berolini 1731. 8. impreſſæ huc faciunt quibus inprimis phlogiſton tamquam novum elementum adſeritur. Alia de Sale & Sulfure Opuſcula alibi laudavi.

HELMONTII opera Roterodami edita, eo loco dicta, priorum quoddam, ſed in variis mutatum compendium ſunt. Recudit *M. B. VALENTINI* Hafniæ & Francof. 1707. 4. & alia eſt editio Lugd. 1655. fol. Anglica etiam Lond. 1662. 4.

ANGELUS SALA primus inter Chemicos deſiit ineptire *CONRINGIO* judice. *EJUS* opera omnia pertinent ad medicamentorum præparationem. Libri ſunt *Anatome eſſentiarum vegetabilium*: *Hydrolæologia*: *Tartarologia*: *Saccharologia*: *Explicatio 7. planetarum terreſtrium*: *Aphoriſmi Chymiatrici*: *Chryſologia*: *de antimonio*: *Anatome vitrioli*: *de natura & proprietatibus vitrioli*: *ternarius laudanorum*: *Exegeſis chymiatrica*: *Myrothecium ſpagyricum*, &c.

FRIDERICUS HOFMANNUS amicum, deinde æmulum *STAHLIUM* expertus eſt. Ejus multa etiam in Chemiam ſunt merita, uti viciſſim per Chemiam opes & auctoritatem & amata vulgo medicamenta quæſivit. Ejus viri *obſervationum Phyſico-Chemicarum*. L. III. extant, Halæ an. 1722. in 4. editi. Miſcellanea eſt materies, & paſſim in parandis elegantioribus medicamentis occupatur, cum *STAHLIUS* magis in formas & miſturas principiorum inquirat. *Opuſcula Phyſico-Medica*, Ulmæ an. 1723. & 1726. 8. & alias duobus tomis edita inprimis ad aquarum mineralium hiſtoriam pertinet. Denique *P. POTERII Opera omnia practica & chemica*

Expendimus nunc qua ratione primo Chemia addiſcenda. Artificia nempe; operationes dictæ, ſyſtematice nobis ſunt addiſcenda, & hac occaſione indicavi Auctores, unde hæc petere poſſimus. Dixi ſecundo, quando ſtudium iſtud abſolutum eſt Medico tyroni, eos Auctores eſſe evolvendos, qui non ſyſtematice ſcripſe-

chemica cum adnotationibus & additamentis F. HOFMANNI. Francof. 1698. 8. multa perpulchra remedia viri clariſſimi & Tractatum de Felle continent. *Diſſertationes de generatione ſalium, analyſi reguli antimonii mineralis, & de mercurio, & medicamentis mercurialibus*, Halæ collectæ prodierunt an. 1729. 4.

J. FRID. HENKELII & *POTTII* ſcripta in phyſicis laudavi, quæ partim metallurgiam, partim chemiam & analyſin corporum foſſilium modumque fiendi reſpiciunt, plena experimentis, quorum, quæ *HENKELII* ſunt, ad Theoriam potius ornandam, *POTTIANA* ad ſimplicem rerum eventum enarrandum, fere ſcripta ſunt.

Sed neque *S. A. GLAUBERI* Opera 2. vol. 4. Francofurti an. 1658. 1659. junctim edita ſperni merentur, etſi paulum juſto liberalior in promittendis effectibus medicis fuerit, & ſpem paſſim pro eventu videatur expreſſiſſe; cæterum merus operarius, & literarum expers. Notum certe eſt, nos huic viro varias aptiores novaſque præparationes chemicas debere, nitrique parandi rationes, acidorum vires medicas, &c. Adeo multa ſunt ut Catalogum non ferat noſtra brevitas.

GLAUBERI opera plurima ſunt, qui Amſtelodami in præparandis remediis vitam trivit. Conjuncta opera prodierunt Lond. 1689. fol. & extractum ſeu *GLAUBERUS concentratus* Lipſ. 1715. 4. Ecce nomina: *Fumi novi philoſophici*, Amſtel. 1651. 8. partes V. cum appendice & adnotationibus, germanice Prag. 1707. 8. 5. tomis recuſi, & Anglice Lond. 1651. 4. *Opus minerale*, Amſtel. 1651. 8. & pars 2. 1657. germanice Prag. 1658. *De medicina univerſali*, ibid. 1651. 1658. 8. ſeu de *auro potabili vero* Germanice 1652. 8. *Miraculum mundi* 1653. *Pharmacopœa ſpargirica*, Amſtel. 1654. 8. Germanice 1654. & partes reliquæ ad annum 1663. *Explicatio miraculi* 1656. *Continuatio* 1658. de mercurio nempe philoſophorum. *Apologia contra FARNERUM* 1655. 8. *Proſperitas Germaniæ*, ib. 1657. 1659. 8. Germ. Prag. 1704. 8. Amſt. 1639--1661. 8. *Conſolatio navigantium*, Amſt. 1657. Germanice 1657. 8. *Deſcriptio tartari ex vini fæcibus*, ib. 1655. 8. *De natura ſalium* 1659. 8. *De ſignatura ſalium, metallorum & plantarum* 1659. 8. *Arca theſauris opulenta* 1660. 1661. 8. Germ. 1660. 8. index in libros proprios. *Ars deſtillatoria nova* 1661. 8. *Lib. dialogorum* 1663. 8. *de hermetis tinctura univerſali* 1663. 8. Germ. recuſa. *Explicatio verborum in verbis, herbis, & lapidibus magna eſt virtus* 1664. 8. Germ. 1663. 8. *Novum lumen chymicum* 1664. 8. *Explicatio verborum Salomonis* 1664. 8. *De tribus principiis metallorum ſale, ſulfure & mercurio* 1667. 8. *De purgatorio philoſophico* 1668. 8.

PETRI POTIER, qui inprimis chemica ad medendum & ad efficacia remedia invenienda uſus eſt, opera omnia variis annis prodierunt, Francofurti 1676. 8. & cura *F. HOFMANNI* 1698. 4. Nimium laudatorem ſuorum fuiſſe vel ex antihectico ſuſpecto remedii genere adparet. EJ. *Manes Poteriani*, Fr. Lipſ. 1692. Quis alius fuit *MICHAEL POTERIUS* celebris Chymicus a *PIERRE* de la *POTERIE*, noſtro nempe *PETRO*, diverſus, dictus a D. *MALOUIN* loco citato, p. 154.

GUERN. ROLFINK non entia chymica, Jen. 1645. 12.

Inter *STAHLII* opera etiam huc pertinet *billiges bedenken von BECHERS naturkünd der metallen* Fr. Lipſ. 1723. 8. EJ. tractatus varii in *opuſculis Chemico-Phyſicis*.

G. *STARKEY* Anglice primum prodiit, Lond. 1658. 8. cum titulo *Pyrotechnie aſſerted and illuctrated*. EJ. etiam eſt *arts triumph over natures infirmities*, Lond. 1696. 8.

J. FREINDII Liber citatus anglice etiam recuſus eſt, Lond. 1729. 8.

JO. VIGANI Medulla Chemiæ. Lond. 1683. 8. Eſt confuſa experimentorum farrago.

GEORGII STARKEY Pyrotechnie ofte vuer ſtook-kunde vaſtgeſteld en opgehelderd. Amſt. 1687. Neque enim editionem priorem habeo. In prima parte de alcaheſto loquitur. Nihil autem declarat. In altera de alcali volatili reddendo cum oleo terebinthinæ agit. *EJUSDEM het pit der vvaare Chymie*. Leovard. 1687. 8. Ibi commendat iterum ſua alcalia fixa, cum oleo terebinthinæ digeſta, & multa agit ænigmatice.

JOHAN-

ſcripſerunt, ſed qui per illas operationes a prioribus Auctoribus præceptas & demonſtratas corpora examinarunt, tam pro Phyſica, quam pro Medicina. Impoſſibile enim eſſet hos Auctores intelligere; niſi prius perciperemus præcedentes; nemo enim BOYLÆUM intelligeret, ubi de ſanguine agit, niſi artificia chemica intelligat; nam neſcimus quid velit, ubi experimenta chemica citat, ſi ignoremus, quomodo experimenta illa fiant.

CAPUT III.

Specialium Inquiſitionum Scriptores.

POſt duas primorum Auctorum claſſes evolutas, ordo jubet, ut illi conſulantur Auctores, qui ita ſcripſerunt de Chemia, ut partem aliquam Medicinæ emendarent, quantum *Chemia permitteret*.

Hæc eſt tertia claſſis, inquam, Librorum quos digeſſi, pro conſtruenda Bibliotheca Auctorum chemicorum. Primi operationes, inſtrumenta, & objecta deſcribunt; ſecundi experimenta pulchra invenerunt; tertii ita in Chemia operati ſunt, ut ſcopus eorum fuerit, aliquam certam Medicinæ partem emendare, quantum per Chemiam fieri poteſt. Ita BOYLÆUS ſcripſit de experimentis in genere, ſed idem de ſanguine ſingularem Libellum edidit; quod ad priora ergo opera, reſpicit claſſem Auctorum, qui experimenta tradiderunt, ſed quatenus ſigillatim agit de ſanguine, eatenus pertinet ad hanc claſſem tertiam. Tales etiam ad hanc claſſem pertinentes egregii Auctores memorandi ſunt, & ita recenſebo juxta diverſas Medicinæ partes.

JOHANNIS FREINDII Liber *prælectionum chemicarum*, inprimis modum mechanicum tradit, quo variæ mutationes in corporibus ab igne perficiuntur. Contra eum vehementer ſcripſit J. *le MORT*, & titulum fecit *facies ac pulchritudo Chemiæ ab affictis maculis depurata*. Lond. 1710. 8. Sed & in Actis Eruditorum minus benigne recenſus, defendit ſe ipſum in Philoſoph. Tranſactionibus num. 331.

J. *JOACH. BECCHER tripus hermeticus* fatidicus Francof. 1689. 4. poſthumus Libellus continet inſtrumenta, furnos, terras etiam.

URBANI HIÆRNE tentamina Chemica in laboratorio Stokholmienſi elaborata. Holm. 1706. 1712. 4. Penitus *PARACELSICUS*, habet ſal aſtrale ex plantis deciduum, ſulfur univerſale a materie ſalari & aſtrali aliaſque theorias, cum analyſes corporum, & aliqua de igne centrali. Idem etiam *defenſionis Paracelſiticæ prodromum* edidit Holm. 1709. 4. & *meletemata elementorum IV. cum influentiis eorum, & arcanis Chemicis ſulfuris & mercurii*. ib. 1712. 4. conjunctim cum actorum *Laboratorii parte II*.

J. MAUR. HOFMANNI acta laboratorii Chemici Altdorfini. Norimb. 1719. 4. Peculiaria aliqua continet ad medicamenta. *J. ANDR. STISSER acta laboratorii Chemici in Acad. Jul.* in *tribus ſpeciminibus* edita Helmſt. 1690. 1693. 1698. 4. medica aliqua propria ſed arcana continet.

B. GODEREY miſcellaneous experiments ad obſervations on various ſubiects * Lond. 1737. multa egregia habet.

AMBR. GODFREY propoſals for printing a Courſe of Chymiſtry. Journ. des Sav. 1744. Junio Menſe. Niſi fallor nunquam repleverunt ſpem eruditorum.

Chymie hidraulique pour extraire les Sels des végétaux, animaux, & minéraux Pariſ. 1745. 12. Auctor eſt Comes *de la GARAYE*, & ſolo tritu utitur ad obtinendas ſtirpium vires.

De Sanguine.

1. Inter Auctores qui de Sanguine chemice tractarunt, eminet primo Illuſtriſſimus BOYLEUS in Libello, cui titulus eſt, *apparatus ad naturalem Sanguinis humani, ac ſpiritus præcipue ejuſdem liquoris hiſtoriam*. Liber eſt *Londini* editus *in* 8. *anno* 1684. Sed ita latet ubique in Bibliothecis, ut venalis haberi non poſſit. Verum an. 1685. etiam *Genevæ* eſt editus cum appendice ſua, in qua plura egregia Nobiliſſimus Auctor proponit; primo mechanice, hydroſtatice, phyſice, examinat Sanguinem, deinde per chemicas operationes; ſecundo inquirit, quid contineat ille liquor, & quomodo in qualibet parte ſe habeat, & quid ejus ſint ſeparatæ partes, & quid conjunctæ iterum præſtent. Non novi in republica ſcientiarum aliquem Libellum plus bonæ frugis continere, nam certe non tantum examinat ſingulas partes, ſed quod quælibet pars agat, definit; neque hoc ſolum, ſed Nobilis Auctor iterum partes ſeparat, haſque rurſus componit, unde demonſtrat ſanguinem non conſtare illis partibus, in quas Chemia illum reſolvit, adeoque Sanguinem non operari per principia chemica, nam ex admiſtis partibus, quas prius ignis ſeparavit, non fit ſanguis: & tamen BOYLEUS plura definit, quam ullus alius Auctor, quo uſque illa experimenta ſeu principia poſſint inſervire. Hic ergo Libellus optimus eſt inter illos, qui Sanguinem chemice, non medice, examinant, ubi nempe non quæritur, quales partes habeat ſeroſas, & rubras globuloſas, &c. (*a*).

2. Per-

J. A. STISSER acta laboratorii, &c. Helmſtad. recuſa etiam ſunt 1701. 4.

Comitis de la *GARAYE Chymie*, *&c.* Germanice etiam exſtat Francof. 1749. 8.

JOEL LANGELOTT epiſtola de quibuſdam in chemia prætermiſſis, quorum occaſione ſecreta haud exigui momenti candide demonſtrantur, Hamburg. 1672. 8.

J. BOHN de acidi & alcali inſufficientia, Lipſ. 1675. 8. EJ. *diſſert. chimico-phyſicæ* XV. Lipſ. 1685. 4.

LOVE MORLEY collectanea chymica Leidenſia, Leid. 1684. 4. collectio nempe proceſſuum, recuſa cum operibus la *MORTII*. 1696. 4. ibid.

CHRISTIANI DEMOCRITI analyſis cramatis harmonici. d. i. chymiſcher verſuch zu deſtiliren, 1729. 4. 1734. 4.

PETRI SHAW chymical lectures publickly read in London annis 1731. 1732. *and in Scarborough* 1733. Lond. 1734. 8 utile chemiæ compendium, ex quo multa didici, v. g. ſalis ammoniaci compoſitionem ex ſpiritu ſalis & ſale volatili oſſium bubulorum, tum conſilia de phoſphoro, arte tinctoria, &c.

J. HENR. POTT obſervationum chemicarum collectiones II. Berolin. 1739. 4. & 1741. 4. de terra foliata tartari, acido vitrioli vinoſo, acido nitri vinoſo, &c. Perinduſtrio viro ipſum multa debuiſſe *NEUMANNUM* a gnaris audio.

C. ANDR. MANGOLD's chymiſche erfahrungen und vortheile bereitung einiger bevvährten arzneymittel, Erfurt 1748. 4. & EJ. *fortgeſezte chymiſche erfahrungen*, ibid. 1749. 4. De oleo vitrioli dulci, naphtha vini, de oleo animali *DIPPELII*, tincturis antimonii aliiſque minus notis medicamentis lites aliquas cum *CL. J. H. LUDOLPHO* agitavit.

(*a*) Analyſin ſanguinis chemicam utique propoſuit primus, ni fallor, ſterilibuſque theoriis Galenicorum Chemicorum vero hypotheſibus vera experimenta ſubſtituit; proportiones elementorum ſanguinis, pondus ſpecificum, eventus ex commiſtione cum variis liquoribus acidis & alcalinis, primus expoſuit. Spiritum ſanguinis inprimis accuratius deſcripſit, ſed multa paſſim hiulca, & quæ recentiorum induſtria correxit. Prodiit Lond. 1684. 8.

2. Pertinet huc HIERONYMI BARBATI tractatus *de Sanguine ejuſque ſèro* (a); Libellus eſt in 12. editus *Francofurti an.* 1667.

3. Legendus eſt ſuper hanc rem JOHANNES BAPTISTA HELMONTIUS, ubique in ſuis Operibus, in quibus, multis in locis, per Chemiam plura Sanguinis principia inventa detexit. Ita, quantum novi, primus eſt Auctor, qui obſervavit inſignem illam ſanguinis humani proprietatem, quod volatilis ſit, natus ex fixis. Ita ait HELMONTIUS „ ſales in vegetabilibus igne combuſti, concreto ſulphu- „ re fixi fiunt, iidem autem ſales in officina humana ſic mutantur, ut fiant vo- „ latiles, & quidem ad eum gradum; ut per calorem ex corpore perſpirent ". Hæc certe egregia obſervatio eſt, qua pulchior non datur in hiſtoria Sanguinis, & veriſſima, dum nempe v. gr. triticum combūritur, ſal ejus jungitur ſulphuri, id eſt igni, & cum eo concreſcit; itaque fit ſal fixus, ſecundum ſententiam HELMONTII: verum hic idem iſtius plantæ ſal fixus actione vaſorum & liquidorum humanorum reducitur ad eam volatilitatem, ut perſpirando inſenſibiliter per cutem ſponte abſque fæcibus exhalet (b).

4. Commendandi itidem hic ſunt OTTONIS TACHENII tres Tractatus, primus eſt *Hippocrates chemicus*, alter Tractatus, cui illud idem nomen quaſi dedit, eſt proprie defenſio prioris Libelli contra ZWELFERUM, hique duo Tractatus una ſunt compacti; tertio titulus eſt *morborum princeps*, ſeu *Tractatus de podagra*. Hi tres Tractatus ſatis frequentes venales ſunt, ſæpius impreſſi, lectuque digniſſimi. Fateor hoc habere vitii, quod incautum lectorem facile deducant in ſententiam de alcali & acido: verum debemus Auctori ignoſcere hunc errorem, nullus enim Auctor de ſanguine, urina, calculo, &c. ſecundum analyſin chemicam fidelius ſcripſit TACHENIO. Tractatus iſte ultimus de *principe morborum* non eſt ita vulgaris, attamen omni ſtudio inquirendus eſt, quia de ſalis volatilis ex ægrotantium ſanguine educti natura tractat, ibique operationes multaque egregia habentur.

5. JOHANNES LAURENTIUS BAUSCHIUS, Germanus, ſcripſit Tractatum *de Lapide hæmatite, & de aëtite lapide aquilino dicto*; in eo Tractatu præmiſit *Tractatum ſeu Prooemium Hæmato-traumatologicum, hoc eſt, de Sanguine diſſertatio admiſſis experimentis plurimis*. Liber eſt in 8. editus *Lipſiæ* 1665. *cum figg.* (c).

6. Clariſſimus VIEUSSENS edidit Librum ſatis magnum, *de Sanguinis humani natura* (d), in quo voluit demonſtrare, in ſanguine multum acidi ineſſe; in quo

(a) Serum ſanguinis ad ignem coagulabile eſſe demonſtravit; ex eo omnes reliquos humores in corpore humano generari docuit, cum prius pro excremento haberetur. Vera editio mihi deeſt. Nuper etiam cum *JOSEPHI* del *PAPA* Libello de humoribus corporis humani prodiit. Leidæ 1736. 8.

(b) Quæ *HELMONTIUS* de natura acida panis & chylo, de alcalina vero volatili ſanguinis paſſim ſcripſit, in multis Libellis, ita legere oportet, ut ſemper ſimus memores, hypotheſi hunc virum nimis ſerviiſſe.

(c) In Libello *de hæmatite* aliqua de hæmorhagiis & vulneribus lethalibus & non lethalibus, eaque non magni momenti addidit.

(d) Variis Libris *VIEUSSENSIUS* analyſin Chemicam ſanguinis tradidit, diſſertationibus *touchant l'extraction du ſel acide du ſang*. Monſpel. 1698. 8. & Latina Epiſtola ad Lipſienſem Academiam data utraque 1698. 1704. 4. & in majori demum Opere Tr. *des liqueurs*. Toloſæ an. 1715. 4. Proportionem inter aquam, ſpiritum, oleum, ſalem volatilem, fixum, terram, ſangui-

quo deceptum fuiſſe Auctorem, omnes Chemici hodie norunt; acidumque ſanguinis unice deberi ſali marino; ſed tamen ea occaſione experimentis plurimis, ad trutinam & materiam exacte captis, ſanguinem reſolvit humanum, & docet, quomodo conſtitutus ſit; qua de cauſa hoc Opus ſatis bonum eſt. Hi Auctores ſcripſerunt in Chemia, ita ut tractarint hiſtoriam ſanguinis pro uſu theoretico.

7. Vetuſtus Auctor ISAACUS HOLLANDUS in codice MS. in folio; quem poſſideo, habet Tractatum, cui titulum dedit, *quinta eſſentia ex Sanguine humano conficiunda*, eum Libellum Belgico ſermone ſcripſit: verum in eo plurima egregia reperiuntur nova inventa, quæ recentiores ſibi adſcribentes, pro ſuis vindicant: & , quod mirum eſt, ad phoſphorum uſque novit.

De Urina.

BOYLEUS (*a*) optima experimenta ubique in ſuis Operibus de Urina adnotavit. Verum etiam LAURENTIUS BELLINUS (*b*) optime ſcripſit de hac re, in egregio illo Tractatu *de pulſibus & urinis*. Præcedentes Chemici fere tantum per Chemiam Urinam examinabant, ſed ille tantum per accuratum examen avolantis aquoſi principii, & reſtantis, optime omnium, quos novi, diverſos gradus coloris, ſpiſſitudinis, &c. hac methodo obſervavit, & explicavit: nam prout Urina plus aquæ vel minus continet, eo plus etiam vel minus ad Urinam ſani hominis accedere annotavit, ex quo certe experimento, fructum non exiguum in praxi decerpere poſſumus. Primum ejus capitulum hic inferendum eſt, nam eſt ex Chemia; in eo docet ſi Urina ſtraminei coloris ad ſtateram examinetur, paulo graviorem eſſe aqua, & parum odoris ſaporiſque habere, qualis urina maxime pro ſana habetur. Deinde ex illa eadem Urina exhalat pars aquæ. BELLINUS vero examinat, quid ſuperſit & qualem gradum

ſanguinis, accuratius per majores deſtillationes definire aggreſſus eſt, idemque acidam partem ſanguinis demonſtravit, quam, cum ſali marino & bolo tribueretur a variis, in ultimo adhuc Opere defendit, neque abſque ratione. In eo Opere etiam plerique liquores corporis humani analyſi ſubjiciuntur.

Addere vero oportet Libris qui de natura ſanguinis Chemica experimenta protulerunt, præter *VERHEYENIUM* ex II. L. p. 36. *&c. ANTONIUM* de *HEYDE in obſervationibus*, *BAGLIVIUM*, *HOFMANNUM in obſervationibus Chemicis*; *HOMBERGIUM* in *Comment. Acad. Reg. Scient.* 1712. *JURINUM* in *Phil. Trans.* n. 361. *FREINDIUM* in *Emmenologia*; *PITCARNIUM in elementis*; inprimis vero *D. BROUWNE LANGRISH*, qui pondera ſpecifica, gradus cohæſionis, portiones elementorum in hominibus ſanis & ægris accuratius tradidit, ex Libro quem inſcripſit *modern practice*. Lond. 1732. 8. Deinde *CL. THOMÆ SCHWENCKE hæmatologia*. Hagæ edita an. 1743. cum analyſi chemica multa utilia habet de numero pulſuum, calore, reagentibus, grumo arterioſo, venoſo, ponderibus ſpecificis globulorum & ſeri, & incremento globulorum, denſitatis, ſalis, ſulfuriſque in febribus.

(*a*) In Libro de *Sanguine humano*, *Chemiſta ſceptico*, *hiſt. fluiditatis & firmitatis*, *& de infido experimentorum ſucceſſu*.

(*b*) Non valde laudo, quod *BELLINUS* mutationem urinæ in febribus fere unice decremento aquæ tribuerit. Etſi enim color intendatur aquæ portione diminuta, non ideo ſalium doſes augentur ex ea cauſa, neque oleum ex blando fit fœtidum aut acre. Analyſin Chemicam etiam conſulto omittit.

dum odoris, coloris, ſaporis, & ſpiſſitudinis habeat, unde docet, ſi Urina hac data ratione in corpore mutetur, his ergo datis principiis conſtitui. BOYLEUS Urinam unice examinat per Chemiam, ſed præmittendus erat hic Tractatus BELLINI, ut diſtincta Lotii poſſet haberi cognitio.

THOMAS WILLISIUS etiam ubique fere per omnes ſuos Tractatus tanquam chemicus multa de Urina ejuſque ſalibus habet (*a*).

Optime etiam JOHANNES BAPTISTA HELMONTIUS in nobili illo Tractatu, quem ſæpius allegare ſoleo pro optimo ſpecimine in Chemia, in Tractatu nempe *de Lithiaſi, ſeu ortu Calculi* (*b*), Urinam chemice reſolvit. In eo ſcilicet Tractatu optima experimenta, quæ apud nullos Auctores inveniuntur, habentur; nam recentem, putrefactam, hominum, brutorum, urinam omni indagine chemica accurate reſolutam ad ſua principia revocans ad uſum medicum applicat.

Illi ergo viri in hac parte conſulendi ſunt; ſi nunc a me petantur alii Auctores pro reliquis liquoribus corporis humani, certe nullos novi citandos; San-

(*a*) Proprium Librum ſcripſit *de febribus & urinis*, qui ſubjectus habetur Libro de febribus edito Londini 1662. 8. Sequitur fere *HELMONTIUM*, & ex Theoria contra propria experimenta admittit inter elementa urinæ ſpiritum ardentem.

(*b*) Utique errores ſuos admiſcuit, ut ſpiritum ardentem urinæ, qui cum alcalino volatili in lapidem coaguletur, nemini viſum. Sed egregia varia tamen, & niſi fallor primus hic præſtitit, & bilem ex elementis urinæ proſcripſit.

Ceterum inter recentiores Scriptores analyſes urinæ dederunt varii, ut *LEMERYUS* in Chemia ſua; *F. HOFMANNUS* in medicina phyſiologica; *HENR. POTTIUS* in *Miſcellaneis Berolinenſibus*, & noſter in Chemia ſua *PRÆCEPTOR*.

De phoſporo qui ex urina paratur, præter *BOYLEI* noctilucam etiam *D. COMIERS* & *J. S. ELSHOLZ*, Berolini 1677. 4. proprios Libellos ſcripſerunt; *JOH. HENR. COHAUSEN* in *novo lumine phoſphori accenſo*, Amſtel. 1717. & compilavit obſervationes variorum Auctorum. In *Tranſ. Phil.* extant *BOYLE* de modo parandi phoſphori. n. 196.

De Luce phoſphori in vacuo. n. 296. *FROBEN* & *GODFREY* ad phoſphorum & liquorem æthereum. n. 428.

HANKEWITZ de eodem phoſphoro urinoſo. n. 428.

In *Mém. de l' Acad. des Sciences* huc pertinent: *HOMBERG Anc. Mémoires* X. p. 84. 110. 427. *IDEM* de novo phoſphoro 1709. (nempe pyrophoro) 1712.

LEMERY de phoſphoris 1714.

Le FEVRE de phoſphoro ex ferro & ſulfure 1728.

Du *FAY* de novis phoſphoris (nempe variis corporibus noctu lucentibus) 1730.

Le *FEVRE* de ſuo phoſphoro. ibid.

HELLOT analyſis urinæ & de phoſphoro *KUNKELII* 1737.

In *Journal des Savans*: *LEMERY* præparatio Lapidis Bononienſis 1690. n. 22.

BERN. ALBINUS edidit de phoſphoro Libellum.

De calculo, qui ex urina coaleſcit *BOYLEUS* ſcripſit *de utilit. Philoſoph.* & *FR. FLAKE* in *Phil. Trans.* n. 157. *STEPH. HALES in vegetable ſtatiks*; & nuper plurimi, qui de eo diſſolvendo cogitarunt, inprimis *THEOPHILUS LOBB.* & amicus noſter *STÆHELINUS*.

SIM. P. HILSCHER & *MARHEINEKEN de phoſphoris*, Jen. 1744. 4.

J. G. BRENDEL de ſale & ſpiritu acido phoſphori, Gotting. 1747. 4.

J. GOTTLOB LEHMANN abhandlung von phoſphoris, Lipſ. 1750. 4. omnis nempe generis, urinoſo phoſphoro, cujus multas dat encheireſes, lapideo, vario, etiam minus noto ex nonnullis Saxonicis glebis, ex auripigmento, ex alumine, vino parato, &c. utiliter ſcripſit.

Sanguinem enim & Urinam, qui præcipui ſunt liquores & præſto ſunt, unice examinaverunt Scriptores, quos ego quidem novi.

De Sudore.

Unicus, quem novi, qui de Sudore ſcripſit, eſt OTTO TACHENIUS (*a*), qui egregio experimento dicit, ſe apud induſiorum lotrices ſumſiſſe lixivium, in quo induſia tempore æſtivo ab hominibus ſanis geſta maceraverant; coxit illud lixivium leni igne, hocque facto adſcendit ſal ſimilis ſali urinoſo. Hoc eſt unicum experimentum, quod novi. Novimus enim, ſi gerantur induſia aliquamdiu, & ſi homines fuerint robuſti, flava illa fieri præſertim ad axillas, & ſi diu gerantur, partes illas ſudoris tenaciter adhærere. Lotrices hæc induſia in lixivio macerantes poſtea exprimunt, ita ut id, quod in iis aderat ſalis humani jam ſit ſaponi permiſtum; nunc novimus, ſaponem vulgarem, quatenus eſt ſapo, non dare ſalem volatilem, ſed illud lixivium, infectum ſudore, dabat utique ſalem volatilem urinoſum, unde nos clare docemur, in ſudore ſales eſſe, ut in urinis.

De Bile.

Bilis curioſo examine, & magno ſtudio examinata fuit a BOHNIO (*b*), ſed optime a VERHEYENIO (*c*) in novæ editionis ſuæ anatomiæ parte ſecunda, qui non caute quidem & perfecte, ſatis tamen fideliter experimenta tradit.

SYLVIUS (*d*) etiam de Bile examen inſtituit in ſuis Operibus.

De Solidis.

De ſolidis non novi bonos Auctores, quia putarunt omnes ſolida ex principiis

cipiis

(*a*) In *Hipp. Chem.* C. XII.

(*b*) In *Circulo Anatom.* Progr. X. XVII.

(*c*) In II. Libro Anatomes. T. I. C. 19.

(*d*) *FRANCISCUS SYLVIUS de le BOE*, multa quidem; maxime de modo generationis bilis habet, non analyſeos parum Diſſ. II. VIII. X. Tr. de Ictero, &c. Sed plurimi alii experimenta cum bile fecerunt; *BAGLIVIUS Oper. omn.* p. 439. &c. *HELMONTIUS* in *ſextupl. digeſt.* & alibi. D. *DEIDIER expériences ſur la bile des peſtiférés*; *ALOYSIUS della FABRA de aqua Nucerina*, du *HAMEL in hiſt. Acad. Regiæ Scientiarum*. p. 76. *HOMBERGIUS* ibid. 1709. F. *KOFMANNUS* in *Obſervationibus chemicis*; *VIEUSSENSIUS* in *epiſtola de Bile* & *Phil. Trans.* n. 241. *CAROLUS DRELINCURTIUS* poſt L. *de Lienoſis*; *PECHLINUS*, *S. LEONICENUS* de metamorphoſi Apollinis & Æſculapii.

Ad alia liquida humana quod attinet, omnia attigit *VIEUSSENSIUS* in L. *des liqueurs*, tum *VERHEYENUS*, & *ALBINUS* in diſſert. *de corpuſculis maſſæ ſanguinis*. Salivam ſeorſim examini ſubjecit *NUCKIUS*, *ANT. de HEYDE*, *BAGLIVIUS*, *C. DRELINCURTIUS* poſt Libellum de Lienoſis. De ſucco pancreatico fere ſolus egit *BRUNNERUS*, cum difficulter ejus aliqua copia colligatur.

cipiis chemicis conſtare, cum tamen Chemia doceat, ſolida unice ex terra (a) conſtare; ſine admiſtione principiorum; nam, ſi accurate tollantur omnia liquida, quæ in oſſe ſunt, os manebit adhuc integrum; jam vero nihil niſi terra in eo reperie-

Z tur

(a) De oſſium analyſi egit *FRIDERICUS SLARE* in *Phil. Trans.* n. 157. (qui obſervavit nullum ex iis ſalem fixum habere) *GEOFFROY Mémoires de l'Acad. Royale des Sciences* 1710. 1732. & is quidem egregie. *J. SAM. CARL* in *lapide lydio philoſophico ad oſſium foſſilium docimaſiam* Francof. 1703. 8. *MORLEY* in *collect. Leidenſ. BROWNE LANGRISCH* l. c. *BARCHUSEN* in *Experiment poſt Phyſicam Acroamaticam*. *C. NEUMANNUS* in Operibus ad ſuos titulos. Et huc omnino etiam pertinet *DIONYSII PAPINI art d'amollir les Os*, qui variis annis & Pariſiis an. 1721. 12. prodiit, novamque analyſin oſſium, ſolo vapore aquæ calentis factam continet. Cæterum plurima inde portio ſalis volatis alcalini habetur, & oleum empyreumaticum, & ſpiritus, uti ex ſanguine, & reliqua in eumdem modum. Hæc omnia glutinis modo terram ſimplicem connectunt, & hactenus pro oſſium partibus poſſunt haberi. Seorſim cerebri examen diligenter ſcripſit *HENSINGIUS* in diſſertatione.

Sed cum hoc loco deſtituamur ab optimo *PRÆCEPTORE*, omiſſis forte ex codicis vitio reliquis claſſibus Chemicorum, liceat aliquos excitare, qui chemica de aliis, præter humanum, corporibus experimenta utilia reliquerunt.

Ad metalla & foſſilia *G. E. STAHLIUS* in omnibus ſcriptis. *J. St. POTTIUS* in omnibus, ut *obſervationibus Chemicis & earum continuatione*. Berolini 1708. & 1741, 4. quibus Zincum, Auripigmentum Borax, Pſeudo Galena deſcribuntur.

GEOFFROY de tincturis metallorum 1713. *HOMBERG* de mercurio metallorum. *Mém. de l'Acad.* 1702. *J. WOLFG. KUNSTEL* de ſalibus metallorum. Lipſ. 1711. 4. inſertus etiam in *ROHTII* verſionem.

De Auro.

HOMBERG de ſeparatione auri. *Mém. de l'Acad.* 1713. *STAHL* in vitulo aureo.

De Mercurio.

HOMBERG de ſolutionibus Mercurii. 1700.
GEOFFROY de ſublimatione Mercurii. 1713.
BOULDUC de eodem. 1730.
LEMERY de Mercurio præcipitato. *Mém. de l'Acad.* 1712. 1714. de ſublimato. 1709.
BOERHAAVII experimenta circa mercurium ſeorſim prodierunt, Lipſ. 1734. 8.
J. FRID. HENKEL de mediorum chymicorum appropriatione in argenti cum acido ſalis communis combinatione, Dreſd. 1737. 8.

De Argento.

HOMBERG de ſolutione Lunæ. *Mém. de l'Acad.* 1706.

Ad præparata ex Ferro.

GEOFFROY de Cœruleo Pruſſico. *Mém. de l'Acad.* 1725. 1743. de eodem *BROWNE Phil. Trans.* n. 381. Porro *GEOFFROY* de Vitriolo Martis. 1713. Refutatio transmutationis Ferri in Cuprum, quam Pariſiis propria Societas moliebatur. *Journ. de Trev.* 1730. art. 44. De ſcintillis Chalybis, *REAUMUR* 1736. Vegetationes metallicæ, *CHARAS Anc. Mémoires.* vol. X. *HOMBERG* an. 1710. *PETIT* an. 1722. *CONDAMINE* 1731. *MOREL.* 1727. *LEMERY* de Ferri arbore 1707.

De analyſibus Corporum, *GEOFFROY Mém. de l'Acad.* 1717.

LEMERY contra utilitatem analyſium vulgarium, ibid. 1715. 1720. *HOMBERG* de Plantarum analyſibus 1701. *BOULDUC* de iiſdem 1734.

De rubeo liquore ex ſulfureo ſpiritu & alcali. *Phil. trans.* n. 228.

De

tur, ut in oſſibus a pluvia & rore maceratis, vento & ſole iterum exſiccatis apparet, & in Cœmeteriis ipſi ruſtici docent; ſi hujuſmodi oſſa examinentur igne, nihil

De materie quæ metalla penetrat. *Mém. de l' Acad.* 1713.

HELLOT de atramento ſympathetico. 1737.

De ſolutione in Menſtruis. *Phil. Trans.* n. 181.

GEOFFROY de analogia corporum mineralium. *Mém. de l' Acad.* 1720.

MALOUIN de unione Mercurii cum Antimonio. 1740.

JOH. WOLFG. KUNSTEL de ſal. metall. Lipſiæ 1711. 4. *CASP. NEUMANNUS* in prælectionibus *de ferro, ſulphure, nitro, antimonio*, Berolini 1732. 4. *J. FR. HENKEL* in omnibus ſcriptis. P. *HOFMANNUS* de generatione Salium, analyſi Reguli Antimonii, de Mercurio. Halæ 1729. 4.

Auctoribus citatis ad præparata ex ferro addi meretur G. E. *STAHL de ſolutione martis in puro alcali*, Hall. 1712. 4. & in *opuſculo Chymico-phyſico*.

Ad peculiaria aliqua Foſſilia & Sales.

Ad Sulfur *STAHLIUS* Libello Germanico *Zufällige gedanken vom ſchvvefel*. Halæ 1718. *SECHL* de modo parandi acidum volatile Sulfuris. *Phil. Trans.* n. 472. & Lond. 1744. 8. *LE FEVRE* de ſale Sulfuris. *Mém. de l' Acad.* 1744.

De Vitriolo & ejus præparationibus, ut olei vitrioli rectificatione. *GEOFFROY*. *Mém. de l' Acad.* 1742.

FROBENIUS & *AMBROSIUS GODFREY* ad Phoſphorum & ſpiritum Frobenii æthereum. *Phil. Trans.* n. 428.

Du *HAMEL* & *GROSSE* de eodem æthereo liquore; *Mém. de l' Acad.* 1734. *HEELOT* de eodem 1739. Du *HAMEL* & *NAVIER* de eodem 1742.

G. CHRISTOPH. DETHARDING & *HYNKE de ſulfure præſtantiſſimo bezoardico*, Roſtoch. 1746. 4.

HERM. FRID. TEICHMEYER de anodynis quibuſdam ſpiritibus mineralium, Jen. 1736. 4.

C. F. HUNDERTMARK de ſpecie ſulfuris anodyni, Lipſ. 1748. 4.

A. SALÆ anatomia vitrioli, Lid. 1617. 8.

G. E. STAHL de ſpiritu vitrioli in copia parando, in *opuſculo*. EJ. *de analyſi acidi vitriolici: de arcano duplicato & tartari vitriolati genealogia*.

J. WOLFG. KUNSTEL de ſalibus metallorum Lipſ. 1711. 4.

J. GOTTFR. WENDELIN de nonnullis medicamentis metallicis eorumque effectu in Corpore humano, Hall. 1743. 8.

MICH. ALBERTI de ſolutione ſuccini fere radicali, Hall. 1739. 4.

Ad antimonium *LEMERY*, *Traité de l' Antimoine*. Pariſiis 1707. 12. ad quem Libellum edidit notas criticas Anonymus. Pariſiis 1707. 12. ad quem reſpondit *LEMERYUS*, ut tamen ſe victum non obſcure fateatur. *BASILII VALENTINI curſus triumphalis* Antimonii ex edit. *KERKRINGII*. Amſt. 1671. 8. De eodem *LAMY* an. 1682. edidit *Traité de l' Antimoine*. 12. quo contra *PATINIANOS* defendit non eſſe venenatum.

G. E. *STAHL de regulo antimonii ſtellato*, in *opuſculo*.

MEUDERI citatus ibi libellus *de antimonii analyſi* primum Dreſd. & Lipſ. prodiit 1737. 8.

ROTHII etiam eſt *von antimonialiſchen tincturen*, Dreſd. 1735. 8. Germanice.

LEMERY de Kermes mineralis præparatione, *Mém. de l' Acad.* 1720. *GEOFFROY* de eodem 1734. 1735. *MEUDERI* Liber de Antimonio totus practicus editus Anglice Londini 1747. 8. & in *ROHTII* verſione Gallica. *HOMBERG* de acido Antimonii 1700.

Ad Lapides.

J. HENR. POTT. de *Lithogeognoſia*. Potzdam. 1746. 4.

HENKELIUS in Libellis chemicis minoribus editis an. 1744. 8.

DUFAI de tincturis Lapidum. *Mém. de l' Acad.* 1728. Adde quæ ſupra in phyſicis dicta ſunt.

Ad

hil exit, quod eſt contra MATTHÆI ſententiam, qui de chemica cranii humani reſolutione ſcribens, poſtquam ex illo oſſe res varias arte chemica eduxiſſet, ſolebat concludere, cranium conſtare ex illis principiis eductis. Nos autem novimus medullam & liquida, quæ in oſſium vaſis continentur, varia principia unice ſuppeditare.

Ad Sales.

G. E. *STAHL vom Salze*. Halæ 1727. 8. *C. NEUMANNUS de Salibus alcalinis fixis*: *JOHANNES BROWNE* hiſtoria Salis Ebshamenſis. *Phil. Trans.* n. 377. 378. & de eodem Sale *NEHEMIAS GREW*. Londini 1695. 12.

AMAND de Aqua forti. *Mém. de l' Acad. des Sciences* 1728.

Le *FEVRE* de Cremore Tartari 1728.

Alcali fixum naturale non dari, & de Salibus. *Phil. Trans.* n. 107.

HOMBERG de Sale acido, minerali, ſicco.

IDEM de menſura Salis volatilis acidi in ſpiritibus contenti. *Mém. de l' Acad.* 1699. *Phil. Trans.* n. 202.

IDEM de menſura virium alcalium terreorum. *Mém. de l' Acad.* 1700.

ROBIE de Sale alcalino ex uſto ligno putrido. *Phil. Trans.* n. 351.

LEMERY de cinere. *Potaſſe*. *Mém. de l' Acad.* 1727.

BOURDELIN de Sale lixivo Guajaci. 1730.

GEOFROY de mutatione acidi in alcali. *Mém. de l' Acad.* 1717.

HOMBERG de volatilizatione Salis fixi plantarum. *Mém. de l' Acad.* 1702. 1714.

LEMERY de actione Salium in materias inflammabiles. 1713.

BRANDMULLER de nitro jam laudatus eſt.

CHRISTOPH. CARL STRUMPF nonnulla de ſublimationis apparatu, Hall. 1745. 4.

Ad Vegetabilia.

G. WEDEL de Sale volatili oleoſo. Jen. 1711. 4. Deſcribit Sylvianum, & adfines, & eorum uſum.

Exploratio ſpiritus vini. *Mém. de l' Acad.* 1718.

Sales volatiles plantarum. 1701.

HOMBERG de Oleis eſſentialibus plantarum. 1700.

GEOFROY de iiſdem 1707. 1721. 1728. De iiſdem 1741.

Le FEVRE de Tartaro ſolubili. 1732. Du *HAMEL* & *GROSSE* de eodem. 1732. 1733.

GEOFROY de extractis plantarum. *Mém. de l' Acad.* 1738.

De Hydromelite *LEMERY* 1707.

De fermentatione & effervescentia. *W. SYMPSON Zymologia*. Lond. 1675. 8. Inter acidum & ſulfur fermentationem eſſe. *STAHLII Zymotechnia* in Opuſc. med. chem. & in tertio tomo *Fundamentorum*. *JAC. LE MORT idea actionis corporum motum inteſtinum præſertim fermentationem delineans*. Leidæ. 1693. 12.

STAHLII hic citata *zymotechnia* ſeorſim etiam prodiit, Hall. 1697. 8.

Adde etiam huic tractationi: H. *FRID. TEICHMEYER de arcano tartari vel ſale eſſentiali vini*, Jen. 1730. 4.

B. DAVID MAUCHART de vini turbidi clarificatione, Tubing. 1742. 4.

G. E. *STALHL de vini dephlegmatione*, in *opuſculo*.

J. JUNKER diſquiſitio analytica arcani tartari, Hall. 1743. 4.

C. A. a *BERGEN de fuligine*, Francof. Viadr. 1750. 4. & de eadem *BAIER*, Altdorf. 1722. 4.

J. BERNOULLI Diſſ. de effervescentia & fermentatione. Baſileæ. 1690.

De fermentationibus. *Mém. de l' Acad.* 1701. De analyſibus poſt fermentationem, *LEMERY* 1712.

De effervescentia vaporum in aere. *Mém. de l' Acad.* 1713.

De Oleorum per acida inflammabilitate. *Mém. de l' Acad. des Sciences*. 1726.

Experimentum pro explicando fulmine. *Mém. de l' Acad.* 1700.

De igne ex miſtione liquorum. *Phil. Trans.* n. 213.

De frigore ex oleis eſſentialibus cum ſpiritu vini miſtis. *Mém. de l' Acad.* 1727.

De fermentationibus frigidis. *GEOFFROY* ibid. an. 1700. *DES AMONTONS*. 1705. & 1727. *LEMERY* de præcipitatione. 1611. 1727.

CAPUT IV.

PHARMACEUTICA.

Conſilia pharmaceutica.

PRo Pharmacia medica ſcripſerunt Chemici quam optime.

Pharmacia vocatur apud Medicos ars cognoſcendi, debito tempore colligendi, aſſervandi, & præparandi medicamenta. Has quatuor partes habet vera Pharmacia, in quibus ipſi inſervit Chemia.

Primo inſervit Chemia Pharmaciæ pro reſolvendis ſimplicibus & inveniendi eorum principiis. Deinde ad dandam rationem, cur hoc & illo tempore ſint colligenda ſimplicia. Porro ad indicandum quænam pars adſervanda ſit, & quomodo, & quænam partes plus & minus volatiles ſint. Ultimo ad præparationem medicamentorum inſervit Chemia. Si ulla pars eſt Chemiæ & Medicinæ, in qua Chemici laudem meruerunt, hæc eſt, ibi enim eos non facile quis erroris inſimulabit. Ordine vero recenſebo, quos oporteat legere.

Prima pars Pharmaciæ ea eſt, quæ docet cognoſcere ſimplicia in ſua intima natura, quatenus illam Chemia adjuvat: quæ nempe per experimenta accurate capta definit principia, ex quibus corpora componuntur, & quinam adeo a dato corpore in Medicina effectus ſperari poſſint.

Quomodo vegetabilia nunc ope Chemiæ in ſuis principiis cognoſcantur, optime docuit Clar. TOURNEFORTIUS, in illo laborioſiſſimo tractatu, *Hiſtoires des plantes qui naiſſent aux environs de Paris*; eſt Liber in 8. editus *Pariſiis* 1698. (*a*). Non novi ullum tractatum unquam editum eſſe, qui chemice ita indagavit notas plantas, & eaſdem ita chemice examinat; nam diverſos ſtirpium ſuccos compoſuit cum ſalibus diverſis, & cum variis principiis chemicis; & cum per BOYLEUM noviſſet, quænam mutationes acidam aut alcalinam naturam proderent in vegetabilibus, didicit ea ratione, quales ſales eſſent in ſucco nondum per chemiam turbato. Ita Roſæ vim habent adſtringentem, ſumit ergo TOURNEFORTIUS ſuccum earum, & componit cum diverſis ſolutionibus ſalium, tunc demonſtrat, eſſe ſalem in Roſis, qui ad aluminoſum ſalem accedat; hinc concludit, hujuſmodi ſalem Roſæ inſitum hunc determinatum effectum in ſanguine producere. Ea etiam ratione cum Fumaria, Veronica, & infinitis aliis plantis egit. Opus certe incredibilis laboris eſt; verum cum impenſas ſuppeditaret Regia liberalitas, par fuit elaborando; nunquam autem tantum onus ſolus ferre potuiſſet.

Pro eadem parte cognoſcendarum plantarum videantur NEHEMIAS GREEW, ROBERTUS BOYLE, & D. DEDU, quorum Opuſcula conjunctim edita ſunt an. 1691. in 12. Titulus eſt *l'Anatomie & l'ame des Plantes*, *par* NEHEM. GREEW,

(*a*) Excerpſit *TOURNEFORTIUS BOURDELINI* aliorumque Academicorum Pariſinorum obſervationes, in theſaurum repoſitas. Sed eædem obſervationes multo uberius continentur in D. *GEOFFROI* materia medica, in qua fere omnium ſimplicium analyſes, & in quinque quidem cujuſque plantæ Libris inſtitutæ habentur.

GREEW, ROBERT BOYLE, & NICOLAS DEDU (*a*). In eo tractatu ſimpliciter ex Botanica, & re herbaria enumerantur plantæ, per chemiam reſolvuntur, indagantur, & reducuntur ad principium ſuum, quamvis in eo etiam plura phyſica experimenta reperiantur.

Scripſit etiam hac de re DODARTIUS, eminens & nobile membrum Academiæ Pariſinæ, in tractatu ſuo tam in folio, quam in 8. edito, cui titulus eſt l'*Hiſtoire des plantes* (*b*). Tum etiam Dn. *du* HAMEL ſparſim in *Hiſtoria Academiæ Regiæ Scientiarum* quædam habet.

Poterit etiam hac de re videri Dn. GEOFFROY, membrum etiam prædictæ Academiæ Regiæ Scientiarum, cujus inventa in iis Monumentis inveniri poterunt: ſed ante aliquod tempus fatis ceſſit. Nunc Clar. BOULDUC, etiam membrum ejuſdem Academiæ, hoc opus abſolvendum in ſe ſuſcepit.

Si quis nunc Libros emere velit, qui ſine nugis ſunt, & unde ingentem fructum percipere queat, legat iſtos & omittat reliquos, ibi enim invenitur Pharmacia, quæ ope Chemiæ ſimplicia ſic reſolvit, ut eorum habebatur cognitio a Pharmacopæo, quid contineat ſingula planta, eſtque hoc fundamentum Pharmaciæ.

Secunda pars Pharmaciæ eſt, quæ docet plantas debito tempore colligere; ſed etiam iſta habet adminicula ex Chemia. Nam præter aquam & terram, ſalem volatilem & fixum, oleum & terram, nihil in plantis eſt. Chemia vero demonſtrat, quid per tempus de plantis avolet, quid fixum ſuperſit. Galenici nihil noverant de his corporibus, niſi aromaticarum plantarum particulas medicas celeriter avolare, & ſtirpium aromaticarum flores mane coquendos eſſe, prius quam ſol eduxerit partes meliores. Sed longe plura Chemia docuit; oſtendit enim, quo tempore ſal, quo alio oleum in ſtirpibus dominetur. Totum negotium in iis

NEUMANNUS etiam fere omnium medicamentorum analyſes & extracta ſtirpium gummea & reſinoſa cum ponderibus habet.

FRANCISCI ALEXANDRI Apollo compoſitorum & ſimplicium examen ſuo fulgore irradians, Venet. 1565. fol. Francofurti 1613. 4. Diſpenſatorium eſt, cum hiſtoria omnium ſimplicium medicamentorum, quæ formulas ſubeunt.

JOH. RENODÆI Inſtitutionum pharmaceuticarum Libri V. & *de materie medica* L. 4. Pariſiis 1608. 4. EJ. *inſtitutionum pharmaceuticarum* Libri IV. & *antidotarium ſeu diſpenſatorium abſolutiſſimum*, Pariſ. 1623. 4. Anglice etiam 1657. fol.

BRICII BAUDERON pharmacopœa & du BOIS de miſcendis medicamentis, Lond. 1639. fol. gallice, Lion 1663. 4. Rouen 1644. 4. qua lingua ſcripta & hiſpanice verſa a *JOH. de CASTILLO*, Gadibus 1671. 4.

J. R. GLAUBER pharmacopœa ſpagirica p. 3. Amſt. 1654. ſeqq. 8.

J. PRÆVOTI tractatus *poſthumus de compoſitione medicamentorum*, Pat. 1666. 12. Hanov. 1666. 12.

A. Q. RIVINI manuductio ad chemiam pharmaceuticam, Norimb. 1718. 8.

FELIX PALLACIOS palaſtra pharmaceutica chymico Galenica III. ed. Madrit. 1730. 4. *

J. FRID. CARTHEUSER pharmacologia theoretico-practica, Francof. Viadr. 1745. 8. Commodus inprimis liber, & fidus

(*a*) Opuſculum prodiit Pariſiis 1682. 12. & Leidæ 1691. 12. Continet inprimis compendium Opuſculorum phytologicorum GREWII, deinde ejus obſervationes de miſtione, quæ cum titulo *Diſcourſe concerning the nature cauſes and powver of mixtures* prodierunt Lond. 1675. 8.

(*b*) Utique, hique viri primi hic glaciem fregerunt, dum reagentia chemica, Salium & Syruporum, cum ſuccis plantarum phænomena, & analyſes ſuſceperunt, in aliquot mille Stirpibus elaborandas. Pars magna laboris abſoluta, ſed agnita plerarumque analyſium inutilitate ſuppreſſa eſt. Singularium vero ſtirpium & inprimis purgantium analyſes, paſſim in Commentariis Regiis, nonnullas etiam in Germanorum Academicis diſputationibus reperias.

in iis conſiſtit, inquit HELMONTIUS (a), quæ dicam. Verno tempore carent plantæ oleis, & abundant ſale, ſed toto æſtivo tempore principia maxime volatilia calore ſolis ſenſim abeunt, ut ſunt ſal & aqua, & concentrantur maxime fixa & tenacia, quæ ſunt oleum inprimis & ſal oleis implicitum, ſicque circa autumnum abundat oleum in planta, quod illi conſervandæ a natura deſtinatur, quando in ſolo ſuo remanet. Si quis nunc velit de planta aliqua habere ſalinam materiem, is circa vernum tempus juxta HELMONTII ſententiam eam legere debet. Qui vero oleum & reſinam & balſamum deſiderat, illi circa hyemem planta legenda eſt.

Deinde Chemia etiam demonſtrat quænam plantæ alicujus partes plus ſalis, quæ olei plus habeant. Semini plurimum olei ineſt, terræ, aquæ & ſalis minus. Qui ergo oleum de planta deſiderat, ſemina ſibi ſumat, & quidem, uti dictum, autumno, quo oleum, tamquam balſamum, ad avertendas hyemis injurias, plurimum ſeminibus circumfunditur. Si quis me rogaverit, ubi hæ notæ characteriſticæ apud Auctores reperiantur, vix novi; ſed ſi abſque jactantia dicere liceat, noſtra Chemia hoc docet. Verum Auctores, qui ſymbolam ad hanc partem attulerint, ſane non novi.

Tertia pars Pharmaciæ eſt, quæ docet aſſervare debite collecta ſimplicia. Chemia certe optime hæc docet, quando demonſtrat, plantam & ſemina alterne & repetito exſiccata, & iterum humectata, & denuo exſiccata, omnem virtutem amittere; hinc indicat, nihil plus vires materiæ Medicæ labefactare, quam repetitam exſiccationem. Inde patet, ligneas capſulas maxime aptas eſſe ad conſervandas plantas. Quod ad locum, ubi ſervari debent, iterum demonſtrat Chemia, loca nimis calida huic rei non conducere, quia ignis omne volatile aſſumens ſalia alcalia reddit. Deinde cum hyeme frigus ſemper humiditatem afferat; hinc loca frigida non conducunt ſervandis ſtirpibus. Sed borealia loca ſunt eligenda, ut ſemper Veteres annotarunt.

Quarta pars Pharmaciæ tradit præparationem Medicamentorum ex materia Medica, hinc Medicamenta per primam partem cognita, collecta per ſecundam, adſervata per tertiam, per quartam in uſum medicum præparanda ſunt.

Hic indicandi ſunt Auctores qui per artem chemicam Medicamenta præparare docent. Nullibi certe plus Chemia inſervit Medicinæ, quam in excolenda hac parte Pharmaceutices, & quodcunque oſores opponant, certe fateri coguntur ſe Chemia hac occaſione indigere, nam ex ipſis rebus vegetabilibus, mineralibus, animalibus, ſi aliquid præparare velint, id ſine Chemia certe perficere nequeunt. Cinnamomi oleum habet vires medicas, id omne, quod vetuſtas excogitavit, ſuperantes. Quis mortalium haberet contra nervi puncturam medicamentum, niſi ſpiritum ex terebinthina æthereum? hunc vero Medici ex nulla alia arte didicerunt, niſi a Chemia. Qui hoc experimentum inſtituerunt, invenerunt etiam unam vel alteram olei Fœniculi guttam ſanare ægrum flatibus ex pituita laborantibus. Itaque Auctores in hac parte præſtantiores indicabo.

Si

(a) Propriis ſcriptis hæc exſpoſuit *J. LUDWIGIUS de radicum officinalium bonitate*. Lipſ. 1743. 4. Huc etiam *CL. RICHTERI* Libellus pertinet *de corruptelis medicamentorum*. Dreſ. 1732. 8.

Si ergo quis velit videre, quomodo hodierna Chemia pro praxi inferviat, & doceat elegantiſſima ex omni rerum genere Medicamenta præparare, videat ANGELUM SALAM, cujus *Opera omnia Medico chemica* in 4. ſunt edita *Franco̱f.* an. 1647. (*a*). Auctor in his rebus exactiſſimus eſt, tam in colligendis præparandis, quam accuratus in deſcribendis arcanis omnibus. Docet, planiſſimo ſermone, tractare omne genus vegetabilium, animalium, mineralium, & omnes eorum partes ita perficere, ut Medicamentis inferviant. Auctor natione Italus eſt, ſed in Belgio clarus, ubi diu vixit, dignus certe eſt, qui omni ſtudio perlegatur.

Similia peregit JOHANNES SCHROEDERUS in ſua *Pharmacia Medico-chemica* (*b*), quæ ultimo Francofúrti ad Menum edita eſt an. 1685. in 4. Ea enim editio indicem locupletiſſimum habet, ſed etiam Lugd. Batavorum idem ille Liber prodiit in 8. an. 1672. neque multum refert, utram harum editionem habeamus, utraque eſt bona. Nulla Pharmacia, quod ſcio, melior eſt, & nemo clarius, candidius, exactius ſcripſit, quomodo Chemia ex qualibet re educat Medicamenta; hinc ſuperat certe ANGELUM SALAM, qui ſyſtematice, & magis pro Chemicis ſcripſit. SCHROEDERUS autem breviſſime, & tamen omnia difficillima annotavit; nam nemo eſt, qui parvo compendio plura docuerit. Methodus ejus duplex eſt, 1. omnia deſcribit ſub ſuis titulis, & deinde 2. ſub ſuis ſimplicibus :. v. gr. dicit Abſinthium eſſe colligendum eo tempore, & habere has vires in forma cruda, & illas in ſimplici infuſione. Deinde recenſet ea, quæ ex Abſinthio in medicos uſus præparantur. Scribit adeo, fit ex Abſinthio talis tinctura, talis aqua, ſpiritus, ſal, eſſentia alcalina, atque quinta eſſentia, & omnia deſcribit exactiſſime & nervoſiſſime.

Eamdem rem peregit JOHANNES ZWELFERUS (*c*) in *Pharmacia Regia* quam

(*a*) *ANGELI SALÆ Opera Medica-Chemica* conjunctim prodierunt Francofurti 1647. 4. Numeroſa ſunt Opuſcula, quæ partim ad regnum vegetabile, partim ad foſſilium hiſtoriam pertinent. Ad priora anatome eſſentiarum vegetabilium, Hydrelæologia, Tartarologia, Saccharologia, Exegeſis chemiatrica, Mirothecium ſpagiricum pertinent. Ad foſſilia etiam hæc duo ſcripta, anatomia vitrioli & de natura vitrioli, tractatus de antimonio. Deſcriptio auri potabilis, chryſologia, ſeptem planetarum terreſtrium explicatio, &c. Primus inter Chemicos deſiit ineptire, ſi credis *CONRINGIO*. Aliqua alia pharmaceutica Opera hac occaſione adducam.

Compoſitiones etiam medicas ex Chemia maxime repetitas, multas habet *HADRIANUS a MYNSICHT* in *theſauro & armamentario medico-chemico*. Lubecæ 1646. 4. & alibi edito. Sed cavendum a nimiis laudibus.

(*b*) Notiſſimus labor, frequentiſſime Ulmæ & nunc maxime Norimbergæ 1746. & 1747. in folio editus. In quinque Libros dividitur. Primo continentur generalia quædam & vocum explicatio. Altero materia medica, tum ſimplicium catalogus, tum compoſitorum formulæ. Tertio, quarto, quinto, ſimplicia trium regnorum cum eorum præparationibus officinalibus, viribuſq; Simpliciter omnia, paulum tamen credule & nimis alchemice ſcripta. Voces exoticæ ſæpe corruptæ. Nihil valde arcani aut reconditi. *FRIDERICUS HOFMANNUS*, celebrioris *FRIDERICI* pater, *clavem in Opus SCHROEDERI* edidit Halæ 1675. & 1681. auctius in 4. quo auctaria continentur varia & chemicæ præparationes medicamentorum corriguntur, illuſtrantur.

Recenſus hoc loco *J. SCHROEDERUS* editus eſt Norimb. Germanice 1685. 4. tum Francof. 1669. 4. Lat. Norimb. 1693. cum *HOFMANNO* Fr. Lipſ. 1718. 4.

(*c*) *Animadverſionibus in Pharmacopœam Auguſtanam*. Norimb. an. 1675. &c. Auguſtanum diſpenſatorium hactenus claſſici fere Libri loco fuit in Germania. *ZWELFERUS* gnarus, vel

STA-

quam edidit *Norimbergæ in folio*, *anno* 1675.; neque tamen meretur comparari SCHROEDERO, nimis enim numeroſas & difficiles præparationes congeſſit, ut pro Galenica & Arabica Pharmacia bonus eſſet; ἀκρίβεια vero artis noſtræ ſplendet apud SCHROEDERUM. Hi bini viri, ANGELUS SALA & SCHROEDERUS, tam perfecti ſunt, ut plurimi totam eruditionem ſuam illis debuerint.

Legatur etiam JOSEPHI QUERCETANI *Pharmacia Dogmaticorum reſtituta*. Liber eſt Pariſiis editus, & iterum in Germania in 4. (a). Editio utraque æque plena eſt. Egregia eſt ejus *Pharmacia Hermetica*, uno volumine in 4. compreheuſa. Ubi emetur unum Opus, ſæpe ſimul habebitur alterum. Vir iſte habet quædam, quæ in reliquis ſcriptoribus non reperiuntur, laborioſiſſimus fuit, & cum in magna fama viveret, multa cum auctoritate ſcripſit, ut Hermetis Dogmata; hinc etiam voluit inter Adeptos recenſeri, & ſententiam PARACELSI amplexus eſt. Apud eum omnes ſententiæ Alchemiſtarum Germanorum antiquorum inveniuntur.

Supra omnes vero commendandus eſt DANIEL LUDOVICI in *Pharmacia moderno ſæculo applicanda*. Gothæ Saxonicæ. 1685. 8. (b). Hic Auctor compendium totius Bibliothecæ Chemicæ & Pharmaceuticæ ſcripſit, & vocavit ſuum Opus Phar-

STAHLIO judice, homo, *fund. Chem.* T. III. p. 340. vitia & ambages compoſitionum demonſtrare ſuſcepit, novamque *Regiæ* nomine edidit *Pharmacopœam*. Norimb. 1667. fol. Nimio tamen ardore nimiaque temeritate uſus nihil effecit, neque ipſe aut ſatis chemicus, aut a farragine ſeculi ſui repurgato fuit ingenio.

Editiones *Pharmacopœæ Auguſtanæ* ſunt numeroſiſſimæ, & nuper 1673. 1684. 1694. 1710. fol. Cauſam ejus egit contra *ZWELFERUM WELSCHIUS* an. 1675. Nuper aliæ ſucceſſerunt ſimiles Pharmacopœæ, ut *ERNESTI FAGINI* (*BUECHNERI*) *diſpenſatorium Regium Brandeburgicum* 1734. fol. prius an. 1698. editum quo Stahliana etiam præparata continentur.

Diſpenſatorium medico-pharmaceuticum Regium. Breſl. 1744. fol. *Diſpenſatorium Würtenbergicum*. Stutg. 1741. fol. *Pharmacopœa Regalis* Lond. 1746. 4. ex qua inutiles, & nimis fuſæ compoſitiones ejectæ ſunt, egregio omnino inſtituto.

J. ZWELFERI animadverſiones Norimb. recuſæ ſunt 1693. 4. *EJUS* etiam *Pharmacopœa Regia* recuſa eſt ibid. eodem anno 4.

Adde etiam huic tractationi *CL. GALENI* libri *de theriaca* quos in practicis recenſui, tum *de antidotis* & *de ſubſtitutis medicinis*.

A. M. BRASSAVOLÆ examen omnium ſyruporum quorum in medicina uſus eſt, Lugd. 1540. 8.

MICHAELIS VILLANOVANI (celeberrimi illius *SERVETI*) *ſyruporum univerſorum ratio ad GALENUM diligenter expoſita & vera purgandi methodus*, Pariſ. 1577. 8. Venet. 1545. 8. Lugd. 1546. 8.

MOYSE CHARAS de la theriaque d' Andromachus, Pariſ. 1685. 12. de ſimplicibus medicamentis, quæ eam formulam ingrediuntur, non inutiliter.

A. Q. RIVINI cenſura medicamentorum officinalium, Lipſ. 1701. 4.

SALOMON JACOBSON de ſyrupis officinalibus, Hall. 1739. 4. bene.

(a) *Pharmacopea Dogmaticorum reſtituta & Hermeticorum floribus illuſtrata*. Pariſ. 1607. 4. & alias. Vanus homo & jactator, cujus tamen pluſculæ compoſitiones auctoritate recentiorum Medicorum conſervatæ ſunt.

(b) *DANIELIS LUDOVICI* Medici Gothani *Diſſ. III. de Pharmacia moderno ſæculo applicanda*. Sæpiſſime editæ ſunt, Gothæ 1671. 12. Hamb. an. 1688. 8. & Francofurti, denique in Operibus omnibus 1712. 4. Inclaruit inprimis ob liberum judicium, quod de farraginibus incommodis medicamentorum interpoſuit, & utique ſimplicitatem, elegantiam, gra-

Pharmaciam moderno ſæculo applicandam. Nempe conſiderat quam diverſis & operoſis Medicamentorum formulis tota noſtra ætas aggravetur. Hinc ipſi animus eſt, ex his omnibus tantum idelicere, quod neceſſarium & optimum Chemici ha-

Aa bue-

gratiam ſecutus eſt. Turbant ſermonem Parentheſes. In hunc Auctorem *ETTMULLERUS* commentatus eſt, minus feliciter, ſi fides *STAHLIO in mat. med.*

D. LUDOVICI Diſſertationes III. ibi recenſæ cum *ETTMULLERI* commentario Gallice editæ ſunt Lyon 1710. 8. Germanice vero *J. HEIMREICH* qui idem *LUDOVICUM* proprio libello defendit 1714. 8. In eum alterius commentarii *NENTERIANI* ſpecimen exſtat, Argent. 1708. 4.

VALERII CORDI diſpenſatorium ſæpiſſime recuſum, uti jam dictum eſt, mihi Leid. 1651. 12. cum *P. COUDENBERG MATTH. LOBELII* notis & *G. RONDEL*. Libro *de theriaca*.

A. P. COUDENBERG etiam Gallice verſum eſt, Antvverp. 1575.

ADOLPHUS OCCO, *ADOLPHI* filius, *ADOLPHI N.* primum *Pharmacopœam Auguſtanam* edidit A. Vind. 1574. fol. recuſam 1580. 12. 1597. Inde verſa a Coll. medico prodiit 1613. fol. 1622. fol. 1646. Goudæ 1653. 8. A. Vind. 1673. 8. 1684. fol. 1694. fol. 1710. fol. & *renovata* Aug. Vind. 1734. fol. ed. 1673. prodiit *defenſio* L. *SCHRDERII*. *Medullam* ejus contraxit *VITUS RIEDLINUS*, Ulm. 1707. 8. nempe utiliora medicamenta.

Il Ricettario medicinale Fiorentino per ordine del Gran Duca, Florent. 1567. fol. Latine verſum a *CLUSIO*, Lugd. 1587.

M. CHARAS citata pharmacopœa Gallice prodiit Pariſ. 1682. 8. Anglice 1678. fol. Opera vero *EJUS* omnia Genevæ 1684. 4. 3. vol.

DE MEUVE proſtat etiam Pariſ. 1689. 4.

N. LEMERY Pharmacopée prodiit etiam Venet. 1726. 4. Italice.

J. QUINCYI lectures in Pharmacy. An idem opus *Pharmacopée univerſelle raiſonnée traduite* par *CLOUZIER*, Pariſ. 1749. 4. an potius opus quod *Pharmacopœa officinalis* inſcribitur, Lond. 1719 8. Angl.

Verum, cum Pharmaceutice adeo neceſſaria & accepta pars Medicinæ ſit, omnino non videtur poſſe nos omittere commendationem aliquot Auctorum ex omni tempore, qui formulas officinarum deſcripſerunt. Initium poteſt fieri a *JOHANNE MESUE*, a *J. SYLVIO*, Pariſiis an. 1562. 8. & Venetiis an. 1602. in fol. edito, & a *NICOLAO MYREPSO*, *cujus Opus Medicamentarium* a *FUCHSIO* Baſileæ an. 1549. fol. editum eſt.

Ab iſtis enim Auctoribus multæ in Pharmacopolia compoſitiones tranſierunt.

Sæculo XVI. ex Diſpenſatoriis ſuffecerit *VALERII CORDI Diſpenſatorium poſthumum* infinitis locis editum, bene vero & cum *COUDENBERGII* & *LOBELII* Scholiis an. 1652. 12.

M. CHARAS Pharmacopée Royale Galénique & Chymique. Pariſiis 1676. 4. minime rudis hominis Opus.

JACOBI LE MORT Pharmacia & Chemia rationibus & experimentis inſtructa. Leid. 1684. 8. Multum habet Theoriæ, & tria elementa viſcoſum, ramoſum & terreſtre. Cæterum plantarum vires & præparationes deſcribit; recuſa eſt auctius ibid. 1688. 8.

DE MEUVE Dictionaire Pharmaceutique, Pariſiis 1677. 8. eſt quaſi Bibliotheca Auctorum eo pertinentium.

ANT. de *HEYDE nieuvv licht der Apothekers*. Amſtelod. 1682. 8. Habet etiam obſervationes Phyſicas.

N. LEMERY Pharmacopée univerſelle. Pariſiis 1697. 4.

J. ALLEYNE Engliſh Diſpenſatory. Lond. 1733. 8. quo etiam materia medica & formularum ſyſtema conjunguntur.

SHAW Diſpenſatory of the Royal College of Phyſicians. Lond. 1721. 8. ſæpiſſime editum; & omnibus aliis, niſi fallor, utilius, cum & Theoriam & Praxin Pharmaciæ, & materiam medicam novis inventis, ditiorem, & Diſpenſatorium, & denique formulas extemporaneas contineat, ſitque cauti & gnari hominis Opus.

RO-

buerint. Neque novi apud aliquem Auctorem tale quid abſolutum eſſe. Omnia enim ſummo expendit judicio, arcana candidiſſime tradit, inprimis in additamentis ad Pharmaciam ſuam; etiam hoc egregium eſt quod indicem habeat. Id

ROBERTI de *FARVAQUES Schatkammer des Geneeskonſt*, nuper auctius edita. Leidæ 1741. fol.

Compendii vice placuit mihi inter nuperos, *JOH. FRID. CARTHEUSERI Pharmacologia theoretico-practica*. Berolini 1745. 8. Verax nempe Auctor & fidus, neque nimius laudator.

Pro Diſpenſatorio *JOH. HENR. SCHULZE prælectiones in Diſpenſatorium Brandeburgicum*, Norimbergæ 1736. editæ, quæ judicium in compoſitiones continent. Artificia vero, quibus obtinetur, ut quam integerrimæ vires corporum, & quam aptiſſime in medicamenta tranſeant, tradidit *G. W. WEDEL* in *Pharmacia in artis formam redacta*. Jen. 1677. 4. & in *Pharmacia in Acroamatica*. ibid. 1686. 4.

JOHANNIS QUINCYI lectures in Pharmacy. Londini 1723. 4. Brevis & dilucidus; ſed poſthumo Libello Auctor fere eodem ſcopo quo D. *LUDOVICI* rationes compoſitionum & vitia tradidit, & demonſtravit, qua ratione quodvis medicamentum ad præſcriptos fines duci poſſit, atque farraginem confuſam ex magnis compoſitionibus officinalibus expulit.

Denique laborioſus compilator *J. JACOBUS MANGET* in Bibliothecam ſuam pharmaceuticam plurima congeſſit ad materiam medicam & artem pharmaceuticam pertinentia.

In ea vero Pharmaceutices parte magis medica, quæ docet modum ſimplicia medicamenta in efficaces, neque tamen ingratiſſimas formulas componendi, ſufficiunt *G. W. WEDELII de medicamentorum compoſitione extemporanea* L. II. Jenæ 1678. cum tabulis ſynopticis. Jenæ 1677. fol.

Clariſſ. viri *HIERONYMI DAVIDIS GAUBII de methodo concinnandi formulas*. Leid. 1739. 4.

Formulas vero paratas ſelectiores habet *Pharmacopœa Bateana* (Opus Archiatri Caroli II.) edidit a J. *SHIPTON*. Londini 1688. 8. Auctior edita Anglice Londini 1694. & 1706. 1713. 8. & alias, tum *J. FULLER Pharmacopea extemporanea*. Londini 1702. 8. Sed iſta valde ſæpe inconcinnas & miſtas alienis aut nimiis ingredientibus, ut vocant, formulas continet.

Pharmacopea Bateana hic dicta prodiit etiam recuſa Lond. 1691. 12. 1694. 8. aucta a *GUIL. SALMON* cum poſologicis tabulis, Francof. 1702. 12. Auctior vero Anglice etiam recuſa eſt, Londini 1720. 8.

Pharmacopea Perſica, Pariſ. 1687. 8 curioſa ob orientalium medicamentorum cognitionem.

Pharmarii collegii Regii Medicorum Edimburgenſis, Edimb. 1722. 8. 1735. 8. 1744. 8. Gotting. 1742. 8. Inter concinniores.

Diſpenſatorium Regium & Electorale Boruſſo-Brandenburgicum, Berolin. 1741. fol. Erford. 1734. fol. curante *A. E. BUCHNERO*, quam editionem paſſim carpit *C. NEUMANNUS*. In *IDEM* exſtant *prælectiones J. H. SCHULZE*, Hall. 1736. 8.

THEODORI BARON codex medicamentarius Pariſinus, Pariſ. 1732. 4. Regia auctoritate confirmatus, recuſus anno 1749. a J. *BAPT. THOMA MARTINENQ*. 4. auctius & emendatius. Continet catalogum ſimplicium medicamentorum etiam recentiorum: inde præparationis modus Galenicus, tunc chemicus. Multas adhuc compoſitiones, etiam prælongas conſervarunt.

Pharmacopea Würtembergica; Editio II. (prior eſt 1741. fol.) Stuttgard 1750. fol. inter commodiſſima & pleniſſima diſpenſatoria, novis parumque notis medicamentis locupletata cum meliori plantarum memoria. Bene de opere meruit *J. A. GESNER*.

Ad cognitionem concinnandarum formularum ſequentia adjicimus.

Plurimas *CELSUS* habet & *ÆTIUS*, omneſque pene veteres.

JULII DELPHINI de ratione medicamentorum præſcribendorum, Venet. 1557. 4. *

CONR. GESNERI Evonymus de remediis ſecretis, dictus in vita *EJUS* viri, recuſus cum P. de *VEGA*, Lugd. 1620. 8. Anglice verſus Lond. 1559. 4. *AMES*. & gallice 1555. Lugd.

De doſibus collectio *opuſculorum illuſtrium virorum*, Venet. 1579. 8. nempe *M. CURTII methodus doſandi*, *BENED. VICTORII*, *B. MONTAGNANÆ*, *GENTILIS FULGINATIS* de doſibus libelli, *RONDELETII* de ponderibus, *ALKINDI* & *T. GRADO* de gradibus virium & *P. GORRÆI* formulæ.

SE-

Id unum in LUDOVICI Opere mali eſt, quod ſtylo intricatiſſimo conſcriptum ſit; quum enim omnia ut helluo devoret, quæcumque ante eum ab aliis ſcripta fuerant, adeo intricate ſcribit, ut vix intelligatur, niſi ab iis, qui ſententiam præcedentium Auctorum cognoverint. Verum qui aliquid de Pharmacia & Chemia callet, facile videt eum palmam omnibus præripuiſſe, & eo certe Libro nemo carere poteſt.

Abſolvi jam enarrare id quod Chemia ad Medicinam faciat, diviſi enim in generale emolumentum, quod Chemia Medicinæ præſtat, & id quod ſingulare ſingulis Medicinæ partibus tribuit; utroque hoc iterum abſoluto, habemus Medicum præparatum fere, ut ſuo ſe accingat ſtudio. Habet enim animum nunc imbutum Mathematicis, Phyſicis, Hiſtoria naturali, ratio-

A a 2 cinio

SEBASTIANI CORVILLAT materia & forma medicamentorum tum quæ intro aſſumuntur, tum quæ foris exhibentur, Lugd. 1557. 16.

C. BAUHINI de remediorum formulis Græcis, Arabibus & Latinis uſitatis ad pleroſque morbos accommodatis, Francof. 1619. 8.

NICOLAI EPIPHANII Pharmacopœa empirica ſeu formulæ & arcana cum *RENODÆO* 1623. 4. Pariſ. Francof. 1726. 8.

MARCI BANZER fabrica receptarum, i. e. methodus præſcribendi formulas, Aug. Vind. 1622. 8.

PETRI MORELLI ſyſtema paraſcevaſticon ad praxim .. continens rationem præſcribendi formulas ſecundum normam practicandi Monſpelii uſitatam, Genev. 1628. 8. 1650. 8. Amſtelod. 1659. 12. Lipſ. 1645. 8. opera *J. JAC. a BRUNN.*

J. VARANDÆI formulæ remediorum 1658. fol. in operibus omnibus.

J. MICHAELIS opera in quibus *apparatus formularum ſeu annotationes in MORELLUM de præſcribendis formulis*, Norimb. 1688. 4.

HADRIANI a MYNSICHT Theſaurus & armamentarium medico chimicum, Lubec. 1662. 4. 1638. 4. Francof. 1675. 8. Venet. 1718. 8. 2. vol. Remediorum chymicorum ſatis etiam nunc celebres formulæ.

JOH. PREVOT medicina pauperum & de remediis facile parabilibus & EJ. *ſelectiora remedia* exſtant in opuſculis, Hanoviæ 1666. 12. excuſis.

HENRICI TENKE formules de médicine tirées de la Galenique & chymique, Lion 1682. 12. 1690. 12. & Latine *inſtrumenta curationis morborum*, Lugd. 1683. 12. 1687. 12.

EMANUEL KOENIG theſaurus remediorum ex triplici regno Baſil. 1694. 4. Pharmacopœam Bateanam operi inſeruit, & chemica *BOHNII* & alia.

J. J. MARCGRAF materia medica, Leid. 1716. 4. continet artem formularum concinnandarum.

Theſaurum Ludovicianum ſeu *DANIELIS NEBELII pharmacia LUDOVICI* edita eſt Norimb. 1720. 12. nempe bonorum remediorum ſelectus.

THOMAS FULLER pharmacopœa extemporanea, Lond. 1701. 12. 1710. 8. 1714. 12. 1719. 12. (cum Bateana) 1723. 8. Roterod. 1719. 8. Amſtelod. 1731. 8. Lauſann. 1737. 8. Mille ſunt formulæ validiorum medicamentorum, ſæpe tamen Germanico palato ægerrime offerendæ.

HIERONYMI ZANICHELLI promptuarium remediorum chymicorum, Venet. 1701. 8.

PET. JOSEPH. RODRIGUEZ apis Hyblæa, Madrit 1706. 4. Formularum collectio *

Pharmacopœa Radeliffiana from his original recepit P. I. Lond. 1716. 8. ſecunda 1719 8. tum a *STOTHERO* editæ *practical diſpenſatory* ejuſdem, Lond. 1730. 8 & Germanice verſa Lipſ. 1721. 8.

J. JUNKER conſpectus formularum medicarum 1723. 4.

HERMANNI BOERHAAVE materia medica, Leid. 1729. 8. & alias formulas continet ad aphoriſmorum ordinem.

J. F. CARTHEUSER tabulæ formularum præſcriptioni inſervientium, Fr. Viad. 1740. 8.

HIERONYMI DAVID GAUBII methodus concinnandi formulas, Leid. 1739. 8. Franc. 1750. 8. Gallice Pariſ. 1749. 12. commodiſſimum ad hanc artem compendium.

Ad

cinio & Chemia. Hæc etiam ſcire oportet, ut perfectus evadat Medicus, iis deſtitutus æternum ignorabit Medicinam, qualis hodie nota eſt; neque enim ſcopus noſter eſt ſcire unice, quomodo præſcribendum ſit medicamentum, & quomodo tractandus ſit æger, ſed quærimus quid hodie in Medicina notum ſit. Si tamen aliqui ea nolint admittere, quæ expoſita ſunt hactenus, minus rerum curioſiarum cupidi, ſaltem nunc ſequantur ea, quibus ne ipſi quidem carere poterunt.

Ad doſes etiam pertinet *G. COCKBURNE de purgantium & emeticorum doſibus determinandis pro ætate & temperamento. Phil. Trans.* n. 307. & *THEOD. BALTHAZAR de doſibus medicamentorum diatribe*. Lipſiæ 1719. 8. ubi ex Algebra compoſitio medicamentorum in venientes fines & formularum ſtructura determinantur.

CANDIDO
LECTORI
ALBERTUS HALLER,
S.

BOERHAAVIUS pauciſſimis vocibus Botanicen attigit. Cum vero ea Medicinæ pars utilitate alias æquet, omnes vero amœnitate ſuperet; fuſiorem Librorum eo ſpectantium catalogum addere eo minus dubitavi, quod in iis ſcriptis multum & cum voluptate verſatus, proprium de multis judicium potuerim interponere. Cum vero mea ſupellex non ſatis plena eſſet, ſupplevi præcipuos, ut quidem mihi videbatur, Auctores, ex JOH. FRANCISCO SEGUIER, aliiſque fide dignis Scriptoribus, repetitos: eos autem omnes Aſteriſco ſignavi, quotquot non penes me fuerunt. Non omnes aut Libros, aut editio-

tiones, aut diſputationes academicas, quæ plurimæ apud me ſunt, enumerare viſum eſt, ne infinitus fieret labor. Selectam enim, non plenam, Bibliothecam promiſi, & limites, in hac parte, potius produxi, quam juſto arctius contraxi.

Cæterum occaſionem nactus cum Medicinæ Cultoribus colloquendi nolui dimittere. Eſt aliquid, quod dudum male me habuit, & in dies gravius menti meæ incumbit. Neſcio qua arte inimicorum meorum, aut quo demum parum benigno mihi fato, fit dudum, ut iniquior, ingratior, & æmulus denique dicar BOERHAAVIO. Famam ſprevi diu, nunc autem video, & in Litteris minacibus, & in Diariis, & inprimis in rumoribus doctorum Belgarum hanc increbeſcere calumniam. Non molliorem vocem meretur hæc adeo injuſta exprobratio. Multi BOERHAAVIUM audierunt, coluerunt, nemo me amavit magis. Nemo me majores labores toleravit in emendandis ejus codicibus ſcriptiſque, quos ſubii, nulla mea cum fama, nullo inclareſcendi ductus ſtudio, qui potueram meas opiniones, meam phænomenorum & experimentorum collectionem alio ordine meoque propoſuiſſe: quem nulla certe cura mei jubebat breves horas, neque reditura tempora in ingratiſſimo emendandorum codicum labore conſumere: qui id conſilium potuiſſem a principio ſequi, quod ſero ſequor, ut ad propria elementa cogitationes meas ordinarem.

Sed quidnam demum poſſet in meis de BOERHAAVIO amoris & venerationis teſtimoniis deſiderari, aut ab iniquiſſimo homine ultra poſtulari, ego quidem non video. Omnes mihi notos colores effudi, quibus ſummam de eo viro exiſtimationem vivide depingerem. Nulla cito loca, omnia enim ſcripta mea iis teſtimoniis replentur.

Sed

Sed diſſenſi a VIRO OPTIMO, ſed ultra videre volui, aut citra ejus opiniones conſiſtere, aut aliter deſcribere partes, aut definire utilitates partium. Non patienter fero adeo immodeſtam petitionem. Mene vero præferre aliquem, qui me ipſum vero non præferam, qui de ſententia mea decedam cupide, quoties nova experimenta lucem adfuderunt novam, ad quam menda opinionum mearum perſpicerem? Poteſtne a bono viro quidquam exigi ſimile? An ii viri, quos ajunt conſpiraſſe in meam exiſtimationem, ſerio unquam ipſi ita ſe manciparunt BOERHAAVIO, ut meliora viderent, PRÆCEPTOREM ſequerentur?

Sed extat in Diario quodam, Lingua ſcripto Gallica, neſcio quæ comparatio BOERHAAVII cum meis *Commentariis* iniquior PRÆCEPTORI. Imo alias novi extare multo iniquiores. In ea enim, de qua queruntur, neque ego, neque amici, quos ingenii acerrimi, integerrimi judicii, me habere inter ſummas meas laudes duco, quidquam aut indecenter animoſum, aut petulanter iniquum in BOERHAAVIUM invenire potuerunt. Plura ipſe D. MATY (ſi eſt Auctor *Elogii Critici* BOERHAAVII), & in elogio quidem, in magno viro carpſerunt, & ea omnia, quæ in *Diario* minus probantur, ea omnia prior monuit, etſi ejus Opuſculum poſterius prodiit.

Sed ego quidem videor mihi eam rem perſpicere: BOERHAAVII nomen, Belgis venerabile, ſumunt ſibi inimici mei, qua, quaſi larva, mihi terribiles fiant, Civibus ſuis honeſti Præceptoris ſui videantur defenſores. Alia ſecta eſt, neque BOERHAAVII curat aut famam, aut ſententias. Nam & has frequenter deſerit, ubicunque ſibi videtur, & illam mihi ipſi, ſi iis laqueis me irretiri paſſus eſſem, amiciſque meis prodit. Nulla enim alia ratione vehementius ad demon-

ſtran-

ſtrandos errores PRÆCEPTORIS provocari poſſem, quam hac artificioſa exprobratione meæ, ad eum virum relatæ, tenuitatis.

Neque tamen eum quidem finem attingit ea ſecta. BOERHAAVIUM amavi, veneratus ſum, carus ipſi fui, in prima mea juventute. Multis nunc annis officiis publicis admotus, nihil decedere paſſus ſum de juſta pietate in Virum bonum, modeſtum, veri amantem, eruditionis variæ, eloquentiæ ſingularis, ardoris in Artem Medicam incredibilis, Botanici diligentis, Chemici indefeſſi, Medici theoretici in Europa principis, Practici inter illuſtriſſimos. Nunquam dedidici uti PRÆCEPTORIS nomine. Menda Viri texi, invitus ab eo diſſenſi, ſæpe adhæſi non ſatis firmæ opinioni, quoties vel aliquo modo auctoritatem tueri licuit. Nunquam etiam ab eo tempore, quo indigna varia, ob eam imaginariam æmulationem, ſum paſſus, aliter ſenſi, aut ſentiam unquam.

Potero diſſentire, potero aliter aliqua videre, docere, nunquam vero eo me abripiet ullus mentis error, ut ex diminutione famæ PRÆCEPTORIS voluptatem famamque capiam.

Atque ita valere Te jubeo, Lector candide, & ad ſextam partem hujus Operis tranſeo. Dabam in Georgia Auguſta die 28. Junii 1748.

ME-

METHODI STUDII MEDICI

PARS VI.

Botanica.

ORDO jubet, ea primum diſci debere a Medico, quæ remotiora a Medicina ſunt, & inter hæc ea, quæ ſimpliciſſima. Huc vero pertinet ſtudium Botanicum & materia Medica; hæc ergo jam pertractanda veniunt.

Multi quidem Botanicam addiſcunt, qui Medici neque ſunt neque fuerunt, exemplo eſt MORISONUS, FABIUS COLUMNA, &c. poteſt enim addiſci hæc ſcientia, ſicut hiſtoria naturalis; ergo Botanica eſt remota a Medicina. Sed ſimpliciſſima eſt, itaque ab illa incipiet Medicus, non enim petit hoc ſtudium magnum ingenium, ſed tantum memoriam, & bonam methodum (*a*).

Poſtquam Medicus futurus omnium rerum præcedentium cognitione imbutus eſt, nempe ſcientia Mathematica, Phyſica, & Chemica, ordo jubet ut addiſcat ea, quæ pertinent ad ſimplicium medicamentorum cognitionem, & ſciat unde materies petatur, ex qua conficiuntur omnia ea, quæ vocantur medicamenta. Medicamentum vero, ut omnes norunt, eſt id, quod applicatum corpori valet & in ſano futurum morbum arcere, & in ægro morbum tollere, qui jam adeſt.

Ex hac definitione ſtatim videmus, hæc medicamenta vel eſſe corpora, quæ applicantur vel ingeruntur corpori: vel, ut ita dicam, ſpiritualia, quæ per ratiocinia judicium ſic mulcent. Verum prima claſſis proprie eſt medicamentorum.

Verum ſanare quid eſt? ita tollere morbum, ut reſtituatur æger, & is omnis in corpore ſtatus deſtruatur, qui per morbum prius adfuit; ſanare ergo non eſt ſimpliciter morbum tollere, ſed ita tollere, ut id, quod per morbum corrumpebatur, reſtituatur in integrum; debet ergo, ut ſanatio fiat, morbus tolli, & ſanitas labefactata reſtitui in integrum, per illud corporeum, quod corpori ſive interius ſive exterius applicatur. Cum ergo medicamentum ſit corporeum aliquid, materies Medica (quam DIOSCORIDES prius vocavit ὕλην ἰατρικὴν, hoc eſt, *ſylvam materiæ Medicæ*, ὕλην ἰατρικῆς, hoc eſt, *ſylvam Medicinæ*, a qua Græca voce manſit hodierna vox materiei Medicæ,) eſt collectio omnium illorum corporum, ex qui-

(*a*) Summam difficultatem hujus Studii demonſtrat exiguus numerus eorum, qui in eo excelluerunt. Qui deinde ex notis ſingularibus ſpecierum notas generum, ex generibus notas claſſium & adfinitates conſtituere tentat, is ſatis experietur, & vaſtam memoriam & vividam, quæ tot ſingularia conjuncta repræſentet, immaginationem & non obtuſum denique judicium requiri.

bus petitur medicamentum: hinc, ut addiſcamus materiam medicam, debemus adire Pharmacopœum inſtructum his omnibus.

Verum hæc phraſis non tantum ſylvam ſive acervum ſimplicium ſignificat, ſed etiam collectionem compoſitorum & præparatorum, quæ ex hac materia Medica componuntur & parantur; & quando Medici dant materiam medicam pertractandam, tunc non tantum hunc acervum deſcribi volunt, ſed hiſtoriam etiam tradi medicam omnium horum ſimplicium, tam quod ad eorum notas, quam vires & facultates. Si nunc inter ea omnia medicamenta aliquid reperiatur non præparatum, ſed ita recipiatur in Medicinam, uti a natura datur, vocatur illud *ſimplex:* Referuntur huc etiam, quæ in varias partes reſolvuntur. Ita Antimonium crudum ſimplex vocatur, ſed tamen conſtat ſulphurea & metallica parte: itaque Antimonium ſimplex dicitur, non quod ex partibus proprie ſimplicibus conſtet, ſed quod a natura abſque humanæ artis officio nobis ſuppeditetur; & illud eſt, quod Galli vocant *Drogues*, nempe omne, quod pertinet ad acervum, unde colliguntur medicamenta, & ſimplicia, & præparata.

Diſtinguitur nunc materies Medica 1. in deſcriptionem ſimplicium, id eſt enarrationem omnium, quæ non præparata a natura ſuppeditantur, eorumque notas ac characteres. 2. In præparationem & reſolutionem ſimplicium, hoc eſt, docet hæc pars adhibere medicamenta & ſimplicia & compoſita per artem. Jubet ordo, ut dicamus primo de deſcriptione ſimplicium medicamentorum, qua occaſione monemur addere ſtudium Botanicum, non quod abſolute a Medico ſcitu neceſſarium requiratur, ſed quod ipſi multum profit, ut videbimus (*a*).

De materia hacce ſimplicium ſcripſerunt plurimi Auctores, qui tironibus & jam provectioribus legendi ſunt. Eos vero ita diſtinguo. Scripſerunt omnino diverſo modo,

(*a*) Alia ſunt officia Botanici inventoris, ſive hominis qui plantarum cognitionem perfectam ambit: alia Medici practici, qui prioris inventa recipit, inque ſuos uſus convertit. Ille prior tenetur, quantum fieri poteſt, omnes in orbe terrarum plantas ita noſſe, ut characterem cujuſque undique teneat, & ut nomen ſpecificum, genericum, claſſicum imponere poſſit cuique, & adſignare ſcriptorum ſynonyma, deſcriptiones, & denique utilitates phyſicas, œconomicas, medicas adjicere. Quare cum plantarum multa millia nota ſint, eæque in diverſiſſimis regionibus naſcantur, nec facile cuique ſub oculos cadant pleræque, & multæ ſibi ſimiles ſint, & ſcriptorum ſæpe confuſæ deſcriptiones, notæ imperfectæ, nomina mala, apparet enormis labor qui incumbit Botanico.

Medicus autem a Botanico recipit definitas jam deſcriptaſque plantas, quarum vires cognitas, vel propriis erutas experimentis ad curandos morbos admoveat. Cum ergo inter millenas ſtirpes vix centum ſint quarum medica vis nota ſit, ſublevatur enormi onere ſtirpium exoticarum plerarumque, muſcorum, fungorum, graminum. In eo vero laborat, quod niſi methodum teneat, paucæ illæ plantæ, non fere ſupra mille, enormen difficultatem pariant cognituro. Si ſolas enim cognoſcendas receperit abſque methodo, ſigna, ex quibus plantæ dignoſcuntur, compoſita, vaga, imperfecta ſunt. Quare etiam ad eas paucas plantas cognoſcendas methodum quivis Medicus addiſcere tenetur. In ea cuivis ſtirpi adſignatus a natura character, quo inſpecto & ab omni alia planta citiſſime ſeparatur, & ad verum nomen pervenitur. Prima enim inſpectio v. gr. petali rejicit plantas apetalas, & monet ut in petalodeis quæratur: deinde petalorum numerus, fabricæ ſtaminum, numerus & proportio, ducunt ad claſſem & genus, ut inter paucas plantas optio ſuperſit, quæ inter decies mille foret, ſi methodus abeſſet.

modo, nonnulli difficili opere rediguntur in concinnum compendium; unde aliquis compendiaria via materiam Medicam diſcere poſſit; verum alii ita ſcripſerunt, ut nihil omittant de natura ejus rei, quam pertractant; hinc, quando hæc ars addiſcitur, debemus accurate diſtinguere, quinam ab incipiente, quinam a magis provecto legendi ſunt Auctores.

MARCGRAVIUS (*a*) edidit tractatum in 4. Lugduni Batavorum, cui titulum dedit *Materiam Medicam contractam*, qui Libellus eſt ſic digeſtus, ut omnia fere ſimplicia, quæ in pharmacopœis Europæ præſcribi ſolent, certe nomine tenus ibi contineantur; deinde, quod ad characteres notaſque melioris ſuæ & pejoris conditionis deſcribantur; & breviſſima denique eorum hiſtoria, & vires tradantur. Super hoc Opus ſolebat Auctor prælegere, quamdiu Lugduni Batavorum docuit.

Ad hanc rem etiam maxime pertinet SCHROEDERUS in Pharmacia ſua, eodem nempe Tractatu nuper commendato, ad cujus certe ordinem tiro utiliſſimum manuſcriptum ad ſuum uſum compilare poteſt; nam ille ex omnibus optimis Auctoribus locum natalem ſimplicium collegit, tunc adjunxit notas optimas, inde exhibet modum colligendi, adſervandi ea, tandemque vires, quatenus ex ſimplicibus illis dependet, egregie deſcripſit.

Si MARCGRAVIUS legatur cum SCHROEDERO in parte ad ſimplicia pertinente, & colligere animus ſit, quidquid commune habent, & ſic quotidie horam unam aut duas huic labori impendat tiro, habebitur elegans ſchema materiæ medicæ, quoad ſimplicia.

Scripſit etiam SAMUEL DALE (*b*) *Pharmacologiam ſeu Manuductionem ad materiam Medicam ſeu Pharmaciam*. Eſt Liber in 12. editus *Londini anno* 1693. In eo brevi ſtilo nec divertente a ſcopo proponuntur ſimplicia, ad claſſes reducuntur breviſſime, recenſentur vires, & de notis & characteribus optime & ſummo cum ingenio ſcribitur.

Plurimi alii (*c*) ſcripſerunt, de materie Medica, verum hi tres ſufficere

(*a*) *CHRISTIANI MARCGRAVII Materia Medica contracta*, variis annis & Leidæ an. 1716. 4. edita, omnia complectitur, quæ ad Pharmaceuticen pertinent, catalogum ſimplicium cum aliquibus notulis: virium generalia ſecundum veterum methodum, formularum rationem & tabulas doſium quæ quamlibet ingrediuntur, diſpenſatorium denique ſive formulas officinalium compoſitionum. Sed nimis breviter deſcribit ſimplicia, & multa nunc addita ſunt a Botanicis & Chemicis, quæ apud ipſum deſideres.

(*b*) *Supplementum* prodiit Londini an. 1705. & totum Opus Londini an. 1710. 12. & Bremæ recuſum eſt an. 1713. 2. vol. 8. Auctius vero recuſum eſt Londini 1737. 4. & vero an. 1739. 4. in qua editione ſupplementum ſuis locis inſertum, nova varia addita, ſynonyma multum aucta ſunt ab ipſo, jam provectæ ætatis Auctore. Continet enumerationem ſimplicium, quæ in Medicinam recipiuntur, valde copioſam, ex Rajanis operibus & Pluknetianis, aliiſque nuperioribus ditatam, ordine botanico Rajano diſpoſitam.

Supplementum ad *DALE pharmacologiam* prodiit etiam Bremæ 1705. 8. Totius autem operis exſtat etiam editio, quæ prodiit Londini anno 1718. 12.

(*c*) *In Pharmacobaſano FLOYERI*. Lond. 1691. 8. D. H. habentur etiam minime male plantarum vires ex ſapore & odore determinatæ, cum propriis variis de earum utilitate obſervationibus.

G. E.

poſſunt pro tironibus. Si vero pro dignitate & cum eruditionis laude velimus hanc materiam pertractatam, adire tunc alios debemus.

Ex

G. E. STAHLII Materia Medica. Dreſdæ 1728. 8. Germanice edita ex Codice M. S. Auctoris minime inutilis eſt, quæ fideles cautelas, & vanarum laudium refutationes, & modum extrahendi vires ſtirpium ſapienter tradit. Chryſtallum montanam valde laudat, viribus tamen humanæ digeſtionis duriorem.

J. H. SCHULZE Materia Medica poſthuma. Halæ an. 1746. 8. edita, inprimis plantas officinales tradit non abſque utilibus obſervationibus. Rudes errores, v. gr. nomen Cayennæ pro arbore datum, quod inſulæ eſt, Auctori non tribuo.

Verum copioſiores nunc extant materiæ Medicæ Auctores, *MICHAEL BERNARDUS VALENTINI*, *PAULUS HERMANNUS*, *CASPAR NEUMANNUS*, *PETRUS POMET*, & *STEPHANUS GEOFFROI*. Eorum primus dictaverat Diſcipulis, *Cynoſuram materiæ Medicæ*, Argentinæ an. 1710. 4. editam, in qua ſimplicia Medicamenta, ſecundum vires in claſſes diſpoſita, deinde eorum compoſita, formulæque variæ habentur. Pretium addit cognitio rerum, quam per propria itinera Auctor adſecutus eſt. Hoc Opus in immenſum auctum *JOHANNIS BOECLERI* induſtria an. 1726. & *ſeq.* tribus voluminibus in 4. Argentorati prodiit, ubi vix ulla plantula omittitur, quæ unquam fuerit formulis inſcripta, & hiſtoria ſimplicium undique habetur congeſta.

MICH. BERNARDI VALENTINI Muſeum Muſeorum. Hujus prima pars Francofurti 1704. altera ibidem 1714. in folio prodiit. Vaſtum Opus, neque ſola Medica continet, recipit autem totum Opus *POMETI*, tum varia ex *IÆGERO*, *CLEYERO*, *RUMPFIO* de plantis Indicis, & infinita alia undique congeſta, de conchis, lapidibus figuratis, animalibus variis, technicis etiam omnium generum.

CASPAR NEUMANNUS in *prælectionibus chemicis* totam materiam Medicam complexus eſt, ſatis cautus & verax, noxorum inventorum minime ignarus, analyſi ſimplicium adjecta propria. Berolini prodiit 1740. 4.

Denique *STEPHANI FR. GEOFFROI* Opus brevius eſt & multo certiores habens ſimplicium exoticorum hiſtorias, ex nuperrimis itinerum & rei naturalis Scriptoribus, analyſes etiam, ut alibi dixi, & vires medicatas ex obſervationibus congeſtas.

PETRUS POMET Aromatarius Pariſinus, vir a muſis alienus, ſatis vero ſuarum rerum peritus, origines ſimplicium, loca natalia, ſigna genuinæ aut ſubleſtæ mercis habet. Sed plantarum Icones ſæpe valde rudes ſunt, multaque fabuloſa credulus recepit. Ejus Opus cum titulo *hiſtoire générale des Drogues* prodiit Pariſiis an. 1694. fol. & nuper a filio utilitatibus nonnullis & doſibus auctum 1735 aliquid habet a *BOURDELOTIO* & aliis.

NICOLAI LEMERI Dictionaire des Drogues ſimples. Pariſiis an. 1698. 1714. 4. variis linguis redditum.

Vaſtum etiam Opus materiæ Medicæ ſub nomine *Introductionis in hiſtoriam rerum naturalium & arte factarum* aggreſſus eſt ſcribere J. C. *RIEGERIUS*, quo fuſiſſime omnem undique materiam Medicam erat complexurus: ſed in litera C. Opus ſubſtitit. Hagæ prodiit an. 1742.

Eam vero partem ſolam, quæ ex plantis repetitur, *CHOMELIUS* tractavit cum titulo *hiſtoire des Plantes uſuelles*, quæ Pariſiis an. 1715. in 2. vol. 12. Deinde Pariſiis 1730. 3. vol. Amſtelod. 1736. in 3. vol. 12. cum ſupplemento prodiit brevis ea & unice in viriumenumeratione occupata.

CHOMELII hiſtoire des plantes uſuelles prodiit etiam Pariſ. 1738. 3. vol. 12.

Huc etiam poſthumus Liber *TOURNEFORTII*, qui ſub nomine *matière Médicale* cura D. *BESNIER* a morte auctoris prodiit Pariſiis 1717. 12. 2. vol. quo deſcriptiones ſtirpium continentur & vires habentur & formulæ, quas planta quæque ingreditur.

Poſt *TOURNEFORTIUM* adde: *ERNESTI ANT. NICOLAI ſyſtema materiæ medicæ*, Hall. 1741. 4. quod in practicis repetetur.

BARTHOLOMEUS ZORN, *SIMON PAULI* in *quadrupartito Botanico* & plerique Botanici Scriptores, vires etiam plantarum deſcriptionibus addunt.

Ex optimis huc pertinentium Scriptorum eſt GABRIEL FALLOPIUS (*a*) in Operibus ſuis in folio tribus voluminibus, aut uno majore tomo editis. Scripſit Tractatum *de ſimplicibus & materiæ Medica in Dioſcoridem*, eruditiſſimum & profundæ contemplationis. Scripſit etiam *Tractatum de Aquis thermalibus*, etiam nervoſiſſimum, in quo ex aquis medicatis & aquis thermalibus colligun-tur medicamenta; hic Tractatus ſeorſim etiam editus eſt, in Operibus tamen omnibus perinde invenitur. Tertius Tractatus *de Foſſilibus* ejuſdem Auctoris habetur, in quo etiam de illis omnibus optime & eleganter dicit; hinc, qui emunt Libros, eruditiorem diſſertatorem ſuper hiſce rebus non invenient, quam hunc Auctorem nunc maxime commendatum.

Qui pleniſſimam hanc hiſtoriam deſiderat, legat DIOSCORIDEM *cum notis* MATTHIOLI (*b*) *ex editione* CASPARI BAUHINI, habebit, quidquid optare

(*a*) Anatomica equidem quam chemica aut botanica laude magis floruit Vir præſtantiſſimus, etſi minime rudis fuerit herbarum, quem adjutorem ſuum laudat *MATTHIOLUS præf.* ed. 1554. Liber ejus *de Medicamentis ſimplicibus* non niſi in primum Librum Dioſcoridis commentatur, quem Ferrariæ interpretatus eſt *FALLOPIUS* (*Amatus Luſitan. in Dioscorid.* p. 322.) neque ab ipſo Auctore editus eſt, ſed a Diſcipulo aliquo poſthumus prodiit. Liber de *Aquis thermalibus* ab *ANDREA MARCOLINO* editus, ejuſdem eſt conditionis, natus ante tempora verioris Chemiæ & Aquarum medicatarum Italiæ hiſtoriam ſecundum ſæculi ingenium continet: ſtillicidium etiam deſcribit. Liber de *Metallis & Foſſilibus*, qui Venetiis an. 1564. 4. primum prodiit, editore eodem, veterum deſcriptiones cum ipſis naturalibus comparatas tradit. Liber de *Purgantibus ſimplicibus* multum equidem habet ratiocinationis, ſed effectus tamen veros, in artis exercitio a *FALLOPIO* compertos, hinc fideles tradit.

(*b*) *DIOSCORIDIS* de *materie Medica L. V. ejus alexipharmaca* & *theriaca* infinitis locis prodierunt prioribus ſæculis, nunc enim fere negliguntur veteres. Prima eſt editio Aldina an. 1499. Deinde Latinam verſionem edidit *JOHANNES RUELLIUS* Pariſiis anno 1516. fol. qua plerique uſi ſunt. *MARANTA* tamen in præf. ſe deceptum eſſe queritur. Alia cum *HERMOLAI BARBARI* erudito corollario, eodem anno Venetiis edita eſt in folio; ſed & ipſe naturam non eſt indagatus. Anteriorem autem eam editionem eſſe lego in *GIORN.* de' *LETTER.* T. XXVIII. & abſque anni indicatione. Corollarium ejuſdem viri cum *MARCELLI VERGILII* editione Argentoratenſi editum eſt. Aliam vero editionem *MARCELLUS VERGILIUS* Florentiæ edidit 1523. fol. & Coloniæ 1529. fol. antiquo uſus codice M. S. ſed grammaticus qui non ſtirpium adeo cognitionem quam genuinam lectionem adjuverit, aliam iterum *JANUS CORNARIUS* notis etiam adjectis Baſil. an. 1557. in folio edidit. Aliam *ANDREAS LACUNA*, parum verſatus in Botanicis, *J. BAUHINI* judicio I. p. 529. Alii certatim eo ſæculo in Dioſcoridem commentati ſunt, ut *GUALTERUS RYFF*. Francof. 1543. fol. Tum *AMATUS LUSITANUS* primo *JOH. RODERICI* de *CASTELLO ALBO* nomine, deinde ſuo, qui *enarrationes in Dioſcoridem* edidit 1557. Venetiis in 4. etiam Argentorati 1554. 4. & Lugduni 1558. cum Fuchſii iconibus excuſas. Is Judaicus homo Pharmacopolis fere uſus eſt, aliqua tamen ex nuperis inventis ejus ævi bona habet. *RONDELETII* prælectiones in Dioſcoridem *TOURNEFORTIO* dictæ (Iſagog. p. 31.) nunquam prodierunt. In Dioſcoridem etiam breves, ſed utiles *caſtigationes* dedit *JACOBUS GOYPYLUS* in editione Græco-latina, Pariſ. 1549. 8. in qua *RUELLII* habetur verſio quam editionem omnibus præferunt *CAMPII*.

Prima editio *DIOSCORIDIS*, quam diximus anno 1499. prodiiſſe, Græca eſt cum *NICANDRO* fol. Latina autem verſio, quam *J. RUELLIUS* dedit, prodiit etiam Francof. 1543. fol. & Lugduni 1590. 8. Editio autem, quam *M. VERGILIUS* dedit, primum excuſa eſt 1518. fol. Florentiæ, deinde ſecuta ea eſt, quam diximus, *LACUNÆ* vero *DIOSCORIDIS* editio

tare poterit circa hoc negotium, etiamſi eam rem deberet pertractare pro munere Profeſſoris, in eo tamen Libro haberet quodcunque indigeret, & nihil cer-

te

editio prodiit Salmanticæ 1566. fol. & Valentiæ 1636. fol. *ANT. G. RYFF*, quem commentatum eſſe in *DIOSCORIDEM* diximus, *RUELLII* verſione uſus eſt. De *A. LUSITANO*, quem ob bona, quæ ex inventis ejus ævi habet, laudavimus, id nunc addimus, ridicule tamen fuiſſe credulum, qui ſtruthion ex paſſerum ſemine vere naſci credat p. 268. In *DIOSCORIDEM* etiam exſtant *H. SMETII commentarii* qui miſcellaneorum Libros IX. efficiunt.

Florentiæ codicem *DIOSCORIDIS* vidit *CAIUS de l. progr.* p. 195.

DIOSCORIDES ipſe penus prima eſt virium, quales noſtro ævo plantis adſcribimus, & quæ fere eædem nunc ſolent in ſtirpibus poni, quas iiſdem cum nominibus *DIOSCORIDES* conjunxerat, nominibus inquam, cum in plurimis ſit incertiſſimum, an eaſdem, an diverſiſſimas plantas iis deſignaverit nominibus hic Auctor, quæ nos ad plantas nobis notas adſcribimus. Vir cæterum militaris, qui fama potius quam propriis experimentis uſus eſt, nec modum, quo medicamenta adhibenda eſſent, expoſuit, neque morborum, quibus prodeſſent, diſtinxit ſtatus, & cauſas. Deſcriptiones pleræque leves & ſuperficiales & per comparationes dedit, quæ ab ignoto ad ignotum remittunt. Vixit ante Plinium potius, cum pauciores plantas habeat. Opera omnia *DIOSCORIDIS* abſque iconibus optime Græce & Latine habentur ex *JOHANNIS SARACENI* editione an. 1598. Francofurti in fol. edita, niſi quod ad naturam notaſque nobis plantas nos non ducat. Liber de *alexipharmacis & theriacis*, qui vulgo pro VI. numeratur, ſuſpectus fuerat, ſed a conjectura ſua ipſe receſſit *LAMBECIUS Comment. de bibl. Vindob.* L. VI. P. 2. p. 146. ob præfationem ad *AREUM* & ſtyli ſimilitudinem. Deinde *parabilium* L. II. a *JOHANNE MOIBANO* verſi, & a *C. GESNERO* editi Argentinæ an. 1565. 8. ſecundum morbos medicamenta ſimplicia collocata habent. Eos, aliis ſuſpectos, pro legitimis habet *CASAUBONUS*. Manuſcriptus cæterum *DIOSCORIDIS* codex in Cæſarea bibliotheca latet antiquiſſimus, Juſtiniani ævo ſcriptus & anno forte 505., a cujus tamen iconibus non multum ſpei eſt, ſi ex iis æſtimandæ ſunt, quas *DODONÆUS* paſſim ſculptas dedit, & ex Mandagora, quam ſolam icone expreſſit *LAMBECIUS*. Ejus codicis fuſiſſimam deſcriptionem dedit *PETRUS LAMBECIUS* L. II. C. VII. p. 489. a. ex qua apparet, non ipſum Opus eſſe, ſed compendium alphabetico ordine digeſtum, excerptum vero ex Dioſcoride, unice plantas tradens. Alium vero ſimilem codicem, ſed hujuſmodi, qualis vulgo extat, continet ea Bibliotheca. Eum reliquerat nimio pretio abſterritus apud Judæum *AUG. A. BUSBEQ* in fin. Epiſt. alium Neapoli apud *S. JOHANNEM CARBONARIUM COLUMNA* vidit, cum egregiis, ſiquidem eas laudat, figuris. Fratres porro *CAMPII* recenſent quinque codices *M. S. DIOSCORIDIS*, & præferunt *ALDINUM*, Paludani ajunt peſſimum eſſe, *CORNARIANUM* poſt *ALDINUM* (Spicileg.) p. 56. ſeqq.

Quod nunc commentatores attinet doctiſſimus equidem *CORDUS* eſt, ſed brevis, *GUALTHERUS RYFF* nihil de ſuo adtulit, jam *CONRADO GESNERO* obſervante (in præf. ad. *CORDUM & TRAG.*) figuras ex *EGENOLPHIANIS*. *JANUS CORNARIUS* naturæ parum curioſus ex Libris explicavit Libros. *SARACENUS* doctus vir inprimis ex aliis veterum locis comparatis Dioſcoridem illuſtravit magis quam ex plantis. *RUELLIUS* & *VERGYLIUS*, ut alias dictum, antiquorum ſcriptorum longe quam plantarum gnariores fuerunt. *AMATUS* neutra laude clarus. *P. A. MATTHIOLUS* Libros Arabum & recentiorum in numeratis habuit: *THEOPHRASTUM*, *NICANDRUM*, alioſque Græcos, apud quos ſparſa de plantis monumenta extant, vix adtigit. Plantarum cognitione neque valde excelluit, neque tamen fuit penitus ignarus, certe eo ſæculo. Id vitium commiſit maximum, quod & imponi ſibi ſit paſſus, & aliis impoſuerit. Primum vitium fecit, ut multas ab aliiis communicatas ſecum fictitias plantarum icones Operi inſeruerit: alterum, ut ad deſcriptiones veterum finxerit & diſtorſerit paſſim figuras, & mera figmenta pro veris plantis obtulerit. Sed non ideo abſque uſu eſt grande hoc Opus, & multa experimenta continet, & ad cognitionem plantarum inſigniſſime majorem ea, quæ in *MANARDO*, *RUELLIO* aliiſque vetuſtioribus fuit, & *DIOSCORIDIS* pleraſque ſtirpes declaravit additis iconibus, & ipſe alpinas aliquas

ſuis

te ultra ſperare poteſt, ſi habeat illum Librum ex recenſione CASPARI BAUHINI (*a*), qui vir fuit eruditiſſimus, tam quoad ſententias veterum, quam neotericorum, ſua addidit, & caſtigavit omnia ſummo cum rigore, ita ut inde confecerit Librum in folio, & plus quam 110 figuras addiderit, adeo ut pro perfectiſſimo Opere de deſcriptione materiei Medicæ jam habeatur, illoque ideo ad hanc rem carere nemo poterit.

Huic eruditiſſimo Operi addere poſſumus CLAUDII SALMASII *Exercitationes Plinianas in SOLINUM & CAIUM PLINIUM* (*b*). Hoc Opus Lugduni Batavorum & Pariſiis, an. 1641. editum eſt, & eſt eruditiſſimum, continet quidquid apud veteres hiſtoricos, poetas, &c. de materia Medica invenitur; verum etiam hoc fatendum eſt, errores ineſſe plurimos, doctiſſimus enim vir fuit, ſed minime Botanicus, ſcripſitque de plantis, quas nunquam viderat.

AGRICOLA in folio etiam eſt optimus Auctor *de hiſtoria Metallifodinarum* quod ad Simplicia.

Hi Auctores ſunt, unde fatendum eſt, nos omnia hauſiſſe, quæ de hac re hodie traduntur.

Sufficiunt ad hoc ſtudium hi inprimis Auctores, ſi legantur ordine recenſito, & deinde ex iis Medicus compendio excerpſerit accuratiſſime, quidquid proprie ad ſcopum Medicum pertinet. Quando Medicus vult multa habere perſpecta de Abſinthio, videat MARCGRAVIUM, is dicet ejus proprietates & qualitates: verum ſi velit ſcire, an ſit eadem planta, de qua PLINIUS ſcribit, ſub eo nomine, eruditiores Auctores tunc adeat, & legat MATTHIOLUM in DIOSCORIDEM ex recenſione BAUHINI, qui vir eam plantam correxit in DIOSCORIDE MATTHIOLI, & vobis dicet, quid agendum ſit, ut habeatur, & cognoſcatur verum Abſinthium Ponticum veterum. Hinc neceſſario debent tirones in uſum ſuum in compendium redigere materiam Medicam ex iis Auctoribus, nempe breviſſimo verbo excerpere, quale ſit ſimplex veterum, & videre, an conveniat cum deſcriptione recentiorum; ita denique certi erunt de pharmacia veterum, utendum etiam eſt DALEO, in quo veteres cum recentioribus breviſſime comparantur.

Si vero præter generalem hancce materiæ Medicæ contemplationem, deſiderat præterea tiro Medicus cognoſcere rem Botanicam ſingulatim, ſuper hac re da-

ſuis locis legit. Modeſtior etiam in veterum plantis definiendis fuit, etſi cæterum plurimum ſibi ipſi tribuat. Obiit an. 1557. annos natus 77. *RAI. Topogr. obſ.* 389. 390. poſtquam magnam partem vitæ partim in Bohemia, partim in Comitatu Gorizienſi vixerat.

(*a*) *CASPAR BAUHINUS* Matthioli Opera junctim edidit Baſileæ 1598. fol. addidit ſtirpibus icones Tabernæmontani & de ſuis, quas *BOERHAAVIUS* citat, nomina aliorum ſcriptorum ſubjunxit & ſpecies ejuſdem generis alias. In errores etiam *MATTHIOLI* & figmenta animadvertit, utilis utique Auctor, ſed quantum remotus a plena hiſtoria materiæ medicæ! cui plus altera medietate novarum ſtirpium & minerarum a Dioſcoridis ævo acceſſerit. Huic editioni etiam epiſtolæ *MATTHIOLI* ſubjectæ ſunt, quæ ſeorſim prodierant Pragæ 1561. fol.

(*b*) Alibi diximus, conſentiente ibi *BOERHAAVIO*, *SALMASII* Opus ad conciliandas opiniones veterum *concordantiæ* loco eſſe poſſe, ad naturam autem minime ducere, neque ſtirpes veterum cum iis quas nos experiendo cognoſcere didicimus, ullo modo revocare.

re dabo conſilia. Primum eſt (a), ut eligat Magiſtrum, viva voce, & digito indicè monſtrantem quamlibet herbam, nunquam vero incipiat ab Auctoribus legendis.

Si intelligamus per Botanicam cognitionem ſenſibus acquiſitam omnium plantarum, quæ inventæ, detectæ, & cognitæ ſunt, tunc hæc ars ad Medicum non pertinet, nam poteſt aliquis perfectus eſſe Medicus, licet neſciat, quot ſint v. gr. plantæ Africanæ, Americanæ, &c. ſufficiet Medico ſcire, quid cognitum ſit hoc tempore ad uſum Medicum; hinc ſufficient forſan 100. vel 200. plantæ, quas ſi noverit Medicus diſtinguere a reliquis, habebit, quod ſufficiat. Verum, qui dedignatur eam cognitionem ſtirpium, quæ ſatis ſit Pharmacopœo, & vult omnes cognoſcere plantas notas, is demum Botanicam ſcire vult: id autem tunc ſtudium non tam proprie ad Medicum, quam ad hiſtoriam naturalem pertinebit. Quid enim juvat Medicum, ſi deſcribuntur tot ſpecies Tuliparum, Hyacinthorum? nihil quidem. Non tamen ideo, ſi cognoſcatur planta aliqua per generalem doctrinam Botanices, mereretur repudiari. Si vero Medici, qui animum ſuum huic ſtudio unice dederunt, ægre ſui inſtituti inveniunt legitimam, niſi eam, quam nunc dicam, adferant rationem. Plurimæ plantæ deſcriptæ ſunt apud veteres, & apud HIPPOCRATEM nonnullas invenimus. Quando nunc Medici harum dictarum plantarum volunt effectum cognoſcere, oportet utique, ut eas notas habeant. Veteres enim eas cognoverunt, alioquin non potuiſſent in uſum revocare. Verum non ſufficit cognoſcere nomen; ſi velles HIPPOCRATIS aliquam herbam mihi cognoſcendam exhibere, non ſufficeret, ſi mihi obtruderes plantam eodem nomine donatam a recentioribus; verum requirerem, ut tutus adfirmares hanc eſſe veram plantam HIPPOCRATIS, & tuas rationes adderes. Et ſi diceres, en Abſinthium HIPPOCRATIS! deberes prius cognoſcere omnes ſpecies Abſinthii, & ita diſtincte cognoſcere, ut ſcires, quænam ſpecies eſſet Abſinthium HIPPOCRATIS; en hæc eſt tota ratio, cur omnino plurimi Medici Botanicæ totos ſe dederint, nempe ut ingenio ſuo diſtinguerent omnes herbas, & recte cognoſcerent, quænam plantæ eſſent veterum. Horum primus fuit FABIUS COLUMNA (b). Ex

(a) De ea methodo alibi ſcripſi, qua pervenitur ad cognitionem ſolidam ſtirpium. Princeps opera ponenda eſt in colligendis ſtirpibus, quarum ſi plurimas & ex diverſiſſimis regionibus potuerimus comparare, plurimum adjuvabitur ſtudium. Triginta veronicæ ſpecies ſi coram habuerim, facilius certe determinabo ſingulas, quam ſi decem tantum in collectione fuerint, quas oporteat cum triginta deſcriptionibus conferre. Earum omnium recentium characteres ſollicite deſcribere oportet. Deinde methodus tenenda eſt aut naturalis, aut certe aliqua, & ex ea methodo plantas ad genera reducere neceſſe eſt. Species vero denique determinabimus, quando plantas ſiccas, auctas deſcriptione floris in recente planta facta, ſecundum methodum naturalem, cnm deſcriptionibus & figuris optimorum Auctorum comparaverimus, donec per ſuas quæque notas ſingulæ noſtræ plantæ cum ſingulis Auctorum plantis unitæ fuerint & confluxerint. Si Præceptore, quæ rariſſima fortuna eſt, in tanto Botanices neglectu, frui licuerit, magnum erit laborum compendium, inprimis in magnis familiis, quarum difficillima ſolet eſſe tironi evolutio. Verum quum *PRÆCEPTOR* hic præeat in exponenda bibliotheca Botanica, liceat in labore gratiſſimo ſequi virum optimum, deque Scriptoribus rei herbariæ paulo uberius, & cum ſincero judicio ſcribere, quod ex ipſis Scriptoribus perlectis natum ſit.

(b) Sæculo XVI. plerique Botanici, maxime priores, id unicum ſibi ſtudium fecerunt, ut plantas inve-

Ex vivâ voce docentis Magiſtri, qui nomina det plantæ, & digito indice eas demonſtret, debet tiro Medicus Botanicam addiſcere, nunquam incipiendo à lectione Auctorum; eo enim modo hanc ſcientiam addiſcere nunquam poterit. De induſtria hoc monitum repeto.

Nam licet viderit tiro plantam cum figura (a) apud Auctorem aliquem; non poterit cognoſcere, an ſit eadem ac veterum planta, omnes enim figuræ recentiorum Opera ſunt, ſi excipias figuras in DIOSCORIDIS vetuſtiſſimi manuſcripto codice, qui in Imperatoris Bibliotheca ſervatur; nam antiquis figuris caremus, neque ullam apud THEOPHRASTUM habemus; niſi forte in ejus manuſcriptis codicibus.

Ergo tironem oportet diſcere apud Magiſtrum docentem, & horum ſimilia præcepta accipere: „ hæc herba, quæ vocatur ex. g. Abſinthium, eſt hujus figuræ, & hujus

Cc „ ſapo-

invenirent, quibus veterum nomina congruerent. Neque certe immerito. Ridiculum enim eſt, in medicas formulas recipere v. gr. Epithymum, & iis deſtinare indicationibus Medicis, quibus veteres epithymum deſtinaverunt, ſi id Epithymum diverſum eſt ab Epithymo veterum: miraculo enim foret ſimile, ſi alia planta vires haberet eaſdem. Verum ſenſim receſſum eſt ab hoc ſtudio. Nimis ſenſerunt rerum gnari, deſcriptiones veterum fere omnes imperfectiſſimas eſſe a colore, a comparatione, a rudi foliorum aut caulium figura deſumtas: accedere difficultati, quod Veteres ſtirpes Græcas, Syriacas, aliaſque calidarum regionum cognitas habuerint, quæ nobis exoticæ ſunt, & parum notæ. Incepit ergo remittere de hac curioſitate *CLUSIUS*, & eum potius ſibi finem ponere ut ſtirpes a *DEO* creatas ita deſcriberet & depingeret, ut ab omni curioſo homine poſſent agnoſci. *FABIUS* equidem *COLUMNA* renovavit ſtudium explicandorum veterum, motus miro deſiderio inveniendæ plantæ, quæ morbo ſuo mederetur, & dicitur laboris ſui præmium tuliſſe, etſi *JANUS PLANCUS* ſuſpicatur, infidelem fuiſſe medelam & ſeniori *COLUMNÆ* recidivum morbum omnem animi vim oppreſſiſſe. A *COLUMNA* vix cogitatum eſt de veterum plantis. *PETRI BELLONII*, *JOSEPHI TOURNEFORTII*, & aliorum in orientem itinera auxerunt deſperationem, cum neque eo, raro & pretioſo labore Helleborum, aut Seſamoides, aut Centaurium majus, aut alias veterum plantas definiri poſſe appareret. Sed non ideo inutile eſt ſtudium. Medicamenta pleraque & præcipua ſunt ex vegetabilibus. Opium, Cortex Peruvianus. Ut plantas Medicas curationi adhibeat Medicus, debet eas cognoſcere. Sed ſtirpes unius generis omnes cognoſcere oportet, aut nullam. Inter triginta Hieracia nunquam firmiter *murorum* illud Hieracium cognoſci poterit, niſi cognitis adfinibus omnibus. Adde quod cultus Botanices accuratior augeat medicamentorum potentium numerum, debilium minuat. Obtulit Botanica Medicis ſtirpes efficaces, & in ſuo genere principes, Abſinthium alpinum, Bidentem, Scordium, Hippocaſtanum, Meliſſophyllum, Orchidem, Millefolium nobile, tot alias ſtirpes, quæ ſingulæ aut ſuas proprias vires habent, aut vulgatis ſpeciebus ejuſdem generis præſtantiores. Si nondum in Praxin Medicam aut ſatis communiter aut ſatis confidenter ſunt receptæ, Medicos eſt cur accuſes, non Botanicos. Infinitos etiam errores ex pharmacopolis lux Botanica diſpulit. Ejecit ex officinis Iridem paluſtrem pro Acoro venalem, Polygonatum pro Helleboro, Lychnidem arvenſem pro Nigella, & venena pro medicamentis, aut inertes plantas pro heroicis dedocuit adhibere.

(a) Figuræ apud veteres imperfectæ valde & fere inutiles fuerunt, ipſo dudum arguente *PLINIO*, & confirmante codice Cæſareo. Rudiſſimas etiam invenies in *IOH. CUBÆ* horto ſanitatis. Primus ad naturam aliquas depictas dedit civis meus *OTHO BRUNFELSIUS*, ſenſim vero artificium perfectione crevit. Circumſcriptiones *FUCHSIUS* caſtigatiores dedit, flores plantaſque primus *GESNERUS*. Deinde fide iconum & ſpecie inclaruerunt *CLUSIUS*, *JOACHIMUS CAMERARIUS*, *FABIUS COLUMNA*, *JACOBUS ZANONI* (Indicis exceptis), *HORTI MALABARICI AUCTORES*, *MARCHANTIUS*, *PAULUS HERMANNUS*, & inter nuperiores *RIVINUS*, *JOHANNES JACOBUS DILLENIUS*, qui propria manu pinxit & ſculpſit;

„ ſaporis, &c. Ubi addidicit nempe facies illas ſtirpium, & curioſius vult videre, an Magiſter bene docuerit, ibit in hortum Botanicum, cum ſuo DIOSCORIDE (a) ſeu alio Auctore, & videbit, an conveniant characteres cum iis, quos dedit Magiſter; ita faciet, ut ſtudium, quod alias difficile videtur & confuſum, facile & diſtinctum reddatur.

Explicui nunc, qualis cognitio herbarum requiratur exquiſite ad ſtudium Medicum, quomodo nempe ille Medicus, qui officinales hodie dictas plantas tantum novit, poſſit quidem inquirere, & experimenta capere de earum virtutibus, neutiquam vero ſcire, an ſint eædem, quas deſcripſit vetuſtas, ut aptas ad ſanandos nonnullos morbos. Verum, ſi quis velit hanc etiam partem Botanices tenere, totum utique ſyſtema (b) Botanices addiſcere debet, non enim aliter eo perveniet, ut ſciat, an plantæ cujuſque nomen a veteribus datum ſit. Adeoque, ne oneremus nos maximo labore; credo ad praxin medicam non opus eſſe cognitione totius Botanices, etſi ad rem medicamentariam veterum bene cognoſcendam hæc cognitio abſolute requiratur.

Ille, qui ſequitur methodum Magiſtri indicantis, ſequitur optimam eo ipſo viam ad ſtudium Botanicum, & omnia eo pertinentia addiſcet accuratiſſime. Si vero optimus Magiſter, bonam methodum ſecutus, ipſi non contingeret, ut plerumque fit, tunc oportet cognoſcere pauciſſimis, quænam ſint elementa ſic dicta Botanices, & fundamenta methodi.

Methodus doctrinæ plantarum vocatur inſtructio, juxta quam plantæ, hactenus cognitæ, optime in memoria retinentur, & novæ detectæ, quales quotidie innoteſcunt, facillime ad veteres cognitas referuntur. In hac methodo opus non eſt, ut explicentur vires herbarum, nam cum ad Aconitum revoco Anthoram ſalutiferam herbam, non putandum eſt, me Anthoram eo referre, quia eaſdem habeat vires. Procul abeſt, nam, ſi Napelli exhibuerim radicem, occidet hominem, quod non facit Anthora (c). Ita porro quoque Solani ſpecies eſt Belladonna dicta, letalis & furioſa herba, cum Solanum (d) officinale dictum, multum ab ea differat,

ſculpſit; *JOSEPHUS PITTON* de *TOURNEFORT*, *SEBASTIANUS VAILLANT*, pictores *CODICIS ICONUM REGIARUM*, *D. EHRET* in horto *CLIFFORTIANO* & iconibus in Anglia prodientibus. Meas, fides non deſtituit, artem æſtimare nolo. Utilitas iconum quoties bonæ ſunt, ſumma eſt, unica enim inſpectio imaginem animæ imprimit longe meliorem longiſſima deſcriptione, quæ ipſo tædio legenti fit inutilis. Plantas, quibus unica ſpecies vel paucæ certe genus componunt, ſubito ex iconibus cognoſcere facile eſt. Si genera compoſita fuerint, juvabit addidiſſe bonæ iconi brevem deſcriptionem & notam diſcriminis.

(a) Fruſtra certe in excurſionibus circumferet *DIOSCORIDEM*, vagum illum abſque characteribus Auctorem. Sed *JOHANNEM BAUHINUM* domi conſulat, ibi reperiet cumulate collecta veterum loca cum ſapientis viri cenſura conjuncta.

(b) Ne tunc quidem eruet ſtirpes veterum: nunc etiam minus poſtquam nomina Pliniana & Dioſcoridea *LINNÆUS* ad nova genera arbitrario jure deſignanda adhibuit, abſque ullo ad aliquam veteris novæque ſtirpis analogiam habito reſpectu.

(c) Anthoram & ipſam ſuſpectam eſſe alibi ex *FRIDERICI HOFMANNI*, & aliorum obſervationibus adduximus. *Enumer. Stirp. Helveticar.* p. 313.

(d) Solanum hortenſe non abſque vi venenata eſſe eodem loco ex idoneis Auctoribus confirmavimus. Non ideo non vera ſunt, quæ obſervat *PRÆCEPTOR*. Nam dulces Ranunculos inter acres, inſipidos Tithymalos inter acerrimos, reperiri certum eſt. Longe tamen

ferat; habet enim refrigerandi vim gratiſſimam; unde in ſummo æſtu gratiſſimum refrigerium perſentiſcunt ægri, a Belladonna vero rabies excitatur, quæ plerumque ſumma cum anxietate hominem occidit.

Adeoque non putandum eſt per ſuum ſyſtema Botanicos voluiſſe tradere cognitionem virium plantarum (*a*). Sed cum infinitæ ſint plantæ, aut certe ſupra 11000, impoſſibile eſt nomen ſingulare iis omnibus dare, & tamen oportet imponere nomina, quibus una ab altera dignoſcatur, ut adeo neque plantæ abſque nominibus vagarentur; neque obrueret memoriam nominum multitudo. Botanici nomen primum generale dederunt ex notis in foliis & floribus & fructibus poſitis, omneſque plantæ, quæ in his partibus eumdem characterem habent, ad idem nomen referebantur. Deinde addiderunt adjectivum aliquod, quod diſtinguit unam plantam ab alia, uti v. gr. in Solani genere plures plantæ ſunt, quæ hoc nomen generale Solani habent; nam unam ſpeciem voco Solanum ſoporiferum, alteram ſpeciem Solanum ſcandens, *&c.* In noſtro adeo exemplo nomen Solani ſignificat genus, cui additur adjectivum, quod ſpeciem diſtinguit (*b*).

Nunc vero quæritur, unde hoc nomen repetendum ſit; &, cum nomen non detur ut explicetur virtus, ſed, ut retenta facie unius plantæ reliquæ ad eam revocentur; optimum omnino eſt Syſtema TOURNEFORTII, quoties tantummodo nomen plantæ imponendum eſt (*c*).

Cc 2 Videa-

tamen plerumque vires ſequuntur adfinitatem, ut totarum claſſium conſentientes poteſtates Medicas pridem in *Philoſophicis Tranſactionibus JACOBUS PETIVER* n. 255. & nuper in *fundamentis ſuis CAROLUS LINNÆUS* in regulæ formam conſtituerit C. XII. n. 336. *ſeqq.*

(*a*) Generum & ſpecierum diviſionem veteres vix tenuerunt. Pauca exempla ſunt, plures eos ſub eodem nomine conjunxiſſe ſpecies, & tunc numero inprimis uſi ſunt, in quo nulla nota ineſt diſcriminis. Primus, qui plantas aliquot, ex convenientia in flore & fructu in idem nomen docuit conjungere, *CONRADUS* fuit *GESNERUS*, *Epiſt.* p. 39. *b.* Conf. noſtrum de hoc viro inter Phyſicos elogium.

(*b*) Abſque ſyſtemate Botanicen addiſcere impoſſibile eſt, quidquid contradicant harum rerum ignari *C. HOFMANNUS* & *HIER. FANTASTI* in *Giorn. de' Letter.* Tom. XVII. p. 249. Nulla memoriæ felicitas ſufficeret retinendis notis diſcriminis, tot millium plantarum; ſi cuivis ſuum nomen eſſet, neque multæ uno comprehenderentur vocabulo. Hæc enim ſumma utilitas eſt methodi, quod nominum numerum inſigniter contrahat, & hæc ipſa nomina per conſpicuos characteres in claſſes uniat, adeoque modum doceat, quo ex inſpecto flore & fructu quamvis obviam plantam primo ad ſummam, deinde ad inferiores claſſes reducere, tandem genus ipſi ſuum adſignare poſſimus. Specificum demum nomen diſcitur ex longe faciliori paucarum ſtirpium comparatione, quæ unius generis ſunt.

(*c*) Methodus *TOURNEFORTIANA* a flore & a fructu deſumta eſt. Flos autem in eo ſyſtemate præcedit. Ex flore ſecundum figuras perennitatem, numeros, & adfinitates, *TOURNEFORTIUS* claſſes conſtituit. Ex figura flores fecit campaniformes, rotatos, infundibuliformes, hypocrateriformes, caryophyllæos, roſaceos; ex adfinitate liliaceos; ex numero tetrapetalos; &c. ex perennitate apetalos. Arbores a plantis reliquis ſepoſuit, eas a fructu diſpoſuit. Generi cuilibet ſuam præfixit iconem, quæ florem fructumque exhiberet; de aliqua ſpecie ſumtos. Stirpes in methodum digeſſit plures, quam priores Botanici, ex itineribus Hiſpanicis, Græco, Aſiatico, ex *PLUMERIANIS*. Non facile ſtirpes veterum repudiavit, & *CASPARI BAUHINI* plantas repetiit, non quod vidiſſet unquam; ſed quod nollet tantum virum deſerere. Varietates non conjunxit, ſed ſubjecit tamen veræ ſpeciei. Synonima pauca, & fida, adjecit. Methodum naturalem, quantum potuit, conſervavit.

Hinc

Videamus nunc nominationis fundamentum ; nomen unice deſignat ; convenientiam inter quaſdam plantas , propter proprietates nonnullas , quibus conveniunt , v. gr. Solanum habet florem monopetalum multifidum ; piſtillum convertitur in baccam mollem rotatam ; fructus eſt bacca membranacea pulpoſa , fœta ſeminibus compreſſis & ovatis ; hinc jam nomen illud Solani datur plantæ, cui dictæ notæ conveniunt, non vero ei plantæ, quibus virtus Solani convenit.

Si nunc nomen plantæ habetur, tunc facile, quoties videmus plantam , his datis notis inſcriptam, licet nondum noverimus, qualis planta ſit, ſcimus eam pertinere ad Solanum; ſumimus ergo indicem , quo ſpecies quamplurimæ continentur, & inquirimus per omnia Solana. Pone nunc illam plantam , de cujus nomine ſpecifico inquiris, præter dictos Solani characteres , eſſe flore Borragi-nis & ſpinoſis foliis, video certe in indice plantam exiſtere inter Solana, cui hæ notæ in nomine tribuantur, & concludo, id nomen meæ Solani ſpeciei competere. Si vero aliquid aliud habet, quod in Solanis, in indice meo deſcriptis, non invenitur, erit nova ſpecies, referenda ad genus Solani.

Sic nunc videamus etiam methodum practicam, qua plantæ ad genera ſua revocentur :

Genera a TOURNEFORTIO deſcripta ſunt fere 700. ad ſummum, ſi nunc unius cujuſque generis nomen noverimus, cum fundamento, ob quod hoc nomen accepit, facile erit plantæ inventæ nomen dare ex characteribus. Si inveniam plantam, quæ calicem decaphyllum, florem roſaceum pentapetalum habuerit, cujus fructus ex piſtillo oriatur, ſitque factus pulpa molli carnoſa , in qua multa ſemina ſunt, poſt unum florem, quis non Fragariam eam vocabit , quia in ſyſtemate generali TOURNEFORTII vocatur eo nomine Fragariæ ea planta, cui hi characteres adſunt.

Ergo ſufficit 700. nomina generum in memoria habere, atque tunc quamcunque viderim plantam , eam facile revoco ad id genus , cui TOURNEFORTIUS definitum per ſuas notas nomen dedit. Si adeo memoria hæc 700. nomina ferre poſſit, eorumque notas, ſyſtema Botanicum tenemus memoria.

Si

Hinc Liliaceorum genus ex floribus omnis figuræ & numeri compoſitum , hinc Papilionaceorum. Primus genera firmius conſtituit, apud ipſum *RAIUM* laxa vagaque. Structuram florum numero prætulit exemplo Caryophyllatæ, Pulſatillæ, Sedi (*de optim. method.* p. 24. 25.) Hæ fuerunt viri laudes. Sed non ideo facile eſt, hujus Syſtematis ope plantas continuo determinare. Arbores primo a plantis humilibus incommode ſejunxit *JOSEPHUS*, & contra ſyſtema proprium, ut in Papilionaceis, adeo flore & fructu ſimilibus , a ſola ſtatura ſeparatis apparet. Deinde figuras aliquas florum parum diverſas conſtituit, ut Hypocrateriformes ab Infundibuliformibus , a Roſaceis Caryophyllaceos. Aliqua genera valde imperfecte tractavit, ut Cryptogamiam, Gramina. Deſcriptiones characterum genericorum nimis dedit ſimiles ſui, & plenos repetitionibus , quæ non ſatis definiant characterem, niſi a figuris juvarentur, exemplo definitionum floris roſacei, quem floribus tribuit adeo diverſo numero petalorum præditis: neque cum eo auxilio ſatis definiti ſunt characteres, ut ex iis facile ſit plantas v. gr. Verticillatas , Tetrapetalas , Siliquoſas , Cardui ſpecies, &c. ad ſuum genus referre. Nomina minime ſcientifica, & inutilia, conſervavit. Hæc vitia ſunt, quorum cum pleraque a *LINNÆANO* ſyſtemate abſint, factum eſt, ut undique deſeratur *TOURNEFORTIUS*, cujus veras tamen laudes alibi repetemus.

Si rogas, quænam methodus Botanica optima ſit? omnis methodi ſcopus eſt, levare memoriam, & plantam quamlibet facile redigere ad ſuum locum; ergo ſyſtema eſt optimum, quod ad hunc finem facillime ducit.

Si jam inquiramus facillimum (*a*) omnium ſyſtema, inveniemus in methodo TOURNEFORTII pauciſſima nomina dari, & tamen plantas ita diſtingui, ut facile poſſint ad data nomina reduci, quæcunque plantæ inventæ fuerint; ſed ea methodus, quæ omnes plantas ad genera pauciſſima reducit, & tamen redigit omnes, ea optima eſt, nam requiritur tantum memoria, & revocatio plantarum ad digeſtas claſſes. Nunc cum TOURNEFORTIUS omnes claſſes plantarum ſeu genera ſecundum flores ſuos & fructus diſtinguat, & ad pauciſſima nomina ſeu genera revocet, omnes certe plantæ, quæ definitum fructum & florem habent, ad definitum, huicque figuræ reſpondens genus facile revocantur. Si nunc quæratur, an hoc ſyſtema perfectiſſimum ſit, hoc eſt, an ad pauciſſima & diſtinctiſſima genera plantas revocaverit TOURNEFORTIUS? nondum licet reſpondere, nam certe non ſufficiunt unius Auctoris vires, ut omnino abſolvat omnia, hactenus tamen TOURNEFORTIUS eſt optimus in his Auctor, & viam facilem monſtravit.

Ergo, ſi velimus addiſcere principia Botanica, hoc eſt leges, juxta quas plantæ ad diſtinctiſſimas, & facillimas claſſes, & juſtum locum referri poſſint; legatur præfatio TOURNEFORTII in ultima ejus Operis editione; & *Appendix poſt elementa ejus Botanica* (*b*), ubi explicuit omnem diverſitatem florum & fructuum, & terminos artis quibus utitur. Si hæc duo legerimus, quod intra ſpatium duorum vel trium dierum fieri poteſt, omnia ſciemus quæ TOURNEFORTIO intelligendo ſufficiunt, reliquum erit tantum index legum, juxta quas hoc ſyſtema condidit.

Methodus, quam ſecutus eſt JOHANNES (*c*) RAJUS, omnino etiam digna eſt,

(*a*) Facillimum ſyſtema eſt, in quo notæ generum optime definiuntur ſive eæ complexæ ſint, ſive ſimplices, dum certitudinem habeant, neque deſtituant utentes eo filo. Ab hac laude *TOURNEFORTIANUM* longe abeſt, nimis vagum laxumque. Sed ipſe *BOERHAAVIUS* eo tempore, & cum ederet primam editionem catalogi horti, propior *TOURNEFORTIANÆ* methodo, cujus omnia genera recepit, receſſit ſenſim, & ad methodum quidem *HERMANNIANAM*, ita tamen ſtirpes propoſuit, ut nullam notam neglectam vellet, atque adeo ad methodum naturalem deflecteret.

(*b*) Editiones methodi *TOURNEFORTIANÆ* tres ſunt, quæ recenſentur inferius, ſuoque loco. Pluſcula nova genera inſerta ſunt *Monumentis Academiæ Scientiarum* anni 1105. & 1706. quæ *DILLENIUS* expreſſit in *Appendice* ſui *catalogi plantarum circa Gieſſam naſcentium*.

(*c*) *JOHANNES RAJUS* minoribus longe quam *TOURNEFORTIUS* præſidiis inſtructus ad rem herbariam acceſſit. Hortum non habuit, ruri vixit, Libris paucioribus uſus eſt, itinera etſi multa fecit, non ita tamen vaſta, neque in adeo felices regiones ſuſcepit. Characteres propria obſervatione infrequentius inveſtigavit. Plurimum uſus eſt *JOHANNIS BAUHINI* & *CHUSII* inter veteres laboribus, ſingulari etiam induſtria flores undique collectos in ſua Opera collegit. In methodo perpetuo vacillavit. Et primo quidem ita laxam coluit, ut tot fere genera haberet, quot ſpecies. In ultimo ſenio *HOTTONI*, & *TOURNEFORTII* obſervationibus plurimum uſus, methodum *HERMANNIANÆ* ſimilem, genera *TOURNEFORTIANA* fere recepit. Auctor habetur naturalis methodi, quam hic rejicit *BOERHAAVIUS*. Ejus ea lex eſt, ut adfinitates a *NATURA* creatas ſectemur, plantaſq; ſibi pluribus adfines notis conjungamus, etſi una differant: Pluribus notis diverſas ſeparemus, etſi

eſt, quæ cognoſcatur. Lis ingens exorta eſt inter duos principes Botanicos elapſi ſæculi: JOHANNES RAJUS id habebat propoſitum, ut putaret fundamentum ſimilitudinis, non ab una & duabus notis, ſed ad omnibus eſſe deſumendum; hinc nolebat ex convenientia floris, & ſubſequentis fructus totum genus definiri, omnes vero notas voluit eſſe ſimul conſiderandas, ut eſt modus creſcendi, facies plantarum, fructuum, florum, *&c.* & legem poſuit, ut plantæ, quibus plura communia eſſent, revocarentur ad eamdem claſſem. Hanc methodum RAJUS naturæ magis congruam eſſe credidit, quia axioma eſſe videtur, quo plura attributa ſimilia duo entia habuerint, eo plus convenire inter ſe. Optima certe methodus eſſet, ſi memoriam ſublevaret. Nunc cum ad radices, & folia integra, & hujuſmodi alias externas ſtirpium notas attendendum ſit, debent neceſſario enaſci plura genera in methodo RAJANA, quam in TOURNEFORTIANA, neque tam facile eſt, omnes characteres illos ita in memoria habere. Fatendum eſt adeo, methodum quam ſecutus eſt TOURNEFORTIUS, meliorem eſſe; quia memoria levatur, & plures plantæ ad pauciora genera reducuntur. Et ſatis differentiæ notarumque eſt in flore & fructu, ut inde genera conſtituam. Interim utile erit addere methodum RAJANAM TOURNEFORTIANÆ, & ſic intra biennium totam Botanicam intelligemus.

Verum erit, qui objiciet, ſi argumentum propoſitum valeat, non optimam eſſe TOURNEFORTIANAM methodum, cum facilior alia methodus ſit, RIVIANA nempe, qua plantæ tantum a flore diſtinguuntur, aut aliorum, qui a fructu tantum, ut HERMANNUS. Utique, ſi hac ratione plantæ ordinari poſſent, ſane longe facilius foret opus Botanicum: verum, qui hoc fecerunt, non potuerunt ſervare leges ſui ſyſtematis, ſed alia addidere ad diſtinctionem ſpecierum. Ita in flora HERMANNI (*a*) ſubdiviſiones generum invenimus, adeoque imperfecta eſt doctrina.

AN-

etſi una conjungantur. Omnis vero artificialis methodus ex una, duabuſve notis plantas conjungit aut ſeparat, nullo ad reliquas, aut exiguo habito reſpectu. Quare faciliores iſtæ videntur ob paucas notas, ſed vere difficiliores ſunt & infideles, quia aut a ſuis regulis coguntur diſpenſare, aut enormiter divellere plantas plurimis notis ſimillimas. Nemo fuit artificialis Auctor methodi, qui naturalem clanculum non adhibuerit. Solo excepto *KNAUTIO*, quem ob abnormes arbitrarias ſejunctiones generum ex una nota factas, deſeruerunt omnes. *TOURNEFORTIUS*, *LINNÆUS*, reliqui utique naturales adfinitates ſuis propriis ſyſtematibus in praxi præferunt. Exemplo ſit apud *LINNÆUM* Tuſſilago, Convallaria.

(*a*) *PAULI HERMANNI* methodus cum *MORISONIANA* aliqua communia habet, ut loculamentorum enumerationem, Gymno-tetraſpermas, Bacciferas, plurima tamen meliora. Ex papilionaceis & Liliaceis Gymnopolyſpermas eruit, loculiferas diſtinctius diſpoſuit, arbores addidit, has more fere *TOURNEFORTIANO*. Ea methodus extat in *Flora Lugduno-Batava floribus*, quos *LOTHARIUS ZUMBACH* edidit anno 1690. & *AUCTOR* ipſe incipiebat emendare, ſed intermortuus eſt editioni *Flora Leidenſis ſecunda* anni 1695. *OLAUS RUDBECKIUS* eam methodum amplectitur in Diſſ. *de fundamentali plantarum notitia acquirenda*, Upſaliæ edit. anno 1690. & 1691. 12. Auguſtæ in Vindelicio recuſa. *BOERHAAVIUS* pleraque de Hermanni methodo retinuit, & claſſes omnes; genera aliqua, ex ſuis & *HOTTONI* obſervationibus correxit, marinas addidit, arbores ex *TOURNEFORTIO* diſpoſuit, characteres naturales adjecit ſtirpibus. Id habet in univerſum proprium, quod ſemina nuda deinde vaſculis tecta, hinc eorum & loculorum numerum, horum longitudinem, &

invo-

ANDREAS CÆSALPINUS (*a*) primus eam methodum invenit diſtinguendi a fructu. Archiater Pontificis fuit, idemque cui prima cognitio circulationis adſcribitur, quamvis falſo. Scripſit egregium Librum *de plantis*, qui rariſſimus eſt, & cariſſimus; hunc deſcripſit MORISONUS (*b*), nam primus CÆSALPINUS a fructu ſtirpes digeſſit.

Ex MORISONO pleraque habuit HERMANNUS, qui per omnia eum ſecutus eſt, nam ipſa nomina MORISONI proponit; non vero nomina BAUHINI, & aliorum, & in flora generales etiam MORISONI characteres exponit.

Veteres, jam a 2400 annis, ſcripſerunt de re Botanica, ut THEOPHRASTUS. HIPPOCRATES per experimenta jam didicerat datam herbam, in hoc dato morbo, hunc datum effectum producere. Nunc recentiores in Botanica demonſtrant herbam aliquam, cui applicant nomen iſtud HIPPOCRATIS, eaſdemque ejus ſalutares vires exſpectant. Verum planta, quam recentiores adferunt, etſi forſan eaſdem virtutes habuerit, quas illa habuit ab HIPPOCRATE deſcripta, poteſt tamen alia eſſe ab Hippocratica, hinc alia argumenta requiruntur, ut iſtius rei certiores eſſe poſſimus. Ergo nunc *ſtudium Botanicum antiquitatis* vocatur illud, quod per argumenta ſolida demonſtrat, veterum plantam eſſe eam, quæ ab hujus ſtudii (*c*) Auctoribus, cum eo nomine demonſtratur, neceſſitas ejus ſtudii facile ap-

involucrum ſucculentum pro fundamento ponat. A naturali differt, quod nimium tribuat loculorum numero: quod genus bacciferum, & unifiliquarum arbitrarium ſit, arbores ſeparentur a plantis umilibus, &c.

(*a*) Primus de methodo cogitavit *CONRADUS GESNERUS*, eaque de flore ſumta & a fructu. *Enum. ſtirp. helv.* præf. p. 4. Primus aliquam in Botanicen adtulit utique *ANDREAS CÆSALPINUS*, de quo ſupra actum eſt. p. 83. Claſſes naturales invenit pluri-mas Amentaceas, Apetalas, Herbaceas, Cucurbitaceas, Umbelliferas, Tetrapetalas, Cruciatas, Liliaceas, Gymnotetraſpermas, Aſperifolias, Didynamias, Radiatas, Acanaceas, Gymnopolyſpermas, Filices.

(*b*) *ROBERTUS MORISONUS* in magno Opere, cujus partem alteram ipſe edidit, *JACOBUS BOBARTUS* tertiam, prima periit, a fructu conatus eſt plantas diſponere. Ex eo fundamento multa genera male diſpoſita *BAUHINORUM* emendavit, claſſes paulo comtius quam priores diſpoſuit. Multum tamen de adfinitatibus naturalibus, ut videbantur, retinuit, unde inconditæ claſſes Scandentium, Bacciferarum Vaſculiferarum: inmiſta Quinquefolia Papilionaceis, Ranunculi Liliaceis inſerti, & alia ejus generis vitia. Quare methodus equidem pro imperfecta poteſt haberi. *PAULUS AMMANUS* totam, tantum ordine mutato, tranſtulit in ſuum *characterem naturalem*.

(*c*) Hoc loco incipiemus botanica ſcripta recenſere, ordine, qui temporum eſt, quo ipſo ſeries inventorum ſponte apparet. *EPIMENIDES* radices legiſſe dicitur, eo tempore, quo dormire credebatur, *DIOGENE LAERTIO* teſte. Sed ea omnia perierunt. *DEMOCRITUS* varia ſcripſit de plantis & experimenta incepit in claſſes digerere. Ita arbores omnes brevis ævi eſſe dixit, quibus caules recti forent, quem locum excitat & refutat *THEOPHRASTUS* L. II. *cauſ.* c. 16. Ejus Geoponica varia apud *CASSIANUM BASSUM* extant, plantarum vero, & fabuloſæ ſæpe, proprietates, apud *PLINIUM*, quæ etiam huic viro ridiculæ viderentur. *HIPPOCRATES*, quem hic excitat *PRÆCEPTOR*, & inprimis alii Auctores librorum *de morbis* & *de paſſionibus*, & *de feminarum morbis*, plantas utiq; bene multas in medicinam receperunt, ſed nominaverunt unice, rariſſime vel colore floris,

le apparet. Impoſſibile enim eſt alias dicere, hic eſt Helleborus HIPPOCRAris, vel natali loco definiverunt. Quare commentarii loco *DIOSCORIDES* & *GALENUS* hic legendi ſunt: & cum his etiam auxiliis major pars latet earum ſtirpium, & latebit æternum, cum leviſſimis deſignentur notis, quæ infinitis plantis perinde conveniant. *THEOPHRASTI ERESII* ſcopus fuit Philoſophiam ſcribere ſtirpium, ſic colligere ea, quæ plantæ communia haberent aut diverſa. Sed eas communitates in vita, perennitate, ſurculorum copia, foliorum lapſu & hujuſmodi externis notis quæſivit, quæ ad nullas naturales claſſes ducere poſſunt. Pluſcula tamen elegantia de plantis Indicis, & aquaticis, interſperſit, & utcunque paſſim ſtirpes ſuas deſcripſit. Editio pleniſſima Operum hujus Philoſophi eſt, quam dedit *DANIEL HEINSIUS* Leidæ 1613. in folio excuſam ex codice Heidelbergenſi, non optimo, cum brevibus notis: mendoſa tamen *CONRINGIO* judice. Duæ etiam editiones operum *THEOPHRASTI* prodierunt Baſil. 1541. fol. cum & ſine *præf. GEMUSÆI*. *THEOPHRASTI ERESII opera* Hanov. 1605. Gr. Lat. interpretibus *DAN. FURLANDO* & *ADR. TURNEBO* cum *FURLANDI uberibus commentariis*. J. C. *SCALIGERI animadverſiones in THEOPHRASTUM de cauſis plantarum* editæ ſunt Lutet. 1556. fol. Genev. 1566. & *in hiſtorias* Genev. 1584. 8. In V. *Libros priores* plurima notavit *SOLENANDER Paſchal. Gallus* p. 268. Poſt *THEOPHRASTUM* addantur *KRATEYA* ῥιζοτόμȣ libri qui in *bobliotheca Conſtantinopolitana* exſtant & *EJUS* ἰατροσόφιον περὶ ὕλης ἰητρικῆς Viennæ *LAMBEC.* II. p. 556. Eum virum temporibus *MITHRIDATIS* vixiſſe, & male ab auctoribus ſpuriarum epiſtolarum, quæ *HIPPOCRATI* tribuuntur, ad *COI* ævum translatum fuiſſe, ſatis nunc notum eſt. *Mithridatiam* inſcripſit *MITHRIDATI PLIN.* L. 25. *n.* 26. *STAPELIANA* vero, quam poſthumam pater edidit *JOHANNIS BODÆI* a Stapel, & *CORVINUS* Amſtelodami 1644. fol. ſolos habet Libros X. de *hiſtoria plantarum*, cum commmentariis & *SCALIGERI* grammaticis fere, & *P. CONSTANTINI* ex collatione cum Plinio natis, & fuſiſſimis *JOHANNIS BODÆI* notis in quos omnem ſuam ſapientiam effudit, & *PLINIUM NICANDRUM* alioſque veteres cum Theophraſto comparavit. Indicas etiam aliquas deſcripſit, & depinxit. Vitioſas tamen omnes eſſe Theophraſti editiones, antiqua querela eſt. Latet alicubi *CASPARI HOFMANNI* codex, ad editionem paratus, viri ad ejuſmodi labores aptiſſimi. (*J. A. FABRIC. Biblioth. Græc.* L. III. p. 237.) *BELLONIANA* editio, quam promiſerat, nunquam prodiit (*BELLON* de *neglect. cultur.* Pr. XXI.) Libri VI. de *cauſis* plantarum fere ad agriculturam pertinent. *THEODORUS GAZA*, ut doctiſſimus fuerit utriuſque Linguæ, nimis tamen audax fuit in vertendo & fingendis novis vocibus Latinis, quæ nemo facile intelligat. Prima editio Theophraſti, ſed Græca, Aldina eſt an. 1498. fol.

JACOBUS vero *GREVINUS* in 2. Libro *de Venenis*, quos Gallice Antvverpiæ anno 1568. 4. edidit, nihil niſi commentarium in *NICANDRUM* dedit, quem etiam in gallicos verſus, ex ſeculi genio formatos, conjecit, & una edidit.

EUTECNII ſophiſtæ *paraphraſes in theriaca & alexipharmaca* cum pulcherrimis animalium figuris, quæ Viennæ exſtant MSS. *LAMBEC.* II. p. 594. Porro addendi ſunt *ARISTOTELIS* L. 2. *de plantis* Baſil. 1539. J. C. *SCALIGERI* in Libros II. *de plantis ARISTOTELIS commentarii* Pariſ. 1556. 4. Marpurg 11598. 8. Libri ipſi omnino ſpurii ſunt, & parum digni nomine Ariſtotelis. *SCALIGERI* commentarius non maxima parte ad rem herbariam pertinet, neque ab experimento natus eſt, qui degenerationes in alienas ſpecies admittat.

Inter Agricolas poſſet *HESIODUS* recenſeri, ſed ob brevitatem parum utilis. Ad *VARRONEM* adde *EJUS opera omnia*, quæ cura J. C. *SCALIGERI* prodierunt apud *H. STEPHANUM* 1518. 8. & Dordraci 1619. 8.

NICANDER Colophonius circa Olympiadem CLX. vixit, Medicus & Poeta. Ejus extant Θηριακά cum doctis Scholiis græcis & ΑΛΕΞΙΦΑΡΜΑΚΑ. In priori Libro proprie animalia venenata deſcribit, etiam iconibus additis: in altero antidota. Multas tamen plantas recenſet, & utcunq; poetice, deſcribit tamen, quæ in Scholiis uberius ſæpe declarantur, & pertinet ad integriorem hiſtoriam originum Botanices. Prima editio Græca Aldina eſt an. 1499. cum Dioſcoride; altera, qua utor ibidem 1523. 8. tertia Colonienſis 1530. 4 Latino carmine reddidit *EURICIUS CORDUS* Francof. 1532. 8. & denuo *GORRÆUS alexipharmaca* vertit, & an. 1549. 8. *theriaca* 1557. 4. Pariſiis edidit: proſam vero Latinam dedit *JO. LONICERUS* Coloniæ 1531. 4.

Au-

CRATIS, & hæ ſunt vires hujus Hellebori, niſi evidentiſſimis argumen- Dd tis

Auctores Latinos rei ruſticæ hoc loco conjungam, etſi tempore diverſos. Et primus *M. PORCIUS CATO* ante *NICANDRUM* vixit. Ejus de re ruſtica L. cum reliquis huc pertinentibus Auctoribus prodiit primo an. 1470. Venetiis apud Janſon, tunc ſæpe, & ultimo in collectione Lipſienſi, quæ ex *MORGAGNI* & *PONTEDERÆ* additionibus, & his quidem forte non ſatis excitatis ab editore, Lipſiæ prodiit 4. 1735. Et *CATO* quidem de ſola re familiari cogitavit, poteſt tamen legi, ut antiquiſſima ſtirpium Latina nomina teneamus: eritque utilior ſi acceſſerit præſtantiſſimi viri *JULII PONTEDERÆ* Opera, qui in *Antiquitatibus Græcis & Latinis* inque Epiſtolis, quæ ſequuntur a tertia ad ſeptimam, plurima loca Catonis correxit & illuſtravit pro ſua in antiquiſſimo ſermone Italico, Oſco, & Etruſco maxima peritia, & perinde ſingulari rei herbariæ & ruſticæ cognitione.

M. TERENTIUS VARRO, Ciceronis amicus, de eadem *re ruſtica* L. III. eodem fere fine ſcripſit, doctior idem Græca Latinaque Lingua, hinc vario magis ſermone uſus, & ad multa utilis, etſi L. II. huc non adeo, quam ad animalium educationem pertineat.

ANTONIUS MUSA dicitur *de Betonica* Libellum ſcripſiſſe, quem vero ob ſummam dictionis ſimilitudinem alii *L. APULEJO* tribuunt, brevis vero eſt, & vires medicas cumulatas habet. Extat cum *PLINIO VALERIANO* Baſileæ editus. 1528. fol.

P. VIRGILIUS MARO in *Georgicis* partem aliquam agriculturæ attigit, quem nuper commentariis a botanica repetitis illuſtravit *J. MARTYN*. Londini 1746. 8.

Idem *MARTINIUS*, quem commentarios botanicos in *Georgica VIRGILII* edidiſſe diximus, eodem modo *bucolica VIRGILII* notis botanicis & nonnullis florum iconibus ornata edidit, Lond. 1749. 4.

CLAUDII NERONIS ævo ſciipſit *L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA*, qui multo propius ad rem medicam pertinet, cum agriculturam non ſolam, ſed inprimis proprio Libello arborum cultum per ſingula perſequatur, deinde *L. X. de re ruſtica* hortorum elegantiſſimo carmine tradat, Olerum etiam ſingulorum hic nomen, & colendi rationem diſertiſſime proponat. Et in eum & priores, extant, utinam plures, *PONTEDERÆ* obſervationes, tum in Lipſienſi collectione, tum in antiquitatibus. Vitium etiam anatome, & nomina partium hujus arboris in ea collectione, quam modo excitavi, ad eum virum pertinent. Prima editio eſt Veneta 1472. fol.

Cum *PALLADIO COLUMELLA* ſolus prodiit quantum video Lugdun. 1548. 8. *BYNK.* *COLUMELLA* Gallice etiam verſus eſt Pariſ. 1552. & 1556.

PALLADIUS RUTILIUS TAURUS recentioris fuit ævi, ipſo nuperior Apulejo, Agriculturam in menſtruos labores diviſit, & eaſdem utilitates præſtitit botanico, cum nomina, cultumque ſtirpium tradat utiliorum. Cum *CATONE*, *VARRONE* & *COLUMELLA* prodiit apud Aldum 1533. & collectio veterum ruſticorum, commode edita habetur apud *COMMELINUM*. Heidelbergæ 1595. 8.

Seorſim etiam prodierunt *PALLADII RUTILII TAURI ÆMILIANI de re ruſtica* Libri IX. Lugd. 1549. 8.

F. L. VEGETII de mulomedicina Liber Baſileæ an. 1528. 4. editus, & in univerſum medici omnes aliquid præſtant ſimilis utilitatis.

Denique *CASSIANUS BASSUS* Scholaſticus Græcam collectionem reliquit veterum Geoponicorum viginti Libris comprehenſam, quorum nitidiſſimam & cum multis manuſcriptis codicibus perfectiorem editionem procuravit *PETRUS NEEDHAM* Cantabrigiæ 1704. 8. impreſſam, qua multa veterum, etiam Democriti, Hippocratis veterinarii, Sotionis fragmenta conſervantur. Cæterum inter recentiores Græcos fuit *CASSIANUS*, qui Conſtantino Porphyrogennetæ Librum ſuum dicaverit.

Editio etiam exſtat nomine *CASSII DIONYSII* Uticenſis *de agricultura* Libri XX. Lugd. 1543. 8. *Geoponicor.* Baſil. 1539. 8.

VITRUVIUS, Cæſaris præfectus fabrum, de quo alibi dictum eſt, aliqua ad arbores materiarias, & ad colores ſpectantia habet.

Iſtis in unum faſciculum conjectis & recenſis, de *CELSO* alibi dicturi, de *PLINIO* præter priora monemus, plurimum ad plantarum hiſtoriam pertinentia habere, cum integri Libri, qui a 13. ad 27.

tis evincatur, hanc ipſam plantam ab HIPPOCRATE Hellebori nomine veniſſe: Qui-

ad 27. intercedunt, eo unice ſpectent, *THEOPHRASTUM* copioſiſſime, etſi paſſim vitioſe, exſcripſit, & aliis etiam ignotis fontibus uſus eſt. Ejus in re herbaria peritiam præter *COLLENUTIUM* defendit *CIGALINUS de patr. Plin.* T. II. ad Commelin. p. 1682. Sed errores ejus, & *NICOL. LEONICENUS* proprio ſcripto, & *MANARDUS* L. IX. Ep. 3. L. XVI. c. 14. & *PAULUS HESSUS* in *defenſ. probl. Guil.* & inprimis *DODARTUS Projet de l'hiſtoire des plantes* p. 146. & alii merito accuſarunt.

GALENUS equidem ad medicas potius utilitates, quam ad botanicen ornandam reſpexit: in Libris tamen *de ſimplicium medicamentorum facultatibus* Catalogum ſtirpium medicatarum alphabeticum habet, cum virium compendio. Is in *ORIBASIUM* & in *ÆTIUM* & in *PAULUM ÆGINETAM* tranſiit vix mutatus, eſtque tanquam baſis eorum, quæ Medici Arabes de medicamentis ſimplicibus habent.

In *GAL.* Libros V. *priores de ſimplicium medicamentorum facultatibus* commentarius eſt F. *VALLESII* Francof. 1645. fol. & eoſdem in XVI. *diſputationes* reſolvit *MELCHIOR SEBIZ* Argentor. 1651. 8.

L. APULEJUS, dubiæ ætatis Auctor, *de herbarum hiſtoria* Librum reliquit, cum Plinio ſeniori editum Baſileæ 1528. fol. in quo nomina ſtirpium medicatarum, Dioſcoridis modo, multa habentur, deinde vires fuſiſſimæ. Codex M. S. cum pulchris figuris fuit apud Comitem de Neuenaar, qui paſſim eum laudat apud *BRUNSFELSIUM* Tom. II. p. 232. 236. Sed is ipſe, quiſquis eſt, *PLINIUS*, & *SCRIBONIUS LARGUS*, & *MARCELLUS EMPIRICUS* ad medicam partem hiſtoriæ ſtirpium faciunt.

CAROLI MAGNI capitulare de villis ſuis ab *H. CONRINGIO* recuſum, Helmſt. 1647. 4. continet brevem deſcriptionem agriculturæ & deſignationem ſtirpium hortenſium eo ævo familiarium.

Arabum ſequuntur tempora, quibus Orientis aliquæ plantæ & aromata ad medicinam acceſſerunt, pleraque tamen ita parce deſcripta, ita barbare Latine reddita, ut quid inde utilitatis veræ ſequi poſſit, ægre perſpiciam. Plurima habet *AVICENNA*, ut vulgo vocatur, qui XI. ineunte ſæculo floruit, *ALKINDO* recentior, compilator ingens, in cujus Operibus Lexicon medicamentorum ſimplicium extat. Tabulas habebat pictas, in quibus medicamenta ſimplicia demonſtrabat diſcipulis. In *Proem. Cen.*

SERAPIO, cujus extat *L. ſimplicium Venetiis* 1558. fol. editus, itidem eſt compilator ex Græcis aliiſque. *JOHANNES MESUE* a *J. SYLVIO* Pariſiis 1561. & alias editus, & Venetiis in collectione an. 1603. cum *J. COSTÆI* notis, in L. II. habet plantas purgantes *EBNBITARIS de ſimplicibus medicamentis* codex ex Oriente a *G. POSTELLO* relatus, mire laudatur a *C. GESNERO præf. ad CORD.* exſpectationem fallit, cum mera ſit compilatio, *TOURNEFORTIO* teſte *Iſagog.* p. 18. *SIMEONIS SETHI Lexicon botanicum* Græco-barbarum, cujus codex extat Vindobonæ C. P. *LAMB.* L. VII. P. 2. p. 117. hactenus latet. Opus vero *de Alimentis* vulgo notum, cujus etiam codex in eadem Bibliotheca habetur, compilatitium eſt.

EBNBITAR, cujus codicem *de ſimplicibus medicamentis* indicavimus, vixit anno 1187. *SALADINI* ævo. *EJUS* Lib. *de limonibus* latine verſus ab *ANDREA ALPAGO* Pariſiis prodiit 1602. 4. *

Ad Arabes adde: *ABUL FADLI de medicina & de re herbaria* exſtantem codicem M. S. quo multum uſus eſt in Hierobotanico *CELSIUS*.

ÆMILIUS MACER vires herbarum illepido carmine cecinit, quem mireris a *THOMA BARTHOLINO* ubique pro vero *MACRO* Ovidiano habitum eſſe, Galeno adeo manifeſto poſteriorem, & ex aſperrimo carmine ferrei ſæculi convictum. *STRABO GALLUS*, cujus *hortulus* cum Macro prodiit Baſileæ 1527. 8. & Hamburgi 1596. 8. ejuſdem eſt furfuris, neque plura tribuo *D. WALEFRIDI*, cujus codicem poſſidebat *T. BARTHOLINUS* qui idem *STRAB.* M. S. cum notis erat editurus.

Sed lætiora nunc tempora redeunt, quæ primus orditur *PETRUS* de *CRESCENTIIS*, Senator Bononienſis, qui ſæculo vixit decimo quarto, cum librum *CAROLO* Regi Siciliæ dicaverit, qui anno 1385. vivere deſiit. *PETRI* de *CRESCENTIIS* Libri XII. gallice editi ſunt

Quicunque, his de methodo Auctoribus perlectis, antiquitates plantarum ſcire
Dd 2 vult,

ſunt Pariſ. 1486. fol. Germanica vero editio eſt anni 1493. fol. & uſus veterum Geoponicorum ſcriptis integrioribus, varia habet, ex quibus & ipſi emendari poſſint, & quæ non alibi nunc extant. Libri ſunt XII. qui variis annis prodierunt. Prima editio eſt in *HARLEJANIS* notata, Lovanienſis an. 1474. fol. Mea vero anno 1538. Baſileæ prodiit 4. Sed plenior Baſil. 1548. fol. excuſa eſt.

Sub finem decimi quinti ſæculi vixit *NICOLAUS LEONICENUS*, cujus egregios Libellos alibi laudavimus. Correxit autem Plinium, male Græcis uſum, non adeo ex ipſa natura quam ex Græcis Auctoribus.

Sed eodem tempore barbara neſcio quæ herbaria inceperunt edi, quibus continebantur ſtirpium nomina, vires & rudiſſima ad ſingulas icon. Primum Germania parturivit, & ipſe perfector artis typographicæ *JOHANNES SCHOIFFERUS*. Hujus exemplum penes me eſt, Moguntiæ an. 1483. in folio editum (& 1484. *CAT. HARL.*) Continet materiam medicam in 337. capita diviſam, cum iconibus unice ſtirpium, ſed rudiſſimis, vivis pictis coloribus, & ſæpe ad deſcriptiones potius quam ad naturam, vel ad antiquum forte codicem fictis.

Similis eſt *Herbarius Patavii impreſſus* an. 1485. 4. qui 150. capita cum totidem iconibus habet, rudioribus multo quam in Germanico Libro.

JO: CUBÆ Hortus ſanitatis ſæpe prodiit, & Auguſtæ in Vindelicis an. 1486. fol. Meæ editiones ſunt Moguntina 1491. fol. cum avibus, Lubecenſis 1492. fol. & 1517. & 1520. pariter folio. Auctor, vanus promiſſor, materiam medicam per itinera ſua perfectam adnunciat, & icones addit 528. Earum multæ ex *SCHOIFFERO*, aliæ nugaciſſimæ & ſumme ridiculæ ſunt, exemplo Mandragoræ & Narciſſi. Editio Germanica plenior eſt, capita habet 542. altera nonniſi 530. & icones animalium, quæ & ipſæ ab iſta abſunt. Aliam adhuc editionem poſſideo *hortus ſanitatis de herbis, plantis, animalibus & lapidibus, avibus*, &c. folio abſque anno editam ſimilem alteri editioni abſque anno, ſed adjuncto tractatu de animalibus cum eorum iconibus & humano ſceleto.

CONRAD von Megenberg buch der natur, Augsburg 1489. fol.

JOVIANI PONTANI horti heſperidum Libri II. *quibus agitur de citri fructu & arbore*, Florent. 1514. 12. *

The great herbal. . knowledge of all manner of herbs, London 1516. fol. 1527. fol. 1529. fol. *AMES*.

GABRIEL ALFONSO de *HERRERA agricultura del campo laboranza y crianza*, Toleti 1520. 1551. &c. Madrit 1620. fol. Italice etiam Venet. 1568. 4. Laudat *N. ANTONIUS*.

Medicinarius S. das buch der Geſundheit Argentorati an. 1505. fol. prodiit. Multa habet communia cum *BRUNSVICENSI*, de quo continuo dicetur, icones eaſdem, initia eadem & verba. Sed figuræ pauciores ſunt, & ſubjectus *MARSILIUS FICINUS* de producenda vita. Nomen Auctor non præfixit.

SYMPHORIANI CHAMPERII Hortus Gallicus in quo Gallus ex Gallia remedia omnium ægritudinum reperiri docet, Lugduni 1533. 8. & *EJUSD. Campus Elyſius Gallicus, in quo Herbarum quidquid apud Arabes reperitur, apud Gallos reperiri* demonſtratur ib. eodem anno 8. *

HIERONYMUS SALERUS Brunſvicenſis, quem vulgo *Hieronymum Brunſvicenſem* vocant, in poſterioribus editionibus auxit modo dictum Opus, cujus ſecundus Liber plantas continet, & icones ex Cuba ſumtas, ex quo magna pars operis translata eſt. Prodiit ſæpe: meum exemplar unum abſque anno eſt, aliud vero 1532. Argentorati folio impreſſum iconibus caret. Apodixes *SALERUS* non indoctas addidit ſecundo Tomo *BRUNFELSIANI* operis. Argentorati vixit, Pharmacopola & Chirurgus. *Theſaurum* proprium placere ſibi demonſtrat *C. GESNERUS* Epiſt. p. 69.

Nempe *OTHO BRUNFELSIUS* primus ſerio botanicen poſt decem ſæcula ornavit, laborioſus homo, & candidus, vel *TRAGI* coævi teſtimonio, quem ad edendum ſuum Opus adhortatus eſt. Ejus extant *Novæ herbarum Icones*, quarum tomi III. alias annos 1532. 1536. & 1540. alias 1530. 1531. & 1536. præfixos habent, alias conjuncti annum 1539. fol. Primo tomo ſtirpium icones & de viribus collectionem dedit. Altero compilationem ex variis ſcriptori-

vult, legat Opera FABII COLUMNÆ, qui vix habet ſimilem, ſed quidem imitato-

ptoribus recentioribus. Tertio icones & defenſionem a *MICHAELE HERO* ordinatas. Iconum pleræque minime malæ ſunt, & aliquæ *FUCHSIANAS* æquant ſuperantve. Eum virum jam *EURICIUS CORDUS* laudavit in *Botanologico* p. 15. & icones *GESNERUS* in præf. ad *TRAGUM*, etſi non probet Onomaſticon.

OTH. BRUNFELSII Onomaſticon prodiit Argent. 1543. fol. Quid eſt *OTTO BRUNFELS kraüterbuch* quod lego Francofurti 1516. prodiiſſe 8.? *IDEM* incerti auctoris libellum *de Centaureo* cum Arabum Libris *de ſimplicibus medicam*, edidit Argent. 1531. fol.

EURICII CORDI, qui a *Cordo* freno nomen traxit; quod filiorum natu minimus eſſet, *Botanologicum* recuſum eſt Pariſ. 1551. 12.

EURICIUS CORDUS vero nomine *HENRICUS URBANUS* (M. *ADAM* p. 24.) non vulgariter eruditus homo, Poeta, Medicus & in horto ſuo & ruri etiam Botanicus, an. 1534. 8. Coloniæ paulo ante mortem edidit *Botanologicum* ſuum; diſcipulus fuit *NICOLAI LEONICENI*. Multa in plantis corrigit, & negat reſpondere veterum ſtirpibus plantas noſtras, quæ in officinis veneunt. Ejus *judicium de herbis & medicamentis ſimplicibus* extat cum Dioſcoride *RYFFII* Francof. 1549. fol. *CL. KAHLERUS* nuper vitam ejus diligenter deſcripſit.

LEONH. MARCHALL of the art and manner hovv to plant and graft all ſorte of trees hovv tt ſetle ſtones and ſovv Pepins, L. 1529. 4. *HARL.* 1582. 4. *HARL.* ſed annum 1592. habet *AMES* 1651. 4. * *HARL.*

GARSIAS PEREZ de *MORALEZ* M. D. *del balſamo y de ſus utilitades para las enfirmedades des cuorpo humano*, Hiſpal. 1530. 4. N. *ANT.*

DONATI a *MUTIIS Epiſt. de terebinthina reſina facultatibus*, Lugd. 1534. 8. *

ANTONII FUMANELLI de vino & facultatibus vini, Venet. 1536. 4.

CAROLI STEPHANI ſeminarium, &c. prodiit etiam Pariſiis 1548. EJ. *arbuſtum* recuſum eſt Pariſiis 1542. 8. *EJUS* eſt etiam *pratum lacus arundinaceum*, Pariſiis 1543. 8. *EJUS* vero botanica ſcripta a *JOH. LIEBAUT* Gallice verſa prodierunt Lyon 1578. 4. Pariſ. 1565. 8. Rouen 1625. 4. Genev. 1639. 4. Pariſ. 1670. 4. Germanice *der feldbau*, Marb. 1551. 8. & auctius *funfzehen bücher vom feldbau*, Argent. 1588. fol. In hac editione ex *GEORGII MARII horticultura* & *J. FISCHART feldbau* multa acceſſerunt. Pleraque botanica ſunt, inprimis L. 3. 4. 9. 10. 11. 12. Cæterum omnem agri cultum ex veteribus ſumit, eum ſæpe qui ſuæ Galliæ minime conveniat. Anglice idem Liber prodiit Lond. 1616. 8.

HERMANNUM etiam Comitem a *NEUENAAR* fas ſit laudare, qui, tanta familia natus, literas amaverit, & cenſuras aliquas herbarum in Tom. II. Brunfelſii ediderit.

Eo tempore miſer ſtatus fuit botanices, cum nobiliſſimæ plantæ vulgo ignotæ eſſent, cum pro Helleboro Polygonatum venderetur, pro Iride Napellus (l. B. III. p. 139.) pro Acoro Iris paluſtris, &c. Verum etiam noſtro tempore pro Centaurio minori Lychnis viſcoſa latifolia, pro Silere montano ſemen Phellandrii (*RIVIN. de cenſ. medic. offic.*), pro Nigella Stramonium, pro Saponaria Been paſſim venit. Primam opem attulit tantis malis, quod veterum monumenta in hominum manus ſint reddita. Alterum excurſiones in montes & naturæ expiſcatio a *CORDO* filio, *GESNERO* aliiſque repetita. Tertium hortorum cultus, qui eo tempore inceperunt publicos in uſus condi. Patavinus omnium primus, inſtigante D. *BARBARO* a Republica Veneta *BONAFIDÆ* opera fundatus eſt. *BELLON de neglect. plant. cu't.* p. XX. Deinde Piſanum hortum *COSMUS* Medicus conſtruxit, & *CÆSALPINUM* præfecit (Lege *ROLFINKIUM de veget. in gener.* p. 136. ſeqq.) Reliqui ſenſim ſecuti ſunt. *RENATUS BELLAI* inſignem in Gallia coluit. (*C. STEPHANUS de re hortenſ.* p. 36.) In Germania *CORDUS* pater & *RALLA*, in Helvetia *C. GESNER* & alii quos ipſe laudat, inſtruxerunt hortos medicos.

JOANNES MANARDUS vixit Ferrariæ, & obiit an. 1536. Ejus *Epiſtolarum medicinalium* extant L. XX. in quibus plurimæ ſunt argumenti botanici. Veteres explicat, Marcellum Vergilium refutat, & *MESUEN*, defendit *HERMOLAUM*, non tamen ſatis in ipſa natura doctus. Prodierunt Venetiis 1542. fol. & Baſileæ an. 1549. fol. cum L. XVIII. an. 1535. prodiiſſent.

CAROLI STEPHANI, magis ex anatomico opere noti, *de re hortenſi libellus & de cultu hortorum* prodiit Pariſ. 1539. 8. (& prius an. 1535. 8. tum 1545. 8. &c.) Ejuſdem *ſemina-*

tatores. Ibi inveniet, quidquid excogitari poteſt in eam quæſtionem, quænam planta

narium & de conſerendis arboribus ib. 1540. 8. Ejus *Arbuſtum*. Pariſiis 1538. 8. *Sylva* ib. 1538. 1543. 4. De *nutrimentis* L. III. Pariſiis 1550. 8. quæ omnia in *Prædium ruſticum* collecta an. 1554. 8. an. 1570. 4. 1625. 1629. prodierunt, deinde ſæpiſſime aucta a *JOH. LIEBAUT* Gallice ſunt verſa.

Unice uſus eſt *S. RUELLIO* (etiam *C. GESNERO* monente *præf.* ad *TRAG.*) & antiquis, & ſimili, ut ille, ſtudio vulgaria nomina Latinis adſpergit. Ejuſdem de *Græcis & Latinis nominibus, arborum, fruticum, herbarum, & avium*. L. an. 1536. & 1554. non eſt apud me. Aliqua de ejus vita habet *CL. ZINK Leipziger Samlungen*. III. p. 241.

ANTONII MUSÆ BRASSAVOLÆ Examen medicamentorum ſimplicium. Romæ an. 1536. prodiit, conſcriptum an. 1534. (*SEG.*) Meæ editiones ſunt Veneta, 1545. 8. & Tigurina, 1555. 8. hæc omiſſa a *D. SEGUER*. Aliqua habet ex propriis obſervationibus, & plantas Italicas paſſim legit, *MANARDO* iniquior.

JOHANNIS RUELLII de *natura ſtirpium* L. III. Pariſiis an. 1536. fol. maj. & Baſileæ an. 1537. fol. prodierunt. Canonicus fuit, homo ſedentarius, qui naturæ minus quam Librorum veterum peritus eſſet. (*A. M. BRASSAVOLA examen ſimpl. med.* p. 51.) Deſcriptiones Auctorum antiquorum in ſua ſcripta inferit, ut quid proprium habeat vix ſepares; cum præterea docta dictione utatur, uti doctum eſſe defendit *QUIQUERANUS* p. 50. *b.* Id *GESNERUS* olim obſervavit in præf. ad *TRAGUM*. Ex eo *LEODIGARIUS* a *QUERCU epitomen* ſcripſit Pariſiis an. 1539. & 1544. editam.

EUCHARII RHODIONIS ſive *Roeslin Krauterbuch*. Francof. 1533. f. 1536. f. & alias prodiit. Hoc Opus primo Cubæ fuit, inde a Roeslino auctum, inſerto opere Hieronymi Brunſvicenſis pene toto. Icones additæ ſunt meliores, ad ipſas herbas pictæ parvæ, etiam umbris additis ſed fere abſque floribus. Hoc idem Opus *THEODORUS DORSTENIUS* an. 1540. fol. Latine edidit, cum peſſimis nominum tranſpoſitionibus, qui v. gr. pro Helleboro Polygonatum pingat. Inde in *LONICERI* herbarium eædem icones receptæ ſunt.

BARTHOLOMÆI MARANTÆ Methodi cognoſcendorum ſimplicium L. III. Venetiis prodierunt 1539. 4. Admirator Dioſcoridis, quem diligenter videtur legiſſe. Aliquas tamen ſuas in ſtirpibus obſervationes adſpergit, raro, eo ævo, exemplo. Errores epidemicos refutat p. 84. adgnoſcit folia pro varietate loci natalis ludere magnitudine II. c. 8. *A. C. GESNERO* in *præf.* ad *CORDUM* prolixe laudatur.

FALLOPII amicus fuit & literarium commercium cum eo aluit.

HIER. TRAGI Germanicæ editiones exſtant etiam Arg. 1546. fol. 1587. fol. 1630. fol.

BENEDICTI TEXTORIS Seguſiani *florum differentia ex Dioſcoride*. Pariſiis 1534. 16. & Venet. an. 1537. in 16. editæ & additæ *TRAGI* editioni *KYBERIANI*, an. 1534. in ædibus *JOH. TAGAULTII* ſcriptæ, non inutiles certe ſunt partium plantarum definitiones; a principio extant, deinde plantarum differentiæ a folio, flore aliiſve partibus deſumtæ, tum adfinitates, & comparationes, ut indicis methodici loco ſit ad Dioſcoridem.

ALPHONSI FERRI de *Ligni ſancti medicina & vini exhibitione* L. IV. Baſil. 1538. 8. *

HIERONYMI BOCKS (vulgo *TRAGI*) *Herbarum aliquot diſſertationes & cenſuræ* cum *BRUNFELSII* Tomo II. p. 272. prodierant. *Hiſtoriæ* vero *plantarum* prima editio Germanica an. 1539. in folio prodiit, quæ duos tantum Libros habet, & capita 319. multo minus plena ſequente, eademque abſque iconibus eſt. Medicus & verbi divini Miniſter, vixit Hornbaci apud Bipontinos, neque in ſolis Libris, ut fere priores, ſed in natura ipſa, itineribus per Vogeſum montem & in Rhætiam uſque ſuſceptis (*Hiſt. Lugd.* p. 92. & *TRAGUS* ipſe apud *BRUNFELS*. II. p. 275.) ſatis amplam etiam rariorum ſtirpium cognitionem ſibi comparavit, quo ſtudio, & bonis deſcriptionibus, & quod plurimas ſtirpes inter recentiores deſcripſiſſet, & facultates addidiſſet ex propriis obſervationibus, laudatur a *C. GESNERO* in *præf.* Nomina veterum Germanicis ſtirpibus paulo liberius adhibuit. Deinde an. 1550. icones ex Fuchſio receptas, & alias proprias, eaſque ſatis bonas, in 4. edidit, quæ icones acceſſerunt editioni a *DAVIDE KYBERO* Latine verſæ, ornatæ *C. GESNERI* præfatione, & *BENEDICTI TEXTORIS* differentiis ſtirpium. Hæc editio multo auctior III. centum undecim capitibus ditata eſt, & eam fere citant. Aliæ plurimæ Germanicæ, ſtylo joculari ſcriptæ, paſſim prodierunt, quarum penes me eſt an. 1572. fol. prima

ta recentiorum ſit planta HIPPOCRATIS, GALENI, DIOSCORIDIS; PLI-

Prima vero eſt 1551. fol. (*BIBL. UFFENB.*) Ita explicatum eſt, quod conciliare non potueram, qua ratione *TRAGUS* & prior ſit *FUCHSIO*, & ab eo citetur, & tamen etiam poſterior ſit. (Præf. *WEINMANN. OP.*) Obiit an. 1554.

C. GESNERI hiſtoria plantarum ex THEOPHRASTO aliiſque collecta, junctis in unum diſperſis partibus deſcriptionum, eodem anno prodiit Tiguri 8. Sed etiam Pariſiis prodierat an. 1541.

ROBERTI BRITANNI agriculturæ encomium, Pariſ. 1532. 4. *

JO. AGRICOLÆ (*Paürle*) *Ammonii medicinæ herbariæ* Libri II. Baſil. 1539. 8. quo noſtras plantas cum antiquorum ſtirpibus comparat, non abſque utilibus obſervationibus admiſtis.

CAROLI FIGULI herbarum methodus, Colon. 1540. 4. *

LEONHARDI FUCHSII Wembdinga Suevi ſed Profeſſoris Tubingenſis extant *adnotationes aliquæ de ſimplicibus perperam intellectis* in Tomo II. *BRUNFELSII*. *Hiſtoria* vero *plantarum* Baſileæ prodiit an. 1542. præter alia multa ſcripta, pleraque compilata. Ea ex Dioſcoride, aliiſque deſcripta, pauciſſimis de ſuo additis, habet icones elegantia circumſcriptarum linearum inſignes, pleraſque proprias, paucas ex *BRUNFELSIO*, in quibus fere utilitas Libri ponitur. Id Opus altero anno Germanice, aliquot auctum figuris prodiit, deinde frequenter & ſermone vario, iconibus minoribus Lugduni an. 1546. & 1549. & 1595. 8. recuſum eſt. Inceperat augere Opus & quingentas ſuper mille icones paraverat, tribus tomis edendas (*GESNER. Epiſt.* p. 137. b.) quarum an. 1551. jam 300. perfectæ erant (*GESN. Epiſt.* p. 115. b.) Earum bene multæ ſunt in manibus *JOHANNIS GESNERI*, nepotis ex fratre *CONRADI*, candore & virtute ſimillimi, a quo exſpectamus hanc utilem rei herbariæ acceſſionem. In *paradoxis* etiam aliqua botanica habet, quæ prodierunt 1540. Cum *JANO CORNARIO* ſuo in edendo Dioſcoride æmulo, multæ ipſi lites intercesſerunt. Contra eum ſcripſit *Cornarium furentem* Baſil. 1545. 8. * (*CORNARIUS* vero primo *Vulpeculam excoriatam* * Francof. 1543. 4. quo hiſtoriam plantarum carpit, deinde *Nitrum & Brabyla pro Vulpecula excoriata* ib. 1545. 4. * quo ad *Cornarium furentem Fuchſii* reſpondet. Idem *FUCHSIUS* contra *GUALTH. RYFFUM apologiam* edidit. Baſil. 1536. 8. * qua refutat reprehenſiones ſuæ hiſtoriæ in Dioſcoride Ryffiano obvias, & anno 1535. 8. *adverſus Egenolphi calumnias* (*NICER.*) Hiſtoria Fuſchſiana a *JOH. JARAVA* Hiſpanice verſa prodiit Antvverpiæ 1557. 8. * (*SEG.*) Sui plenus cæterum vitia, etiam monitus, nolebat emendare, neque gratus adgnoſcebat amorem monentis *C. GESNERI Epiſt.* p. 61.

Ipſe *CONRADUS* ſub ea tempora cœpit inclareſcere, edito an. 1542. *indice plantarum quadrilingui* 4. Tiguri, ſed longe ſuper eum Librum poſteriori ætate ſe extulit.

ALOYSII MUNDELLÆ Præfecti II. horti Patavini *Epiſtolarum* L. I. & in *examen ſimplicium* BRASSAVOLÆ *adnotationes* prodierunt 4. Tiguri 1540. Ab Arabibus ad veteres Græcos inter primos rediit, cæterum ex Libris unice botanicus.

VALERIUS CORDUS natus an. 1515. 18. Febr. obiit Romæ annos natus vix 29. Reſtaurator certe botanices, magno ardore in Germania, deinde in Italia plantas rariores & plerumque nemini tactas (nam de Scordio deſperat diſerte, & de Thlaſpi & de Dictamno *MANARDUS* Epiſt. L. VI. n. 3.) collegit proprio labore, collectas egregie deſcripſit. Sed poſthumum reliquit Opus, quod fidei debemus *CONRADI GESNERI*, nempe brevia quædam Scholia in Dioſcoridem, Libros vero *hiſtoriæ plantarum quinque*, quorum ultimus an. 1563. ſeorſim prodiit, omnes vero Argentinæ in folio impreſſi ſunt, tum Sylvam rariorum obſervationum. Sextus enim Liber qui autographus extabat (*MEICH. ADAM.* p. 47.) nunquam prodiit. Princeps futurus Botanicorum & poſteris venerabilis, niſi ætatem fors invidiſſet, etiam nunc princeps Auctor eſt Floræ Germanicæ, & ejus ſtudii, quo raræ plantæ per itinera in aviis & ex ipſa natura repetuntur. Etiam reliqua naturæ opera amabat, & *aquatilium* pulchras paravit icones, quas vidit *C. GESNERUS Epiſt.* p. 13. Varia ad vitam ejus utilia vide apud *A. KAHLERUM* in vita patris *EURICII* p. 33.

VALER. CORDUS obiit febre maligna, a pota frigida, præſente, ex quo hæc decerpo, *PETRO FORESTO præf.* ad Lib. I.

LEO-

PLINII Opuſcula ejus duo proſtant nempe 1. *Phytobaſanos*, *Neapol.* 1592 in 4. & 3.

LEODEGARII A QUERCU in RUELLIUM epitome & volatilium, greſſibilium, piſcium & plantarum magis frequentium apud Gallos nomina, Pariſ. 1544. 8. *PL.*

REMACLI FUCSII Libellos de *herbarum notitia, natura atque viribus*. Antvv 1544. 16. *Nomenclaturam plantarum* ibid. 8. eodem anno, & *de ſimplicium Medicamentorum delectu* ibid. 8. eod. anno, non vidi, citatos ex *LINDENIO*. Sed compilatorem fuiſſe credo *C. GESNERO* candidi judicii viro, *præf. ad TRAGUM*.

GISBERTI HORSTII de Turpetho & Thapſia Libellus Rom. 1545. 4.

Eorum temporum eſt *PETRUS ANTONIUS MATTHIOLUS*, cujus commentarius in Dioſcoridem ſupra tactus, primum Italice in 4. dicitur prodiiſſe Venetiis (ap. *SEGUIER*) an. 1548. & Mantuæ an. 1549. 4. *UFF.* Deinde Latine primum an. 1554. in fol. cum parvis iconibus an. 1562. vero Bohemice omnium primo cum magnis illis & ſplendidis figuris ab eo, vario tempore, nempe an. 1563. Germanice ibidem cum magnis figuris, anno vero 1565. omnium nitidiſſime cum iiſdem apud Valgriſios Venetiis eſt editus, & ſæpe recuſus, etiam nuper Venetiis an. 1712. Adjectæ ſunt *Epiſtolæ*, quæ Pragæ an. 1561. ſeorſim in *folio* prodierant, & notæ variæ a *C. BAUHINO* adjectæ, qui Opera omnia *MATTHIOLI* Francofurti edidit an. 1598. fol. cum aliis & partim ſuis, partim *TABERNÆMONTANI* iconibus. Librum alibi laudavi, icones elegantes, ſurculoſæ, ad hortenſes plantas factæ, miſtæ vero ſat multæ falſæ figuræ, ad veterum deſcriptiones fictæ, aut ab illudentibus amicis miſſæ. *Epitome*, quæ an. 1571. Venetiis 4. prodiit, habet icones minores, cum brevi deſcriptione. *Apologia adverſus Amatum* an. 1558. Venetiis in 8. ſeorſim prodiit, eriſticus Libellus & calidior. Opus majus in varias linguas traductum, Gallice etiam ab *ANTONIO PINETO* verſum eſt Lugduni 1561. 16. &c.

P. ANTONII MATTHIOLI commentarius in *DIOSCORIDEM* Italice etiam excuſus eſt 1604. fol. *Epiſtolæ EJUS*, quas Pragæ ſeorſim prodiiſſe diximus, Lugduni etiam prodierunt 1564. 8. Opus majus Gallice a J. de *MOULINE* etiam verſum prodiit Lyon 1572. 1655. fol.

FITZ HERBARDE ryghthe profytable booke of husbandy, Lond. 1546. 8. *HARL.*

LUIGI ALAMANNI Coltivazione Poema Georgicum apud Italos celebre, prodiit Pariſiis 1546. 4. ſæpiſſime recuſum, & nuper cum ejus vita a *MAZUCHELLIO* ſcripta, & notis *JOSEPHI BIANCHINI* an. 1745. 8. cum notis vero eruditis *VINCENTII BENINI* Patavii 1746. 8. editum.

LUIGI ALAMANNI coltivazione Patavii recuſa prodiit 1718. 4. quæ mea eſt editio.

WILH. TURNERI antiquius opus nunc aliud *AMESIUM* citare video, nempe *names of herbs in Greck, Latin, Engliſch, Dutche and Frenche*, L. 148. 12.

GUALTH. HERM. RYFF Kurtzer Auszug der Wurzel China. VVurtzburg 1548. 4. Non vidi, eſt verſio Libri Italici & Latine editi.

WILHELMI TURNERI nevv herbal cœpit prodire Londini an. 1551. Liber ſecundus ſecutus eſt Coloniæ an. 1562. non Londini. Liber tertius, (quo deſtituor) Londini demum an. 1568. prodiit, in folio omnes. Vir eruditus, qui *GESNERI* amicitiam laudeſque meruerit (præf. ad *TRAG.*) In Germania, Helvetia, Italia, Anglia ſtirpes collegit, cum Græcis Scriptoribus contulit, aliquas etiam primus depinxit, etſi plurimum Tragi iconibus ſit uſus.

Eo etiam tempore primum ſcribere cœpit *REMBERTUS DODONÆUS*, cujus de *frugum hiſtoria* L. II. anno. 1552. Antvverpiæ prodierunt, rudes habentes icones, ſed concinni & non abſque novis inventis. Deinde ejus *de ſtirpium hiſtoria commentariorum imagines* anno 1552. editæ ſunt, quarum altera pars an. 1559. Antvverpiæ prodiit, verſio vero Gallica utriuſque tomi an. 1553. a *CLUSIO* facta, & in folio Antvverpiæ edita eſt. Brevis eſt deſcriptio, cum quatuor linguarum nominibus ſtirpium 884. Icones ex *FUCHSIO*. Tum in altero tomo propriæ non malæ aliquæ ex propriis laboribus, arborum, & paludoſarum ſtirpium, neque tamen in pemptades translatæ.

JACOBUS DALECHAMPIUS ad editionem Dioſcoridis Lugdunenſem an. 1552. 8. addidit icones triginta ſtirpium parvas, quarum aliquæ Alpinarum plantarum ſunt, eæque primæ.

Rediit eo tempore ex itinere orientali, quod ſumtibus Cardinalis Tournonii ſuſceperat (*obſervat. & ſing.* p. 468.) *PETRUS BELLONIUS*, vir perinduſtrius, diſcipulus *CORDI* (de

& 3. *Ecphraſis*, id eſt, *Hiſtoria plantarum minus cognitarum*, *Romæ* 1616. in 4.

Nemo

(de funere *medic.* p. 36. & *de conif.* p. 246.) cujus L. de *arboribus coniferis*. Pariſiis 4. adjecto L. *de medicato funere*, & *obſervations & ſingularités trouvées en Grèce* &c. eodem anno (*SEGUIER* tum an. 1555. 4. editæ ſunt & an. 1588. 4. recuſæ. Ejuſdem *remontrances ſur le défaut de labour*, Pariſiis an. 1558. 8. impreſſæ ſub titulo *de neglecto cultu ſtirpium* a *CLUSIO* verſæ an. 1589. 12. & in magnis ejus Operibus extant. Omnem quidem naturam coluit, neque ſolum Græciam, Aſiam minorem, Ægyptum vidit, ſed in Arverniæ etiam & Sabaudiæ & Delphinatus montibus plantas quæſivit, & bis emenſus eſt Italiam (de *neglect. ſtirpium cult. Problema* 9.), Germaniam etiam & Angliam adiit (de *Conif.* p. 24. *b.*). Icones equidem dedit ſatis malas, in coniferis tamen enodandis utiliter laboravit, de conditione cadaverum doctiſſime ſcripſit, & multas pulcherrimas calidarum regionum ſtirpes primus in patrio ſolo veſtigavit, indicemque plantarum indigenarum in quavis parte Orientis naſcentium omnium primus ſcripſit. In editione obſervationum *CLUSIANA* varia mutata; icones paſſim ſuppoſitæ meliores, errores aliqui correcti, & notæ ex Arabico ſermone adjectæ, quas amicus fecerat.

GUIL. RONDELETIUS nihil quidem de plantis ſcripſit, earum tamen cognitionem amavit & docuit, & cenſuram plantarum officinalium edidit in Libello de *Theriaca*, qui cum *diſpenſatorio CORDI* prodiit. Obiit an. 1565. occiſus a famulo, cum regios hortos vellet viſere ſibi commiſſos, ſi fides *MIZALDO Med. artif.* p. 10.

DAVIDIS KYBERI, qui Tragum Latine reddidit, *Lexicon botanicum trilingue* prodiit cum *GESNERI tabulis collectionum* an. 1553. Argentorati 8. Juvenile Opus, cum annos natus 28. inter edendum Opus obierit: continet nomina plantarum vulgarium, partiumque plantarum, & voces ad earum cultum pertinentes Latinas, Græcas & Germanicas.

GONZALI FERDINANDI de *OVIEDO* dicti *DI VALDE*, Rectoris urbis *S. MARTHÆ hiſtoria Indiarum* Librum XX. jam laudavi.

CONR. GESNERUS an. 1553. edidit *Tabulas collectionis ſtirpium*, Tigur. 8. recuſas an. 1587. cura *CASPARI WOLFII*, multo ibi auctiores, etiam rarioribus ſtirpibus: definitiones etiam partium plantarum habet etiam nunc receptas. *IDEM* an. 1555. edidit *de herbis noctu lucentibus* Libellum cui *adjectum iter M. Fracti*, & *RHELLICANI STOKHORNIAS*. Icones ibi cœpit edere *CONRADUS*, nondum tales, quales maturior dedit, & ſtirpium Alpinarum fere quinquaginta deſcriptionem. Sed etiam *RHELLICANUS* anno jam 1536 Orchidem nigram nominavit, & Gentianam luteam. *IDEM GESNERUS* an. 1557. ſuas & *GUILANDINI de aliquot ſtirpibus* epiſtolas Tiguri edidit, 8. anno ſequente Venetiis recuſas. De Doronico, Thraſi aliiſque plantis in his epiſtolis pugnatur & placet videre jam tunc ſuperiorem recedere *GESNERUM*: placet videre tuentem adeo aliter de ſe merentem *MATTHIOLUM*. In *Bibliotheca ſua* L. II. etiam aliqua habet de plantarum claſſibus conſtituendis.

AUGERII FERRERII de radice chinæ liber quo probatur diverſam eſſe ab apio, Toloſ. 1554. 8.

JOH. de *JARAVA hiſtoria de las hierbas y plantas*, Antvverp. 1557. 8.* ex *DIOSCOR.* & aliis.

JOHANNIS DU CHOUL deſcriptio Montis Pilati an. 1555. a *GESNERO* edita, aliquam ſtirpium memoriam, & non bonas habet icones. Eadem conjuncta cum *varia quercus hiſtoria* prodiit eodem anno Lugduni in 8. De Quercu ſcripſit philologice.

BERNARDI DESSENII Cronenburgenſis de *compoſitione Medicamentorum* L. X. Francof. 1555. (Lind) & Lugduni an. 1556. 8. prodierunt, boni ſenis, non ineruditi neque in claſſicis Scriptoribus, neque in botanicis, plantarum aliquot locos natales circa Coloniam deſignavit, officinales etiam deſcripſit, monita addidit pharmaceutica. Vulgo negligitur.

JOHANNES & *ADAMUS LONICER* eo tempore vixerunt. Ille anno 1543. fol. Dioſcoridem cum ſuis Scholiis & *HERMANNI RYFFII* adnotationibus edidit, additis iconibus ex Fuchſio & Trago. Uterque loca ſimilia Galeni & Nicandri contulit, *LONICERUS* etiam Hebræa nomina fictitia. *ADAMUS* gener *EGENOLPHI* Egenolphianum herbarium ex *EUCHARIO RHODIONE*, *THEOD. DORSTENIO* & *JOHANNE CUBA* natum repetito edidit, anno etiam 1560. fol. poſtquam ſub nomine *Hiſtoriæ naturalis de Plantis* T. II. jam anno 1551. & 1555. ſtirpium Latinam hiſtoriam dederat, cum variis variarum Linguarum nominibus. Nomina mala, ſtirpes confuſiſſimæ, compilatio mera.

In ea

Nemo certe æque bonas figuras unquam fecit, ac eæ ſunt quæ in hoc Libello
Ee inve-

In ea tempora cadit *GEORGIUS KENTMANNUS*, *CONRADI GESNERI* amicus, ſed durior, & ab optimo viro poſteriori ævo abalienatus (*Epiſt.* p. 5. *b.*) ſexcentas plantas habuit miro artificio pictas (ibid. p. 24.) nihil autem edidit.

De *HIERONYMO HEROLDO*, qui icones plantarum confecerit (*GESNER.* l. c. p. 64. *b.*) nihil ultra innotuit, niſi epiſtolæ botanicæ, quæ ſunt inter *MATTHIOLANAS*.

CASPAR COLLINUS, qui Valeſiacas ſtirpes miſit *GESNERO*, obiit ante annum 1561. (*IDEM* in præf. *CORDI*) *JOHANNES FABRICIUS* catalogum plantarum montis Galandæ confecit, qui extat cum *GESNERI L. de hortis Germaniæ*.

BENEDICTUS ARETIUS, itineris in Neſſum & Stockhornium Auctor, quod extat cum *C. GESNERI* hortis Germaniæ, pluſculas in eo itinere pulchraſque ſtirpes primus deſcripſit, & fatentem habuit amicum, ab eo ſolo ſe proficere. (*GESNER. Epiſt.* p. 186.).

J. BACCHANELLI de conſenſu medicorum in cognoſcendis ſimplicibus, Venet. 1553. 8. Dictionarium ſtirpium, cum locis veterum, & opinione auctoris, num nota planta ſit, num ignoretur, quod ſæpe de ſe ipſo fatetur.

AMATUM LUSITANUM, quem temerarium & indoctum vocat idem *GESNERUS* (l. c. p. 105.) alibi tetigimus.

MELCHIOR GUILANDINUS Boruſſus, ſed ab an. 1561. Patavii horti cuſtos, acer *MATTHIOLI* inimicus, præter epiſtolas, anno 1588. *Theonem* contra ipſum eodem anno Venetiis edidit, quo curſim aliquos, neque eos certe graviſſimos, errores *MATTHIOLI*, ut vocat, perſtringit. Et erat quidem *GUILANDINUS* per itinera varia exercitus, qui an. 1558. iter Conſtantinopolin paraverit (*Theon.* p. 17. *b.*) nomen ſuum in pyramide reliquerit (*P. ALPIN.* l. p. 29.) an. 1560. Hierichunte fuerit (de *papyr.* p. 49.), in Africa naufragium fecerit (p. 56. ib.), ex captivitate Mauritanica, de qua videatur *P. HESSUS* p. 70 71. an. 1562. redierit, beneficio *FALLOPII*. Inſigniter etiam valuit lectione Librorum, etiam extra vulgarem medicorum cognitionem poſitorum. Sed durus & aſper homo, & promiſſor, & deſcriptor obſcurus. Denique a morte *conjectanea ſynonymiæ* plantarum edita ſunt an. 1608. a *J. G. SCHENKIO* apud de Bry. quæ ſpecies eſt alphabetici ſed exigui pinacis. Idem redux an. 1572. edidit Venetiis in 4. *Commentarium* in *aliquot Plinii capita*, Lauſannæ recuſum an. 1576. 4. quo *de papyro* agit eruditiſſime, ſed plantam papyriferam, quod mireris, deſcribit nuſpiam. Ejus cauſſam contra *MATTHIOLUM Paulus HESSUS* ſuſcepit, cum in Oriente abeſſet, & *defenſionem XX. Problematum Guilandini* edidit Patavii 1562. 8. Nimis ipſe acutus & in minutiis diligens, etſi Græcos melius legerit *MATTHIOLO*.

HIERONYMUS CARDANUS in Lib. *de ſubtilitate* variis locis plantas attigit, ut v. gr. quærat Lib. VIII. quare calyce multæ deſtituantur. Inter *opuſcula medica*, Baſil. 1559. 8. edita exſtat liber *de cyna radice ſeu de decoctis*. Libellus idem cum altero *de ſarza parillæ* recuſus eſt cum Lib. II. contradicentium, Pariſ. 1565. 8. Marpurg. 1607. 8. Uterque etiam extat Antvverpiæ 1564. 8.

J. CÆSAR SCALIGER Lutetiæ an. 1556. in 4. edidit L. *duos* in L. *de plantis* Ariſtoteli inſcriptos, variæ omnino ſententiæ, neque in plantis manentes, naturæ vero, etiam de induſtria negligentiores. De *commentariis in Theophraſtum* dictum eſt.

JOH. CURIONIS conſervandæ ſanitatis præcepta. Francof. 1557. 8. *. Eſt Schola Salernitana cum iconibus Dorſterii.

ANDREAS THEVETUS præter iter Orientale etiam Americani itineris dedit deſcriptiones ſub nomine, *les ſingularités de la France Antartique, autrement nommée Amerique*. Pariſiis 1554. 4. (*SEG.*). Antvverp. 1558. 8. Nempe cum *D. VILLEGAGNON* Braſiliam adiit, eruditulus homo, qui paſſim fuſos veterum locos apte inepteve inferat operi, & v. g. Betulæ Plinii deſcriptionem alieniſſimæ Americanæ arbori tribuat. Proprias tamen etiam habet plantarum & animalium hiſtorias & rudes icones.

ANTONII MIZALDI hiſtoriæ hortenſium junctim an. 1557. Coloniæ prodierunt, ſeorſim vero *Artificia conſervandorum fructuum*. Pariſiis 1564. 8. *de hortenſium arborum inſitione* 1560. *Secretorum agri Enchiridion, quo hortorum cura continetur* ib. *eodem anno*. *Artificia* compa-

inveniuntur, ab Auctoribus ipſa manu depictæ, & per minimas circumſtantias de-
ſcri-

comparandorum fructuum, olerum, &c. ib. 1564. 8. *Alexikepus* 1565. 8. *Hortorum ſecreta*. 1575. Compilatio ex veteribus Geoponicis inutilis, artificia varia, vires medicæ ridicule, deſcriptiones variæ, proprii nihil.

ANT. MIZALDI Gallicæ etiam editiones ſunt *le jardinage contenant la manière de cultiver les jardins*, Pariſ. 1578. 8. & *le jardin médicinal enrichi de pluſieurs remèdes & ſecrets*, 1778. 8.

ANTONY ASKAM little herbal of the properties of herbs, Lond. 1559. 8. *AMES*.

BENEDICTI CURTII hortorum Lib. XXX. Lugd. 1560. fol.

A. 1561. *ALOYSIUS ANGIULLARA* Libellum *de' ſemplici*. Venetiis 1561. 8. & 12. cui editioni paucæ icones acceſſerunt (*SEG.*) alicujus uſus eſſe confirmant frequentes citationes *C. BAUHINI*, a quo an. 1592. editus eſt Baſileæ in 8.

CÆSARIS ODONIS Theophraſti ſparſa de plantis ſententia, in continuam ſeriem ad propria capita digeſta. Acceſſere diſſ. duæ, Bonon. 1561. 4.

GIOV. TATTI dell' agricultura, Venet. 1561. 4. *

ANTONII DONATI ab *ALTOMARI de mannæ differentiis & viribus*, Venet. 1562. 4. *SEG.* Non malum opuſculum, quo per experimenta oſtenditur, Mannam arboris ſuæ ſudorem eſſe, non cæleſtem rorem.

An. 1561. & 1563. edidit *C. GESNERUS* poſthuma Opera *VALERII CORDI*, ſumma fide, niſi quod vitia irrepſerint per abſentiam & lacunæ manſerint. Addidit elegantem l. *de hortis Germaniæ*, quo catalogus plantarum Alpinarum ex ſuis itineribus collectarum, & Helveticarum & hortenſium demum, & plurimarum ſtirpium memoria ante *CLUSII* labores continetur. Anno vero 1565. in libro *de foſſilibus* marinarum quarumdam ſtirpium icunculas adjecit. Idem, cum an. 1565. peſte periiſſet, reliquit *Epiſtolarum collectionem* ad varios, cujus L. III. an. 1577. 4. Tiguri ſunt editi, alius vero ad *KENTMANNUM*, VVittembergæ an. 1584. prodiit; aliæ epiſtolæ ad J. *BAUHINUM* a fratre *CASPARO* Baſileæ an. 1591. 8. luci ſunt commiſſæ publicæ. In iis omnibus plurima habentur botanici argumenti, & Tigurinis illis acceſſit de *Aconito I. adſeveratio* contra *MATTHIOLUM*, qua defenditur, hoc nomen Thoræ convenire, eaque ipſa deſcribitur. In *vita etiam GESNERI* a *JOSIA SIMLERO* ſcripta, Tiguri an. 1566. 4. edita, icones aliquæ habentur, & primitiæ ſecuturi operis. Nempe laboraverat *C. GESNERUS* in univerſali ſtirpium hiſtoria, ad quam ſcriptores equidem omnes collegerat, in ordinem diſpoſuerat, plantas vero ex omni Europa conquiſiverat, vel ſuis itineribus, quæ plurima ſuſcepit, vel cura amicorum. Etſi enim myopem ſe fuiſſe fateatur ipſe (*Epiſt.* p. 136. *b.*) pulcherrimas tamen & rariſſimas plantas, neque facile ab eo tempore lectas, ex itinere inprimis Rhætico retulit. Methodum primus in natura latentem vidit, inque flore & fructu conſtituit, plantas adfines in genera univit, hæc in claſſes, exemplis variis, (*Epiſt.* p. 107. *b.* 39. *b.* 113. ubi Conſolidam regalem & Staphidem agriam a flore fructu & ſemine σύμφυλα eſſe monet), tum characterem in iconibus nitide expreſſit fructus nempe & ſeminis (Ib. p. 107. *b.*), quarum iconum magna pars in *JOACHIMI CAMERARII* epitomen plantarum tranſiit, pleræque vero & ad mille & quingentas, etiam nunc conſervantur apud *CHRISTOPHORUM JACOBUM TREW*, virum omnis naturæ peritiſſimum. Calamo ex figuræ ductæ ſunt, & pictæ ſuis coloribus, non abſque multis manus *GESNERIANÆ* veſtigiis, ea ſubtilitate, ſuper quam nihil eſt. Editionem certe ſelectiorum iconum *VIR ILLUSTRIS* non jubet ſperare, & non mediocre ſpecimen edidit iconum 216. quas *GESNERUS* ſculptas reliquit.

Q. APOLLINARIS handbüchlein &c. recuſum eſt cum *TARQUINII OCYORI* (*Schnellenberg*) *experiment büchlein von* 20. *peſtilenz vvurzeln*, Argentin. 1607. 8.

Q. APOLLINARIIS Kurzes handbüchlein vieler Arzeneyen. Francof. 1563. 8. (priorem enim editionem non vidi), præter farraginem formularum habet in ſecundo Libro ſtirpium icunculas ex *BRUNFELSIO*, & aliunde deſcriptas aliquas proprias, ſed monſtruoſas, cum virium enumeratione. Novi nihil, jam *GESNERO* monente (*in præf. ad TRAGUM*).

GASPARIS FALLOPII, cum an. 1640. lecturam ſimplicium eſſet nactus (*THOMASIN* p. 42.

ſcriptæ ; cumque veterum plantis collatæ. Parvus Liber eſt in quarto: verum ali-
E e 2 quan-

p. 42.) hortoque præfectus eſſet, *commentarius in primum L. Dioſcoridis*. Venetiis 1566. 4. editus eſt. Ejus L. *de medicamentis purgantibus* & Epiſtola *de Aſparagis* ad H. *MERCURIALEM* extant in Tomo II. Operum omnium, neque abſque bona fruge ſunt, etſi nimis copioſe miſta ſit theoria more Veterum. Præceptore uſus eſt *LUCA GHINO*, ſuaſore ad botanicen *MARANTA*. Ad *MATTHIOLUM* etiam codicem miſit, in quo excerpta erant ex manuſcriptis *DIOSCORIDIS* & *ORIBASII* Libris (*MATTHIOL.* p. 850.), & ab eo inter adjutores ſuos laudatur *præf. Ed.* 1554.

ADRIANI JUNII phallus ex fungorum genere. Delphis 1564. 4. * unica ſcheda cum icone, quæ extat recuſa apud *DODONÆUM*.

JOH. LANGII Lembergii *Epiſtolarum medicinalium* Libri ſunt III. quorum primus Baſileæ 1554. 4. tres vero procurante Wirthio Francofurti apud Wechelios an. 1605. & 1689. 8. prodierunt, huc à me referuntur, cum obierit Auctor an. 1565. In miſcellaneis iſtis multa omnino ſunt botanici argumenti, tum ex veteribus collecta, tum aliqua ad naturam ipſam deſcripta, ut adonis perennis eſt.

ALFONSI CICCARELLI Opuſc. de tuberibus. Patav. 1564. 12. (*SEG.*) *

FRANCISCI ALEXANDRI APOLLO compoſitorum & ſimplicium normam ſuo fulgore irradians Venetiis 1565. fol. editus eſt. Diſpenſatorium ſub hoc nomine habetur, in quo veterum more ſecundum ordinem compoſitionum ſimplicia deſcribuntur, quæ miſta formulas majores componunt. Lites plurimas & convicia habet, plantas in collibus Crepacorianis ſuis paucas vidit, & vulgares. Dicitur hic Liber anno 1604. recuſus fuiſſe Francof.

HENR. CROLACH de Iſatide Tiguri 1565. (*GESNER* ad *KENTMAN.* p. 65.)

GUIL. GRATAROLI de vini natura energia & ej. temperatura. Baſil. 1565. 8.

GARCIÆ ab *ORTA Coloquios dos ſimples o drogas da India* Goæ prodierunt an. 1563. 4. (*CAT. THUANI*); ſed innotuerunt demum, quando *CAROLUS CLUSIUS* rejectis inutilibus hanc *Aromatum & ſimplicium aliquot medicamentorum apud Indos naſcentium hiſtoriam* Latine vertit, & edidit Antverpiæ an. 1567. deinde an. 1579 ibid. in 8. Libri duo ſunt, capita 81. Auctor, gnarus ſatis doctrinæ Arabum, plantas viderat ipſe Goæ & apud regem Decani, utrobique enim medicinam fecit inque Bombaim prædium habuit, in quo rariores arbores alebat (p. 188.) Primus Aromatum hiſtoriam aperuit: *CLUSIUS* icones addidit & an. 1582. notas, in quibus icones ſunt *ALPHONSI PANCII*, & plantæ aliquæ, a *FR. DRAKE* acceptæ. Ad eumdem *GARCIAM* notas ſcripſit *JAC. BONTIUS*, breves & bonas; ſed ad paucas plantas.

GARCIÆ ab *ORTA Coloquios* &c. Italice verſus eſt ab *ANNIBALE BRIGANTIO*, Venet. 1605. 8. Gallice vero ſub nomine du *JARDIN* verſi ſunt hi dialogi, Lyon 1619. 8.

DODONÆUS an. 1566. *frumentorum, leguminum, paluſtrium herbarum hiſtoriam*, apud Plantinos recudi curavit. Subjecit an. 1569. *florum & coronariarum herbarum hiſtoriam* & anno 1574. *purgantium & deleteriarum herbarum hiſtoria* L. III. cum *appendice rariſſimarum herbarum*. Mire nitidæ figuræ ſunt ad naturam factæ, ſed non paucæ ex *CLUSIANIS*, deſcriptio brevis, ſermo facilis. In ultimo Opere multas etiam umbelliferas habet.

NICOLAI MONARDI de vena ſecanda in pleuritide, de roſa & de malis citris, & limoniis. l. Antverp. 1564. 8. prodiit *.

BERNARDI de *PALISSI*, figuli, ſed ad maxima negotia nati, *Abregé d'Agriculture* Rupellis an. 1564. 4. & ejus *Traité de la manne* & *ſur la nature des eaux & des fontaines*, Pariſiis 1580. 8. (*SEG.*) non vidi, quod doleo, cum eum virum primum ad parandum in Gallia ſericum ſuaſorem, plurimi faciam.

ANT. MUS. BRASSAVOLÆ de uſu radicis Chinæ cum quæſtionibus de ligno ſancto, Venet. 1566. fol. * (*SEG.*) practici ſunt argumenti.

MATTH. DURASTANTE de aceti ſcillitici compoſitione ... de aloës ſubſtantia, Venetiis 1567. 8. &c. *

Le ſafran de la Rochefoucault, Poitiers 1568. 4. *

MAR-

quando 25. florenorum pretio conſtat. Ratio, qua motus COLUMNA tanto cum

MARCELLI DONATI de Mechoacanna Libellus, Mantuæ 1568. 4. editus, potius ad medicinam pertinet.

LEVINI LEMNII ſimilitudinum quæ in Bibliis ex herbis & arboribus deſumuntur explicatio. Antvverp. 1569. 8. Utilitates plantarum œconomicas & ceremoniales, & Philologiam tradit, maxime ſacram.

NIC. MONARDI de lapide bezoar & herba ſcorzonera. Sevillæ 1569. 8. *

FRANCISCI CALCEOLARII Iter M. Baldi prodiit Venetiis Italice 1566. 4. deinde cum Matthioli epitome an. 1571. Plantarum in ditiſſimo Monte numerum poſteriores ſuperavetunt. De Muſeo alibi.

PETRI VICTORII della lode e della coltivazione degli Ulivi: doctiſſimus Liber Florentiæ 1569. 4. prodiit *.

NICOLAUS MONARDEZ obiit an. 1578. Ejus *hiſtoria medicinal de las coſas que ſe traen de las Indias Occidentales*, prodiit Sevillæ ſive Hiſpali an. 1569. 4. Id Opus titulo *Simplicium medicamentorum ex novo orbe hiſtoriam CLUSIUS* an. 1582. edidit, duos Libros prioresex Anglico, tertium an. 1579. ex Hiſpanico ſermone converſum. Auctor ipſe futilis eſt & ſuperſtitioſus, qui fructum arboris Draconis ait Draconi ſimillimum eſſe, & deſcriptiones dedit pene inutiles. Pulchras icones *CLUSIUS* adjecit. Ejus *L. de herba Petum & radice Mechoacanna* Gallice vertit *JACOBUS GOHGR* & dedit Pariſiis 1572. 8.

NICOLAI MONARDEZ opus quod *CLUSIUS* edidit ſub nomine *hiſtoriæ ſimplicium* &c. Gallice vertit *COLIN*, Lion 1619. 8. *EJUSDEM MONARDEZ* eſt *de dos medicinas excellentiſſimas contra todo veneno la piedra bezoar y la yerva eſcorzonera*, Hiſpali 1569. 8. 1580. 8. * *N. ANT. EJUSD. tractatus del efetto de varias yervas*, Hiſpali 1571. 8. * *ANT.*

C. HERESBACH Anglice verſus eſt a *GOOGE*, Londin. 1577. 4. 1586. 4. 1596. 4.

A. MIZALDI opuſculum Pariſiis recuſum eſt 1607. 8. 1649. 8. cum *PHIL. GUIBERTO*.

Huc refer *BENEDICTI PATINI diſp. de acetoſa, an ſcilicet alvum cieat an ſiſtat*, Brix. 1572. 8. *

CONRADI HERESBACH rei ruſticæ L. IV. Coloniæ 1571. 8. aut 1570. 8. (*NICER*) * & Heidelbergæ an. 1603. 8. Agricolationem veterum cum Germanorum rationibus confert, non inerudito neque inutili Opere.

NICOLAI WINKLERI Chronica herbarum Auguſtæ Vindel. 1571. 4. excuſa exigui momenti, plantas habet vulgares, primum ſecundum menſes digeſtas, quibus florent, deinde ſecundum eos, quibus fructus ferunt, aut quibus radices oportet effodere. Loca natalia aliqua VVürtenbergica ſunt, cum Forchemienſis fuerit Auctor, & diſcipulus *FUCHSII*.

ANTONII MIZALDI de Senna Opuſculum, anno 1572. 8. Pariſiis impreſſum, non illepidum, & Sennæ & Coluteæ continet deſcriptionem.

JOH. FRAGOSI diſcurſos de las coſas aromaticas arboles frutes y medicinas ſimplas de la India an. 1572. Madriti 8. prodiit (*SEG.*); ſed an. 1601. recuſus eſt Latine Argentorati. Compilator fuit, & uſus *MONARDES GARCIÆ* ab *HORTO* & *CLUSII* labore (*CLUS.* ad G. ab H. p. 1. c. 26.).

NICOLAI HOVEL de la compoſition du Mithridat, Pariſiis an. 1573. in 8. editus ex veteribus inutilem continet enumerationem ſimplicium medicamentorum, quæ theriacam ingrediuntur, fere ex Dioſcoride exſcriptam.

JODOCI HARCHII Encheiridion de ſimplicibus, Baſil. 1573. 8. Lexicon eſt in quo præmiſſa epigrammata, tunc brevis hiſtoria, deſcriptio & utilitatis recenſio cujuslibet plantæ.

R. SCOT. Perfect plateſſorme of a hopegarden and neceſſarie inſtructions for the making and mayntenance thereof, Lond. 1574. 4. *HARL.*

CHRISTOPHORI ENCELII de uva Quercina Libellus extat cum ejus L. de re metallica, Francof. 1577. 8.

JOSIÆ SIMLER deſcriptio Valeſiæ & Alpium. Tiguri 1578. 8. Minime botanicus aut fuit aut voluit videri. Nam catalogum ſtirpium Alpinarum, quem *CLUSIUS* ſolet citare & alii, ex *ARETIO*, *FABRICIO* & *C. GESNERO* exſcripſit.

CARO-

cum ardore ſe dederit huic negotio, videtur hæc fuiſſe. Vexabatur diro illo morbo.

CAROLI CLUSII magis & magis inclareſcebat nunc fama. Itineris an. 1565. abſoluti divitias in II. L. *rariorum ſtirpium per Hiſpaniam obſervatarum* edidit Antvverpiæ an. 1574. 8. Plantæ novæ in calida & ignota regione numeroſæ, deſcriptiones fideles, ſumma in judicando ſobrietas, icones ſupra fidem nitidæ.

PETRI PENÆ & *MATTHIÆ* de *LOBEL nova ſtirpium adverſaria* Antvverpiæ an. 1576. fol. min. & prius prodierunt Londini, quam editionem non vidi, publicatam jam anno 1570. *PENA* videtur plantas Galliæ calidioris ſuppeditaſſe, *LOBELIUS* Anglicas, Belgicaſque, etſi idem in poſteriori & auctiore editione, omiſſo *PENÆ* nomine, omnia ſua faciat. Stirpes ex beata illa Provincia plurimæ primum deſcriptæ, multæ fraudes Matthioli detectæ, Graminum hiſtoria primum tentata, obſervationes undique propriæ, ſed icones malæ, parvæ, deſcriptiones aſperæ & ingrati ſtyli, neque in adſignandis locis natalibus ſemper fidus Auctor, obſervante *RAJO*.

MATTHIÆ de *LOBEL plantarum hiſtoria* eodem anno Antvverpiæ fol. edita præter proprias Auctori, vulgares etiam plantas habet; & icones earum, quibus in pemptadibus uſus eſt *DODONÆUS*, aliaſque ex Plantinianis.

Krauterbuch durch Philomuſum anonymum durch D. TOXISTEM in druk gegeben. Strasburg. 1576. fol. Lego *CARRICHTERI* Opus eſſe, ſed ab eo Opere in præfatione diſtinguitur. Paracelſiſtici hominis labor eſt, & plantarum vires per Planetas & Zodiaci ſigna explicatæ. Icones paucæ ad Fuchſianas.

BARTHOLOMÆI CARRICHTER groſſ kraüterbuch nebſt dem neuerlichen kraüterbad THEOD. KRAFTEN, Francof. 1573. 4. non vidi, neque *kraüter und arzneybuch*, Tubing. 1739. 8. recuſum, ſed ejus compendium edidit.

MICH. TOXITES abſque iconibus, quo plantæ cuilibet ſuum, ſi Diis placet, zodiaci ſignum, cui ſubjecta ſit, & in ſigno ipſe gradus adſignetur: deinde ſigna & tempus, quo quamlibet colligere oporteat, cum viribus ſæpe nimiis & infidis, etſi paſſim ad ſuam experientiam provocet, & v. g. mentha quadam polypum narium ſe ſanaſſe adfirmet.

Circa hæc tempora credo primum editum eſſe *ADAMI* van *BODENSTEIN* Baſilienſis *kurze beſchreibung der kraüter ſo den 12. hauptzeichen in ihrer eigenſchaft ſich vergleichen*, cujus editionem habeo, Amberg. 1611. 8. Etſi in pleriſque veteres ſequitur & *APULEJUM*, ipſe tamen plantas in Helvetia & Germania legit, & aliquoties loca natalia definit.

THEODORI ZWINGER methodus ruſtica CATONIS atque VARRONIS præceptis illuſtrata, Baſil. 1576. 8. *

CHRISTOVAL a *COSTA de las Drogas de las Indias* Burgi in Caſtilia editus eſt Liber anno 1578. 4. *CLUSIUS* excerpſit Librum, & eximie contraxit, rejecit plurima, quæ erant ex *GARCIA* ab *HORTO*, icones adjecit, retinuit quæ propria eſſent Auctori, ordinem mutavit, aliqua & unam iconem L. colubrini addidit, Antvverpiæ 1582. 8. Auctor indoctus fuit Chirurgus, figuræ tamen, quas *LUGDUNENSES* receperunt, potius rudes quam fictitiæ.

De *CHRISTOVAL* a *COSTA*, cujus *de las drogas* &c. librum citavimus, nunc adjicimus, Luſitanum eum fuiſſe, ſed in Africa natum; eumque libellum Gallice verſum prodiiſſe Lion 1619. 8.

J. de *BAVERDE ARRIETA de la fertilidad y abundantia de Eſpanna y la razon porque ſe dido marciendo con el remedio*, Madrit 1578. 8. * *N. ANT.*

LEONHARDUS THURNEISER ZUM THURN Baſilienſis, celebris inter Alchemiſtas, Archiater aliquando Brandenburgicus, Berolini an. 1578. Librum edidit, quem vocat *deſcriptionem plantarum omnium* fol. Solæ ſunt umbelliferæ, fraudeſque nugacis Auctoris detexi. Nam v. g. quam OEnanthem Sobolem vocat, cum mirificis nominibus & alieniſſimis virtutibus, veriſſimum eſt Bulboraſtanum. Reliquæ icones (habebat enim omnino 1921. in præf.) tranſierunt in *PANCOVII* herbarium. Magni facit *EJUS* opera *T. REINESIUS Var. v.* 664.

JOHANNIS LERYI iter Braſilianum variis annis & an. 1578. 8. (*SEG.*) editum eſt & in collectione T. de *BRY* recuſum. Plantas etiam ejus regionis recenſet.

JOHAN-

JOHANNIS COSTÆI, qui etiam in Meſuen commentatus eſt, *de ſtirpium natura* L. II. Turini editi 1578. 4. ex veteribus, & ex inanibus ratiociniis conſarcinati ſunt.

REMBERTI DODONÆI hiſtoria vitis vinique. Colon. 1580. 8. Primo colligit brevem vitis & eorum quæ ex ea arbore producuntur, hiſtoriam ex veteribus. Deinde aliquas alias ſtirpes deſcribit pari modo, ut in pemptadibus, Vaccinia, Liguſtrum & adfines, Gale, Iſatidem, aliaſque. Denique obſervationum medicarum variarum exempla ſequuntur.

CYRIACI LUCII de *CLAF de natura & uſu ligni cotonei*, Ingolſtat. 1580. 4. *

J. de *RAMINGEN* lib. *de aromatibus & ſimplicibus Germaniæ*, Argentin. 1580. 8. *PASCHAL.*

T. TUSSER 500. *points of good huſbandry as well for the champion or open country as alſo for the woodland*, Londin. 1580. 4. 1585. 4. *HARL.*

MATTHIÆ de *LOBEL Kruytboek*, Belgica Lingua, duobus vol. in fol. an. 1581. apud Plantinum prodiit, qui Liber omnium pleniſſimus eſt inter Lobelianos. Continet Adverſaria & hiſtoriam & alia, quæ in neutro reperias, eaque rariorum ſtirpium Belgicarum monumenta, icones vero *CLUSII*, *DODONÆI* & *LOBELII* omnes, cum *PLANTINUS* communis eſſet omnium Bibliopola. Ejuſdem Libri quoddam compendium eſt, quod in *forma longa*, ut vocant, eodem anno prodiit, & *icones* habet prioris, cum breviſſimis deſcriptionibus. Hoc Opus plerique ſolent citare.

LEONHARD RAUWOLF Auguſtani *Morgenlendiſche Reys*. Primi tres Libri an. 1582. Francofurti in 4. prodierunt, ultimus in editione Lavingenſi an. 1583. acceſſit, qui icones 43. continet, quas Lugdunenſes etiam in tomo ſecundo receperunt. Iter ſuſcepit an. 1573. vir optimus in Syriam, Meſopotamiam, Palæſtinam, Ægyptum, rediit an. 1576. ubique plantas medicas notavit, vires œconomicas & medicas adjecit, officinales multas primus deſcripſit (ut Ribes verum, Behen album), naturam univerſam coluit, vir fidus, candidus, & inter Itinerum ſcriptores eximius. In varias Linguas translatum iter cura etiam *RAII*, ſed abſque iconibus recuſum eſt. Diſcipulus *RONDELETII* fuit, patria ob religionem reformatam ejectus. Obiit demum an. 1606. Ejus plantæ ſiccæ ad *ISAACUM VOSSIUM* (Occo in *vita Med. Auguſt.*) inde in bibliothecam Leidenſem venerunt.

CAROLI CLUSII rariorum plantarum per Auſtriam, Pannoniam, &c. obſervatarum L. IV. eodem anno 1583. in 8. apud Plantinum prodierunt. Plantas Alpinas hic plurimas deſcripſit, an. 1574. lectas, & ſequentibus annis. Hinc poſt *C. GESNERUM*, & *JOH. BAUHINUM*, quos autem prævertit edendo ſuas icones, dum Helvetiorum, quos dixi, opera latebant, & certe non plurimas ſtirpes poſteris addendas reliquit. Aliæ etiam ſunt ex Auſtria calidiori, Pannonicæ paucæ. Icones etſi minus nitidæ, bonæ tamen.

J. BAPTISTÆ PORTÆ villa primum prodiit Neapoli 1583. 4. (*SEG.*), & Francofurti recuſa eſt an. 1592. 4. ſed eam nondum legi.

J. BAPT. PORTAM propria experimenta negat habere *CONRINGIUS*.

REMBERTUS DODONÆUS eodem anno 1583. *ſtirpium hiſtoriæ pemptades* VI. *ſive Libros* XXX. apud Plantinum in fol. edidit, quæ a morte an. 1616. apud Moretos, hæredes Plantini, cum acceſſionibus 12. paginarum, & phalli, & potamogelonis alterius, & quarumdam marinarum ſtirpium, anno vero 1644. Belgice enormi corollario virium inprimis medicarum onerata recuſa eſt. Opera priora collegit in unum, addidit vulgatas, iconibus ex *MATTHIOLO* deſcriptis expreſſas, *CLUSIANAS* etiam bene multas, & in paluſtribus inprimis & Belgicis aliquas invenit, bonus, ſobrius & utilis Auctor, etſi non eminuerit in arte. Anglice verſus a *HEN. LYTE* prodiit an. 1586. & 1595. (*AMES. CAT. HARL.*)

REMB. DODONÆUS Anglice verſus a *H. LYTE* prodiit etiam 1578. fol. & 1619. fol. Deinde *GUILIELMUS RAM* epitomen ex *DODONÆO* exſcripſit, cui titulum fecit *little Dodoen*, Londin. 1606. 4. *

ANDREÆ CÆSALPINI LUCÆ GHINI diſcipuli, qui horti Piſani primus præfectus fuit, bis jam laudati, *de plantis* L. XVI. eodem etiam anno 1583. Florentiæ in 4. ſunt excuſi. De methodo dixi. Plantas fere abſque ulla aliorum recentiorum Auctorum memoria, aut citatione, ex ipſa natura diligenter, & cum optimis notis deſcripſit, nomina prefixit Hetruſca, addidit vetuſta ſæpe valde paradoxa. Ob defectum ſynonymorum difficilis eſt intellectu, maxime exteris, cum Alpinas ſæpe vocet plantas, quæ nobis abunde in planitie calida proveniunt. *Appendix*, quæ Romæ an. 1603. 4. prodiit, breviſſima, *BOCCONIANO* etiam Muſeo adjecta eſt.

JULIUS

JULIUS ALEXANDRINUS Cæſareus Archiater & *CRATONIS* æmulus, jam an. 1575. ediderat de *ſanitate tuenda* L. XXXIII. ſive diæteticen, quæ plantas etiam edules complectitur, frigide ſatis compilatam ex veteribus. Idem an. 1584. Francofurti in 8. edidit *epiſtolam apologeticam ad R. Dodonæum* & ipſum Collegam ſuum. Inprimis de fabis agit veterum, quas negabat Dodonæus, adfirmat *JULIUS*, eſſe vulgares noſtras fabas, argumentis a pondere, &c. ſumtis.

BALTH. PISANELLI della natura de' cibi & del bere Venet. 1584. 4. Varie recuſus etiam Latine extat.

SALOMONIS ALBERTI oratio de cognitione herbarum extat Wittembergæ 1585. 8.

CASTOR DURANTE an. 1585. Romæ edidit *herbario nuovo* in fol. Plantæ ſunt vulgares, quales in officinis extant, cum ſubjectis exoticis ex C. a *COSTA*, & iconibus Matthiolianis parvis, magnaque virium enumeratione, Venetiis an. 1667. auctus a *J. M. FERRO*, & Romæ an. 1684. paulo auctior, etiam figuris nonnullis additis, in folio prodiit. Id ipſum Opus a *P. UFFINBACH* recuſum eſſe & anno 1609. Francofurti prodiiſſe lego, ſed eo careo. *EJUSDEM CASTORIS* Tractatus de *uſu radicis Mechoacannæ* Antvverpiæ prodiit 1587. 8. (*SEG.*)

CASTORIS DURANTE, quem medicum *SIXTI V.* fuiſſe nunc addimus, *erbario nuovo* a *J. M. FERRO* auctus primum prodiit Venetiis anno 1636. 4. deinde ibidem eo anno quo diximus, & Hiſpanice Venet. 1667. 4.

BALDINI BACII tractatus de cucumeribus, Florent. 1586. 4. *

D. DIDIMUS MONTANUS the gardeners labyrinth containing a diſcourſe of the gardeners life in the yearly travels to be beſtovvd on his plot of Earth, Lond. 1586. 4. *AMES*.

The profitable art of gardening, Lond. 1586. 4. *AMES*.

JOACHIMUS CAMERARIUS de plantis epitome, P. *ANDREÆ MATTHIOLI* auctam edidit anno 1586. Francofurti in 4. Icones compendii Italici Matthioli hic aliquæ habentur, interque eas nonnullæ ſpuriæ & malæ. Sed maximum pretium accedit operi ex *GESNERIANIS* figuris, quarum quingentæ & ultra hic habentur, nitidiſſimæ & elegantiſſimæ cum characterum fida expreſſione. Harum ſimiles aliquas *CAMERARIUS* adſperſit, perinde perpulchras, ad plantas horti ſui, quem egregium aluit delineatas (*M. ADAM* p. 349.), neque fere cedentes prioribus. Multæ inter illas Alpinæ intercedunt, etiam rariſſimæ. Obiit an. 1598.

MARCELLI SQUARCIALUPI de Amygdalarum amararum in ebrietate vi *. Puſelavii in Rhætis 1586. 8.

Anno 1587. prodiit in 2. vol. fol. Lugdunenſe Opus, ſive *Hiſtoria generalis plantarum* edita apud Rouille. Origo operis eſt in *JACOBI DALECHAMPII*, Pliniani commentatoris & botanici non indiligentis, molimine, in quo omnes priores botanicorum labores cum ſuis inventis conjungere conſtituerat. Sed pertæſus laboris commiſit opus imperfectum *JOHANNI BAUHINO*, qui Lugduni praxin medicam ſecutus erat & *peſtilentiarius* fuit *Medicus* (*GESN.* Epiſt. p. 47. *b.*) Deinde, eo ob religionem abeunte in Helvetiam, *MOULINO* neſcio cui tradidit, ut tamen operas dirigeret (*PONS.* l. c.). Iſte homo impar oneri toties plantas repetiit, toties nova icone expreſſit, quoties ex alio Auctore erat citata aliqua a *DALECHAMPIO*, denique & ipſe operi eſt immortuus (*PONS.* l. c.). Inde inconcinnum chaos natum eſt, ex quo oportet eruere ſtirpes Galliæ & Lugdunenſis, & Narbonenſis, a *DALECHAMPIO* & *VALERANDO DOUREZ*, Hiſpanicas a *MYCONIO* miſſas, & ſtirpes demum *J. BAUHINI*, quas habebat omnes editor (*J. B. præf. ad font. Boll.* L. IV.) Operi inſertas, & rudiuſcule quidem depictas, ſæpe tamen rariſſimas & paſſim hodie ignotas, Adverſaria *LOBELII* verbotenus in Lugdunenſem hiſtoriam inſerta ſunt. Adjecerunt etiam figuras *RAUWOLFIANAS*. *Animadverſiones* in hoc Opus utiles edidit *C. BAUHINUS* an. 1601. 4. & paſſim characteres ita deſcribit, ut etiam ſtamina numeret. Sed multa reliquit emendatione digna, & inprimis reconditas illas *DALECHAMPII* ſtirpes.

Eodem anno prodiit Opuſculum *ÆGIDII EVERARDI* de *herba panacea*, *quam alii Tabacum*, *Petum*, *aut Nicotianam vocant*. Antvverpiæ 16. Acceſſit narratio de *Mechoacanna* & alia. Nova aliqua habet certe ſuo tempore.

ÆGIDII EVERARDI, quod citavimus opuſculum, Anglice prodiit Lond. 1659. 8. ſub titulo *the virtues of ſmoaking tobacco*.

LAUR.

LAUR. SCHOLZII catalogus arborum, fruticum, & plantarum medici horti aliquoties editus eſt an. 1587. & 1594. *.

LAUR. SCHOLZII citatus *catalogus* in 4. eſt, brevis & duorum fere foliorum.

* *JACOBI HORST* de *vite vinifera* cum deſcriptione vini, muſti Paſſularum, Helmſt. an. 1587. 8. editus eſt Libellus *.

JULIANI PALMARII de vino & pomaceo Lib. II. Pariſ. 1588. 8. *

JOACHIMI CAMERARII, cujus gens antiquitus *LIEBHARD* vocata fuerat, & ex officio nomen mutaverat, *hortus medicus & philoſophicus* anno 1588. prodiit Francofurti. Iconum adjectarum major pars Opus eſt *CAMERARII*; cum noviter inventas & *RAUWOLFIANAS* aliquas exprimant, eæque eximiæ ſunt. Opus ipſum ex *ANGUILLARA*, *CORDO*, *CLUSIO*, *GESNERI* ſchedis, & propriis nonnullis obſervationibus coaluit.

Cum eo Libro prodiit *JOHANNIS THALII ſylva Hercynia*, cujus novam editionem an. 1654. (1674. *SEG.*) Northuſæ factam & auctiorem, mihi vero nunquam viſam, adducit Auctor nuperæ vitæ hujus viri *CL. FRIDERICUS LESSERUS*. Certe a fratre *WENDELINO THALIO* Medico Northuſano, novam parari editionem copioſiorem, jam *PASCHASIUS GALLUS* Auctor eſt *Bibl. med.* p. 194. Magna induſtria *THALIUS* in promontoriis Hercyniæ, in Bructero Monte & in vicinia ſuæ Northuſæ ſtirpes raras collegit, quarum nonnullæ ad noſtra uſque tempora a nemine ſunt viſæ; exemplo *Siſymbrii* quod *in itinere Hercynico* nuper pictum dedi. Sed breves deſcriptiones, & nimis vaſta genera, paſſim faciunt, ut nemo intelligat: ut experiri facile eſt in Graminibus, Intybis, Chondrillis. Icones 14. ex *GESNERO* acceſſerunt. Vitam *THALII* nuper deſcripſit *CL. FRID. LESSER*, Northuſæ 1747. 4.

J. BAPTISTÆ PORTÆ Phytognonomica octo Libris contenta Neapoli an. 1588. fol. prodiit, & Francofurti an. 1591. 8. multo vilius recuſa eſt. Inanis argutia quidem erat, qua plantarum aliorumque corporum vires medicas ex facie & habitu conatus eſt indicare. Icones tamen non peſſimas habet, &, ut ſolet, aliqua paſſim utilia.

ZACCH. ROSENBACH paradies gärtlein darinne die edleſten kraüter abconterfeytet und beſcriben ſind, Francofurti 1588. 12. Icones & verſiculi partim medici, partim emblematici ſunt ſtirpium vulgatiorum, in quibus ætas & conditio auctoris ſimplicitatem excuſat.

JACOBI THEODORI TABERNÆMONTANI Kraüterbuch primum prodiit Francofurti anno 1588. Tom. II. fol. Diſcipulus *TRAGI*, triginta ſex annis in eo opere laboravit, adjutus liberalitate *MARQUARDI*, Spirenſis Epiſcopi. Icones ſunt ad 2255., pleræque ex *MATTHIOLO*, aliquæ ex *CLUSIO* & *LOBELIO* deſcriptæ, nonnullæ tamen ad ipſam naturam, eæque minime malæ. Repetitiones bene multæ irrepſerunt, & varietates a coloribus. Sermonem, quo vires laudantur ſtirpium ad Tom. I. Auctor ipſe ſcripſit, ad ſecundum & tertium *D. NICOLAUS BRAUN* Marburgenſis. Id Opus, varie auctum encomiis virium medicarum; ſæpe Baſileæ prodiit, anno 1613. 1664. & iterum 1731. Sed icones ſolas an. 1590. in forma longa dedit Francofurti *BASSÆUS* Bibliopola, cum nudis nominibus. Ea editione fere unice utuntur Exteri.

PETRI ANDREÆ MATTHIOLI partem, qua plantæ deſcribuntur, *HANDISCHIUS* Germanice vertit: *JOACHIMUS* vero *CAMERARIUS* additis iconibus *GESNERIANIS* ſuiſque, & plantis adeo a Matthiolo neglectis, aliiſque obſervationibus, edidit an. 1590. fol. tum an. 1626. eadem forma & alias. Aromatum aliquas figuras noviter addidit.

P. A. MATTHIOLI editio quam J. *CAMERARIUS* dedit, primum prodiit 1586. fol. Ejuſdem libri editiones annorum 1586. & 1626. poſſideo fui ſimillimas, & citat alias ab amicis viſas annorum 1590. & 1600. & 1611. *HEISTERUS* (ad *BURCHART* pag. 23. 24.)

P. ALPINI de balſamo dialogum Gallice vertit *COLIN*, Lion 1619. 8. Cæterum Balſamum apud *P. ALPINUM* floruiſſe, & de vulneribus ſtillaſſe *J. BARTHOLINUS* auctor eſt in II. diſſ. *de Theriaca*.

JOH. CUNONIS hoffarts laſter an einem vvundergevvächſe ſo in Seltvvedel gevvachſen, VVittemb. 1590. 4. *

JOHANNIS VIGANDI Vera hiſtoria de Succino Boruſſico, de Alce Boruſſica, de herbis in Boruſſia naſcentibus. Edidit *JOH. ROSINUS* Jenæ 1590. 8. Sed Liber (ex præf.) ſcriptus eſt an. 1584. Catalogi plantarum ſpontanearum Pruſſiæ tres, inter eas aliquæ, certe eo ævo, memorabiles.

PRO-

bo epilepſia (*a*), plura fruſtra inſtituerat, legit tandem DIOSCORIDEM, & vi-

PROSPERI ALPINI de Balſamo dialogus. Venetiis an. 1591. 4. prodiit. Pulcherrima opportunitate uſus tribus annis Cairi vixit apud Conſulem Venetum Hemum (*THOMASIN.* in Elogiis II. p. 303.) cum quo Ægyptum petiit an. 1580. & rediit an 1584. Sed botanicus imperitus non ea præſtitit, quæ promittebat occaſio. Iconem Balſami & deſcriptionem perinde obſcuram dedit.

Eodem anno idem *de Medicina Ægyptiorum* L. IV. ſequente vero *de plantis Ægypti* L. I. ſcripſit, ideo utilem, quod officinalium plantarum in ea regione provenientium, aliquas deſcriptiones & icones dederit, etſi nimis aliquando minutas, exemplo v. gr. Coffeæ, quam nullo modo adgnoſces, plerumque tamen, ut ea ætate, ſatis fideles. Iterato hoc Opus prodiit Patavii an. 1640. & *VESLINGIUS*, qui & ipſe in Ægypto vixit, an. 1638. *adnotationes* edidit ad eaſdem Alpini Ægyptias plantas, cum emendatioribus iconibus & deſcriptionibus. Nuper cum *hiſtoria naturali Ægypti* an. 1735. Leidæ idem Opus recuſum eſt, quam cum quarto Libro Medicinæ Ægyptiorum inter ſchedas poſthumas fuiſſe legimus apud *THOMASINUM*. l. c. p. 304. Aliquot iconibus hæc editio auctior eſt.

ANTONII PASINI Annotationes & emendationes in verſionem Dioſcoridis a Matthiolo propoſitam. Bergomi 1591. 4 *

JACOBI ANTONII CORTUSI Catalogus horti Patavini, Venet. 1591. 8. Italice, Latine vero. Francofurti 1608. 8. breviſſimus eſt, & unice nomina habet. Hunc amicum *MATTHIOLI* deridet *LOBELIUS* in *Adverſ.* p. 64. ſæpe eum *MATTHIOLUS* laudat (pag. 349 & alibi,) & ab ejus nomine *CORTUSAM* dixit.

JOHANNIS BAUHINI de plantis a Divis nomen habentibus ex magno volumine de conſenſu & diſſenſu Auctorum circa ſtirpes. Additæ C. GESNERI Epiſtolæ hactenus ineditæ. Edidit Baſileæ *CASPARUS* frater an. 1591. 8. In ſpecimine magni operis Pinax habetur ſynonymorum, nominum a Divis repetitorum plus, quam exſpectares, ſæpe obſcurorum, & obſervationes aliquæ ad declaranda loca quædam *MATTHIOLI*, aliorumque. In epiſtolis, quæ ſcriptæ ſunt ab an. 1560. ad 1565. multa ad plantas Alpinas, hiſtoriam botanices, & interiora vitæ *CONRADI* pertinent.

JOH. de *CARDENOS problemas y ſecretos de las Indias* 1591. 8. EJ. *del chocolate que por vechos haya y ſi es bebida ſaludable o no*, Mexici 1609. *N. ANT.*

ANTONII MARIA BETTI de rhabarbaro contra communem opinionem quæſtio, Bonon. 1591. fol. An nempe magis in ſubſtantia an in infuſo alvum ſolvat.

JOH. WITTICH bericht vom bezoar ſtein : vom ligno guajaco, Lipſ. 1592. 4. In priori libello egit etiam de tacamahaca, mechoacanna & tabaco, & nonnullis novis balſamis, medico inprimis ſcopo.

THO. HYLL profitable arto of gardening, Lond. 1593. 4. *HARL.*

HIERONYMI MINETTI Quæſtio de ſarſæ parillæ & ligni ſancti viribus, Senis 1593. 4. *

Abſque titulo anno 1592. in forma longa Liber prodiit, cujus fronti inſcriptum eſt: *Vivitur ingenio, cætera mortis erunt.* In eo inſecta inprimis, ſed plantæ etiam eæque ſæpe eleganter exprimuntur, ſed partes fere & rami.

(*a*) *FABIUS COLUMNA* cum ad epilepſiam ſibi connatam quæreret remedium, botanicus factus eſt, & magno conatu & in natura ſtirpes inquiſivit, & in Libris deſcriptiones veterum cum ſuis inventis conatus eſt comparare. Primum Opus, juvenis 25. annorum nunc primum plantas circa Neapolin conquirentis, quo audacior fuit in definiendo de plantis veterum & paradoxus nonnihil, *Phytobaſanos* dictum eſt, & prodiit Neapoli an. 1592. 4. Omnes fere receptas ſententias mutavit, ſollicite intimis partibus ſtirpium comparatis cum veterum deſcriptione. Addidit accuratas icones, quas ipſe delineaſſet. Omnium primus, quantum vidi, dedit plantarum icones æri inciſas. Plantarum vera genera conſtituit, Cymbalaricam v. gr. ad Linarias revocavit, Acinon ſuam Veronicæ accedere vidit, ſtyli, ſtaminum, petalorum nomine uſus eſt (ad. *HERNANDEZ* p 853.) & ea nomina conſtituti. Differentias plantarum a florum figura, a numero petalorum vidit (ib. p. 854.) Nomina clarorum virorum ſtirpibus impoſuit ut Cæſiæ p. 148. Columniæ p. 75. quam amicus ejus *CÆSIUS* eo

dit ibi aliquando plantam commendari ad epilepſiam, & rogavit Medicos; an con- duce-

nomine dixit. Petalorum nomen conſtituit, ut partes floris ſignificarent (p. 853.) Tenera valetudine fuit, cui *SEVERINUS* anno 1629. vel 30. ulcus femoris exuſſerit, torridis lateribus admotis de *efficac. medic.*p. 141. In ſenio ἀναλφάβητος evaſit, & circa an. 1650. obſoleta jam fama obiit. Appendix marina nonnulla continet. Rariſſimum Libellum nuper an. 1744. recudi curavit Florentiæ 4. ſuo ſumtu *JANUS PLANCUS* Ariminenſis, additis *TOURNEFORTII* nominibus, & vita *FABII*. Præter botanicen Muſicam etiam amavit & Heronis paravit editionem (*SEVERIN. Medic. effic.* L. I. P. III. c. VI.

ADAMI ZALUZIANSKY a *ZALUZIAN* M. D. *Methodi herbariæ* L. III. Pragæ an. 1592. 4. editos video paſſim laudari. Sed inutiliſſimus mihi videtur labor occupatus in *DODONÆI* ſtirpibus ſecundum inutilem ordinem diſponendis. Quæ laudatur muſcorum aut orchidum diviſio, nihil habet veræ utilitatis, cum neque ſpecies enumerentur, neque notæ diviſionum addantur, & alieniſſimæ plantæ muſcis accenſeantur.

JOHANNIS BAUHINI de plantis abſinthii nomen habentibus caput ex L. de conſenſu & diſſenſu Scriptorum; & *CLAUDII ROCCARDI Trecenſis L. de abſinthiis* Montisbelig. 1593. 8. Habet ſententias breves Auctorum, & epicriſes, deſcriptionem brevem abſinthii, Muttellinæ. *ROCCARDI* Opus fere verſatur in veterum homonymiis, & inter quatuor abſinthia ſecundum adgnoſci nequit.

HORATII GUARGANTI de mechiocani radice ſeu Rheù indo, Venet. 1594.

JOH. FRANCI hortus Luſatiæ ſive *catalogus plantarum in Luſatia naſcentium* a *C. BAUHINO* ſæpiſſime citatus, nunquam a me viſus eſt. Prodiit Budiſſinæ 1594. 4. *

CASPARI BAUHINI phytopinax ſive *enumeratio plantarum noſtro ſaculo deſcriptarum* Baſileæ prodiit an. 1596. 4. Tentamen eſt ad futurum Pinacem, plantarum 2700. cum ſynonymis paucioribus ſed deſcriptionibus nonnullis, iconibus paucis, nominibus ſæpiſſime a numero ſolo deſumtis. Ejuſdem *editio operum Matthioli*, Baſil. 1598. fol. Nomina ibi addidit nova, icones ex Tabernæmontano, & aliquas ſuas, tum quas in prodromum receperit, tum alibi non extantes.

PAULI MINII della natura del vino, Firenze 1596. 12. *

PHIL. ST. SPRENGER dictum *catalogum* nunc cum nactus ſim; reperi alphabeticum eſſe, in quo aliquot plantæ, aut plantarum varietates recenſentur, quas primum nominavit.

ANDR. BACCII Lib. VII. *de factitiis vinis & de cerevifia*.

CASPARI SCHWENKFELT de thermis Hirſchb &c. libellum, quem dum hæc ſcripſi, nondum videram, nunc legi, titulumque meæ editionis addo, qui eſt *hirſchbergiſchen warmen bades in Schleſien beſchreibung*, Görliz 1619. 8. Catalogus eſt omnium plantarum in montibus Sileſiacis & circa Hirſchbergam naſcentium, rariorum & vulgarium.

ANTOINE CONSTANTIN brief Traité de la Pharmacie provinciale. Lyon 1597. * Purgantia ſola tractat, more veterum.

PHIL. STEPHANI SPRENGER horti medici Heidelbergenſis catalogus arborum, fruticum, plantarum indigenarum & exoticarum. Francof. 1597. 4. * Eo ægrius careo, cum aliquot ſtirpes primus deſcripſerit, Auctore *JOHANNE BAUHINO*.

JOH. GERARDI herbal. Londini an. 1597. fol. prodiit, ſed vide *JOHNSTONI* editionem.

ANDR. BACCII de naturali vinorum hiſtoria. Rom. 1597. fol. Compilatio. *

PETRI PION Phytologia ſive *theſes de plantis*. Herbipol. 1598. 12. Compilatio ex *LOBELIO*, *TABERNÆMONTANO*, abſque propria obſervatione.

JOHANNIS BAUHINI hiſtoria admirabilis fontis Bollenſis. Montisbeligardi 1598. 4. In appendice fructuum horatorum varietates plurimæ, plantæ hortorum Bollenſium, deinde ſylveſtres ex vicinia ſtirpes, & inter eas nonnullæ rariores & pluſculi fungi, ibi enumerantur.

RICHIER de *BELLEVAL nomenclatura ſtirpium, quæ in horto medico Monſpelienſi coluntur.** Monſpel. 1598. 12. (Tourn.) Condidit hortum Monſpelienſem quem pro exemplo horti medici proponit *OLIVERIUS* des *SERRES* p. 731.

FERRANTIS IMPERATI hiſtoria naturalis L. XXVIII. Neapoli 1599. fol. & plenius, variis ab *ANTONIO FERRO* addictis auctus, Venetiis 1672. fol. Bremæ 1695. 4. hic Latine. In L. XXVIII.

duceret, & ut hanc ipſi darent; verum irrito ſucceſſu eam, quam Medici ſuaſerant,

L. XXVIII. plantæ maritimæ, ſed etiam rariores Creticæ nonnullæ pinguntur. *FERRI* icones plantarum pluſculæ diu ſuperfuerunt *ROBINSON* ad *RAJUM*.

SIMON BERGER von der päonien Wurzel. Francof. 1599. *

JACOBI PONS in hiſtoriam generalem plantarum Lugdunenſem obſervationes breves. Lugd. 1600. 8. maj. Emendationes titulorum continet, & ſupplementa, & additamenta ex *C. DURANTE*, quæ partim parata fuerunt apud *DALECHAMPIUM*, partim ab Auctore ſunt addita, cui ſchedæ poſthumæ traditæ fuerunt. Promittit novam editionem p. 22. cui deſtinabat Nardi Montani duas meliores icones ab *AUGUSTINO LEONE* ex Hiſpania miſſas.

CASPARI SCHWENKFELT Catalogus ſtirpium & foſſilium Sileſiæ. Lipſiæ 1660. 4. Stirpes tum hortenſes Sileſiæ, tum ſylveſtres, inter quas depromptæ ex montibus Sudetum variæ raræ. Sed ſynonyma omiſit, deſcriptiones dedit breviſſimas. Ejus *de thermis Hirſchbergenſibus & de plantis in vicinia earum reperiundis* Germanicum Libellum. Gorlizii 1607. 8. editum & a *CL.* viro *C. J. TREWIO* citatum, nondum vidi.

JO. BRUYERINI de re cibaria. Francof. 1600. 8.

ADRIANI TURNEBI L. *de vino*. Pariſiis 1600. 8. eruditiſſimus ſed philologicus, a Meibomio recuſus.

OLIVIER des SERRES du PRADEL Théatre d' Agriculture & maiſon des champs. Pariſiis 1600. fol. (*SEG.* mea vero editio eſt an. 1611. 8.) Vir bonus, ſimplex, gnarus, curioſus, juſſu regio jam an. 1603. publicaverat artem bombycum educandorum & conficiendi ſerici. Omnem rem ruſticam complectitur, nulla parte omiſſa, ſimplices & minime ſumtuoſas commendat methodos, cœlo vero ſuo ſcripſit, non noſtro.

IDEM an. 1603. 8. * edidit Libellum titulo *ſeconde richeſſe du Meurier blanc*; quo ex cortice mori docet telas conficere.

OLIV. des *SERRES* du *PRADEL Theatre d' Agriculture* &c. editum eſt Rouen 1663. 4.

SEXTILII PICCOLHOMINI de natura & facultatibus ligni ſancti, Rom. 1602. 4. *

THEOD. de *BRY* itinera circa hoc tempus edita, inter Phyſicos Libros ſunt recenſita.

PAULI CRASSI de lolio Tr. cum Epiſtola ULYSSIS ALDROVANDI. Bonon. 1600. 4. *

CAROLI CLUSII varios amicos, Botanicos, nominaſſe non ingratum erit. Ii fuerunt *BERNHARDUS PALUDANUS*, Friſius, qui in Syria & Ægypto aliquandiu vixit, & multa ex Oriente ad virum optimum vegetabilia attulit.

De *CAR. CLUSIO* addimus, nobilibus a *CÆSARE* ob merita adſcriptum eſſe. *EJUS* lib. *de fungis* exſtat *in bibliotheca Leidenſi*, *BREYNE de fung. offic.* pag. 32. Exotica *CLUSII* ſub titulo *hiſtoire des Drogues, Eſpiceries & de certains médicamens ſimples qui naiſſent ès Indes tant Orientales qu' Occidentales*, Lyon 1619. 8. vertit *ANTOINE COLIN*.

JOHANNES DORTMANNUS aliquot plantas raras paluſtrium Friſiæ invenit, Gladiolum lacuſtrem, ſaxifragam, flore luteo, lineato &c. quæ apud *CLUSIUM* extant. Hiſtoriam ſtirpium Friſicarum ſibi ſumſerat edendam, & reliquit *CLUSIO* (*de hemerob.* in præf.); ſed cum eo interiit.

HONORIUS BELLUS VICENTINUS, Cydonienſis Medicus, Creticas ſtirpes in aliquot ad *CLUSIUM* Epiſtolis deſcripſit.

JACOBUS PLATEAU, Tornacenſis, & indigenas & hortenſes ſtirpes aliquas invenit, quæ cum ejus viri nomine, apud *CLUSIUM* extant, cui ſtirpes iconeſque miſerat. Idem de *THOMA PENNÆO* (vel *PENIO*, ut vocat *LOBELLUS*, qui & ipſe plantas ab eo viro habuit), Londinenſi Medico dixerim.

GREGORIUS a *REGIO*, Capucinus, multas Alpinas aliaſque raras ſtirpes & ad *COLUMNAM*, & ad *CLUSIUM* miſit. Ejus Libellus *de Capſico*. Bonon. 1613. (*BUMALD*) editus, extat cum curis poſterioribus *CLUSII*.

N. PEIRESCUS, qui ſtyracem indigenam ſui fundi ad *CLUSIUM* miſit (in vit. Peireſci). Hujus Botanici ſuo tempore principis, qui ſuo labore duplo plures addiderit ſtirpibus prius notis, ſenex nunc & undique auctus ſuppetiis, quas certatim mittebant humaniſſimo viro, ex India & Europa Botanici, an. 1601. edidit *ſtirpium rariorum hiſtoriam* L. VI. com-

corpori ſuo applicuit, unde dubitavit, an quidem vera eſset DIOSCORIDIS plan-

comprehenſam. Ea Pannonicæ priores & Hiſpanicæ continentur, & multæ præterea hortenſes, aut vulgatiores ſtirpes, cum fidis, ut ſolebat, iconibus & deſcriptionibus. Varietates incepit ſuæ ſpeciei ſubjicere. Fungorum copiam primus deſcripſit.

Deinde anno 1605. Leidæ, in altera Plantinianæ typographiæ colonia, edidit *Exoticarum* L. X. Eorum ſex priores continent fructuum, ſtirpium, avium, piſcium, animalium, per navigationes Belgarum ex India advectarum deſcriptiones. Reliqui ſunt citati prius *N. MONARDIS*, *G.* ab *ORTA*, *C.* a *COSTA*, *P. BELLONII* Libri. Hi Libri Gallice verſi prodierunt Lugduni 1619. 8. Acceſſerunt *BELLONII de neglecto ſtirpium cultu* & *N. MONARDIS de ferro, nive & Scorzonera Libelli.*

Denique, ne ſeparem ultro magni viri labores, Leidæ, ubi vitam clauſit ſenex decrepitus an. 1611. prodierunt *curæ poſteriores*, cum oratione in obitum. In his *curis* flores fere deſcribuntnr, & novæ aliquæ plantæ.

J. ROBINI catalogus ſtirpium indigenarum & exoticarum, quæ Lutetiæ coluntur, Pariſiis 1601. 12. prodiit, teſte *TOURNEFORTIO*.

JACOBI FERRARII idea theriacæ & mithridatii, Venet. 1601. 4. Nonnullas rariores plantas etiam recenſet, quæ theriacam ingrediuntur.

J. SIGFRID de genere aromatum quæ cortices ſunt, Helmſtad. 1602. 4. *

JOH. POMÆ iter Montis Baldi, ſcriptum an. 1595. extat cum *CAR. CLUSIO*, idemque auctius Creticis quibuſdam ſtirpibus an. 1608. Baſileæ 4. multis vero ex horto Contareno, iconibus & plantis, tum Alpinis nonnullis locupletatum, curante filio *JOHANNE BAPTISTA* editum eſt Venetiis an. 1617. 4. Sub nomine *Monte Baldo deſcritto*. Ob rariores Alpinas fideliter pictas, & numeroſas, neceſſarius eſt. In duabus poſterioribus editionibus *NICOLAI CAROGNA* Medici Veronenſis L. *de Amomo Dioſcoridis & Plinii* adjectus eſt.

DEMETRII CANEVARII de Ligno ſancto Comm. Rom. 1602. 8. Lignum quoddam nuper adlatum in Italiam falſum eſſe defendit, neque differre Lignum ſanctum a guajaco, etiamſi paulum colore & denſitate diſtingui videantur; lignum vero nuperum noxium eſſe, calidum, mali effectus, non indocto libro, oppoſito, ut videtur, Picolhomineo.

PETRI PAVII (conditoris horti Leidenſis, ſi fides *NEANDRO*, & Theatri) *horti publici Academiæ* LUGDUNO-BATAVÆ *iconographia & ſtirpium nomina* (C. B. præf.) Leid. 1603. 8. * Fraudes hujus viri, & demonſtratam pro Terebintho Fraxinum, arguit *ROLFINKIUS de veget. in gen.* p. 99.

NICOL. GUIBERT de balſamo ejuſque lacruma quæ opobalſamum dicitur. Argentor. 1603. 8. *

The fruiteſes's ſecrets containing directions for the due thime and mannes of gathering alle kinds of fruite. Lond. 1604. 4. cum hiſtoria malorum Cantiani agri.

Diſcourſe of huſbandry uſed in Braband and Flandres, (Hal.) 1605. 4. *

In *J. TALENTONII theſauro rerum reconditarum*, Francofurti 1605. 8. huc pertinent inprimis multa de chondro & alica veterum.

MATTHIÆ LOBELII in Rondeletii pharmaciam animadverſiones; accedit adverſariorum vol. & pars altera. Londini 1605. fol. ſeptuaginta & ſex paginis auctior editio, graminibus maxime Anglicis & Danicis, & eorum, atque Liliacearum iconibus & Lib. de *balſamo* ad *CLUSIUM*, qui Londini an. 1598. 4. ſeorſim prodierat (C. B. præf.). Quare hæc editio utique melior eſt.

ULYSSIS ALDROVANDI Opera huc pertinent, ut qui obierit diem ſuum an. 1605. Et quidem cum avibus pluſculas icones ſtirpium conjunctim dedit, ſed valde parvas & imperfectas. Deinde ex ejus ſchedis poſthumis *OVIDIUS MONTALBANUS Dendrologiæ* L. II. edidit an. 1668. fol. Francofurti recuſos an. 1690. Loquax & inficetum Opus, philologicum, cum iconibus rudibus, deſcriptionibus vix ullis. Glandiferæ ſunt arbores, & ex pomiferis paucæ. Alias adhuc collectiones plantarum & ſcriptorum eo pertinentium idem *MONTALBANUS* laudat in *Bibliotheca ſua* p. 26. edit. *SEG.* & ſtirpium collectiones egregias *MONTIUS* in *Comment. Bonon.* T. II. pag. 3.

HIE-

planta; hinc ut certiora inveniret, evolvit omnes Botanicos; & tandem invenit veram

HIERONYMI RUBEI Archiatri *de melonibus*, Venet. 1607.4. quo anno obiit auctor * *MANDOS.*

Flora's Paradiſe beautifyed and adorned vvith ſundry ſorts of delicate fruits and flovvers, Lond. 1608. 8. * *HARL.*

THEODORI a MUYDEN tractatus della natura del vino, Parma 1608. 8. *

THOMÆ MONSTAINT le jardin Senonois, cultivé d'environ 600. plantes qui croiſſent a moins d'une lieue de la Cité de Sens 1604. 12. (*SEG.*) *

CECHINI MARTINELLI de *Amomo & Calamo aromatico*. Ven. 1604. Et contra eum *anonymi examen*. Mantuæ 1605. 4. (C. B. Præf.) *

RICHERI de *BELLEVAL recherches des plantes du Languedoc*. Monſpelii an. 1605. cum 5. iconibus editas *TOURNEFORTIUS* memorat. *

ANDREÆ SPIGELII ad rem herbariam Iſagoge. primum prodiit an. 1606. 4. qua editione deſtituor. Vires medicas, etiam artificia aliqua ad conficiendos hortos ſiccos habet, & inter ea id, quo a planta ipſa fuliginis ope icon exprimitur.

ANDREÆ SPIGELII ad rem herbariam iſagoges editionem quam diximus, ſecutæ ſunt duæ aliæ, quarum una Leid. 1633. 12. altera vero Helmſtad. 1667. 8. prodiit.

Le Jardin du Roi Louis XIII. ot recueil de figures gravées par PIERRE VALLET. Pariſ. 1623. fol. Hic idem Liber prodierat ſub nomine *Jardin du Roi Henry IV. ou recueil de fleurs gravées & décrites par JEAN ROBIN*. Pariſ. 1608. fol. (C. B. præf.) Sunt 92. tabulæ plantarum, bulboſarum, cum vivis coloribus, & addita methodo pingendi. Pleræque Caule, radice & foliis carent. In mea editione nomen *ROBINI* omiſſum eſt.

JOH. STURMII de roſa Hieriuntica. Lovan. 1608. 8.

Inſtructions for the incroaſing of mulberrietrees and the breeding of ſilke vvorms, Lond. 1609. 4.*

SIMON. PARLASCA il fiore della Granadiglia ſpiegato e lodato, Bologna 1609. 4. *

OCTAVIANI LEO vere regole per fare i vini ottimi, Ven. 1610. 4

The manner of vvinter and ſummer drovvning of mendovv and paſture by *R. VAUGHAN* Lond. 1610. 4.

NICOLAI CLAUENNA de abſinthio umbellifero & ſcorzonera Italica. Ven. 1610. 4.*

NIC. CLAVENNA, quem citavimus, pharmacopola fuit, & privilegium obtinuerat pro vendenda confectione ex abſinthio umbellifero, quod oſtendit novum eſſe & a *CLUSIANO* diverſum. Inde ſcorzoneramItalicam deſcribit,quæ humilis ſecunda*CLUS*.&aquam ſtillatitiam mire laudat

G. MARCKHAM Country contentments or che husbandmans recreations, Lond. 1611. 4. 1640. 4. EJ. *cheap and good husbandry*, Lond. 1631. 4. *a* EJ. *farevel to husbandry or the enrichment of all ſorts of barren grounds*, Lond. 1631. 4. *HARL.* * EJ. *inrichment of the vvald of kent*, Lond. 1631. 4. *HARL.* EJ. *vvhole art of husbandry*, ib. 1631. 4. *HARL.* EJ. *Engliſch houſevvife*, ibid. 1631. 4. EJ. *vvay to vvealth*, ib. 1658. 4. *HARL.*

POMPEII SPRECCHI Antabſinthium Cluſii, quo abſinthium umbelliferum in Italia ortum ſit idem cum A. Alo. umb. Clavennæ, &c. Venet. 1611. 4.

EUGENII PETRELLI narratio fruticum, florum fructuumque, inprimis in Occidentali India naſcentium. Colon. 1610. 8. (*SEG.*) *

BAPTISTÆ CODRONCHS L. *de Elleboro*. Francof. 1610. 8. prodiit. Commendat uſum medicamenti, & ipſe propinavit, ſed rarioribus exemplis.

CASPARI PILLETERII plantarum exoticarum & patriarum Walachriæ ſynonyma. Middelburg. 1610. 8. Monſpelienſis, Richerii aliquando vicarius, deinde Middelburgenſis phyſicus. Non ſolas Walachricas neque primario, ſed omnes ſibi notas, ſuaſque inprimis Aquitanicas recenſuit cum paucis novarum ſtirpium deſcriptionibus, paucilque obſervationibus. Nomina prima ſæpe valde barbara ſunt. Promittebat methodum generalem cognoſcendarum plantarum, & dat deſcriptionem Hyacinthi cum ſtaminibus. p. 204.

PAULI RENEALMI ſpecimen hiſtoriæ plantarum. Par. 1611. 4. Elegans Libellus. Species generibus ſuis adjecit, ordines ſubalternos, quibus *MICHELIUS*, & *DILLENIUS* ante me ſunt uſi, primus adhibuit, ſtamina & ipſam inæqualitatem gnarus obſervavit. Centaurium minus in charactere Gentianis adjecit, icones bonas dedit, & deſcriptiones accuratas. Synonyma addidiſſe oportuerat.

EMMANUELIS SWEERT florilegium. Franc. 1612. fol. P. II. ib. 1614. Splendidæ ſunt tabulæ, maxime

veram illam plantam DIOSCORIDIS, qua etiam ſe ipſum ſanaſſe dicitur. CO-

maxime bulboſarum, quibus commercium faciebat Auctor, eo Libro maxime curioſos emtores invitaturus. Recuſum eſt an. 1635. & an. 1674. nihil mutatum.

JOHANNIS THEODORI de *BRY florilegium novum* an. 1613. editum, renovatum vero *& auctum* an. 1641. duplo fere plenius. Tabulæ ſunt florum, magna ex parte compilatitiæ ex *CLUSIO*, aliæ tamen propriæ & meliores. Nomina non optima, varietates plurimæ. In poſteriori editione tabulæ ex *FERRARII* flora acceſſerunt omnes, tum aliæ ſtirpium bulboſarum. Ibi tabulæ ſunt 176. Omnes inſertæ ſunt *Viridario VALENTINI*.

BASILII BESLERI hortus Aichſtettenſis. Norimb. fol. Atlant. 1613. & paucis mutatis, additis numeris Tabularum an. 1640. ibid. Splendidiſſimas 356. Tabulas ſuo ſumtu adidit *CONRADUS* a *GEMMINGEN*, ſpontanearum plantarum & hortenſium, quarum pleræque ad naturam, aliquæ tamen ex aliis imitatæ, nonnullæ fictitiæ & monſtruoſæ ſunt. Deſcriptionem & ſynonyma, non optima, *BASILIUS BESLERUS* adjecit, impar operi & latinæ linguæ ignarus, ut *præfationem* ſcribendam reliquerit fratri *HIERONYMO*. *LUDOVICUM JUNGERMANNUM* & *CASPARUM HOFMANNUM* manum adhibuiſſe vix crediderim, cum tantos errores non viderentur toleraturi fuiſſe. Et tamen *CL. BAYERUS JUNGERMANNUM* verum hujus horti auctorem vocat *biograph. Prof. Altdorf.* p. 81. 82. 83. Vitas in *Præf.* ad *Gazophylacium LOCHNERUS* dedit.

JOHANNES BAUHINUS obiit an. 1613. Huc ergo refero illuſtre Opus, cui non aliud novi comparabile. Nempe an. 1560. Tubingæ *FUCHSIUM* primo audivit (*GESNER*. Ep. p. 99. &c.) ab anno 1561. quo cum *CONRADO GESNERO* Alpes ſummas adierat, totis 52. annis Lugduni, Monſpelii, Ebroduni, Genevæ, Montisbeligardi, in VVürtenbergia plantas quæſiverat, contulerat Auctores omnes. Et in Lugdunenſi Opere manum habuit, & icones varias ad *C. GESNERUM* miſit, quarum aliquæ exſtant inter *CAMERARIANAS* v. g. fœniculi tortuoſi. Ita natum eſt ingens Opus, cujus *prodromus* an. 1619. 4. prodiit. Sed ipſa *hiſtoria plantarum* tribus voluminibus in folio comprehenſa, demum an. 1650. & 1651. procurante *FRANCISCO LUDOVICO* de *GRAFFENRIED*, Cive meo, & tunc maxime Præfecto Ebrodunenſi, opera *DOMINICI CHABRÆI* edita eſt. Et *JOHANNES* equidem ſapientiſſimæ omnium fere Auctorum operibus uſus, criſi adhibita accuratiſſima, optimis deſcriptionibus aut confectis aut receptis & interpolatis, id præſtiterat, ut fere omnia, quæ eo tempore nota erant, breviter & nitide ordinata exſtent. Plurimas novas plantas vel ipſe invenit, vel Gener *JOH. HENRICUS CHERLERUS*. Icones propriæ, etſi male ſculptæ, ſatis tamen bonæ, multæ autem Fuchſianæ aliæve parvæ & rudes ſunt. Deinde plurimas & ſæpe rudiſſime tranſpoſuit editor. *JOHANNES RAIUS* plurimum hoc Opere uſus eſt.

In itineribus *D. CHAMPLAIN* Pariſiis an. 1613. aliquot icones plantarum habentur.

CRISPINI PASSÆI junioris *hortus floridus ſecundum quatuor anni tempora*, Arnheim. Hujus Libri *Ver*. 1614. fol. long. *Æſtas* an. 1617. *Autumnus* an. 1616. prodiit. Tum *altera pars horti floridi*, cui titulus eſt *Cognoſcite Lilia Agri*. Ita omnino ſe habet exemplar, quod coram eſt. In horto florido nitidiſſime cælatæ exſtant plantæ ſpecioſis floribus præditæ, cujuſcunque generis, in altero etiam arbores. Hujus alterius dimidia pars, icones nempe 60. cum carminibus nonnullis expuncto *PASSÆI* nomine, prodierunt Bruxellis an. 1640. & 1609. 4. ut alii citant.) cum titulo *ANSELMI BOETII* de *BOOF herbarum & fructuum icones*. Artificium multo quam in *horto florido* vilius.

MICHAELIS REUDENII de novo gummi purgante, Lipſ. 1614. 8. * cum *W. BAYERI* deſcriptione Thermarum Bohemicarum.

ABRAHAMI ORTELII ſyntagma herbarum encomiaſticum, Leid. 1614. 4.

The pleaſure of Princes or gardener's recreations, Lond. 1615. 4. *HARL.*

C. HOFMANNI catalogus Plantarum circa Altdorfium naſcentium LUDOVICI JUNGERMANNI. Altdorf. 1615. 8. Raras aliquas & nuper detectas plantas continet. Idem Opuſculum an. 1646. 4. ſub nomine *Catalogi plantarum in horto medico Altdorfino LUD. JUNGERMANNI* prodiit, redeuntis tunc maxime in eum hortum. Et hortenſes & ſpontaneæ ibi continentur, multis ad priores adjectis. Idem catalogus, ſed multum auctus, in *HOFMANNIANUM* catalogum tranſiit.

P. AL-

COLUMNÆ adjungatur JOHANNES BAUHINUS; vir fuit celeberrimus in

P. ALPINUS hoc anno obiit, teſte *THOMASINO*. Huc ergo referri debent L. II. *de plantis exoticis*, qui an. 1627. prodierunt, aucti ab *ALPINO*, *ALPINIO*, Proſperi F. qui ſtirpes aliquas ſua manu delineatas adjecit. Plantæ ſunt calidarum regionum & Creticæ, adjectis Alpinis nonnullis.

FABII COLUMNÆ Ecphraſis ſtirpium minus cognitarum I. & II. Editio mea an. 1616. prodiit Romæ 4. & præfatio tomi prioris non anni 1606. eſt, ſed 1616. data eſt. In Tomo II. multæ ſunt ſtirpes *F. GREGORII* de *REGIO*. Notum eſt, quanta peritia & fide plantas raras deſcripſerit *FABIUS*, cum veteribus contulerit, propria manu delineaverit, characteres ipſos expreſſerit, ut ſui ſimilem priori ævo neminem, paucos habeat ſequente. Sunt autem partim calidarum regionum, partim Alpinæ.

JO. OLORINI centuria herbarum mirabilium oder hundert vvunder kraüter, Magdeburg 1616. 8. Undique ſua collegit.

BARTHOLOMÆI MARRANDAN dial. del tabago los dannos que cauſa y del chocolate; Sevilla 1616. 8. *

Cum *LOBELIUS* eodem anno obierit, Poſthuma ejus Opera hic dicere oportet. Et quanta eorum pars apud *PARKINSONUM* exſtet, alias dicetur. Hic *ſtirpium* volo *illuſtrationes* Londini an. 1655. 4. editas. Raras deſcribit ſtirpes, partim a *BOELIO* ex Bætica & Africa miſſas, partim a ſe ipſo lectas, alpinas & gramina; ſed deſcriptiones breves, & obſcuræ ſunt.

MENZELII Synonyma plantarum circa Ingolſtadium ſponte naſcentium. Ingolſt. 1618. 8. Plantæ paucæ, nomina fere ex Lugdunenſibus, miſtæ tamen rariores. Auctores *PHILIPPUS* & *ALBERTUS MENZELLI* pater & filius.

LUPUS DEZA gobierno politico de agricultura, Madrit 1618. 4.

JOH. FRANKEN ſignatur d. i. gründliche beſchreibung der von Gott gebildeten Gevvächſen; Roſtoch 1618. 4. 1645. 4. Fere ex figuris & odoribus ad vires ſtirpium concluditur. Ita pæoniæ fructus cum cranio comparatur &c. ſimilia habet *OSWALDUS CROLLIUS de ſignaturis rerum ſeu de vera & viva anatomia majoris & minoris mundi*. *EJ. FRANKENII* diſp. *de virtutibus nicotianæ*, Upſal. 1633. 4.

Ad *MICH. DÖRING* adde librum *EJUS de opii uſu, qualitate calefaciente & ipſum corrigendi modo*, Jen. 1620. 8. Calidum eſſe & corrigi debere acidis & lenientibus.

NICOLAI MUTONI collectanea Cum auctario duplici de opii uſu & de opobalſamo ſyriaco, Jenæ 1620. 4. *

GREGORII de los RIOS agricultura de jardines que trata de la maniera ſe an de erias gobernar y conſervar las plantas, Madrit 1620. fol. * Collectanea eſſe *N. ANT.*

JOH. de *CASTRO hiſtoria de las virtudes y proprietades del tabaco*, Corduba 1620. 8. * *ANT.*

MART. MYLII hortus philoſophicus, Argentin. 1621. 8. An huc pertinet?

GAUFROI LINOCIER hiſtoire des plantes augmentée de pluſieurs plantes des Indes cultivées au Jardin de M. ROBIN. Pariſ. 1619. 16. & *EJUSDEM hiſtoire des plantes trouvées en l'Isle de Virginie cultivées au Jardin du dit ROBIN*, ibid. 1620. 16. (*SEG.*) *

JOHANNIS STEPHANI STROBELBERGER de cocco baphica & Confectionis Alkermis uſu. Jenæ. 1620.

Ejuſdem *Galliæ deſcriptio* 1616. Plantas Galliæ Narbonenſis & agri Genevenſis, partim ex *LOBELIO*, partim ex proprio itinere, nominibus unice recenſuit. Auctius recuſa eſt an. 1621. 12. Jenæ.

MICHAELIS DORING de opobalſamo, balſamo Judaico, Ægyptio, Peruviano. Jenæ.1620.8.

GUIL. JOH. KNYF Goylandiæ L. II. Amſtelod. 1621. 4. * Eo continentur plantæ indigenæ ejus regionis. (*LINN.*)

CASPARI BAUHINI prodromus Theatri Botanici. Francof. 1626. 4. & Baſil. 1671. 4. Plantarum deſcriptiones ſexcentæ, non ad noſtri ſæculi morem, & ſæpe ad ſiccas ſtirpes factæ. Icones bonæ, pro ea ætate, & fideles. Paſſim dudum notas, *CLUSIANAS*, aliaſque, pro novis deſcribit, aliquas vero ibi habet; quæ ab eo tempore omnino interciderunt.

EJUS-

in hoc ſtudio; & tribus voluminibus in folio *Hiſtoriam plantarum* ſcripſit, ubi habe-

EJUSDEM Catalogus plantarum circa Baſileam naſcentium. Baſil. 1622. 8. Dives omnino ſtirpium etiam rariorum catalogus, niſi multiplicaſſet ſpecies, & paſſim aliquas recenſuiſſet, quas nullo nunc labore invenias, neque recentiores ullibi repererunt. Quare in difficilibus generibus, Allio, Orchine, Gramine, &c. caute legendus eſt.

Ejuſdem *Pinax Theatri Botanici*. Baſil. 1623. 4. 1671. 4. Opus, ut vocat Auctor, quadraginta annorum, & ultra certe, cum an. 1579. Monſpelii plantas jam collegerit (*Phytopia* p. 149.) & *GUILANDINO* plantas aliquas demonſtraverit. p. 153. Hoc Opere inprimis effecit *CASPAR BAUHINUS*, ut vix ulla planta abſque ejus nomine recenſeretur. Synonyma nempe priorum Auctorum ſub unum nomen collegit, ſic multo labore nos levavit, quem poſuiſſe oporteret in intelligendis veteribus. Verum an eo officio ita ſit functus, ut fama vulgo fert, judicabit expertus. Mihi videtur repetitiones ejuſdem plantæ innumerabiles ibi reperiri, & difficiliores Thalianas & alias ejuſmodi minime enodari, & omnino hanc clavem non reſpondere noſtris deſideriis.

EIUSDEM Theatri Botanici P. I. Baſil. 1658. fol. Sed obiit Auctor an. 1623. Duodecim juſtis voluminibus deſtinabat edendam plenam hiſtoriam plantarum, cujus pars unica, graminum inprimis, in lucem prodiit. Figuræ bonæ, plantæ plurimæ, etiam in hoc difficili genere, deſcriptiones breves, & mancæ.

JOH. OBERNDORFER horti Medici qui Ratisbonæ eſt deſcriptio. Ratisb. 1621. 8. Catalogus nominum. *

RENATI MORIN. Catalogus plantarum horti. Pariſ. 1621. 4. *SEG.* *

ISIDORY BARREIRA trattado das ſignificaones das plantas flores e fructos que ſe renferma na ſayonda Eſcritura, Ulyſſipon. 1622. 4.

JOH. SCHOEPF Ulmiſcher Paradis garten. Ulm. 1622. 8. * Deſcribuntur 600. plantæ partim hortenſes, partim ſpontaneæ circa Ulmam natæ.

GIOV. PONA del balſamo vero degli Antichi. Venet. 1623. 4. * Defendit Meccanum balſamum cum veterum balſamo convenire.

FRANCISCI PONA il Paradiſo de' fiori e catalogo delle piante che ſi poſſono avere dal M. Baldo. Venet. 1622. 4.

JOH. MANHELPHI de helleboro. Rom. 1621. *LINN.* 1622. *SEG.* *

PETRI CASTELLI de nomine hellebori ſimpliciter prolato. Rom. 1622. 4. *SEG.* *

Theatrum floræ, quo ex toto orbe ſelecti flores proferuntur. Pariſiis 1622. fol. cum tab. 69. *SEG.* *

VESPASIANI ROBINI Enchiridion iſagogicum ad facilem notitiam ſtirpium quæ coluntur in horto JOHANNIS & *VESP. ROBINI*. Pariſ. 1629. 12. *SEG.* *

OVID. MONTALBANI index omnium plantarum exſiccatarum quæ in proprio Muſeo] conſpiciuntur. Bonon. 1624. 4. *

LUDOV. JUNGERMANN Cornucopiæ floræ Gieſſenſis. Gieſſ. 1624. 4. (*LINN.*) *

JOSEPHI de *AROMATARIIS de generatione plantarum Epiſtola*. Venet. 1625. 4. Coburgi nuper recuſa, brevis, unice continet opinionem Auctoris, ſemina nempe plantarum eſſe parvos uteros ſive ova, in quibus ſpiritus generet minimam plantam, reliquum in alimentum convertat.

J. B. CORTESIUS in *Miſcell. Medicis* quæ Meſſanæ prodierunt an. 1625. in Dec. VIII. Tr. 4. de Mechoacanna egit, & in eandem Decadem inſeruit Tractatui X. *JOSUÆ FERRI de Contrayerva* & Bezoar excerpta, & ſuas de iiſdem cogitationes, in quorum opuſculorum poſteriori occidentale Bezoar deſcribitur, & animal, in quo id concrementum repertum eſt.

Deſcriptio rariorum plantarum quæ continentur in horto Farneſiano Auctore *TOBIA ALDINO* ejus horti *Præfecto*. Rom. 1625. fol. Indicas aliquas plantas hic deſcripſit *PETRUS CASTELLUS* qui ſub *ALDINI* numine latet.

ZACHARIÆ ROSENBACH catalogus plantarum circa Herbornam naſcentium. Herborn. 1626. 8. *

JOHAN-

habetur quidquid poteſt expectari de plantis, & earum a veteribus Auctoribus

Gg deſcri-

JOHANNIS NEANDRI Tabacologia. Leid. 1626. 4. & 1644. 12. Ultraj. Tres ſpecies Tabaci depingit, cultum tradit, vires medicas fuſe congerit. In adjectis epiſtolis aliqua anatomica non mala habentur.

JOHANNIS NEANDRI quem diximus *Tabacologia* Gallice prodiit Lyon 1630. 8.

WILL. LAWSON Orchard and garden 1626. 4. L. 1656. 4. *HARL.*

GUIL. LAUREMBERGII Botanotheca, ſive *modus conficiendi herbarium vivum*. Roſtock 1626. 12. Additum eſt etiam *S. PAULI* Quadrupartito.

PETRI ANDREÆ CANONHERII de *admirandis vini virtutibus*, Antvv. 1627. 8.

ALEX. PECCANÆ de Chondro & Alica L. 2. Veron. 1627. 4. *

ARNOLDI GISLENII hortus Caſſell. 1627. 4. Breviſſimus catalogus.

J. COLERI calendarium perpetuum & ſex lib. œconomici, VVittemberg. 1627. fol. EJ. *œconomia ruralis & domeſtica*, Mogunt. 1645. fol. Germanice. A patre multa bona & experimento confirmata habuit, quæ admiſtis aliis corrupit potius quam locupletavit. Agriculturæ partes ceterum breviter tradit, plurima vero alia ad animalia, ad coquinariam artem, ad medicinam pertinent.

JOH. CAR. ROSENBERG Rhodologia. Argent. 1628. 8. Francofurti 1631. 8. Omnis generis compilatio.

JOH. NEANDRI Jaſſafraſologia. Brem. 1627. (*LINN.*) *

JOH. STEPHANI STROBELBERGER Maſticologia. Lipſ. 1628. 4. Brevis, nec bona, Lentiſci deſcriptio; ſed multa enumeratio compoſitionum, quas ingreditur Maſtix.

Les Oeuvres de JACQUES & *PAUL. CONTANT*. Poitiers 1628. fol. Sunt commentarii in Dioſcoridem, Synopſes plantarum cum etymologicis, & alia.

GEORGII FUIRIENII anno 1628. mortui *plantæ itineris Gothici*, *Blekingenſis & Norvvegici* enumeratæ exſtant in Ciſta medica Bartholini. Multas elegantes & novas plantas primus habet, non tamen ſemper facilis intellectu. Lego ſeorſim Haffniæ prodiiſſe an. 1661. 4. *

GUI. de la *BROSSE de la nature des plantes & deſſein d'un Jardin Royal de Médicine*. Pariſ. 1628. 8. Stirpes rariores aliquas & obſervationes de virtutibus plantarum habet, & documenta moliminum ſuorum, quibus a *RICHELIO* hortum Medicum pene extorſit. Ejuſdem *icones poſthumæ*, quarum meminit *TOURNEFORTIUS*, non totæ perierunt. Poſſideo enim volumen in folio artificioſe ſculptarum ſtirpium exoticarum hujus Auctoris, quarum pluſculæ imperfectæ ſunt.

Hortus, quem *GUI.* de la *BROSSE* a *RICHELIO* ſollicitaſſe diximus, anno 1626. conditus eſt.

ZACCHARIÆ de *PUTEO de Gumma Indica radice anthaſthmatica & de Michiocan & de Jalapa*. Venet. 1628. 4. (*SEG.*) *

PETRI CASTELLI diſcorſi delle differenze tra li ſemplici freſchi e ſecchi e il modo di ſeccarli. Rom. 1629. 4. *

PROSPER RONDELLA tract. de vinea & vini generibus, Venet. 1629. fol. ajunt 1679. fol. *

AGOSTINO GALLO (nobilis Brixiani) *vinti giornate d' agricoltura*, Venet. 1629. 4. Multa ſuperſtitioſa & vana. Medicæ cultum commendat, quam non definit.

JOHAN. PARKINSON Paradiſus terreſtris 1629. fol. Parte prima continentur plantæ flore ſuo conſpicuæ: Parte altera hortus olitorius, tertia viridarium. Icones multæ, confuſæ, non bonæ, parvorum ramorum, deſcriptiones breves, nomina ex *C. BAUHINO*, & *LOBELIO*.

THEOPHILI KENTMANNI Tabula locum & tempus quibus plantæ ſpontaneæ proveniunt. VVittemb. 1629. 4. *

ERN. ABR. von *DEHN Weinbau* Lipſ. 1629. 8. Cultum Vitium in Miſnico agro deſcribit & fructus horræos.

ERN. A. von *DEHN vveinbau* recuſum eſt cum notis *JULII BERNARDI* de *ROHR*, Lipſ. 1730. 8. Experientiam 30. annorum citat *DEHNIUS*, loco tamen parum opportuno, in Saxonia vixit.

BARTHOLOMÆI AMBROSINI de capſicorum varietate cum iconibus ſuis & Panaceæ ex herbis a fructu denominatis. Bonon. 1630. 12. *SEG.* *

Her-

deſcriptis virtutibus, adeo ut ſint pandectæ Botanicæ, & nemo eo libro carere poſſit. Poſt

Herbarium Horſtianum, ſive *de ſelectis radicibus & plantis* L. II. aucti per GREGOR. HORSTIUM. Marpurg. 1630. 8.

MAURITII TIRELLI hiſtoria vini & febrium, Venet. 1630. 4. Inanis compilatio.

JACOBUS HORSTIUS prius Opuſculum jam an. 1587. Helmſtadii ſcripſerat, quod medici fere argumenti eſt, ſecundum menſes diſtributis plantis. Ejuſdem *JACOBI de Vite* diſſert. antiqua methodo ſcripta hic recuſa eſt. Acceſſit ad finem *CAROLI CLUSII* Epiſtola ad Electorem Palatinum, cum quibuſdam de cultu plantarum monitis. J. *GREGORIUS HORSTIUS* promiſerat etiam *Pinacem Pinacis*, nominibus, quam apud *C. BAUHINUM* melioribus, ſed ea nunquam prodiit.

ANTONII DONATI Tr. de' ſemplici che naſcono nel lido di Venezia. Venet. 1631. 4. Rudiſſimus equidem Libellus Seplaſiarii, nominibus corruptiſſimis agyrtica jactantia deformis; ſed icones ſatis bonæ ſtirpium calidarum, & maritimarum hæc vitia redimunt.

ANT. COLMENERI de *LEDESMA trattado de la natura y calidad del Chocolate*. Madr. 1631. 4. recuſus an. 1644. a Volcamero Norimbergæ.

ANT. COLMENERI de *LEDESMA* Gallice verſus eſt a *R. MOREAU*, Pariſ. 1643. 4.

MARTINI BLOCHWITZ Anatomia Sambuci. Lipſ. 1631. 12. Paracelſicus Libellus, an. 1677. Anglice editus.

PETRI LAUREMBERG Horticultura & Apparatus plantarum L. III. Francof. 1632. 4. Elegans Libellus & jucundæ lectionis. Continet icones liliaceorum non malas & varietates.

JOH. FREYTAGII de Opii natura. Groening. 1632. 8. Practicus.

JOH. MOUSIN Hortus Jatrophyſicus, ſive *de floribus in Sylvis ſponte naſcentibus*. Nancii 1632. 8. *SEG.* *

JOH. JONSTON in *Thaumatographia*. Amſtel. 1632. 12. edita etiam plantarum admiranda habet.

J. BAPTISTÆ FERRARII de Florum cultura L. IV. Rom. 1633. 4. Poeta & Orator, latiniſſimo & cincinnato ſermone inſtrumentum hortenſe & artem educandorum florum dixit, non ſine plurimis aut variis aut proletariis artificiis raras aliquas plantas ea occaſione deſcripſit & depinxit.

ADOLPHI VORSTII Catalogus plantarum horti Leidenſis prodiit. an. 1633. 16. & 1658. (Trevv.) pauper adhuc, neque qualem colit *ROYENIUS*.

MICHAEL CAXA de *LERVELA reſtauracion de la abundancia antigua de Eſpanna y far il o præſtantiſſimo reparo de ſu careſtia preſente*, Neapoli 1631. 4.

DAN. SENNERTUS in *phyſicis* etiam de plantis egit.

MART. BLOCHWITZ anglicam verſionem dedit *SHERLEYUS*.

J. FREYTAGII de opii natura prodiit etiam Lipſ. 1635. 8.

A. VORSTII catalogus plantarum recuſus etiam eſt 1649. 16.

JOANNIS de *LAET deſcriptio Americæ* fructus inprimis habet iconibus expreſſos. Prodiit apud Elzevir. an. 1633. fol.

GUIL. MARQUIS aloë morbifuga in ſanitatis conſervationem concinnata, Antvverp. 1633. 8.*

WILLIAM LANGHAM garden of health containing the virtues and proprieties of all kindes of ſimples and plants, 1633. 4. *HARL.*

The herbal or general hiſtory of plants gatherd by JOHAN GERARD, enlarged and amended by THOMAS JOHNSON. London. 1633. fol. Primum Opus erat verſio Dodonæi facta a *D. PRIEST*, quam eo intermortuo ſibi tribuerat ignarus Chirurgus *GERARDUS*. Erat autem maculoſa omnino verſio in qua v. gr. legeres pro auctore *CÆSARIUM* Archiatrum ubi de *JULIO ALEXANDRINO* ſcripſerat *DODONÆUS*. Figuræ ex Tabernæmontano. Nonnulla tamen propria habet *GERARDUS*. Reformavit omnia pharmacopola, ſed minime rudis vel indiligens, *JOHNSONUS*, addidit Lobelianas tabulas, icones, & plantas, adaliquot centurias. Ejuſdem *JOHNSONI* eſt *Mercurius Botanicus*, ſive *deſcriptio itineris anno 1634. plantarum gratia ſuſcepti*. Lond. 1634. 8. & *Mercurii Botanici pars altera*, *ſive plantarum itineris in Walliam ſuſcepti deſcriptio*. ibid. 1641. 8. edita. In primo Opuſculo extant

Poſt hunc habemus MORISONUM, cujus hiſtoria univerſalis plantarum

Gg 2 conti-

ſtant plantæ Bathonienſes & Rupis S. Vincentii prope Briſtoliam. Catalogus minime pauper, etiam rariorum ſtirpium. Alterum an. 1639. ſuſceptum iter, uti amplius, ita pulchrarum plantarum feracius fuit.

Ejus *Ericetum Hamſtedianum*. Lond. an. 1632. 8.* *& iter in agrum Cantianum*, ib. 1629. 4. *& Deſcriptionem itineris inveſtigationis plantarum in agrum Cantianum*. 1632.* Non vidi.

PETRI CASTELLI diſcorſo dell' elettuario Roſato di Meſue nel quale ſi ragiona delle Roſe e della ſcammonea. Rom. 1633. 4. *

AUGERII CLUTII de Nuce Medica & de Hemerobio. Amſtel. 1634. 4. Heteroclitus paulum Auctor, *RICHERII DE BELLEVAL* in horto Monſpelienſi aliquando vicarius, in Africam excurrit, ut hortum Monſpelienſem ornaret, ſed ter captivus omnibus exutus eſt. Duas Coccos Maldivicas, ampliſſimam unam, alteram parvam donatas ſibi deſcribit, & vires tribuit maximas.

JACOBI CORNUTI Canadenſium plantarum hiſtoria & Enchiridion Botanicum Pariſienſe. Pariſiis 1635. 4. Plantas a *ROBINIS* & aliis ex noviter inventa America Septentrionali adlatas deſcribit & ſatis bene depingit. In Pariſino Botanico paucæ ſtirpes & breviſſime nominatæ ad ſuas natales ſedes traduntur.

DAN. WINCKLER de Opio Tr. Lipſ. 1635. 8. contra *FREYTAGIUM* & ex genio ſeculi *B. RIV.* *

JOH. HARTMANNI Tr. de Opio Wittemb. 1635. 8. *B. RIV.* *

OVIDII MONTALBANI Speculazione circa le Biade overo Geoſcopia Cereale. Bonon. 1635. 4.

GUI. DE LA BROSSE deſcription du JARDIN Royal. Pariſ. 1636. 4. Nomina abſque iconibus.

PIETRO DE LA CHENA rara virtù che ſi cava dal Roſmarino. Rom. 1636.

PIETRO della *CHENA* libellum nunc, dum lego, video minime botanicum eſſe, ſed Galli, chemici, laudes ſui medicamenti prædicantis.

OVID. MONTALBANI Geoſcopia Ampelite overo ſpeculazione circa le viti. Bonon. 1636. 4.*

HENR. KARAIX Index plantarum indigenarum prope Lugdunum Batavorum, ibid. 1636. 4. creditur ad *VORSTIUM* ſpectare. *

PETRI CASTELLI relatio de qualitatibus frumenti cujuſdam Meſſanam delati. Neapol. 1637. 4. *B. RIV.* *

F. STEPHANI de *VILLA* monachi *Rumillete de plantis*, Burgos 1637. 4. * EJ. *ſimplos incognitos con la medicina* 1643. ibid. * *ANT.*

JOHN. PARKINSON Theatrum Botanicum. Londin. 1640. fol. *BAUHINIANIS* & *LOBELIANIS* plantis (quas ex ſchedis poſthumis coemtis collegerat) addidit *ALPINI* & *CORNUTI* novas ſtirpes. Cæterum ignarus compilator, in repetitiones innumeras incidit ſtirpis ejuſdem, diverſis ab Auctoribus deſcriptæ, & caute admodum legi debet.

OVID. MONTALBANI Kepoſcopia ov. ſpeculazione degli orti. Bonon. 1636. 4.

JACOBI GREGORI hortus pharmaceuticus Lutetianus. Pariſ. 1638. 16. *

BOYCEAU traité du jardinage ſelon les raiſons de la nature & de l' art, Paris. 1638. fol. *

D. RHAGOR pflantz garten prodiit etiam Mogunt. 1651. 8. Deſcribit autem pomonam, vites, olera, & denique calendarium dat hortulanorum, & agricolarum.

The exact gardiner, Lond. 1640. 4. * *HARL.*

SIMONIS PAULI Quadrupartitum Botanicum. Roſtoch. 1639. 4. Argentorati 1667 4. & Francofurti 1708. 4. editum. Nomen habet a quatuor anni tempeſtatibus, ſecundum quas Liber diſtributus eſt. Plantas vero medicas recenſet earumque vires, aliquando etiam non vulgares, tum alia miſcet ſenili facundia.

DAN. RHAGOR, civis mei, & Præfecti Thorbergenſis, *Pflanz Garten*. Bern. 1639. 8. 1650. &c. Cultum vini, arborum, & olerum ad clima Nuitonicum deſcripſit.

OVIDII MONTABANI Choragonoſcopia ovvero ſpeculazione dell' interna proprietà dell' Erbe mediante gli oggetti de' ſenſi. Bonon. 1640. 4. *

STEPHANI de *GASPARIS liquoris artificialis pro opobalſamo Romæ adhibiti oppugnatio*. Rom. 1640. 12. Non indocta pro aromatariis apologia.

Contra *STEPHANUM P. CASTELLUS* ſcripſit *Opobalſamum examinatum*. Meſſan. 1640. & *Opobalſamum triumphans* eod. anno 4. Lites nempe exortæ erant inter aromatarios Romanos

continetur binis & tribus voluminibus in folio. Tres quidem tomi ſunt, ſed

manos, & Manfredum & Panutium ſocios, qui Theriacam cum balſamo de Meccha paraverant. Pro illis cauſam dixit *STEPHANUS* de *GASPARRIS*, & verum eſſe negat, quo uſi fuiſſent Manfredi opobalſamum, aut notas habere a veteribus deſignatas. Contra *CASTELLIUS* dari utique opobalſamum verum, & notas pleraſque in Manfrediano convenire adfirmat nec reprobari debere, aſpero ſatis ſermone uſus. Ab eo tempore balſamum Mechanum videtur in Medicinam frequentius receptum eſſe.

EJUSDEM CASTELLI Hortus Meſſanenſis 1640. 4. cum figuris areolarum.

TRIVULTII GIAQUINTII ragguaglio primo ſopra il balſamo d' Arabia. Trento 1640. 4. Ad eamdem litem pertinet, tum *diſtruzione del falſo ragguaglio*. Coſtanza 1640. 4. contra priorem. *

L'ouverture du jardin Royal de Paris pour la démonſtration des plantes médicinales. Pariſ. 1640. 12.

FRANCISCI PERLÆ de orientali balſamo in theriaca adhibito diſſertatio, Rom. 1641. 12.* Pro balſamo Maſcardorum.

JACOBI BONTII de Medicina Indorum. Opus primum prodiit Leidæ an. 1642. in 12. tum Pariſiis an. 1646. 4. & in *P. ALPINI* Medicina Ægyptiorum. Deinde ejus *hiſtoria naturalis & medica Indiæ Orientalis* a *GUIL. PISONE* in ſex libros diviſa, edita eſt Amſtelodami an. 1658. fol. In iis Libris elegantiſſimis tribus quidem prioribus medica hiſtoria, quarto obſervationes in G. ab *ORTA*, quinto Animalium hiſtoria, ſexto plantarum, ſed eæ cum rudibus iconibus exſtant, quas in Java Inſula collegerat.

MICH. RUPERTI BESLERI Gazophylacium rerum naturalium ex regno vegetabili, animali, & minerali. Nuremberg. 1642. fol. magn. Aliquot icones ſtirpium continet, Gentianam aliaſque.

PEREGRINI PITTORI opobalſami cenſura contra CASTELLUM. Ven. 1642. 12. *SEG.* *

OTH. SPERLING Hortus Chriſtianæus. Hafn. 1642. 12.

Ejuſdem *Catalogus ſtirpium Daniæ indigenarum, quas in horto aluit* an. 1645. Exſtat in *ciſta Medica BARTHOLINI* & raras aliquas ſtirpes continet.

DANIEL BECKER nützliche haus apothek oder beſchreibung des vvachholders, Konigsberg 1642. 8.

J. *MEURSII arboretum ſacrum ſeu de arborum, fructuum & herbarum conſervatione, proprietate, uſu & qualitate* Lib III. Leid. 1642. 8. Ad philologiam.

DOMINICI PANAROLI Plantarum amphitheatralium catalogus. Rom. 1643. 8. (*LIND.*) ejuſque *de neceſſitate Botanices præludium* recuſum Hanoviæ 1654. 4. Breviſſimus ille eſt catalogus nominum pariter breviſſimorum.

NICOLAI OELHAFII elenchus plantarum circa Dantiſcum naſcentium. Gedani an. 1643. 4. editus, paucas & fere vulgares plantas continet. Auctiorem eſſe a *LAURENTIO EICHSTADIO* in 8. forma editum an. 1656. 4. lego, ſed nondum vidi. *

JOSEPHI DONZELLINI lettera familiare ſopra l' Opobalſamo Orientale adoperato in Roma. Rom. 1643. 4. Ad eamdem litem pertinet.

R. THORII judicia de tabaco, & de ejus abuſu, &c. Ultrajecti an. 1644. 12. prodierunt, poetica.

R. THORII judicia de tabaco &c. poëtica ſunt, & ex variis collecta.

LUD. NONNII de re cibaria L. IV. Antvverp. 1644. 4. Ex veteribus collegit, neque incommodas de plantarum diætetica utilitate, neque tamen valde reconditas enarrationes habet.

JOH. VESLINGII Opobalſami veteribus cogniti vindiciæ, & Paræneſis ejuſdem ad rem herbariam. Patav. 1644. 4. In priori Opuſculo eamdem, quam *CASTELLUS*, ſententiam tenet, eo firmior, quod in oriente balſamum ipſi propius innotuiſſet. *EJUSDEM catalogus plantarum horti Patavini* ejuſdem anni 12. citatur a *LINNÆO*. *

Opobalſami Orientalis examen & ſinceritas reddita a S. G. *VOLCAMERO*. Nuremberg. 1644. 12. Eamdem cauſam *MANFREDI* defendit P. *ZACCHIAS*, quorum Opuſcula hic collecta habentur.

De

ſed plerumque duobus voluminibus compacti ; pretioſiſſimum eſt Opus.

Sequi-

De legitimo Alois charactere. Pompejopoli 1644. 8. *

PETRI RICARTI botanotrophium ſive *hortus Medicus cura GEORGII WIONI deſcriptus ; Addita planta, quæ prope Lillam naſcuntur*. Lillæ 1644 12. *SEG.* *

PETRI FORMII Tr. de l' Adianthon. Montpel. 1644. 12. *

LOUIS FERRANT traité du tabac en ſternutatoire, Bourges 1645. 4. *

J. JAC. CUFFARI i biaſimi del tabacco, ovvero l' uſo pernicioſo di eſſo, Panorm. 1645. 4.*

In. *C. HOFMANNI* librum, quem diximus, animadvertit *G. H. WELSCH de agagropil.* pag. 25.

JAC. ANT. CLAVENNÆ theologi *clavem* nunc legi, quæ index eſt in Lugdunenſem ſtirpium hiſtoriam, cujus plantas ſecundum morbos enumerat, quibus mederi dicuntur.

J. B. FERRARII heſperides ſive *de malorum aureorum cultura & uſu*. L. IV. Rom. 1646. fol. (& 1656. ſ. *CAT. HARL.*) Multa ad philologiam & ad horti culturam habet, tum magnam vim varietatum ex gente heſperidum dedit depictam, utilis in eo Auctor.

BALDI BALDI del vero Opobalſamo Orientale diſcorſo apologetico. Rom. 1646. 4. Ad prius dictam litem ſpectat.

JOH. SNAPPENDAEL catalogus horti Amſtelodamenſis. Amſt. 1646. *LINN.* *

C. HOFMANNI de medicamentorum facultatibus. L. II. Pariſ. 1646. 4. Cautus, incredulus, vetuſtatis peritiſſimus ſenex, acuto & brevi ſtylo virtutes plantarum deſcripſit. Utinam plus tribuiſſet experimento & Naturæ!

LEVINI FISCHER Methodus nova herbaria plantarum ad ſeptem ſumma genera redactarum. Brunſvic. 1646. 8. Inficetiſſimæ claſſes pro plantarum ſerie diſponuntur, quibus ſubjectas ſupponit ſtirpes. Icones & nomina mala.

HENRICI MUNTING hortus & gazophylacium materiæ medicæ. Groning. 1646. 12. Stirpes raræ ex ſpontaneis non multæ, ne Dortmannia quidem, paradoxæ pluſculæ, ut Alliaria coronaria.

C. STENGELII hortenſius & dea flora, Aug. Vind. 1647. 8.

Phytologia ſive *Philoſophia plantarum a GUILIELMO DUVAL*. Pariſiis 1647. 8. Opus poſthumum, & ſuperſtitioſi hominis vulgatiſſima compilatio.

JOH. BROSTERHUYS Catalogus plantarum horti Medici illuſtris Scholæ Auriacæ quæ Bredæ eſt. Bredæ 1647. 12. *

SIMONIS PAULLI flora Danica let 'er Dansk Urtebog.. Hafn. 1648. 4. A quadrupartito penitus differt. Icones Lobelianas 393. officinalium ſtirpium, emtas a *MORETTO*, alias a *TABERNÆMONTANO* imitatas, nonnullas proprias habet cum deſcriptionibus.

Catalogus plantarum horti Medici Oxonienſis. Oxon. 1648. 8. Hortum condiderat Comes Danbi, Catalogum ſcripſit *BOBARTUS* ſenior. Continet plantarum 1600. nomina, computatis varietatibus & Canadenſes pluſculas. Idem *duplo priori auctior ; accedunt plantæ minimum ſexaginta, quæ nullibi memorantur cura PHILIPPI STEPHANI* M. D. & *GUIL. BROUNEI*. ib. 1658. 8. prodiit *BOBARTUS* uterque verus Auctor eſſe videtur. Plantæ adjectæ 400. Sed earum multæ omnino meræ ſunt vanitates.

JAC. ANTONII CLAVENNÆ Clavis, ſive *theſaurus naturæ de plantis*. Tarviſii 1648. fol. * (*BIBL. SLUS.*)

GUILIELMI PISONIS & *GEORGII MARCGRAVII hiſtoria naturalis Braſiliæ*. L. VIII. Amſtelod. 1648. fol. Fere toti botanici ſunt argumenti. Plurimæ ibi ſtirpes iis temporibus lectæ, quibus Comes Mauritius in Braſilia imperavit, ibi deſcriptæ, & rudiuſcule pictæ habentur.

Idem Opus mutatum, & Marcgravianis multis in Piſonianam hiſtoriam tranſumtis, prodiit 1658. fol. ibid.

JOH. CHRYSOSTOMI MAGNENI de Tabaco Exercitationes XIV. Ticini 1648. 4. (*SEG.*) Amſtelodami 1669. 12. Neque plantam deſcripſit, neque analyſin ſuſcepit, neque proprias obſervationes habet, ſed formulas unice & medicamenta varie ex ea herba parata compilavit.

JOA-

Sequitur celeberrimus RAJUS. Et in his, tamquam in pandectis, omnia, quæ hic

JOACHIMUS BURSERUS, nihil equidem de plantis ipſe ſcripſit, ſed multas miſit *CASPARO BAUHINO*, multas etiam in hortum ſiccum collegit, qui poſt varios caſus Upſaliæ nunc conſervatur, triginta voluminum. Ex vita deceſſit 1649. poſtquam magnam partem Europæ ſtirpium legendarum cauſa peragraverat. Non deſcriptarum ſtirpium nomina *Upſalienſibus Actis* inſeruit *PETRUS MARTIN* an. 1724. p. 487. 530. Deinde filius *MARTINI ROLANDUS*, præſide *LINNÆO*, accuratius deſcripſit eumdem in diſputatione habita Upſaliæ 1745. in qua eædem plantæ cum nuperis & Linnæanis inprimis nominibus habentur.

J. C. MAGNENI de tabaco exercitationes prodierunt etiam Ticini Regii 1658. 12. *EJUSDEM* etiam eſt Liber *de manna*, Jen. 1658. 12. Male contendit, contra *ALTOMARUM*, mel utique rorem eſſe, & quidem certa doſi ex cera primigenia, melle primigenio, pingui halitu, nitro & ſale ammoniaco compoſitum.

A. SEVERINI Epiſtola, de quibus ad *CAR. AV. RHODIGINUM* diximus, recuſæ ſunt VVolfenbuttel 1728. 4.

HENR. REGII Hortus Acad. eſt ichnographia & catalogus ſtirpium perbrevis.

CAROLI AVANTII RHODIGINI notæ in J. B. FIERÆ Cœnam. Patav. 1649. 4. Scripſerat ſæculo XVI. ineunte *FIERA* de ciborum viribus medicis verſiculos, quos ſuos fecit *CASTOR DURANTES*. Eos *CAR. AVANTIUS* notis Botanicis & Philologicis doctis ſatis illuſtravit, & figuras nonnullas addidit. Poſthumum Opus edidit *JACOBUS AVANTIUS* frater. Acceſſerunt *M. A. SEVERINI de lapide fungifero & de lapide fungi mappa* minime inutiles *Epiſtola* quibus varia ad fungorum & tuberum hiſtoriam pertinentia continentur. Idem *SEVERINUS* minime incurioſus fuit ſtirpium. Tunæ folium in Sceleton reduxit ante *RUYSCHIUM*(*WORM*. Muſ. p. 148. 149)

HENRICI REGII Hortus Academicus. Ultraj. 1650. 8. *

CHRISTIANI MENZELII Centuria plantarum circa Gedanum. Dantiſc. 1650. 4. Pulchræ ſtirpes appendicis loco ad *OELHAFII* elenchum hic recenſentur.

LAUR. EICHSTETT de camphora an HIPPOCRATI & aliis priſcis nota fuerit & quid de ejus ortu & natura recentiores medici prodiderint, Gedan. 1650. 4.

Mexicana *FR. HERNANDEZ* editio eſt 1615. 4. *FRANCISCI XIMENEZ* apoſtoli Indi *de la naturaleça y virtudes de la arboles, plantas y animales de la nuova Eſpanna en eſpecial de la provincia de Mexico de que ſe aprovecha la medicina HERNANDII* nempe opus verſum a *F. XIMENEZ*.

S. HARTLIB legacy Londini recuſum eſt 1655. 4. *

MELCHIORIS SEBIZII de alimentis. Argent. 1650. 4. Eruditum & pleniſſimum Opus.

Phytologia Britannica. Lond. 1650. 8. Habet locos natales plantarum indigenarum, rariorum, quæ multæ a *LOBELIO PENNÆO* & aliis collectæ hic recenſentur. Auctor eſt *GUILLELMUS HOW*.

FRANCISCI HERNANDEZ nova plantarum, animalium & mineralium Mexicanorum hiſtoria. Rom. 1651. fol. Hoc Opus poſthumum Medici Hiſpani diu latuerat, quando primo *CÆSII* principis cura, tandem etiam eo intermortuo, ſero editum eſt. Continet plantas cum barbaricis nominibus & malis iconibus inſignes multas. Deinde *NARDI ANTONII RECCHI* & *JOH. TERENTII* notæ. *JOHANNIS* vero *FABRI* de animalibus pulcherrimæ obſervationes, tum de iiſdem & plantis *FABII COLUMNÆ* notæ, & denique *FREDERICI CÆSII tabula phytoſcopica* acceſſerunt principis nempe Lynceorum, qui etiam fungorum volumina collecta habebat. (*JAN. PLANC. Præf. ad Phylobaſ.* p. XXVII.) Et ipſe & *FABIUS* multas obſervationes ad characteres & claſſes plantarum perutiles & nuperis inventis perſimiles adſperſerunt.

J. *JAC. CHIFLET pulvis febrifugus orbis Americani ventilatus* 1651. 8.*

SAM. HARTLIB legacy. Lond. 1651. 4. Commendat Anglis varia ruſticæ rei compendia ex agricultura Belgica.

EJUSDEM Eſſay for advancement of husbandry and learning. Lond. 1651. 4. *

EJUSDEM reformed husbandman or the errors of Engliſch huſbandry. ib. 1651 4.* Omnia Opera egregii, candidi & patriæ amantiſſimi viri, in magno pretio habentur.

PIERRE MORIN Catalogue de quelques plantes a fleur qui ſont au jardin de P. M. Pariſ. 1651. 4. (*SEG.*) *

GEORG. KIRSTENNII exercitatio phytophilologica de Colocynthide & Cocco. Stettin 1651. 4.*

CL.

hic quærimus, inveniri poſſunt. MORISONUS quidem habet plures plantas recen-

CL. SALMASII Opera omnia huc referantur, cum obierit an. 1652. Ad philologiam plantarum plurimum faciunt, ad cognitionem vix quidquam. Vide ejus de *Saccharo & Manna* Libellum. Pariſiis an. 1663. 8. & alias.

JOANNIS CHEMNIZ Index plantarum circa Brunsvigam naſcentium cum appendice iconum. Brunsvic. 1652. 4. Stirpium non contemnenda multitudo & elegantia. Icones indigenarum tres omnino.

SILAS TAYLOR common good or the improvement of commons Foreſts and chaſes by incloſure, Lond. 1652. 4. *HARL.*

W. BLITH the Engliſh improved improv'd or the ſurvey of husbandry ſurveyd, Lond. 1652. 4. Contra *HARTLIBIUM*. *

AGOSTINO MANDIROLA Manuale de' Giardinieri. Vicenz. 1652. 12. * Florum, heſperidum, olerum cultum, cum variis arcanis deſcribit. B. R.

MARTINI BERNHARDI a *BERNIZ Catalogus ſtirpium in horto regio Warſovienſi*. Dantiſci 1652. 12. Recuſus a *SIMONE PAULI*.

PETRI CASTELLI de ſmilace aſpera botanico-phyſica ſententia. Meſſan. 1652. 4. *SEG.* * Addo ad eum locum illud *alterum CASTELLI Opus de plantis*, quod ignorat *D. SEGUIER*, eſſe omnino *TOBIÆ ALDINI* Librum ſupra citatum.

P. CASTELLUS dedit etiam *catalogum plantarum Ætnearum* in *BARTHOLINI Epiſtolarum Centuria* I.

J. ROYER beſchreibung, &c. primum prodiit Halberſtat. 1648. 4.

J. BAPT. ZANONI obſervationes aliquæ circa plantas novas & non vulgares in Bononienſi agro naſcentes. Bonon. 1652. fol. Italice *SEG.* *

JOHAN. ROYER beſchreibung des Fürſtl. Garten zu Heſſen. Brunsvic. 1653. 4. Legi meretur ob plantarum in vicinia & in Bructero Monte naſcentium Catalogum, quas equidem non omnes eo loco naſcentes inveni. Multas elegantes plantas primus in Germania videtur inveniſſe. *JOHANNES FRANCISCUS SEGUIER* ait ejus plantas montis Bructeri & viciniæ ſeorſim an. 1657. 4. Brunsvvici prodiiſſe.

SIMONIS PAULI viridaria varia. Hafniæ 1653. 12. Continetur parvo volumine *Catalogus plantarum horti Hafnienſis*: tum *Pariſini a G. de la BROSSE* editus. *Warſavienſes tres*, hortenſium duo, unus ſpontanearum, non ſatis, ut probabile eſt, verus. Quis enim Allium Alpinum VVarſaviæ expectet? aut Ariam majorem, aut Aſclepiadem flore nigro, aut Blattariam flore albo? Porro catalogi *Oxonienſis horti* & *Patavini*, qualis erat an. 1642. & *Leidenſis* a. 1642. & 1649. & *Groningenſis*, jam dicti: & *LAUREMBERGII* demum *Botanotheca*.

SAMUEL HARTLIB deſign for plenty by an univerſal planting of fruit trees. Lond. 1654. 4. *

Le jardinier François qui enſeigne a cultiver les arbres avec la ſuite, Amſtelod. 1654. 8. 2. vol. & 1662. 8. Pariſ. 1666. 8.

J. THOMASII de mandragora recuſa eſt eſt Hall. 1739. 4. Philologica.

JOS. GALEANI Smilacis aſperæ & Sarſaparillæ Cauſa. Panorm. 1654. (*SEG.*) *

MICHAELIS & *BALDASSARIS CAMPI ſpicilegio Botanico*. Lucca 1654. 4. Fratres erant Botanici, quorum ſuperſtes editor fuit *MICHAEL*, docti Arabicam & Dioſcorideam Botanicen. Sed etiam in Alpes excurrerunt, plantas ibi repererunt varias. Finis ſcribentis princeps fuit, oſtendere diverſum eſſe Cinnamomum recentiorum a veterum Cinnamomo.

JOHANNIS LOESELII flora Pruſſica. Prima editio prodiit in Regio Monte abſque icobus an. 1654. 4. Longe melior altera, ornata 88. tabulis ære regio redemtis. ibid. an. 1703. 4. procurata eſt a Profeſſore Philoſophiæ *JOHANNE GOTTSCHED*, qui tamen nihil addit de ſuo, *BREYNO* teſte. Plantæ paucæ, nempe 761. ſed raræ plurimæ, inprimis ex muſcorum, fungorum & aquatilium grege, quarum plurimas primus deſcripſit & hinc depinxit.

THOMÆ PANCOVII Herbarium primum prodiit Ulmæ 1654. 4. auctum deinde a *BARTHOLOMÆO ZORN* Coloniæ ad Spream an. 1673. 4. Icones continet 1356. parvas nec optimas. Multæ ſunt ab ipſo retro *THURNEISERO*, aliæ, ſatis multæ, ex *LOBELIO*, nonnullas etiam

cêntiores, & methodum CÆSALPINI: BAUHINUM tamen, quod ad vires inpri-

etiam muſcorum propriæ. *ZORNIUS* vires medicas & Synonyma addidit. Miſcentur aliquam multæ ignotæ, & proculdubio fictitiæ plantæ.

JOH. DAN. HORST Malva arboreſcens lutea. Gieſſ. 1654. 4. In *THONERUM* proprie invectiva eſt, cui pauca verba de Malva illa acceſſerunt.

J. THOMASII de Mandragora. Lipſ. 1655. 4.

JEAN PREVOT Catalogue des plantes qui croiſſent en Bearn, Navarre & Bigorre. Pau. 1655. 8. *

HONORATI FABRI Pulvis peruvianus febrifugus vindicatus. Rom. 1655. Contra Plempium.

S. ANTIMI KONYGII pſeudonymi.

JO. NARDII de China China. Bonon. 1655. *SEG.* *

J. THEOD. SCHENK. hiſtoria plantarum generalis in Synopſin redacta, Jen. 1656. 4.

W. COLES introduction to the Knovvledge of p'ants, Lond. 1656. 12. Theologi exiguum compendium, non optimi botanici, qui adfirmet in Anglia Rheum naſci nihilo Chinenſi deterius, & alias *αὐταρκείαν* patriæ ſuæ nimis ornet, ſignaturas tueatur, &c. *EJ. hiſtory of plants, fruits, herbs and minerals*, ibid. 1657. fol. *

MICH. BOYM paucas plantas habere lego.

ROB. AUSTEN on fruittrees, &c. habet etiam editionem 1653. 4. *HARL.* & 1667. 4.

MICHAEL BOYM flora Sinenſis flores fructuſque porrigens. Ven. 1656. fol. *

JOH. PFAUZ deſcriptio Graminis medici plenior. Ulm. 1656. 4. Brevis Libellus, neque titulo reſpondens, cum plantam ſuam parum definiat. Ampelopraſon proliferum pro appendice deſcripſit, qua videtur Allii ſpeciem inodoram deſcribere.

JOHAN. TRADESCANT Muſeum Tradeſcantianum. Lond. 1656. 12. Præter varia alia Naturæ & artis Opera, continet etiam catalogum horti ſui, quo etiam ſpontaneæ aliquæ Anglicæ ſtirpes continentur. Is jam an. 1586. 8. prodiiſſe dicitur. (*LINN.*)

ROBERT AUSTEN on fruittrees and ſome obſervations on Bacons natural hiſtory. Lond. 1657. 1658. 4. Non malus & verax Auctor. Primo libro de inoculatione agit, & de pomaceo. Altero multa, quæ aliena fide receperat *F. BACO*, merito perſtringit, ut artificia varia ad flores plenos, nucleos exoſſes, &c. arte & mangonio procurandos.

JOACHIMI JUNGII Iſagoge Phytoſcopica recenſente JOH. VAGETIO. Hamburg. 1679. 4. Summas laudes poſthumo hoc Opere meruit Auctor, anno jam 1657. exſtinctus. Supra fidem in minutiis ſtaminum, tubarum, florum, curioſus fuit, & dialecticam ſuam in excogitandis definitionibus partim plantarum feliciter adhibuit. Multa inde in methodum recepit *RAJUS*. Leges Linnæanis non diſſimiles paſſim ſanxit. Stamina coeuntia in Borragine, Solano, floribus compoſitis vidit. c. 22. Differentias a ſpinis, colore, odore, ſapore, facultate medica, loco natali, tempore, numero florum & fructuum accidentales eſſe, neque ſufficere ad verum diſcrimen obſervavit *IDEM*.

EJUSDEM præcipuæ opiniones phyſicæ. Edidit *MARTINUS VOGEL.* Hamburg. 1679. 4. Fragmenta hæc ſunt, in quibus varii errores epidemici refutantur, ſtirpes ad naturalia genera revocantur. Suas etiam obſervationes addit paſſim *JUNGIUS*, multum uſus foliis.

EDMUNDI CASTELLI or. ad botanologicam S. Scripturæ partem, Londin. 1657. 4.

The Hereford orhards a pattern for vvhole England. Lond. 1657. 8. Continet cultum arborum, & malorum genera, ad parandam Siceram apta.

OV. MONTALBANI Bibliotheca Botanica ſub nomine *JOH. BUMALDI* prius edita, ut ſe ipſum laudare poſſet Auctor. Bonon. 1657. 24. Cum *SEGUIERII* Opere recuſa eſt. Vide in *MONTALBANUM MALPIGHII* cenſuram, in *Poſthum.* p. 161.

In *FLACOURT relation de Madagaſcar* Pariſiis 1658. 4. excuſæ icones ſtirpium multæ, & parvæ, & malæ habentur, deſcriptiones vero ob raritatem ſtirpium, & veracitatem Auctoris bonæ.

JOSEPHI FAULISI de viribus Salapæ, quod non ſit venenoſa, Panorm. 1658. 8. *MONG.*

PASCHASII SPILLIMBENI Tr. de Balſamo. Burgis 1658. 8. *SEG.* *

DIO-

inprimis exſcripſit. Idem verum eſt de RAJO, adeo ut vera gloria debeatur JO-
Hh HANNI

DIONYSII JONQUET hortus, ſive *index plantarum*, *quas colebat an.* 1658. 1659. *Acceſſit ſtirpium obſcurius denominatarum per C. B. explicatio*. Pariſiis 1659. 4. Divitiæ horti, modo triennis fere nimiæ. Bauhinianas enim ſtirpes omnes habet, etiam, quas ſatis novi, nunquam exſtitiſſe, tum alias raras Gallicas ſtirpes, quarum magna pars a *BERARDO* eſt. In appendice *JONQUETUS* ex Pinace nomina quædam Arabica, Italica, & officinalia explicat.

JOH. FRANCKENII ſpeculum botanicum renovatum. Upſal. 1659. 4. Jam anno 1638. ediderat in 4. hunc catalogum Latinum, & Suecicum, ſtirpium vulgatiorum & officinalium. Paucas rariores & Sueciæ proprias primus continet.

ROLANDI STURM corticis Chinæ Chinæ deſcriptio. Antvverpiæ 1659. 12. Sed noſtra editio eſt 1689. Haag. 12. Cum *ANTIMUS CONYGIUS* pro cortice, contra eum *CHIFFLETUS* & *MELIPPUS* (*PLEMPIUS*) ſcripſiſſent, *ROLANDUS* in prima parte ſua cortici faventes obſervationes proponit, in ſecunda vero theoriam ſubjungit, vimque antipyreticam reſolutioni tribuit, practicis potius adnumerandus.

PHIL. DOUTE' diatribe de ſucco Cyrenaico adverſus Bertinum Deuxivoye. Pariſiis 1659. 4. *SEG.* *

BERTINI DEUXIVOYE Appendix de liquore Cyrenaico adverſus Philippum Douté. Pariſiis 1659. 4. *SEG.* *

SAM. HARTLIB compleat husbandman vvherein many ſecrets are laid open. Lond. 1659. 4. *SEG.* *

ROBERT LOVELL παμβοτανολογία ſeu a compleat herball, Oxford. 1659. 12. 1665. 12. Auctor qui ſe φιλοθεολογιατρόνομον vocat, dat varia dictionaria inprimis ſtirpium, cum aliqua hiſtoria viribuſque.

JOH. GUDRII zvvey tractaten von den ſignaturen aller gevvächſe, Stuttgard 1659. 8. *

J. THEOD. SCHENK catal. plantarum horti Medici Jenenſis earumque quæ in vicinia proveniunt. Jen. 1659. 12. *B. RIV.* *

OV. MONTALBANI nova Dendranatomes delineatio. Bonon. 1660. fol. (*SEG.*) *

AUG. MARCELLI hortus plantarum Patavinus. Patav. 1660. 8. (*LINN.*) *

GOTH. MOEBII Anatome Camphoræ. Jen. 1660. 4.

Catalogus plantarum circa Cantabrigiam naſcentium. Cantabr. 1660. 8. Primum futuræ peritiæ in Botanicis ſpecimen *JOH. RAII*, in quo magnam ſatis hiſtoriæ Botanicæ, plurimam vero inſectorum cognitionem demonſtravit, plantas veras a dubiis, dubias a falſis ſeparavit, exquiſite minus cognitas deſcripſit, ſalicum genus emendavit. Totum Opus in *Catalogum ſtirpium Anglicarum* tranſiit. *Appendicem* anno 1685. 8. editam non vidi.

Le *GENDRE manner of ordering fruittrees*, Lond. 1660. 8. * Gallice *la manière de cultiver les arbres fruitiers*, Pariſ. 16... 1676. 8. Germanice cum *von ENGELN*.

In *DEUSINGII* collectione edita 1660. 12. 1664. 12. *ſeu faſciculo diſſertationum ſelectarum* exſtat etiam *de manna*, *de ſaccharo*, *de mandragoræ pomis pro Dudaim vulgo habitis*, *de mandragora mangoniis piſſediefjes*, *de agno vegetabili*.

OVIDII MONTALBANI hortus Botanographicus. Bonon. 1660. 8. Index eſt Operis majoris, quod in tribus voluminibus octavæ formæ 2000. plantas continebat. Sed id intercidiſſe videtur. Plantæ aliquæ monſtroſæ aut raræ. De Alſine flore fugaci nugax opinio, eſſe hyſſopum Salomonis.

THOMÆ BARTHOLINI Medicina Danorum domeſtica. Hafn. 1660. 8. Hic tangere viſum, quod ſtirpium aliquarum ſeptentrionalium natalia & vires medicas tradat.

Viridarium Luſitanicum GABRIELIS GRISLEY. Ulyſſipon. 1660. 8. & in Belgio recuſum. Mirus homo & ægre Latinus, plantas habet ad 2000; quarum plurimas nota N. D. inſignivit, ſed abſque deſcriptione, ut nihil inde utile elicias nihilque certum.

G. GRISLEY Viridarium Luſit. recudit anno 1749. 8. Veronæ J. F. *SEGUIER*, cum nonnullis ex *TOURNEFORTIO* obſcurarum plantarum declarationibus.

PHILIPPI JACOBI SACHS Ampelographia. Lipſ. 1661. 8. Multa, ut ſolet, compilatio, philologica & medica, & fabuloſa. Botanici vix quidquam.

HERM. CORNELII Catal. plantarum horti Amſtelodamenſis. Amſt. 1661. 8. *

KENELMI DIGBY diſcourſe concerning the vegetation of plants. Lond. 1661. 12. Celebris variorum arcanorum patronus.

KEN. DIGBY diſcourſe, &c. recuſus eſt Amſtel. 1669. 12. 1678. 12.

STE-

HANNI BAUHINO, quod ita rem herbariam perfecerit. Sed recentiores nova quæ-

STEVENSON's tvvelve months or a pleaſant and profitable diſcourſe of every action proper to each particular month, Lond. 1661. 4. *HARL.* *

MAUR. HOFMANNUS, cujus *floram* ibi recenſuimus, hortum ipſe condidit.

J. JOACH. BECCHER plurimos errores commiſit, ut ignarus rei herbariæ, multaſque Icones, quas ex *CAMERARIO* ſumſiſſe diximus, ſibi non intellectas, abſque interpretatione reliquit.

GUIL. PISO in itinere Braſilico, Cliviæ 1661. 8. edito, deſcripſit Mandihotam, arundinem ſacchariferam, &c.

HOBII van der *WORM Atriplex ſalſum vulgo Soutenelle primum deſcriptum*. Amſtel. 1661. 4. Rector Gymnaſii Nardenſis plantam in Zeelandia natam habet pro degeneratione Atriplicis vulgaris, a maris fluctibus mutatæ. Vires ad ſcorbutum laudat. Argutula dictio.

JOH. JONHSTON notitia regni vegetabilis. Lipſ. 1661. 12.

GAUDENTII BRUNACLI de China China & pulvere ad febres. Ven. 1661. 8. *SEG.* *

SIMON PAULI de abuſu Theæ, & Tabaci. Roſtoch. 1661. 4. Argent. 1665. 4. Londini 1746. 8. & paſſim recuſum cum Quadrupartito. Pro Thea perperam ex rudi foliorum ſimilitudine habuit Gale, neque quidquam valde utile hæc ſatyra habet.

THOMÆ BELLUCII Index plantarum horti Piſani. Florent. 1662. 12. *B. RIV.* *

MAURICII HOFMANNI flora Altdorfina deliciæ ſylveſtres & hortenſes. Altdorf. 1662. 4. 1667. 4. & *Hortenſes* prius ſeorſim an. 1660. 4. Ad Jungermannii catalogum multa addidit, ut ex optimis floris ſit, ſi numerum, fidem, pulchritudinem plantarum ſpectes. Fungorum inprimis copiam pauciſſimi recentiorum adtingunt. Appendices acceſſerunt hortenſium inprimis an. 1691. & 1703. hæc. ab J. M. Hofmanno filio.

HENRY STUBBE diſcourſe concorning the Chocolate. Lond. 1662. 8. *

GEORGII a TURRE Catalogus horti Patavini novo incremento locupletior. Patav. 1662. 12. Veslingii ab anno 1649. Succeſſor, in horto conſenuit, magis tamen in Libris, quam in in natura ſe exercuiſſe videtur amator Mathematum (*PATIN.*) Stirpes ſatis numeroſæ. Nomina a C. B. Varietates plurimæ. Exemplar apud me eſt, multis plantis deſcriptis, ab ipſo Auctore ditatum.

CAROLI SCHÆFFERI deliciæ Botanicæ Hallenſes. Hall. 1662. 12. Breviſſimus catalogus, ſed varietates plurimæ, etiam elegantiores, & pulchræ omnino intermiſtæ plantæ.

JOH. JONSTONI hiſtoria naturalis de fruticibus & arboribus. L. X. Francof. 1662. fol. Compilatio mera. Utilis ad complendum *MORISONUM*, ſimiliſque fere inſtituti. *Hujus Syntagmatis Dendrologia ſpecimen*. Leſnæ 4. abſque iconibus & anno prodierat.

J. JOACHIMI BECCHER Parnaſſus Medicinalis. Ulm. 1663. fol. Eſt trium regnorum deſcriptio diætetica, medica. Ad plantarum hiſtoriam icones addidit Camerarianæ Epitomes.

IDEM poſthumum codicem reliquit *Genealogia botanica* plantarum 6000. ex *C. BAUHINI* Pinace concinnatum.

SEB. BALDI Anaſtaſis corticis Peruviani contra Chifletum & Plempium. Genuæ 1663. 4. Practicus.

SEB. BALDUM ajunt præluxiſſe *SYDENHAMO*.

JOHANNIS SIGISMUNDI ELSHOLZ flora Marchica. Berolin. 1663. 8. Hortenſes fere habet, ſpontaneas paucas & vulgatiores.

J. F. HELVETII Amphitheatrum phyſiognomiæ medicum & Xyſtus herbarum. Hag. 1664. 8. *

ABR. HAGER Aloe Choræ Salitianæ. Alteburg. 1663. 4. Aloes, quæ Choræ in Thuringia floruit deſcriptio. *

JOH. LIPPAY hortus Poſonienſis. an. 1664. flores & plantas hortenſes habet Jeſuita. *

ANTONII DEUSING faſciculus diſputationum. Groning. 1664. 12. De Manna, Saccharo, Mandragora philologice agit.

HORTUS REGIUS PARISINUS. Pariſ. 1665. fol.

ANTO-

quædam habent ; & methodum aliquo modo perfectiorem ; hinc & ipſi
Hh 2 magni

ANTONIUS VALLOTUS, emiſſis undique peritis viris, qui plantas conquirerent; hortum regium fere ab interitu vindicavit, adjutus Opera *FAGONII*, & ita ditavit, ut catalogus ſit 4000. ſtirpium. In lucem edidit *DIONYSIUS JONQUET*. Quod prodiit, tomus primus eſt, heſperides, pomona, Bacchique dona non ſunt edita. Stirpes Europæ ; Canadenſes, ſed varietates multæ, neque pauca nomina plantarum, quas novi exſtare nuſpiam.

JOH. THEOD. SCHENK Marathrologia. Jen. 1665. 8. *LINN*. *

RUTGER HERMANNIDÆ hortulus Velavicus. Hardervic. 1665. 8. Sunt orationes de plantis. *

JOH. REA flora, ſive de florum cultura. London. 1665. fol. 1676. fol. *SEG*. *

PHILOSOPHICÆ TRANSACTIONES eo anno prodire inceperunt. Fieri nequit ; ut omnia enumerem, quæ ad Botanicen pertinent, & quæ ad ſuos Auctores retulit *SEGUIER*. Plurimas autem plantas Indicas, itinera botanica nonnulla, & integra pene opera ibi contineri interim monuiſſe ſufficiat. En aliqua.

Varia ad hiſtoriam vegetationis. n. 43. 44. 46. 57. 58.
LA QUINTINIE Epiſtola de Melonum cultu. n. 45.
J. *EVELYN* deſcriptio Sembradoris. n. 60.
De motu Succi in Arboribus. n. 68. 70. 71. 79. 90. 95.
Fungi deſcriptio *LISTERI*. n. 89.
Deſcriptio Cacao. n. 93.
Ad Vitis hiſtoriam, n. 93.
De Salibus volatilibus plantarum. n. 101.
De flore & ſemine Fungorum. n. 110.
De pomo ex Aurantio & Limonio in una arbore naſcentibus *P. NATI*. n. 114.
De plantis Indicis & aliis. n. 117.
BEALE Animadverſiones in Vinetum Britannicum. n. 124.
BEAUMONT de plantis rupeſtribus & earum incremento. n. 129.
BEALE obſervationes ad agriculturam pertinentes. n. 133. 134.
C. HOWARD de cultu Vini. n. 138.
PITTI Sorbus piriformis. n. 139.
VINTHORP de cultu Mayz & Maltha. n. 142.
De Frigoris noxa in plantis. n. 165.
De Saccharo ex Acere. n. 171.
De Pluvia granifera. n. 186.
BROTHERTON de incremento arborum. n. 187.
HANS SLOANE deſcriptio arboris Pimentiferæ Jamaicenſis. n. 192.
EJUSDEM deſcriptio duarum arbuſcularum coniferarum. n. 198.
BANISTERI Catalogus plantarum Virginiarum. ibid.
Tuberum tenæ icones. n. 202.
Mali effectus Mercurialis Sylvaticæ. n. 203.
H. SLOANE hiſtoria corticis Winterani. n. 204.
RAI de cultu Mayz. n. 205.
LEEUWENHOEK de ſeminibus variis. n. 205. 221.
De Ulmorum Satione. n. 205.
H. SLOANE icon & deſcriptio Coffeæ. n. 208. Sed abſque flore.
EVELYN deſcriptio novi tepidarii. n. 212.
Phytologia Tingitana. n. 220. Auctore *SPOTSWOOD*.
ED. SMYTH de uſu Opii apud Turcas. n. 221.
Fructuum in Hiberniam a mari adlatorum deſcriptio. n. 222.
M. LISTER de Succis plantarum variarum obſervationes. n. 224.
H. SLOANE de malis effectibus Cicutæ. n. 231.
J. SMITH Catalogus plantarum in Guinea lectarum. n. 232.

SOU-

magni æſtimandi ſunt ; verum , ut videamus quænam fuerit planta vete-

SOUTHWELL de arte conſervandi fructus. n. 237.
De Oenanthes cicutæ folio vi venenata. n. 238.
J. NEWTON de noxia vi Glaucii. n. 242.
T. BENT de modo faciendæ picis. n. 243.
De ruſma & alcanna. n. 243.
HUGH. JONES animalia & plantæ Marylandicæ. n. 246.
G. CAMELLI deſcriptio Amomi ſive Tugus. n. 248.
EJUSDEM de faba S. Ignatii. n. 250.
H. SLOANE de modo propagandi ſpeciem in quibuſdam plantis Americanis. n. 251.
J. WOODWARD experimenta de vegetatione. n. 253.
J. PETIVER de claſſibus plantarum vi medica conſentientibus. n. 255.
J. HOUGHTON de Coffea. n. 256.
J. HOTTON de Acmella & Faba S. Ignatii. n. 257.
SIBBALD de plantis quibuſdam Scoticis. n. 266.
O. HOTTON de Acmella. n. 268.
J. del *PAPA* de noxio effectu Vernicis. n. 274.
SAM. BROWNE plantarum circa Madras repertarum catalogus cum notis *PETIVERI*. n. 244. 264. 267. 271. 276. 277. 282. 287.
STRAHAN de Tabaci in Ceylonia cultu. n. 279.
J. FLOYER de plantis dulci ſapore præditis. ibid.
JAC. CUNINGHAM de variis ſpeciebus Theæ ; agricultura Chinenſi, &c. n. 280.
J. de la *PRYME* de vegetatione. n. 281.
J. PETIVER Coralliorum & plantarum marinarum Philippinarum & Cheuſanenſium Catalogus. n. 286.
LEEUWENHOEK de germinatione feminis Aurantiorum. n. 287.
WILL. OLIVIER de cortice Peruviano. n. 290.
CAMELLI plantæ ſcandentes Philippinarum. n. 293. 294. 295. 296.
A. van *LEEUWENHOEK* de ſucco flavo Chelidonii majoris. n. 295.
EJUSDEM de cortice arborum. n. 296.
EJUSDEM de capſula ſeminali polypodii. n. 297.
J. P. BREYN plantarum in Hiſpania repertarum catalogus. n. 301.
A. van *LEEUWENHOEK* obſervationes in ſeminibus quibuſdam exoticis. n. 305.
De cortice Peruviano. n. 312. & Coralliis rubris. n. 316.
J. PETIVER de Styrace liquida. n. 313.
EJUSDEM de plantis rarioribus in hortis Angliæ n. 332. 337. 343. 344. 346.
E. LLHWYD plantæ raræ VVallicæ n. 334. 337. & Cornubicæ 336.
TENISON de cultu Phalaridis. n. 237.
HELVETIUS de pareira brava. n. 346.
RICH. BRADLEY de motu ſucci plantarum & mucore. n. 349.
SAM. BROWNE plants about Fort S. George. n. 244. 264. 267. 271. 274. 276.
C. NEUMANN de Camphora. n. 389.
VAILLANT & *SHERARD* deſcriptio Ginſing. n. 354.
DESAGUILIERS de veloci vegetatione Raparum.
PAUL DUDLEY de Saccharo acerno. n. 364.
P. BLAIR de cognoſcenda vi plantarum ex fabrica externa. ibid.
CANE de coloris mutatione in floribus n. 366.
P. DUDLEY deſcriptio of the Poiſon vvood Tree. n. 367.
PATR. BLAIR de generatione plantarum n. 369.
A. V. LEEUWENHOEK de ſeminibus plantarum. n. 368.
J. BROWN de reſina corticis Elaterii.
P. DUDLEY de ſyrupo ex Prunis. 374.

rum, ſufficeret FABIUS COLUMNA & JOHANNES BAUHINUS.

J. DOUGLAS Croci hiſtoria. n. 380. & 405.

TH. FAIRCHILD de motu ſucci in plantis. n. 384.

P. DUDLEY de plantis in nova Anglia, &c. n. 385.

BARREL de propagatione Viſci. n. 397. 405.

MILLER de educandis ſeminibus exoticis. n. 403.

SEBÆ ad arborem Cinnamomiferam obſervationes. n. 405. 409. & ad Anatomen vegetabilium. n. 416.

J. DOUGLAS de Ypecacoanha. n. 410.

De arteriis & venis foliorum. n. 414. 461.

De Aqua Lauroceraſi venenata. n. 418. 420.

GARCINI deſcriptio Mangoſtan. n. 431. Oxyoidis. n. 415.

Contrayerva ſive Dorteniæ ſpecies depicta. n. 421.

H. SLOANE de noxa ſeminis Hyoſcyami. n. 429.

C. NEUMANN. de Camphora thymi. n. 431.

De plantis in aqua educandis *TRIEWALD.* n. 418. *CURTEIS.* n. 432.

V. BACON de noxio uſu Napelli. n. 432.

JAC. LOGAN de impregnatione ſeminum. n. 440.

WILL. ARROT de cortice Peruviano. n. 446.

TH. STEWARD Coronopi vis in morſu canis rabidi. n. 457.

J. RUTTY aqua Lauroceraſi venenata. n. 452.

MOEHRINS Salicorniæ character, & Hippuridis, & Ruppiæ, & Illecebræ Jacobeæ cujuſdam deſcriptio n. 455.

NICHOLSON de Cochlearia. n. 456.

BAKER de planta in ſemine. n. 457. (eſt unice ſemen ipſum graminis tremuli cum tubis intra valvas ſuas).

EJUSDEM de utilitate Ribeſii nigri olentis in angina. n. 459.

H. MILES de ſemine Filicum. n. 461.

S. C. HOLMAN de ſceletis foliorum. ibid.

MILWARD de Mimoſa antidoto. n. 462.

HOBSON de multiplicatione plantarum ex ſeminibus. n. 468.

PICKERING & *WATSON* de ſeminibus Muſcorum. n. 471. 472. 473.

NEEDHAM de pulvello Liliorum. ibid.

FOTHERGILL de Manna. n. 472.

Catalogus plantarum ex inſtituto *SLOANII* in horto Chelſeyano cultarum habetur in n. 376. 383. 388. 395. 399. 407. 412. 417. 422. 427. 431. 436. 440. 445. 447. 452. 455. 457. 471. 472. 476.

WATSON venenati ab Hyoſcyamo homines. n. 473.

PARSONS de ſeminibus. n. 474.

WATSON Geaſter. n. 475.

MARTYN novus Fungus. n. 476.

GMELIN de Ypecacoanha. ibid.

COLLINSON de pollinis ſtaminum miſtura. n. 477.

BONNET de ſatis in muſco ſeminibus.

C. ISNARD mémoires & inſtructions pour le plant des Meuriers, Pariſ. 1665. 8. *

R. RAPINI hortor. L. IV. Pariſiis 1665. 4. (editionem enim 1661. 4. non vidi). Elegantiſſimus Poeta & natura, & veterum monumentis, ad pangendum carmen perinde feliciter uſus eſt. Infinitis annis locisque recuſum eſt, & a *JACOBO GARDINERO* Anglice verſum prodiit. Londini 1706. 8.

DAN. MAJOR de planta monſtroſa Gottorpienſi. Kiel 1665. 4. Circulationem ſucci plantarum proponit.

DOMINICI CHABRÆI ſtirpium icones & ſciagraphia. Genevæ an. 1666. & 1667. fol. *JOHANNIS BAUHINI* Opus in compendium redegit, icones excerpſit, adjecit breves deſcriptiones, tranſpoſitiones iconum ita non correxit, ut etiam auxerit.

Si brevi ſtudio & paucis impenſis, vires plantarum cognoſcere in votis ſit, tunc pretio

HYACINTHI AMBROSINI Phytologiæ P. I. T. I. Bonon. 1666. fol. Alter tomus, quo arbores erat deſcripturus Auctor, nunquam prodiit. In iſto equidem *C. BAUHINI* pinax, ſecundum alphabeti literas disjectus, exſtat, cum etymologicis, tum paucæ plantæ rariores, & eæ rudiſſime ſculptæ.

J. SIGISMUNDI ELSHOLZ neu angelegter Gartenbau. Berolini 1666. 4. 1672. 4. Lipſ. 1715. fol. &c. Liber ſimplex nec malus, dictio mira. Catalogi plantarum multi per olitorias claſſes diſpoſiti fere vulgatiorum, quarum fere ſola nomina habet.

HONORATI FABRI de plantis & de generatione hominis. Pariſ. 1666. 4. Norimb. 1677. 4. Acutulus homo, audax definire de obſcuris rebus & dubiis, abſtractas fere ideas & inutiles tractat.

PETRI BORELLI hortus ſive *Armamentarium*. Caſtris 1666. 8. Plantarum officinalium catalogus cum brevi virium medicarum memoria.

OL. RUDBEK deliciæ vallis Jacobeæ M. G. de la *GARDIE* 1666. 12.

LAUR. STRAUSS & *PETERS de potu Coffi*, Gieſſ. 1666. 4.

JOH. MICHAELIS FEHR Anchora Sacra vel Scorzonera ad normam N. C. Jen. 1666. 8. Melior reliquis ſui ſimilibus, in qua flora Svvinfurtenſis habetur, & icones Scorzonerarum aut rariorum aut novarum. Cæterum nimis plenus laudibus, digreſſionibus.

The engliſh Vineyard vindicated by *JOHN ROSE*. Londini 1666. *

WERN. ROLFINCK Hortum medicum condidit anno 1624.

URSINI deſcriptio Tulipæ de Alepo. Lipſ. 1667. 4. *

F. REDI notizie intorno alle palme. Florentiæ 1666. & in Diario Veneto.

P. du *TERTRE hiſtoire générale des Antilles habitées par les François*. Pariſ. 1667. 4. 3. vol. Supra in phyſica claſſe excitatus eſt, cujus ſecundus Tomus ſolus huc pertinet. In plantis medicatis & œconomicis recentioribus Botanicis fere pro fonte fuit, ex quo hauſerunt omnes.

WERNERI ROLFINCK de purgantibus vegetabilibus L. Jenæ 1667. 4. Multa, ut in omnibus hujus viri ſcriptis, eruditio Græca, Arabica, medicatæ compoſitiones fuſe, in parte Botanica deficit.

Prior Academia Scientiarum Pariſina hoc anno coaluit, cujus monumenta collecta nuper prodierunt in X. & XI. vol. Pariſiis an. 1730. recuſis continetur *MARCHANTII* deſcriptio quorumdam tumorum in Quercu natorum.

TOURNEFORTII deſcriptio Boleti. p. 101. 119.

EJUSDEM de quibuſdam in plantis vaſis.

EJUSDEM de plantarum muſculis.

MARCHANTI de productione præternaturali Fraxinellæ.

HOMBERG experimenta de elevatione ſucci in plantis.

EJUSDEM de germinatione.

DODART deſcriptio Lichenis Agarici reticulati.

J. DANIEL MAJOR rei herbariæ cupidis. Kiel 1667. fol. Eſt *JOH. KENTMANNI* opuſculum, quod an. 1609. Gieſſæ & an. 1629. VVittembergæ prodierat. Continet catalogum plantarum primo ſecundum menſes & loca, tunc alterum alphabeticum vulgatiorum Germaniæ ſtirpium. Adjecta verſio poematis.

P. von *ENGELN der uber die* 12. *monate verſtändige Gartenmeiſter*. VVolfenbuttel 1667. 12. 1695. 8. 1734. 8. Primam editionem Belgicam non vidi. Olitor ſuperſtitioſus, ignarus, peſſime Germanice redditus: cæterum enarrationem ſtirpium habet cum medicis viribus. Adjectus eſt Liber D. le *GENDRE*.

CHRISTOPHORI MERRET pinax rerum Britannicarum. Londini 1667. 8. Plantas plurimas habet, Muſcos hactenus neglectos accuratius cœpit recenſere. Sed plurimas dubias falſaſque ſtirpes continet.

JOH. MICHAELIS FEHR de Abſinthio analecta. Lipſ. 1668. 8. Ex more, qui eo tempore in Germania epidemice ſæviit, collectanea ſua de Abſinthio ejuſque viribus medicis,

pretio nimio eſſe videntur MORISONUS quidem & JOHANNES BAUHINUS.

cis huc effudit, de ipſa planta unice ſecurus, ut omnem Abſinthiorum hiſtoriam vix una abſolvat pagina.

ABRAHAMI COWLEI poema de plantis. Londini 1668. 8. Magis in peculiares ſingularum ſtirpium laudes, quam *RAPINUS*, deſcendit, ſingularis acuminis poeta.

EDM. BAILLARD Traité du tabac & . . du tabac en poudre, Pariſ. 1668. 12. *

FLORENTII SCHUYL catalogus plantarum horti Lugduno-batavi. Leidæ 1668. 8. & 1672. 8. Sola nomina, ſed adjectæ ſunt ſpontaneæ, paludum & arenoſorum vicinorum incolæ.

J. GOTTFR. OLEARII ſpecimen floræ Hallenſis, ſive *deſignatio plantarum hortuli ſui*. Hallæ 1668. 12. *B. RIV.* *

P. BOCCONE manifeſtum Botanicum de plantis Siculis. Catenæ 1668. fol. *SEG.* *

JOH. DAN. MAJOR de aloe Americana. Kiel. 1668. 4. Germanice.

HERMANNI GRUBE Analyſis mali citrei. Hafn. 1668. 8. Nullius momenti.

J. van der *GROEN Nederlandzen Hovenier, den verſtandigen Hovenier*, &c. Amſtelod. 1668. 4. Integra domus ruſtica, ſimplicis hominis & olitorii.

ROBERTI MORISON hortus Bleſenſis auctus, acceſſit index plantarum in horto contentarum nemini ſcriptarum . . . & obſervationes generaliores, ſive *Præludiorum P. prior*. Londini 1669. 8. Novas plantas promittit 260, quarum tamen non paucæ etiam noſtro tempore ignotæ ſunt. Hallucinationes vero J. & C. *BAUHINORUM* invidioſe vocat, quoties ad alia genera plantas revocaſſent, quem ea, quæ placerent ſibi. Non male tamen Characterem generum ineſſe fabricæ florum defendit, & methodum naturalem adumbrat. Prior editio *horti Bleſenſis* eſt. Pariſ. 1665. fol. curante *D. BRUNYER*. De eo horto habet etiam aliqua *MONCONIS* Iter. Ital. p. 6.

In *MORISONUM* animadverterunt *RAJUS* & *RIVINUS*.

JOH. LUD. GANS Coralliorum hiſtoria. Francof. 1669. 8. mihi, nam 1635. 8. editam habet *SEG.* *

JOHN OVINGTON eſſay upon the nature and qualitys of Tea. Londini 1669. 8. *

JOHN OVINGTON extat recuſus Lond. 1705. 8. *

TIMOTHEI a *ROLL. neues blumenbüchlein*. Conſtantiæ 1669. 12. 1687. 12. cultum Tunicarum & Olerum, florum coronariorum tradit, &c.

BENEDETTO STELLA il Tabacco nel quale ſi tratta dell' origine, iſtoria, cultura, qualità, ec. delle Piante del Tabacco. Rom. 1669. 8. (In Diario *TINASSI*.) *

GEORG. CHRISTOPH. PETRI de Carduo benedicto. Jenæ 1669. 8. Ex more ſæculi & Naturæ Curioſorum.

JOH. SPERLING. carpologia phyſica poſthuma, edita a *G. C. KIRCHMAIERO*, VVitteberg. 1669. 8. Compilatio mera, nihil habens vel utilis vel reconditi.

PETRI NYLAND Nederlandiſch Kruytboek. Amſtel 1670. 4. & Germanice Oſnabrug. 1676. 4. Dodonæum exſcribit, plebeius Auctor & inutilis.

WERNERI ROLFINK de vegetabilibus in genere L. II. Jenæ 1670. 4. Senilis confabulatio, in qua hiſtoria hortorum Germaniæ, Italiæ, Belgii, cum Cuſtodis & Profeſſorum memoria continetur.

CHRIST. HEINSII de manna noſtra cum manna Iſraelitarum convenientia F. Viadr. 1670. 4.

In Vol. VIII. *Eph. Nat. Cur.* reperitur etiam flos Muſæ ex deſcriptione *J. P. BREYNII*.

J. FERD. HERTODT Crocologia edita eſt Jen. 1671. 8.

EPHEMERIDES NATURÆ CURIOSORUM ab anno 1670. edi cœperunt. In iis aliqua, etſi non plurima ad rem herbariam facientia exſtant.

JAC. BREYNII icones aliquot exoticarum & indigenarum ſtirpium Dec. I. Ann. IV. V. Arnicæ hiſtoria Ann. IX. X.

JÆGERI de Sementina. Dec. II. Ann. III.

E. RUMPHII de plantis Indicis variis. ibid. & plurimis locis.

GRIMMII icones plantarum Japonicarum plurimæ. Dec. II. Ann. III. &c.

A. CLEYERI plantæ Indicæ aut Japonicæ Dec. II. Ann. IV. VI. VII. VIII. IX. X. Dec. III. Ann. II. III. V. VI. &c.

G. G.

NUS. Compendii ergo loco SCHROEDERUS legatur ad vires cognoſcendas; nam

G. G. LEIBNIZII de Ypecacoanha Dec. III. Ann. II.

R. JAC. CAMERARII de Sexu plantarum Dec. III. Ann. II. de Urtica & Spinachia: Ann. V. VI.

VOLCAMERI de Acmella Dec. III. An. VII. VIII.

REISSELII de poline plantarum coniferarum.

SCHELHAMMERI Iter ad Mare Balthicum cum obſervationibus Botanicis. Dec. III. Ann. IX. X.

ANT. VALISNERII de floribus Lenticulæ aquaticæ Cent. I. II.

LOCHNER de Pareira brava. Cent. I. II. de herba Paragai Cent. V. VI. de Orobanche; Liquitaja, &c. Acriviola. Cent. VII. VIII.

DILLENII eximiæ obſervationes de propagatione plantarum. Cent. V. VI.

Ibidem *TOURNEFORTIUM* ob neglecta ſtamina accuſat, ſexus dignitatem inculcat in II. Epiſtola.

J. P. BREYNII de Ribe Arabum, &c. Cent. VII. VIII.

De Cinnamomi ſpeciebus vol. I.

C. J. TREWII Cerei hiſtoria vol. III.

C. H. ERNDTEL catalogus plantarum circa Thermas Carolinas naſcentium. vol. III.

MOEHRINGII obſervationes Botanicæ vol. VI.

D. MITCHEL nova genera plantarum vol. VIII.

ANDREÆ KEMPE anatomicera de Gran. Holm. 1671. 12. *LINN.* hiſtoria Abietis *.

FAUSTI NAIRONI BANESII de ſalutari potione Cahve. Romæ 1671. 12.

DOMINICI NAGRI virtù del Caffè, bevanda introdotta nuovamente nell' Italia. Romæ 1671. 4. (Tinaſſi.) Ed. II.

JOH. FERDINANDI HERTODT Crocologia. Ad modum N. C. ſcripta. Hoc anno cœperunt edi *Acta Hafnienſia*, ex quibus nonnulla huc pertinent, ut *OL. BORRICHII* plurimæ varietates ſtirpium, & de earum vi medica obſervationes. *PETRI KYLLING* plantæ domeſticæ raræ. *ARNGRIMI* de Alga ſaccharifera, plantæ aliquæ Africanæ, &c.

WENCESLAI MAXIMIL. ARDENSBACH tartaro clypeus excipiens tartaro maſtigenos HERTODTII acc. diſſ. in ejus *crocologiam*, Prag. 1671. 8. *

OVID. MONTALBANI dell' Iſſopo di Salomone. 1671. 4. in actis Academiæ Getatorum.

ABRAHAMI MUNTING vvaare oeffening der planten. Amſtel. 1672.4. Leeuvvaarde 1682. 4. Editio poſterior non ditior eſt, ſed meliori ordine. Fidelem eſſe ajunt periti aliqui in herbarum cultu. Sed ſuperſtitioſus fuit ſignorum obſervator. Stirpium nomina mire corrupit, ut mireris in Profeſſore, & icones non paucas ſuſpectiſſimas dedit.

ROBERTI MORISON plantarum umbelliferarum diſtributio nova per claſſes affinitatis. Oxon. 1672. fol. Ex ſeminibus genera definit, icones Seminum ad 150. nitidas addit, ſtirpes breviter deſcribit, pingit aliquas, miſcet alienas, ut Pimpinellam, &c.

W. HUGHES the American phyſician, Lond. 1672. 12. fere unice de plantis agit, eaſque ad propriam, ut teſtatur, experientiam deſcribit.

SIMON de Molinaris, &c. potius ad medicinam & diætam pertinet. Florem tamen theæ roſæ ſimilem & fructum deſcribit, & recte refutat *SIMONEM PAULI*, qui theam pro Gale habuerat.

ARISTOTLE inſtruction ou l' art de cultiver toutes ſortes de fleurs, Pariſ. 1672. 12. * *H. VON OSTEN* Anglice prodiit anno 1711. 8.

ROBERT SHARROK hyſtory of propagation and improvent of vegetables. Oxon. 1672. 8.*

WILLIAM HUGHES compleat vineyard and flovvergarden. Lond. 1672. *SEG.* *

JACOBI BARRELIER Plantæ per Hiſpaniam, Italiam & Galliam obſervatæ. Ed. *ANTONIUS* de *JUSSIEU*. Pariſiis 1714. fol. Monachus, multis in Italiam, in Hiſpaniam ſuſceptis itineribus, lectis ubique raris plantis, conſilium iniit depingendarum plantarum ſuarum, quibus *CLUSIANAS* aliaſque rariores adderet. Cum intermortuus eſſet labori an. 1671. poſt quadraginta annos nomina Turnefortiana & ordinem addidit *ANT.* de *JUSSIEU*, non ubique, ut ajunt periti, Auctorem adſecutus. Varietatum immenſam vim habet *BARRELERIUS*, ut cum cautela oporteat legere, multa tamen propria, & Gramina maxime pulcherrima.

JOHN

nam ex BAUHINO & DODONÆO collegit; huc refertur etiam MARCGRAVIUS.

I i   Si

JOHN JOSSELEYN nevv England rereties. Londini 1672. 12. Plantas ſpontaneas deſcribit. *

FRANCIS DROPE ſure guide in raiſing land ording fruittrey. Oxon. 1672. 8. *

J. DAV. PORTZII vini Rhenani inprimis Bacharacenſis anatomia Chymica. Heidelberg. 1673. 12. *SEG.*

JOHN. RAI topographical moral and phyſiological obſervations made in a journy, &c. Londini 1673. 8. Simplex munditiis. Politica non tango, quæ, quod ad mores attinet, ſapienter fere dicta, in forma vero Reipublicæ paſſim vitioſa ſunt, ex feſtinatione neceſſaria in tutore morum nobilibus junioribus dato. Hiſtoriam naturalem ad uſus humanos utilem, & ſtirpes ſpontaneas ubique diligenter indagavit, in Belgio, Germania, Italia, Gallia calidiori, ſed maxime Genevæ immenſam plantarum rariorum vim ſuis collegit laboribus.

HENRICH VON OSTEN Niederlandiſcher Gaertner, Germanice an. 1673. 8. & ſæpius alias, & an. 1728. prodiit. In N. I. de cultu florum brevis & bonus eſt. N. II. Tulipas fuſe, ſed olitoria eruditione tractat. N. III. Tunicarum cultum perinde ampliter. IV. De inoculatione arborum agit. V. de Heſperidum cultu. Pleraque ſimpliciter ſatis ſcripſit.

JOHN ARCHER every man his ovvn doctor vvith an herbal. Lond. 1673. obſcuriſſimus Auctor. *

LIV. IGNATIO CONTI il vero Pilſio overo Laſerpizio nuovamente diſcoperto. Venet. 1673. *

E Lettere ſopra la detta ſcoperta. ibid. an. 1674. 4. *

E Riſpeſta a queſta lettera ibid. 1674. *ed Aggiunta ſopra l' iſteſſa ſcoperta* ibid. *GIORN. DE' LETTER. SEG.* *

JOS. GALEANI il caffè con più diligenza eſaminato. Palerm. 1674. 4. *SEG.*

VALENTINI ANDREÆ MOELLENBROECK Cochlearia curioſa. Lipſ. 1674. 8. & 1746. 8. Species Cochleariæ male depinxit, diſtinxit, farraginem congeſſit formularum. Anglice tamen reddidit *T. SHERLEY* & edidit Londini 1677. 8.

J. STEPH. RUDOLP de Chriſtopomis, Bareith 1674. nempe malis florentibus ſub *CHRISTI* natalitia.

WILH. PITHOPOEI vincetoxicum, Hamburg. 1674. 8. * Germ.

G. FRANK de ſoldanella, Heidelberg. 1674. 4. *

P. BOCCONE icones & deſcriptiones, &c. prodierunt Oxon. 1674. 4.

PAULI BOCCONE Icones & deſcriptiones rariorum plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ & Italiæ. Magni operis, quod offerebat *PAULUS*, primitiæ, a *MORISONO* editæ, cum præfatione botanici argumenti, ſtirpes raræ, aliquando novæ, aliæ notæ, ſed cum novis nominibus. Icones parvæ rudeſque.

PETRI NATI Phytologica obſervatio de malo limonio citrato vulgo Bitarria. Florent. 1674. 4. Habet etiam epiſtolam inſertam *PAULI BOCCONE*. *

OBADIAH BLAGRAVE deſcription, and phyſical virtues of all trees herbs, &c. Londini 1674. 8. *

J. G. Saintfoyne improved. Londini 1674. 4. *

FRIDERICH MARTENS Spizbergiſche Reiſebeſchreibung. Hamburg. 1675. 4. Raræ induſtriæ & optimi ingenii Chirurgus, omnem rem naturalem in itinere ad capiendas Balænas an. 1676. ſuſcepto obſervavit, maxime equidem animalia. Stirpes paucas, omnium mortalium polo hactenus proximus, obſervavit ſimiles Alpinis.

MARCELLI MALPIGHII Anatome plantarum. P. I. Lond. 1675. fol. P. II. an. 1679. fol. Fabricam partium plantarum diligenter & ſolerter microſcopii ope expoſuit. Sexum plantarum inter primos adſecutus eſt, tubas & ſtamina in dignitatem conſtituit, multarum plantarum characteres fideliter expreſſit, minimas aliquas depinxit.

FRANCISCI van STERREBECK Tonneel des Campernoelien. Antvverp. 1675. 4. 1712. (1654. 4. *SEG.* ſed vidi id errore typographi fieri). Homo illitteratus, adjutus *CLUSII* poſthumis Fungorum iconibus, non alibi unquam editis, & propria etiam in nemoribus Brabantiæ indagatione, plurimos omnino Fungos deſcripſit, depinxit. Methodum ignoravit, qui ne lamellas ſatis a tubulis ſeparavit, ſimplex cæterum & candidus.

GIA-

Si quis velit vires omnes videre, legat DODONÆI *Opus Antvverpiæ editum anno*

GIACOMO ZANONI Iſtoria Botanica. Bonon. 1675. fol. & multo plenius curante *CAJETANO MONTIO* 1742. fol. Indicas varias accepit a *MATTHIA* de *S. JOSEPHO*, qui varias & ipſi plantas miſit, & in itineribus *VINCENTII* de *S. CATHARINA* deſcripſit, ad hortum etiam Malabaricum multum contulit. Sed Raguſinas etiam aliquas & Italicas & Helveticas demum *ZANONUS* pulchre depictas dedit. In poſthuma editione, quæ tunc quam maxime edebatur, quando de edenda ſpem meam ſum teſtatus (*Enum. Helv. Nomina ſcripta* 112.) expuncta eſt magna pars laboris, quem in adferendis aliquot veterum plantis nimium, & nimis precarium poſuerat. Adjectæ ſunt tabulæ propriæ plurimæ & nitidæ cum rudes ſint, quas a M. de *S. JOSEPHO* habuerat Auctor. Elegantem ſe editorem geſſit *MONTIUS*.

MICHAEL TOGNI raccolta delle ſingolari qualità del Caffè. Venet. 1675. 12. *SEG.* *

DOMINICI VIGNA Animadverſiones in Theophraſtum. Piſis 1675. 4. Herbas veterum ad Italica nomina refert. *

C. BARTHOLINI Exercitationes miſcellaneæ. Leid. 1675. 8. In iis herba Fumana, Helianthemi nempe ſpecies deſcribitur, depingitur.

J. WINSIUS de corallis, Jen. 1675. 4. *

COTTON the planters manual, Lond. 1675. 8. *

PAULI AMMANN ſuppellex Botanica & Manuductio ad materiam medicam. Lipſ. 1675. 8. In illa catalogus horti Lipſienſis repetitionibus onuſtus tædioſis, in iſto obſervationes criticæ non certe contemnendæ continentur.

HUGH PLAT the garden of Eden 2. edit. Lond. 1675. 8. Domus ruſticæ officia, inprimis compendia rerum & lucroſa arcana, in arte hortenſi deſcripſit. *

J. B. Epitome of the vvhole art of husbandry. London. 1675. 8. Agriculturæ ſyſtema. 8.

EUGENII MICHETI Lexicon Botanicum complectens nomina, &c. Simplicium expoſitorum in publico apparatu. Rom. 1675. 12. * *SEG.*

Mémoires pour ſervir a l'Hiſtoire des Plantes. Pariſ. fol. magn. 1676. Auctor eſt *DODARTUS*, cujus opuſculum Pariſ. an. 1679. 12. ſeorſim prodiit. Pertinet ad analyſin chemicam plantarum, a qua eo tempore cognitio virium medicarum fidelior exſpectabatur, nunc vero quidquam firmi obtineri poſſe deſperatum eſt. Utebantur vero plurimum noviter inventa ſuccorum cum variis liquoribus commiſtione. Aliqua tamen etiam ad characteres pertinent. Radiatarum, laciniatarum nova nomina tunc innotuiſſe obſervat ibid. p. 133.

Cæterum ab hac epocha an. 1670. nova incrementa res Botanica ſumſit, quæ ab exceſſu *BAUHINORUM* languerat. *P. HERMANNUS* enim, & Auctores *HORTI MALABARICI*, & *RAJUS*, & *BOCCONE*, & *TOURNEFORTIUS*, & alii vim magnam ſtirpium detexerunt. Magnates inprimis in Belgio hortos ſuos Indicis plantis cupide inſtruxerunt. De methodo ſerio cogitatum eſt. Figuræ etiam multo nitidiores cœperunt parari. Icones ſubjectas pulcherrimas & ſupra fidem nitidas, dedit *MARCHANTIUS*, qui Hiſpaniam, Italiam, Germaniam, Ægyptum, Aſiam, Africam juſſu *GASTONIS BOURBONII* peragravit (*SCHELHAMMER ad introd. Conring.* p. 334.) Earum aliquæ ad Gaſtonianas expreſſæ ſunt. *Mémoires*, &c. p. 136.

ROBERTI PLOT natural hiſtory of Oxfordſhire. Oxon. 1676. fol. & 1705. fol. (paulo auctius). Auctor omnis hiſtoriæ naturalis ſatis curioſus, maxime quidem lapidum figuratorum, & foſſilium, plantas tamen ibidem breviter depinxit, & earum varietates.

WORLIDGE treatiſe of cyder Lond. 1676. 4. *ſyſtem of agricultur* 1697. fol. *art of gardening*, ib. 1700. 8.

P. NATI interno alla natura del Pepone, Firenze 1676. 12. *

AUG. HENR. FASCH de myrrha Jen. 1676. 4.

Nouveau Traité des Oeillets & de la façon de les cultiver. Pariſ. 1676. 12. Cum nominibus varietatum in Tunicarum genere.

VINCENTII MENAGOTI Poſtilla ad alcuni capi del Zanoni. Padova 1676. 12. *SEG.* *

J. COMMELYN Nederlandſe heſperides. Amſtelod. 1676. fol. Lond. 1683. 8. Anglice. Brevis & ſimplex paucorum Pomorum aureorum icones dat perpulchras, præcepta pauca; ſed ab experientia nata, de hybernaculis & morbis plantarum.

H. H.

no 1664. *in folio*. Ibi non tantum reperitur Auctoris ſententia, ſed quidquid

Ii 2 CLU-

H. H. CAUSE Koninglike Hovenier. Amſtelod. 1676. fol. Enumeratio brevis ſtirpium hortenſium & ſpontanearum, cum cultus compendio. Figuræ paucæ, manu *D. CAUSE* ſculptæ.

J. CHRIST. BECMANN, in Memorandis ſuis Francofurtenſibus, (ad Viadr.) an. 1676. editis unam ſchedam habet, plenam nominibus ſtirpium ſponte ibi naſcentium.

EDME MARIOTTE Eſſay Phyſique ſur la vegetation des plantes, prodiit. Pariſ. 1676. 12.

J. G. MULLER Blumen-Arzney-Kuchengarten und Baumgartenluſt. Multis annis, ſed primum ni fallor Stuttgardiæ an. 1676. 12. prodierunt. Auctor V. D. M. Botanicus non valde gnarus, qui Thoram vocet Napellum cœruleum, & Anthoram ipſi foliis & floribus dicat eſſe quam ſimillimam.

MAURITII HOFMANNI Tabula locorum & menſium. Altorf. 1676. 4. breviſſime.

J. W. Viretum Britannicum 1676. 8. Hiſtoriam Vini, Siceræ, & ſuccorum vinoſorum indigenarum Angliæ continet.

W. COOKE manner of raiſing and improving foreſt trees. Lond. 1676. 4. Mechanica etiam ad materiem pertinentia habet.

CASP. POSNER diſputatio *de manna*, Jen. 1677. 4.

HENRICH BARSTEIN tobaks vvunder ... und arzney mittel, Erfurt 1677. 8. *

SHERLEY hiſtory of the ſaurry graſſe, Lond. 1677. 8. ni fallor ex *MOELLENB*.

J. MAR. CIASSI Meditationes de natura plantarum, &c. Venet. 1677. 12. Aliqua ad fabricam ſubtilem. Pulpam ſeminis non in plantam abire, ſed in duo folia ſeminalia, ſemen vero ſive primordium plantarum eſſe ſignaturas quaſdam, a quibus, pervadenti ſpiritui ſeminis futuri ſigilla imprimantur, & habitare in germine, non in pulpa, ita diſpoſitas particulas, ut accedente motu fingantur in radices; cauſam vero motus eſſe elaſticas in radice particulas, &c.

GIOV. GIACOMO ROGGIERI catalogo dell' erbe native del ſuolo Romano. In *JOS. DONZELLI* Theatro Pharmaceutico editionis 1677. reperitur, brevis equidem & paucas neque raras plantas habet. Seorſim exſtat 1681. 4. Venet. (*LINN.*), & Venet. 1704. 4. *SEG.**

JOH. RAI catalogus plantarum Angliæ & Inſularum adjacentium. Lond. 1677. 8. Ex Cantabrigienſi flora natus, ſed multo auctior, tum per Auctoris itinera, tum ex collatitio curioſorum labore. Acceſſit *appendix* an. 1688. 8. ex VVallico itinere, & fungorum muſcorumque ab amicis acceptis ſpeciebus orta. Eoque opere perpetuo aucto factæ ſunt *ſynopſes ſtirpium Britannicarum RAII*, quarum 1. editio, Lond. 1690. 8. aliquas icones habet, quibus deſtituuntur reliquæ, altera eſt anni 1696. 8. de tertia, quam *DILLENIUS* edidit, ſeorſim dicetur.

J. LUDOV. HANNEMANNI nova methodus cognoſcendi vegetabilia. Kiel. 1677. 4. Recudit partem ad Botanicam pertinentem Introductionis Conringianæ ad hiſtoriam medicam: tum varia alia adverſaria.

J. W. ſyſtema horticulturæ. Lond. 1677. 4. Arborum & oleorum cultum deſcribit. *

JOH. MATTHIÆ FABRI ſtrychnomania. Aug. Vind. 1679. 4. Pluſculas obſervationes habet hominum, quos Belladonna exſtinxit, aut certe multis malis affecit. Adjecta adverſaria & icones multarum plantarum ex gente ſolanacea collatitiæ.

JACOBI BREYNII Exoticarum & minus cognitarum ſtirpium Centuria I. (quam nulla alia ſecuta eſt). Gedan. 1678. fol. Splendidum Opus quo Indicæ plantæ rariores ex Belgicis hortis, aliquæ etiam Pruthenicæ & Schvvalbacenſes deſcriptæ, & pulchre depictæ habentur. Viginti novæ tabulæ, quas edere promittebat *BREYNIUS Phil. Tranſ.* n. 334. nondum adparuerunt.

BERNH. VERZASCHÆ neuvollkommenes Kräuterbuch. Baſil. 1678. fol. Figuræ Camerarianæ, cum virtutibus.

Inſtruction pour le jardin potager, Pariſ. 1678. 12. *SEG.*

P. MORIN Remarques ſur la culture des fleurs. Pariſ. 1678. 12. Poetaſter, & vanus, nova tamen, certe eo tempore, aliqua habet in Tr. de Tunicis.

CLAUDE MOLLET Théatre du jardinage. Pariſ. 1678. 12. Simplex & abſque eruditionis adfectatione cultum vulgatiorum arborum & plantarum & bombycum tradit.

J. JACO-

CLUSIUS, ÆGINETA, ORIBASIUS habuerunt, invenitur in hac ultima editione

J. JACOB. WEPFER de cicuta aquatica. Baſil. 1679. 4. Anatomicum equidem argumentum in hoc pulcherrimo Libro regnat, bonas tamen icones plantæ ſuæ tradit, ut non adgnitam fuiſſe mireris, vireſque per experimenta detegit.

MATTH. TILINGII Rhabarbarologia curioſa. Francof. 1679. 4. Compilatio.

M. PRADE hiſtoire du Tabac. Pariſ. 1679. Encomium Tabaci continet, cum medicis viribus & compoſitionibus hujus herbæ. *

CASTILLON Queſtion de Médecine. Aix 1679. Condemnat Coffeam. *

JOH. CONRADI AXT de arboribus coniferis. Jen. 1679. 12. Minime male & duarum Abietum diſcrimen, & ſylvicolarum Thuringiæ modum parandæ picis deſcribit. Cum vero inficetam hiſtoriolam de *GUIDONE PATINO* miſcuiſſet, coactus a Jenenſibus Medicis palinodiam cecinit. (*C. PATIN. Lyc. Patav.* p. 103.)

GIORNALE DE' LETTERATI dell' an. 1668. fino all' an. 1675. Roma per il Tinaſſi. Eſt Diarium Pariſinum (J. des Sav.) & in fine ex Tranſactionibus aliqua acceſſerunt, cum additamentis Librorum Italicorum, & aliquando nonnullis obſervationibus, ſed rarius, propriis factis a Medicis Italicis.

BENJAMINI SCHARF Ἀρκευθολογία, ſive *Juniperi deſcriptio curioſa*. Jen. 1679. 8. Inutilis, ut ſolent compilati Libri: formularum plurimum, deſcriptionem nullam habet Juniperi.

JOHN. EVELYN Silva: an eſſay on earth: Pomona: and Calendarium hortenſe. Lond. fol. 1679. & repetito etiam 1729. quæ editio penes me eſt. Poſtquam ſylva an. 1664. & 1667. & tractatus de Teriaca an. 1676. 8. & Kalendarium an. 1664. Londini prodierant, conjunctim prodierunt, his, quos dixi, annis. Scopus Auctoris non Botanicus adeo quam œconomicus, & politicus eſt, & in *ſylva* quidem Anglos, quibus nullæ ſunt, ad ſerendas ſylvas hortatur, dicitque modum, quo ferantur optime: In Pomona vini pomacei præparationem deſcribit. Laudat eum auctor epiſtolæ ad *ELLIS*.

EJUSDEM french gardener, Lond. 1691. 8. *EJ. Sylva* 1706. 8. *EJ. gardeners almanach* 1699. 8. 1706. 8.

In *VERBRUGGII land en zee Chirurgie* exſtat etiam hiſtoria ſtirpium medicatarum Indiæ utriuſque.

BARTHOLEMI PIELAT Inſulæ Ceylonie Theſaurus Medicus. Amſtel. 1679. 12. Ex *GRIMMII*, non citati, laboribus compilatum opuſculum; ciniſloris & alchemiſtæ calamo exceptum. Præparationes varias ex Aromatibus, ſtirpibuſque indigenis Indiæ continet.

ROBERTII MORISONI Plantarum hiſtoria univerſalis Oxonienſis Tom. II. Oxon. 1680. fol. Primus Tomus, quo arbores oportebat contineri, nunquam prodiit. Alter iſte, a *MORISONO* editus, continet ſcandentes, papilionaceas, tetrapetalas ſiliquoſas, liliaceas, farraginem variam. Deſcriptiones ex *J. BAUHINO* aliiſque collegit, ſuas tamen miſcuit, icones plurimas ſculpi curavit, partim collatitias, partim ſuas: nomina longa & paradoxa impoſuit, in critica ſpecierum hiſtoria nihil valuit, hinc in multas incidit repetitiones: in eo commodus, quod plurimas plantas & numeroſiſſimas icones contineat. Hortolanus cæterum, & in ſeminibus unice, neglecto flore, occupatus.

HENRICI MUNDII de aere vitali, eſculentis & potulentis. Oxon. 1680. 8. Francof. 1685. In parte diætetica habet plantas edulas. Sed vulgaria fere ſunt, quæ adfert.

JACOBI BREYN Prodromus rariorum plantarum I. Gedan. 1680. 4. maj. & *Prodromus* II. ibid. 1689. 4. junctim vero 1689. 4. & 1739. 4. Egregiæ plantæ Indicæ pleræque ex Beaumontii & aliorum Magnatum Belgarum hortis, aliquæ tamen Boruſſicæ.

EM. KOENIG prima editio *Regni vegetabilis*. Baſil. 1680. 4.

JOH. JAC. WAGNER hiſtoria naturalis Helvetiæ curioſa. Tiguri 1680. 12. Arbores paulo fuſius, reliquas ſtirpes breviſſime tradidit, nomina nempe Alpinarum ex *BAUHINIS* collectarum, cum quibuſdam novis paradoxis, nemini ſatis intellectis.

JAC. AUGUSTI HUNERWOLT Anatome Pæoniæ. Arnſtalt. 1680. 12. Plurimus in formulis. Sed analyſin etiam chemicam duaſque ſpecies Pæoniæ deſcribit.

Hiſtoire

ne DODONÆI cum Scholiis, quæ optima eſt. DIOSCORIDES *cum annotationibus*

Hiſtoire des plantes de l'Europe & des plus uſitées qui viennent d'Aſie, &c. Lyon 1680. 12. 2. vol. (SEG.) 1707. & 1726. 12. Icones minutæ ex *MATTHIOLO* ad 860. nomina & ordo C. B. Errores potius aucti quam correcti.

Secret pour teindre la fleur d'immortelle de diverſes couleurs. Paris. 1680. 12. *

A. CLEYER parvum herbarium vocabulis Siricis conſtans, Francof. 1680. 4. *

A. CLEYER quære, an idem ſit *herbarium*, quod cum *ſpecimine medicinæ Sinicæ* prodiit Francofurti 1672. 4. & quo 289. nomina ſtirpium cum medicis viribus continentur.

LANGFORD plain and full inſtructions to raiſe all ſorts of fruit trees that proſper in England, Lond. 1681. 8. *HARL.* 1690. 8.

AMBROSII HEIGEL diſputatio *de opio*, Altdorf. 1681. 4.

EHRENFRIED HAGEDORN Cynosbatologia. Jenæ 1681. 8. Non quidem in Botanicis laudem meruit, qui Meſpilum miſceat Roſis, harum nullam ſpeciem diſtinguat, icone ne pinnatam quidem foliorum faciem exprimat. In ſpongiolis curioſior eſt, inque formulis.

JAC. MARTINI die fruchtbare Boriza oder das heilſame Kraut lunaria. Brig. 1681. 8. Alchemicum opuſculum. *

NEHEMIÆ GREW Anatomy of plants with an idea of a philoſophical hiſtory of plants, and ſeveral other lectures. Lond. 1682. fol. Auctoris ſtudioſi, & in obſervando diligentiſſimi *natural hiſtory of roots* prodierat an. 1673 8. *The anatomy of plants begun*. Lond. 1671. 12. & *comparative anatomy of trunks*. 1675. 8. &c. Hæc omnia nunc in unum collecta habentur. Præcedit Idea Philoſophicæ hiſtoriæ plantarum, quæ compendium eſt ſequentium & aliqua de modo inquirendi conſilia, aliquas de analogiis, de plantarum partibus eſſentialibus duabus, ligno & utriculis, cogitationes habet. Deinde *Anatomy of plants begun* (quam eamdem vertit Latine *LE VASSEUR*, & Pariſiis an. 1679. 12. edidit & 1682. 12. cum *DEDU de l'ame des plantes* Libello qui *ZOD. MED. GALL.* Tomo IV. M. Majo inſertus eſt, & Pariſiis 1682. 12. recuſus & Leidæ an. 1685. & 1691. 12. &c.). Continet prima elementa anatomes plantarum, partium omnium, ordinis & progreſſionis in vegetatione, radiculæ ſeminalis, plumæ, loborum cotyledonum, anatomen radicum, circulationem ſucci. III. Anatome trunci, medullæ, vaſorum ligneorum, aereorum, lacteorum, lymphaticorum, medullæ, corticis. IV. Anatomen folii, floris, fructuſque. Hæc pars uberior eſt & ditior. Ibi ſtamina, floſculos, ſemifloſculos, tubaſque deſcribit, non alienus a theoria *D. MILLINGTON*, qui pulverem ſtaminum pro ſemine mare habuit, ut tamen ipſe *GREWIUS* ſtamina pro organo excretorio partium quarundam nimis volatilium habuerit, (ut ab eo *TOURNEFORTIUS*), quæ ſemina præterea fecundarent (p. 173.). In ſeminum hiſtoria inprimis copioſus fuit, & in fructibus, nimis tamen theoriæ indulſit, qui a mechanicis figuris ſalium figurationem partium in plantis conatus ſit explicare. Cæterum maſcule ſe ab omni ſuſpicione imitationis *MALPIGHII* vindicat, & monet 11. Maji 1671. primas obſervationes ſe dediſſe Societati, quum *MALPIGHIANÆ* advenerint 1. Novembris: ſua de trunco & radicibus inter an. 1672. & 1674. lecta eſſe, de foliis vero, floribus & fructibus inter 1676. 1677. *MALPIGHII* primum tomum an. 1674. demum eſſe editum. Denique addo Librum *GREWII* primum, ſecundum & tertium in E. N. C. *DEC.* I. Ann. VIII. appendice prodiiſſe, vitioſe & non ſine querela *GREWII*: a *NIGRISOLIO* vero (p. 245.) promiſſam novam editionem cum ſuis obſervationibus, in lucem non veniſſe.

In *F. BAYLE diſſertationum phyſicarum* P. II. quæ Toloſæ anno 1681. 12. prodiit, diſſertatio eſt de forma plantarum, in qua generatio fungorum mechanica ex ſucco ſalicis in fibras denſato explicatur.

WOLF. HELM. de *HOCHBERG Adeliches Landleben*. Noremb. 1682. fol. 3. vol. 1701. Omnem demum ruſticam continet.

W. H. de *HOCHBERG* quem citavimus libellus recuſus eſt etiam Nur. 1716. Præter agri autem, horti, nemoris, vineæ cultum, catalogum etiam plantarum medicatarum continet, & icones pluſculas, ſed fere ex aliis ſupplementum. Ad ſingulos Libros adjecit *MARTINUS ENDTER*; dictio vero *ERASMI FRANCISCI* eſt.

TIMOTHEI à ROLL Schweizeriſcher Botanicus, aus ſeinen hinterlaſſenen ſchriften. Zug. 1682. 12. *

CHRISTIANI MENZEL Index plantarum univerſalis polyglottus: acceſſit *pugillus plantarum vario-*

nibus MATTHIOLI perfectum etiam eſt Opus ad vires cognoſcendas. Denique Clar.

rariorum. Berolini 1682. fol. & 1696. 1715. paulo auctius nempe duabus tabulis ſtirpium exoticarum. Hic titulus eſt *Lexicon plantarum polyglotton univerſale*. Illo quidem Lexico parum utilitatis rei herbariæ attulit, iſto magis, quo plantas raras itineris ſui Italici, Tirolici, & Marchicæ Ditionis recenſuit, & aliquas depinxit. Pleræque equidem ab aliis cum aliis nominibus editæ fuerunt pridem, raræ tamen ſunt & pulchræ.

The natural hiſtory of Coffée, quem ea pagina citavimus librum, quære an idem *the natural hiſtory of Coffée, tea, chocolate and tobacco vvith a tract of the Elder and juniper Berries*, Lond. 1683. 4. *

LA FONTAINE Poëme ſur le Quinquina. Paris 1682. 12.

LA FONTAINE poëme, &c. ſoterium eſt lepidiſſimi poëtæ quem is cortex ſanaverat.

FRANCISCI van *STERBECK Citricultura ofte regeeringh der uytheemſche boomen*, &c Antvverp. (1682. 4. *SEG.*), 1712. 4. Ignarus homo ſuper omnem fidem, qui v. gr. Herodianum dicat ſcripſiſſe de Conrado Imperatore. Heſperides ex *FERRARIO* ſumſit, arbores exoticas hinc inde compilavit.

J. SIGISMUNDI ELSHOLZ neues Tiſchbuch. Colon. Berol. 1682. 4. Omnes quidem cibos practice & œconomice conſiderat, primo tamen loco eos, qui ex plantis petuntur, cibos potuſque.

The natural hiſtory of Caffée. Lond. 1682. 8. Compilatio. *

GEORG. WOLFGANG WEDEL de Opio, & *MICHAELIS ETTMULLER de virtute Opii diaphoretica*. Jenæ 1682. 4. prodierunt. Collectanea ſunt ex genere practico, neque aut ſatis bona hiſtoria naturalis Opii, aut analyſis, quæ deſideria impleat, ibi traditur.

G. W. WEDEL de ſale volatili plantarum. Jenæ 1682. 12. (prius edita. Francof. 1672. 12. *PH. TR.*). Eleganti Libello Iſatidis, in Thuringia vulgo cultæ, hiſtoriam, & obſervationem alcali de planta ſtillantis, tunc novam, continet.

JEREMIÆ LOSS diſputatio *de nuce vomica*, VVittemberg. 1682. 4.

SAM. GILBERT fflloriſt's vademecum being a compendium of vvhatever vvorthy notice has been exſtant Lond. 1682. 8. * *HARL.* alibi 1683. 8.

JOH. RAI Methodi plantarum prima editio Londini prodiit 1682. 8. Rudimenta imperfecta methodi, generibus per minuta & externa ſigna laxe diſtinctis, ex unicis fere foliis & fructu, nulla pene floris mentione facta. In præfatione aliqua habentur, ad cotyledones, & germinationem plantæ facientia, quæ in poſteriori editione deſiderantur.

MICHAELIS ETTMULLER Schröderi dilucidati Phytologia. Exſtat cum Operibus omnibus Francofurti an. 1688. porro Genevæ & Neapoli editis. Ad practicam partem pertinet, officinalium plantarum hiſtoria ſatis fuſam, & ex alienis & ex propriis obſervationibus congeſtam tradit.

In *GEORGII WHEELERI itinere Græco*, Londini 1682. 8. edito, pluſculæ icones plantarum habentur.

DEDU de l' Ame des plantes. Pariſ. 1682. 12. Acidum aereum fermenteſcens cum alcali terreo excitare ſemen, ut creſcat & alatur, &c.

ABRAHAMI MUNTING de vera herba Britannica diſſertatio. *Acceſſit Aloidarium*. Amſtel. 1681. Sed mea editio anni 1698. 4. eſt, & Auctor obiit an. 1683. Opus pene hiſtoricum. Lapati icones aliquæ bonæ, aliæ dubiæ fidei, ut ipſa, de qua inprimis agitur, Britannica, ut Auctoris Opere dignoſci fere nequeat.

EJUSDEM Naauvkeurige beſchryving der aerdtgevvaſſen. Leidæ an. 1696. fol. prodiit, cum magnificis tabulis. Nempe Opus ſupra recenſitum (*oeffening van de planten*) reviſum & auctum, tum numero plantarum, tum viribus, reliquerat moriens *MUNTINGIUS*. Id ſplendide editum eſt. Inde rejecta Belgica tota ſcriptione, folæ icones an. 1727. & alias cum ſynonymis a *KIGGELAARIO* collectis prodierunt. Fabuloſæ plantæ immiſtæ ſunt, & in iconibus ſæpe aliquid nimii & poetici ineſt.

JAMES SUTHERLAND hortus Medicus Edinburgenſis. Edinb. 1683. 8. Satis & copioſus catalogus & fidelis, neque oneratus ſpuriis ſtirpibus aut nominibus. Varietates continet & nimis paucas ſeptentrionales aut Scotiæ indigenas.

ELIÆ

Clar. TOURNEFORTIUS egregia præſtitit in Libello in 12. *de Plantis creſcen-*

ELIÆ FILLANDS Catalogus plantarum, quæ circa Aboam in cultis & incultis inventæ ſunt Auctior. Abo 1683. 8. (prius anno 1673. *LINN*). Plantæ vulgares, pleræque hortenſes, propriæ Finniæ vix ullæ, icones ex aliis imitatæ, non bonæ.

JOH. COMMELINI Catalogus plantarum indigenarum Hollandiæ. Præmittitur *LAMBERTI BIDLOO diſſ. de re herbaria*. Amſtelod. 1683. 12. In catalogo ſtirpes 776. & inter eas nonnullæ non deſcriptæ marinæ, apetalæ, aut muſci.

MATTHIÆ TILINGII lilium curioſum. Francof. 1683. 8. eſt compilatio.

MATTH. TILINGIUS edidit etiam *opiologiam novam*, Francofurt. 1697. 4.

J. FRID. ORTLOB de analogia nutritionis plantarum & animalium, Lipſ. 1683. 4.

P. SYLV. DUFOUR de l'uſage du thé, &c. auctius etiam recuſus eſt Hagæ 1693. 12. adjecta *ST. DISDIER méthode pour compoſer d'excellent chocolat*. Nonne idem *beſchreibung des caffée, the, chocolate und tabaks*? Hamburg 1684. 12.

R. J. CAMERARII diſputatio de helleboro a nobis citata, habita eſt ſub *B. MEZGER*, & ad praxin ſpectat.

BERN. ALBINI diſputatio *de thea* Francof. Viadr. 1684. *EJ. de tabaco*, ibid. 1695.

De la *RIVIERE* du *MOULIN de la culture des arbres*. Paris 1683. 4.

L'Art de tailler les arbres familiers avec un Dictionaire des mots dont ſe ſervent les Jardiniers. Pariſ. 1688. 12. *

ROBERTI SIBBAALD Scotia illuſtrata. Edimburg. 1684. fol. In Parte Botanica, ſive L. I. P. II. plantæ indigenæ, fere ex *RAIO* & *SUTHERLANDIO*, nimis paucæ neque fere ullæ propriæ recenſentur. Icones paucæ, rudes, obſervationes practicæ & œconomicæ aliquæ. Acerba cenſura in *SIBBALDUM* eſt, quam *PITCARNIUS* ſub titulo diſſ. de *legibus hiſtoriæ naturalis* edidit.

GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI Catalogus plantarum horti Academici. Helmſtad. 1684. 4. Etſi Botanica non fuerit inter principes Auctoris labores, habet tamen, ut acuti erat ingenii, obſervationes ſuas non inutiles.

S. NICOLAI PECHLINI Theophilus bibaculus. Francof. 1684. 4. Poeticus ſtylus. Theam non eſſe Myrtum Brabanticam contra *SIMONEM PAULI* demonſtrat: explorat vires per reagentia: uſus medicos Theæ laudat, in ea laudanda nimius, neque monet nocere ventriculo aut hypochondriacis.

PAOLO BOCCONE oſſervazioni naturali. Bonon. 1684. 12. Continet, præter phyſica multa, catalogum plantarum in itinere ad Alpes Venetas lectarum, iconem Bupleuri in Corſica naſcentis, vires medicas nimias. Pleraque in Muſæis ſuis repetiit.

GEORG. WOLFG. WEDELII amœnitates materiæ medicæ. Jenæ 1684. 4. Continent ſtirpes officinales ſecundum claſſes virium diſtributas.

PAUL SYLVESTRE DU FOUR de l'uſage du Thé, Caphé, Chocolat. Lyon. 1671. & auctius 1684. & 1688. 12. Cum in prima editione Librum Fauſti Naironi verſum edidiſſet proprio deinde labore Librum perfecit. Vires medicas valde laudat, analyſin chemicam addit aliquam Caffeæ: de Thea & Chocolata valde jejunus.

Hunc Libellum *JACOBUS SPONIUS* Latine reddidit & edidit cum titulo *Tr. novi de potu Theæ, Chocolatæ, Caffeæ*. Pariſ. 1685. 12. cujus partem, quæ ad Caffeam pertinet *JAC. MANGETUS* iterum edidit an. 1705. 4. Additæ huic editioni icones non bonæ diverſarum arboris, ſi fides eſſet, ſpecierum.

R. J. CAMERARII diſp. de Helleboro. Tubing. 1684. 4.

GEORGII à TURRE Dryadum & Hamadryadum Chloridiſque triumphus. Patav. 1685. fol. Vires ſtirpium ex veteribus compilat.

J. BAPTISTÆ TRIUMPHETTI Obſervationes de ortu & vegetatione plantarum. Rom. 1685. 4. Horti Romani præfectus, qui eo præſidente ita floruit, ut 6000. ſtirpes continere ſcripſerit *BAGLIVUS Oper.* p. 432. Hoc Opuſculo *MALPIGHIUM* impugnat: experimenta profert, quibus demonſtrari credit, ex putrefactis plantis ſpeciem reparari abſque ſemine, & abſque aere ſemina germinare. Inde ſequitur catalogus ſtirpium Alpinarum, quas a fratre

ſcentibus circa Pariſios. Ibi indagat vires Simplicium ex Chemia. LOBELIUS etiam com-

fratre *LÆLIO*, Canonico habuit, cujus in Botanicis peritia laudatur in *GIORN. de' LETTER.* XXXV. Art. 14. & tandem icones & deſcriptiones ſtirpium rariorum fere triginta. Earum aliquæ non ſunt niſi varietates. Iter Botanicum *TRIUMPHETTI*, in Agrum Romanum ſuſceptum, deſcribitur in *BOCCONIS Muſeo de Fiſica*. p. 241.

J. HENRICI URSINI arboretum biblicum, Norimberg. 1685. 8. & *continuationem hiſtoriæ plantarum biblicæ*, ibid. eodem anno cum iconibus. Ad philologiam pertinet.

PAUL. AMMANNUS, horti Lipſienſis bis præfectus, quem ex *MORISONO* characteres deſcripſiſſe eo loco dictum eſt, ejus methodum in longa præfatione laudat, characteres a foliis ſumtos vero rejicit. Inde 220. Canones, nempe totidem genera a ſemine conſtituta; inde exempla Canonum 1273. Nomina nempe reducta ad methodum *MORISONI* cum nonnullis ſuis obſervationibus, ut flores ſeſami, de thea *S. PAULI*.

PAULI AMMAN Character plantarum naturalis. Lipſiæ 1685. 12. quem an. 1700. Francofurti auctiorem edidit *DANIEL NEBEL*. *AMMANNUS* unice ex *MORISONO* deſcripſerat characteres, & ſecundum alphabeti ordinem diſpoſuerat plantas veterum & officinarum, ſubjectas generibus *MORISONI*. *NEBELIUS* characteres *TOURNEFORTII* & *HERMANNI* adjecit.

G. FRANCI de *FRANKENAU flora Francica* Argentor. 1685. 12. iterum edita 1698. 12. & Germanice verſa a *JOH. THILE* Lipſ. an. 1715. 8. (Primum autem prodierat Argentorati an. 1672. 12. *Lexici Botanici* nomine). Auxit *GEORG. FRIDERICUS GEORGII* filius. Ipſum opuſculum exigui momenti & erroribus plenum eſt, ſed adjecta in editione 1698. erudita ſatis ſeptem programmata, & catalogus plantarum Heidelbergenſium.

OL. RUDBEK hortus Botanicus variis exoticis & indigenis plantis inſtructus. Upſal 1685. 8. Nomina breviſſima, & ſæpe propria. Plantæ novæ aliquæ aut rariores ſed abſque ſynonymis. Cæterum idem catalogus jam prodierat Upſal. an. 1658. 12. & *auctarium* 1666. 12.

PETRI PETITI carmen de Thea, & *JOH. GEORG. HERRICHEN de Thea excomiis*. Lugdun. 1685. 4.

Hac collectione præterea *PETRI FRANCII* Anacreontica oda in theam, & inſcriptio *PECHLINI*, & loci ad theam ſpectantes ex *PISONE*, *BONTIO* & *TULPIO* continentur, Edidit *FRIDERICUS BENEDICTUS CARPZOV*, & iconem plantæ addidit cum fructu, ni fallor *BREYNIANAM*.

J. CHAMBERLAYNE manner of making Tea, Coffy and Chocolate. Lond. 1685. 12.*

LUD. FERD. MARSIGLI, della pozione Aſiatica Covave. Veron. 1685. 12.*. Oſtendit non eſſe Bun Avicennæ, ut crediderat *P. ALPINUS*.

MOYSE CHARAS de la Thériaque d' Andromachus. Pariſ. 1685. 8. Carmen cum commentariis non ineruditis & plantis nonnullis, tum in Languedocia, tum in M. Genevre lectis.

CORN. BONTEKOE van The, Coffy en Chocolate. Haag. 1685. 8. Hæc tertia erat editio. Vir acer, & ſuarum opinionum non ſatis æquus defenſor. Tenuitatem ſanguinis habet pro ſummo bono, hinc theam præſcribit ad 100. 200. cyathos: & ea copia habet pro panacea, etiam calculi. Nihil recipit virium debilitantium. Botanici nihil.

DAVID ABERCROMBY nova Medicinæ Clavis. Lond. 1685. 8. Explicat vires plantarum a ſapore, & vires medicas adſignat, quæ amaro, dulci, acerbo, acido ſapori ſtirpium reſpondet.

ROBERTI PLOT natural hiſtory of Staffordhire. Oxon. 1686. fol. Priori etiam melior Liber, plenus obſervationum ex naturæ operibus & artis. Plura quidem de foſſilibus, de fontium origine ex mari, &c. de plantis pauca habet, eaque ad Cryptogamiam pertinent.

PETRI MAGNOL Botanicon Monſpelienſe cum *appendice*. Montpel. 1686. 8. Egregius Liber, & inter floras unius urbis eximius, qui ſtirpium ſpecies contineat 1354. quarum pauciſſimæ ſunt ex Cryptogamia. Plurimas plantas noviter invenit in beatiſſimo ſolo, aliquas etiam Africanas adjecit. Icones minus pulchræ.

PAULI AMMANN hortus Boſianus. Lipſ. 1686. 4. Raras plantas pluſculas cum deſcriptionibus continet ex ingenio *MORISONIANÆ* methodi. Hortus etiam nunc ſupereſt.

OLAI

commendandus eſt in ſuis Operibus editis in folio. Titulus eſt *Stirpium obſervatio-*
Kk *nes*

OLAI RUDBEK, *OLAI* filii *de propagatione plantarum*. Upſal. 1686. 8. Juvenile Opus, quo Oeconomia vegetabilis continetur, inprimis ex *MALPIGHIO*, modus etiam inſerendi & ablactandi ſtirpes fuſe deſcribitur.

STEPH. BLANKAART gebruyk en misbruyk van de Thee. Haag. 1686. 8. *

SIMON ABBES GABBEMA Frieſche luſtgaarde ofte boom heeſter bloem en kruyt vvaarende; Leuvvaarde 1687. 4. Plantarum non quidem deſcriptiones, ſed philologiæ & vires variæ.

Cum collegio anatomico edidit *J. MURALTUS beſchreibung der vornemſten kraüter*, Norimb. 1687. 8.

R. TURNER the britiſh phyſician or the nature and virtues of Engliſh plants, Lond. 1687. 8.*

JOH. DANIEL GEYER Dictamnologia. Francof. 1687. 4. Fraxinellæ icon, cum nonnullis collectaneis. Artem imprimendi plantas ſiccas habet, ſed *CONRADO GESNERO* jam notam; & *SPIGELIO*, & *BOYLEO de util. Phil. exper.* p. 540. & *MONCONISIO* in *Itin.* T. IV. p. 458. & aliis].

J. B. TRIUMPHETTI ſyllabus plantarum horto Romano additarum. Rom. 1687. 4. *SEG.* 1688. *TOURN.* *

PAULI HERMAN. Catalogus horti Academici Lugduno-Batavi. Leid. 1687. Eximium Opus, quo plures quam 100. novarum plantarum ex Africa, India Orientali adlatarum icones continentur, & deſcriptiones, ad rariora genera ex fructus indole relatæ.

P. HERMAN Germanus fuit, ſed in Belgio vixit. *Catalogus EJUS* recuſus eſt Leidæ 1720. 8. ſub titulo *indicis plantarum quæ in Horto Acad.* L. B. *aluntur*, omiſſo *HERMANNI* nomine, & adiecta hiſtoria horti ex *BOERHAAVIANO* indice ſumta.

JOHN FLOYER Pharmacobaſanos. P. I. Lond. 1687. 8. In iſta parte fere ex ſolo ſapore & odore plantarum vires definire conatur Auctor, indeque ſecundum certas harum qualitatum claſſes, certa etiam medicatarum virium genera eruere.

Oeffening der vrugtboonen door den H. le GENDRE vertaalt en met aantekeningen verykt door. J. *COMMELYN*. Amſtelod. 1687. 12. Primam editionem ignoro, quæ ante an. 1650. videtur prodiiſſe. Hanc aliquanto meliorem reddidit expertiſſimus *COMMELYNUS*. Opuſculum mere practicum, hinc non inutile.

Le *GENDRE* hic recenſus referendus eſt ad annum 1660.

NIC. BLEGNY du bon uſage du Thé, du Caffé & du Chocolat. Lyon. 1687. 12. Compilator. Eodem anno prodiit *abrégé du Traité du Caffé*. Lyon 1687. 12.

HENRICI COSMII magna naturæ œconomia cum demonſtratione Theæ, Coffeæ, Chocolatæ. Francof. Lipſ. 1687. 12. *

OL. BROMEL Lupulolegia. Stokh. 1687. 12.

J. BATT. SCARELLA Lettera apologetica intorno ad una pianta anonima. Padova 1687. 4. *

CHRISTOPHORI KNAUT Enumeratio plantarum circa Halam naſcentium. Lipſ. 1687. 8. Plantæ non inelegantes, ſubinde tamen paradoxæ, ſecundum methodum *MORISONI*, quam in arboribus ex fructu ſupplevit.

R. JAC. CAMERARII diſp. de plantis vernis. Tubing. 1687. 4.

Huc refero *JAC. SINNIBALDI* Profeſſoris ſimplicium Romani *de plantarum metamorphoſibus lectionem* & aliam *de ſynonymis ſimplicium extrinſecis* quas citat *P. MANDOSIUS Cent.* V. *n.* 40.

G. F. FRANCI de herbis circa Heidelbergam naſcentibus. Heidelb. 1687. 4.

PETRI KYLLING viridarium Danicum. Hafniæ 1688. 4. Rarus Liber, qui non meretur latere. Hominis fuit non valde eruditi, ſed indefeſſi & induſtrii, & plures plantas continet, quam ab eo cœlo ſperes, parum tamen dilucide deſignatas, quæ rariores. Varietatum vis magna. Exemplar penes me eſt, ab Auctore ad novam editionem præparatum cum augmento non exiguo, donatum a diſcipulo olim induſtrio *D. J. R. HENRICI*.

VALNAY connoiſſance des Tulipes rares, Anemones, Oeillets fins, &c. Pariſ. 1688. 1689. 12. Pro florum amatoribus. *

OLAI

nes MATTHIÆ de LOBEL, *Antvverpiæ anno* 1576. Iſte quoad vires fideliſſimus

OLAI BORRICHII de uſu plantarum indigenarum. Hafn. 1688. 8. Non qualem ab Auctore expectes.

CHRIST. F. PAULINI nobilis Salvia. Auguſt. Vind. 1688. 8. Compilatio.

R. JAC. CAMERARII diſp. *de Mimoſa*. Tubing. 1688. 4.

S. W. Schola Botanica, ſive *catalogus plantarum*, *quas in horto Pariſino demonſtrat TOURNEFORTIUS*. Amſtelod. 1689. 12. Rudimenta methodi Tournefortianæ continet, expreſſa in plantis pene innumerabilibus, multis quidem perpulchris pyrenaicis, aliiſque, nonnullis vero, quæ ſatis certo non diſtinctæ ſunt, ſed *BAUHINIANÆ* notarum ſtirpium repetitiones.

JOH. COMMELYN Catalogus plantarum horti Medici Amſtelodamenſis. Amſtel. 1680. 8. & nihil mutatus 1702. 8. Non valde, pro fama, dives, cum characteribus ſubjectis ex *RAJO*.

P. PETIT Nepenthes Homeri. Ultraject. 1689. 8. Eruditiſſime defendit ad plantam pertinere hoc nomen, incertum eſſe ad quam ſpeciem.

JAC. TAPPII oratio de Tabaco. Helmſtad. 1689. 4.

PETRI MAGNOL prodromus hiſtoriæ generalis plantarum. Monſpel. 1689. 4. Nihil habet commune cum ordine poſthumi Operis, & methodus deſumitur a partibus plantarum omnibus, ut naturalem quærat Auctor, imitatus partim *RAJUM*, partim *HERMANNUM*. Errores plurimi & graviſſimi interveniunt, cum v. gr. Tribulum terreſtrem ranunculis accenſeat, Centaurium luteum Polypetalis.

PHIL. CAVALLINI Enumeratio plantarum quæ an. 1689. *in hortum redactæ a P. Sapientiæ oſtenduntur*. Rom. 1689. *B. RIV.* & ejus *pugillus Meliteus*, ſive *herbarum in Inſ. Melita naſcentium*. ibid. Nuper a *CL. BRUKMANNO* in epiſtolarum Centur. II. recuſus eſt, breviſſimus & abſque obſervationibus.

GEORG. GRAU Panacea vegetabilis calida, ſive *Majorana*. Jen. 1689. 12.

HENRICH HESSENS teutſcher Gaertner. Lipſ. 1690. 1710. fol. (*SEG.*), recuſus 1740. 4. ex codice M. S. Auctoris. Hortum oleraceum, floridum & arboretum deſcribit, neque deſunt rariorum, quas vix alias deſcriptas reperias, plantarum monumenta. Icones malæ. Potuerat omiſiſſe deſcriptiones fructuum Indicorum, qui nunquam in hortis noſtris convaleſcunt.

H. HESSENS etiam eſt *neue garten luſt*, Lipſ. 1714. 4. recuſa, cum ſecundo tomo addito, & titulo *neue untervveiſung vom Blumenbau*, Lipſ. 1712. 4. qui alterius auctoris eſt. In priori illo Mechanica hortorum cultus ad ornamentum pertinens traditur, deinde arborum olerumque vulgarium cura.

DANIEL TAUVRY traité des médicamens, *& de la manière de s' en ſervir*. Pariſ. 1690. 12.

R. J. CAMERARII de cichoreo diſſertationes II. recuſæ ſunt Tubing. 1691. 4. *EJUS* etiam ſunt *de ſcordio* 1706. *de uſtilagine frumenti* 1709. *de fumaria* 1710. *de cervaria nigra & pini conis* 1712. 4. *de rubo idæo* 1721. 4. Pleræque melioris notæ ſunt.

LOTHARII ZUMBACH flora Lugduno-Batavæ flores, ſive *ſtirpes anno* 1689. *demonſtratæ a PAULO HERMANNO*. Leid. 1690. 8. Vid. ſupra pag. 207.

JOSEPHI LANZONI Citrologia. Ferrariæ. 1690. 12. Ad morem Naturæ Curioſorum ſatis inutilis compilatio. Aliqua tamen monſtra heſperidum vidit.

FRID. SCHRADER de nova methodo botanica, Helmſt. 1690. 4.

BAPT. CODRONCHI de baccis Orient. editionem Jenenſem citavi, veram enim editionem ignoro.

Horti HERBERTII van *BEAUMONT catalogus*. Haag. 1690. 8. Auctor eſt celebris hortulanus *FRANCISCUS KIGGELAAR*.

AUGUSTI QUIRINI RIVINI Introductio ad rem herbariam 1690. fol. & variis annis 12. etiam 1720.

EJUSDEM Ordo plantarum flore monopetalo irregulari fol. magn. 1690. Sumtu ſuo pictores & ſculptores aluit, icones procuravit ſpecioſas, in flore exprimendo ſatis fideles, ad naturam factas. Id vitii eſt, quod *ſummitates* fere ſolas, neque adeo habitum plantæ exprimant.

mus eſt, tum etiam ad penſitationem pertinet, an plantæ pro veterum plantis a

Kk 2 recen-

mant. Nomina etiam ſibi propria brevia abſque ſynonymo addidit, characteres artificia-les, a ſolo flore ſumtos, neque in ſpontaneis videtur ſatis fuiſſe exercitatus.

EJUSDEM Ordo plantarum quæ ſunt flore irregulari tetrapetalo. Ibid. 1691. Studium idem, plantæ papilionaceæ, cum paucis ſiliquoſis tetrapetalis, & tithymalis.

OLAI RUDBEK de fundamentali plantarum notitia. Aug. Vind. 1691. 12. Eſt diſputatio *OLAI* junioris, Ultrajecti an. 1690. 4. habita, qua præceptorem *HERMANNUM*, neque male eo tempore, præfert omnibus. Contra *RIVINUM* dixit, inprimis nomina damnavit, quæ a voce *Pſeudo* incipiunt. n. 43. Ordo tamen non optimus. Carduos a Diſcoideis longiſſime removit.

MARCI MAPPI catalogus plantarum horti Argentinenſis. Argentin. 1691. 12. Brevior.

PAULI GOTTLIEB MANITII de ætatibus Zedoariæ. Dud. 1691. 12. Verboſior paulo & poetica, minime tamen inerudita Zedoariæ deſcriptio.

BAPT. CODRONCHI de baccis Orientalibus. Jenæ 1691. 4. *SEG.* *

SEUTER de nuce vomica. Leid. 1691. cum icone.

MARCI MAPPI de Thea. Argentor. 1691. 4.

THEODORI SCHOON. vvaare ontleeding der planten. Haag. 1692. 4. Inprimis equidem Tabaci hiſtoriam molitur, multa tamen de aliis plantis interſperſit, etiam quam maxime aliena, denique in hiſtoriam modi degenerat, quo medicamenta diverſarum claſſium operantur.

GEORG. MEISTER Oſtindiſcher kunſt und luſtgaertner. Dreſdæ 1692. 4. Vixit apud *CLEYERUM* decem annis, Japoniam etiam vidit, pluſculas ibi plantas & arbuſculas collegit, in Europam retulit. Sed vir analphabetos adeo olitorie deſcripſit & depinxit, quæ viderat pulcherrima, adeo barbaris uſus eſt nominibus, adeo parum addidit obſervationum, ut labor omnino inutilis ſit.

Nouvelle inſtruction pour la culture des Figuiers. 1692. 12. *

Nouveau Traité de la culture des Jardins. Paris. 1692. 12. *

FRANC. CUPANI Catalogus plantarum Sicularum noviter inventarum. Panorm. 1692. fol. *

J. F. H. der curieuſe und kluge gaertner, Lipſ. 1692. 8.

HORTUS MALABARICUS P. I. ad XII. Amſtelodami 1676. ad 1693. etſi mea editio ſit 1703. Sumtus pingendis plantis & concinnandi operis præbuit, regia fere liberalitate, *HENRICUS* van *RHEEDE* tot *DRAKENSTEIN*, Indiæ Senator, Malabariæ Gubernator. Stirpium icones primas pinxit *MATTHÆUS* de *S. JOSEPHO* in Cochin Miſſionarius. Deſcriptiones correxit & icones *JOHANNES CASEARIUS* in eadem urbe V. D. M. Voces declaraverunt & nomina Medici indigenæ. Synonyma recepta addiderunt *JOH. COMMELYN*, *ARNOLDUS SYEN*, *WILHELMUS TEN RHYNE*, *THEODORUS* ab *ALMELOVEEN*, *FRIDERICUS RUYSCHIUS*, & alii: Incomparabile Opus, ſive numerum figurarum, ſive novitatem, ſive fidem conſideraveris, quæ mihi, inprimis in adornando charactere naturali, miraculo videtur proxima.

Indicem in folio 1696. & in 8. edidit *floræ Malabaricæ* nomine *CASPARUS COMMELYN*, alphabetico ordine & adjectis ſynonymis.

CAROLI PLUMIER deſcription des plantes de l'Amerique. Pariſ. 1693. fol. Splendido Libro icones plantarum per itinera ſua obſervatarum, ſua etiam manu factas, continet, paucarum tamen, cum poſthumæ tabulæ, quas pinxerat pulcherrimas etiam nunc in Gallia ſervari legam, & ſubinde ſculpi aliquas, vix tamen juris fieri publici. Earum enim decem volumina, refutantibus typographicis, ſimilia editis, parata habebat *PLUMERIUS*. *LISTER Journ. to Par.* p. 75. ut eſſent 1400. fere icones. *PH. TRANS.* n. 276. Plantas autem ſiccas amiſerat naufragio, ſolaſque chartas conſervaverat. *LISTER* p. 73. Vir induſtrius cæterum, etiam in aliis artibus, qui aves etiam pulchre pinxit, ſed ſimplex, ut ex *LABATI* itineribus adparet. *SURIANUS* Medicus, ſocius itineris, ſcribere contra *PLUMERIUM* conſtituerat, & vindicare multas ab ipſo ad *PLUMERIUM* miſſas plantas (*J. des Sav.* 1694. n. 35.) Sed ea diſputatio cum Auctore intercidit.

JOHAN-

recentioribus commendatæ, ſint veræ plantæ veterum. Hoc eſt totum, quod ſpectat ad ſtudium Botanicum.

Vi-

JOHANNIS RAI Hiſtoria plantarum generalis, P. I. II. Londin. 1693. fol. (lego autem apud alios etiam 1686. 1688. prodiiſſe). Inſigne Opus, quo *JOHANNIS BAUHINI* deſcriptiones in compendium redactæ continentur, & adjectæ ſunt nuperæ ex cryptogamia, ex itineribus detectæ ſtirpes, magna prudentia & candore, cum omnes plantas ſibi minus notas aſteriſco ſignet Rajus. Multas etiam ad medicas, & œconomicas utilitates ex adverſariis addidit. Methodum autem poſt hoc Opus inſigniter mutavit.

SAMUELIS DALE Pharmacologia. Londini 1693. 12. repetitio edita Londini 1737. & Leidæ. 1739. 4. quæ editiones valde auctæ ſunt, & inſertum ſuo loco habent auctarium, quod Londini an. 1705. prodierat. Melior prioribus & plenior materia medica, qua omnia ſimplicia ex tribus regnis in ſuas claſſes & genera diſtribuuntur, cum brevi deſcriptione. Plantas diſpoſuit ex *RAII* præceptis. Nunc utique ex nuperrimis inventis multa acceſſerunt.

BAILLARD diſcours du Tabac & particulierement du Tabac en poudre. Pariſ. 1693. Vires inprimis medicas conſiderat. *

G. C. SCHELHAMMER catalogus plantarum Helmſtadii ſponte naſcentium. Helmſt. 1693. 4. *SEG.*

MARC. MAPPI de Coffea. Argentor. 1693. 4.

CHRISTIAN. JOH. HORB de febrifuga virtute chinachinæ, Altdorf. 1693. 4. bona diſputatio.

SAMUEL SCHROER de opii natura & uſu, Erfurt. 1693. 4.

J. IGN. WORP. BEINTEMA von *PEIMA panacea oder das algemeine hulfs mittel oder lob des tobaks ins teutſche aus dem holländiſchen uberſezt durch* J. S. D. Leipz. 1691. 12.

DAN. NEBEL de novis inventis botanicis hujus ſæculi, Marburg. 1694. 4. oratio. *EJ.* diſſertatio *de plantis verno tempore efflorеſcentibus*, Heidelberg 1706. 4. *de plantis vergente æſtate effloreſcentibus* 1707. 4. *de rore marino*, ibid. 1710. 4.

WONDEREN der natuur van . . . fruchten planten en kruyden door J. H. S. M. F. Haag. 1694. 4.

J. PHIL. BURCGRAF de malo ſinenſi aureo, Leid. 1694. 4.

JOSEPHI PITTON TOURNEFORT Elémens de Botanique ou méthode de connoître les plantes. Pariſ. 1694. 8. 3. vol. Brevior multò, plantis pauperior, neque adeo multo melioribus iconibus, quas habet 422. ut nihil ſit, quare *Inſtitutiones rei herbariæ*, cum tabulis 473. non præferas, quæ Pariſiis an. 1700. prodierunt 4. 3. vol. Vir per itinera varia in Pyrenæos montes, in Hiſpaniam, circa Pariſios doctior, horto pulcherrimo præfectus, ex integro & pinacem ſcribere plantarum & methodum ſuſcepit. Et hanc ſupra tetigimus. Enumeratio ditior eſt 4000. plantis, quam *BAUHINIANA*, quarum multæ ſunt Pyrenaicæ & Hiſpanicæ, abſque deſcriptione vel ſynonymo unice nominatæ. Hoc vero nocuit, quod *C. BAUHINI* ſtirpes, tamquam undique firmas, repetierit omnes, & in Opus ſuum tranſtulerit, dubias & varietates ſigno nullo diſtinxerit. Gramina & cryptogamia imperfectiores ſunt. Editio Lugdunenſis 1719. ditior eſt adjecto *Corollario* & tabulis 17. & additionibus nonnullis ad elegantem hiſtoriam Botanices, quæ præfecta eſt Operi cum nomine *Iſagoges*. Anglice redditæ Inſtitutiones prodierunt an. 1730. 2. vol. 4. & totæ etiam *KOENIGII* regno vegetabili inſertæ ſunt. Præter Opera *TOURNEFORTII* vulgo nota, exſtat ejus epiſtola in *Aphoriſmum* XXI. *Sect.* I. *Hipp. in Galer. di Minerv.* IV. p. 233. edita. Characterum icones *ROBERGIUS* ligno exprimere & edere conſtituerat. Uſus eſt duobus Sculptoribus, quorum alter eximius artifex. *TOURNEFORTIUM* contra duas Epiſtolas Anonymi P. C. qui epitomiſtam *RAII* eſſe ſcripſerat, recte defendit *CHOMELIUS Journ. des Sav.* 1697. n. 20. Sed *NICERONIUS* ipſi *TOURNEFORTIO* Libellum tribuit.

JOH. RAII ſylloge ſtirpium extra Britanniam naſcentium. Londini 1694. 8. Catalogus ſtirpium hic redit, qui in *obſervationibus topographicis* reperitur; præterque proprias a *RAIO* extra patriam repertas ſtirpes, adjiciuntur plantæ *COLUMNÆ*, *CLUSII*, *BAUHINORUM*, *M. HOFMANNI* & aliorum, quæ Angliæ deſunt. Adjectæ *GRISLEII* Luſitanicæ & aliquæ, perpulchræ, Genevenſes *JO. SHERARDI*. Difficiles illas *CORDI*, *THALII*, *CÆSALPINI* vix attigit.

OLAI

Vidimus jam omnia, quæ extra corpus humanum Medico ſunt cognoſcenda Jam

OLAI BROMEL Chloris Gothica, ſive *Catalogus plantarum circa Gothoburgum*. Gothob. 1693. 8. Plantæ pauciuſculæ, aliquæ tamen parum notæ: nomina Rudbeckiana, ſpuria multa.

J. PECHEY compleat herbal of phyſical plants. Lond. 1694. 8. Ad pharmaceuticam pertinet. *

MAURITII HOFMANNI Catalogus plantarum M. Mauritiani. Altdorf. 1694. 4. Non inutilis, neque in tanta anguſtia pauper.

SAMUEL LEDEL Centaurium minus. Goerliz. 1694. 4. Ad morem ſæculi.

EL. CAMERARIUS in diſſertationum III., Tubingæ 1694. 8. editarum, in tertia agit de Thea & Coffea.

RUDOLPHI JACOBI CAMERARII de ſexu plantarum Epiſtola. Tubing. 1694. Elegantiſſimum Opuſculum, eruditum, dictione ipſa amœna, neque abſque experimentis propriis, per quæ conſtitit dejectis ſtaminibus in Mayz, Mercuriali, Moro, aut nulla ſemina ad frugem perveniſſe aut pauciſſima. Candide etiam fatetur, aliqua experimenta minus ex ſententia ſibi ceſſiſſe in Cannabi. In numero etiam ſtaminum ita verſatus, ut ſyſtematis Linnæani quoddam rudimentum tradat. Claſſes enim androgynarum, monœciarum, diœciarum conſtituit.

AUGUSTI QUIRINI RIVINI ad *JOHANNEM RAJUM Epiſtola*. Lipſiæ 1694. 4. Minime inutilis. Arbores cum plantis humilioribus oportere conjungi recte demonſtrat, exemplo inconſtantis in diverſo ſolo ſtaturæ arborum; fatetur numerum ſegmentorum, in quæ flos dividitur, non ſeparare genera, obſequens adgnitæ naturæ voci. Contra naturales claſſes aliqua objicit.

SAMUEL MULLER Vade mecum Botanicum. Francof. Lipſ. 1698. 8. Rudes icones officinalium cum virium compilatione.

GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI Epiſtola ad *RAJUM*. Hamburg. 1695. 4. Vacua obſervationibus, & inutiliter curioſa in diſtinctionibus arboris, fruticis, herbæ.

PETRI POMET hiſtoire générale des Drogues. Pariſ. 1694. fol. & recuſa auctius 1735. 4. Auctor non quidem eruditus, & Pharmacopola, neque ubique fideles dedit plantarum icones, aliquas tamen bonas, notaſque legitimæ mercis, & loca natalia.

F. HOFMANN de *infuſo Veronicæ*. 1694. Halæ. Diſp.

PAULUS HERMANNUS hoc hanno obiit. Quare huc refero poſthuma ejus Opera. Primum *Paradiſus* eſt *Batavus*, cujus prodromus cum *Schola Pariſina* prodierat. Paradiſum a morte Auctoris edidit *W. SHERARD*. Leidæ 1698. 4. pulcherrimam nempe collectionem plantarum rariorum cum elegantiſſimis iconibus.

Deinde prodiit *Muſeum Zeylanicum*, ſive *Catalogus plantarum in Zeylana ſponte naſcentium*. Leidæ 1717. editore incerto. Prima pars hujus Opuſculi continet indicem horti ſicci *HERMANNIANI*, in cujus tribus voluminibus in folio plantæ ab ipſo Paulo ab an. 1670. ad 1677. lectæ continentur, nominibus unice deſignatæ indigenis, cum Latinis nominibus & breviſſima deſcriptione. Hæ eædem plantæ cum iconum volumine in *LINNÆI* manus nuper inciderunt, qui eaſdem, characteribus inſpectis, collatis aliis Auctoribus, in genera & ſpecies reductas edidit *floræ Zeylanicæ* nomine, editæ Stokholmiæ 1747. 4. Reliquæ plantæ Muſei a p. 39. ad finem perierunt omnino.

Deinde *catalogus plantarum Capitis Bonæ Spei PAULI HERMANNI* exſtat cum *theſauro Zeylanico BURMANNI*, & plantæ, quas ſiccas *COMMELINO* miſerat *HERMANNUS*, cum ad *BURMANNUM* perveniſſent, inſertæ ſunt eidem Operi.

Denique ex prælectionibus *HERMANNI* materiam medicam conſcripſerunt diſcipuli, quæ an. 1710. edita eſt Argentorati. Acerbam in hoc Opus cenſuram vide apud *NEUMANNUM Oper. omn.* 1044.

JACOBI PETITVER Muſei ſui Centurias X. edidit ab an. 1695. ad 1703. Eo mille rariores ſpecies ex Animalium & Vegetabilium claſſe continentur, & inter iſtas tum Muſei, tum exoticæ plantæ non paucæ, undique magno labore collectæ, ſed ſola nomina, cum pauciſſimis iconibus.

PETRI HOTTON de fatis rei herbariæ Oratio. Leid. 1695. 4. Hiſtorias inprimis breves habet hortorum Botanicorum.

M. MAP-

Jam vero ſequitur aliud conſilium, in quo corpus humanum pertractabitur.

M. MAPPI de Chocolata. Argent. 1695. 4.

Inſtruction du plantage & des proprietés des muriers & du gouvernement des vers a Soye, Lyon. 1695. 8. *

MICH. BERNH. VALENTIN de china china, Gieſſ. 1695. 4. *de hypecacoanha*, ibid. 1698. 4.

J. HARDR. SLEVOGT de nuce methel AVICENNÆ, Jenæ 1695. 4. eſſe nempe modernorum Daturam. *De acmella zeylanica remedio fluoris albi* 1703. *de balſamo* vero 1705. 4. *de urtica* 1707. 4. (bona diſputatio) *de lino ſylveſtri cathartico Anglorum* 1715. *de ruta* 1715. *de opobalſamo* 1717. 4. *de momordica* 1719. programma *de bandena Ceylanenſium* 1719. 4. *de gentiana* 1720. 4.

PETRI WOLFART de china china, Gieſſ. 1695. 4.

La culture des fleurs & arbriſſeaux à fleurs. Bourg en Breſſe. 1695. 12. *

RUDOLPH EYSSON de arboribus glandiferis. Groning. 1695. 12. *SEG.* *

R. J. CAMERARII de frumenti ſemente. Diſſ. Tubing. 1695.

LEONHARDI PLUKNET Almageſtum Botanicum, ſive *Phytographiæ Pluknetianæ onomaſticon* Londini 1696. 4. cum iconum tabulis 250. fol. Maximum laborem poſuit Auctor, ut ex omni orbis ambitu quam plurima ſtirpium ſpecimina ſicca colligeret, collecta ſculperet. Plures ergo ſtirpium dedit figuras proprias quam ullus ante eum Botanicus, ſed parvæ ſunt, ad ramulos factæ, & ad ſiccas plantas, neglecto paſſim charactere. Indicas autem habet, & raras Anglicas, & Helveticas. Finxiſſe aliquas aut ad ingenium reformaſſe vide apud *H. SLOANE* præf. ad vol. 2. *Itin. Jamaic. In Phil.* etiam *Tranſ.* fuſe in *PLUKNETIUM* animadvertitur n. 264. multiplicaſſe nempe ſpecies, & ne proprias quidem plantas ſatis cognitas habuiſſe.

ROBERTI MORISON almageſtum Botanicum, ſive *Onomaſticum phytographiæ Pluknetianæ*. Oxon. 1696. fol. habet *SEGUIER*, ſed eo tempore *MAURISONIUS* dudum mortem obierat.

THEODORI ZWINGERI Neuvollkommenes Kraüterbuch, ſive *Theatrum Botanicum*. Baſil. 1696. fol. Ediderat an. 1678. *BERNARDUS VERZASCHA* cum eodem nomine icones epitomes *CAMERARII*, adjectis hiſtoricis viriumque encomiis. Hoc Opus auxit *ZWINGERUS* ſpeciebus ex *C. BAUHINO* deſumtis, & virium ad novam theoriam reformata enarratione, & copia majori. Paucas Icones addidit, ſed nuper an. 1745. filius *FRIDERICUS ZWINGERUS* denuo auxit Opus paternum, & minime inelegantes, etſi ligno inſculptas icones addidit exoticarum fere ex horto Carlsruhenſi plantarum.

G. W. LEIBNITZ de Antidyſenterico novo. Hannover. 1696. 8. Ad primam famam novæ Ypecacoanhæ ſcriptum.

SAM. SCHROEER libera in naturam Opii inquiſitio. Lipſ. 1696. 8. Ex acido-volatilibus particulis ejus vires exponit.

SAM. SCHROEER libera in naturam opii inquiſitio, videtur idem libellus eſſe, qui prius citatus fuit.

R. DAHURON nouveau traité de la taille des arbres fruitiers prius prodiit Cell. 1692. 8. deinde recuſus eſt Liege 1698. 8. quæ mea editio eſt.

JOH. de la *QUINTINIE inſtruction*, &c. recuſus exſtat 1730. 2. vol. 4. Anglice vero verſus ab *EVELYNO* prodiit Londin. 1697. 4. cum titulo *compleat gardener*; Germanice *gründliche anleitung zum gartenbau*, Hamburg 1727. tractatus vero *de melonibus*, Lipſ. 1712. 4.

Traité des drogues qui ont raport à la médecine, Pariſ. 1697. 8. An forte *LEMERYI* dictionarium.

G. W. WEDEL de camphora, Jen. 1697. 4. & numeroſæ diſputationes *de jalapa* 1678. *de camphora* 1694. *de aro* 1701. *de terebinthina* 1701. *de muſco terreſtri clavato* 1702. *de maro* 1703. *de ſalvia* 1703. *de ypecacoanha Germanica & Americana* 1705. *de cubebis* 1705. *cinnamomo* 1707. *ſerpentaria virginiana* 1710. *contrayerva* 1712. *plantagine* 1712. *centaurio minori* 1713. *ſabina* 1713. *cuſcuta* 1715. *hyoſcyamo* 1715. *de hyperico* 1716. *glycyrrhiza* 1717. *de viola martia purpurea* 1717. 4. *de allio* 1718. *colchico malo & veneno* 1718. *ſambuco* 1720. *polypodio* 1721. *EJUS* etiam numeroſa ſunt ad rem herbariam programmata *de amello VIRGILII* 1688.

tetra-

tetragono HIPPOCRATIS 1688. *herbis germ. OVID.* 1689. *nepenthe HOMERI* 1692. *cirſio DIOSCORIDIS* 1700. *pane dyrrhachino CÆSARIS* 1700. *bulbo veterum* 1701. *thiyo HOMERI*, *lignis thyimis* 1707. *rhabarbari genere*, *differentia*, *virtute* 1708. 4. *theſio THEOPHRASTI* 1708. *oenanthe DIOSCORIDIS* 1710. *lilio convallium SALOMONIS* 1716. &c. quæ fere in *Exercitationibus philologicis* recuſa exſtant.

GEORG. CASP. KIRCHMAYER de arte propagandi vites, VVittemberg 1697. 4.

FRANCISCI CUPANI Hortus Catholicus Principis Catholica, &c. Neapoli . 1696. 4. cum *Supplemento primo*. Alterum vero *Supplementum* Panormi prodiit an. 1697. Continet plantas Siculas, numeroſas certe, & pulchras nominibus ſæpe novis & perplexis, quibus varietates non raro ſignificantur additis ſynonymis idiomate Siculo. *Pamphyton* Auctoris *Siculum* quod in præfatione promiſit *CUPANUS*, prodiiſſe non videtur : obſervante etiam *FRANCISCO SEGUIER*. De eo lege *GIORN.* de *LETT.* vol. XXVIII. p. 398. & XXIX. ubi ſeptingentæ tabulæ numerantur. *CUPANUS* 600. fecerat.

HANS SLOANE Catalogus plantarum qua in Inſ. Jamaica ſponte proveniunt vel vulgo coluntur, cum aliis qua in Madera, Barbados, Nevvis & S. Chriſtophor. naſcuntur. Lond. 1696. 8. Nomenclator ſplendidi Operis, & quo alibi ſynonyma, ex propriis Auctoris laboribus nata, numeroſiſſima. Multæ Europeæ intermiſcentur.

A. Q. RIVINI Epiſtola de methodo Botanica & J. RAII reſponſio. Londini 1696. 8. exſtat cum *ſynopſeos* editione II. Ad *RIVINI* epiſtolam ſupra memoratam, fuſe & erudite reſpondet *J. RAJUS*, & defendit, a nulla plantæ parte ſola characteres deſumi poſſe. Videas tamen ægrius paulo tuentem ſe contra *TOURNEFORTIUM*, neque forte ſatis gnarum fabricæ florum.

RENE' DAHURON nouveau Traité de la taille des arbres fruitiers. Pariſ. 1696. 12. ſæpe in Germania, nuperque an. 1743. recuſus, cum titulo *vollſtändiges gartenbuch*. Diſcipulus Domini de la *QUINTINIE* in inſitionis inprimis artificio aliquid potuiſſe videtur. Cæterum plantarum nomina barbara habet, neque ad Botanicos uſus utilis.

JOSEPHI PITTON TOURNEFORT de optima methodo inſtituenda in re herbaria Epiſtola, in qua reſpondetur RAJO de variis plantarum methodis. Pariſ. 1697. 8. Increpat *RAJUM* nimis laxis uſum, a foliis, coloribus, ſaporibus ſumtis characteribus. Demonſtrat, ſe minime contemnere habitum, quem tamen non nimis oporteat urgere, exemplo Ranunculorum, Geraniorum, quibus eſſentialis character idem ſit cum diverſiſſimo habitu. Ergo partem aliquam plantæ ſeligi oportere, quæ dux viæ ſit tironibus, eoſque ad claſſes & genera quaſi manu ducat. Fabricam numero petalorum præferri oportere, Sedi exemplo demonſtrat Caryophyllatæ. Docta Epiſtola, & principe digna Botanicorum.

JOH. COMMELYN & *CASP.* fil. *Horti Medici Amſtelodamenſis rariorum plantarum deſcriptio & icones*. Amſtelod. fol. vol. I. an. 1697. vol. II. an. 1701. Ducentæ & viginti plantæ Indicæ, quarum multæ non deſcriptæ, hic ſplendide pinguntur.

JOHANNIS de la *QUINTINIE* primarii Hortulani Regis Ludovici XIV. *Inſtruction pour les Jardins fruitiers & potagers*. Variis annis editus eſt: auctior cultu florum Pariſ. 1690. & 1695. 2. vol. 4. & iterum cultu Melonum addito Amſtelodami 1697. 4. 2. vol. Expertiſſimus & elegantiſſimus, uti notum eſt, hortorum cultor fuit. In arte ſerendi & colendi arbores pomiferas inprimis excelluit, & in ea claſſicus eſt Auctor.

SILVII BOCCONE (priuſquam in cœnobium ſe abdiderat *PAULI*) *Muſeo di Piante rare*. Ven. 1697. 4. Multa quidem habet a *D. BARRELIER*, a *CUPANO* (*præf. ad hort. Cathol.*) ab aliis, neque icones florum ubique ſunt, quales mavelles, in characteribus inprimis: ſed plurimas tamen & pulcherrimas Alpinas & Italicas plantas invenit, aut depinxit primus, & deſcripſit quidem breviter. Defenderunt ejus famam contra Gallos Auctores Diarii *GIORNALE* de' *LETTERATI* vol. XXIV. p. 214. In viribus medicatis ſuperſtitioſus eſt.

DAVIDIS ABERCROMBY clavis medicina, ſive ars explorandi plantas cum eo Muſeo recuſa eſt.

EJUSDEM BOCCONE Muſeo di Fiſica. Venet. 1697. 4. Stirpes hic non plurimas deſcribit, & ſatis ruditer depingit. Sunt tamen ex cryptogamia, quibus carere nolis, tum iis, quæ de Coralliorum lacte habet.

PETRI MAGNOL Hortus Regius Monſpelienſis. Monſpel. 1697. 8. Hic *TOURNEFORTII* methodum & nomina recepit, ordinem tamen alphabeticum ſervavit. Plantas pulchras habet, exoticas & Alpinas, & nitidas icones.

JOH. ANDR. STISSER Botanica curioſa. Helmſtad. 1697. 4. Eſt Catalogus ſtirpium quarumdam rariorum, quarum cultum præcipit. Icones addidit ex *HERMANNO*, aliiſq;.

In *W. DAMPIERI itineribus* Londini 1697. 8. editis aliquæ ſtirpium novarum Guineæ novæ icones continentur.

MATTH. TILING Opiologia nova. Francof. 1697. 4. Compilator.

CHRISTIAN LUD. WELSCH baſis Botanica, ſive *brevis ad rem herbariam manuductio*. Lipſiæ 1697. 12. Inutilis Libellus ex *MONTINGII* Catalogo horti fere deſcriptus, additis, quibus carere poſſit, maxime nominum repetitionibus. Dat vero tabulas *RIVINIANAS* pro flore, & *HERMANNIANAS* pro fructu.

VIRGILII FALUGII Proſopopœia Botanica, ſive *Nomenclator Botanicus ad methodum A. Q. RIVINI*. Florent. 1697. 12. 1699. 12. Poema, quo ſecundum Rivini methodum tres ab eo deſcriptæ claſſes recenſentur.

VIRG. FALUGII, quod citavimus poema, mire rude eſt & ingratum ex meris epigrammatibus compoſitum. Novam editionem paravit *LAURENTIUS PATAROL*, qui botanicen amavit.

HUNAULD diſſertation phyſique, &c. multa chemica, etiam phyſiologica admiſta habet; ad *TACHENII* mentem, cum analyſi & compoſitis ex ſalvia medicamentis.

J. P. TOURNEFORT hiſtoire des plantes qui naiſſent autour de Paris. Pariſiis 1698. 12. Elegantiſſimus Liber, quo majorem, quam in magno Opere, demonſtravit peritiam ſtirpium, & Auctorum cognitionem criticam. Icones, deſcriptiones, conjunctiones ſapienter trutinavit, deſcripſit eximie, etiam multas, quas in *Inſtitutionibus* omiſit. Adjecit analyſeos compendium ex Academicorum experimentis decerptum. An. 1725. a *BERNARDO* de *JUSSIEU* paulo auctior, duobus voluminibus editus eſt: & an. 1732. a *D. MARTIN* Anglice recuſus Londini 8. 2. vol. cum additamentis variis.

NICOLAI LEMERY Traité univerſel des Drogues ſimples. Pariſiis 1698. 4. 1714. Roterod. 1715. 4. Pariſiis 1733. 4. auctus a *BERNHARDO DE JUSSIEU*. Stirpium, quæ ullo modo medicinam contingunt, deſcriptiones fuſiores, virium enumerationes breves, icones malæ.

STEPH. BLANCARD Herbarius Belgicus. Amſt. 1698. 8. *

HUNAULD Diſſertation phyſique ſur les propriétés de la Sauge. Pariſiis 1695. 12. *

ROBERT. MORISON hiſtoria generalis plantarum Tomus III. Hunc edidit *JACOBUS BOBART* junior Oxonii an. 1699. Priori tomo facile præſtat, plurimas enim ſtirpes habet nuperius inventas, & inprimis Graminum numeroſas & pulchras icones, Muſcorum etiam depictorum primus aliquam ubertatem.

A. Q. RIVINI Ordo plantarum quæ ſunt flore pentapetalo irregulari. Lipſ. 1699. fol. maj. Umbelliferarum pulchræ icones, minus bona Geraniorum diſpoſitio, Pirolarum confuſiſſima. Plantarum *Flore hexapetalo* aliqua exemplaria, ſed perpauca prodierunt, & inter inedita referuntur cum ſupplemento tabb. 112. in *præf. ad Cat. Bibl. Rivinianæ*. De conatibus viri in publica commoda liberaliſſimi legatur *CL. HEBENSTREITIUS* de *continuanda Rivinorum induſtria*. Videas ibi unice voluiſſe ſtirpes flore irregulari edere *RIVINUM*: exſtare plurimas adhuc alias vel in poſterioribus tabulis inſculptas icones, vel ineditas; quarum, & Orchidum inprimis, catalogum addit.

GUIDONIS CRESCENTII FAGON Quæſtio med. an ex Tabaci uſu frequenti vita brevior. Pariſiis 1699. Eamdem, ut credo, *Theſin* vidi, ſed anno 1711. editam. Laudat, depletionem humoris nimii, culpat inutilem potentiam & ſulphur narcoticum.

J. ANDR. STISSER horti Medici Helmſtadienſis catalogus. Helmſt. 1699. 8. Enumerat breviſſime nomina ſtirpium, quas ab anno retro 1692. in horto ſuo coluerat. Varietates multæ. Obſervatio nulla.

RICH. RICHARDSON de cultu hortorum, Lond. 1699. 4. *

Fruitwals improved by inclining them to the horizonte, Lond. 1699. 4.

F. MAR. NIGRISOLI de charta ejuſque uſu apud antiquos, Venet. 1699.

Traité de l'origine & du progrès du Caffé, tiré d'un Manuſcrit Arabe de la Bibliothéque du Roi. Caen 1699. 12. Omnino meretur legi. *GALLANDI* Opus.

Hoc annno cœperunt edi *les Mémoires de l'Academie des Sciences*, & pergunt quotannis. In iis plurima & pulcherrima ad rem herbariam pertinentia. Ecce brevem Catalogum.

1699.

1699. *DODART* de ſitu perpendiculari arborum; De eodem *IDEM* an. 1700. 1702. & de la *HIRE* 1708. & *ASTRUC* ibid.
TOURNEFORTII Tamarindi deſcriptio.
1700. *BOULDUC* Analyſis Hypecacoanhæ.
DODART de fecunditate plantarum, & iterum an. 1701.
TOURNEFORT de plantis marinis.
1701. *BOULDUC* analyſes Colocynthidis, Jalapæ, Hellebori nigri, Gummi Guttæ.
HOMBERG de analyſibus plantarum.
LEMERY Naſturii aquatici analyſis.
MARCHANT demonſtravit Liquitajam eſſe Schrophulariam aquaticam. De eadem *LEMERY* an. 1702.
1702. *LEMERY* fil. de analyſibus plantarum fermentatarum.
BOULDUC analyſis Veratri & Scammoneæ.
1703. *LEMERI* analyſis Groſſulariæ.
BURLET de Camphorata.
Funeſta vis Belladonnæ.
TOURNEFORT deſcriptio Perſicariæ Orientalis Nicotianæ folio.
1704. *MARCHANT* Prunus in Cydoniam feliciter inſita.
TOURNEFORT deſcriptio Chamærhododendri orientalis.
1705. *LEMERY* analyſis Camphoræ.
BOULDUC analyſis Gratiolæ.
LIPPI Fungi Coccinei Melitenſis deſcriptio.
TOURNEFORT deſcriptio Caryophylli Sinenſis.
EJUSDEM genera Morſus ranæ, Meniſpermi, Chryſanthemoidis, Chamæbuxi, Camphoratæ, Ficoidis conſtituta.
CHOMEL deſcriptio Limodori montani & Conyzæ montanæ.
1706. *GEOFFROY* ſpongiæ analyſis.
TOURNEFORTII conſtituti characteres Gale, Orobanchoidis, Ternatiæ, Luffæ, Diervillæ, Chelonæ, Valantiæ, Lavateræ, Methonicæ, Conyzoidis, Solanoidis.
CHOMEL deſcriptio Orobi Sylvatici, noſtratis *RAI*.
MARCHANT de viribus Valerianæ ad epilepſiam.
1707. *TOURNEFORT* de educatione & cultu Fungorum.
RENEAUME de ſucco nutritio plantarum.
DE PAS de Chamalegua.
MARCHANT Roſa monſtroſa.
1708. *BOULDUC* de Aloe.
LEMERI de Manna.
GEOFFROY in analyſes Coralliorum.
HOMBERG de natura acidi & alcali.
IDEM de melle Aurantiorum.
GEOFFROY de Noſtoch.
1709. *BOULDUC* de Cachou.
MARCHANT de plantarum partibus monſtroſis.
DODART & *PERRAULT* de circulatione ſucci in plantis.
Hyoſcyami vis noxia.
Ulmus excorticata abſque noxa.
MAGNOL de uſu medullæ in plantis.
1710. De nuce Bicuiba.
BOULDUC de Rhabarbaro.
TACHARD & *LEMERY* de Lacca.
MARSIGLI analyſis Corallii.
GEOFFROY de pareira brava.
De Secalis corniculati noxis.
PARENT de motu plantarum.
MARSIGLI de plantis marinis earumque floribus.

1711. *BOULDUC* de Mechoacanna.
LEMERY analyſis Coralliorum.
De Gallarum vi febrifuga.
GEOFFROY de Tuberibus terræ.
MARCHAND Lichenagarici deſcriptio.
RENEAUME de vegetatione.
GEOFFROY pro ſexu plantarum.
REAUMUR de Algis marinis.
PARENT pro deſcenſu ſucci nutritii.
HOMBERG de plantis Hybridibus, & 1712.
NISSOLE genera Coriariæ, Jaſminoidis, Ficoideæ, Partheniaſtri.
1712. *BOULDUC* analyſis Bryoniæ.
REAUMUR de floribus & granis Fuci.
De la *HIRE* ſtamina florum.
GEOFFROY experimentum in Mayz pro ſexu demonſtrando factum.
BOULDUC fructum papaveris Rhœados ſubire poſſe vices Opii.
De Sexu Palmarum experimentum.
De la *HIRE* de Catalepſi in flore Dracocephali.
JUSSIEU genus Coriſpermi.
NISSOLE deſcriptio Ricinoidis & Alypi.
1713. *RENEAUME* de cortice Peruviano.
POLI de oleo Lauri.
MARCHANT deſcriptio Marchantiæ.
REAUMUR de majori Pruni ſylveſtris ſpecie.
EJUSDEM Boletus ramoſus Coralloides fœtidus.
JUSSIEU deſcriptio.
1714. *GEOFFROY* de Lacca.
BOULDUC analyſis Agarici.
EJUSDEM de floribus Perſicæ.
RENEAUME Spongia fluviatilis ramoſa.
JUSSIEU duorum Galliorum deſcriptiones.
1715. Mors ex Cicutaria paluſtri (ut videbatur).
1716. De *RESSONS* de deſtruendis arborum Lichenibus.
De Apallachina.
De *RESSONS* de inſitione.
JUSSIEU Cereorum deſcriptio.
D'ISNARD Evonymoidis genus.
1717. *JUSSIEU* deſcriptio Kali Alonienſis.
DANTY deſcriptio duarum ſpecierum Lamii.
De Cornu quod credebatur vegetaſſe & radices egiſſe.
1718. *VAILLANT* de Ginſeng.
RENEAUME de methodo Botanica.
MARCHANT deſcriptio Indici.
VAILLANT plantarum cinarocephalarum conſtitutio,
DANTY D'ISNARD Cynogloſſoidis duæ ſpecies,
1719. *BOULDUC* Elaterii analyſis.
EJUSDEM Chacrillæ deſcriptio.
MARCHANT, noviter, ut credit, natæ ſpecies Mercurialis.
VAILLANT deſcriptiones plantarum aquaticarum ex 14. generibus.
EJUSDEM claſſis plantarum diſcoide Pore.
DANTY D'ISNARD deſcriptio Calcitrapoidis, & ſpeciei Amberboi.
1720. *JUSSIEU* hiſtoria Catechou.
VAILLANT claſſis plantarum flore radiato.
D. D'ISNARD Euphorbii genus conſtitutum.
Le *BON* de Hippocaſtani utilitate in vita humana. Conf. 1721.

1721. *REAUMUR* de Sylvarum cura.
VAILLANT claſſis flore planipetalo.
DANTY D'ISNARD Monoſpermaltea.
1722. *ALEXANDRE* de Gale cerifera. *ID.* an. 1725.
REAUMUR de Noſtoc.
JUSSIEU de Vanilla.
VAILLANT claſſis Dipſacea.
EJUSDEM criſis in methodum Tournefortianam.
1723. *MARCHAND* genus Ricino Karpi.
NISSOLE Arachidnoidis Americanæ deſcriptio.
1724. *HAUTERIVE* radix ad Serpentum morſum.
GEOFFROY de veſicis Ulmi.
JUSSIEU de vi tinctoria Chryſanthemi ſegetum.
De Piris monſtroſis.
TRANTII Candioſpermum.
DANTY D'ISNARD deſcriptio Erucæ ſingularis.
1726. *DANTY D'ISNARD* de uſu olei fagini.
1727. *REAUMUR* de Corallio.
MARCHANT Mucilaginis ſpecies in polline coriario naſcens.
JUSSIEU hiſtoria iconum regiarum.
1728. *DU HAMEL* de planta quæ crocum deſtruit, Tuberoide.
EJUSDEM de multiplicatione ſpecierum fructuum.
Lignum viride.
JUSSIEU de genere Fungorum.
1729. *JUSSIEU* de Simarouba.
Du *HAMEL* de augmento plantarum, quod a pluvia accipiunt.
REAUMUR de Lichenibus murariis,
De *MAIRAN* de Mimoſa.
1730. *DU HAMEL* de inſerendi artificio continuato 1731.
EJUSD. anatome Piri continuata an. 1731. 1732.
STÆHELIN de annulis elaſticis Filiculæ corniculatæ.
EJUSD. de vi elaſtica ſeminis Equiſeti.
SARRAZIN de Acere ſaccharifero.
GARCIN Mangoſtan.
NISSOLE deſcriptio Phaſeoli peregrini ſemine tomentoſo & Luffæ Momordiæ folio.
1733. *MARCHANT* deſcriptio Bicucullatæ.
1735. *EJUSDEM* Prunus abſque nucleo.
1736. Du *HAMEL* de Mimoſa.
1737. De *BUFFON* & *DU HAMEL* de incremento arborum.
PATROUILLAD de noxis Hyoſciami.
Vitis ampliſſime ramoſæ hiſtoria.
1738. *DE BUTTON* & *DU HAMEL* de incrementis motus ſucci nutritii.
De la *CONDAMINE* deſcriptio Quinquinæ.
1739. De Amylo ex Solano tuberoſo.
DU HAMEL de utilitate Polygalæ vulgaris medica.
DE BUFFON de cura Sylvarum & 1742.
B. de *JUSSIEU* hiſtoria Pilulariæ.
SAUVAGES DE LA CROIX de vi venenata Coriariæ, & Chriſtophorianæ.
1740. *GEOFFROY* de modo præparandi nonnullas radices.
B. de *JUSSIEU* deſcriptio Lemnæ.
De *BUFFON* de robore Ligni.
DU HAMEL de viſco.
1741. De conſerva molli.
1742. B. de *JUSSIEU* Plantago paluſtris monanthos.
EJUSD. de Coralliorum ortu ex Polypis.

1743. *HELLOT* de oleo Bibo.
BARRERE de cultu Orizæ.

Illis quæ ex *Mémoires de l'Academie des Sciences* recenſuimus, adde 1744. *DU HAMEL* de ſurculis ablaqueandis, *BOUVART* de polygalæ viribus, *GUETTARD* de cuſcuta de franca, *JUSSIEU* de contrayerva.

1745. *GUETTARD* de filis plantarum & glandulis.

L. LIGER parum fidum eſſe monet *DECOMBE*, *Ecole du jardin potager*, p. 28.

THEOD. a *ZELST de tartaro*, Leid. 1700. 4.

MARCI MAPPI de roſa de Jericho, Argent. 1700. 4.

GEORG. DEXBACH de caſſia cinnamomea & malabathro, Gieſſ. 1700. 4. bona diſputatio.

CHRISTOPH. MAXIMILIAN. SPENER Epiſtola ad M. B. VALENTINUM de akmella, ypecacoanha, &c. Amſtelod. 1700. 4.

R. J. CAMERARII convenientia plantarum in fructificatione & viribus. Tubing. 1699. 4.

PITSCHMAN vermuthung von einem gevvächſe der Erden vvelches in einem garten Schleſiens gefunden vvorden. Lipſ. 1700. 8.

J. CHRIST. SCHROER Scrutinium de natura Trifolii fibrini. Guban. 1700. *LINN.* *

CAROLI LEIGH natural hiſtory of Lancaſhire, Cheshire and Derbyſhire. Lond. 1700. fol. Non valde Botanicus, & in aquis mineralibus potius exercitus.

FRANC. NOURSE on the improvements of husbandry. Lond. 1700. 8. *

JO. GEORGII VOLCAMERI flora Norimbergenſis. Norimb. 1700. 4. Bonum Opus. Continet exoticas ſtirpes horti Volcameriani, cum bonis iconibus, & indigenas ditioni Noricæ, a *D. BESLERO* & *SCHEURL* inprimis collectas. Seminum fere ubique deſcriptiones adjectæ ſunt.

LEONARDI PLUKNET Mantiſſa Almageſti Botanici. Lond. 1700. 4. maj. Appendix ſtirpium exoticarum fere mille inſerendarum inter lineas Almageſti.

MICH. BERNH. VALENTINI Polychreſta exotica. Accedunt Diſſ. Epiſtolica varii argumenti. Francof. 1700. 4. Diſputationes aliquas prius habitas collegit, edidit. Ad rem herbariam pertinent, quæ agunt de Faba S. Ignatii, Ypecacoanha, China Chinæ. Reliqua partim anatomica, partim alio pertinent.

LOUIS LIGER nouvelle maiſon ruſtique. Pariſiis 1700. 4. 2. vol. Amſtel. 1701. 2. vol. 4. Sæpius recuſa, & anno 1721. 4. deinde mutato nomine in *CHOMELII* abiit *Dictionaire Oeconomique*. Collector, qui non plurima ſibi ipſi deberet.

J. B. TRIUMPHETTI Proluſio publica ad publicas herbarum oſtenſiones habita in horto Medico. Rom. 1700. 4. In oratione, nondum oblitus litium contra *MALPIGHIUM*, deprimit inutilitatem Anatomes ſubtilioris in Praxi & Malpighii, ut vocat, infelicitatem pungit in medicando. Sex ſtirpium icones ſubjicit.

JOH. WALLACE deſcription of Orkney. Lond. 1700. 8. Catalogus plantarum indigenarum Orcadum Inſularum ibi reperitur.

J. PHIL. BREYNE de Acmella & Ginſeng. Diſput. Leid. 1700. 4 recuſa cum patris *Prodromis*.

JOH. FRANCI Veronica theizang. Coburg. 1700. 12. Nimius in laudibus Veronicæ maris vulgatiſſimæ. Pariſiis tamen recuſus eſt ſub titulo *le Té de l'Europe*. 1704. 12.

Nonne idem *N. HANIEL die preiſvvürdige veronica oder Europeiſche thee vvie ſelbige an ſtatt des Indianiſchen mit fug gebraucht vverden kan*, Duſſeldorf 1692. 4. *

J. C. *SCHROER* in botanicis confuſior eſt, habet tamen analyſin plantæ & corticis.

Le bon uſage du Tabac en poudre. Pariſiis 1700. 12. Hiſtoria & præparatio Tabaci. Adjecta Diſp. ſupradicta *FAGONII* *

JOHN. JONES *the myſtery of Opium revealed*. Lond. 1700. 8. Practice.

J. JONES editionem anni 1701. habet *Cat. PL.*

FRANC. MARIÆ NIGRISOLI febris China China expugnata. Jenæ 1700. 4. Eſt collectum Opuſculum ex *BREGNY* & *RESTAURAND* & aliis.

F. M. NIGRISOLI quod diximus opuſculum, ad praxin pertinet.

DAN. SCHEFFER de Chamæmelo. Argentor. 1700. Diſp.

RUD. EYSSONII de Fago. Groning. 1700. 12. *SEG.* *

J. *CHRIST. SCHROER beſchreibung des Eſchenbaumes*. Francof. ad. Oder. 1700. 8.

OLAI RUDBEKII Campor. Elyſeorum. L. I. II. Priorem anno 1702. editum *LINNÆUS* recenſet, qui de Graminibus agit, & cujus tria tantum ſuperſunt ſpecimina, quem

vero

vero nunquam vidi. Sed alterum an. 1701. impreſſum de bulboſis plantis agentem, etiam rarum, poſſideo. Pater, filius & nepos cognomines, in hoc Opere laborarunt, cui undecim mille deſtinabant icones. Quas hic habemus, eas compilaverunt fere ex omnibus Scriptoribus, Lobelio, Fuchſio, Svveertio. Propriæ paucæ ſunt aut ad Burſerianas ſtirpes pictæ. Deſcriptio vix ulla. Repetitiones frequentes. Ita v. gr. Orobanthe funboenſis flore ſuaverubente, eſt ipſiſſima Squamaria.

EJUSDEM Laponia illuſtrata, 4. Nihil quidem hic Liber ad Laponiam pertinet, duodecim enim tomos deſtinabat Operi Auctor, cujus hic primus ſolus prodiit, continens iter Uplandicum. In eo catalogus exſtat baccarum edulium Septentrionis, & icon Sceptri catolini.

MELCH. FRICCII de virtute venenorum medica. Ulm. 1701. 8. habet etiam plantas venenatas.

TIMOTH. NOURSE Campania felix or a diſcourſe on the improvements of husbandry. London. 1701. 12. *

PETRI COLET catalogue des Plantes qui croiſſent autour de Dijon. Dijon. 1701. 12. *SEG.* *

IDEM contra *TOURNEFORTIUM* neſcio quid ſcripſit, ad quod reſpondit *J. B. CHOMEL* in *Journal des Savans*, ut ſupra dictum eſt.

LOUIS LIGER culture parfaite des Jardins fruitiers & potagers. Pariſiis 1702. 12. 1714. 12.

JAMES PETIVER Gazophylacii naturæ & artis Decades X. Lond. 1702. ſeqq. fol. Centum ſunt tabulæ, in quibus inſecta non pauca, multæ tamen etiam plantæ, eæque exoticæ & raræ depictæ exſtant, etſi paulo rudius ad ſicca exemplaria expreſſæ ſint.

LOUIS LEMERY Traité des alimens. Pariſiis 1702. 8. & auctius 1705. Chemici filius, Chemicus & ipſe. Vulgaria hic habentur, & ridiculæ paſſim etymologiæ.

P. BOCCONE appendix ad ſuum Muſæum de plantis Siculis cum obſervationibus Phyſicis nonnullis. Venet. 1702. 8. *B. RIV.*

J. HENR. BURCHARD Epiſtola ad *LEIBNIT.* 1702. 4. Characterem non ſumendum eſſe a partibus plantæ accidentalibus.

FRID. HOFMANNI diſputatio *de terebinthina*, Hall. 1699. *de ſacchari hiſtoria naturali* 1701. *de caryophyllis aromaticis* 1702. 4. *de natura & præſtantia vini rhenani* 1703. *de præſtantia malorum citrinorum* 1715. *de vini Ungarici natura* 1721. *de manna ejuſque uſu in medicina* 1725. 4. *de veronica*, *camphora*, aliæque in opuſculis medicis Hall. 1739. 4. recuſæ diſputationes. In aliis *opuſculis* Ulmæ recuſa eſt *compendioſa methodus indagandi vires plantarum*.

CAR. FRID. LUTHER de potu theæ, Kiel. 1702. 4.

OL. CELSII Botanici ſacri Exercit. I. de Malo Hierichuntino. Upſ. 1702. 12. & aliæ. Theologus, Philologiam Botanicam ſacram inprimis coluit, & nunc maxime edidit an. 1745. 4. *Hierobotanon*, eruditum Opus, quo plantas biblicas ex linguis Orientalibus declarare conatus eſt.

ÆGIDII de *KOKER Catalogus plantarum horti Harlemenſis*. Harlem. 1702. 12. Paucæ plantæ 314. & fere officinales. Aliquæ tamen cum locis natalibus memoratu dignæ.

G. W. WEDEL de Muſco Clavato. Jen. 1702. 4. Diſp.

J. P. BREYNE de Fungis officinalibus. Leid. 1702. 4. Diſp.

JOH. RAII methodus plantarum emendata & aucta. Londin. 1703. 8. Inſigniter mutata a priori editione. Hic enim *TOURNEFORTIANAS* florum fabricas, *HERMANNIANAS* aliquas claſſes naturales recepit, & omnia in melius, inque methodi naturalis leges diſpoſuit. Falſos tamen *PRESTONI* Characteres optimus ſenex adhibuit, & ſolent ipſi anomalæ claſſibus ſubjunctæ plantæ vitio dari. Graminum diſpoſitio a *SCHEUCHZERO* emendatius propoſita eſt. Conf. not. 174...

EJUSDEM hoc ipſo anno vita functi *Hiſtoria Plantarum* T. III. ſive *ſupplementum duorum præcedentium*. Lond. 1704. fol. Hoc volumine plantas ab an. 1688. inventas collegit, & ad ordinem priorum diſpoſuit. *BANISTERI* Virginicas, *VERNONI* & *KRIEGII* Marylandicas, *HANSII SLOANE* Jamaicenſes, ſibi mutuo datas, *TANCREDI ROBINTONI*, *SAMUELIS DALE*, *EDUARDI LLHWYDII* Anglicas, tum exoticorum Auctorum noviter inventas ſtirpes continet. Omnia in ordinem congeſſit & emendavit *WILHELMUS SHERARD*. Utinam editio exſtaret, quæ hæc ſupplementa propriis locis inſerta contineret! Ad calcem exſtant Corollarium *TOURNEFORTII*, *CAMELLI* catalogus plantarum in Philippinis Inſulis naſcentium, tum *PETIVERI* hortus ſiccus, & alia.

EJUS-

EJUSDEM RAII *Philoſophical litters vvith thoſe of* WILLOUGHBY*publiſhed by* W. DERHAM, Londini 1718. 8. Plurima hic habentur, quæ partim ad hiſtoriam Auctoris, partim ad ſtirpes, earumque locos natales pertinent, & grandes miſtæ ſunt PLUKNETII, PETIVERI, PRESTONI de ſtirpibus Diſſertationes.

JOS. P. de TOURNEFORT *Corollarium* J. R. H. Pariſiis 1703. 4. & Lugduni 1719. 4. Continet novas ſpecies itineris Græci, & aliqua nova genera.

Dictionnaire de tous les termes propres à l'agriculture, Pariſ. 1703. 8. *

J. ULR. HEGNER *analyſis fructuum amygdalarum*, Baſil. 1703. diſputatio.

JOHANNIS BAPTISTÆ TRIUMPHETTI *Vindiciarum veritatis pars prior*. Rom. 1703. 4. MALPIGHIO reſpondet, qui in Poſthumis ſe contra priores TRIUMPHETTI de ortu & generatione vegetabilium obſervationes erat tutatus. Experimenta profert contra cotyledonum cum plantarum partibus analogiam, ſtirpis in ſemine delineationem, foliorum ad gemmas perficiendas neceſſitatem.

J. M. HOFMANNI *appendix ad delicias floræ Altdorfinæ hortenſes*.

HENR. van OSTEN *regiſter van alle de ſorten der vornehmsten fruchten, Abricoſen, Perſiken, &c. en een Regiſter der ſaden*. Leid. 1703. 8. *

ANDREÆ ANDALORII *il Caffè deſcritto ed eſaminato*. Meſſan. 1703. 12. * Vim omnem eſſe potius ab aqua calente.

MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI *Muſeum Muſeorum oder ſchaubühne aller materialien und Specereyen*, &c. fol. Francof. T. I. an. 1704. T. II. & III. an. 1714. In primo tomo tria regna & officinalia omnia percurrit, totumque exſcribit POMETI Opus. In appendice utile adeſt commercium epiſtolicum inter HERBERTUM de JAGER, ANDREAM CLEYERUM, WILHELMUM ten RHYNE, & EVERHARDUM RUMPHIUM, de Indicis ad rem Medicam aut certe ad Seplaſias pertinentibus naturæ operibus. Hic tomus ſub nomine *hiſtoria Simplicium reformata* recuſus eſt Latina lingua. Alter Tomus ex omnibus regnis compilationem undique corraſam habet, rariorum eo pertinentium. Tertio Opera potius artis deſcribit.

MICH. BERNH. VALENTINI primus tomus, quem ſub nomine *hiſtoria ſimplicium reformata* recuſum diximus, iterum recuſus exſtat cum titulo *Aurifodina medica*, Gieſſ. 1723. fol. nonnullis additamentis & recuſis diſputationibus auctior.

GEORG. FRID. REICHNAT *de opio*, Leid. 1704. 4. *

Le jardinier ſolitaire, Pariſiis recuſus prodiit 1737. 12. Bruxellis vero 1706. 8. 1721. 8. Anglice etiam verſus exſtat *the carthuſian gardner*, Lond. 1706. 8. Nonne idem *the retired gardener by* LONDON *and* WISE 1706. 8. HARL. recuſus ibid. 1717. 8.

L. LIGER *le jardinier*, &c. Pariſiis recuſus eſt 1719. 12. 1748. 12. Germanice vero verſus prodiit Lipſ. 1716. 4.

NIC. HARTSOEKER *pourquoi les boutons des arbres ne peuvent pas réſiſter au froid au printems*, Républ. des Lettres 1705.

P. de VALLEMONT Germanice prodiit VALLEMONT *von der gärtnerey*, Budiſſin. 1716. 8.

J. M. LANGII diſputatio I. docta eſt de Kali, ſaponaria, ſtruthio. Borith interpretatur de Kali Syriaco RAUWOLFII. Poſteriores duæ diſputationes nihil huc faciunt.

J. JAC. MANGET *Bibliotheca Pharmaceutico-medica*. Genev. 1704. fol. Præter vim magnam aliorum inſertorum chemicorum tractatuum, ad nos tamen pertinent icones plantarum propriæ quarundam Alpinarum, aliarum vero ex RAIO & J. BAUHINO petitæ deſcriptiones.

R. WIL. KRAUSE *de Cardamomo*. Jen. 1704. 4. Diſp.

C. T. PAULINI *de nuce moſchata*. Lipſ. 1704. 8.

JACOB GOTTSCHALK *verzeichnuſs des gartenz zu Leiden*. Ploen. 1704. 8. In hortulanorum gratiam ſtirpium horti Leidenſis brevem ſcripſit catalogum.

Le Jardinier ſolitaire. Pariſiis 1704. 12. Auctor Fr. FRANCISCUS GENTIL Carthuſianus. Ex propriis experimentis de arborum fructiferarum & horti olitorii cura multa utilia habet.

LOUIS LIGER *le Jardinier fleuriſte & hiſtoriographe*. Pariſiis 1704. 12. Amſtelod. 1708. 12. Poetica & fabuloſa varia habet, minus dives experimentis.

SIBYLLÆ GRAAF, natæ MERIAN, *metamorphoſes inſectorum Surinamenſium* an. 1705. Belgice. Gallice vero an. 1726. editæ, pulcherrimas ſtirpes conjunctas habent cum inſectis. Eodem dudum ediderat inſectorum Europæorum metamorphoſes, quæ Amſtel. 1730. fol. recu-

recuſæ exſtant, cum adjectis ſtirpibus fere 200. quarum aliquæ raræ ſunt. Sed explicatio minus bona eſt.

CHARLES PLUMYER Traité des Fougères de l'Amerique. Pariſ. 1705. fol. Ex ultimis itineris divitiis immenſam vim Filicum Americanarum pulchris figuris expreſſit, tum Europæas aliquas, Fungoſque paucos. Cauſa fuit æmulatio, Operis *HANSII SLOANE* (*præf. ad It. Jamaic.* Vol. II. *LABAT* T. II. p. 24.)

LEONHARDI PLUKNET Amaltheum Botanicum ſtirpes novas tradens 1200, Lond. 1705. fol. cum iconibus 600. Plantæ fere omnes exoticæ.

J. GODFRID GRUHLMAN de remedio contra caliginem oculorum. (Herniaria) Jenæ 1706. 4.

R. J. CAMERARII de Scordio. Tubing. 1706. 4.

RUD. CHR. WAGNER & STARKE de gyris Convolvulorum. Præf. *WAGNER* Diſp. Helm. 1705. 4.

VIRGILII FALUGII proſopopœia botanica methodo Tournefortiana diſpoſita. Florentiæ 1705. 12.

PETRI DE VALLEMONT Curioſités de la nature & de l'art ſur la végetation. Pariſiis 1705. 12. 1708. 8. deinde 1734. & alias. Compilatio mera, abſque propriis experimentis, & adfirmatio temeraria palingeneſiæ, circulationis ſuccorum in plantis, multiplicationis ſeminum, &c.

BESNIER le Jardinier botaniſte. Pariſiis 1705. 8.

JOH. MICH. LANGII Diſſ. botanico-theologicæ tres de herba Borith &c. Altdorf. 1705. 4.

DANIEL DUNCAN avis contre l'abus des choſes chaudes. Roterodami 1705. Culpat inprimis Coffeam. *

JOH. SIRICII beſchreibung dreyer bluhenden Americaniſchen Aloe. Slesvvig. 1705. 4. Cum in ea deſcriptione *WALDSCHMIDIUS* in ſua aliqua carpſiſſet aſpere reſpondit in Libello an. 1706. edito, cum titulo *Kurze beantvvortung* &c.

EMANUELIS KOENIG Baſilienſis Profeſſoris *ſchvveizeriſches hausbuch, ſeu Georgica Helvetica curioſa*, Baſil. 1705. 8.

FRID. MENTZ de plantis ad rem magicam pertinentibus, Lipſ. 1705. 4.

W. ULR. WALDSCHMID eſt etiam *de ſexu ejuſdem plantæ gemino*, Kiel. 1705. 4. EJ. programma *ad excurſiones botanicas* 1712.

J. EVELYN obiit eodem anno quo EJ. *gardener almanach* prodiit, nempe 1706. 27. feb.

J. VANIER prædium ruſticum recuſum eſt Pariſiis 1746. 12.

J. J. BAIER etiam ſunt *problemata quædam medica*. Huc pertinet *de viribus theæ*, Altdorf 1706. 4. *de aſparago* (ſub nomine *ANT.* a *CLERICIS*) 1715. 4. *lilio convall.* 1718. *lupulo* 1718. *de artemiſia* 1720. 4.

WILH. ULR. WALDSCHMID beſchreibung der Aloen insgemein, insbeſonder aber der Americaniſchen. Kiel. 1705. 4. Deſcriptio Aloes quæ Goltorpi floruerat. Idem in Libello *Americaniſcher in Gottorf blühender Aloe fernere beſchreibung*. ibid. 1706. 4. ſcripſit contra *SIRICIUM*.

LUD. FERD. MARSIGLI in Ep. 18. Dec. 1706. data ad *ABBAT. BIGNON* deſcribit ramum florentis Corallii. Vide *Journ. des Savans* 1707. Febr. & Maj.

J. EVELYNS gardener Almanach vvith a diſcourſe on ſallets. Lond. 1706. 8. Continet Operum ruſticorum catalogum, tum deſcriptionem eſculentarum plantarum plerarumque. Habetur etiam in Operum collectione in folio.

JAC. VANIER Prædium ruſticum. Poematis Georgici ingenioſi certe & elegantis, niſi ſparſas paſſim haberet nimii in alieniſſimo loco zeli ſcintillas. Libri duo primi Toloſæ prodierunt 1706. 12. decem autem omnino Pariſ. 1707. 12. & deinde ſæpius 1730. 12. &c.

J. J. BAIER de Viſco Diſp. Altdorf. 1706. 4.

SAL. HOTTINGER onologia ſeu diſſertatio de vino, Tigur. anno 1707. ad 1712. 4. *

AL. C. GAKENHOLTZ in diſſertatione *de vegetabilium indole exploranda*, Helmſt. 1706. 4. & in Libro *de emendanda & rite inſtituenda medicina* propoſuit methodum plantas a radicibus diſponendi. *IDEM* ſcripſit etiam *definitiones Tournefortianas HEISTERO* teſte in *method. Linn.* quæ non integre prodierunt.

HANS SLOANE Voyage to Madera, Barbados, Nieves, S. Chriſtopher and Jamaica vvith the natural hiſtory. P. I. Lond. 1707. fol. P. II. ibid. 1725. fol. Etſi nullam partem rei na-

naturalis neglexit clariſſimus Auctor, qui optimo omnibus bonis exemplo in venerabili ſenio ſupereſt, in Botanicis tamen maximum laborem poſuit, eamque partem Phyſices plurimum illuſtravit. Stirpes *RAJANO* ordine diſpoſuit numeroſas, novas fere omnes, egregie depictas, ut ex collatione cum ſiccis ſpeciminibus ipſe teſtor. Synoyma omnium pleniſſime ex incomparabili Bibliotheca congeſſit: vires medicas, & œconomicas utilitates ex ſua obſervatione & conſuetudine in coloniis recepta adſignavit, Nova genera vix condidit, ſed ab adfinitatibus temporaria nomina impoſuit.

BARTHOLOMÆI de *MARTINIS ſpecimen plantarum inventarum a Verona ad M. Baldi*, Veron. 1607. 4. *

J. A. SLEVOGT de Urtica. Jen. 1707. elegans diſputatio, cum characteribus.

OL. RUDBEK fil. *de Hedera*. Upſal. 1707.

G. W. WEDEL de Cinnamomo. Jen. 1707. 4.

J. MELCH. VERDRIESS de ſucci nutritii in plantis circuitu, Gieſſ. 1707. 4.

J. CHRISTIAN LEHMAN de balſamo peruviano nigro, Lipſ. 1707. 4.

BOYCEAU de la *BARAUDIERS Traité du Jardinage*, &c. Pariſiis 1707. 12. (*SEG.* etiam 1689. 12.)

J. M. *the vvhole art of husbandry*. Lond. 1706. Rem hortenſem & ruſticam habet. *

DAN. LANGE Catalogus der gevväch ſe ſo in den Laſtrophiſchen garten zu Eimsbüttel gevvachſen. Hamburg. 1707. 8. *

In Tomo Diarii *GALERIA* di *MINERVA*, qui hoc anno prodiit, exſtat *Catalogus plantarum circa Liburnum a VALISNERIO lectarum*. *p.* 46.

Ex Tomo III. Diarii *GAL.* di *MIN.* quod ibi citavimus, huc pertinet *de ſarſaparilla* tract. *CESTONI*.

JOSEPHUS PITTON TOURNEFORT præmaturo fato abreptus obiit an. 1708. Huc ergo poſthuma oportet referre. Iter primo Orientale, cujus Relatio Pariſiis an. 1717. 4. 2. vol. tum Lugduni 1717. 3. vol. 8. & alias edita eſt. In eo pulcherrimo & amœniſſimo Opere plantæ ſupra centum, pleræque novæ, egregie deſcribuntur & depinguntur.

EJUSDEM Matière medicale eodem anno 1717. Pariſ. 2. volum. in 12. edita. Continet deſcriptiones ſtirpium quas non alibi habemus, vires & præparationes Pharmaceuticas. Libro tertio fere eadem alio ordine, & nonnihil aucto plantarum numero, repetita habentur.

J. JACOBI SCHEUCHZER Itinera Alpina tria. Lond. 1708. 4. In primo & ſecundo itinere magna vis ſtirpium, etiam rariorum & novarum, exſtat deſcripta cum nonnullis non optimis iconibus, quas etiam *PETIVERIUS* habet in Gazophylacio. Plantas etiam recenſuit in *GAL.* di *MIN.* T. VI. p. 48.

J. SCHEUCHZERI prodromus Agroſtographiæ. Tiguri 1708. fol. cum majoribus iconibus prodiit, quæ repetuntur in Agroſtographia.

EMANUELIS KOENIG regnum vegetable quadrupartitum. Baſil. 1708. 4. Secundo Libro inſtitutiones rei herbariæ Tournefortianas repetit; Quarto vires ſtirpium ex variis compilat.

CHRISTOPHORI HELWICH de cicuta, antimonio, ſiluro, Gryphiſvvald. 1708. 4. *de ligno braſilienſi* 1709. 4. *de charophyllo* 1711. 4. *de quinquina Europæorum* 1712. 4.

La théorie & la pratique du Jardinage. Pariſiis 1709. 4. Ad ornamentum & ad ordinem. *

ERN. WILH. WESTENBERG viridarium Academiæ quæ eſt Harderovvici. Eo loco 1709. 4. Locos natales nullos habet. (*TREW.*)

La théorie & la pratique du jardinage, cujus editionem Pariſinam citavimus, prodiit etiam la Haye 1711. 4. 1715. 4. 1739. 4. quæ editio multo auctior eſt. Anglice etiam prodiit ſub titulo *the theory and practice of gardening translated by* J *GAMES* Lon. 1712. 4. Magna pars verſatur in hortorum ornamentis, viis, ſepibus, aquis. Arborum tamen etiam & herbarum cultum docet.

J. *FRANCI alleluja*, quam acetoſellæ deſcriptionem eſſe diximus, enormem virium hujus plantæ habet catalogum.

J. POLY LECAAN Advice to the gentlemen in the army of her Majeſty in Spain and Portugal. London. 1708. 8. Plantas Hiſpaniæ indigenas recenſet, quæ Angliæ exoticæ ſunt. (*Journal des Savans* 1709.)

NATALIS CHOMEL (Sacerdotis) *Dictionaire œconomique*. Lyon 1709. fol. cum ſupplemento 1712. fol. deinde Pariſiis 1718. fol. 2. vol. Lugduni & Amſtelodami an. 1732. fol. 2. vol.

2. vol. Vaſta collectio artis venatoriæ, agriculturæ, horticulturæ, utilitatum œconomicarum, medicarum, &c. Sed qualis ab homine minime botanico poteſt exſpectari.

N. CHOMEL dictionaire Anglice vertit *BRADLEY* Lond. 1722 fol. Nec fidem laudat *DECOMBE*.

THOM. ROBINSON Eſſay tovvard a natural hiſtory of Cumberland and Weſtmorland. London. 1709. 8. Huc inprimis pertinent plantæ 18. a *RAIO* prætermiſſæ.

J. JAC. SCHEUCHZER herbarium diluvianum. Tiguri 1709. fol. auctius recuſum Leidæ 1723. fol. Icones ſunt plantarum varii generis, ſed inprimis tamen Filicum, & Cryptogamiarum, quarum multæ in Europa nullibi proveniunt.

JOH. FRANCI Alleluja. Ulm. 1709. 8. Deſcriptio Acetoſellæ.

CHRISTOPH. LUDW. GOELLER de cinnamomo, Utrecht. 1709. 4. bona diſputatio.

LONDON and *WISE compleat gardener* adde: *or directions for cultivating and right ordering of fruit and flovver gardens*.

J. BATT. SCARELLA hiſtoriam aloes plantarum quæ unquam floruiſſent, & ex *VALISNERIO* obſervationes continet, de ſucco dulci ex floribus deſtillante.

WILLIAM SALMON English herbal. Lond. 1710. fol. Carolinam viderat Auctor, hinc paſſim aliquas Americanas plantas deſcribit. Cæterum Officinis receptas ſtirpes ſecundum alphabeti ordinem diſponit, collectas undique nominibus & exſcriptis iconibus. Errores habet maximos, ut videre eſt in Virga aurea foliis ſerratis (pro qua Bidentem flore radiato pingit) ſcordio aquatico (pro quo Lamium exprimit) Sophia Chirurgorum, pro qua *MATTHIOLI* Symphytum petræum pingit.

LONDON and *WISE compleat Gardener*. Lond. 1710. 8. Ad culturam olerum, & arborum pomiferarum. *

J. BATT. SCARELLA breve ragguaglio intorno al fiore dell' Aloe Americano. Patavii 1710. 12.

Lettres d'un Medecin du Roi a ſes amis. Namur 1710. 4. In Epiſtola III. Cl. *PETITUS*, qui Auctor eſt elegantiſſimi Libri, plantas nonnullas paludoſas & novum characterem Dantiæ, Arique paluſtris pingit & deſcribit.

JOHANNIS de *MURALTO Phyſices ſpecialis P. IV.* ſive *Helvetiæ Paradiſus*. Tig. 1710. 8. Circa Scaphuſium & in Toggicis atque Abbatiscellanis montibus, in Gotthardo denique & Lucumonio Monte ſtirpes collegit raras, & a paucis in Helvetia lectas. Nomina ſæpe incredibilia, & aliena, ut cum prudentia legi oporteat & uti.

Nie erhörte vvunderbare Gartenluſt. Hamburgi 1706. fol. De Pyramidibus procurandis per gemmarum inſertionem.

BLASII CARYOPHYLLI (Garofalo) *de Origano, Ricino, Lilio, Mandragora* in Diſſert. ſuis Miſcellaneis. Rom. 1710. 4. & de *Hyſſopo*. 1718. fol. Rom. Philologus. *

R. I. CAMERARII de Lolio temulento. Tubing. 1710. 4. Diſſ.

OL. RUDBECK de Mandragora. Upſal. 1720. 8.

MATTH. ERN. BORETII de Hieraciis Pruſſicis. Regiom. 1710. 4.

Hoc anno cœpit edi *GIORNALE* de' *LETTERATI*, in quo paſſim varia Botanica occurrunt, ut *FR. FANTASTI* deſcriptio Colocaſiæ T. XVII. *UBERTINI LANDI* Diſſ. de Fungis, ubi defenditur, eos abſque ſemine provenire *Suppl.* 3 deinde vitæ clarorum virorum.

J. *HENRICI HEUCHER Index plantarum horti Medici Wittembergenſis*. VVittemb. 1711. 4. & *Novi proventus horti*. 1711. 4. & alii *Novi proventus* 1713 4. Prima parte *RIVINI* methodus tota explicatur, ipſo approbante & genera atque ſpecies enumerantur, ſecundum eam methodum digeſtæ. In ſequentibus obſervationes exſtant variæ. Sed minima laus hujus Archiatri fuit a Botanicis.

LUC. WOLLEB de methodo herbas luſtrandi cum corollariis anatomicis, Baſil. 1711. 4. EJ. *de helleboro* diſputatio.

J. *RUD. SILTEMANN. de cortice Winterano*, Erfurt. 1611. 4.

F. EULALII SAVASTIANI Libri IV. prodierunt etiam Venet. 1749. 8. Placet anatome in egregio & heroico hoc carmine, quo etiam *MALPIGHII* laudes in fabulam conjecit, & eleganter cecinit.

SABLET apud *TREVULTIENSES de Senna & Colutea*, quæ viribus ſit par Sennæ, agit an. 1711. Octobr.

LUD. FERD. MARSIGLI Oſſervazione intorno al mare ed alla grana del Chermes. Ve-

netiis 1711. 4. Hæc poſterior Diſſertatio huc pertinet, & apud *GARIDELLUM* exſtat recuſa.

J. AUG. de *HUGO Diſſ. Botanica de variis plantarum methodis*. Leid. 1711. 8. *

CAR. FRANC. COGROSSI della natura ed uſo della Corteccia del Perù. *Cuma* 1711. 4. 1718. 4. Practice.

ENGELBERTI KÆMPFER Amœnitates exoticæ. Lemgov. 1712. 4. Laudes incomparabilis viri aliquas jam diximus. Ad Botanicen pertinent; plena hiſtoria Aſſæ fœtidæ, Sanguinis Draconis, Theæ, Palmæ dactyliferæ: tum faſciculus plantarum Japonicarum, cum multarum integris deſcriptionibus, characteribus & fidiſſimis iconibus.

JACOBI PETIVER Pterigraphia Americana. Londin. 1712. fol. Tabulæ ſunt viginti, cum iconibus parvis, nitidis tamen, fere quadringentis, plantarum ex cryptogamia, maxime tamen Filicum Americanarum. Sola nomina adjecta ſunt. Acceſſerunt inſerta aliqua.

JOH. MORTON natural hiſtory of Northampton-Shire. Lond. 1712. fol. Continet Catalogum plantarum rariorum hujus Comitatus, aliquarum etiam, ut credit Auctor, non deſcriptarum, ex Muſcorum genere, & varietatum; deinde ad Agriculturam varia. Icones plantarum paucæ.

GEORGII ANDREÆ HELWING flora Pruſſica quaſi modogenita. Gedan. 1712. 4. *cum Præf. J. P. BREYNII*. In ea præfatione Catalogus habetur Scriptorum rerum naturalium Boruſſiæ, & corriguntur aliqui errores *LOESELII*. In Catalogo exſtant ſtirpes 247. quarum multæ hortenſes ſunt, & multæ aliæ ad varietates pertinent, aliquæ tamen pulchræ & raræ.

J. BAPT. CHOMEL Hiſtoire des plantes uſuelles. Pariſiis 1712. 12. deinde 1715. 2. vol. tum 1730. 3. vol. 12. & Amſtelodami 1736. Plantæ diſponuntur ſecundum operationes ſuas in corpore humano: datur brevis enumeratio virium medicatarum, & ſynonyma nonnulla. Multa habet ex propriis experimentis. In ſupplemento varia ex *GARIDELLO SCHROEDERO*, pauca de ſuo addit. Utilis Auctor.

ROBERT Inſtruction ſur les Arbres fruitiers. Pariſiis 1718. 12.

FRANCISCI EULALII SAVASTANI Botanicorum ſive *Inſtitutionum rei Herbariæ*. L. IV. Neapol. 1712. Hiſtoria generum ſecundum Methodum *TOURNEFORTII*, virium in alimentis, in Medicina, Carmine continuo deſcriptæ.

ANGRAND de *RUENEUVE Obſervations ſur l'Agriculture & le Jardinage*. Pariſiis 1712. 2. tom. 12. De optima ad ſolem expoſitione, de ſatione, inoculatione arborum aliqua operibus olitoriis præcepta dat.

JACOBI PETIVER Herbarii Britannici Catalogus cum iconibus. Lond. 1713. fol. Mihi ſunt Tabulæ 50. Cl. vero *SEGUIER* vidit 72. Commodum cæterum Opus, quo plures rariores ſpecies aut varietates non alibi depictæ exhibentur, ſecundum *RAJANUM* Synopſeos ordinem. Icones mihi 600.

JOH. CHRISTOPHORI VOLCAMER Heſperides Noricæ. Norimb. 1713. 1714. fol. 2. vol. Non ſolum Heſperidum ex tribus generibus vim maximam deſcripſit & depinxit, ſed Cereos etiam, Meſembryanthema, Ananas aliaſque plantas Indicas cum cultu adjecit ſplendidiſſimo Opere.

JOH. CAROLI A CARLOWITZ anvveiſung zur vvilden Baumzucht. Lipſ. 1713. fol. 1731. fol. Demonſtrat equidem funditus perire ſylvas, magna cum infelicitate patriæ, ſuadet novarum ſylvarum culturam, arborum Catalogum dat. Sed vir nobilis, Botanices ignarus, turbat omnia. Pinus & Abietes confundit. Mannam fraxineam cum Manna graminea Boruſſorum conjungit. Habet tamen artem carbonariam, picariam, & ſerendarum arborum artificia.

LOUIS LIGER nouveau théatre d'Agriculture. Pariſiis 1713. 4. Meruit laudes Diarii Eruditorum.

L. LIGER nouveau théatre d'agriculture adde: *& menage des champs*. Recuſus eſt hic liber Pariſ. 1723. 4. *EJUSDEM* etiam ſunt *moyens faciles pour rétablir l'abondance de toutes ſortes de graines*. Suadet ſerere Mayz.

J. CHR. OLEARII aloëdarium hiſtoricum, Arnſtatt. 1713. 8. *

Le jardin de Hollande, &c. Leidæ recuſus eſt 1728. 8. Cæterum ex *QUINTINIO* exſcriptus liber eſt.

J. HIER. ZANICHELLI in Libro citato ex itinere maritimo fungum marinum deſcribit, & plantæ genus, cujus ſemina & flores ex *MICHELII* obſervatione depictas addit.

ANTO-

ANTONII TITÆ Catalogus Plantarum horti Mauroceni. Patav. 1713. 4. Moribus antiquis, & nominibus uſus veterum. Adjecit iter ſuum in Alpes Vettias Venetorum, quo multæ, & nonnullæ novæ ſtirpes enumerantur, ſolis tamen nominibus.

ΜΗΚΩΝΟΠΑΙΓΝΙΟΝ ſive *MICHAELIS FRIDERICI LOCHNER Papaver ex omni antiquitate erutum*. Norimb. 1713. 4. (*ACT. LIPS.* Nam mea editio annum habet præfixum 1719.) Hoc Opuſculum, ut omnia hujus Auctoris, plus Philologiæ ad ſomnum, & papaver pertinentis, quam Botanicarum deſcriptionum habet.

G. W. WEDEL de Centaurio minori. Jen. 1713. 4. Diſp.

J. A. SLEVOGT de Lino cathartico. Jen. 1713. Diſp.

HEUCHERI vel *THRYLLITII de hiſtoria plantarum fabulari*. VVitteb. 1713. 4. Plantas aliquas deſcripſit.

Le Jardin de Hollande garni de fleurs & de fruits, &c. Leidæ 1714. 8. *

LUD. FERDINANDI MARSIGLI de generatione Fungorum Epiſtola cum reſponſione LANCISII. Rom. 1714. fol. Icones vix poſſunt ad ſuas ſpecies referri; ſemina Fungorum prompta viſu, non detexit, ut non maxima in ſplendido Opere ſit utilitas.

LANCISIUS in alia Epiſtola agit de plantis in Plinianæ villæ ruderibus repertis.

J. HIER. ZANICHELLI de Myriophyllo pelagico. Venet. 1714. 8. ex *GIORN. de' LETT.* XX. *

BARTHOLOMÆI ZORN Botanologia Medica. Berol. 1714. 4. Germanice. Virium incredibilis compilatio cum citatis Auctorum locis, ad *PANCOVIANUM* Opus ordinata, de quo alibi.

LAUR. ROBERG de Picea. Upſal. 1714. 4.

J. J. BEYER & LANG de Millefolio. Altdorf. 1714. 4.

J. PHIL. EYSEL multæ diſputationes ſunt *Bellirographia*, Erfurt. 1714. 4. *de fuga dæmonum* 1714. *bono henrico* 1714. *filio ante patrem* 1714. *rore ſolis* 1715. *betonica* 1716. *trifolio fibrino* 1716. *veronica* 1717. *agallocho* 1717.

JOHN LAURENCE gardening or Clergyman's recreation, Lond. 1714. 8. *EJ. fruit gardeners kalendar*, ibid. 1718. 8.

ANT. de *JUSSIEU hiſtoire du jardin Royal de Paris avec une introduction à la botanique jointe à l'éloge de feu M. FAGON*. Pariſ. 1714. 4. *

JACOBI PETIVER plantarum Italiæ nomina & icones. T. V. Lond. 1715. fol. Icones 80. marinarum ſtirpium & Graminum. Reliqua mihi non ſunt ad manus, nempe *Hortus Peruvianus medicinalis*. T. 5. 1715. fol. (cujus tamen icones ſpurias eſſe pleraſque memini, maxime Kinkinæ). *Graminum*, *Muſcorum*, *Fungorum concordia*. Lond. 1716. fol. *Plantarum Ægyptiarum icones*. T. II. Lond. 1717. T. 2. & aliæ apud *CL. SEGUIER* recenſæ.

CASPARI COMMELINI Icones plantarum præſertim ex Indiis collectarum. Amſt. 4. 1715. & 1716. nam uterque numerus reperitur, & *EJUSDEM Præludia Botanica*. Plantas Indicas pulchre deſcribit & depingit, in utroque Opere, maxime Euphorbium. In eoquod priori loco recenſui flores aliquot ſpecierum Aloes pinguntur, quæ in poſteriori abſque flore ſunt.

PETRUS MAGNOL anno 1715. mortuus eſt. Ejus obſervationes in Pinacem, & repetitionum cenſuræ, multis ante annis a *SCHELHAMMERO* indicatæ (ad *CONR. INTR.* p. 337.) nunquam prodierunt. Sed *novus character plantarum* Monſpelii an. 1720. 4. a filio editus eſt, rarus tamen, quod dicant ſpecimina Libri minus perfecti redempta eſſe a filio, quem proprii conſilii pœnitentia ceperat. Numeroſas habet deſcriptiones florum, & *TOURNEFORTIUM* paſſim emendavit. Methodus, quam a calyce cognominat, potius a flore eſt, & nimis hiulca, in Arboribus inprimis.

PIERRE GARIDEL Hiſtoire des Plantes qui naiſſent autour d'Aix. Aix 1715. fol. & Pariſiis 1723. fol. ut in multis catalogis lego. Splendidum Opus, centum fere tabulis novis ornatum, ſed paſſim vitioſum, neque, in adeo beata regione, ſatis multa habet propria.

MICH. FRID. LOCHNER Mungos animalculum & radix. Norimb. 1715. 4. Radicem Mungos a *KÆMPFERO* Europæ illatam in purpura maligna non abſque fructu ægris exhibuit.

BERNHARDINI ZENDRINI della China China. Venet. 1715. 8. Practice. *

CHRIST. BERNH. VALENTINI Tournefortius contractus. Francof. 1715. fol. Tabulæ ſunt methodi Tournefortianæ, & quædam aliena, Chemica, aliaque.

G. W. WEDEL de Plantagine. Jen. 1715. Diſp.

Et *EJUSDEM de Hyoſcyamo*. Ibid. anno eodem.

J. T. GRONOVIUS de Camphora. Leid. 1715. 4. Diſp. Habet modum, quo præparatur & depuratur.

MICH. FRID. LOCHNER de Ananaſa. Norimb. 1716. 4. Libellum, qui cum Heſperidibus *VOLCAMERI* exſtat, recudit auctiorem cum pulchris iconibus.

EJUSDEM Nerium ſive *Rhododaphne veterum & recentiorum.* Norimb. 1716. 4. Pene unice philologicus. Icones & hic & fere ubique, alienæ.

IDEM, ut ſupra dictum, *rariora Beslriani Muſei*. an. 1716. a filio *JOHANNE FRIDERICO* deſcripta fol. edidit, cum plantarum marinarum & fructuum nonnullis iconibus.

R. MORTIMER art of husbandry. Lond. 1707. 1716. 8. 2. vol. *SEG.* Ex aliorum experimentis & opinionibus *DALRYMPLE* ad *ELLIS*.

GEOR. ANDR. AGRICOLÆ verſuch der univerſal vermehrung. Ratisbon. 1716. fol. & Tom. II. ib. 1717. fol. Novam artem in immenſum multiplicandarum arborum propoſuit, ex radicibus diſſectis, & inoculatis in ramos; deinde foliis cum vel ſine oculo inſitis; tum alia arcana varia, quæ vero, quantum video, in experimento non reſponderunt. Conf. *BRESL. MISC.* 1723. Jul. In Anglicam tamen linguam translatus eſt a *R. BRADLEY* & editus Lond. 1721. 4. tum in Gallicam.

G. A. AGRICOLÆ Anglice editus titulum habet *a philoſophical treatiſe of huſbandrey and gardenirey*. Gallice autem ſub titulo *l' agriculture parfaite* prodiit Amſtel. 1720. 8.

CHRISTIANI KNAUT Methodus plantarum genuina. Hall. 1716. 8. Artificialis methodus a numero unice partium floris & involucrorum fructus deſumpta, hinc contraria naturæ, quæ numerum ſæpius contemnit, quam figuram & proportiones.

J. BOECLER de vino Argent. 1716. 4.

Dictionaire botanique & pharmaceutique, Pariſ. 1716. 8. *

G. FRANK a FRANKENAU palingeneſia von der künſtlichen aufervvekung der pflanzen (fabuloſo experimento) verſa a J. C. *NEHRING*, Lipſ. 1716. 4.

J. A. WEDEL etiam diſputationes huc pertinentes ſunt: *de calamo aromatico*. Jen. 1718. *Helenio* 1719. *Vincetoxico* 1720. *verbena* 1721.

DE LA ROQUE Voyage de l' Arabie Heureuſe avec un Mémoire concernant l' arbre & le fruit du Caffé Pariſiis & Amſtel. 1716. 8. Optimæ notæ, inprimis Appendix, quæ *D. GALAND*, Librum ſupra laudatum continet.

J. *B. COGROSSI giunta al Tr. della China China*. Crema. 1716. 4. & *nova giunta*. Crema 1718. 4. Practice *

C. H. ERNDL flora Japonica. Dreſd. 1716. 4. In ea deſcribitur herbarium Japonicum cum 1360. figuris inter *MENZELII* ſchedas repertum, tum herbarium pictum *CONR. JOHRENII*, denique Theatrum rerum naturalium Braſiliæ *COMITIS MAURITII NASSOVICI*, cum 555. egregiis ſtirpium iconibus, quæ omnia Berolini conſervantur.

OL. RUDBEK Rubus humilis Fragariæ folio. Reſpondit D. *KELLANDER*. Upſal. 1716. 8. Bona icon parum notæ plantæ.

D. W. TRILLER de moly Homerico. Lipſ. 1716. 4. eruditiſſima Diſputatio.

G. H. *SIEGESBEEK* de *rorella*. VVittemb. 1716. 4. Diſp. & ipſa ob experimenta utilis.

J. *A. WEDEL de Scordio*. Jen. 1716. 4. Diſp.

SAMLUNG von Naturgeſchichten Breslau 1717. ad 1727. Ad cultum agrorum multa hic habentur, tum ad aliquas plantas œconomicas, v. gr. Onobrychidem, monſtra etiam ſtirpium, &c. de viribus plantarum paſſim experimenta intercedunt.

M. D. JOHRENII Vade mecum Botanicum. Francof. Oder. 1717. 8. Flora ejus loci pauper, ſecundum *TOURNEFORTII* claſſes & genera. In præfatione aliquot plantarum rariorum characteres a *GUNDELSHEIMERO* ſuppeditati. Ejus herbarium pulchre depictum ab *H. RIBBING* Berolini adſervatur. *ERNDL de flor. Japonica*.

M. D. JOHRENII vade mecum botanici aliam editionem, quæ citata hic fuit, Colbergæ prodiiſſe video.

ABRAHAMI REHFELD Hodegus Botanicus menſtruus. Hall. 1717. 8. Flora Hallenſis, ſed nomina mala, plantæ miſtæ hortenſibus.

J. *FRANCI de euphraſia*, Francof. 1717. 8.

ALEX. CAMERAR. de betonica, Tubing. 1717. 4.

MICH. FRID. LOCHNER Bellilli Indicum Nuremb. 1717. 4. Deſcribit ſpeciem Tethyos, qua præparata in India utuntur ad febres ardentes.

EJUSD.

EJUSD. de novis Theæ & Coffeæ Succedaneis, Botry Mexicana, Capraria Peruviana Agerati folio, Coffea a la Sultane &c. ibid. eod. anno. Novas aliquot plantas, aut nuper inclareſcentes, deſcribit & depingit.

EJUSD. de Acriviola. Exſtat etiam in E. N. C.

M. F. LOCHNER etiam eſt *de pareira brava*, Norimb. 1719. 4. Eam oſtendit eſſe *Campebam PISONIS*, non autem *BUTUA ZANONI*, & obſervationes practicas pro confirmandis viribus antinephiricis addit.

FRID FRISIUS Zvvey Wundervvürdige gevvächſe Cereus Peruvianus anguloſus minor und Ananas, ſo an. 1717. *zu Altenburg geblüht*. *

URB. HIÆRNÆ de Nylobalſamo ab Auctore invento. Helm. 1717. 8. *

BARTHOLOMÆI de *MARTINIS nuovo invento cioè aggiunta al genere delle Anagallidi acquatiche di due non più prodotte in luce*. Veron. 1718. 8. cum icon. *SEG.*

CAROL. NIC. LANGII beſchreibung des ſchädlichen genuſſes der Kornzapfen. Lucern. 1717. 8. Bona deſcriptio Clavi ſecalini, ſive grani luxuriantis, unde morbus ſtupidus & gangrænoſus artuum ſequitur.

R. J. CAMERARII de Ulmaria. Diſp. Tubing. 1717. 4.

JULII PONTEDERÆ compendium tabularum botanicarum. Patav. 1718. 4. maj. Cum de vacua cathedra concertarent *JOH. SCHEUCHZERUS*, *LUD.* a *RIPA*, & *JULIUS*, omnes ſcripto aliquo famam augere tentarunt: & iſte quidem a patre *LAURENTIO* ad Agriculturam educatus, matre ita Botanica, ut filio etiam nunc in Alpibus abſente, horti Patavini curam gerat (*Antiquitat.* p. 3.) Stirpes in Baldo Monte & Alpibus collectas; quarum promittebat tabulas, deſcripſit. Iſtæ nunquam editæ ſunt: plantæ vero hoc Libro recenſitæ multas varietates habent admiſtas.

LUDOVICI a *RIPA hiſtoria univerſalis plantarum propoſitum*. Patav. 1718. 4. Ex *J. BAUHINO* & veteribus conſcripſit Librum, & Philologica aliqua adſperſit.

ROBERT ſur la culture des Arbres fruitiers. Pariſiis 1718. 12. *SEG.* *

Diſcours ſur le progrès de la Botanique par M. de *JUSSIEU*. Pariſ. 1718. 4. Brevis & hiſtoricus.

La Manière de cultiver la vigne & faire le vin de Champagne. Pariſiis 1718. 4. *

Four eſſays on Engliſh grapes ſhovving they vvill make the beſt of vvines. Lond. 1718. 8. *SEG.* *

SEBASTIANI VAILLANT Sermo de ſtructra florum. Gall. & Lat. Leid. 1718. 4. & ejuſdem *duo novarum plantarum genera* Hanover. 1718. 4. (*SEG.*), Araliaſtri nempe & Boerhaaviæ. Acerbior equidem in *TOURNEFORTIUM*, de ſe certe meritum, cæterum plenus egregiarum obſervationum, in arctiſſimum ſpatium ſtipatarum, & per inductiones ad totas claſſes adplicatarum. Subjecta ſunt duo genera Boerhaaviæ, quod nomen male inconſtans poſtea mutavit Auctor, & Araliaſtri, nempe *GINSENG*.

Hæc celebris planta tunc maxime innotuerat, cujus loco *KÆMPFERUS* ſimilem non tamen bacciferam, adeoque diverſam deſcripſerat. Veriorem *P. LAFITAU* in Canadenſibus ſylvis reperit (*Journ. de Trevoux* 1718. *Janv.*) & deſcripſit an. 1718. 12. cum titulo: *Mémoire concernant la plante de Ginſeng découverte en Canada*, *KÆMPFERIQUE* errorem vindicavit, qui Libellus recuſus eſt in collectione *des voyages au Nord*. Objectionem contra plantam ſuam, repetitam a pelluciditate celeberrimæ radicis, quæ non eſſet in Canadenſi, diluerat *IDEM P. LAFITAU* in iiſdem Diariis Trevultienſibus 1718. Menſe Martio. *VAILANTIUS* Botanico more novum genus conſtituit, audax in mutando, Aurelianæ nomine, quod impoſuerat Jeſuita.

HENRICI BERNHARDI RUPP Flora Jenenſis. Prima editio a *H. SCHUTTE* edita eſt Jenæ an. 1718. altera auctior a D. *FROELICH* an. 1726. 8. tertiam ego ex ſchedis Auctoris poſthumis, meiſque obſervationibus tertia parte auctiorem edidi Jenæ an. 1744. 8. Vir ad Botanicen natus, non aliam ſpirabat felicitatem, indefeſſus laboribus, memoriæ tenaciſſimæ, qui plurimas pulchras Stirpes Germaniæ adſeruerit. In magnis generibus, &, in cryptogamia minus valuit, cum ſtirpes ſiccas negligeret conſervare.

De moribus *RUPPII* vide *HOPPE von den vveidenroſen* p. 4.

J. CHRISTIAN LEHMAN blumen garten im vvinter, Lipſ. 1718. 1750. 4. ſive *nieuvve volmaakte plantagie in den vvinter*, Amſtel. 1718. 8. Utitur diviſo tepidario, in quo varii gra-

gradus caloris ſtirpibus impertiri poſſunt, ſolo ſitu mutato. Re ipſa fidem fecit verbis;

WILH. FORSTER EMANUEL de ariſtolochia, Altdorf. 1748. 4.

S. SWITZER Noblemans gentlemans and gardiners recreation. Lond. 1718. 3. vol. Continet totam rem ruſticam, & nemorum hortorumque cultum.

R. BRADLEY the gentleman and gardiners Kalendar. Lond. 1718. 8. (*SEG.*) Gallice vero Pariſiis 1743. 8. cum deſcriptione hibernaculi.

PIETRO VETTORI delle lodi degli Ulivi, nova editio *colle annotazioni del D. GIUSEPPE BIANCHINI*. Florent. 1718. Vide ſupra ſuo loco.

JOH. CAR. SPIES Roris marini coronarii hiſtoria medica. Helmſtad. 1718. 4.

PATRICK BLAIR miſcellaneous obſervations in Phyſic Anatomy Surgery and Botanics. Lond. 1718. 8. In elegante Libro Botanica aliqua continentur, ex itinere decerpta *WALLICO*.

JOH. FRANK erhöhetes flachsſeiden Kraut. Ulm. 1718. 8. Loquax & inanis.

CORN. de *BRUYN iter poſterius* Ruſſicum, Perſicum, & Indicum hoc anno in fol. deſcriptum, habet aliquas ſtirpium icones.

G. W. WEDEL de Colchico. Jen. 1718. 4. Diſp.

J. A. WEDEL de Calamo aromatico, ibid. Diſp. 4.

HOLSTEIN de Rhabarbaro. Leid. 1718. 4. Diſp.

In *KOLBII* itinere ad C. B. S. plantarum Catalogus habetur ex herbario *OLDENLANDII*.

JOH. SCHEUCHZER Methodus Graminum & adfinium. Tig. 1719. 8. & *EJUSDEM Agroſtographia*. ibid. 1719. 4. Prius Opuſculum eſt idea poſterioris, incredibili nati labore, quo quadringentæ plantæ per minutiſſima, & ipſos intimos florum characteres terminantur. Icones & ſpecierum & characterum fidiſſimæ. Exotica Gramina paulo pauciora, neque ſynonymorum ſatis, neque ſatis explicatæ notæ ſpecifici diſcriminis plantarum ſimilium.

JOSEPHI MONTI Catalogi ſtirpium Agri Bononienſis prodromus. Bonon. 1719. 4. Hoc nomine Graminum hiſtoria continetur, inter quæ pulchra aliqua ex beatiſſima Italia.

GEORGII ANDREÆ HELWINS Flora campana, ſive *Pulſatilla*. Lipſ. 1719. 4. Aliquæ ſpecies Pulſatillarum ſeptentrionalium, cum varietatibus, iconibus expreſſit.

JOHANNIS JACOBI DILLENII catalogus plantarum circa Gieſſam naſcentium. Francof. 1719. 8. & ejuſdem *Appendix*. Hoc primum Opere innotuit novum Botanices ſidus. Stirpes in univerſum in anguſto ſpatio terræ habet plurimas: inter eas numeroſas de minimarum gente, & nova genera, lynceis eruenda oculis, bene multa. Muſcos primus ita diſpoſuit, ut omnes recentiores imitati ſint: Fungos, ut multi. De methodis agit in *præfatione*, pronior in *RAJUM*. Contra *RIVINUM*, impatientem liberius judicantis juvenis, acriter ſe tuitus eſt. Nova genera, quæ deeſſent in *TOURNEFORTIANIS* Inſtitutionibus, undique collegit & charaͨteres definivit, & ipſe ſculpſit. Vir cui ob varia beneficia, ſed inprimis ob amicitiam, plurimum debeo, quem virum laudavi, exſtinctum deſidero & veneror.

M. LIBENTANS de Rachelis deliciis Dudaim, VVittemb. 1719. 4. philologice.

In *B. S. ALBINI oratione de anatome comparata*, Leid. 1719. 4. exſtat œconomia vegetabilis Vaillantiana.

CONC. MICH. VALENTINI de macis, Gieſſ. 1719. 4.

JOH. HENR. COHAUSEN nievve Thee Tafel. Amſtelod. 1719. 8. & Germanice an. 1718. 8. Compilatio formularum, quibus infuſa varia theiformia continentur.

GOTTLIEB CHRIST. von *HAPPEN beantvvortung auf* C. *WOLFS erlaüterung der entdekung von vermehrung des getraides*. Berolin. 1719. 4. *

J. A. WEDEL de Vincetoxico Diſp. Jen. 1719. 4. & *de Helenio* ibid. Diſp.

M. ALBERTI de vero uſu Arnicæ. Hall. 1719. 4. Diſp.

PETSCHE de Millefolio. Hall. 1719. 4. Diſp.

MICH. BERNH. VALENTINI Viridarium reformatum. Francof. 1720. fol. Splendidum Opus cum numeroſiſſimis tabulis. Harum aliquas ab illuſtriſſima perſona accepit, partim *MERIANO* ſculptas, partim ex aliis Libris deſcriptas, etiam ex *LÆMPFERO* & *FRANSCO HERNANDEZ*. Totum etiam florilegium *THEODORI* de *BRY* repetitum inſeruit operi. Ad icones *MERIANEAS*, ex *TOURNEFORTIO* ordinem addidit bonus ſenex, & vivum enumerationem, & aliarum ſpecierum catalogum. Errores plurimi intercurrerunt.

Ita

Ita Julia herba cum Agrimoniæ nomine, Locuſta cum titulo Rubiæ luteæ ſpinoſæ, Roſa cum Pæoniæ feminæ alterius titulo ſculptæ exſtant.

JULII PONTEDERÆ Anthologia L. III. & *Diſſertationes botanica* XI. Patav. 1720. 4 Priori Libro deſcribit characteres plantarum multarum, novarum etiam aut varietatum, & agit de methodo, atque *TOURNEFORTIANAM* reformat: in ſexum iniquior. In altera flores compoſitos diſponit, ſed ut quidem mihi videtur, minime feliciter. Turbat enim claſſes naturales, capitatas aliquas miſcet planipetalis, quæ vel lacte ſuo cohærent, ſcabioſas infert corymbiferis, adeo diſtinctas ſtaminibus liberis, &c. Etiam ibi bonas obſervationes aliquas habet characterum.

HERMANNI BOERHAAVE Index alter plantarum Horti Lugduno-Batavi. Leid. 1720. 4. Prior Index an. 1710. prodierat, hic multum auctus & reformatus plantas habet ſecundum *HERMANNIANAM* methodum diſpoſitas. Characteres generum præfigit naturales, primus aut inter primos, ſtaminibus tubiſque minime neglectis, icones rariorum addidit, ſpecioſiſſimum genus Lepido-Cono & Hypophyllo-Carpodendrorum conſtituit, ſpecies novas plurimas & rariſſimas recenſuit.

JOHANNIS de *BUCHWALD ſpecimen Medico practico-botanicum*. Hafn. 1720. 4. & 1721. 8. Eſt index quadrilinguis ſtirpium officinalium, cum adglutinatis ſecundum paginas ſtirpibus, non abſque quibuſdam erroribus. Vires adjecit ex bonis Auctoribus, & propriis experimentis, ſæpe minus vulgo notas. *

PATRIK BLAIR Botanical Eſſays. Londini 1720. 8. Maxima pars pertinet ad fabricam ſubtilem. Sexum tuetur, atque vim fecundantem pollinis ſtaminum, cui tamen veras Gemmas ineſſe negat, cum *VAILLANTIO*. In III. ſpecimine de methodis, de partibus plantarum erudite diſputat, *MORISONO* tamen, quam *RAIO*, iniquior.

GEORGII WOLFG. WEDELII Exercitationum Philologico-Medicarum Cent. I. prodiit an. 1762. Jenæ 4. & *ſecunda pars* I. 1720. 4. Hoc nomine collectio venit programmatum, quibus varia amœniora ex re herbaria, aliiſque artibus cum medicina cognatis, tractavit, ſtirpes etiam numeroſas veterum eruere, & ad cognitarum aliquas referre tentavit, non abſque acumine, quantum quidem id fert inſtitutum.

A. Q. RIVINI reſponſio ad objectiones DILLENII. Lipſ. 1720. 12. Reſponſio ſenis bene meriti ſed irati, quem naturam conſulere vetabat ætas.

Hiſtoire naturelle du Cacao & du Sucre. Amſtelod. 1720. (& Pariſiis, niſi fallor, an. 1719.) Opus Anonymi, niſi fallor, Chirurgi, Chemiæ non penitus imperiti. Notitiam florum & fructus Cacao meliorem dat, quam *TOURNEFORTIUS*, tum analyſin chemicam: & Sacchari fabricam ex propria obſervatione. Aliqua etiam interſpergit de utilitate balſami Copaii, ejuſque analyſi, de Banana, Papaia, Manihoc, &c.

OLAI RUDBEK Index plantarum itineris Laponici an. 1695. *ſuſcepti* exſtat in *ACT. SUEC.* an. 1720. Raras ſtirpes habet, etſi paucas icones duas eximias.

JOH. LINDER Svvänska färga konſt. Stokholm 1720. 8. Continet deſcriptionem plantarum ſponte in Suecia naſcentium, quarum in arte tinctoria uſus eſt, ubi meminiſſe oportet, ad minorem illam tincturam pertinere: nam conſtantes inde colores & perpetui non obtinentur, niſi forte ex Alni cortice.

R. BRADLEY the compleat Seedsman. by *BENJ. TOWNSHEND*, cum catalogo ſeminum L. 1720. 8.

JOH. FRANK de Momordica, & *JOH. JACOBI KLEINKNECHT de Scordio*. Ulm. 1720. 8.

FRANC. ERN. BRUKMANN Tubera terræ. 1720. 4.

GEORGII CRUMP (Americani) *de Arundine ſaccharifera*. Leid. 1720. Diſp. Cocturam Sacchari deſcribit, non valde Botanicus.

DAN. KELLANDER PETRI F. de ſeminibus, Leid. 1720. 4.

JUL. BERNARD. v. ROHR Einleitung zu der algemeinen land und feld vvirthſchafts kunſt der Teutſchen, Lipſ. 1720. 8.

ABRAHAMI VATER eruditæ diſputationes *de corallicrum natura, præparatis & uſu*, VVittemb 1740. 4. *de balſamo de Mecca* progr. ibid. 1720. 4. *ypecacoanha vi febrifuga & antidyſenterica*, 1732. *laurocerasi indole venenata* 1737.

MATTH. ERN. BORETII diſp. *de hieraciis Pruſſicis*, Regiomont. 1720. 4.

J. J. BAJER (eruditi viri) *de Artemiſia*. Altdorf. 1720. 4. Diſp.

J. A.

J. A. SLEVOGT de Gentiana. Jen. 1720. 4. Diſp.

A. VATER de balſamo de Mecha. VVittemb. 1720. 4. Diſp.

G. W. WEDEL de Sambuco. 1720. 4. Diſp.

ALROT de Geſtricia. Upſal. 1720. Habet etiam ſtirpes indigenas. *

GOTTLOB SCHOBER de periculo a ſeminibus loliaceis & ſecalinis nigris corruptis cum farina commiſtis, & loco alimenti adſumptis. A. E. 1723. p. 446.

J. *FRID. HENKEL flora ſaturnizans, oder vervvandſchafft der Pflanzen mit dem Mineral-Reich*. Lipſ. 1721. 8. Paulum *BOHEMIANUS*, archæum terræ ſtatuit & futuram orbis terrarum vitrificationem. Ortum ſpontaneum plantarum defendit. Salicorniam deſcripſit, ejus herbæ dedit analyſin chemicam, inque ea ſalem marinum invenit cum ſale fixo, ex iſtô cum acido ſpiritu cœruleum colorem obtinuit.

JOH. CHRISTIANI BUXBAUM enumeratio plantarum agri Hallenſis accuratior. Hall. 1721. 8. Vernilior paulum, & morum diſſolutiorum; cæterum minime contemnendum numerum, nec ubique vulgarium ſtirpium, circa Halam invenit, in quibus etiam novæ aliquæ, earumque nonnullæ ex cryptogamia exſtant: cum iconibus paucis. Properato vero ſtudio Librum edidit, quem *COSCHWIZIUM* noverat ſibi ſubrepturum.

CHRISTOPHORI HELWIG monatliche kraüter luſt oder neu angelegter nutz und luſtgarten, Zittau. 1721. 8. In primo opuſculo plantas & ſecundum menſes, & alphabetico ordine, cum brevi virium enumeratione: tum exotica ex eo opere excerpta tradit, quod ſtatim dicam. Nempe EJ. *Exotica curioſa oder beſchreibung der ausländiſchen dingen aus dem naturreiche* prodiit F. Lipſ. 1719. 8. ſimplicia medicamenta ſecundum alphabeti ordinem diſponit, rapſodus. EJ. ſub nomine *VAL. KRAUTERMANN*, eſt *blumen und Kraüter buch* F. Lipſ. 1733. 8. Aliqua de plantarum figura & viribus, vulgaria.

J. C. SPIES de Vanigliis Helmſtatt. 1721. 4. *de radicibus antinephriticis* 1722. *de fructibus & arboribus antinephriticis* 1722. *herbis & floribus antinephriticis* 1722. *de valeriana* 1724.

J. CHRISTOPH. SCHMIDT de analogia regni vegetabilis cum animali, Baſil. 1721. 4.

MOOR'S Englands intereſt or the gentleman and farmers friend, Lond. 1721. 8. *HARL.*

L. P. THUMMIG de anatome foliorum. A. *ERUD.* 1721. Jan.

L. P. THUMMIG etiam ſunt *meletemata varii argumenti*, Brunſvvic. 1721. 4. de arboribus ex foliis educandis &c. quæ fuit diſquiſitio *de arboribus ex foliis educandis*, Hall. 1721. 4.

W. B. NEBEL etiam eſt *de plantis dorſiferis*, Heidelberg. 1721. 4.

LEONH. FRID. MEISNER de Thea, Coffea, Chocolata. Nuremb. 1721. 8. Eſt diſputatio inauguralis Pragæ defenſa ex *SPONIO*, *BREYNIO* & aliis compilata

R. BRADLEY the virtue and uſe of Coffee. Londini 1721. 8. Hiſtoria Coffeæ ex Auctoribus variis. Satis negligens.

CHRIST. LUD. WILHELMI Colchicum Alexipharmacum & Venenum. Lipſ. 1721. 4. Vanum ſatis Opuſculum.

G. W. WEDEL de Polypodio. Jen. 1721. 4.

W. B. NEBEL de Helleboro nigro. Baſil. 1721. 4. Diſp.

ANTONII van *LEEUWENHOECK* obſervationes huc refero, quod eo anno ultimæ, niſi fallor, prodierint. Pertinent ad fabricam ſubtilem ligni, medullæ, corticis, ſeminum, gallarum. Ecce brevem catalogum.

PH. TR. 1676. de textura arborum & Vite.
N. 136. de Moxa.
N. 148. de apparatu vaſorum in plantis.
N. 205. de variis ſeminibus.
N. 213. de diverſitate ligni pro diverſo tempore quo cæditur.
N. 235. de radicibus vegetabilium.
N. 287. de ſemine Aurantiorum & ejus germinatione.
N. 296. de cortice arborum.
N. 297. de capſulis ſeminalibus Polypodii.
N. 316. de Coralliis rubris.
N. 367. de vaſis ligni & de ſeminibus plantarum.
N. 369. de ſpiraculis foliorum Buxi. Sed tota Opera evolvere oportet.

SEBASTIANUS VAILLANT obiit an. 1722. Huc ergo pertinet *Botanicon Pariſienſe*. Leidæ 1727. fol. curante *BOERHAAVIO* editum, qui ſchedas confuſas & oppignoratas icones, redemit & quantum potuit ordinavit. Icones pulcherrimæ & Muſcorum plurimæ, & optimæ, plantæ ſubtiliores numeroſæ, multum characterum & obſervationum. Dolendum eſt autem, adeo multa confuſe, vitioſe edita, icones abſque interpretatione relictas, plantas repetitas, vitia paſſim intercurriſſe in deſcriptionibus.

JOH. BARTH. ADAMI BERINGERI Plantarum exoticarum perennium catalogus. Herbipol. 1722. fol. Brevis & ſolorum nominum.

J. AHLICH. hortus Suecicus. Stokh. 1722. 8. hortulani Opus. *

JOH. GEORG. DUVERNOI deſignatio plantarum circa arcem Tubingenſem florentium. Tubing. 1722. 8. Nomina Tournefortiana: plantæ, ut in anguſto loco, paucæ, raræ tamen aliquæ.

A. VATER Catalogus horti Wittembergenſis. VVittemberg. 1722. 4. & 1738. 8. cum icone.

LAUR. HEISTER de collectione ſimplicium, Helmſt. 1722. 4.

J. HENRICI SCHULZII, non quidem botanici, eruditi tamen viri numeroſiſſimæ ſunt diſputationes botanicæ, ut *de elaterio*, Altdorf. 1722. ſub nomine *EVERHARDI*. *De aloë* ibid. 1723. *de colocynthide*, Hall. 1734. *de ruta medicamento & veneno*. 1735. 4. *de perſicaria acida JUNGERMANNI*. 1735. *de fructibus horais* 1737. *de ſcilla* 1739. *de meliſſa* 1739. *de aſaro* 1739. *de radice iridis* 1739. *de chamæmelo* 1739. *de oleo olivarum* 1740. *de lilio convallium* 1742. *de convenientia kermes & cochenilla* 1743. *de ypecacoanha Americana* 1744. *de rubo idæo* 1744.

J. MILLER Compendious herbal. Londini. 1722. 8.

Le *SAUSSAY Tr. des Jardinages*. Pariſ. 1722. 12. *

Anonymi *conjectures phyſiques ſur les raiſons pourquoi on laboure les terres*. J. de *TREV.* 1722. p. 509. ut nempe ſecundum Auctorem aer terræ miſceatur.

MICHAELIS ANGELI TILLI Hortus Piſanus. Florent. 1723. fol. Per Africam itinera fecerat (*REDI* vol. Op. V. p. 128.) felix horti Piſani reſtaurator. Excellit inprimis in ſtirpibus Italicis, ab indefeſſo *MICHELIO* congeſtis. Accedit *J. PONTEDERÆ* epiſtola, in qua ſexus ope Acetoſas a Lapathis diſtinguit. Sed repugnat natura, cum acido ſapore & androgyna & dioica dentur Lapatha. Miror apud Tillium numerum ſtirpium, & quod nulla fere eorum deſit, quas habet *TOURNEFORTIUS*, etiam quas certo novi, nuſpiam in rerum natura exiſtere.

JOH. JACOBI SCHEUCHZER novem itinera per Alpinas regiones facta. Leid. 1723. 4. 2. vol. Hac editione priora continentur itinera, cum iiſdem iconibus: acceſſerunt vero ſex alia, quorum in Alpes ſunt quatuor priora, & eaſdem obſervationes botanicas habent, plurimas tamen & pulchriores ſextum. Vix alias unquam Auctor longioribus itineribus Alpes percurrit, & majorem partem earum vidit, maxime Rhæticas ſtirpium rariorum feraciſſimas. Hinc multa cum videret primus, & plantas invenit & characteres perfecit. Meditabatur hiſtoriam ſtirpium Helvetiæ, ſed ea cum ejus vita intercidit. Cum inmenſa ſuſcepiſſet Opera, paſſim ultima deſideratur manus.

CHRIST. HENR. ENRDTL plantarum circa thermas Teplicenſes elenchus, Norimb. 1723. 4. prodiit cum *EJUS* αὐτοσχεδίῳ de iis thermis.

J. ALB. GESNER. de zingibere, Altdorf. 1723. 4.

CHRISTIAN GOTTFRID STENZEL de ſalvia in infuſo adhibenda, VVitteb. 1723. 4.

JAQUES BOULLAI Manière de bien cultiver la Vigne. Orleans 1723. 8. Vinitoris Opus. *

GEORG. KNOWLES materia medica. Londini 1723. fol. Plantæ exoticæ quadringentæ poetice deſcribuntur.

JOH. MAR. ROSSI de interpretandis Simplicium facultatibus. Patav. 1723. 4. ex Act. Erud. *

P. A. MICHELI relazione dell' erba Orobanche. Fiorenz. 1723. 8. 1743. 8. Modum indicat, quo hæc noxia planta poſſit deleri.

SEBASTIANI VAILLANT Botanicon Pariſienſe. Leid. 1723. 8. Eſt prodromus magni Operis.

LUD. THUMMIG verſuch einer gründlichen Erlaüterung, &c. Hall. 1723. 8. De arboribus ex foliis educandis: de modo flores & fructus in arena conſervandi: de plantatione arborum inverſa.

PATRICK BLAIR Pharmaco-botanologia. Decad. I. ad VII. Lond. 1723. & 1728. 4. Meum exemplar in Hedera definit, & una pauciorem partem habet *SEGUIER*, ut credam ibi Opus abruptum fuiſſe. Deſcriptiones ſtirpium, quæ in officinis veneunt, virium enumeratio ex propriis nonnunquam experimentis. Croci fuſa hiſtoria.

J. FRANCI de Urtica. Diling. 1723 8. *

THOMÆ DALE de Pareira brava. Leid. 1723. 4. Diſp. Compilatio, abſque proprio experimento.

The natural hiſtory of chocolate, Lond. 1724. 8. * *HARL.*

RICHARD BRADLEY nevv improvements of planting and gardening. Lond. 1724. 8. In tres partes diviſus Liber. In primo Auctor defendit circulationem ſucci: varietates tribuit miſcelæ pollinis maſculini diverſarum. In altero enumerat hortenſes ſtirpes, quæ ornatui ſerviunt, & cultum præcipit. In tertio cultum ſtirpium exoticarum in hybernaculis tradit: præcoces plantæ ut obtineantur docet. Viridarium Herefordienſe ſatis utile videtur. Sed quidem.

EJUSDEM Treatiſe concerning the manner of fallovving ground, raiſing of graſſ ſeeds, and training of line and hemp. Lond. 1724. 4. *

EJUSDEM nevv experiments and obſervations relating to the generation of plants. Lond. 1724. 8. *

J. M. VERDRIES pulviſculi ſtaminum. *A. ERUD.* 1724. p. 409.

JOH. RAII ſynopſis methodica ſtirpium Britannicarum. Ed. III. Lond. 500. *plantis auctior*. 1724. 8. Editor *DILLENIUS*, quinquageſimo, & quod accedit, a prima editione catalogi anno, Librum recolens, addidit obſervationes numeroſiſſimorum amatorum rei herbariæ, qui in omnibus Angliæ angulis interim ſtirpes erant rimati. Adjecit plurimos inprimis Muſcos, icones bene multas, propria manu ſculptas, notas characteriſticas, varietates demum, juſto frequentius pro ſpeciebus habitas.

COCK the manner of raiſing ordering and improving foreſt trees, Lond. 1728. 8. *

Treatiſe concerning the manner of fallovving ground raiſing of graſſ ſerds and training of Lint and Hemp., Lond. 1724. 8.

HIERONYMI LUDOLF de fabis Caffée, Erfurt. 1724. 4.

N. K. P. S. der edle ſcharboks oder fieberklee, Gorliz. 1724. 8. Plurimæ hiſtoriæ curationum ope menyanthis peractarum.

JOH. CASPARI GEMEINHART Catalogus plantarum circa Laubam naſcentium. Budiſſin. 1724. 8. Minime dives flora, cryptogamia omnino deſtituta, male aucta hortenſibus plantis.

CHRISTOPHORI CONRADI SICELLI diatr. de Belladonna. Jenæ 1724. 8. Propriam de noxia vi hujus plantæ obſervationem habet.

C. COMMELIN horti medici Amſtelodamenſis plantæ uſuales. Amſtelod. 1724. 8.

Index materiæ medicæ. Lond 1724. 4. Habet nomina plantarum.

STEPHEN SWITZERS practical fruitgardener. Lond. 1724. 8. *

R. CHAMBERS de Ribes Arabum & Ligno Rhodio. Leid. Diſp. 1724.

B. STÆHELINI ſpecimen anatomico botanicum. Baſil. 1724. 4.

JACOBI DOUGLAS Lilium Sarnienſe. Lond. 1725. fol. Duo ſunt Libelli viri eruditiſſimi, & in omnibus laboribus patientiſſimi. Primo unicam plantam fuſiſſime deſcribit, hiſtorice & botanice. Altero baccam Coffeæ bilocularem dipyrenam, cum Synonymis.

STEPH. SWITZER practical Kitchengardener. Lond. 1725. 8. *

LUD. FERN. MARSIGLI hiſtoire phyſique de la Mer. Amſtelod. 1725. fol. Splendido Opere varia quidem continentur, ſed inprimis multæ Coralliorum icones, cum ea obſervatione expanſionis floris, quæ nunc ad Polypos traducitur.

LOVIS FEUILLEE Journal d'un voyage du Sud. Pariſ. 1714. 4. *Suite du Journal*. Ibid. 1725. 4. In utroque tomo nitidiſſimas icones habet plantarum Peruvianarum, quas prope mare naſcentes reperit.

De la *FERRIERE le menage univerſel de la ville & des champs, & le jardinier au gout du temps*, Bruxell. 1725. 8. *

CHRIST. WOLF II. phænomenon ſingulare de malo pomifero abſque floribus ad rationes phyſicas revocatum, Marburgi 1727. 4. huc etiam facit.

DESCHIZAUK mémoires &c. adde: & *deſcription d'un voyage fait à Petersbourg*.

CHRISTIAN WOLFENS entdeckungen der vvahren urſache der vermehrung des getreydes. Hall.

Hall. 1725. 4. & *Erlaüterung der Entdeckung*. Lipſ. 1730. 4. Inventum eſt, augeri fecunditatem Tritici, & Cerealium, quando & raro ſeruntur, & profunde, aut nodi aliquot terræ immerguntur: ita fieri, ut tot culmi repullulent, quot nodi radices egerint. Altero Opuſculo objectiones reſolvit. Anglice verſum Opus prodiit Londini 1734. 8.

J. F. Unterſuchung der Sonnenblume (Helianthe). Ulm. 1725. 8. *

MATTHÆI HILLER Hierophyticum. Ultrajecti 1725. 4. Collectio ex herbariis & antiquariis, cum catalogo plantarum in Palæſtina naſcentium.

DESHIZAUX Mémoires pour l' hiſtoire naturelle des plantes de Ruſſie. Petrop. 1725. 8.*

FR. E. BRUKMAN de lapide violaceo. VVolfenbuttel 1725. 4. Lichene nempe pulverulento rubro, qui certæ lapidum ſpeciei copioſiſſime adhæret in ea parte, quæ ſoli obvertitur, circa Andreasberg in Hercynia, & alibi frequens.

EJUSDEM de Fungo hypoxylo digitato. 1725. 4.

J. JAC. FICK de rore marino, Jen. 1725. 4.

Hoc etiam anno lego impreſſum eſſe *BEATI FR. LANGII catalogum plantarum circa Lucernam Helvetiæ collectarum cum deſcriptione itineris in Monte Pilati*. Sed negant amici unquam impreſſum eſſe, etſi paſſim in Diariis recenſeatur & habeat *SEGUIER*. ad annum 1724.

JOH. LAWRENCE nevv Syſtem of agriculture. Lond. 1726. fol. Libris quinque deſcribit omne arborum genus, ſive ſylveſtrium, ſive hortenſium; plantas porro olitorias, & aliquas coronarias, cum cultu & utilitatibus. Multa etiam & magna non raro fragmenta aliunde collegit. In artificiis Hortulanorum diligens & multus eſt.

RICHARD BRADLEY Survey of antient husbandry. Lond. 1726. 8. Hic Auctor plurima ſcripſit de re ruſtica, ſed paulo plura ex lectis Libris & aliorum ſermonibus, quam ex proprio experimento. In hoc Opere exſcribit veteres Georgicos, ſatis nonnunquam ruditer, ita iis uſus, ut ad Angliæ ſolum ditandum adplicet omnia, properatis nonnumquam uſus conſiliis, ut in eo loco, ubi Vites jubet ſerere in nimis boreali, & humida regione.

EJUSDEM general treatiſe on husbandry and gardening. Lond. 1726. 8. T. I. Parte prima de villa inſtruenda præcepta tradit, quæ ad curam Animalium, ad ferenda Trifolia, ad fecundandum quodcunque ingratum ſoli genus, & hujuſmodi adminicula telluris pertinent. In altera parte varia compilat, de ſexu, circulatione ſucci. T. II. Arborum fructiferarum locos natales, ſpecies ex Gallia repetitas laudatiores, earum cultum tradit, & ignis in præcipitando tempore ferendi fructus efficaciam. Ananaſæ porro cultum, & Coffeæ; utilitates pulveris coriacii, thermometri uſum ad imitationem climatum docet.

JOH. MARTYN Tabula ſynoptica plantarum ad methodum Rajanam. Lond. 1726. fol. breviſſime. *

PAOLO BARTOLOMEO CLARICI iſtoria e cultura delle piante più ragguardevoli pe' l fiore. Ven. 1726. 4. Sacerdotis Opus poſthumum. Eruditionis ſatis abunde, botanicæ utilitatis minus, florum plenorum plurimum. Tournefortium vero ſequitur. In Heſperidum cultu fuſus.

COSMA TRINCI l' Agricoltura ſperimentata, che inſegna la maniera la più ſecura di piantar piante utili, &c. Lucca 1726. 8. 1736. 8. *SEG.* quod maxima pars in arborum cultu verſetur.

P. Le Breton *Obſervations ſur la plante qui porte le Caffé*. J. de *TREV*. 1726. p. 466. Cujus etiam aliæ obſervationes contra *LABATUM* in eodem Diario plurimæ habentur.

In *LUDOVICI FERDINANDI MARSILII Danubio Pannonico Myſico*, Hagæ 1726. folio max. edito, Tomus VI. continet catalogum plantarum ſpontanearum Hungariæ, pauperem & ſuſpectum, valde enim dubium videtur, Malvam v. gr. arboream provenire Budæ.

JOH. JACOBI BAJER hiſtoria horti medici Altdorfini. Altdorf. 1726. 4.

GEORGII ANDREÆ HELVING ſupplementum floræ Pruſſicæ. Gedani 1726. 4. Theologi quidem, neque tamen imperiti in artificiis ad colligendas & conſervandas ſtirpes pertinentibus. Pleræque plantæ, hic recenſitæ, varietates ſunt omnino: icones aliquas adjecit.

DAVID WIPACHER flora Lipſienſis. Lipſ. 1726. 4. Methodus Rivini, plantæ aliquæ raræ, novæ nullæ, nomina mala.

J. E. HEBENSTREIT de continuanda Rivinorum induſtria. Lipſ. 1726. 4. *RIVINI* poſthumas tabulas ſchedaſque ſcribit.

BATTY LANGLEY Pomona. London. 1727. fol. magn. In theoria ab *HALESIO* recepit, quod folia

folia attrahant ſuccum, ejuſque adſcenſum accelerent. Inde multa concludit ad methodum corrigendi luxuriam foliorum, ad amputationem, &c. Icones porro & deſcriptiones dedit optimarum ſpecierum ex omni genere arborum fructiferarum, cum foliis. Adjecta eſt *HUGONIS STRAFFORD* Diſſ. de optimis ſpeciebus pomorum ex quibus fiat Sicera, agreſtibus nempe vel ſpontaneis, vel certe ex ſeminibus natis.

JACOBI DOUGLAS deſcription and hiſtory of the Coffytree. London. 1727. fol. Eruditiſſima collectio omnium fere, quæ de Coffea ſcripta ſunt, deſcriptione partium omnium, & cultus, & hiſtoria invaleſcentis ſenſim bibendi moris, &c.

S. J. *The vvineyard in 4. parts*. Lond. 1727. 8. Vini novum proventum in Anglia & parandi modum deſcribit in P. III. *

STEPHEN HALES vegetable Statiks. London. 1727. 8. & Gallice redditæ a D. de *BUFFON*. Pariſ. 1733. 4. nuper vero Germanice. Hall. 1747. 4. Eximium Opus & unicum. Experimentis novis, repetitis, ad ſummam certitudinem evexit tranſpirationem ſtirpium: vim qua ſuccum attrahunt radices, qua idem adſcendit, qua a foliis attrahitur: directionem ſucci, alternatim adſcendentis in calore, in frigore deſcendentis per eadem vaſa: attractionem aeris. Ea occaſione aeris fixi in corporibus copiam infinitis experimentis demonſtrat: aliqua etiam de acidulis adidit.

RICHARDI BRADLEY hiſtory of ſucculent plants. London. 1717. ad 1727. Quinque ſunt Decades iconum, totidem plantarum ex genere ſucculento, cum dictione Latina valde barbara.

EJUSDEM compleat body of husbandry. London. 1727. 8. Plurima de arte emendandi ſolum, de variis generibus fimi, de ſolorum indole, de correctione paludum, ericetorum utilitate, neceſſitate mutandorum per annos ſeminum, &c.

CALEB THRELKELD ſynopſis ſtirpium Hibernicarum. Dublin. 1727. 8. Neque dives flora, neque caſta, ſcripta ab Auctore, qui vix unquam domum reliquit, ſed collatis undique ſtirpibus & manu *D. MOLYNEAUX* ſcriptis codicibus uſus eſt, rudis in generibus difficilioribus, & tamen temerarius, in definiendo de ſynonymis, in corrigendo *DILLENIO*. In appendice pulchriores & rariores exſtant ſtirpes *D. MOLYNEUX*. Nomina tamen *ficta* non invenies apud *THRELKELDUM*.

JOH. MARTYN Methodus plantarum circa Cantabrigiam naſcentium. Londin. 1727. 12. Species Rajani catalogi, diſpoſitæ in ordinem *BOERHAAVII*, characteres adjecti, nomina generum nova, aliqua inventa.

ICONUM REGIARUM hoc anno in *Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum* hiſtoria exſtat. Nihil pulchrius vel cogitari poteſt, cum a ſummis artificibus & pingantur, & ſculpantur. Sed pretium tantum eſt, ut apud privatos vix poſſint exſpectari. Inceptæ ſunt jubente *GASTONE BORBONIO* a *ROBERTO*, continuatæ a *D. JOUBERT* & *AUBRIET* (*GARIDEL* præf.)

HERMANNI BOERHAAVE hiſtoria plantarum. 1727. cum falſo titulo *Romæ*. Turpiſſimus eſt codex prælectionum *BOERHAAVIANARUM* in horto Academico habitarum, neque tamen abſque utilibus tum practicis, tum botanicis obſervationibus.

JOH. HIERONYMI ZANICHELLI de Ruſco. Venet. 1727. 8. Baccas Ruſci toſtas, & ad modum Coffeæ paratas, gratum præbere potum, & valde diureticum expertus eſt. Icones addidit.

J. de la *CROIX Connubia florum*. Pariſ. 1728. *

JEAN BOUILLET Lettre écrite au ſujet de la Rubarde. Beziers 1727. 4.

C. J. TREW. beſchreibung der groſſen Americaniſchen Aloe. Nuremberg. 1727. 4.

C. J. TREW citata aloës deſcriptio valde accurata eſt, cum iconibus characteribus in flore, ſtaminibus & fructu, & tabulis diurni incrementi.

MATTHIÆ ERNESTI BORETII de analoga plantarum & animalium anatome, Regiomont. 1727. 4.

PETRI HAMNERIN de viribus plantarum indigenarum, Upſal. 1727. 4.

MART. ANASTASII ORTH montes Franconiæ vitibus fertiliſſimi, VVurtzburg 1727. 4.

BATTY LANGLEY nevv principles of gardening adde: *or the laying out and planting parterres, groves, vvilderneſſos, labyrinths, Parks*, &c.

J. ADOLPHI JACOBÆI de ſtructura & vegetatione plantarum. Hafn. 1727. 8. *LINN.* *

M A-

MAGNI STRIDTBERG grundelig Kunſkap om Svvenska akerbruket. Stokh. 1727. 8. *SEG.**

F. E. BRUCKMAN de fructu Coſzodrevina. Brunſv. 1727. 4. Eſt Pinus humilis.

EJUSDEM de Arbore Limbovve Drevvo. ibid. Eſt Pinaſter Bellonii.

BATTY LANGLEY ſine method of improving Eſtates by plantation of oak elm, &c. Londini 1728. 8. Valde commendat ſylvas, laudat raram ſationem, quæ tranſpirationem expediat, experimenta aliqua ſua adducit, modum meliorem metiendorum lignorum docet. *EJUSDEM nevv principles of gardening*. Londini 1728. 4. *SEG.*

JOH. MARTYN hiſtoria plantarum rariorum. Lond. 1728. fol. Hujus ſplendidi Operis Decades quinque, niſi fallor, prodierunt, vivis expreſſæ coloribus, exoticæ pleræque.

R. BRADLEY Dictionarium Botanicum. Lond. 1728. 8.

JOHAN. DIETRICI LEOPOLD deliciæ ſylveſtres floræ Ulmenſis. Ulm. 1728. 8. Plantæ multæ, abſque tamen cryptogamia, aliquæ etiam raræ, ordo alphabeticus, obſervatio nulla.

JOHANNIS LINDER flora Wikſtergenſis. Stókholm 1728. 8. Ingenioſus cæterum Medicus, ſed Botanices pene ignarus. Nomina perverſa, ſpecies falſæ, varietates infinitæ.

JOHAN. GEORG. HENRICI KRAMER tentamen Botanicum, ſive *methodus Tournefortio-Riviniana*. Dreſdæ 1728. 8. auctius recuſum 1733. & fol. 1744. Viennæ. Plantas in tabulas diſponere conatur, a ſitu florum deſumſit methodum, quæ omnia genera, etiam maxime naturalia, lacerat, & a minima varietate loci cultuſve mutat. Præfationem addidit valde iracundam, & vitium varietates, vinaque Auſtriaca deſcripſit. An credibile quemquam ab uſu *ſplit* rejuvenaſcere? An vere *CÆSALPINUS* an. 1603. natus eſt, qui anno 1583. de plantis ſcripſit? An datur Aſtrantia aliqua luteo flore? & quæ alia hujuſmodi.

FRANCISCI BALTHASARIS de *LINDERN Tournefortius Alſaticus*. Argentor. 1728. 8. qui auctior titulo *horti Alſatici* prodiit 1747. 8. In beata regione plantas multas, elegantes, aliquas etiam novas, ex aquaticarum genere, detexit, & in priori editione delineavit, in altera alias adjecit icones, quarum vim collegit immenſam. Hæc etiam in eo melior eſt, quod loca natalia adjecta habeat.

JOH. CHRISTIANI BUXBAUM plantarum minus cognitarum Centuria V. Editæ ſunt Petropoli ab an. 1728. ad 1740. Plantas deſcripſit itineris Thracici, Bithynici, Armeniaci, tum Muſcos, fungoſque Europæos. Deſcriptiones breviſſimæ, icones minimarum non bonæ.

Ab eo anno etiam inceperunt edi *ACTA PETROPOLITANA*, quorum nuper *decimus* Tomus prodiit, cum primus an. 1728. impreſſus ſit. In iis multa Botanica, & novarum plantarum deſcriptiones, a *BUXBAUMIO* primum, deinde ab *AMMANNO* ſuppeditatæ. Aliqua etiam ad Fungos habet *BUXBAUMIUS*.

CASPARI BOSE de motu plantarum ſenſus æmulo. Lipſ. 1728. 4.

CHRISTOPH DANIEL METZGER de coralliis, Regiomont. 1728. 4.

GIOV. BATTISTA FELICI Parere intorno all' uſo della cioccolata, Firenze 1728. 4. Contra uſum Chocolatæ ut nimis calidæ viſcidæ & indigeſtæ.

LAUR. SERAFINI (anonymi) *lettera in cui ſi eſamina le ragioni addotte da G. BATT. FELICI nel ſuo parere ſopra la cioccolata*, Firenze 1728. 4.

F. C. C. S. J. *altro parere intorno alla natara ed all' uſo della cioccolata*, Firenze 1728. 4.

GIUSEPPE AVANZINI lezione accademica in lode della cioccolata, Firenza 1728. 4. Omnis contra Felicem, & pro innocentia chocolatæ.

In Bibliotheca Italica, quæ circa hæc tempora edita eſt, in T. XI. p. 192. *GARCINUS* ſcripſit contra *D. PINGRE'* novum ſyſtema Botanices adfectantem, & mediocriter Botanices peritum.

PETRI ANTONII MICHELII nova plantarum genera. Florent. 1729. 4. Olitoris equidem & illiterati hominis Opus, & pauperis (*COCCHII Opuſc. ſcientif.* vol. 19. qui calamum ſuum commodavit), cujuſque alter tomus intercidit, (de quo vide *TARGIONII* promiſſa in *Comm. Lit. Nor.* 1739. *hebd. I.*) marinas plantas & itinera Botanica conprehenſurus, immenſa vis habetur Lichenum, & Fungorum, & tota cryptogamia (exceptis Muſcis) ex fundamentis ſubruta in nova genera diſpoſita eſt, adhibito microſcopio, quo ſeminalem fabricam detegeret. Alia etiam paſſim genera ad *TOURNEFORTIANUM* pinacem complendum adjecta ſunt. Varietates pro ſpeciebus paulo liberalius adhibuit. Aliqua ad vitam *MICHELII* pertinentia habet *SCIPIO MAFFEI* in Diarii ſui quod Veronæ prodit T. III. tum de hortis medicis Europæ quædam.

J. H.

J. H. SPREKELSEN Yucca Draconis folio. Hamburg 1729. fol. Unica pagina cum icone, quæ recuſa eſt cum *DILLENII H. E.*

Der neu angekommene Holländiſche gärtner. Nuremberg. 1729. 12. Prima parte florum bulboſorum, altera arborum cultus deſcribitur, vere, ut videtur, & perite.

JOH. MARTYN firſt lecture ef a courſe of botany being an introduction to the reſt, Lond. 1729. 8. Breves definitiones partium plantarum cum iconibus Tournefortianis.

R. BRADLEY explanation of the richeſt of a hopgarden. Lond. 1729. 8. *

EJUSDEM true account of the Aloe Americana vvhich is in bloſſom in Covvels garden. Londini 1729. 8. *

JOH. MARTYN lectio botanica prima. Lond. 1729. 8. cum ic. *LINN.*

JOH. COLBATCH of miſſpeltæ. Londinenſis editio mea anni numerum additum nullum habet. Pariſiis hoc hanno in 12. forma prodiit Laudes Viſci ad Epilepſiam & ad morbos convulſivos extollit.

J. COLBATCH nunc lego Londini prodiiſſe 1729. 8.

A. V. ROYEN oratio qua commendatur ars botanica, Leid. 1729. 4.

V. LEAULTE Ergo SAGOU phtiſicis prodeſt, Pariſ. 1729. 4. An idem *P. J. MALOUIN an ſagou phtiſicis prodeſt*, ibid. 1734. 4.

PHILIP. MILLER catalogus plantarum officinalium &c. plantæ ſunt 518. earumque multæ exoticæ, cum uno cognomine *C. BAUHINI* aut ſimili aliquo, enumeratæ.

PH. MILLER Catalogus plantarum officinalium horti Chelſeyani. Lond. 1730. 8.

THOMÆ SHORT of Tea. Lond. 1730. 4. Ac. *ER*. Laudat Theam, floris petala ſex facit, Japonenſem inprimis deſcribit. *

SAMUEL DALE poſt hiſtory änd antiquities of Harvvich and Dovercourt. Lond. 1730. 4. Continet plantarum ſponte in ea vicinia naſcentium catalogum. Pleræque marinæ ſunt, neque numerus magnus eſt.

JOH. HIER. ZANICHELLI Opera poſthuma. Venet. 1730. 4. Quinque ſunt itinera Auctoris, unum in Iſtriam, alterum in Montem Caballum Bellunenſium, tertium in Vettarum Montes, quartum in Montem Baldum, quintum in Summanum. Pulchræ plantæ ubique, & aliquæ, ut videtur, novæ, ſed abſque obſervationibus.

EJUSDEM Iſtoria delle piante de' lidi Veneti accreſciuta dal figliuolo GIANJACOBO. Venet. 1735. fol. Obierat Auctor an. 1729. Hic in præfatione enumeratio florum habetur, deinde deſcriptiones ſtirpium paucarum, quæ, cum viribus, ſæpe ex *TOURNEFORTII* Catalogo Plantarum circa Pariſios naſcentium deſumuntur, icones 311. non optimæ. Novi vix quidquam adeſt, neque ſtirpium numerus, quæ in beata regione exſpectares.

EJUSDEM de Hippocaſtano. Venet. 1733. 4. Edidit poſthumum Libellum filius *JOH. JACOBUS*. Experimenta exhibet, per quæ conſtitit, eaſdem fere in Hippocaſtano vires eſſe, quæ ſunt in Cortice Peruviano, & ad febres æque valere.

JOSEPHUS LANZONUS an. 1730. exſtinctus, *de venenis* Librum poſthumum reliquit, compilatitium.

JOSEPH SEKER lettera ſopra le bevande del Caffè Europeo, &c. Veron. 1730. 12. Commendat ſuccedanea quædam Coffeæ ex Secali toſto, Theæ vero loco folia Roſæ caninæ. *

JUL. PONTEDERA in *Diario Veneto Albrizziano* hujus anni egregia varia botanici argumenti habet. *

H. TEICHMEYER de caapeba ſ. pareira brava, Jen. 1730. 4.

In *COMMENTARIIs AC. BONON.*, quæ hoc anno inceperunt prodire, multa huc faciunt, de gummi populi, vite Caroliniana, convolvulis, florum pulchritudine ſervanda. *POZZI* de malo Punico, & opere fecundationis, de florum in coralliis abſentia &c.

CASP. NEUMANN de opio, caryophyllis aromaticis, Berolin. 1730. 4.

CHRISTIANI HENRICI ERNDTEL Varſavia phyſice illuſtrata; acceſſit Viridarium. Dreſd. 1730. 4. Stirpes paucæ: fungi ex *M. HOFMANNO* exſcripti; & pro VVarſavienſibus venditati.

THOMÆ COWELL curious and profitable gardener. Lond. 1730. 8. Cultus in varia tellure: cultus Bananæ, Ananaſæ, Guajavæ, breviter & ſimpliciter: commendatio ſationis ſtirpium bulboſarum ut novæ obtineantur ſpecies (aut potius varietates), obſervationes de arboribus pomiferis: Aloes Americanæ hiſtoria, & Cerei ſexangularis. Olitoria deſcriptio Oxyacanthæ biflore. Simplex homo, & candidus.

THEO-

THEODORI KLEIN an Tithymaloides. Gedan. 1730. 4. Plantam ſucculentam, adfinem Cacaliæ, egregie deſcribit & pingit, quæ nunc *KLEINIA* vocatur.

LAURENTII HEISTER Catalogus plantarum horti Academiæ Juliæ, annis 1730. 1731. 1732. 1733. editus. Horti cultiſſimi dives catalogus: genera ſubjecta nova, eo fere conſilio, ut minuantur nimis ampla genera.

Grundvahl till Plante kaenningen of Elvebemes. Upſal. 1730. forma minima. Sunt claſſium Tournefortianarum in ligno ſculptæ icones.

L. HEISTER de medicamentis Germaniæ indigenis. Helmſt. 1730. 4. Diſp. Reſ. *HENGSTMANNO*. Gallice verſa eſt & edita Pariſiis.

JETHRO TULL nevv horſe hoeing husbandry or an eſſay on the principles of tillage and vegetation, Lond. 1731. 4. & *EJ. ſupplement to the eſſay on the horſe hoing husbandry*, ibid. 1734. f. Gallice verſa cum titulo *traité de la culture des terres ſuivant les principes de M. TULL par M. du HAMEL du MONCEAU*, Paris 1750 12. Princeps inventum *TULLII* eſt, agrum non totum ſerere, ſed relictis ſatis latis faſciis alterne incultis, in quas poſſint ſe radices cerealium dimittere. Porro arationem frequentem idem quod fimus credit præſtare, ut nempe terra laxetur & rareſcat. Varia intercurrunt contra circulationem ſucci nutritii, contra vim radicum, quæ ſibi aptum ſuccum ſolum de terra trahunt, contra opinionem, cuilibet herbæ diverſum ſuccum convenire, pro uſu ciſtæ ſeminatoriæ &c. *IDEM* de cannabe egit in l. *de la fabrique des manœuvres pour les vaiſſeaux*.

MARCI CATESBY natural hiſtory of Carolina. Lond. fol. 1731. Cœpit edi an. 1731. inde ſenſim prodiit magnificum Opus, cui nuper an. 1748. viginti tabularum appendix acceſſit. Mihi in duobus tomis an. 1731. & 1743. editis ſunt ducentæ tabulæ animalium Carolinæ, quarum quælibet, paucis exceptis, adjunctam habet imaginem plantæ alicujus in ea regione natæ, quam Auctor ſua depinxit manu, in duobus quæ eo ſuſcepit itineribus. Etſi artificium Sculptoris omnino deſit, magnæ tamen & fideles ſunt icones plantarum parum notarum, quarum maximus in arte medica uſus eſt, uti v. gr. Caſcarillæ, Elemiferæ, Serpentariæ Virginianæ, Saſſafras, Myrti ceriferæ, Corticis VVinterani, Ligni rubri & Braſilitto, Campechiani, Mahogony, Pattatas veræ, Liquidambar, Mancanillæ, &c. Colores in pictis exemplaribus viridiſſimi. In charactere ſæpe deficit. Ad finem ſubjicitur hiſtoria naturalis aeris, aquarum & locorum.

PAULI HERMANNI Cynoſura materiæ medicæ ab *HENNINGERO* an. 1710. edita, & ab *EDUARDO STROTHER* Anglice verſa, 1727. 8., diffuſius explanata a *JOH. BOECLERO* cum *Continuatione I. & II.* Primum volumen an. 1728. tertium an. 1731. prodiit Argentinæ 4. Codex Materiæ medicæ vitioſus ſatis, neque pro fama tanti viri, exceptus eſt ab aliquo diſcipulorum. Eum in immenſum auxit *BOECLERUS*, deſcriptionibus, characteribus, virium collectionibus, adjectis etiam iis ſimplicibus medicamentis, quæ raro & nunquam in medicina adhibentur.

STEPHANI HENRICI GEOFFROY Materia medica. Pariſ. 1741. 3. vol. 8. *ANTONIUS* de *JUSSIEU*, Auctoris an. 1731. exſtincti, codicem conſervavit, adjecit ad exotica varia ex recentiſſimis itineribus, & documentis: periit tamen pars dimidia ſtirpium indigenarum, & omne animale regnum. Ad ſingulas ſtirpes analyſes habentur ex Academiæ Scientiarum theſauris excerptæ, & in exoticis multa, quæ apud alios deficiunt.

S. SWITZER diſſ. on the Cytiſus of the antients. Lond. 1731. 8.*

GIO. BAT. CIVININI Storia del Caffé. Turin. 1731. 4. cum icone florentis plantæ.

J. J. SCHEUCHZER hoc anno conſilium ſuum edendi hiſtoriam ſtirpium Helvetiæ publicavit in *Phil. Trans.* n. 421. Sed morte interruptus nihil edidit, præter icones varias ſtirpium exoticarum Operi Biblico inſertarum.

JOH. PHILIPPI BREYNII hiſtoria Cocci radicum. Gedan. 1731. 4. Continet hiſtoriam inſecti, quod radicibus Knavel perennis innaſcitur.

J. CHRISTOPH. LISCHWITZ de virgis aureis genuinis & ſpuriis, Lipſ. 1731. 4. *de plantis anthelminticis*, Kiel. 1742. 4.

MELCHIOR SCHERB de loco & ſitu plantarum, Baſil. 1731. 4.

P. MILLER Gardeners Kalendar prodiit etiam Lond. 1748. 8. Dublini vero 1735. 8. Nunc vero a *CL. BUTTNERO* Germanice Gotting. 1751. 8. recuſum eſt.

Hoc anno incepit *COMMERCIUM LITTERARIUM PHYSICO-TECHNICO-MEDICUM*, quod

quod præſidente Operi *C. J. TREWIO* quindecim annis continuatum eſt. Egregia in eo botanica exſtant, Aloes flores, aliarumque bulboſarum, Muſæ, Epipactidis, de nova etiam methodo cogitatio, a calyce deſumta ſimplici, duplici, triplici, deinde perianthio, &c.

OL. CELSII flora Upſalienſis. A. SUEC. 1732.

OL. RUDBEK f. *ſceptrum Carolinum*. Upſal. 1731. 4. Diſp.

B. STÆHELIN ſpecimen anatomico-botanicum. Baſil. 1731. 4.

AIGNAN an Ananas alimentum medicamentoſum. Pariſ. 1731. Diſp.

J. E. HEBENSTREIT definitiones plantarum. Lipſ. 1731. 4. Diſp.

J. E. HEBENSTREIT diſputatio citata *RIVINIANAM* continet methodum.

J. *FRID. SCHREIBER frutex ad verum ſuum genus redactus. ACT. ERUD.* 1731. Kleiniæ deſcriptio.

J. *JAC. DILLENII hortus Elthamenſis JACOBI SHERARD*. Londini 1732. fol. maj. Deſcriptiones per omnes partes & anni ætates perfectæ ſtirpium 437. cum totidem figuris, propria Auctoris manu pictis & ſculptis, ſynonymorum pleniſſima collectione, dijudicatione. Pleræque hæ ſtirpes Indicæ fuerunt: multæ novæ Americanæ. Acerrime, & ſubtilius quam quiſquam alius minimas ſpecierum differentias pervidit.

P. MILLER Gardeners Kalendar Lond. 1732. 8. 1734. 8. Opera ruſtica cujuſque menſis pro hortulanis recenſet.

JULII *BERNHARD* von *ROHR geſchichte der Baüme in Teutſchland*. Lipſ. 1732. fol. Prodiit cum *CARLOWIZII* nova editione. Non ſatis & ipſe Botanicus fuit *ROHRIUS*, qui eas plantas, de quibus agit, neque nominare noverit, neque ita deſcribere, ut adgnoſcas. Utilitates œconomicas inprimis perſequitur.

JOH. *BOECLER de fœniculo*, Argent. 1732. 4. *de neglecto uſu vegetabilium circa Argentinam naſcentium* 1732. *de chocolata Indor.* 1736. *de coriandro* 1739.

In *VALISNERIANIS* operibus, quorum collectio Ven. 1732. fol. prodiit, huc pertinent varia: hiſtoria muſcæ roſiferæ & adeo conſervæ Roſarum *DILL.* de gallis: plantis Indicis: Kermes: Lenticulæ arcan: ſemine: pino *VALISNERIANA*, *MASSONNEAU* de caſcarilla, quæ ſit verus cortex febrifugus, *DIACINTO CESTONI* de ſarſapariglia, &c.

JOH. *GER. WAGNER arboreti ſacri ſpecimen ſiſtens Laurum*. Helmſt. 1732. 8. *A. ER.* *

AUG. FRID. COELER de Uſnea, ſive *Muſco cranii humani*. Leid. 1732. Diſp. Plantam ſuam non ſatis definit.

LAUR. HEISTER de foliorum utilitate in conſtituendis generibus. Helmſt. 1732. 4. Diſp.

B. FELDMAN comparatio plantarum & animalium. Leid. 1732. 4. Diſp.

A. van. *ROYEN de plantarum amoribus carmen*. Leid. 1732. 4.

De la *BAISSE ſur la circulation de la ſeve des plantes*. Bourdeaux. 1732. 12. Inter omnes in hoc Diario repoſitas Diſſertationes excellit. Plantarum vim ſorbtricem, ſucci nutritii per vaſa lignoſa iter, in medullam, reditum probabilem ſucci lactei, & nutritii, denique per experimenta adſtruxit.

JOH. *PHIL. BURGGRAV Lexicon Medicum*. Tom. I. A. B. Francof. 1733. fol. Plantarum deſcriptiones ex J. *BAUHINO* cum copioſo virium catalogo habet.

JAMES ALLEYNE Englich diſpenſatory in 4' parts. Londin. 1733. 8. Brevem catalogum continet ſtirpium medicatarum methodo *BOERHAAVIANA*, abſque ſolita encomiorum farragine.

A treatiſe Shevving the nature and method of planting manuring and dieting of a vinegard by a Gentleman. Lond. 1733. 8. *

FRIDERICI RUYSCHII præparationes ſelectorum fructuum & foliorum, cryptarum in plantis aliaque hujuſmodi huc pertinent.

F. E. BRUKMAN ſendſchreiben an D. J. HIERONYMUM KNIPHOF. VVolfenbuttel 1733. 4. & *KNIPHOFII antvvort auf H. BRUKMANS ſchreiben*. Erfort. 1733. 4. Agitur de arte plantas imprimendi, ad ipſa viva ſpecimina, cujuſmodi collectionem *KNIPHOFIUS* edidit cum nomine *lebendiges officinal Kraüterbuch*. Erfort. 1733. fol. Sed levia folia, & character a fuligine vix exprimuntur. De eadem arte anno 1730. in *BUCANERI miſcellaneis* p. 1346. uterque egit. Vide etiam 1729. p. 179.

LEONH. DAV. HERMANN gedanken über F. E. BRUKMANN Ocymaſtrum, Maſſel 1733. fol.

OL.

OL. RUDBEK tr. om. Dudaim, Upſal. 1733. eſſe rubum *hallon*.

HERMANN PAUL JUCH de genuino amygdalarum uſu medico, Erfurt. 1733. 4. *de coronopo ſaluberrimo cœliacorum acetario* 1739. *de ebulo* 1145. 4. *de analyſi rhabarbari* 1745. 4.

J. RUD. TIDEMANN hiſtoria ſambuci vulgaris, Groning. 1733. 4.

The flovver garden diſplayed in above 400. *repreſ.* &c. lego etiam anno 1732. 4. prodiiſſe *HARL.*

GEORGII CIVININI della Storia degli Agrumi. Florent. 1734. 4. Diligenter & eleganter in eo Opere verſatus eſt brevi tamen omnino.

GEORGIUS CIVININI l. cit. oſtendere vult, citrea noſtra malum medicum eſſe, & paulo ante *ALEXANDRI* tempora in Græcia innotuiſſe; mala vero aurea Africana eſſe aurantia.

EICHROHTII & *THRANII horti Carolirubenſis Catalogus* 1733. 8. nuper cura *CL. RISLERI* Loeraci recuſus 1747. 8. Ex pulcherrimis Germaniæ hortis, Africanis a *THRANIO* relatis ſpoliis dives, ſed multum continet varietatum.

LEONHARD DAVID HERMANNS gedanken uber F. E. BRUKMANN Ocymaſticon flore viridi. Maſſd. 1733. quod in folio cum icone ediderat *CL. BRUKMANN*. *

AMBROSII ZEIGER vernünftige Einleitung zur Oeconomie. Eisleben. 1733. 4. Multa ad agriculturam ſed nimiæ laudes muriæ nitroſæ. *

KORONZAI de erroribus ex ignorantia Botanices ortis. Hall. 1733. 4. Diſp.

C. BOSE de Calice Tourneſortiano. Lipſ. 1733. 4. Diſp.

D. PLAZ hiſtoria Radicum. Lipſ. 1733. 4. Diſp.

ALBERTI SEBA Theſaurus rerum naturalium. Amſtelod. 1734. 1735. fol. max. Paſſim intercurrunt icones plantarum Indicarum, ſed rudiores.

HENR. CANNEGIETER de herba Britannica in Procopio memorata cum notis ad MUNTINGII de eadem I. Hag. 1734. 4. *SEG.* *

The flovver garden diſplayed in above 400. *repræſentations of flovvers vvith the hiſtory of the plant*. London. 1734. 4. Icones rudes, in magna muſcaria & eropæa congeſtæ. Deſcriptiones breves, aliqua tamen ad cognoſcendas non inutilia plantas, quas hoc ſæculo vulgo amant. Adjecta eſt ars aquæ ope media hyeme hortos floridos educandi.

The Practical husbandman and planter monthly continued by a Society of husbandmen and farmers. London. 1733. 1734. 8. Apud hortulanum *STEPHANUM Svvitzerum* veniit Opus non optimum. Ridicula eruditionis oſtentatio in mediis erroribus. Mayz pro re nova. Spergula pro Eſparſette (Onobrychide) habita. Generatio ſpontanea defenſa. Continentur tamen aliqua utilia, ut *LAWSONI Catalogus ſtirpium nova Angliæ*, de Croci cultu conſilia, & Rubiæ, & Glycyrrhizæ, & Trifolii, & Glaſti, *&c.*

JOH. JULII HECKER Einleitung in die Botanic. Hall. 1734. 8. Methodus Riviniana in tabulis propoſita. Catalogus ſtirpium medicatarum.

Icon Muſæ ſive *Piſang quæ in horto Caſparis Boſii floruit*. *ACT. ERUD.* 1734.

JOH. HIER. KNIPHOF Botanica in originali. Erfort. 1734. 1736. Trecentæ ſunt imagines ſtirpium artificioſe ad ipſas ſiccas plantas nigro colore expreſſæ quas ſupra jam citavi.

C. REICHART lebendiges kraüterbuch, Erfurt. 1734. fol. Nunquam ſatis plene prodiit & multa a bibliopola recuſa fuerunt in *kern auſerleſener vviſſenſchaften* Libro, qui prodiit Erf. 1745. 8. 2. v.

J. *BAPT. KARCHER de anetho*, Argent. 1734. 4.

S. SWITZER compendious method for the raiſing of the Italian Broccoli, Spaniſh Cardon, Celeria Finocchi and other foreign *kitchen vegetables*, Lond. 1735. 8. Semina vendebat auctor, hinc plurima ex aliena fide laudat. De cytiſo (Marantæ) fuſe differit, quem pro optimo pabulo jumentorum ſeri ſuadet, abſque certo experimento.

CHRISTIAN ERNST KUNHOLD dem tractate HEN. ZIEGERS entgegengeſezte œconomia experimentalis, Erfurt. 1735. 4.

WOLFG. ADOLPH SCHROENII ſyntagma de rebus ruſticis, Erfurt. 1735. 8. Collectio ex veteribus.

BURCH. DAV. MAUCHART de butyro cacao, Tubing. 1735. 4.

AUGUSTINI FRIDERICI WALTHER deſignatio plantarum horti ſui (qui nunc eſt *LUDWIGIANUS*) Lipſ. 1735. 8. Ditiſſimus hortus: nomina ſæpe paulum detorta; icones mediocres: obſervationes vix ullæ.

CAROLI LINNÆI hiſtoria naturæ. Leidæ 1735. fol. Holmiæ 1740. 8. Pariſiis 1740. 8. & alibi. Hoc primum Opere innotuit celeberrimus Auctor, qui fortiſſimo conſilio Botanicen funditus eruere, & ordinare de integro ſibi ſumſit. Hoc Opere totam naturam in nova genera novaſque claſſes redegit, in animalibus & mineralibus idem, quod in plantis, ſecutus conſilium. Nova ab eo tempore epocha in Botanicis numerari poteſt in qua auctoritas traducta ad ſtamina tubaſque, & varietates undique proſcriptæ ſunt, & ad novas leges nova nomina excogitata, proſcriptis iis, quæ regnaverant, *TOURNEFORTIANIS*.

Eodem anno, ut priori 1732. in Upſalienſibus Actis itineris ſui Laponici plantas nominibus deſignavit.

Catalogue des arbres & arbriſſeaux qui peuvent ſe cultiver en pleine terre. Pariſiis 1735. 8. *

J. H. SCHULZE de perſicaria acida Jungermanni. Hall. 1735. 4. Diſp.

JOH. GEORGII SIEGEBECK de Majanthema. Petropoli 1736. 8. Libellus.

EJUSDEM Primitiæ floræ Petropolitanæ. Rigæ 1736. 4. Genera naturalia in ſubalternas familias diſpoſuit, hinc nova nomina paſſim excogitavit; ſtirpes aliquas novas in Siberia lectas primus recenſuit.

CAROLI LINNÆI Muſa Cliffortiana. Leid. 1736. 4. Muſa nitidiſſime ſculpta: conſtituta claſſe *Spathacearum* ſive Palmarum, ea ſolo habitu naturali.

EJUSDEM Bibliotheca Botanica & fundamenta Botanica aphoriſtica. Amſtelod. 1736. 8. prodierunt. Illius ingenioſe quidem, ſed paulo minori cum otio ſcriptæ, defectus promittit corrigendos Auctor in A. E. Lipſienſibus *April.* 1736.

Hoc anno, niſi fallor, cœpit ſcribere non minimus in agricultura practica Auctor *WILLIAM ELLIS*, variis Operibus clarus. Ejus *modern husbandman or the practice of farming* continet duodecim Libellos pro ſingulis in anno menſibus, quibus partim eorum menſium Opera, ſed multa tamen alia continentur, quibus nihil cum his menſibus commune eſt, nova nempe præſidia in agri, hortique cultura. Deinde ejus *Agriculture improved* etiam an. 1736. cœpit iterum ſecundum menſes edi, & Majo, Junio, Julio, Auguſto reſpondet. Porro pro quinto tomo ad *Modern husbandman* acceſſit *the Timber tree improved in two parts.* Lond. 1742. & 1747. 8. quibus cultum ſylvarum ad materiem docet: & aliud denique volumen *containing chittern and vale farming explainedd.* Londini recuſum 1747. 8. quo cultus agri quibuſdam provinciis peculiaris deſcribitur. Expertus ubique colonus, omnia ruminans; quibus majori compendio ditior ex agro proventus poſſit obtineri. Paulum tamen mihi in ſuis inventis confidenter videtur, & nonnullis non ſatis firmis nimis tribuere, exemplo formularum, quas ad iſtum locum impenſe laudat, & ob nomina unice popularia ſæpe vix poteſt intelligi.

RICHARD BRADLEY the country Gentlemens and farmers monthly director. Lond. 1736. 8. Sexta editio eſt, ſed prima deſtituor. Non inelegans certe Libellus, de avium educatione, & apum, & iſatidis cultu: ita ut ſis memor omnia ad cælum Anglicum pertinere, quo video, fœna præcocius, frumenta tardius, quam in Helvetia maturari.

EJUSDEM Auctoris, valde polygraphi, poſthumum codicem ſub nomine, *Courſe of Botanical lectures explaining the principles of vegetation.* Cum iconibus poſſidet *ILLIS* de *BERGER*.

C. de AQUINO nomenclator agriculturæ, Rom. 1736. 4.

JOHANNIS WILHELMI WEINMANN Phytanthozaiconographia cœpit edi hoc anno, & quarto cum tomo finiit an. 1745. Ratisbonæ. Continentur eo Opere 1025. Tabulæ iconum vivis coloribus pictarum. Vitia hujus Operis non mei eſt detegere, qui ſim præfatus. In Belgicam linguam redditum cœpit edi an. 1736. Amſtelodami; an abſolutum ſit, non ſatis novi.

JULII BERNARD von *ROHR vom Nuzen und der bennenung der Gewächſe.* Coburg. 1736. 8. Habet aliqua vulgaria de uſu œconomico, tinctorio, medico, plantarum: deinde ſua mirifica de mutandis nominibus conſilia, quæ jubet a radice, foliis, &c. perinde ſumi & folia ipſis præfert floribus, ut etiam eas plantas jubeat ſeparari, quæ flore, & fructu conſentiunt, dummodo foliis diſcrepent.

In *P. DU HALDE* deſcriptione Chinæ, herbarium Chinenſe *Chin Nong* continetur, & citantur alia ut *ſong ſeu ſong*, plantæ etiam aliquæ deſcribuntur.

JAC. FRANC. VANDERMANDE & de *SAINT VAST*. *Ergo infirmis a morbo viribus reparandis Ginſing*, Pariſ. 1736. 4.

In

In *Spectacle de la Nature* etiam ſtirpes pluſculæ eleganter pictæ exſtant.

GOTTFRID HENRICH BURGHARG Reiſe auf den Zotenberg. Breslau 1736. 8. Catalogum ſtirpium ſatis egenum continet, lectarum in eo monte.

ALB. HALLER de methodico ſtudio Botanices. Gotting. 1736. 4. Occaſione data explicata eſt familia Gentiarum: poſita fundamenta Diploſtemonum, Mejoſtemonum, *&c.*

LUDWIG de vegetatione plantarum marinarum. Lipſ. 1736. 4. Diſp. cum icone.

PLAZ hiſtoria Seminum, Lipſ. 1736. 4. Diſp.

J. JACOB KIRSTEN de ſtyrace, Altdorf. 1736. 4. *de areca Indorum* 1739. 4.

CAROLI LINNÆI hortus Cliffortianus. Amſtelod. 1737. fol. ſplendido Opere continentur ſtirpes & floridi, & ficci horti *GEORGII CLIFFORT*. Species plantarum ad genera Linnæana ductæ methodum declarant, & aliquæ in rarioribus obſervationes intercedunt.

EJUSDEM Genera plantarum earumque characteres naturales. Leid. 1737. 8. cum *Corollario* auctius recuſa an. 1742. Characteres ſunt naturales generum omnium, in quæ plantas hactenus cognitas diſpoſuit *LINNÆUS*. Perinde vero omni methodo inſerviunt, cum nulla pars fructificationis prætermittatur.

EJUSDEM flora Laponica. Amſtelod. 1737. 8. In eam regionem itinere facto an. 1732. collegit ibi ſtirpes 536. paucas quidem, ſed raras & novas pluſculas, vireſque œconomicas & medicas diligenter adſperſit.

EJUSDEM critica Botanica. Leid. 1737. 8. Acutiſſimus Auctor proponit hic rationes; quare nomina & in generibus & in ſpeciebus mutare neceſſe ſit.

GEORGII SIEGESBECK de tetragono Hippocratis. Petropoli 1737. 5. Habet pro Larice.

EJUSDEM botanoſophiæ verioris ſciagraphia. ibid. eodem anno. In prima parte *RIVINI* methodum contra *DILLENIUM* tuetur. In altera *LINNÆUM* accuſat. Idem an. 1729. in *BUCHNERI* miſcellaneis aliqua contra methodos dijudicandi vires attulerat, & an. 1730. p. 1330. de ſexu plantarum. Flora vero Seehuſana, quam promittit *BRESL. SAML.* 1726. in Mart. ea quidem non prodiit.

PHILIP. MILLER Gardeners Dictionary. Lond. 1737. fol. & 1742. fol. Belgice 1746. fol. ſecunda eſt editio. Habet cultum ſtirpium, maxime vero Vineæ, ſpecies Boerhaavianas cum multis varietatibus.

P. MILLER gardeners dictionary prius prodiit Lond. 1731. fol. Idem liber Norimbergæ Germanice editur, verſus a *CL. GEORGIO LEONHARTOHUTH*. Primus tomus prodiit 1750. fol.

J. BLACKSTONE faſciculus plantarum circa Harefield ſponte naſcentium, Lond. 1737. 12. II.

JACOB BERLU Treaſure of Drugs unlokd. Lond. 1737. 12. eſt altera editio. *

DE MONTVILLE in Diario Trivultienſi. 1737. p. 827. conſilia ſua aperuit de modo præparandi ad uſum fructus Cacao, quem optimum ait naſci in Cayenna.

J. FRANC. LE FEVRE de natura, uſu & abuſu Caffea, Thea, Chocolata. Veſuntione 1737. 4. Practice.

D. BAZIN Obſervations ſur les Plantes & ſur leur analogie avec les Inſectes. Strasburg. 1737. 8. Radicum directionem unice refert ad attractionem humidi, & experimenta ſua in eam ſententiam profert: incrementum vero plantarum ab aeris in conicis tracheis compreſſi elatere.

JOHANNIS BURMANNI Theſaurus Ceylanicus. Amſtelod. 1737. 4. Splendidum Opus natum eſt ex herbariis vivis variis ab *HERMANNO* & *HARTOGIO* Amſtelodamum miſſis. Plurimæ novæ & rariſſimæ ſtirpes hic deſcribuntur, depinguntur, & ſynonymis illuſtrantur.

CAR. FRANC. EICHROHT de tertianaria herba, Baſil. 1737. 4.

BALTHASAR EHRHARD Zugabe zu Lonicers Kräuterbuch. Ulm. 1737. fol. Practicas & œconomicas plantarum utilitates continet.

CHRISTIANI GOTTLIEB LUDWIG definitiones plantarum. Lipſiæ 1737. 8. Sed multo auctius editæ 1747. ibid. Genera ſunt plantarum, per characteres definita, tum Linnæanos, tum naturales, & diſpoſita in ordinem partim *RIVINI*, partim *LINNÆI*.

JOH. GOTTLIEB GLEDITSCH Catalogus plantarum quæ in horto D. de ZIETEN, tum in vicinis locis ſponte naſcuntur. Lip. 1737. 8. Ingens enumeratio, in qua multæ etiam varietates, & quam breviſſima nomina.

PAULI HENRICI MOEHRING prima linea horti privati. Oldenburg. 1737. 8. Rariores etiam paluſtres & ſeptentrionales aliquas recenſet, & nonnulla nova genera proponit.

D. WOYT Gazophylacium. Konigsberg 1737. 4. In hoc materiæ medicæ compendio etiam plantæ officinales cum ſuis viribus recenſentur.

C. G. LUDWIG de ſexu plantarum. Lipſ. 1737. 4. Progr.

A. HALLER de Veronicis Alpinis ſpecimen I. II. & de pedicularibus. Gotting. 1737. 4. Specimina ſunt enumerationis ſtirpium.

HENRICI SENKENBERG de Lilio convallium. Gotting. 1737. 4. Vires antifebriles & antilepticas baccarum laudat, varietates in flore recenſet.

A. VATER de Laurocera ſo. VVitemb. 1737. 4. Diſp.

THOMÆ SHAW travels to Barbary, &c. Oxon. 1738. fol. & *Supplementum* 1746. fol. Inſignem numerum ſtirpium in Africa maritima legit, quarum & nomina addidit *DILLENIUS*. Icones aliquæ adjectæ ſunt. Is etiam catalogus ſeorſim prodiit Oxon. 1738. fol.

C. DEERING Catalogue of plants naturally grovving in England more ſpecialy about Nottingham. Nottingham 1738. 8. Adjutus ab Amicis, plantas enumeravit pauciores, Muſcos tamen, & Fungos aliquos, quos pro novis habet, aut certe omiſſis in ſynopſi *RAJANA*. Obſervationes aliquas adſperſit.

JEAN ASTRUC hiſtoire naturelle du Languedoc. Pariſiis 1738. 4. Celtidis cultum & vires œconomicas, & pauca alia deſcripſit, huc facientia.

JOH. BURMAN plantarum Africanarum Decades X. Amſtelod. 1738. 4. Icones pulchræ ex *HERMANNIANIS*, ut alibi dictum.

CAROLI LINNÆI claſſes & ſyſtemata plantarum. Leid. 1738. 8. Primo ſyſtematum omnium analyſin & diſpoſitionem generum adfert. Deinde fragmenta naturalis methodi; denique harmoniam generum, qua cuique plantarum generi nomen ejus generis opponitur, quo a *TOURNEFORTIO*, *RAJO*, aliiſque methodicis Scriptoribus eſt appellata.

D. ROSCHMAN regnum animale, vegetabile, minerale, Tiroli Comitatus. Oeniponti 1738. 4. A. ER. *

H. TEICHMEYER fundamenta Botanica. Jen. 1738. 8. *RIVINI* Auditor fuit, & ejus ordinem recepit.

JOH. ERNST. PROBST Verzeichnis der ausländiſchen Baüme, ſtauden und ſommer Gevväcbſe des Boſiſchen Gartens. Lipſ. 1738. 8. Prius ab *AMMANNO* & *ELIA PEIN* deſcriptus hortus, hic recentiſſime recenſetur, dives certe, ſi plantæ omnes adſunt, quas deſignat. Adjecta icon Boſeæ.

J. E. PROBST verzeichnüs, &c. prodiit etiam Lipſ. 1747. 8.

LUDWIG PHIL. KRAUSE kluger und ſorgfältiger gärtner, Langenſalz 1738. 8. 1741. 8. Plantarum & arborum & elegantiarum etiam horti curam docet hortulanus, cujus longa in arte experientia eſt.

DE LA RIVIERE & DU MOULIN Méthode pour bien cultiver les Arbres a fruit & pour élever les Treilles. Pariſiis 1738. 12. Bonum compendium eorum, quæ alii optima obſervarunt. *

Dictionaire Botanique & Pharmaceutique, contenant les propriétés des Minéraux, Animaux & Végétaux. Pariſiis 1738. 8. *

DE LA RIVIERE & DU MOULIN méthode, &c. prodiit etiam Ultrajecti 1738. 12. iterumque nihil mutato libro 1739. 12.

PETRI HOTTON Theſaurus Phytologicus. Norimberg. 1738. 4. Germanice. Nomen fraude adfictum, & Liber idem qui Zornianus 1714.

FRANC. JAC. SACHS de ulmo, Argent. 1738. 4.

LAUR. ROBERG de generatione plantarum, Upſal. 1738. 4.

GEORG. AUG. LANGGUTH antiquitates plantarum feralium, Lipſ. 1738. 4.

JOH. ENGSTROEM de quercu, Londini 1738. 4. philologiæ.

ALBERTI HALLER Iter Hercynicum. Gotting. 1738. 4. Aliquot plantarum rariorum hiſtorias criticas continet, & iconem Siſymbrii poſt *THALIUM* nemini dicti.

P. A. BOEHMER de Caſcarilla. Hall. 1738. 4. Diſp.

ELISABETH BLACKWELL curious herbal. Lond. 1739. 2. vol. fol. Cum maritus per triſtia fata notiſſimus, in carcere langueret, optima fœmina vitam ex pingendis plantis alebat, quas accipiebat a *RANDIO* & *MILLERO*. Quingentas ergo ad naturam cum charactere delineavit, & propria manu

manu in ære aquâ forti deſignavit, & coloribus vivis illuſtravit. Multæ inter eas rariſſime alias in Europa floruerunt. Sermo brevis ex *MILLERO*. Hoc idem Opus *C. TREWIUS* emendatius & auctius Norimbergæ edere cœpit an. 1747. cujus nunc triginta plantæ prodierunt.

Catalogue of American trees and shrubs that vvill bear the Climate of England. Lond. 1739. fol. Icones plantarum Americanarum cum vivis coloribus. *

E. BLACKWELL curious herbal a TREWIO emendatius & auctius editi, nunc omnino, dum hæc ſcribo, 105. plantæ prodierunt, ornatius ſculptæ, tum characteribus ſtirpium, tum ſynonymis & deſcriptionibus auctæ.

JOHANNIS AMMAN (J. C. F.) *icones & deſcriptiones ſtirpium rariorum Ruthenicarum*. Petrop. 1739. 4. Opus natum eſt ex ſiccis plantis ab *HEINZELMANNO*, *MESSERSCHMIDIO* & *GMELINO* ad Academiam miſſis. Hinc in characteribus nonnunquam laborat. Multa vero & rara & nova habet.

JOH. FRID. GRONOVII flora Virginica exhibens plantas a JOHANNE CLAYTONO lectas. Leid. 1739. 8. & Tom. II. an. 1743. Stirpes Virginicas, partim ſimiles Europæis, partim novas raraſque in catalogum ſecundum methodum *LINNÆI* diſpoſuit, adſeclarum novi ſyſtematis primus, & addidit deſcriptiones ex *LINNÆANIS* legibus factas.

ISAACI RAND Index horti Chelſeyani. Lond. 1739. 8. Alphabeticus & dives nomenclator horti inter pulcherrimos eminentis.

SAMUEL TROWEL of husbandry, gardening, &c. Lond. 1739. 8. *

SAM. TROWEL Germanice nunc prodiit Lipſ. 1750. 8.

JOH. EBERHARDI FERBER Hortus Agerumenſis. Holmiæ 1739. 8. Videtur potius *JOH. ROHTMANNI* quam *FERBERI* Pharmacopolæ Opus eſſe. Nomina cum unico ſynonymo ſecundum *LINNÆI* methodum diſpoſita.

J. RUD. AHLEFELD de Fungis ex Salice naſcentibus. *ACT. ER.* 1739. p. 336.

JOH. LINDER de Venenis a *STENZELIO auctior editus*. Lipſiæ 1739. 8. Collectio, ad plantas venenatas.

C. FRID. LOEUW ad floram Pannonicam invitatio Sempron. 1739. 4. & in E. N. C. vol. V. Append. Effectum nullum habuiſſe videtur.

Parnaſſus hortenſis oder vollkommene gartenſchule, Magdeburg. 1739.

CHRIST. HENR. HÆNEL de camphora, Leid. 1739. 4. practica.

SALOMON de *MONCHY de opio*, Leid. 1739. 4.

D. ERNSTING de Phellandrio. Brunsvv. 1739 4. Deſcriptio fabricæ & virium cum icone.

W. B. NEBEL de Acmella Palatina (varietate Bidentis). Heidelberg. 1739. 4. Diſp. Credit vires ineſſe Acmellæ, & analyſin dat.

D. KRATZ de Onopordo. Francof. ad Viadr. 1739. 4. Diſp.

MICH. ALBERTI de Belladonna tanquam ſpecifico in cancro. Hall. Diſp. 1739. 4.

D. KIRSTEN de Areca Indorum. Altdorf. 1739. 4. Diſp.

ADR. van *ROYEN flora Leidenſis prodromus*. Leid. 1740. 8. Elegantiſſimo Libro divitiæ veræ horti enumerantur, excluſis varietatibus. Rariſſimas plurimas primus aut indicavit, aut definivit. Genera & nomina *LINNÆI* recepit, ſed claſſes naturales ſecutus eſt: iis nomina nova, ſimplicia fecit.

JULII PONTEDERÆ antiquitatum Latinarum Græcarumque enarrationes & emendationes præcipue ad veteris anni rationem pertinentes. Patav. 1740. Eruditiſſimum Opus viri in Hetruſca, Oſca & antiquiſſimæ Italiæ reliquis linguis expertiſſimi. In Catonem, Varronem & Columellam emendationes plurimas profert, & nomina ab *ALDO* corrupta adque recentioris linguæ ſimilitudinem diſtorta, ubique reſtituit, ſic de Agricultura Romanorum multa utilia adſpergit.

MATTHIEU FABREGOU deſcription des Plantes qui naiſſent autour de Paris. Pariſiis 1740. 6. vol. 12. Peſſimus Librorum, hominis imperiti, & perinde temerarii: miſcentis exotica indigenis, exſcribit *TOURNEFORTIUM* & *VAILLANTIUM*, dum uterque carpitur. Ita rudis Auctor ut v. gr. Frangulam velit vocari *Alnus prunas ferens*.

JOHANNIS FRANCISCI SEGUIER Bibliotheca Botanica; acceſſit OVIDII MONTALBANI Bibliotheca Botanica. Hag. 1740. 4. Laude certe dignus Liber, quo vis enormis continetur librorum, ad plantarum enumerationem, vires, & cultum pertinentium, decerptorum ex Regia Gallica, Sloanea, aliiſque ditiſſimis Bibliothecis, quas vidit Auctor, cum per Europæ regio-

regiones varias iter faceret, ſocius *SCIPIONIS MAFFEI*; tum ex Diariis, catalogis *RIVI-NI*, aliorumque. Ordo alphabeticus, judicia nulla, menda, ut in magnis Operibus fit, tamen aliqua, in *NEUMANNI* Operibus plurima ad analyſin plantarum earumque partes reſinoſas & aquoſas definiendas pertinentia habentur.

J. A. KULBEL ſur la fertilité des terres, Dreſd. 1740. 4. quo ſcripto Burdigalæ præmium retulit.

ERN. EHRENFRID GEYER de veſtigiis potus Caffeæ apud Hebræos, VVittemb. 1740. 4.

HENR. CASP. ABEL mediciniſches krauter paradies gärtlein, Francof. 1740. 8.

J. CASP. FEISTL vegetabilia recentia ſiccis præferenda eſſe, Altdorf. 1740. 4.

J. LUDW. MILHAU de carvo, Argent. 1740. 4.

GEDANKEN uber das reich der Blumen. Dreſd. 1740. 8. Auctor eſt *JOH. CHRIST. BENEMANN*. Theologice magis & Philologice ſcripſit, quam Botanice.

BARRERE queſtion de Medicine, ſi la connoiſſance des Plantes eſt neceſſaire à un Medecin. Perpignan 1740. 16. Recte monet pleraque medicamenta omnino a plantis ſumi. *

JOH. GOTTLIEB GLEDITSCH conſideratio Epicriſeos Siegerbeckianæ. Berolini 1740. 8. Linnæanum ſyſtema tuetur, defendit ſeminum & ſtaminum dignitatem.

ALBERTI HALLER Iter Helveticum. Gotting. 1740. 4. Muſci aliqui hic primum deſcribuntur, & evolvuntur ſtirpium aliquot Synonymiæ.

J. E. HEBENSTREIT de methodo ex fructu optima. Lipſ. 1740. 4.

CHR. GOTTL. LUDWIG de minuendis ſpeciebus plantarum. Lipſ. 1740. 4.

D. PLAZ hiſtoria florum. Lipſ. 1740. 4. Diſp.

JOH. GEORGII SIEGEBECK vaniloquentiæ Gleditſchianæ ſpecimen. Petropol. 1741. 4. Argumenta contra ſeminis dignitatem ſumſit a cryptogamia, a ſtolonum vi reparabili, a ſeminibus evanidis. Nomina mutata, ut Droſeram, Oenotheram, damnat p. 50. Generum conjunctiones improbat, e. gr. Cuſcutæ cum Baſella, Cucubali cum Been, Vaccinii cum Oxycocco, Convallariæ cum Unifolio, Chamædaphnes cum Poliifolia. p. 40. *ſeqq.*

JOH. JAC. DILLENII hiſtoria Muſcorum. Londin. 1741. 4. Nulla pars Botanices nunc illuſtrior eſt, quam ea, quæ fuerat obſcuriſſima. Muſcorum, Lichenum & adfinium ſpecies fere 600. pleraſque indigenas, aliquas tamen Americanas, aut aliis ex terris advectas, accurate in ſpecies digeſſit, depinxit, per omnes plantæ partes, nomina omnia evolvit. An licet de opere omni laude digniſſimo addere, varietates aliquando in ſpecierum honorem conſtitui, exemplo Lichenis corniculati: a *MICHELIO* dubias aliquas ſtirpes repeti, deficere Lichenes ex genere ſubtiliori pulverulento?

A nevv method of improving cold vvet and barren land particularly clayey grounds practiſed in North Britain, Lond. 1741. 8. Auctor eſt celebris ille infortunio ſuo *ALEXAND. BLACKWELL*. Contra eum virum, neſcio autem an contra idem ſcriptum prodiit *LARS IUL KULLIN vvväldige Tankar ofvver A. B. för ſok till Land bruckets bätping*, Upſal. 17... 4. *BLAKWELIUS* fimum omnem rejicit, & omnia compendia agriculturæ refert ad terræ friabilitatem & repetitam arationem fere ut *TULLXIUS KULLINUS* oſtendit, ſalem marino affinem in deſtillata humo contineri, & fimum habere partes aliquas eſſentiales plantarum.

HIERONYMI BARUFFALDI il Canapajo. Bonon. 1741. 4. Poema de cultu Cannabis. *

HERBARIUM AMBOINENSE continens plantas in ea & adjacentibus Inſulis, opera *GEORGII EBERHARDI RUMPFII edidit & latine reddid't JOHANNES BURMANNUS* Amſtelod. fol. T. I. 1741. T. II. 1743. ſive Libri VI. Rumpfii vita habetur E. N. C. Dec. II. ann. I. obſ. 21. Exemplar, in Europam miſſum, teſte J. *HOTTONO*, periit naufragio. Aliud, ex theſauris Societatis Indicæ acceptum, hic cum ſua verſione edidit J. *BURMANNUS*, Synonymis & obſervationibus additis. Continet plantas Indiæ maritimæ ſive inſulanæ, calidioris quam Malabaria, hinc diverſas arbores numeroſiſſimas, ſæpe tamen charactere deſtitutas, Palmas, Coccos, Sagu, Manga, Mangoſtan, pomiferas Indicas omnes: tum Aromata, Caryophyllos, Nucem moſchatam, Culilavam, Cajeputi, Colubrinum, Tamarindos: arbores conſpicuo flore, Corallodendra: arbores lactiferas, inter quas venenata illa Macaſſarica; arbores alias miſcellas, inter quas Ebenus. Tum fructices, inter quas Arundines Indicæ ſunt. Reliqua exſpectamus.

G. E. RUMPFII herbarium Amboinenſe a *BURMANNO* tum temporis nondum totum editum erat; nunc vero anno 1750. totum opus completum eſt, & in ultimis duobus tomis ſtirpes non

arbo-

arboreæ interque eas prininæ medicatæ traduntur. Scripſit etiam libellum belgicum *de plantis Moluccarum & Amboinæ* jam *AMMANNO* dictum in *Charact. Natur.*

PIERRE BARRERE Eſſai ſur l'hiſtoire naturelle de la France Equinoxiale. Pariſiis 1741. 12. Enumeratio plantarum hoc utili Libello continetur, inter quas Ypecacoanha, Simarouba, Mechoacanha, & aliæ medicatæ ſunt. Promittit majus Opus cum iconibus.

MAGNI OLAI NORDENBERG kort anledning huru gräsvvaxten ook mulbetet kan förbättras, &c. Stokholm. 1741. 4. Serotina damnat paſcua, commendat diviſionem pratorum, ut alternatim & requieſcant plantæ, & radices convaleſcant. Vinum ex Rubo Idæo caſu detectum, valde laudat, & cultum hujus Rubi commendat Civibus.

F. E. BRUKMANN Centuria Epiſtolarum I. Brunſvic. 1741. 4. Huc pertinent Epiſtolæ ad *DILLENIUM*, ad *GRONOVIUM*, ad *LINNÆUM*, ad me, ad alios, quibus in Pinacem C. B. animadverſiones, & Muſci aliqui deſcribuntur: porro itineris Hungarici deſcriptio & aliqua alia ſparſa.

F. E. BRUKMANN Centuria Ep. 1. quam citavimus eo loco, continet etiam animadverſiones in *RAIUM*, *KÆMPFERUM*, *KNAUTIUM*, in *RUPPIUM* denique meum. Ad illas ad *RUPPIUM* certe minus æquas carptiones reſpondi in *Nov. Lit. Gott.* 1749. p. 766.

Anonymi vvörterbuch vvorinne der kraüter nahmen beyvvorte ins teutsche ubertragen ſind nebſt einer kurzen beſchreibung von den geſchlechten der kraüter, Lipſ. 1741. 8.

Die Tulpe zum ruhm ihres ſchöpfers beſchrieben. Dreſd. 1741. 8. Simile priori *BENEMANNI* Opuſculum.

LAUR. HEISTER Animadverſiones in methodum Linnæanam. Helmſt. 1741. 4. Diſp.

EJUSDEM de nominum mutatione noxia. ibid. Diſp.

EJUSDEM de Aurantiis. ibid. Ad methodum pleraque pertinent. Diſp.

J. ANDR. UNGEBAUER de cultura plantarum, Lipſ. 1741. 4.

ANDREÆ ELIÆ BUCHNER de arnica, Erfurt. 1741. 4. *de fraxinella* ibid. 1742. 4. *de nuce juglande* 1743. 4. *de ypecacoanha* 1745. 4. *de genuinis viribus tabaci* 1746 *de curcuma officinarum*, Hall. 1748. 4. *de genuinis opii effectibus in corpore humano*, ibid. 1748.

JOH. GESNER de Vegetabilibus. Diſſ. II. Tiguri 1740. & 1741. 4. recuſæ ſunt an. 1743. Leidæ 8.

Dictionaire univerſel du Commerce ex editione Genevenſi 1742. fol. 4. vol. Egregia ad uſus œconomicos pertinentia hic habentur, & multa, quæ ſpectant ad Indiæ plantas, communicata a Cl. *GARCINO*.

MARCI MAPPI Catalogus plantarum Alſaticarum. Edidit *EHRMANNUS*, Argent. 1742. 4. Plantæ multæ, etiam rariores, cum paucis iconibus, varietates plurimæ, nomina Tourneforriana, ordo alphabeticus. Opus, etſi poſthumum, ſatis tamen perfectum.

ALB. HALLER enumeratio plantarum indigenarum Helvetiæ. Gotting. 1742. fol. In nulla regione hactenus idem numerus ſtirpium repertus eſt. Sed non novi ſolum, ſed & monui in præf. idem mihi, quod omnibus aliis ſyſtematum Auctoribus, accidiſſe, ut & omittant multa, & de multis loqui cogantur, quæ non perſpexerint. Confer. *PHIL. TRANS.* n. 468.

HANS EGEDE gamle Grönlands nye perluſtration. Hafniæ 1742. 4. Continet etiam icones aliquas plantarum indigenarum.

C. GOTTL. LUDWIG Inſtitutiones regni vegetabilis. Lipſ. 1742. 8. Egregium Opus, parte prima agit de methodo, altera deſcribit œconomiam vegetabilem, de germine, vi ſeminali, celluloſa tela, vaſis retifoliorum, & præclara multa & nova habet.

JOHN TENNENT Epiſtle to RICHARD MEAD concerning the efficacy of ſeneca ſnackeroot, Edimburg. 1742. 8. Polygalæ ſpeciem, a ſylvicolis Indis Seneka dictis, ad morſum Viperæ caudiſonæ laudatam ad peripneumoniæ, pleuritidis & podagræ curationem tranſtulit, ea felicitate, ut imitati Galli ſimilem fere in Noſtrate Polygala ad pleuritidem virtutem detexerint.

J. G. GLEDITSCH de methodo Botanica. Francof. Oder. 1742. 4. & Lipſ. 1742. 4. *LINNÆUM* ſequitur.

F. JOS. de *OVERKAMP de remediis ſpecificis inprimis de ſimarouba*, VVürtzburg. 1742. 4.

LAURENT. ANTON. DERCUM fundamenta rei herbariæ. VVürtzburg. 1742. 4. ex Tourneſortio.

D. KOENIG de Lamio Plinii. Argentor. 1742. 4. cum icone Meliſſophylli.

Lettre ſur les arbres des Indes qui portent la Toile. *TREVOUX* 1742 p. 978.

FE.

FR. M. MAZZUOLI *de Coralliorum natura & Fungorum origine*; diſſertationem anno 1742. in *Opuſculi ſcientifichi* edidit, recuſam *in memorie di Lucca*.

PHIL. CONR. FABRICII *primitiæ floræ Butisbacenſis*. VVetzlar. 1743. 8. Continet ſupplementum ad floram Gieſſenſem DILLENII, deinde deſcriptiones plantarum quarumdam rariorum, maxime ex genere cryptogamiæ, inter quas BUXBAUMIA: denique ſubtiles animadverſiones in characteres DILLENII & LINNÆI.

BERN. de JUSSIEU & PERSON, *Ergo ut in America ſic in hac regione Apalachines potus ſalubris*, Pariſ. 1743. 4.

CADWALLADER COLDEN, plantæ Coldinghamiæ in Act. Soc. Reg. Upſ. 1743. huc omnino pertinent.

FRANC. PRINCE *de vino Neocomenſi*, Baſil. 1743. 4. cum analyſi.

J. G. GLEDISCH *de Fuco ſubgloboſo molli*. Berolini 1743. 4

VINCENTII LAGUSII *Erbario Italo Siciliano di moltiſſime Piante*. Palermo 1743. SEG.*

Die Roſe zum rhum des Schöpfers beſehrieben. Lipſ. 1743. 8. Ejuſdem Auctoris, qui de Tulipa ſcripſit.

JOHANNIS BROWALL *epicriſeos Siegesbeckianæ examen*. Leid. 1743. 8. defendit LINNÆUM, genera ſubordinata Siegesbeckiana adgreditur.

C. LINNÆI *de utilitate peregrinationis per patriam*. Eodem anno ibidem recuſa eſt.

EJUSDEM *de Betula nana Suecorum*. Upſal. 1743. 4. cum icone Diſp.

J. BAPTISTÆ MORANDI *hiſtoria botanographica ſtirpium atque herbarum*. Mediolani 1744. fol. Pictor, qui tamen plantas amavit, vimque magnam in ſuos hortos collegit, dedit hic icones novas, ſed parvas, neque optimas ſtirpium officinalium 600. diſpoſitas in BOERHAVII ordinem.

J. CHRIST. RIEGER *hiſtoria naturalium & artefactorum*. Hagæ 1744. 4. 2. vol. ad Literam C. in plantis parcior fuit.

D. Le MONNIER *obſervationes* editæ cum CASSINI *Méridienne de l' Obſervatoire de Paris*. Pariſ. 1744. 4. continet plantas Bituricenſis Agri, montium Arverniæ, & Ruſcinonenſis Comitatus, cum obſervationibus Botanicis.

P. CHARLEVOIX ad tomum II. *hiſtoriæ Americæ ſeptentrionalis* icones & deſcriptiones ſtirpium 98. addidit, quarum pleræque ex CORNUTO ſumtæ ſunt, & D. CATESBY. Prodiit Pariſ. 1744. 4.

CAROLI AUGUSTI a BERGEN *Catalogus ſtirpium quas complectitur hortus medicus Academiæ Viadrinæ*. Francof. Viadr. 1744. 4. Nomina ex meo Opere & LINNÆO. Obſervationes ad characteres pertinentes paſſim adſperſæ.

CAR. AUG. a BERGEN huc pertinet etiam programma *utrum TOURNEFORTII vel LINNÆI ſyſtema præferendum*, Francof. ad Viadr. 1742. 4. EJ. etiam eſt *lapis lydius medicamentorum vegetabilium* I. & II. ibid. 1744. 1746. 4.

SEYFFERT *de Fungis*. Jenæ 1744. 4. Habet meas diviſiones, & mea genera, cum aliis nominibus, nullibi me citato.

J. JUNKER *de maſticatione tabaci*, Hall. 1744. 4.

LECHE *primitiæ floræ Scanicæ*. Leradin. 1744. 4. Continet multas ſtirpes, ab Auctore primum in Suecico ſolo lectas cum LINNÆANIS nominibus.

EBERHARD ROSEN *de Cortice Peruviano*. Londini 1744. 4. Diſp.

C. LINNÆI *de Peloria* (mira nempe mutatione Linariæ vulgatiſſimæ in aliud toto flore diverſum genus.) Upſal. 1744. 4. Diſp.

LIBERATI SABBATI *ſynopſis plantarum quæ in ſolo Romano luxuriantur*. Rom. 1745. 4. Superſtitioſus, methodo Tournefortiana uſus, plantas depinxit vulgares, exoticas pro Romanis dedit,

JOH. FR. SEGUIER *Plantæ Veronenſes*. Veron. 1745. 8. 2. vol. Cum ibi dudum vivat vir Cl. in Montem Baldum & beatum Agrum Veronenſem excurrit frequenter, collegit ſtirpes, ordinavit ſecundum methodum JULII PONTEDERÆ, figuras rariorum addidit. Adjecit indicem ſtirpium dubiarum: alterum Chalceolarianum, ultimo appendicem ad Bibliothecam ſuam.

J. FRID. CARTHEUSER diſputatio *de caſſia aromatica*, Francofurti ad. Viadr. 1745. 4. EJ. *de eximia myrrhæ genuinæ virtute medica*, ibid. 1746. 4.

CHRI-

CHRISTIANI CAROLI SCHARMER gedanken über die conſervation der alten und anlegung der nuen holzungen, Francof. 1745. 8. Experimenta in Holſatia facta ſunt. Quercetum autumnalium glandium ope ſerere docet, indeque tondere, transferre, reſecta parte radicis mediæ. Alias etiam arbores laudat, ſalices inprimis. Adjectæ ſunt notæ Agricolæ expertis.

Traité de la culture des Pêches. Pariſiis. 1745. 12. Laudem meretur a ſtyli elegantia, a conſiliorum fide.

Libri, quem ſub titulo *traité de la culture des Peches* citavimus, auctor eſt *DECOMBE*.

JACOBI PARSONS microſcopical theatre of ſeeds. Lond. 1745. 4. Semina officinalium ſtirpium per microſcopium picta, modice augens. Bona paſſim aliqua, ut capſulæ balſamiferæ in gymnodiſpermis, fructificatio Filicis, &c.

CAROLI LINNÆI Oelandska ock Gothländska Reſa. Stokholm. 1745. 8. Plantas primo tinctorias, & ad œconomiam utiles, deinde etiam alias raras, denique omnes obvias fere deſcripſit, ut floram patriæ perficeret.

EJUSDEM Corallia Balthica. Diſp. Upſal 1745. 4. Diſp.

EJUSDEM de Ficu ejuſque fecundatione per Culices. ibid. Diſp.

EJUSDEM hortus Upſalienſis. ibid. Diſp.

EJUSDEM Paſſi flora. ibid. Diſp.

EJUSDEM Acroſtichum. ibid. Diſp.

CAR. LINNÆI etiam eſt *Flora Suecica*, Upſal. 1745. 8. enumeratio nempe ſtirpium ſpontanearum.

OLAI CELSII hierobotanicon P. I. Upſal. 1745. 8. P. II. ibid. 1747. 8. Theologus, Orientalium linguarum peritiſſimus ſtirpes biblicas in Arabum inprimis, & inter eos ex *ABUL FADLI* M. S. codice de ſtirpibus medicis illuſtravit.

GUSTAV. WESTBECK ytterligare underrättelſe om en pofunnen tvvänne slags Bomull ſom ymneſt vväxer ofvver hela Riket, Stokholm 1745. 4. Laudat pappum ſalicis luteæ folio crenato, pro veſtibus ſarciendis, ellychniis faciendis, tum pappum epilobii flore difformi ad facienda tibialia, denique uſneam viridem pro duplicandis veſtibus in quibus rigiditas requiritur.

DAVID de *GORTER J. F. flora Gelrica*, Harderovic. 1745. 8. Methodus catalogi *LINNÆANA*, numerus ſtirpium 601. characterem Antherici emendavit.

Muſei Imperialis Petropolitani Vol. I. Petrop. 1745. 8. continet catalogos herbarii vivi Ruyſchiani & Ammanniani, quod rarioribus inprimis americanis abundat.

GUALTH. van *LIS de aloë*, Ultraj. 1745. 4.

ARNOLD FRIDERICH von *HARTENFELS Gartenſaal*. Francof. 1745. 8. Auctor neque Hortulanus, neque Botanicus, dedit tamen catalogos plantarum bulboſarum, tuberoſarum, fibroſarum, perennium, annuarum, culinariarum, coronariarum, cum cultu. Rariores miſcet aliquas an veras? Caryophyllum aromaticum, arborem meloniferam, cucumiferam. Experimenta fere ex aliis, neque ſatis fida.

JULII BERNH. von *ROHR Phytotheologia*. 1745. 8. editio II. nam priorem ignoro. Collectio utilitatum œconomicarum, & medicarum, ex itinerum Scriptoribus aliiſque.

JULII HERCULIS MULLER catalogus plantarum horti ſui. Ulm. 1745. 8. Nomina plurima vitioſa.

ALBERTI HALLER de Allii genere naturali. Gotting. 1745. 4. Allium officinarum eſſe ſtaminibus alterne ſemitrifidis: idem ſæpe in Cæpa vulgari reperiri, non ergo ſeparari poſſe tria genera Allii, Porri, & Cepæ.

In *POCOCKII hiſtoria Orientis*, Londini 1745. fol. plurimæ arbores & plantæ ab *EHRETO* delineatæ reperiuntur.

De *MILHAU* in *trois diſſertations* editis Monſpel. 1746. deſcripſit florem Cacao, aliter quam *TOURNEFORTIUS*.

De *RATTE* ibid. in *Artis Societates* explicavit velox Aloes incrementum.

D'*ARDENNES Traité des Renoncules*. Pariſ. 1746. 8. cultum & hortenſium varietatum hiſtoriam dedit.

B. de *MONTFAUCON* Diſſ. *ſopra la pianta dinominata papiro*, recuſa eſt ſeorſim. Venet. 1747. 4.

J. BLACKSTONE ſpecimen Botanicum, quo plantarum plurium rariorum Anglia indigenarum loci natales illuſtrantur. Lond. 1746. 8. Continet plantas in ſynopſi Rajana omiſſas, fere ex genere cryptogamio.

JOHN MARTYN in ſua editione Georgicorum Virgilii, Londini 1746. 8. & eruditum, & Botanicum commentarium adjecit, & in iſto plantas Virgilianas declarare, iconibus illuſtrare, operas agricultorias exponere adniſus eſt.

JOH MARTYN nuper 1749. 4. ſimili modo quo Georgica *VIRGILII* edidiſſe diximus, Eclogas ejuſdem auctoris ſplendide edidit.

D. STEVENSON gentlemans gardeners director. Lond. 1746. 8. Cultum arborum, oleorum florumque dat.

JAMES tr. on tabacco, tea, coffee and chocolate, Lond. 1746. 8.*

PEHR KALM Wäſtgötha ock Bahusländska Reſa. Stokholm. 1746. 8. Auctor, nunc Profeſſor Oeconomiæ Aboenſis, plura jam itinera Botanica ſuſcepit, & nunc ſe ad Canadenſe iter præparat: Idem Peloniam invenit. Hic plantas itineris ſui an. 1745. facti recenſet, vires addit medicas, tinctorias, ad alenda armenta, deſcriptiones nullas.

MICHAELIS MATTHIÆ LUDOLF Catalogus plantarum Berolini demonſtratarum. Berolin. 1746. 8. Plantas horti Regii, & aliorum Berolini florentium habet. Nomina *TOURNEFORTIANA*, ordo alphabeticus. Subjuncta Diſſertatio de methodo, in qua ſexum & cotyledones rejicit.

Vom Kornregen. Tiguri 1746. 4. Eſt explicatio phyſica miraculoſæ, ut videbatur, pluviæ frumenti. Erant denudatæ radices Chelidonii minoris, cujus icon adjecta eſt.

L. HEISTER & J. S. LEINKER de Simarouba. Helmſt. 1746. 4. Diſp.

CAR. LINNÆI ſponſalia plantarum. Upſal. 1746. 4. Diſp.

WHALTHER de Silphio. Lipſ. 1746. 4.

De *ELSHOLZII* Iconibus & plantis ſiccis, aliiſque M. S. & ſtirpibus Bibliothecæ Berolinenſis videatur *J. C. W. MOEHSEN* in epiſtola. Berol. 1746. 4.

PETRI KRETSCHMAR oeconomiſche vorſchläge wie das holz zu vermehren, Lipſ. 1746. 8. inſignis novorum inventorum auctor, nondum, quantum novi, faventem experientiam habuit. *EJUSD. oeconomiſche practica*, Lipſ. 1749. 8. Laudat duplices facere in arando ſulcos, ut terra nuper conſita ſepeliatur, nova exponatur aëri.

HEINRICH WILHELM DOEBELS jägerpractica, Lipſ. 1746. fol. Arbores ſylvarum germanicarum etiam recenſet ſolis cum vernaculis nominibus, ut ægre dignoſcas, quas velit.

In *J. GODESCH. WALLERII* hydrologia ſucci etiam plantarum varii recenſentur. Succos acres, ut tithymali, habet pro alcalinis.

J. GEORG. GMELIN flora Sibirica T. I. Petrop. 1747. 4. Ex ampliſſimo itinerum Botanicorum, quæ unquam facta ſunt, decenni, in novas, & a nemine ſcrutatas regiones ſuſcepto, comitibus Pictoribus, & ſodalibus Botanices gnaris, inprimis *STOELLERO* & *MARTINIO*, Opus natum eſt primi ordinis, cujus hæc quinta fere pars eſt. Continet ſtirpes ordine *ROYENIANO*, cum deſcriptionibus, & ſynonymorum excuſſione, & rariorum iconibus pulcherrime pictis. Non alibi plus novi reperitur.

CAROLI LINNÆI Wäſtgöta Reſa. Stokholm. 1747. 8. Simile priori iter, cum plantarum etiam obſervationibus & icone Zoſteræ.

EJUSDEM flora Ceylanica, de qua alibi.

EJUSDEM nova plantarum genera, partim nata ex Ceylanicis, partim ex aliis, aliqua tamen etiam communicata a *GMELINO*, D. de *SAUVAGES*, aliis. in diſp. 1747. 4.

CAR. LINNÆI etiam ſunt *vires plantarum*, Upſal. 1747. 4.

CAR. FRID. MENANDRI diſputatio de foliis plantarum, Abo 1747. 4. *de radicibus plantarum*, ibid. 1748. 4.

J. GEORG. KOELDERER de viſco, Argent. 1747. 4. bona diſputatio.

J. HIERONYMI KNIPHOF diſputatio *de ſuccedaneis corticis peruviani*, Erfurt. 1747 4.

S. PAUL HILSCHER de gramine dactylo ſeu manna, Jen. 1747. 4.

J. ERNST. PROBSTENS gärtners wörterbuch, Lipſ. 1747. Exponit methodum *RIVINI*, dat catalogum vocum latinarum & germanicarum, quæ ad hortorum cultum pertinent, tum ſtirpium quæ in horto Boſiano anno 1747. vixerunt.

J. WOLFG. WEDEL tentamen botanicum flores plantarum in claſſes dividendo, &c. Jen. 1747 4. & iterum 1749. 4. emendatius. Methodum proponit ex *RIVINIANA* & *LINNÆANA* miſtam, ex ſolo flore, excluſo a prima editione fructu, quem in altera recepit.

In

In *RONCALLI Europa medica*, Brix. 1747. fol. continetur catalogus ſtirpium indigenarum agri Brixiani.

In *Actis Societatis Columbariæ* lego *CL.* de *BAILLOU* refutare flores coralliorum, & polyporum in iis gignendis efficaciam.

JAMES WHEELER the modern Druid containing inſtructions for the better culture of young Oaks, Lond. 1747. 8. Ramos minores, anulum excorticando vel contundendo germen, jubet delere ut recta arbor creſcat: auget incrementum longis ſcarificationibus corticis.

XAVERIUS MANETTI horti Florentini præfectus ſolet quotannis edere *catalogum plantarum nonnullarum horti Academiæ Phyſico-botanicæ Florentinæ* qui unico folio continetur.

THOMÆ SHORT Medicina Britannica. Londin. 1747. 8. Catalogus ſtirpium officinalium cum collectione virium.

CHRIST. LUD. ROLOFF Index plantarum quæ continentur in horto Krauſiano. Berolin. 1747. 8. Plantarum alphabetica recenſio cum iconibus rariorum.

CHRIST. LUD. WILLIG. Obſervationes Botanico-medicæ. Gotting. 1747. 4. Lichenis agrici ſpecies nova, & de Myrrhide tuberoſa obſervationes, & alia ad characteres pertinentia diligenter notata.

D. HEINZE de Muſcorum notis & ſalubritate. Gotting. 1747. 4. Diſp.

J. GEORG. HEINZE etiam eſt *de incrementis botanices ex conſideratione muſcorum* 1747.

P. C. FABRICII Sciagraphia hiſtoriæ naturalis Butisbaci. VVezlar. 1747. 8. Adjecit obſervationes, inter quas flos Charæ deſcribitur.

WAITMILL Kalendarium univerſale. London. 1747. 8. Opera hortenſia ſecundum menſes deſcripta.

TOBIÆ CONRAD HOPPE bericht von den Erdapfeln. VVolfenbuttel. 1747. 4. Hiſtoria Solani tuberoſi.

TOB. CONR. HOPPE edidit etiam *nachricht von den vveiden und den roſen*, Lipſ. 1748. 4. & defenſionem *von den vveiden roſen*, Gera 1748. 4.

In *verſuch einer beſchreibung hiſtoriſcher und natürlicher merkvvürdigkeiten der landſchaft Baſel*, cujus ab anno 1748. quatuor partes Baſileæ 8. prodierunt, multa huc faciunt, inprimis ad fungos, & plantas agri Baſilienſis rariores. Eas *CL. FRIDERICUS ZWINGERUS* fere recenſet.

De incremento plantarum ex aqua in *Actis Acad. Berol.* hujus anni experimenta ſua propoſuit *CL. ELLERUS*.

ARTHUR CONRAD ERNSTING prima principia botanica, VVolfenbuttel 1748. 8. Explicatio vocum technicarum rei herbariæ; catalogus præcipuorum ſcriptorum eo pertinentium: methodorum clavis, cum ſua, ſimili *BOERHAAVIANÆ*.

LAURENTII HEISTER ſyſtema plantarum generale ex fructificatione, Helmſtadt. 1748. 8. bis excuſum. Defendit methodum naturalem & characterem ex foliis deſumtum. Nomina *LINNÆANA* accuſat, methodum *BOERHAAVIANÆ* ſimilem proponit.

CAROLI LINNÆI flora œconomica, Upſal. 1748. 8. Suecice recuſa, Holmiæ 1749. 8.

CAROLI DAHLMAN enleduing til ſvvenska humle gards ſkogs ock aengs ſkötſel, Holm. 1748. 8. ſylveſtres laudat lupulos, cultumque hujus plantæ deſcribit. Pratorum cultum docet, laudat Lathyri lutei utilitatem.

ULRICI RUDENSCHIOLD tal om ſkogaener ryttiande ock vvord, Holm. 1748. 8. Ad Politicam equidem inprimis pertinet, docet tamen utilitates œconomicas ſylvarum, modumque quo ſylvæ deſtructæ reparentur.

PETRI GERIKE de uſu medico camphoræ, Helmſtadt. 1748. 4.

GEORG SAMUEL KECHELEN de geneſi & rafinatione camphoræ, Argentor. 1748. 4. bona diſp.

CAROLI LINNÆI amœnitates academicæ, Stokholm 1749. 8. Octodecim ſunt diſputationes, quarum multæ botanicæ, cum variis augmentis, cæterum jam indicatæ, Leidæ eod. anno 8. recuſæ ſunt. *EJ. materia medica ex plantis*, Holm. 1749. 8. qua plurimæ officinarum plantæ ad ſua genera primum relatæ ſunt, cum brevibus virium indiciis. *EJ.* diſp. cui titulus *lignum colubrinum*, Upſal. 1749. 4. cum deſcriptione trium plantarum quæ eo nomine veniunt. *EJ. radix ſenega*, ibid. eod. anno, nempe ſpecies polygalæ antipleuritica. *EJ.* (aut reſpondentis *LÖFLINGII*) *gemmæ arborum* ibid. eod. anno bona diſp.

EBERHARDI ROSEN obſervationes botanicæ circa plantas quaſdam Scaniæ non ubivis obvias, Londini 1749. 4. Stirpes multas raras accurate ſecundum flores & fructus deſcribit.

Nögen förſok om ſkogs planteringen ock ſkötſel, Holm. 1749. 4. ſylvarum ſationem, cultumque docet, & jubet decidere folia, lignaque in ſylvis relinquere.

CAROLI SWEDENSTIERNA medel ock utvväge til rikets uphiälpande genom landbückets upodling, Stokholm 1749. 4. Laudat cultum pratorum, eumque promovere jubet, effoſſa terra, foſſis lapidibus repletis, terra iterum ſuper ſtrata, quam egregie fecundam eſſe obſervavit, quod inventum etiam habet *TROWEL*. Alia ad agri cultum conſilia proponit.

BIOERNE PAULI ſpecimen obſervationum quæ circa plantarum quarundam maris Islandici & ſpeciatim Algæ ſaccharifera dictæ originem, partes & uſus collegit, Hafn. 1749. 4.

GEORGII DIONYSII EHRET icones ſtirpium, quarum 16. tabulæ prodierunt, pulchras & raras ſtirpes ſplendide & fideliter exprimunt. Cum *WILKESII* papilionibus etiam icones arborum & ſtirpium ad naturam delineatæ prodierunt.

DALIBARD flora Pariſienſis prodromus, Pariſ. 1749. 8. ſecundum *LINNÆI* methodum.

DAVID. de GORTER Elementa botanica, Harderovic. 1749. 8. ad mentem *LINNÆI*, ut tamen faciem alicujus momenti eſſe adgnoſcat.

ALBERTI HALLER opuſcula botanica, Gotting. 1749. 8. Itinera Alpina duo, Hercynicum unum, diſp. *de methodo diſcendi botanicen*, & *de aliis* libellum hunc ornatius & emendatius recuſum dedi.

J. GEORGII GMELIN ſermo Academicus de novorum vegetabilium poſt creationem exortu; Tubing. 1749. 8. Varietates noviter pronaſci, etiam hybridas ſpecies, ex planta mare & femina diverſi generis, oſtendit exemplo Delphinii, verbenæ.

GEORG. RUD. BOEHMER diſp. *de plantis caule bulbifero*, Lipſ. 1749. 4.

Kurze anvveiſung vvie die vveiſſen maulbeerbaüme von den ſaamen gezogen, gepflanzt und gevvartet vverden ſollen, Stuttgard 1749. 8. Cultus mororum qualis VVürtenbergicis terris convenit.

J. A. HERZOG neue acker theorie, Magdeburg 1749. 4. aliquæ in methodum *KRETSCHMARI* animadverſiones.

J. FRIEDER. NEUMANN erfahrungsmäſſier bevveis von dem ungemein ſchlechten kornbau. EJ. Diſcurs über ſeinen bevveis, Berolin. 1748. 4. *EJ. Vorſchlag der möglichen verbeſſerung des ackerbaues*, ibid. 1749. 4. Profundam arationem commendat, ut plures nodos pars culmi defoſſa generet.

DECOMBE Ecole du jardin potager qui comprend la deſcription exacte de toutes les plantes potageres, Paris 1750. 12. 2. vol. Fimo calefactas primum areolas fuſe deſcribit, tunc ſtirpes oleraceas & earum varietates, ad propria, quantum video, experimenta.

C. LINNÆI & LAUR. MONTIN ſplachnum (novum muſci genus), Upſal. 1749. 4.

C. J. TREW ſelectarum plantarum decades, Auguſt Vindel. 1750. fol. Egregiæ rariorum ſtirpium, fere ab *EHRETIO* paratæ icones. *IDEM* Norimbergæ edere cepit *amœniſſimorum florum imagines*, fol. nempe hortenſium varietatum flore pleno.

CAR. AUG. a BERGEN Flora Francofurtana, Francof. Viadr. 1750. 8. Poſt lexicon botanicum habet enumerationem ſtirpium ſpontanearum agri ſui multo quam *JOHRENIUS*, pleniorem cum ſynonymis recentiſſimis, methodo diſpoſitam, quæ *TOURNEFORTIANÆ* propior ſit, cum generum characteribus. Hortenſes plantas adjecit.

GEORG. RUDOLPH BOEHMER Flora Lipſiæ indigena, Lipſ. 1750. 8. Methodus eſt, quæ *LUDWIGII*, adfinis *LINNÆANÆ* & *RIVINIANÆ*, obſervationes multæ, tum in dorſiferis fungis & graminibus *GLEDITSCHIANA* experimenta, ſynonyma etiam ſelecta adhibuit.

PHIL. CONRAD. FABRICIUS in diſp. continente *obſervationes quaſdam circa conſtitutionem epidemicam* anno 1750. Helmſtad. 1750. 4. dedit catalogum ſtirpium ſponte circa eam urbem naſcentium.

J. SIGISMUNDUS POPOWITSCH in *unterſuchung vom Meere*, Norimb. 1750. 4. dedit aliquas in *LINNÆUM* animadverſiones, & de fungis in alium ordinem conſtituendis prodromum.

J. AUGUST. GROTIAN phyſicaliſche vvinter beluſtigung, Nordhauſen 1750. 8. De artificiis quibus hyberno tempore plantæ in aqua florere coguntur, & inprimis Hyacinthi.

Bonum

Bonum cultum dedit Caryophyllorum hortenſium & leucoiorum hybernorum, ſenam viridem vivadivandi rejicit, utilis & expertus auctor.

SENDSCHREIBEN an Herrn KRETSCHMAR Berolin. 1750. 4. Laudat, ad Anglorum exemplum, ſationem naporum ad agros arenoſos.

TOBIAS CONRAD HOPPE von den groſſen nutzen der Linagroſtis und... dem vvurzelthee, Berolin. 1750. 4. Linagroſtidis vires ad ambuſtionem laudat.

CHRISTIAN REICHARDT abhandlung von allerhand ſaamenvverk, Erfurt 1751. 8. ſationis modum & ſeminarii condendi rationem docet, & multa artificia ad ſemina immatura maturanda; ſemina minora tuto terræ committenda; vitanda inſecta, &c.

Les agrémens de la campagne, Leyde 1750. 4. Plenum opus de omni opere hortenſi, etiam de vite, & heſperidibus, cum nonnullarum iconibus.

HUGHES GRIFFITH natural hiſtory of Barbados, Lond. 1750. fol. maxima ex parte botanici argumenti eſt.

THOMÆ SHORT diſcourſe on the ſugar milk tobacco, Londin. 1750. 8. magis ad diæteticam pertinet, & de thea inprimis fuſius agit.

CAROLI LINNÆI ſemina muſcorum, Upſal. 1750. 4. nempe in Polytrichis ſcobs illa fuſca, tum in Moriis.

VITALIANO DONATI ſtoria naturale marina dell' Adriatico, Venet. 1750. 4. Eximius liber, quo triplex claſſis marinarum ſtirpium, fucorum, coralliorum, & ſpongiarum in methodum naturalem ex intimo charactere diſponuntur, & inprimis polypos coralliorum incolas. *LEONARDUS SESLER* nomini *CL. VIRI* Vitalianam, novum genus, inſcripſit.

Plantas aliquas marinas deſcripſit, vireſque laudavit *CL. RUSSEL* in Libro *de tabe glandulari.*

LAUR. HEISTER & BRUKMAN been album, Helmſtad. 1750. 4.

LAUR. HEISTERI præfatio ad *BURCKHARDI* Epiſtolam jam dictam, multa habet ad commendationem botanicorum Germanorum, maxime *JOACH. CAMERARII* & *J. JUNGII*, & nova duo genera ſtirpium, *JUNGIAM* atque *BURCKHARDIAM*.

CL. GLEDITSCH in *actis Berolinenſibus* 1747. de ſaccharo dauci & ſiſari, anno 1748. de ſemine & flore fungorum egit.

In nuperis diariis Germanicis multa botanica ſunt, ut in *Hamburger Magazin MOELLERI* argumenta contra ſtirpium ſexum, & pro eo *CL. KAESTNERI*, &c. *Neue Oeconomiſche nachrichten* quæ anno 1749. Lipſ. 8. edi ceperunt, & etiam nunc continuantur, tota huc pertinent, ad varia artificia pro cultu ſylvarum, agrorum, medicæ, de vario fimorum genere, animadverſiones in *CARLOWITZII* & *ROHRII* culturam ſylvarum, in *REAUMURII* de eadem re conſilia, &c. in *Oeconomiſche ſamlungen* quæ Stuttgardiæ edi ceperant 1749. 8. aliqua huc faciunt de ſylvarum ſatu, inoculatione vitium, torfa.

EVER. JAC. VAN WACHENDORFF horti Ultrajectini index. Ultraject. 1747. 8. Plus in Libro eſt quam promittebat titulus, plenum nempe novum ſyſtema Botanicum, cujus claſſes ex ſexu, ex ratione ſtaminum ad petala, ex ſitu floris in fructu vel ſuper fructum, ex numero ſtaminum, ex naturalibus tribubus collectæ ſunt, ut interim petalorum minor, quam vulgo, habita ſit ratio. Genera & ſpecies pleræque ex *LINNÆO*.

D. GUETTARD obſervations ſur les Plantes. Pariſiis 1747. 12. 2. vol. Catalogum plantarum Stampenſium *D. DESCURAIN*, Aurelianenſium *D. CHAMBRAI*, & Gallicarum ex variis Provinciis Galliæ, proprio labore lectarum tradit. Pilos prioribus diligentius rimatus, ex iis, varie ramoſis, aut figuratis, claſſium ordines minores conſtituere ſuſcepit.

ERNEST GOTTLOB BOSE de nodis plantarum. Lipſ. 1747. Diſſ.

J. V. W. (van VVyk) *Vertoog, betreffende ongemeene ſchadelyke planten.* Roterdam 1747. 8. *cum maximis erroribus.*

Beſchreibung hiſtoriſcher und natürlicher Merkvvürdigheiten der Landtſchafft Baſel. Erſtes ſtük. Baſil. 1748. 8. Continet vitioſum catalogum plantarum Montis Muteti.

MARK CATESBY Appendix to the natural hiſtory of Carolina. London. 1748. fol. Viginti ſunt plantæ, quarum plures Londini in hortis curioſorum floruerunt, interque eas nobiliſſima Ginſeng, tum Stevvardia, Meadia, aliæque.

CAROLI LINNÆI Hortus Upſalienſis exhibens plantas exoticas horto Upſalienſi a ſeſe illatas ab anno 1742. *ad* 1748. Stokholm. 1748. 8. Multæ plantæ hic primum deter-

determinantur; multæ ex prioribus mutantur & in ſpeciebus, & in nominibus ſpecificis.

CASIMIRI CHRISTOPHORI SCHMIEDEL Icones plantarum & analyſes partium æri inciſæ adjectis indicibus nominum, figurarum explicationibus, & brevibus animadverſionibus. Norimberg. 1748. fol. Tres tabulas vidi, perpulchras, cum ditiſſima omnino partium fructificationis anatome, & egregiis iconibus.

C. J. TREWII icones poſthumæ Geſnerianæ. Norimberg. 1748. fol. Ducentæ & 16. Icones jam ligno inſculptæ fuerunt; earum ligneos typos redemit vir *ILL.* & edidit, nihil cedentes reliquis Geſneri operibus. Spes eſt, etiam reliquas figuras, quæ vel in ligno delineatæ fuerant, vel in charta deſcriptæ, hujus præſtantiſſimi viri cura prodituras.

JOHANNIS MICHAELIS SELIGMANN Nahrungsgefaeſſe an den Blattern der Baüme nach ihrer unterſchiedlichen austheilung und zuſammenfügung abgedruckt. Norimberg. 1748. fol. Sceleta ſunt foliorum ex diverſis arboribus, per macerationem parata. Præfationis loco hiſtoriam hujus artificii pro ſua eruditione præmiſit *C. J. TREWIUS.*

CAN-

CANDIDO
LECTORI
ALBERTUS HALLER,
S.

HÆC VII. pars, qua anatomici Auctores continentur, fuſior eſt omnino reliquis. Sed veniam me impetraturum ſpes eſt, cum æquum videatur in eo ſtudio me paulum luxuriaſſe, in quo maximam partem vitæ meæ trivi. Et ne ſic quidem permiſi mihi, ut vel ea ſcripta omnia reciperem, quæ in mea Bibliotheca ſunt: omiſi Diſputationes quarum immenſa vis in Germania prodiit, neque exigua in Gallia Belgioque, & ſelegi, quantum licuit eas, quæ plus habere utilitatis viderentur. In ordine mihi aliquam libertatem indulſi. De Theoria nempe medica Partem primam, qua Phyſiologia continetur, evulſam ad

Anatomen tranſtuli, quod ea ratio videretur & analogiæ ſtudiorum convenire, & mihi magni laboris faceret compendium. In Theoreticis ſcriptis, de Anima, ejus ſede, imperio, aliiſque jam pene metaphyſicis, breviſſimus fui. Repetitiones omnino non potui evitare, cum & Auctores ipſi uno Libro de multis Anatomes partibus dixerint, & ita me juſſerit ordo BOERHAAVII. Humorum in corpore humano hiſtoriam adjeci organis, in quibus parantur.

Dedi die 25. Octobris 1748.

METHODI STUDII MEDICI

PARS VII.

Conſilia Anatomica.

MEdicus, prædictis cognitionibus imbutus, inſtructus eſt iis dotibus, quæ in ipſo requiruntur, ut poſſit cum fructu ſuum proprium ſtudium aggredi. Dixi jam antea, quid ipſum ex mathematicis meris ſcire oporteat, tum quid ex phyſico-mathematicis, tum ex phyſicis ipſis, tum poſtea, quid ſciendum ſit ex illis, quæ materia medica præſcribit ex tribus claſſibus, & quo ordine ſe inſtruere hac diſciplina debeat. Verum hactenus de ſtudio medico nihil dixi, nam ea, quæ recenſuimus, æque pertinent ad Philoſophum, quam ad Medicum. Nunc ipſum ſtudium medicum, ſtricte dictum, dicendum eſt, quod tironem eo deducit, ut ſciat, quid ſit corpus humanum, quo modo conſtructum ſit, quid & quomodo agat, quando exorbitet in actionibus ſuis, quibus remediis inſtructum corpus pergat agere, quibus modis deſtruatur. In hac parte artis medicæ requiritur, ut ſciamus, quid diſcendum habeat Medicus, & quo ordine diſcere debeat. Itaque indicandum eſt:

1. Quomodo labore facillimo,
2. Impenſis minimis,
3. Tempore minimo,
4. Cum maximis memoriæ ſublevamentis, ſcitu neceſſaria abſolvere poſſit Medicus.

Quicunque has omnes dictas perpendit conditiones, & ad omnia, quæ in medicina ſe offerunt, cognoſcenda attendit, videbit facile, primum omnium, quæ diſcere debet, eſſe anatomen. Hanc magnus RIOLANUS vocabulo optimo *Anthropographiam* vocat; nam *anatome* tantum *diſſectionem* ſignificat, nos autem quærimus proprie ſic dictam ἀνθρωπογραφίαν, hoc eſt, deſcriptionem hominis ſeu corporis humani, quæ per ἀνατομὴν innnoteſcit. Vocari quoque poſſet jure merito θρωποσωματολογία, hoc eſt, *ſermo de corpore humano* ſeu *de corporis humani fabrica*, uti etiam magnus VESALIUS ſuum Librum inſcripſit, quem vocat *corporis humani fabricam*.

Omnes enim Medici fere conveniunt, incipiendum eſſe ſtudium medicum proprie dictum ab illa ſcientia, ſine qua nihil poteſt Medicus, & omnia tantum tumultuarie agit. Reperiuntur equidem, qui contrarium dicant, ſed eorum ab eruditioribus exploditur ubique ſententia; nec igitur argumenta, qui-

quibus ſententiam noſtram confirmare poſſumus, afferemus, cum ſatis per ſe pateat veritas.

Per *Anthropographiam* intelligimus deſcriptionem materiæ, figuræ, ſtructuræ, nexus illarum partium, quæ corpus humanum vivum conſtituunt, quantum manu artificioſa, ipſi oculo exercitato exponi poſſunt.

Dico, quantum artificioſa manus hæc omnia ipſi oculo in corpore exponit; non ergo, quæ per ratiocinia indagat, ſed quæ diſſecando corpus artificioſe, oculo partes detegendas ita præbet ut deſcribi poſſint. Hoc nobis eſt ſtudium anatomicum; & de eo ſtudio nunc dabimus conſilia, quo modo adquiri poſſit, quod certe non niſi multa lectione & magna meditatione fit.

Vel detegit illa artificioſa ſectio partes in toto corpore firmas, & cohærentes, quæ vocabulo uſu recepto nunc vocantur ſolidæ, invenitve partes, quas magnus HIPPOCRATES τὰ ἴσχοντα, hoc eſt, *continentia*, id eſt *partes continentes & coercentes* vocavit. Vel in noſtro corpore deteguntur per anatomiam partes fluidæ, quæ vocantur Latinis *humores*, & hodie vocabulo minus Romano, *liquida* ſeu *fluida*, & HIPPOCRATI τὰ ἐνισχόμενα, ut optime FOESIUS emendavit, id eſt, *intus contenta*. Hiſce addidit idem HIPPOCRATES τὸ ἐνορμοῦν, ſeu *impetum faciens*. Nos autem credimus HIPPOCRATEM (*a*) intellexiſſe impetum, quem facit mens, quum aliqua pars movetur. Ita, quum movetur digitus, requiritur motus ſolidorum & fluidorum, (nempe ut fluida copioſius in vaſa fluant), & ſimul mentis directio, qua moveantur ſolida & fluida. In hac actione quod nobis ignotum eſt, & quod mens non mechanice, ſed incognita ratione in ſolida noſtra & fluida agit, credo HIPPOCRATEM intellexiſſe per τὸ ἐνορμοῦν. Neque enim noverat ſpiritus animales, ſed ὁρμὴ ſignificat *impetum cum deſiderio*, qualem etiam habet mens, quando partes corporis noſtri movet.

Anatome ipſa dividitur in duas partes.

1. In partes ſolidas (recepto nunc, ſed minus apto vocabulo, fluidorum enim partes etiam ſunt ſolidæ) dictas: firmæ vocantur Latinis, & hæ ſunt partes *continentes*.

2. In reliqua *contenta*, quæ intra hæc vaſa ſunt. Si nunc velimus etiam cum Scholaſticis addere τὸ ἐνορμοῦν, habebimus liquidum tenuiſſimum totius corporis, id eſt ſpiritus animales.

Ergo tota anatomia pro diverſitate harum duarum partium detectarum, etiam ſe ipſam diſtribuit. Conſilia igitur circa hoc ſtudium erunt, quo modo diſcamus cognoſcere τὰ ἴσχοντα, tunc quo modo τὰ ἐνισχόμενα, & apud quos Auctores ea quam facillime diſcantur.

Prima ergo anatomiæ pars detegit ſectione, deſcribit verbis, materiam, figuram

(*a*) Locus exſtat in Libro ſpurio, nempe *ſexto Epidemicorum* Sect. 8. aph. 19. ed Foeſ. Graves autem ſunt rationes, quæ non ſuadeant τὰ ὁρμῶντα aliter intelligere quam de ſpiritibus. Nam & *GALENUS* ita ſumſit, adeo propior Hippocrati, & *ARETÆUS* ſimillima loca habet, in quibus ϛερεὰ & πνεύματα manifeſto Hippocraticis vocibus ſubſtituuntur. Vide *FOESII* dictum commentarium ad Epidemicos loc. citato; tum in *Oeconomia* ad vocem ἴσχοντα, & adde *plurali* numero ὁρμῶντα de voluntate non poſſe dici, ut quidem ἐνορμῶν paulo probabilius liceret ſumere.

guram, ſtructuram, nexum partium firmarum; quæ ad conſtitutionem hujus corporis concurrunt. Invenitur ergo primo in his partibus materies. Per *materiem* intelligimus omnes partes, quæ concurrunt ad conſtituendam unam firmam partem corporis, ſenſibus detectam. Hæc materies nondum ab anatomicis deſcripta eſt. Quando enim *muſculum* deſcribunt, dicunt corpus eſſe hoc dato modo apparens, conſtans arteriis, venis, nervis. Verum ſi nunc rogem, quid *arteria* ſit, dicunt eſſe corpus conſtans membrana inflexa cavum conicum formante. Sed rogo iterum; quid eſt illa membrana? & ſi eadem ratione pergam quærere, pervenio ad ultimam ſimpliciſſimam partem hunc muſculum conſtituentem, quam cognoſcere deberem, ſed nullibi deſcriptam invenio ab anatomicis. Anatomici vero de his ultimis minime ſolliciti, quando arteriam deſcribunt, non membranam ſimplicem, ſed vas conſtans ex membrana aliis vaſis conflata deſcribunt, & hinc errarunt, quando materiam deſcripſerunt. Aliud dabo exemplum in ſimpliciſſimo corpore; rogo anatomicos, quid ſit *os*? dicunt os eſſe corpus duriſſimum, firmiſſimum, ad ſuſtinendum corpus ipſum factum. Si nunc rogo, quænam *eſt oſſis materies*? dicunt, ſi os per chemiam examinetur, dat aquam, ſalem, oleum, terram, hanc adeo materiem oſſis eſſe. Sed certe errant quam maxime, nam docemur in cœmeteriis oſſa ſole exſiccata, pluvia humectata, ſole iterum exſiccata, rore iterum humectata, tumque vento & ſole iterum exſiccata, tamen adhuc oſſa eſſe. Si tunc chemici velint ex hujuſmodi multiplici aeris ævique labore præparatis oſſibus educere ſalia & oleum, non poſſunt, ſed materies manet fixa, omni ſale & oleo privata, & tamen os adhuc erat integrum. Ergo patet, quid ſit materies oſſis, terra nempe, quam anatomici nunquam curarunt. Alterum exemplum eſt, ſi rogaverim anatomicos, quid eſt *vas*, dicunt, membranam eſſe ſic involutam, ut canalem conicum formet, & ſic faciat vas arterioſum. Tunc rogo, quid eſt *membrana*? debent dicere rogati, eſſe texturam vaſorum plurimorum arterioſorum, venoſorum, &c. quæ liquida ferunt, & transſudant humores, & iterum forſan aliorum adhuc vaſorum quidem, quod ignoro. Ut ſciamus ergo materiam membranæ, debeo tollere omne fluidum, & patet, materiam membranæ iterum terram eſſe, æque ac in oſſe.

Dixi in definitione, figuram etiam debere deſcribi, & in hoc unus BELLINUS ex ſola conſideratione arteriæ plus perfecit, quam reliqui anatomici ſua deſcriptione.

Sed *ſtructura* etiam examinanda eſt, quæ eſt accommodatio materiæ. Nam figura eſt tantum ſuperficiei definitio, ſed ſtructura eſt compoſitio. Hoc etiam per ſolum MALPIGHIUM & RUYSCHIUM deſcriptum eſt, quod ſuo loco dicemus.

Nexus etiam eſt conſiderandus, quod iterum multum facit.

Nunc operam dedi meditatus, ut conſilia darem fidelia, ex quibus diſcerent tirones, apud quos Auctores anatomiam invenire poſſint; & ſi audeam jactare, ſupplebo hic quoſdam Auctorum defectus.

Ut ordine procedam, revocandum eſt animo, me nuperrime de dirigendo

ſtudio anatomico dixiſse, oportere omnium primo examinare partium firmarum naturam; nunc conſilia dabo, quo modo hoc peragendum ſit.

Ut addiſcat tiro quam feliciſſime harum firmarum partium totam naturam, oportet ut prius cognoſcat illas partes, ex quibus minimis omnes componuntur majores, & in quas rurſus reſolvuntur corpora. Diſputatio acerrima certe hic eſt, neque unquam lis adhuc compoſita fuit, quænam ſint elementa corporum, ex quibus corpora conflarentur. Per *elementum* etiam intelligimus partis cujuſcumque firmam originem & ſtamina. Illa, inquam, firma immutabilia quibus tanquam rerum natura perſiſtit, prima exordia, primas particulas, quæ ſua aggregatione corpora conſtituunt, vocamus elementa rerum. Sunt ergo quædam partes primæ minimæ, quæ noſtras partes firmas conſtituunt, nam pars ſenſibilis nobis in corpore non eſt unica pars, ſed plures aggregatæ partes; has ergo cognoſcere debemus, ut naturam partis cognoſcamus.

SECTIO I.

De ſolidis partibus.

HÆ partes ſunt corpuſcula exigua, ſatis inter ſe ſimilia, ſimpliciſſima, terreſtria, ex fluidis humoribus advectis ad ſingula loca ſecreta, & adpoſita cunctis partibus, & hæc ſunt prima elementa, ex quibus hoc noſtrum corpus fit. Si rogetur, quænam ſint *ultima ſtamina* minimarum partium noſtrarum; dicemus corpora eſse exigua, & hoc clare demonſtratur apud anatomicos, nam maxima pars corporis fit ex vaſis, vaſa fiunt ex membranis, quæ involutæ faciunt cavum; hæ etiam membranæ fiunt iterum ex vaſis, quæ vaſa membranam conſtituentia iterum conſtant membranis, hæc iterum ex vaſis; donec ad ultimum vas perveniamus, quod habet membranam, non ex vaſis jam amplius (aliter enim non eſset ultimum vas), ſed ex fibris compoſitam, quæ ergo fibræ, ultimam membranam conſtituentes, non ſunt cavæ, aliter eſſent vaſa, ſed mera filamenta ſolida (*a*). Hæc vero fibræ (*b*) conſtant ex me-

(*a*) Non neceſſe eſt fuſe hic repetere quæ alibi dixi de membranarum compoſitione. Eæ certe neque omnes, neque ſola vaſa, habent, ex quibus componantur. In Arachnoidea membrana, adeo magna, quæ poſt duram Membranam longiſſima ſit in corpore humano, vaſa nulla demonſtrata ſunt. Deinde membranæ veræ, quæ vaſa habent, pinguntur & percurruntur, vaſis non conſtant. Maceratio vero, analogia cum membranis per morbos natis, ſimilitudo cum laminis cellulofis, demonſtrant membranas ex brevibus filis celluloſis fieri, in ſe invicem ſtipatis, atque ſe comprehendentibus, ſive nunc præterea vaſa ad membranas conſtituendas accedant ſive ſecus. Vide noſtros commentarios in *Inſt. Boerh.* n. CCCCXXXIX. CCCI. &c. & *DAVIDIS CHRISTOPHORI SCHOBINGERI* Diſſ. *de tela celluloſa dignitate*. Gotting. 1748. 4. & video nunc ex *CL. ROGAAR* Diſſ. *de nutritione* eandem mentem eſſe *B. S. ALBINO*.

(*b*) Fibram veteribus ſatis neglectam & ſub ipſa ſimplicitate ſua latentem *FRANCISCUS GLISSONIUS* primus contemplatus eſt, & de fibra ejuſque natura animali irritabili in L. *de Ventriculo & inteſtinis* dixit.

Deinde *LAURENTIUS BELLINUS* L. de *contractione naturali* præter vim irritabilem, per expe-

meris partibus ſolidis minimis, exiguis, &c. Ultimæ ergo partes noſtrorum ſolidorum particulæ valde exiguæ ſunt, quod erat demonſtrandum. Sed prætérea hæ partes ſunt inter ſe *ſatis ſimiles*, nam certe examinavi per ignem chemicum ultimum ſolidum omnium fere animalium, & conſtitit, ſi os omni membrana ſua, omni liquido ſuo orbatum fuiſset, idemque tam diu coqueretur in aqua donec aqua tandem adfuſa æque clara & inſipida inde rediret, tunc ſemper fibras ſolidas ſibi ubique ſimiles remanere. Idem etiam verum erat de aliis partibus, v. gr. ſumo muſculi unciam unam, & coquo in aqua, & coquendo repeto, tam diu addendo nempe continuo novam aquam, priori adfuſa, donec ebulliens cum muſculo aqua, æque inſipida, & pellucida inde redeat, tunc certe ſuperſunt fibræ vaſorum, ſed omni materie in aqua ſolubili privatæ.

Neque hoc tantum verum eſt, ſed maxima mutatione, quæ in natura contingere poteſt, ad eamdem ſimplicitatem omnia ſolida redeunt. Quando muſculum comburo, non deſtruuntur hæ fibræ, ſed rectæ & extenſæ manent quaſi integræ, & ubique in una parte & in omnibus eædem ſunt. Nam & ex oſſe, & ex arteria, vena, muſculo, pilo capitis, &c. ubique eædem fibræ habentur, eamdemque præbent in conſpectu materiem. Adeoque id, quod noſtro corpori firmitatem dat, fere ubique idem eſt. Hoc mirum videbitur iis, qui putarunt ſingulæ parti corporis humani adeſse ſingularem firmitatem, ſeu ſingularem materiem pro ſingulari firmitate danda. Verum & ratio & experimentum nobiſcum pugnant. Si ipſum embryonem iiſdem experimentis ſubjeceris, arteriæ ejus ipſæ fibras dabunt, & membranæ uſtæ eadem elementa demonſtrabunt, quæ membranæ in adulto, & ex omni denique parte, utcunque diverſa,

eadem

experimenta cognitam, etiam hypotheſin de fibræ fabrica mechanica pro ea vi explicanda propoſuit. Eum virum plerique recentiorum imitati ſunt.

JOHANNES QUINCY in III. *Eſſay*, qui prodiit cum commentario in traſpirationem Sanctorii, fere ſequitur *BELLINUM*.

De fibris earumque intervallis & ex nervis origine etiam conjecturam adfert *GUILIELMUS COLE*.

J. DOMIN. SANCTORINUS in Opere *de ſtructura, & motu fibræ* & in Tractatu *de nutritione*, Venet. 1705. 8. Fibram omnem habuit pro vaſe nerveo minimo, & ejus fabricam fere Belliniano more contemplatus eſt.

GEORGIUS BAGLIVUS in L. *de fibra motrice & morboſa*, Rom. 1702. Ultrajecti 1703. 8. edito, fibras membranæ duræ & muſculorum inprimis conſiderat.

HERMANNUS BOERHAAVE de fibra mere terrea, cum glutine aqueo & oleoſo, ejuſque compoſitione in vaſa & membranas & rigeſcentia ſucceſſiva, theoriam novam & in hoc noſtro opere propoſuit, & in aphoriſmis. Eum Cl. a *SWIETEN* & plurimi recentiorum ſecuti ſunt.

GEORGIUS CHEYNE de *fibræ naturâ ejuſque laxæ morbis*. Lond. 1725. 8.

G. CHEYNE libro hic citato dat theoriam fibræ, quam nervoſus ſuccus extus irroret, &c.

MICH. ALBERTI theoria generalis motus partium ſolidar. C. H. Hall. 1730. 4.

CL. WEISS de *diſcrimine motus elaſtici & vitalis fibrarum*. Altdorf. 1735. Diſſ.

JOH. de *GORTER* in *Exercitatione de motu vitali*. Amſtel. 1737. 4. ſtamen ſive fibram primigeniam deſcribit, ejuſque vim contractilem diſtractioni muſculoſæ oppoſitam, unde omnis in corpore humano alterna motuum ſeries & perpetuitas in motu oriatur.

J. H. SCHULZE de tono partium C. H. Hall. 1737. 4.

HIERONYMUS DAVID GAUBIUS in Diſſ. Inaug. de *ſolidis corporis humani partibus*, Leidæ 1725. 4. nitido ſermone Præceptoris ſententiam propoſuit.

J. F.

eadem ſemper habetur materies, ſive in adulto, ſive in embryone fuerit. Ergo id, quod maximum & firmiſſimum eſt in corpore, conſtituitur ex eadem materie, ex qua id fit, quod in corpore minime firmum eſt; nam membrana ex vaſis lymphaticis conſtans, eſt ex eadem materie facta, qua maximum os, & partes noſtræ firmæ majori unice minorive aggeſtione & compoſitione eorum minimorum corpuſculorum differunt. Hinc ergo tuto concludimus, ultima corpora, ex quibus majores noſtræ partes conſtant, eſſe corpora valde parva, & ſatis inter ſe ſimilia.

Verum 3. dico, hæc elementa corporis ſatis ſimplicia eſſe. Quod nempe in omni corporis puncto præbet eamdem materiam, illud vocatur *ſimpliciſſimum* ſive illud vocatur ſimpliciſſimum, cujus pars eſt ejuſdem cum tota maſſa naturæ.

Verum partes corpus noſtrum conſtituentes, ſunt etiam in hac ipſa definitione *ſimpliciſſimæ*. Si enim arteriam ſumſerim & ſimul os aliquod, & utrumque combuſſerim igne, remanebit pars fibroſa in utroque, ubique, eadem ſimillima.

Tandem dico *partes terreſtres* eſſe, & hoc vocabulo utor, quia melius non novi, quo hanc materiem exprimam, nam chemici vocant terreſtria corpora, ſeu partes terreſtres, quæ neque igne, neque aqua ſolvi poſſunt, ſed immutabiles ſunt in utroque. *Salinas partes* vocant, quæ igne & aqua ſolvuntur, iterumque coeunt in materiem lapideam. *Olea* denique vocant corpora, quæ igne ſolvuntur & comburuntur, ſed cum aqua non miſcentur.

Spiritus ſunt corpora aquæ miſcibilia, & combuſtibilia ad ignem. *Aqua* eſt corpus, quod ad minimum ignem liqueſcit, & avolat abſque odore & ſapore. Atqui nullis noſtrarum ultimarum partium hi characteres conveniunt, cum in igne & aqua inſolubiles ſint, hinc eas partes terreſtres vocare cogimur.

Si jam quæratur, quid ſint partes in nobis ſimpliciſſimæ: Veteres dixerunt *partes elementales*, ſed eæ partes elementales ſunt terreſtres; nam has ultimas partes unice in omni parte eaſdem, ſimileſque ubique, & immutabiles invenimus, eæque dant firmitatem noſtro corpori. Recentiores equidem aliqui (ut JO-

J. F. SCHREIBER de fibra, glutine, cauſa firmitatis, & debilitatis, compoſitione fibræ, in *Elementis* ſuis acute dixit.

PHILIPPI CARON, *Ergo a vario fibrarum contextu & elatere diverſa temperies*, Pariſ. 1741. 4.

CLEFTON WINTRINGHAM in *enquiry into the exility of the vaſſels in human body*, London. 1743. 4. ſtamina corporis humani & minima, & perpetua facit, certe magna ex parte & fundamentum eſſe *naturæ individuorum*, & ſpecierum perennitatis.

CL. KAAU in L. *de perſpirat.* verſus finem, gluten fibramque deſcribit. 957. 961.

JACOBI VERDELHAN des *MOLES*, *Ergo temperamenti diverſitas a diverſa fibrarum conſtitutione*, Pariſ. 1744. 4.

J. CHRISTIAN LEONHART de *conſtitutione fibrarum naturali & præpoſtera*. Erlang. 1743. Diſputat. *.

CL. BROWNE LANGRISH in nuperrimis Cutlerianis lectionibus anni 1747. aliqua de fibra habet.

JOSEPHUS DUVERNEY, quod miror, nam eum certe pro principe anatomicorum habeo) dixerunt, partem ſimpliciſſimam corporis os eſſe: verum profecto in oſſe ſunt adhuc membranæ, medulla, lympha &c. quibus omnibus, ſi privetur os, remaneret tantum pro ultimis ſtaminibus pars fibroſa terreſtris, ut in omni alia corporis parte.

Denique dico *ex fluidis advecta*, novimus enim, hoc noſtrum corpus, quod nunc tantæ molis eſt, antea fuiſſe minimum, & milleſies minus uno grano ſabuli, & ex tantilla molecula adcreviſſe; hocque omne factum eſſe adpoſitione minimæ moleculæ ad priores, nam ſi fibræ non adponerentur aliæ partes, longior ea fieri non poſſet, & una in partibus ſuis cohærere; ergo hujuſmodi appoſitione partium increvit hæc machina, hæc omnia fuerunt elongata, aucta, ampliata, vaſa, unde & reliquæ partes componuntur. Cum autem omnia vaſa debuerint increſcere ita æquabiliter, ut videmus; hinc ad ſingula vaſa diſtinctæ debuere adplicari particulæ, quod fieri non potuiſſet, niſi illæ partes cum fluido per vaſa recta eo deductæ fuiſſent.

De natura harum ultimarum partium nulli Auctores ſcripſerunt, quantum novi; forte poſſem commendare hic. 1. Ea quæ hinc inde in theoricis & inſtitutionibus meis habeo. Tum 2. ea quæ in praxi præmiſi ad hiſtoriam morborum de morbis fibrarum, nec non. 3. Tertium, quartum, & quintum proceſſum noſtri collegii chemici, ubi omni accuratione (*a*), qua poſſum in ultima rerum ſtamina inquiro.

Alios quos novi, ſuper hac re, non poſsum commendare Auctores.

Poſtquam anatomes tiro percepit hæc, tunc demonſtranda & explicanda clariſſime eſt fibra minima partium firmarum, quæ non poteſt ulterius reſolvi, niſi in elementa modo deſcripta, ex quibus fibris cum aliis compoſitis minimæ membranulæ oriuntur, & quidem ſimpliciſſimæ.

Quæritur ex quibus conſtet hæc ultima fibra, ex qua, per combuſtionem, conſtat coſtitui minimum vas. Reſpondetur, minima membrana conſtat ex fibris (per antecedentia) illa membrana convoluta facit minimum vas; ergo minimum vas conſtat ex minima membrana, quæ ex minimis fibris fit, quæ fibræ ex mera terra conſtant; ergo fibræ minimæ ſunt terreſtres. Nunc eæ fibræ, ex terra factæ, ſunt filamenta ſolida, oblonga, non cava, quæ ſibi mutuo applicata cum aliis fibris conjunguntur & intertexuntur & ſic faciunt membranam, uti fila lini intertexta lintea efficiunt; hæc membrana convoluta facit cavum, ſicque jam habemus minimum vas, minimum autem vas, diu coctum cum aqua, ſemper repetita adfuſione recentis aquæ, ſoluto ſic omni ſolubili, orbatum denique omni ſuo ſucco, & arefactum omnino, ſi deinceps cum ſuis partibus firmis oculo exponatur, & microſcopio examinetur demum, nos docet,

(*a*) *Aphoriſmi de cognoſcend. & curand. morb.* n. 21. 38. 39. cum ſuis commentariis. *Element. Chem. II.* p. 360. 361. Ed. Leid. *Inſtitut. Medic.* cap. de *nutritione* inprimis n. CCCCLIII. Confer. Cl. *KAAU de perſpirat.* n. 957. ad 961. & alibi, & *SCHOBINGERI* noſtri Diſputationem modo citatam.

BARTHOLOMÆI MURRY, Ergo in celluloſo textu frequentius morbi & morborum curationes, Pariſ. 1749. 4. Omne humanum corpus ex celluloſitate fieri nobiſcum adſerit.

cet, quid ultimum vas ſit. Si pilum comburamus ad flammam alcoholis, nē inquinatio fiat, diſſipantur liquidiſſimæ partes, & ſi tenacula ſubtiliter teneatur pilus, exterius adhuc cohærebit, retinebit figuram priſtinam tenaciter, & hinc liquet, ultimum vas habere membranam conſtantem fibris, quæ conſtant partibus, nec acqua, nec igne, ſolubilibus; ergo terreſtribus.

Super hac re, Auctores qui ad manus meas pervenere, nulli omnino ſcripſerunt.

Verum tribus locis, ſupra citatis, in exercitationibus noſtris hæc iterum potuerunt inveniri.

Poſtea docenda erit canalium minimorum, antea deſcriptorum, textura varia, ſecundum varios modos, quibus fibræ vel canaliculi ſibi mutuo attexuntur, curſu nempe parallelo, curſu intertexto, & curſu ſpirali. Jam diximus, quo modo vaſa ex membranis, &c. conſtent, ſic enim ſe habet negotium. Materies ultima terreſtris conſtituit primo fibras, hæ ſibi mutuo applicantur, & conſtituunt ſimplicem membranam, hæc ſimplex membrana conſtituit, ſi involvatur, vas, quod primum eſt & minimum. Hujuſmodi vaſa jam plura ſumamus, ex intertextu ſuo conſtituent membranam, jam non ex fibris, ſed ex vaſis, conſtantem, illa involuta faciet etiam vas: hujuſmodi nunc vaſa plurima ex membranis non fibris, ſed vaſculoſis conſtantia, ſi ſumamus, & intertexamus, fiunt iterum membranæ, inde iterum vaſa, & ſic porro.

Intertextus horum vaſorum, æque ac in linteis & pannis triplici modo fit. (*a*) 1. Nonnulla vaſcula parallelo ſitu decurrunt, & ad ſe invicem cohærent. 2. Alia vaſcula inter illa parallela decurrunt recta, ſitu oppoſito, & angulos varios priora ſecant. 3. Alia ſunt, quæ ſpiraliter intorquentur, & ita inter præcedentia decurrunt. Hocque vaſorum intertextu fiunt majores membranæ, unde vaſa majora, unde viſcera & reliquæ partes. Si fibræ tantum ſibi applicentur per parallelismum, tunc membrana fit ſimpliciſſima, & reſpectu fibrarum & nexus. Si vero fibræ ſibi interſerantur curſu intertexto, tunc membrana reſpectu nexus non eſt adeo ſimplex, ac præcedens. Et ſi denique fibræ ſpiraliter ſe mutuo involvant, tunc fibra eſt maxime compoſita.

Videbimus etiam, quid ſit vas ſimpliciſſimum. *Vas* eſt omne illud, quod format cavum, in quo contineri poteſt aliud corpus, & ut plurimum fluidum. Ergo *ſimpliciſſimum vas* eſt, quod componitur ex membrana minima, & ſimpliciſſima, convoluta, ſic ut cavum formet. Subſtantia hujus vaſis ſunt fibræ ſimpliciſſimæ, non iterum cavæ. Hic jam eſt finis vaſorum, nam in infinitum hoc non progreditur, nullus enim alioquin terminus daretur noſtro corpori, ergo nulla figura.

Jam intelligitur ſimplex membrana. Dicendum nunc, quid ſint aliæ membranæ compoſitæ. Eæ non ex fibris compoſitæ ſunt, alioquin eſſent membrana ſimplex. Si

(*a*) Anatome nullum hujuſmodi intertextum invenit. Pleræque membranæ, & maxime ipſa cutis, unice ſtipato villo cellulofo fiunt, abſque ulla fibrarum longitudinem ſequentium ſuſpicione, & longe magis abſque intertextis fibris. Eæ membranæ vero, quibus conſpicuæ fibræ ſunt, & inter quas ſunt dura membrana cerebri, valvulæ arteriarum majorum, eæ alium omnino modum texturæ nactæ ſunt, neque intertextum, neque ſpiralem, ſed varie diſperſæ per inorganicam membranam tendineæ fibræ modo parallelæ ſibi adjacent, modo ſe ſecant, vario, & inconſtanti modo.

Si vero penultima membrana fuerit, ea conſtabit ex vaſis, quorum membranæ ſunt ſimpliciſſimæ, hoc eſt ex fibris conſtantes. Hæc vaſcula jam iterum & ſecundum parallelismum decuſſim contortimque ſibi mutuo applicata inveniuntur.

Membrana, quæ jam ſequetur penultimam, conſtabit ex vaſis, quorum membranæ non ex fibris, ſed ex minimis vaſculis conſtant, hanc jam membranam conſtituentia vaſculoſa vaſa rurſus ſecundum triplicem dictum modum intertexta eſſe poſſunt. Et tali modo pergimus ad craſſiſſimas membranas, quæ ex maximis conſtant vaſis, & intortu ſuo iterum maxima vaſa conſtituunt, & viſcera & reliquas corporis partes.

Hæc eſt omnium accuratiſſima idea, quæ de natura ſolidorum tradi poteſt. Anatomici enim nunquam vaſa minima, nunquam membranas minimas, vel fibras minimas, ſed tantum partes, quæ ex hiſce comparantur, demonſtrant.

Si nunc quæratur, quænam ſit cauſa roboris in homine; reſpondetur facile, oriri a compreſſione, & propinqua adunatione vaſculorum minorum, expulſo ſuo liquido concretorum, & conſtituentium fibram fortiorem, ita ut plurimæ fibræ, fiant in unam fibram, quæ tanto robuſtior erit, quo plures canales ex fibris conſtantes proinde plures fibræ concreverint. Tunc enim ſequitur, unam chordam, ſi ex 100. prius fibris conſtaret, nunc conſtare ex 1000 fibris, adeoque 100000ies nunc fortiorem eſſe, idemque in toto corpore fieri.

Vaſcula minima corporis humani neque oculis nudis, neque per microſcopia viſibilia reddi poſſunt; quare accurato tantum argumento, ex majoribus vaſis cognitis deprompto poſſunt indagari. Demonſtrari debet ſeveriſſimo argumento, in corpore humano vaſa eſse, nimis minuta, quam quæ microſcopiis videri queant. Ut id faciam, oportet, ut advocem microſcopiorum opem.

Sit ergo A unus pollex geometricus, hic dividi poteſt in 100 partes geometricas adhuc conſpicuas; ſumo hujuſmodi centeſimam partem pollicis, ea ſit B. Hoc poſito ſume corpus cubicum, cujus longitudo ſit ea $\frac{1}{100}$ pars pollicis, & pone ante microſcopium, deinde ejus magnitudinem viſam retine. Ut nunc videas, quot vaſa in hoc ſpatio contineri poſſint, invenies diametrum unius globuli rubri, in ſanguine conſpicui, eſſe centuplo minorem diametro talis cubi B, vel granuli ſabuli, hoc eſt, diameter hujus globuli centies repetitus æquabit tunc diametrum grani ſabuli, quale granum æquat $\frac{1}{100}$ partem pollicis (*a*). Ergo globus ſanguineus habebit diametrum decies milleſimæ partis pollicis, hoc eſt, ſi 10000 globuli ponerentur juxta ſe invicem efficerent lineam æqualem pollici. Ergo 10000. 0000. poterunt in uno quadrato pollice contineri globuli. Hinc demonſtratur, quot vaſa, quæ unicum globulum ſanguinis capiunt, in uno pollice contineri poſſint. Nempe oſtendit EUCLIDES, ſuperficies eſſe ut quadrata diametrorum, ergo in ſpatio quadrato pollicis poſſunt contineri 100, 000, 000 vaſorum, quæ ſingula adhuc capiunt unum globum ſanguinis.

(*a*) Diametrum æqualem facit $\frac{1}{3240}$ unciæ *HALESIUS Hæmaſtat.* p. 58. & totum globulum $\frac{1}{25000}$ arenulæ *LEEUWENHOEKIUS Phil. Tranſ.* n. 106. Sed hoc loco non quæritur de arithmetica certitudine, quo unice exemplum traditur.

Cum enim vaſis minimi membrana tenerrima ſit, negligi poterit, & tot adſumi vaſa in dato ſpatio, quot ſunt globuli.

Hæc ſunt quæ oculus microſcopio adjutus, quoniam ſunt opaca, videt. Verum, ſi nunc 100. milliones vaſorum videt in uno quadrato pollicis, non tamen ea ſunt minima, vehunt enim ſanguinem. Hæc ergo vaſa adhuc maxima ſunt in noſtro corpore, quod longe minora ſanguineis continet. Id inde patet, quia hæc, quæ videmus, rubra vaſa, edunt vaſa lymphatica, quæ liquorem ferunt de lato in anguſtum. Videmus enim venas lymphaticas, quæ ab arteriis lymphaticis recipiunt, & neceſſario recipere debent. Verum LEEUWENHOEKIUS demonſtrat, globulum lymphæ habere diametrum ſextuplo minorem diametro globuli ſanguinis; ergo vaſa lymphatica tanto minora erunt ſanguineis. Deinde ſerum ſponte exhalans, multo adhuc eſt lympha tenuius, quæ coagulatur ad ignem, cum ſerum ad ignem exhalando evaneſcat. Ergo vaſa, quæ hoc tenue liquidum vehunt, parvitatem vaſorum rubrorum immenſe ſuperant, ita ut numerus incredibilis vaſorum ſeri exhalantis capacium, poſſit contineri in ſpatio, in quo centum milliones vaſorum ſanguiferorum continentur. Quin denique his vaſis multo minora adhuc & liquida & ſolida in corpore reperiuntur. Ita de tenuitate filamentorum cerebri videatur LEEUWENHOEK *in epiſtola ad Societatem Anglicanam, in primi Tomi ſuarum epiſtolarum quarta parte aut circiter* (*a*). Hic egregius vir dicit ſibi conſtitiſſe experimentis ſenſibilibus, microſcopii ope, filamenta in cerebro eſſe tam parva, ut in ſpatio unius pollicis quadrati contineri poſſint 409600000000, qui calculus, etiamſi non ſit Auctoris, deductus eſt tamen exactiſſime, ex ejus primis calculis. Verum, ſi quæras nunc, an hæc ſint minima, in nobis & in animalibus? reſpondebo adhuc differre a minimis vaſis, nihilo minori ratione, quam ea, qua terra differt a grano ſabuli, & hoc jam demonſtraturus ſum. Ponamus, quod conſtat per experimentum Domini *GOKKORS* (*b*), animalculum in ſemine deprehenſum eſſe baſin totius noſtræ machinæ; horum animalculorum, quæ in ſemine deprehenduntur, diameter, deprehenſa per microſcopium, eſt $\frac{3}{10\,000}$ unius pollicis. Quæritur nunc, quot ergo eſſe poſſunt in pollice cubico. Si multiplicentur in cubum, hoc eſt, ter in ſe ipſa ducantur, dabunt numerum $\frac{27}{1000\,000\,000\,000}$. Nunc in hoc animalculo, quod baſis eſt corporis humani, probabile eſt contineri id, quod dicitur oculus, auris, naſus, &c. Si quis objecerit ex MALPIGHIO, in fœtu partes non ita contineri fabrefactas, quales in adultis conſpiciuntur, non diſputabo, ſed id ſaltem non negabunt adverſarii, eſſe in illo animalculo illam partem, quæ fiet olim oculus, & ſic porro, adeoque omnia diſcrimina rerum, quæ in hoc animalculo adſunt, & cum tempore tantum ſenſibilia fiunt, conſtant ex diverſis vaſis & diſtinctis, quæ cum tempore extenduntur. Si enim rudimenta iſta non conſtarent ex vaſis, quomodo increſcere poſſent? Cogitemus ergo, qualia illa vaſa eſſe debeant, & quot

(*a*) Credo velle *PRÆCEPTOREM* locum in *Anatom. & Contemplat.* p. 31. ubi vaſa cerebri 512[es]. minora globulo ſanguineo facit, quæ ratio ſi ſumatur cubica, utique valde magna eſt.

(*b*) Neque novi, quis ſit Auctor, neque aliam conjecturam habeo, niſi *GARDENIUM* voluerit *PRÆCEPTOR*, cujus nomen parum bene expreſſit ignarus Diſcipulus.

& quot hujuſmodi vaſorùm milliones in uno pollice contineri poſſint. Si nunc mihi aliquis peritiſſimus Anatomicus diceret, dum demonſtraret mihi vaſa ſummo artificio repleta, en ibi vaſa minima, & ea microſcopio demonſtraret, nunquam concederem ipſi hæc minima vaſa eſſe, id unice darem, eſſe vaſa rubra minima: ea vero non ſunt minima, niſi in ſuo genere, nam habemus adhuc vaſa lymphatica, quæ videri non poſſunt, & præterea adhuc minora, quæ perſpirabile SANCTORII vehunt, & forte adhuc minora.

Hoc ergo modo conficitur noſtra machina ex infinite fere tenero, & quaſi tremulo opere, nam utcunque nos putamus ſtabiles, ex his tamen tenerrimis elementis conſtamus.

His præmiſſis pergam in hiſtoria injectionum. Totum ſtudium anatomicum, tironi tantum dabit vaſa oculo conſpicua, ſive per ſe, ſive per liquidum opacum injectum. Hoc dico, ne quis putet cum magnis nonnullis viris, injectiones nobis vaſa minima in conſpectum præbere. Id enim minime verum eſt; nam jam olim GALENUS, & inter recentiores SWAMMERDAMIUS, & alii poſtea, ut RUYSCHIUS, inceperunt injicere materiem aliquam in vaſa majora, tanta vi, ut diſtenderent vaſa extra ſtatum naturalem; alii injecerunt liquidum craſſum, opacum qualis cera eſt, cum oleo terebintinæ miſta, alii alia. Sed optimi inter iſtos artifices viri faſſi ſunt, ſe nihil, quam maxima minimorum vaſorum repleviſſe, ut nunc vi aliqua diſtenta, & liquido opaco repleta, melius viſui ſe præbeant, quam ante. Inter eos tamen Anatomicos nonnulli ſunt, qui negant alia dari vaſa, præter ea, quæ repleta demonſtrant, eaque inter omnia minima ajunt eſſe. Cogitent ii, injectionem tantum id poſſe, ut diſtendat hæc vaſa, quæ ſatis magna ſunt, ut craſſam hanc materiem recipere poſſint, quæ injicitur; raro quidem ea materies ad ſanguifera minima vaſa pervenire poteſt, cum ne ex mille injectionibus ſemel ex arteriis in venas perveniat(*a*). Quo modo ergo ad minima omnium vaſa perveniret, quod ad ſanguifera minima non perveniat? Deinde demonſtravimus a priori, præter hæc rubra minima vaſa, eſſe adhuc infinities minora, ſi minus id verum eſſet, unde ergo exhalaret perſpirabile SANCTORII? & ſi illud vas SANCTORIANUM eſſet æque magnum, ac vas minimum ſanguiferum, cur ſanguis non exiret ipſe ex vaſis exhalantibus? Ergo vaſa, quæ replentur injectionibus, nondum minima ſunt. Si vero ceræ loco per vaſa trajiciatur mercurius vivus, nihilo fere plus perficietur, quam cum cera, neque multo plura detegi poterunt. Ergo concludo, totum ſtudium anatomicum nos nihil docere, quam vaſa, quæ & per ſe ſpectabilia ſunt, & liquido opaco injecto ſpectabilia fiunt.

Totum hoc nunc ſtudium anatomicum, ut a nobis recte addiſcatur, in quatuor partes divido. Prima pars agit de oſſibus, horumque propriis partibus. Secunda de muſculis, & partibus eo ſpectantibus. Tertia, de viſceribus eo & partibus ſpectantibus. Quarta, de vaſis extra oſſa, muſculos & viſcera, in

(*a*) Res ipſa, quam tuentur *PRÆCEPTOR* vera eſt, etſi certum ſit, materiem ceraceam abſque ulla difficultate & in vaſa minora ſanguiferis urgeri, v. gr. in vaſa iridis, & in venas rubras longe facilius, quam Anatomicis ſit commodum, cum hæc ipſa facilitas felicitati injectionum plurimum noceat.

in corpore humano deprehenſis. En conſpectum totius ſtudii anatomici.

Prima pars anatomes debet agere de *oſſibus* horumque propriis partibus. Ordinis hujus hæc ratio eſt, ut Anatomicus omnium primo ideam excitet loci, ſitus, & menſuræ partium de quibus ſcribit, & quas demonſtrat. Ita, ſi de corde dixerit, dicere eum oportet, ex quibus partibus firmis pendeat, & inter quos retineatur. Verum hæc omnia, a quibus cor cum vaſis ſuis firmatur, oſſa ſunt, vertebræ, ſternum, coſtæ & earum cartilagines. Si cerebri ſitus requiratur, oſſa adſignare oportet, inter quæ ponitur. Ergo nullius partis in corpore ſitus poteſt adſignari, niſi reſpectu oſſium. Nemo itaque proficere poteſt in ſtudio anatomes, niſi ab oſſibus inceperit, & ejus ſunt ſententiæ maximi quique Medici, ut HIPPOCRATES, ORIBASIUS, PAULUS ÆGINETA, VESALIUS, & multi alii. Verum præterea oſſium cognitio eſt baſis totius praxeos Medicæ, cum baſis indagandi locum adfectum in corpore dependeat ab accurata oſſium cognitione.

Hæc pars anatomes vocatur *Oſteologia*. Οςέον eſt *os* & λόγος *ſermo*. *Oſteologia* igitur eſt tractatus de oſſibus, hanc abſolvam, ubi dixero tres partes continere, quibus continentur omnia, quæ ad oſſa pertinent. Prima pars oſteologiæ dicitur *Oſteogenia*, quæ deſignat 1. quænam ſit materies oſſium, 2. quæ origo, 3. quæ conditio oſſium in ſua ſubſtantia, quando jam formata ſunt. Secunda pars oſteologiæ eſt *Oſteographia*, quæ cognitionem dat ſtructuræ, qualis in adultis eſt, hinc delineat fabricam & diverſitatem partium in ipſo oſſe perfecto. Tertia pars eſt *Synoſteologia* ſeu *Synoſteographia* (*a*), quæ explicat omnes partes in oſſe, quæ faciunt, ut os oſſi adnectatur, cum motu & ſine motu, cum cartilagine & ſine ea.

Altera pars anatomes dicitur *Myographia* ſeu *Myologia*. Muſculus nempe, ſive pars carnoſa mobilis, & oſſa movens, ſimilis eſt muri, habet enim corpus; & caudam, & quum μῦς apud Græcos ſit illud animalculum quadrupes, hinc Latine *muſculum* vocant partem carnoſam muri ſimilem; & doctrina de muſculis eſt *Myologia*. Hæc pars continet duas partes.

Prima eſt *Sarcologia*, hoc eſt, deſcriptio carnis. Secunda eſt *Aponevroſiologia* (*b*) id eſt, deſcriptio tendinum, ſeu partium, quæ muſculos alligant oſſibus, & punctis fixis; Απονεύρωσις enim eſt carnis muſculoſæ mutatio in nervum, & nervi nomine intelligunt veteres tendinem, hinc ἀπονευρωσιολογία eſt deſcriptio tendinum.

Tertia pars anatomiæ agit de viſceribus. *Viſceris* nomine intelligitur corpus notabili magnitudine, una ſuperficie communi deſcriptum, conſtans vaſis plurimis, & ut plurimum glandulis, in unum corpus adunatis, in effectum mutationis inſignis & ſecretionis cujuſdam. Anatomes vero pars, quæ de viſceribus agit, vocatur *Splanchnologia* a σπλάγχνον, *viſcus*, dicta, quæ ſitum, nexum, figuram, vaſa adducentia, reducentia, deducentia, &c. deſcribit. Huc referuntur cerebrum, cerebellum, pulmones, ventriculus, pancreas, hepar, lien, inteſtina, meſenterium, &c. in

(*a*) Huc referimus deſcriptionem oſſium recentium cum ſuis cartilaginibus & ligamentis, qua *Syndeſmologia* continetur & *Oſteologia recentior* WINSLOWI.

(*b*) Inſolita nomina, cum aponeuroſes ſoleant miſceri in myologiam.

in feminis etiam uterus. Si quis requirat, quare cor non vocemus viſcus, reſpondeo, quia viſcus non eſt, ſed muſculus, hinc ad muſculi deſcriptionem refertur.

Quarta pars anatomiæ eſt, quæ agit de vaſis, adeoque occupatur in deſcriptione vaſorum. Per *vaſa* hic intelligo canales, qui ponuntur extra oſſa, extra muſculos, extra viſcera, nam reliqua angiologiæ ſeu deſcriptionis vaſorum pars invenitur in deſcriptione viſcerum; hic autem intelligimus *vaſa nuda*, quatenus nempe hic quæritur, unde oriantur, quo modo fulciantur, ubi alias partes intrent. Nomen ἀγγειολογία eſt ab ἀγγεῖον, vas (*a*).

Oritur hic illud dubium, quorſum nervos referamus, an ad viſcerum hiſtoriam, an ad *Angiologiam*? Sane, cum nobis omnes nervi mediate, & immediate ſint veræ productiones cerebri & cerebelli, hinc ad deſcriptionem horum viſcerum poſſunt referri. Si vero ſeorſim nomen volueris imponere huic ſcientiæ, dices *Neurographiam* ſeu *Neurologiam*. Denique cum nervi, mea ſententia, etiam ſint vaſa, liquidum ferentia, etiam nervos poſſumus referre ad Angiologiam; ita tamen, ut quivis pro arbitrio, ad viſcera vel vaſa referre, aut proprio loco eorum hiſtoriam deſcribere poſſit.

SECTIO II.

DE OSSIBUS CORPORIS HUMANI.

CAPUT I.

de Oſteogenia.

OSteogenia eſt deſcriptio omnium mutationum, quæ a primo conceptu in ovo, uſque ad ultimam hominis proceritatem, in oſſibus obſervantur. Tradit autem, 1. originem materiemque oſſium; 2. ſeriem ſucceſſivam omnium mutationum, quæ unicuique oſſi a prima origine & materie ad ultimum incrementum uſque accedunt. En hæc duo requiruntur in hac parte oſteologiæ. Si ſcire volueris, quid ex labore tot Auctorum acquirendum ſit in hac hiſtoria, en hæc ſunt. *Os* vocatur, omni duriſſima, candidiſſima, leviſſima, ſeu minime ponderoſa corporis pars; ergo ubi has notas quis inveniet, erit os. Quæritur, quo modo os factum ſit. Ad obſcuram hanc quæſtionem reſpondebo. Primo obſervatum eſt, nullum os factum fuiſſe, quin, antequam eſſet os, fuerit cartilago (*b*) *Cartilago*

(*a*) Truncos nempe majores vaſorum a corde aduſque eas partes, quibus alendis deſtinantur. Diviſio vero vaſorum in ipſis iis partibus, a *WINSLOWO* aliiſque, utique in ſplanchnologiam rejicitur.

(*b*) Hanc totam de oſſium fabricâ tractationem, ſatis eo tempore, quo ſcripta eſt, novam, relinquo, ab eo ævo multa addita ſint, quæ ad anatomen pertinent, non ad anatomes hiſtoriam. Neque hanc controverſam regulam *PRÆCEPTORIS* credo neceſſe eſſe deſerere. Nam in ipſis oſſibus ſincipitis & frontis, quæ negant nonnulli cartilaginea fuiſſe, vidi fibras oſſeas radiatas in extremitate, ubi ſuturarum eſt locus, flexiles, plicatiles, cartilagineas fieri, demumque ultimam extremitatem incurvam membraneſcere.

tilago vero eſt corpus duritie oſſi proximum, magis plicabile, & inter omnes partes in noſtro corpore maxime elaſticum. Cum vero ita plicabilis & elaſtica ſit cartilago, habet uſus incomparabiles in corpore. Ita, exempli loco, ſi vis trahens, ſeu motus perennis eſſe debet, ibi eſt cartilago, nam ubicunque cavitas eſt recipiens tuber oſſis, ibi cartilaginea cruſta obducitur os, tam ad epiphyſin, quam ad apophyſin, ut motu artus peracto, & illa cruſta cartilaginea diſtenta, reſiliat eadem, & ſic motum perennet. Abſque cartilagine os extra locum quaſi maneret, nunc vero retropellitur in ſitum. Ita porro ad noſtras coſtas poſuit DEUS cartilagines, ad angulum obtuſum, ut, cum in inſpiratione cartilagines coſtarum vim patiuntur, eædem, deſinente nunc vi muſculorum diſtrahente, ſe reſtituant, & coſtas iterum deprimant, ſicque motus continuo fieri queat, quæ unica vera cauſa eſt, quare reſpiratio in nobis fiat tempore ſomni. Ergo cartilago eſt pars duritie oſſi proxima, ſed maxime elaſtica, & nulla pars eſt in corpore, unde globi tornando fieri poſſint, qui æque reſiliant, reſiliunt enim in incredibili certe elatere.

Verſamur nunc porro in eo, ut deſcribamus omnes mutationes obſervatas in oſſe, dum creſcebat.

Tertia ſeries mutationis hæc eſt, omnis cartilago, ſive omnis χόνδρος, antequam cartilago ſit, proximum fuit membranæ. Sic in fetu unius menſis nullum invenitur os, ſed pauca puncta cartilaginea, quæ fiunt oſſea, proximum vero corpus cartilagini eſt membrana.

Membrana Græcis vocatur ὑμὴν (ita enim non ſolum clauſtrum illud virginitatis, ſed omnis membrana vocatur) vel μήνιγξ, neque enim tantum cerebri & cerebelli membranæ dura & tenuis illud nomen meningis merentur, ſed idem omnibus corporis membranis convenit. Hoc vero nomine dicitur corpus plicabile admodum, atque proximum cartilagini; aliter definire non poſſum membranam; inciderem in deſcriptionem alteri parti applicabilem.

Verum quarto, dico omnis membranæ ſic cognita eſt textura & vaſorum & fibrarum. Conſtat enim ex vaſis, uti linteum ex filis intertextis, quæ adunata ſimplici modo inter ſe membranam conſtituunt, ita noſtræ membranæ ex fibris & vaſis implicatis conſtant; ex his fiunt reliqua.

Adeoque hic eſt ordo, primo habetur os, ſecundo illud os ſemper prius fuit cartilago, tertio cartilago antea fuit membrana, quarto hæc membrana fuit ex vaſis & fibris compoſita. Ergo os fit ex vaſis & fibris, verum jam membrana fuit ex vaſis & fibris compoſita. Ergo os fit ex vaſis & fibris, verum jam membranæ horum vaſorum, unde os dico componi, fiunt ex aliis iterum vaſis & fibris, & ſi me rogaveris, quid ea vaſa ſint, quæ ſuo intertextu membranam ſenſibilem conſtituunt? reſpondebo, eſſe membranas minores, ſimiles majoribus, quæ etiam ex minoribus vaſis conſtant; ſed ita ſunt involutæ, ut cavum contineant. Sed etiam hæc minora, nunc citata vaſa, iterum conſtant ex membranis, quæ ex aliis minoribus vaſis conflantur, & ultima membrana, primum vas conſtituens, non amplius eſt vaſculoſa, ſed fibroſa. Per *fibram* enim intelligimus corpus oblongum, non cavum; hujuſmodi fibræ plurimæ conſtituunt membranam primorum vaſorum. Demonſtravimus, partes fibrarum

eſſe terreſtres, abſque oleo, & ſale; ergo ultima materies oſſis eſt terra, quod jam antea clare docuimus.

Poſtquam ex principiis hæc repetivimus, redimus ad cartilaginem. Cartilago eſt duritie oſſi proximum, ſed magis plicabile, & valde elaſticum corpus, uti ſupra definivimus. Hæc cartilago paulo prius membrana fuit, & omnis membrana nihil fuit paulo prius, niſi vaſa ſoluta; quæ vaſa ex aliis vaſis, tandem ex fibris componuntur; omnis autem fibra fuit ante materies ſoluta, intra ſolida contenta, unaque cum humoribus noſtris fluens, & fibris applicata, eſtque illa materies nutritia materies terreſtris. Omne vas, ſive ex vaſis, ſive ex fibris conſtet, fit fibra hac ratione. 1. Si exprimatur omne liquidum, quod efficiebat, ut latus a latere diſtaret. 2. Si ejus latera ad ſe invicem adprimantur. 3. Si ea latera coeant, & concreſcant inter ſe. Hæ tres conditiones, ubi adſunt, fibram ex vaſe facere poſſunt. Hæc ergo fibra erit tanto plus elaſtica, quanto ejus craſſities eſt major prima craſſitie. Si v. gr. minimum vas in embryone conſtet ex mille filamentis, exprimatur, latera concreſcant, fiet ex hoc vaſe una fibra, ergo mille fibræ fient una fibra: verum elaſticitas ſemper hæret innata in unaquaque harum fibrarum, ſingulæ adhuc ſua vi agunt, ergo in una fibra jam mille vires junctæ agunt; ergo erit millies plus ſui ſitus tenax hæc ultima fibra, ita ex mille aliis compoſita, quam erat ante, & craſſior erit, & plus renitens, ergo plus reſiliens etiam, & plus elaſtica. Hinc iterum videmus, ſi membrana aliqua, textura talium vaſorum conſtet, & plurima vaſa fiant in fibras, tunc hæc membrana fiet ſolidior, durior, candidior, magis elaſtica, & tunc eſt cartilago.

Cartilago fit hac ratione, quando vaſcula, quæ ſua textura faciebant membranam, non manent vaſa, ſed concreſcunt & ſolideſcunt. Hæc nunc veriſſima eſſe videmus, quod plurimis poteſt probari exemplis. Ita docet MALPIGHIUS in oſſe bregmatis, quod in fœtu adhuc membranoſum eſt, in medio naſci ſtellam albam, ex qua exeant radii albi. Si nunc microſcopium applicetur, videbitur, illam ſtellam, & illos radios ibi poni, ubi vaſa plus compingi incipiunt, & ibi etiam majores arterias pulſantes adeſſe, quæ hanc compreſſionem excitent.

Ultimo dico in hac cartilagine, dum hoc modo ex membrana fit, ſtrata quædam fieri ex vaſis compreſſis, & ſimul alia ſtrata adeſse vaſorum non compreſsorum, ſed comprimentium; nam per hæc fluunt liquida pulſantia. Ergo cartilago conſtat ſtratis ſolidis perfectis, & intercapedine ſtratorum, in qua vaſa ſunt, quæ vaſa liquido adhuc plena motu ſuo & preſſione reliqua compreſserunt vaſa, ex qua vi comprimente illa ſtrata perfecte ſolida conflata ſunt. Et ſic lamellatim conflatur cartilago, ita ut inter lamellas ſolidas ſint vaſa liquidum ferentia. Si nunc illa ſtrata cartilaginea magis magiſque comprimuntur inter ſe, tunc fiunt corpora candidiſſima, duriſſima, compactiſſima, ſicciſſima, & vocantur *oſsa*. Os nunc nihil aliud eſt, quam conflatio & adunatio plurium membranarum, quæ lamellatim ſibi mutuo incumbebant, & quarum nonnullæ jam conſolidatæ erant, & lamellas duras componebant, inter

quas

quas lamellas intercapedines ſunt, ubi vaſa, adhuc tuto ſuum liquidum ferentia, continentur, & totum os nihil aliud eſt.

Si quæras, cur os in medio ſolidius ſit, quam ad epiphyſes; reſpondebo, quia ſemper in medio incipit dureſcere. Verum cur incipit in medio prius dureſcere? Demonſtravit CLOPTON HAVERSIUS, in medio eſse maximam arteriam, hinc ibi maximum eſse pulſum, ibi adeo omnium primo fieri cartilaginem, quam pergit comprimere illa arteria; & hinc in medio oſsa ubique duriſſima, & compactiſſima ſunt. Cur vero etiam ibi tenuiſſima? quia ibi os citiſſime durum factum non creſcit ultra in infante, ſed ſtatim conſolidatur, dum reliquæ oſſis partes adhuc molles, extendi pergunt.

Poſtquam explicata fuit ratio, cur omnes cartilagines, & quæ inde fiunt oſsa, diverſis conſtent ſibi mutuo incumbentibus ſtratis, ulterius videndum & examinandum eſt, an inter ſtrata & lamellas ſint in nonnullis locis decurrentia vaſa majora, pluſque liquidi vehentia quam reliqua, quæ diſtendant a ſe invicem lamellas, & forment quædam cava. Ego vero hujuſmodi vaſa inter ſtrata ea & lamellas oſſium demonſtrari dico anatomice. Quare, cum in nonnullis locis decurrant vaſa majora, quam in reliquis partibus, adeoque, quæ velociori & copioſiori fluido trajiciuntur; ſequitur ut ibi ubi hæc vaſa ſunt, major ſit diſtentio partium, inter quas decurrunt, quam alibi: ideoque illa ſtrata, inter quæ decurrunt illa majora vaſa, magis a ſe invicem removentur; dum id fit, fiunt aliqui quaſi ſinus, qui, mirabile dictu, in primordiis non adſunt in oſse, ſed diu poſt os factum ibi reperiuntur. In exemplo hoc patebit. Qui Oſteographiam norunt, ſciunt, os frontis conſtare uno oſse, & norunt ex Oſteogenia, os frontis, contra naturam aliorum oſſium, hic ſupra ſupercilia prius oſseſcere, cum in aliis oſſibus, ut in oſse bregmatis, in medio primo ſtella oſsea appareat; ſed os frontis hic ad inferiora prius incipit naturam induere oſseam. Nunc, ſi in infante trium & quatuor annorum os frontis examinetur, infra ſupercilia non invenies ſinus, nullamque cavitatem; verum ſi poſtea in homine viginti annorum & ultra illud os examinaveris, invenies ſinus infra ſupercilia, qui in prima origine nondum adfuerunt, ſed, poſtquam jam os factum eſt, ibi naſcuntur. Præterea os maxillæ ſuperius in infantibus nullum conſpicuum habet cavum, ſed poſt ſexdecim & ultra annos, hoc, quod prius tuberculum cavum in eo oſse erat, jam ſpecus capax & cavum mucum continens fit, & mirum hoc eſt, in infante cavum ibi nullum eſse, cum adſit in adulto. Adeo non mirum in Oſteogenia eſt, quod lamellæ, quæ prius erant complicatæ, nunc ipſo ab incremento oſſis a ſe invicem removeantur, qua remotione fit intercapedo, quæ eſt ipſe ſinus. In oſse baſilari, ſub ſella turcica, in infante pariter os eſt ad noſtros ſenſus ſolidiſſimum, nam perfecte ſolidum non eſt: verum in adulto, ſi inquirimus, erit ibi os excavatum uno & duobus ſinibus, ſepto intermedio adcurate diſtinctis, qui ſinus inveſtiuntur intus membrana, plena glandulis, & quidem mucum ſtillantibus, ad nares determinatum, ut defendat nervos olfactorios.

Ergo clare videmus, vaſa ſanguinea in oſſibus ipſis maxima ineſse, & ibi ſenſim

ſenſim incipere pulſu ſuo dilatare a ſe mutuo lamellas, & licet ſint pulſus molles, arterioſi, & os jam durum ſit, nihilo minus, cum illi ictus bis millies repetantur una hora, quod 48000 eſt una die, ſenſim fieri cavum: ſic etiam naſcuntur ſinus & cavernæ medulloſæ; nam cavitates oſſium medulloſæ non ſunt tam magnæ in infante pro corporis portione, quam in adultorum oſſibus, ſed ipſæ arteriæ medullares extendunt ſpatia, quibus continentur, & ſic tandem majores fiunt cavitates.

Dedi nunc ſchema totius Oſteogeniæ, & quidquid ex Auctoribus ad hanc rem ſpectat, expoſui, nempe dixi materiem oſſium terram eſſe, quæ per canales minimos cum fluido adveheretur, & fibris applicaretur; ex ea dixi fibram fieri, ex qua, cum aliis ſui ſimilibus intertexta, fiunt membranæ, ex quibus membranis convolutis fiunt vaſa, ex quibus vaſis hactenus minimis fit membrana penultima, ex qua alia vaſa, ex quibus aliæ membranæ, ex quibus ſtrata membranoſa, quæ, ſi emungantur ſuo ſucco, duriora fiunt, unde ſtrata fiunt cartilaginea; quæ, cum ad ſe mutuo comprimuntur, oſſeas faciunt lamellas, quæ nonnullis locis arterias minores, aliis majores habent; hinc, in uno loco ſtatim conſolideſcunt, alio loco ſerius.

Objici poſſet aliter rem ſe habere, ſi fides habenda ſit magno MALPIGHIO, qui in operibus poſthumis, ubi tractat Oſteogeniam, concipit os conſtare ex lamellis, nec de vaſis loquitur, ſed dicit, ſuccum oſſeum ibi intra has lamellas ſtillare extravaſatum, eumque ſuccum tanquam gluten ferruminare unam lamellam ad aliam. Verum magnus ille vir hæc coactus fuit credere, cum attenderet animum ad regenerationem oſſium fractorum; nam in oſſibus fractis obſervatur liquorem quemdam effundi circa fracturam (*a*), & intra lamellas extravaſari, unde major oritur in ſede calli tumor, qui tandem, coalito iterum oſſe, durior eſt oſſe ipſo; his argumentis bonus ille vir, naturæ fidus indagator, credidit ſuccum oſſeum adferri, & os concreſcere. Sed ſuccus ille oſſeus nullibi eſt, quam ubi fracti ſunt fines arteriarum, ibi ubique ad fracturam rupta ſunt vaſa, & ibi tumor fit. Cum porro ex HAVERSIO conſtet, millenas lamellarum unum componere os, & vaſa inter lamellas nunc ſint rupta, manifeſtum eſt tumorem oriri, quia vaſa illa, ſolutis ipſis lamellis, minus comprimuntur, hinc diſtenduntur magis, & ipſas lamellas cogunt plus adſurgere, ut neceſſe eſt, quam ante fiebat; hinc ſeries lamellarum omnes elevantur hic ad locum ruptum, & inde fit tumor; qui ergo non deſignat ſuccum oſſeum effundi inter lamellas, ſed vaſa in ſtatu naturali compreſſa inter lamellas jam libera eſſe, unde tument, & faciunt omnia tumere.

Porro dixi, os incipere dureſcere in eo loco, in quo ſtella alba naſcitur. Id vidi in oſſe tibiæ, in medio erat punctum album cartilagineum, circaque fines os adhuc erat membranoſum; poſt menſem vero aderat in eadem tibia ſtella cum ra-

(*a*) Siccum iſtum oſseum omnino non admitti a præſtantiſſimo *HAMELIO*, & totam fabricam renaſcentis oſſis unice tribui craſseſcenti & dureſcenti perioſteo, notiſſimum eſt. Sed ad hanc totam theoriam Oſteogeniæ nimis longum fuiſset commentari, & multa ſunt quæ poſsunt objici, aliqua etiam nuper objecit. *CLAR. VIR BENJAMIN BOEHMER*, Lipſienſis, in Progr. *de callo oſſium*. 1748. 4.

diis in medio oſſea, & verſus fines cartilaginea, cum nempe radii inciperent dureſcere, & ad fines adhuc cartilaginei eſſent, ad extremas vero radiorum partes adhuc erant membranoſæ. Id fit in omni oſſe, & ubique primo cartilagines naſcuntur, quæ ſenſim dureſcunt in oſſeam naturam.

Hanc Oſteogeniam methodo deſcripta addiſcere ex ſcriptis & Libris non eſt adeo commodum, ob inopiam bonorum auctorum, habent enim obſervata quædam, ſed vix ordinem obſervant, & quæ inde ſequuntur corollaria non deducunt. Dicam tamen ordine, qui de hac re ſcripſerint.

THEODORUS KERKRINGIUS (*a*), Amſtelodamenſis, vir anatomia pariter & chemia clarus, edidit anno 1670. optima quædam opuſcula, quæ iterum impreſſa ſunt an. 1673. Tractatus in quarto eſt, cui titulus *Spicilegium anatomicum & Oſteogenia fetuum*. Prima editio melior eſt, ultima habet figuras meliores ſed in hanc plurima vitia, ut plerumque fit, irrepſerunt. In hoc tractatu deſcribit, (non perfecte, ſed quantum fere ullus alius anatomicus fecit,

(*a*) Ante *KERKRINGIUM* Oſteogeniam ſcripſerunt, princeps *FALLOPIUS*, qui primus eam adtigiſſe videtur, & accuratius obſervaviſſe oſſium ex cartilaginibus indurationes, quæ epiphyſes dicuntur, & plurium in fetu oſſium in unum coalitum. Experimenta exſtant in principio *obſervationum*.

ANDREAS VESALIUS de punctis a quibus ordiatur oſſeſcentia, & a quibus principiis paulatim progrediens mutatio cartilaginem excludat, aliqua habet in *Fallopianarum obſ. examine*.

B. EUSTACHIUS varias obſervationes ex oſſibus teneribus tabulis ſuis inſeruit, ut ſterni fetus figuras. Aliqua etiam habet in *oſſium examine*, ad excuſandum *GALENUM*, tum de dentibus fetus & eorum generatione in proprio Libello.

Plura edidit *VOLCHERUS COITER*. Primus etiam icones dedit oſſium fetus. Exſtant in ejus *tabulis anatomicis*. Norimb. 1572. F. ubi Syſtema omnium oſſium fetus, tum ſceleton infantis dimidii anni bis depictum dedit, atque duas figuras capitis infantis ſeorſim expreſſas, & obſervationes ad omnem Oſteogeniam, natas in ſceletis Bononiæ a ſe ipſo paratis. Eas tabulas de oſſibus & partibus externis clam Bononiæ impreſſas eſſe, uti ipſe ediderat eas Auctor, *GUILELMINUS* filius in nupera *oratione* ex proprio exemplare teſtatur.

JOH. RIOLANUS in *Oſteologia*. Pariſ. 1614. 8. in prima parte opuſculi ita deſcribit Oſteogeniam, ut mutationes oſſium ad ſeptimum uſque annum contineat. *IDEM* in *Enchiridio Anatomico Pathologico* L. I. ſubjicit oſſium deſcriptioni eorum ex fetu initia a c. 26. ad finem, quo prior Libellus repetitus habetur, quem in magna operum collectione omiſerat, quæ in folio prodiit.

HENRICI EYSSON de oſſibus infantis cognoſcendis & curandis. Groning. 1659. 12. Unico quidem, neque eo ſatis pleno ſceleto infanti potitus, diligenter tamen & veraciter peculiarem conditionem oſſium maturi fetus obſervavit. Recudi curavit Libellum *COITERI* ſupra relatum.

THEODORUS KERKRINGIUS, ſingularis homo, qui decimum octavum annum agens demum Latine didicerit (*Præf. ad Liceti L. de Monſtr.*); deinde mutata religione, non abſque ſuſpicione occiſæ propriæ uxoris, ut ejus ſororem ſibi jungeret, Hamburgi vixit, cum Legati Florentini titulo, ibique ejus theſauri anatomici etiam nunc venales ſervantur. *PINÆUM* quidem exſcripſiſſe non credo *DRELINCOURTIO*, (*de Fœm. ovis* p. 602. edit. an. 1727.) ſed uſum eſſe induſtria Ruyſchiana in præparandis partibus, vel ex iis conſtat, quæ in utriuſque viri ſcriptis reperiuntur, ſceleto cacodæmonis aliiſque. Sunt qui ſtilum *PECHLINO* tribuant. Oſteogeniam, quod attinet, nata, ut teſtatur de ſe ipſo *KERKRINGIUS*, ex ſeptuaginta fetuum diſſectionibus, ordinata habet per ſingulos menſes fetuum incrementa, ut ſeriem mutationum majorem, quam ullus alius, ab ipſis primordiis adducat: in quibus tamen plerumque videtur ætates fetibus juſto teneriores tribuiſſe. Icones paucæ, neque valde bonæ. Prodiit cum *ſpicilegio obſervationum* an. 1670. 4. Amſtelodami.

In *Anthropogenia*, quæ an. 1671, prodiit, teneriorum fetuum ſceleti aliqui habentur. Obſervationes ad Oſteogeniam pertinentes omnes exſcripſit in anatome *STEPHANUS BLANCARD*.

fecit, alii enim minus fecerunt) originem oſſium, & quæ mutationes ipſis accidant ab embryone uſque ad integram perfectionem. Edidit etiam idem Auctor anno 1670. alium tractatum in quarto, cujus titulus eſt, *Anthropogeniæ ichnographia*, hoc eſt, delineatio deſcribens hominis geneſin ſucceſſivam; in eo opere deſcribit, ab ovo fecundo uſque ad nonum menſem, ſucceſſivam corporis humani mutationem. Tractatus hi elegantiſſimi ſunt, ſed non ſoli Auctori adſcribendi, neque enim iis temporibus unus homo ita perfecte callebat anatomiam. KERKRINGIUS autem uſus eſt multis obſervationibus anatomicis aliorum, qui Amſtelodami tunc vivebant, unde hæc opera conſtruxit. Ejus etiam Opera, jam citata, poſſunt inveniri in *Bibliotheca anatomica* a MANGETO conſcripta.

Tunc ad eam rem legi poteſt MALPIGHIUS, qui optimus eſt in *Tractatu poſthumo*, ubi commentatur de natura oſſium, tum etiam in hiſtoria illa, ubi de cornu, in collo bovino creſcente, ſcribit. Ibi optime docet, papillas nerveas complicari, & protrudi, & ſic complicatas in os abire, unde quidem videmus, oſſa prius ex vaſis conſtitiſſe. MALPIGHIUS equidem nondum cogitavit de hac re, ſed ex ejus tamen ſyſtemate deduci poteſt, oſſa prius fuiſſe vaſa nervea. Erat nempe bos jugo adſuetus, ibi loci, ubi jugum imponebatur, filamenta nervea prius adfuerant ad ſenſum, quæ ſenſim compreſſa, ab inferioribus protrudebantur, & ſic tandem ad ſuperiora, continuo magis & magis compreſſa, iterum etiam extrudebantur, ut denique ea pars ad collum, quæ nervea fuerat, ſuperius cartilaginea, & hic ad fines oſſea, cum tempore omnino tota oſſea facta fuerit. Hunc virum oportet ſuper hac re videre primo in *Poſthumis*, tum in *Epiſtola ad SPONIUM* (*a*), ubi ſcribit de illo cornu, quod in theſauro ALDROVANDINO adſervabatur, denique in ſcriptis de *Ovo incubato*, ubi perfunctorie narrat, quo modo oſſa fiant in pullo.

Videatur etiam CAROLUS DRELINCOURTIUS in tractatu in 12., hic Lugduni Batavorum edito apud Bouteſtein, anno 1685., cujus titulus eſt *Conceptus de Conceptu humano* (*b*), egregius certe eſt ſupra hac re Libellus; ibidem etiam habemus diverſitates plurimas circa oſſa notatas.

Omnium optima ſuper hac re dixit DUVERNEY (*c*), vir incomparabilis in anatomia, ſed dolendum eſt, magnum virum tantum de ſuo otio ſumere noluiſ-

(*a*) *MARCELLUS MALPIGHIUS* in *Poſthumis* inprimis oſſium generationem perſecutus eſt, ex reticulatis fibris, quarum intervalla ſuccus repleret oſſeus. Dentes etiam, & ungues, & cornua, & pennas, analoga oſſium corpora, deſcripſit.

Pauca præterea ſunt, quæ *de monſtroſo cornu* in propria ad *JACOBUM SPONIUM* epiſtola habentur, & de ungulis, in ea *de tactus organo*. In hiſtoria ovi incubati oſſa vix adtigit.

(*b*) Nihil quidquam ibi invenio.

(*c*) *DUVERNEYI* inventa enarrantur in Libello Pariſiis in diario *Journal des Savans* 1689. & ſeorſim ibidem 1689. 4. impreſſo, ſub titulo, *Lettre a Monſieur * *, contenant pluſieurs nouvelles obſervations ſur l'Oſtéologie*, qui quaſi appendix eſt prioris diſſertationis. Agit de perioſteo, ejus petiolis nervoſis & vaſculoſis in os defixis, de modo quo oſſa fiunt ex fibris teneris membraneis, non ex tendinibus, &c. Magis autem, uti inferius apparebit, ad hiſtoriam oſſium jam formatorum, quam ad Oſteogeniam pertinet.

*Lettre à Mr. * *,* &c. hic dictam recudi feci in VI. tomo Diſp. Anat.

ſe, ut inventa ſua in lucem ederet. Diſcipuli vero hinc inde, plura inventa ejus, ſuppreſſo ſemper magni viri nomine ediderunt, inter quos eſt.

Le CLERC, qui ſcripſit *la Chirurgie complette* (a). In hujus Libri parte oſteo-

(a) Plenam ſatis Oſteologiam laudabimus. Ad Oſteogeniam vero vix quidquam habet. Cæterum plurima huc pertinentia habet *DOMINICUS GAGLIARDI* Medicus Romanus, cujus opuſculum, *Anatome* nempe *oſſium*, Romæ prodiit an. 1689. 8. & nuper Leidæ 1723. 8. Fabricam oſſium ſubtilem & maxime laminarum ordinem ſeriemque expoſuit. Deinde ad Oſteogeniam omnino pertinent hi nuperiores ſcriptores, *CLOPTON HAVERS* in opere proxime uberius dicendo, cujus ſecunda Lectio huc inprimis facit, ubi incrementum oſſium ſingulari ſatis modo exponit, ex viſcida nempe materia, quam arteriæ adferunt, nervi vero circumgyratione propria circa axin ſuum cogunt proximis parietibus adhærere.

J. BAPTISTA VERDUC in *nouvelle Oſtéologie*, Pariſiis anno 1690. & iterum 1693. in 8. excuſa, Oſteogeniam ex *KERKRINGIO* exſcripſit.

ULR. SIGISM. NIMTSCH de fontanella infantum, Altdorf. 1695. 4.

FRIDERICUS RUYSCHIUS multa paſſim ad hanc rem adſperſit, maxime vero in *Muſeo variorum*, in quo paſſim ſceletos fetuum ita deſcribit, ut breviter notet ea quæ eo menſe magis notabilia viſa ſint, aut ab adulti hominis fabrica receſserint.

A. VATER de *oſſium in corpore humano generatione & diminutione in alveolis inprimis dentium obliteratis*. Progr. VVittemb. 1728. 4. * & Diſs. de *Oſteogenia*. ibid. 1730. 4.

ALEXANDRI MONROO of human bones multa huc pertinentia habet.

JOH. BASTER de *Oſteogenia*. Leid. 1731. 4. Nunquam vidi, ſed nihil mediocre ab eo Auctore exſpecto.

JOH. BASTER citata *de oſteogenia* diſp. egregia eſt, recuſa nunc in VII. Diſp. mearum volumine.

J. B. WINSLOW Oſteogeniam non dedit, ſed ad fabricam oſſium multa utilia in expoſitione ſua docuit.

ROBERTI NESBIT Oſteogeny. Londini 1736. 8. max. Oſsa ex cartilagine fieri negat, ſed naſci ex ſucco oſseo vel inter membranas, vel inter cartilagines depoſito, cartilaginem vicinam protrudente, arctante, abſque mutatione naturæ cartilagineæ in oſseam. In altera parte ſemeſtria incrementa oſſium, fuſius longe quam *KERKRINGIUS*, a primis rudimentis per ſubſequentes gradus maturitatis deducit, & iconibus numeroſis exprimit, non tamen perinde artificioſis. Egregius in univerſum Auctor.

BERNARDI SIEGFRIED ALBINI Icones oſſium fetus, Leidæ an. 1737. editæ ad miraculum pulchræ ſunt, cum nova arte, ad ipſum objectum ſculptæ, tenerrimis ductibus naturam ipſam talem exprimant, qualem ſe peritiſſimo anatomico ipſa oſtendit. Augmenta etiam oſſium & ſucceſſivam formationem ex cartilagine novis experimentis demonſtrat. Ætates in deſcriptione varias, in iconibus paucas exprimit. Cartilagines ſummo artificio depingit. Sterni hiſtoriam fuſius, quam alias, eſt perſecutus. Princeps in his rebus Auctor.

J. FRIDERICUS CASSEBOHM in ſuis *de Aure humana* tractatibus, incrementa ſucceſſiva oſſium ad auditus organum pertinentium, minute exprimit.

G. CHESELDEN in *anatomy of human body* & in ſplendido opere *Oſteography* de originibus & formatione oſſium aliqua habet.

J. E. HEBENSTREIT progr. de *Præcipuis oſſium momentis*, in quo variæ obſervationes exſtant, fetus octimeſtris, cui ſternum perfectum fuit, fonticuli in adulto capite in os undique circumſcriptum mutatio, & aliæ. in Progr. de *diploe oſſium* etiam alia ad fabricam adtulit.

Huc etiam pertinet experimentum factum cum rubia tinctorum, quæ oſsa animalium, fæcula hujus radicis paſtorum, profunde tinxit. Exſtant in *Phil. Trans.* n. 442. 443. & repetita a D. *DU HAMEL*, valdeque ſollicite capta *Mém. de l' Acad. Royal. des Sc.* 1739.

Sed inprimis *DU HAMELII* monumenta Academiæ Pariſinæ miſsa an. 1742. 1743. magnam in Oſteogenia mutationem induxerunt, cum ſuccum oſseum omnem neget, & incrementum earum partium, atque calli regenerationem perioſtei laminis, ſenſim in cartilaginem, tunc in oſseas laminas abeuntibus, poſt plurima in vivis animalibus capta experimenta

oſteologica, omnia ſunt DUVERNEY, ſed tamen gratias illi debemus, quod nobis tradiderit inventa hujus magni viri. Oſteologia ejus ceterum bona non eſt, nam VESALIANA melior eſt. Verum Oſteogenia egregia multa habet, de menſe enim ad menſem oſſa adnotat, & indicat, quo tempore oſſa adſunt, & quo modo ſtella fiat.

Quantum nunc hæc ad praxin faciant, nemo non videt, mederi enim oſſium morbis in infante non poterimus, ſi neſciamus, quo modo ſe oſſa ibi habeant, aliter enim infantis oſſa tractanda ſunt, aliter adultorum oſſa. Qui hæc ſcire recuſant, nunquam certe perfecti erunt medici; ergo, qui progreſſus in hoc ſtudio facere cupiunt, hac methodo primam hiſtoriæ oſſium partem adgrediantur.

CAPUT II.

De Oſteographia.

QUum noverit Medicus, quo modo oſſa naſcantur, nunc opus habet, ut cognoſcat, qualis oſſibus jam factis ſtructura ſit: hoc eſt, quo modo os ſit unum corpus; nondum enim os conſideramus, quatenus jungitur alteri.

Ut Medicus cognoſcat fabricam oſſium, debet ſtatim diſtinguere os, 1. in corpus oſſis. 2. in adnatum oſſi. *Corpus oſſis* vocamus, quod una fibrarum ſerie a ſtella illa oſſea enaſcitur. *Adnatum oſſis* eſt, quod ad juncturas ponitur, id eſt, illud caput cartilagineum, quod cartilagineam naturam conſervat.

Corpus oſſis conſideratur dupliciter, 1. ut durum ſolidum, 2. ut cavum: Volo os humeri examinare, ergo epiphyſin ad ſcapulam, alterumque ad radium examino. His capitibus excuſſis conſidero corpus oſſis, illud habet 1. partes ſolidas. 2. cavas. Primum inter partes oſſis occurrit velamentum externum, quod eſt perioſteum, græcum nomen, quod ſignificat aliquid circa os (περὶ ὀςέου). Id ergo perioſteum eſt 1. æquabile. 2. inæquabile.

Si æquabile eſt, tunc eſt omnium vaſorum ſe intra os immergentium & ex eo emergente textura. Textura ergo vaſorum eſt, quæ os intrat ad ejus vitalitatem & nutritionem; ſed præterea eſt textura exeuntium venarum rubrarum & lymphaticarum. Nervos etiam hic recenſui, quia in ipſa medulla ſenſus acutus eſt, adeoque & nervus. Æquabilis membrana dicitur perioſteum, ubi ſine tumore æquabiliter ubique ejus fibræ decurrunt, & ſic æquabiliter os involvit; id fit, ubi nullus muſculus perioſteo incumbit, neque ulli adnectitur muſculo, nam ſi muſculus adnectatur, æquabile non eſt.

Quid inæquabile vero ſit perioſteum, nunc dicam. Concipiamus perioſteum æquabile, deinde ponamus muſculum oſſi adfigi; hoc fit per tendinem, qui ſæpe paral-

menta tribuat. Alteram autem ſpeciem incrementi refert ad craſseſcentiam laminarum oſsearum natam ab introſuſcepto ſucco nutritio. Primam vero originem oſſium fibris membraneis reticulatis, gelatina quadam conjunctis, tribuit, quæ & ipſa, & una fibræ ſenſim indureſcant.

Oſteologiæ denique ſcriptores plerique aliquid habent, quod huc pertinet, aut certe ad fabricam & incrementa oſſis illuſtranda faciat.

Oſteogeniam, ad modum fere *DU HAMELII* tradidit *CL. D'AUBENTON, deſcr. du Cab. du Roi* III. p. 23. ſeqq.

parallelo ſitu adcumbit perioſteo, tunc ſuas fibras illi jungit, & ſæpe ſe ſubducit infra perioſteum; unde perioſteum hic craſſius videtur. Quo plures nunc & minores muſculi circa aliquam partem ſunt, eo perioſteum plus & minus inæquabile eſt; hinc intelligitur quæſtio anatomica, de perioſteo, & pericranio, nam pericranium ubique eſt idem, ſed ubi muſculi, v. gr. temporales, ſunt, ibi eorum tendines ſe jungunt pericranio, hinc craſſius fit, unde plura nomina membranæ circa oſſa capitis, ut perioſtei, pericranii, ſed quod variet pericranium, cauſa unica eſt, quam diximus.

Auctor jam qui hoc primus animadvertit, & deſcripſit, fuit RIOLANUS; ſed nemo adcurate deſcripſit præter CLOPTON HAVERS in ſuis *Prælectionibus ad Societatem Britannicam* datis.

Sequitur nunc, ut conſideremus os, prius tanquam ſolidam ſubſtantiam, deinde ut cavum, porroque ut apophyſes habens, & denique ut aliis junctum. Deſcriptionem oſſium incepimus ab iis, quæ extrinſece oſſi adhærent, vaſaque oſſi adferunt, & ex eo deferunt: verum nunc, quomodo ipſam oſſium deſcriptionem addiſcere debeamus, demonſtrare pergo. In ipſo oſſis corpore, ſpectatur ipſa oſſium ſubſtantia dicta, hoc nomine intelligo hoc durum, ſiccum, friabile, leve ſeu minus ponderoſum, omnibus vaſis orbatum, corpus, quod vocamus os. Hæc oſſium ſubſtantia (hacce definitione primo intellecta) eſt in medio corporis oſſis. 1. ſemper & ubique ſolidiſſima, 2. maxime compacta, 3. maxime unita. Verum ad loca extrema, ubi juncturæ ſunt, & ubi os alteri oſſi nectitur; ibi ipſa oſſium ſubſtantia minus ſolida eſt, valde poroſa, atque multis intercapedinibus, hoc eſt ſpatiis vacuis intermediis, interrupta. Ibi ergo prope circa juncturas (hocque in omni ſemper oſſe obſervabitur) ea ſubſtantia non eſt unita, quia ſpatia intermedia ſunt. Hic tantum oſſea propria ſubſtantia conſideratur, nihil de vaſis ſanguiferis, medulloſis, lymphaticis, &c. dicendo.

Nunc, quæ dixi, de oſſea illa ſubſtantia, vera ſunt. Si vero quæſiveris, unde contingat, quod os, v. gr. femoris, in medio ſuo ſolidiſſimum & compactiſſimum ſit & ponderoſiſſimum? Reſponſionem nullus Auctor adfert, niſi optimus HAVERSIUS, qui demonſtrat, omnia oſſa, ut in Oſteogenia viſum eſt, fuiſſe ſtrata membranacea, ſibi mutuo impoſita; hæc ſtrata per vim arteriarum fuiſſe compacta ad ſe mutuo, quatenus arteriæ perioſtei, & quatenus arteriæ per illas membranas percurrentes, pulſu ſuo omnia illa ſtrata ad ſe mutuo compingere valent. Ergo ubi illæ vires pulſantes validiſſimæ fuerunt, ibi illa compactio erit maxima. Demonſtrat autem CL. HAVERS, arterias perioſtei & ad medullam pergentes in medio oſſis maximas eſſe; ergo illæ hoc ſtratum medium condenſantes compingent (*a*); hinc in medio ſuo oſſa duriſſima & ſolidiſſima ſunt. Verum circa juncturas arteriæ diviſæ ſunt in ramos minores; hinc ibi cauſæ com-

(*a*) Nolo omnino me hoc loco diffundere in oſſium anatomen. Certum tamen eſt, neque in medio oſſe arteriam magnam medullæ, neque unicam in magnis oſſibus, neque videri, quæ tantula ſit, multum poſſe in mutandis oſſibus. Muſculos, quorum carnes validæ mediis oſſibus, graciles tendines epiphyſibus adjacent, mallem advocare, quos certum eſt, & abſque dubio, oſſa longa ex terete figura, quæ in fetu eſt, in triangularem deprimere, valere ergo in mutanda oſſium forma.

comprimentes minores ſunt, hinc ex ea mechanica, uti patet, ſequitur, ſolidam oſſis ſubſtantiam in medio oſſis ſolidiſſimam eſſe, maxime unitam & duriſſimam. Huc accedit quod obſervat Auctor, ſi os aliquod longum, v. gr. femoris ſumſeris, & fideris per medium juxta totam longitudinem, tunc in medio oſſis æque multas lamellas eſſe ſibi mutuo impoſitas, quam circa extrema oſſis, cum tamen circa extrema os maxime in ſua ſubſtantia expanſum ſit, & majorem diametrum habeat. Sed eædem lamellæ hic ad extrema minus compactæ ſunt; hinc magis diſtant, plus ſpatii occupant: ergo oſſa ibi plus ſunt expanſa; hinc quo majus eſt os, ceteris paribus, eo magis diſtant eorum lamellæ. Hinc deducit hic vir clariſſimus, quare oſſium ſtructura ſit in medio denſiſſima, quod nempe arteriæ in medio lamellas magis comprimant, ſed verſus extrema ſinguli arterioſi rami diſperſi intra lamellas eas disjungant, & faciant os & craſſius, & minus ſolidum. Hiſce nunc poſitis ſequitur, in loco oſſium medio & denſiſſimo, ubi perfecta ſunt oſſa, primo vaſa decurrere omnium minima inter lamellas, ſed ubi lamellæ remotæ ſunt, ibi vaſa ſanguifera habent ſpatium, ut ſe maxime extendant; etenim ubi vaſa ita compreſſa ſunt propter lamellas tam firmiter ad ſe invicem complicatas, ibi ea vaſa omnium minima eſſe oportet. Sed lamellæ proxime ſibi incumbunt in medio oſſe; hinc videmus in omnibus oſſibus, ſi ea findamus juxta longitudinem, ibi in media oſſea ſubſtantia vix vaſa etiam microſcopio reperiri, ſed ad oſſium extrema plurima apparent vaſa inter lamellarum ſpatia, quæ omnia vaſis plena ſunt. Non tamen, quod in ipſa origine oſſis, in medio non æque magna vaſa fuerint, id enim præter verum adfirmaretur, ut apparet ex iis quæ KERKRINGIUS de hac re obſervavit, ſed propter cauſas, ſtatim enarratas, comprimuntur ibi vaſcula, ſuo liquido emunguntur, & concreſcunt. Ubi vero lamellæ minus comprimuntur, ibi vaſcula ſe expandunt.

In ſubſtantia duriſſima oſſis eſt candor, & ad extrema rubedo. Findatur iterum os quodcunque, uti femoris os, per medium, videbitur, in medio oſſis ſubſtantiam eſſe ſolidiſſimam & candidam, circa juncturas vero, ubi celluloſa & ſpongioſa eſt ſubſtantia, ibi ea apparet rubra, propter vaſa plurima ſanguifera, ibi adhuc plena ſuo ſanguine.

In medio oſſis nunc durities ſumma, circa juncturas compages molliſſima natura eſt, nam ibi oſſa facile poſſunt in pulverem conteri; ergo friabilia ſunt. Quæritur, quid boni hoc faciat? Mechanices peritus facile reſpondebit, ſi quis velit baculum frangere, & illum in medio apprehenderit, non poterit frangere. Si vero utrumque bacilli extremum apprehenderit, & in medio ſuſtentaculum appoſuerit, jamque vim faciat in illud ſuſtentaculum, tunc rumpitur utique baculus. Eadem ratione oſſa noſtra ſe ut vectes habent, ad utraque extrema retinentur, interim moventur, & in medio maximam vim recipiunt, unde facile ibi frangerentur, niſi eſſent duriſſima.

Eo nunc deinde poſito ſequitur, quod ultimo loco dictum eſt; in medio vix aliquid deprehenditur liquidi inter lamellas, circa extrema vero omnia vaſis & ſanguine plena ſunt. Si iterum findatur os, & ſumatur etiam microſcopium, & inſpiciatur ſubſtantia oſſis circa medium, vix aliquid obſervabitur liquidi. Videatur

dein-

deinde, quo modo circa extrema ſe habeat, reperiuntur certe omnia liquido ſanguineo oſſeo, medulloſo plena. In medio tamen oſſe etiam liquida ſunt & vaſa, ſed vaſa ita compacta, ut vix videri queant, & liquida tam tenuia, ut vix appareant. Ut demonſtretur autem, etiam in medii oſſis ſubſtantia hærere vaſa, hoc agat Anatomicus, ſumat os femoris animalis, curet fragmentum exſcindi ſecuri, liberet illud ab omnibus externis incumbentibus vaſis & membranis; ſumat microſcopium, videbit liquidum adeſſe; conjiciat tunc illud fragmentum in ignem, videbit ardere, tranſſudare medullam, & cum combuſtum ſit os, habebit ſpatia intermedia in ſua ſubſtantia; unde liquet prius ibi fuiſſe vaſa.

Ultima proprietas & conſideratio eſt hæc, quod oſſa in medio cavum relinquant, ad fines minime. Ita ſe res habet, lamellæ omnes in medio oſse ſic compreſsæ ſunt ad ſe invicem, ut ſolidiſſimum ibi os ſit, & tamen æque magna copia lamellarum, ac verſus fines adeſt; ergo, ſi plus comprimantur oſsa, quam ad fines, ibi cavitas remanere debet. Circa fines vero non una cavitas adeſt, ſed plures, inter duas quaſque vicinas lamellas; hinc oſsa in medio habent puram cavitatem, ad fines vero non puræ ſunt cavitates; ergo medulla apparet in medio, non ad fines, ubi tamen adeſt medulla, ſed magis diſperſa inter lamellas; hinc in medio medulla in unam aggregatur molem, ſed ad fines apparet minus olei, & plus vaſorum liquidum ſecernentium.

Hæc nunc ſunt, quæ Medicus ſcire debet de oſſibus, neque ſcio quid ultra deſiderari poſſit de ſubſtantia oſſium. Eadem etiam ſunt fundamenta in chirurgicis ad morbos oſſium, hinc enim patet, cur os circa medium ruptum facile reponatur, & concreſcat. Cur facilius circa fines putreſcat. Cur caries oſſis tenaciſſima hæreat in medio, ſed facilius abradatur, circa fines vero difficillime, & plurima in hunc ſenſum. Reliqua, quæ ex his deduci poſsunt, facile dabit meditatio.

Nunc ſi quæ in Oſteogenia dicta ſunt, conferantur cum hiſce, habebitur clara ſtructuræ oſſium cognitio. Verum in corpore oſſis non eſt tantum 1. ſubſtantia illa media ſolida, & 2. poroſa ad extrema, ſed 3. ſunt etiam clavi intermedii oſsei, in ipſa media ſubſtantia detecti. Si quis voluerit medullam ex oſſium cavis educere, cultro ſuo aliquando ad fines uſque provenire nequit, quia adſunt trabes & clavi in cavo oſſis, quæ ab una parte cavitatis ad alteram vergunt, & lamellas ita ſuſtinent, ut os non facile frangatur, neque recedere lamellæ a ſe invicem poſſint, eodem certe artificio, quo architecti in exſtruendis ædificiis utuntur: hi enim cauturi, ne paries ad oppoſitum parietem ruinam faciat, interponunt trabes, quæ impediant. Noſter autem OPIFEX oſſibus tales trabes dedit, omnibus quidem, ſed illis tamen, quæ ſuſtentant pondus corporis, ut oſſi femoris, tibiæ; non ita radio atque ulnæ, nam hæc oſſa etiamſi exerceant motum, pondus tamen majus ſuſtinere non debent. Quid ſint hi clavi & hæ trabes, ſolus demonſtrat HAVERS „ nempe laterales quædam ſeries lamel- „ larum oſſearum quando nondum omnino oſſeæ ſunt, deprimuntur propter in- „ cumbens corporis pondus; nam ſi quodcumque corpus fibroſum ſuſtineat to- „ tum pondus, facile fit, ut hæc & illa fibra deprimatur. Sic itidem hic interne „ in oſſibus illis, aliqua pars laminarum depreſſa, ſi alteri occurrat ab altera

parte

„ parte oſſis ſimiliter depreſſa, tunc oriuntur hujuſmodi trabes “. Hi iidem ſunt illi clavi, qui intus in quibuſdam oſſibus reperiuntur, abſque ordine diſpoſiti, ſed tamen omnes ex ſtratis dictis ita depreſſis nati.

Nunc conſiderari debet *medulla*, de qua dabo, quæ exactiſſima cogitatione adſecutus ſum circa rem, de qua aliis plurimum diſputatur. Omnia oſſa motui deſtinata, habent duplex cavum, ut vidimus. Si enim os findatur, reperitur majus cavum in medio oſſis, & aliud genus cavitatum in ipſâ oſſea ſubſtantia. Illud cavum intermedium continet inter ſe in omni animali ſano, quieſcente, bene ſaginato, & juvenili, ſuaviſſimum, blandiſſimum, tenuiſſimum, inſulſiſſimum, ſubtiliſſimumque ſanguinis oleum. Sed oſſa duplex cavum habent, nempe 1. in medio, & 2. circa juncturas in ſubſtantia oſſea. In iis ſcilicet oſſibus, quæ motibus deſtinata ſunt, ſi ſanum, quieſcens, juvenile, (hæc enim omnia requiruntur), fuerit animal, tunc cavitas illa media repletur materie, quæ dicitur medulla, & oleum eſt blandiſſimum, minime acre, ſubtiliſſimum, id eſt, in toto ſanguine oleum tam mobile, flexile non reperitur, & præterea nullum oleum tam inſulſum, quam illud datur quod medullam dicimus. Hæc nunc tota eſt medullæ hiſtoria. Ex perioſteo, per denſitatem lamellarum, facta ſunt foramina obliqua, per quæ foramina arteriæ magnæ ex perioſteo exeuntes ſe inſinuant, & ultimo deſinunt in cavitatem internam & mediam oſſium. Quando hæ arteriæ per cava ipſa oſſea ſe inſinuarunt, applicant ramos ſuos ſuperficiei concavæ oſſis, atque ſurculis, intertextis innumeris faciunt membranam craſſam quæ eſt perioſteum internum oſſis, & totum cavum oſſis internum & medium obvelat. Sumatur enim ex ovillo armo, & ex ovilla coxa, os femoris & coccygis, apparebit membranam in oſſe per medium fiſſo, ſuperficiei concavæ adhærere, rubram, ſanguineam, in cujus medio cavo medulla eſt. Ex hac membrana, ita facta, rami infiniti excurrunt, qui anaſtomoſibus ſuis faciunt globos, & ſphæras membranaceas cavas. Eæ ſphærulæ fiunt a membranis quibuſdam, quæ eædem ſunt ipſum intertextum harum arteriolarum opus. Porro ſanguis arterioſus, eo delatus per vaſa perforantia oſſis ſubſtantiam, quæ fecerunt perioſteum internum, adfert tenuiſſimam ſuam partem verſus has membranas, in medio ſuo cavas, quæ recipiunt oleum deſcriptum, quatuor illis proprietatibus donatum, quas diximus, idque his ſacculis continetur. Hi nunc ſacculi omnes communicationem inter ſe habent, & deponunt tandem illud oleum per quoſdam canales, ſed quo verſus? Omnia emiſſaria horum ſacculorum ſe ad perioſteum internum applicant, & novam ſic adunatam membranam faciunt, quæ medullam veſtit. Ita medulla ponitur in vagina membranoſa, quæ tenuiſſima eſt, & conſtat ex emiſſariis medulloſis intertextis, & unica eſt illa ordinata omnium medulloſorum emiſſariorum adgeſtio. Ita arteriæ feruntur ex perioſteo externo verſus interiora oſſis, & tandem uſque ad medullam, ubi, ut in aliis omnibus arteriis fit, ſecedunt, & deponunt ſuccum tenuiſſimum (*a*).

(*a*) Medulla continetur in vera celluloſitate, qualis pinguedo eſt, ſed quæ magna ex parte non ſolis membraneis, ſed oſſeis etiam fiat cellulis. Vaſa has cellulas pingunt, non conſtituunt.

Quonam verſus feruntur nunc venæ & ubi hærent? Reſpondetur facile, venæ incipiunt, ubi arteriæ deſinunt, ergo recipiunt ſanguinem hoc oleo privatum; hinc conſtituitur membrana illa interna, ſeu perioſteum internum, ex venis & arteriis; arteriæ pergunt, ut dictum eſt, venæ etiam iterum exeunt per alia cava, quam per quæ arteriæ tranſeunt, & deſinunt in perioſteum externum.

Quæritur nunc, ubi maneat medulla, & quo verſus deferatur? Poſſem plures meditationes meas ſupra hanc rem adferre, ſed unum tantum experimentum citabo. Sint in caſtris duo equi, ſi eorum alter bene ſaginatus fuerit, & forte vulneratus perierit, oſſa ipſi erunt plena medullæ. Verum alterum equum perinde ſanum, pone celerrimum iter feciſſe per tres quatuorve dies, deinde etiam ex vulnere læſum periiſſe, hujus certe os, quodcunque ſumſeris, nunquam habebit cavum medulla repletum, ſed ſimplici ſero tenui. Si vero idem animal, poſt curſum, per aliquot dies in ſtabulo quieviſſet, habuiſſet, rurſus medullam in oſſibus. Ita docemur, oleum hoc poſſe expelli, ſi multum moveatur animal, neque in oſſibus manere, ſed diſtribui, idque ad triplicem, quem dicemus, locum.

1. Per lamellas ſuas, ad vaſa ſua, ſed nobis inviſibilia; hinc transſudare nobis apparet medulla. Sumatur enim armi ovilli os, quod nobis os humeri eſt, privetur ab omni involucro, quod externe adhæſerit, tunc ad ignem calefiat, videbitur oculis per ſubſtantiam oſſeam transſudare medullam. Si objeceris, inde non patere, ferri medullam per ipſum os, ſed id unice apparere, transſudare utique ex cavo medio verſus exteriora, ſumatur ergo hoc ſecundum exemplum. Os fiſſum privetur omni medulla, & omnibus membranis internis, imponatur carbonibus ardentibus, tunc videbitur, etiam nunc transſudare ad exteriora; id quidem non fieret, niſi eſſent ibi vaſa. Si enim liberum adeſſet oleum, utique per locum apertum poſſet exhalare. In ſceletis idem experimentum fieri poteſt. Poſtquam oſſa bene depurata ſunt, ut albeſcant, poſt menſem iterum incipiunt flaveſcere, ita ut inter lamellas clare appareat oleum. Ex his exemplis nunc videmus, medullam ex ſuis vaſis ad membranam illam tenuem, medullam inveſtientem, arachnoidem, omnino deferri in perioſteum internum, & ſic tandem ad lamellas oſſis venire. Hoc eſt primum iter medullæ, & facit, ne oſſa fragilia, fiant, nam os ſiccum poteſt conteri, ſi vero os illud exſiccatum immergatur oleo, non frangetur & duritiem priorem recuperabit. Sumatur iterum os ovillum, comburatur, erit os friabile; mittatur idem in aquam, jam durius fiet, ſi vero in oleum merſeris, longe melius iterum erit, & integrius.

2 Verſus perioſteum, nam eo ferri & redire in venas patet, cum oſſe cremato appareant foramina, per quæ fertur medulla ad perioſteum. Quando animal multum currit, oleum illud verſus extrema hæret. Hoc oleum facit, ne ſacculi membranacei contra ſe mutuo conterantur.

3. Tertium iter hujus medullæ, & illud maxime notabile, & maxima copia, eſt verſus cava juncturarum, eo etiam defertur, ut lubricentur & meabiles ibi ſint partes conjunctæ, & mobiles ſupra ſe mutuo, ut ſine attritu & ſine dolore ſupra ſe invicem commode moveri queant, hinc nunc, quo animal movetur plus, eo plus indiget hoc oleo, quia eo celerius conſumitur medulla, adeo ut tandem

defi-

deficere incipiat, ut fieri ſentimus poſt validiſſimos & diuturnos motus, tunc enim rigidæ incipiunt fieri illæ partes, cum incipiat deficere medulla, & aliquando crepitant oſſa articulata, ut in rotis curruum. Quando enim incepit deficere illud ſerum, quo illiniri ſolent rotæ, tunc incipiunt crepitare; ſi pergatur, adteritur axis & rota, & utraque ſæpe inflammatur.

Cauſa medullam adferens, eſt arterioſus ſuccus. Loca eam continentia ſunt acini medulloſi. Cauſæ, quæ medullam factam propellunt ad tria loca enarrata ſunt; omnis nempe motus quicunque validus arteriarum, qui ſemper increſcit, quando valido motu movetur animal. Hæc medulla adjuvat motus animalis & ſanguinem oblinit, ne acer fiat motu ſuo, eodem tempore, quo motus animalis viget, & augetur etiam motus per vaſa oſſium & medullæ.

De medulla etiam, ſi quis velit legere Auctores, hi ſequentes ſunt eligendi. Palmam omnibus præripuit clariſſimus ille Medicus Britannicus CLOPTON HAVERS in *Oſteologia* ſua, edita *Londini in* 8. *anno* 1691. qui Liber habet tractatum unum dicatum medullæ deſcribendæ (*a*).

Tum Clariſſimus DUVERNEY, ſed tantum in privatis ſuis ſcriptis (*b*); unde tantum a nonnullis ejus diſcipulis, inventa clari viri, habere debemur, proinde invenientur ea DUVERNEYANA in primis Tomis *du Journal des Savans*. Deinde apud PALFINUM in ſua *Oſteologia*, tum etiam in memorato jam libello Domini *le* CLERC, nempe *la Chirurgie complette*, quod opus etiam in primis DUVERNEYO debetur. (*c*)

Scripſit etiam de hac re MALPIGHIUS in *Poſthumis*, hinc inde, ſed tamen non ita abſolvit, uti reliqua ſua polire ſolebat (*d*).

Adgredior nunc alteram partem oſſium, nempe *epiphyſes*. In omnibus ergo oſſibus fere ad extrema, atque etiam hinc inde ad latera, adhærent oſſa adcreta quæ epiphyſes dicuntur ab Anatomicis.

Dico præter ea, quæ dicta ſunt de perioſteo, de oſſis corpore, de medulla, de capite ejus, ſunt inquam, adhuc alia oſſicula adcreta oſſi, & dicuntur epiphyſes. Adcreſcunt duobus locis diverſis, primo ad extrema oſſium, & dein etiam ad latera. *Epiphyſis* eſt vox Græca, & ſignificat *aliquid ſupernatum*, eſt ergo ac ſi diceres, *os oſſi ſupernatum & ſuperadcretum*. Epiphyſis ſuo oſſi adhæret ope juncturæ, quæ ex natura ſua vocari debet *Indentatio*; ſi enim ſumas femur, v. gr. ovis

 vide-

(*a*) In *Diſcurſu* III. Naturam celluloſam docuit, & exſudationem in cavitatem articulationis.

(*b*) Obſervationes ejus de medulla continentur in *Journal des Savans*, 1689 n. 19. *Mém. de l'Acad. Royale des Sciences* 1700. p. 202. Non alere demonſtrat, tranſpirare, obſtare fragilitati. Dudum autem non alere ſcripſerat *JACOBUS* de *MARQUE* in *Paradoxe ou Traité medullaire, auqueil il eſt amplement prouvé que la moelle n'eſt pas la nourriture des os.* Pariſ. 1609. 8. (*DOUGL.*) Contra *JAC.* de *MARQUE* prodiit *Réponſe au paradoxe de JAQUES de MARQUE où il dit que la moelle n'eſt pas la nourriture des os* 1607. 4. *

(*c*) Paucas habet paginas, 15. ſeu 16. & minus quidem plenas.

(*d*) In *Tractatu de Omento & adipoſis ductubus* celluloſam fabricam habet, & negat alere. Adde nunc Diſſ. L. *LEMERY de la nourriture des os*, qui experimento oſtendit, per motum diſſipari medullam, eamque a gelatina nutritia oſſium diſtinguit. Porro *RUYSCHIUM* in *Adverſ.* III. n. IX. qui & in mediis oſſibus, & in epiphyſi repertam medullam, nihil differre a ſebo demonſtravit, *WINSLOWUM*, & alios Oſteographos, & *FRANCISCI GRUTZMACHER de oſsium medulla* Diſſ. Lipſ. 1748. 4. qui medullæ fabricam, vaſa, analyſin chemicam, utilitatem in alendo, diverſitatem ab adipe demonſtravit.

videbis caput iſtius oſſis poſſe excuti, illa tunc excuſſa pars vocatur *Epiphyſis*: hanc examina epiphyſin, patebit ex parte, ubi adcretum erat illud caput oſſi femoris, adeſſe plura cava, & plures eminere dentes in tota illa ſeparata ſuperficie, ut & ad margines; ſic tunc etiam os, cui adhærebat hoc caput, ſi examinetur, inveniuntur in ea parte, ubi ſeparatio facta eſt, plura cava & ſimiles dentes eminentes, uti in capitulo dictum eſt, adeoque unum recipit alterum, & recipitur ſimul ab altero, & fibræ ſunt inter hos dentes, nectentes unum ad alterum. Hæc una ſpecies epiphyſeos, quæ nempe ad extrema oſſium hæret.

Altera ſpecies epiphyſeos eſt, quando ad latera oſſium ſupernaſcuntur alia oſſicula, ut in oſſe femoris, ubi nempe duo tubercula ſunt, unum, quod dicitur trochanter major, alterum vero trochanter minor, reperiuntur infra cervicem iſtius oſsis; hæc tubercula etiam in indentationibus adnexa ſunt oſſibus majoribus.

Hæ epiphyſes ergo per indentationem, & partim etiam per cartilaginem adhærent, & ille nexus ope cartilaginis vocatur *Synchondroſis*. Verum cum adolevit os, tunc omnia ita comprimuntur, ut totum fiat oſſeum, quod prius erat cartilago, & junctura etiam diſparet, tunc vero epiphyſis ea vocatur *Apophyſis*, quia os adnatum eſt alteri oſſi, non per juncturam, ſed per continuitatem, & in quodam proceſſu. His conceptis intelligitur, quænam ſint epiphyſes, ſunt nempe oſſa circa juncturas, & oſſa circa inſertionem juncturarum adnata; ergo de epiphyſibus notanda ſunt duo: primo modus jugendi cum aliis oſſibus, qui eſt indentatio; deinde ope cartilaginis, quæ ſe interſerit.

Si finem requiras, quare epiphyſes factæ ſint? Optime certe magnus ille Anatomicus COLUMBUS (*a*) primus hoc conſideraſſe videtur. Ubi ſcilicet os alteri oſſi jungitur, adeſt ligamentum, quod ſemper diverſum eſt a perioſteo, nam perioſteum eſt membrana continens vaſa intrantia os, & oſſe exeuntia, ergo differt multum a ligamento; hoc ergo ligamentum, quod circa juncturas reperitur, non procedit ex perioſteo (*b*), juxta longitudinem oſſi adnatum, verum inter epiphyſin & os, ubi conjunguntur, exeunt, fibræ, quæ amplectuntur epiphyſin alterius oſſis, & ſe inſerunt juncturæ utriuſque oſsis, & ſic fibræ illæ ligamentum conſtituentes, nectunt unum alteri. Ratio etiam, cur hæ fibræ radicantur in juncturis apophyſium, non ad extrema oſsium, eſt, ne occalleſcant facile, cum motus partium exercitatur. Finis ergo apophyſium eſt duplex, primo, ut os nectant oſsi, ſecundo, ut tendines muſculorum nectant oſſi, quæ altera eſt ſpeculatio. Ubi ſcilicet muſculi adfixuri ſunt tendinem ſuum validum alicui oſsi, ibi excreſcit tuber oſſeum. Vide modo trochanteres in oſſe femoris, finemque inquire, propter quem adſunt, ut nempe punctum directionis emergat ſuper reliquum os, hiſce enim tuberculis adfiguntur tendines muſculorum,

(*a*) *De re anatomica* L. I. p. 5. Sed eam ſententiam dudum refutavit *ALBINUS icon. oſſ. fet.* & demonſtravit nihil ſani in iis utilitatibus eſſe p. 158. & epiphyſes lege naturæ neceſſario naſci, tanquam imperfectionis in oſſe ſigna, & nondum abſolutæ oſſeſcentiæ. Si vero aliqua utilitas adſignari poteſt, ea erit, quod in oſſibus longis oporteat plura centra eſſe oſſeſcentiæ, ne nimis longa cartilago conſumi non poſſit a ſubnaſcente oſſea parte: deinde, ne prius perfectus & rigidus eſſet fetus, quam in lucem educatur.

(*b*) Repugnat anatome, quæ manifeſto demonſtrat præcipuum ſtratum perioſtei capſulas articulationum conſtituere, quod in fetu facile eſt demonſtratu.

lorum, qui debent femur invertere tum ad interiora tum ad exteriora. Quum ergo puncta hæc ita emineant, demonſtratur facile ex mechanicis, directionem tractionis longe faciliorem & meliorem fieri, quam ſi chorda & tendo trahens plano oſsi applicaretur. Id patet in pluribus oſſibus. Epiphyſes hæ ad extrema oſſium teguntur cartilagine, ne coaleſcant facile inter ſe juncturæ, quod etiam non fit, niſi in valde vetulis animalibus. Sed cartilagines hæ ſunt elaſticæ; hinc facile reſiliunt ab omni compreſſione, inde fit, ut non facile compreſſæ ibi maneant partes, ſed ſe reſtituant, & ut major ſit mobilitas.

Non oſſeſcunt tam cito illæ cartilagines, propter liquidum ibi adfluens, nempe 1. mucoſum ex glandulis mucoſis ibi poſitis, & 2. medulloſum ex medulla eo delata, ut docuit HAVERSIUS.

Super hanc rem legi poteſt REALDUS COLUMBUS *capite de epiphyſi, & junctura oſſium*.

Omnia nunc deſcripta de perioſteo, oſſium ſubſtantia duplici, de epiphyſibus, apophyſibus, huc uſque tractata, vera ſunt, de omnibus oſsibus, ea lege, variis locis, variis formis & modis, eadem ſe ubique habeant, ut v. gr. videre eſt in oſſibus cranii. In cranio dicitur vulgo cerebrum ſe habere pro medulla cranii, ſed falſiſſimum eſt, nam ſingulum os cranii eſt proprium os, cum perioſteo ſuo interno & externo, & unum os cranii eſt epiphyſis radiatim adhærens alteri. Sed prius ex iis, quæ docuimus, erat ibi in prima formatione hominis intermedia membrana, quæ cartilaginea facta eſt, poſtea oſſea, & tali modo conſtitutæ, ut indentata iterum ibi fiat junctura; & hac ratione omnia magna cranii oſſa cohærent. Loca vero ubi junguntur, vocantur ſuturæ, & illæ ſunt in hunc finem conſtitutæ, ut exitus daretur vaſorum ex cranio vergentium ad perioſteum externum, & ex partibus anterioribus ad perioſteum internum & ad ſinus duræ matris tendentium. Medulla vero horum oſſium in diploe eſt. Si ſecatur os cranii aliquod tranſverſim, tunc adparet clare conſtitui os ex duplici lamella, & inter utraſque lamellas eſſe celluloſam & medulloſam ſubſtantiam, quæ diploe dicitur.

Hiſce nunc probe inſtructus animus accingat ſe ſynoſteologiæ addiſcendæ.

Synoſteologia nempe cum *ſynoſtoſis* eſt oſſium inter ſe pro efficiendis motibus connexio. Conſiderari hic debent ſequentia, 1. conſiderari debent epiphyſes (conſideratio etiam oſſis ipſius hic non multum facit ad intelligendas juncturas, nam horum ope non fiunt), 2. apophyſes, 3. tubera, 4. capita, 7. oſſium cava, 6. oſſium carinæ ſeu κοτύλαι, ut vocarunt Græci, 7. cruſtæ cartilagineæ, quibus capita obducuntur, 8. ligamenta, & denique, 9. modi juncturarum. Hæc omnia conſideranda ſunt, antequam tiro claram ideam juncturarum habere poſſit, nam omnis junctura fit per extrema oſſium, ſed extremitas oſſis ſemper eſt epiphyſis, quæ poſtea fit apophyſis; ergo nemo intelliget juncturas, niſi apophyſes cognoſcat, & ſic optime, qui diſcendæ anatomiæ ſe tradit, poterit demonſtrare, quo modo ejus prima pars, ſive Oſteologia, in partes dividatur, & has iterum partes dicto modo adſequi, ut clara ſit cognitio.

Tum 3. cognoſcenda ſunt tubera, 4. carinæ, cava, & κοτύλαι, ſic optime ſcripſerunt veteres. Omne os, quod movetur, motum eum perficit cum ſumma facilitate; adeo ut nullibi in natura a priore demonſtret ullus mechanicus hujuſmo-

di

di inſtrumentum, quod ad uſum motumque adeo egregie accommodatum ſit; ut v. gr. videmus in ſcapula; ibi non eſt cavum, ſed eſt aliquod planum potius, cui os humeri committitur, quod eſt adeo rotundum, ut in motu ſuo caput rotetur ſuper hoc plano facillime, & uno tantum puncto ſemper acetabulum contingat, unde motus facillimus eſt. Sed exorbitaret jam facile de ſuo loco. Verum appoſuit DEUS *cartilagines*, corpora nempe elaſtica, quæ eam luxationem impediant. Hæ nempe cartilagines, cotylas, ſeu carinas efformantes, exſurgunt e latere ſupercilii oſſis, & ſic os movendum ad latera, in ſubſtantia ſemper reprimente, hæret, adeo ut, cum humerus motus appellat ad hæc latera, ab iis in locum reprimatur. Tum addidit etiam DEUS, ut dixi, duplex liquidum, glandulorum ſcilicet & medulloſum. Porro *Ligamenta* perſpicienda ſunt, in quibus aliquid mirabile eſt, nempe glandulæ, quæ iis adhærent ea parte, qua oſſa ſpectant, non enim tantum ſunt fibræ, uti veteres putarunt, quæ oſſi os nectunt, ſed ut CLOPTON HAVERS demonſtravit, habent ligamenta glandulas in ea parte, qua ſpectant juncturas, quæ ſtillent liquidum lubricans; ergo ſic ligamenta debent cognoſci; modi quoque, quo modo jungantur oſſa, facillime & diſtinguendi & concipiendi ſunt: verum ſi aliter fiat, hic certe magna erit confuſio.

Quando os jungitur alteri & minimum tantum habet modum, conjunctio ea vocatur *articulatio*, quæ dicitur fieri 1. per συσσάρκωσιν, hoc eſt, per intermediam carnem, ut v. gr. ſcapula adnectitur coſtis ope muſculorum: verum ille non eſt nexus, qui vocari poſſit articulatio. Nam ſcapula tantum coſtis nectitur, ut trahi poſſit, & tamen manere in loco, non vero articulatur cum coſtis ad motum; ergo proprie non datur hujuſmodi ſpecies juncturæ, quamvis veteres ita dixerint. 2. Per συννεύρωσιν, hoc eſt per vinculum & ligamentum medium, ſed neque hujuſmodi ſpecies nota eſt. 3. Per συγχόνδρωσιν, hoc eſt, per cartilaginem, id eſt, quod cartilago intermedia ex uno oſſe in aliud tranſeat. Verum hi tres modi, non poſſunt dici modi, ad nectenda oſſa móvenda pertinentes, ſed ſimpliciter ad nectenda oſſa aliis oſſibus referuntur, abſque reſpectu ad motum. Ergo non videntur referri ad articulationes. Nunc vero omnium oſſium, quæ ad motum exercendum junguntur, juncturarum modus hic eſt; 1. vel modus tantummodo flexus & extenſionis. 2. Rotationis, & tunc ſemper, ſi modus conjungendi ſit ad rotationem, unum cavum eſt in uno oſſe, quod recipit, & unum caput extuberans in altero oſſe, quod recipitur. Hæc junctura proprie vocatur ἐνάρθρωσις, ſive inarticulatió, uti eſt oſſis femoris cum acetabulo, ut & oſſium metacarpi ſupra carpum. In priori vero, quem diximus, modo, ſcopus tantum fuit, ut flectantur retrorſum & antrorſum membra; ſed tunc duo ſunt cava, & duo capitula, quæ recipiuntur, ut ſit ad motum digitorum ſuper os metacarpi, & in junctura cubiti ad os ulnæ cum oſſe humeri, & vocantur hæ juncturæ γιγγλυμοὶ, *ginglymi*.

Reliquæ juncturæ ab antiquis dictæ ſunt, quando junguntur oſſa ſine motu, ut ſuturæ, ſymphyſes, harmoniæ, gomphoſes. Sutura dicitur, quando unum os dentibus emiſſis occupatur ab altero oſſe in cavo aliquo. Symphyſis dicitur, quando unum os alteri increſcit, non dentatim, ſed ſuperpoſitione ut os tempo-

rale

rale cum oſſe bregmatis, ſed proprie talis junctura nulla eſt, nam etiam hic dentes ſunt, quæ juncturam faciunt. Harmoniæ etiam nullum exemplum eſt, nam iterum per indentationem fit. Gomphoſis dicitur, quando unum longum corpus in quodam cavo inſertum juncturam facit, uti contingit inter dentes & maxillas.

Sed alia ſuperſunt, de juncturis oſſium dicenda. Obſervatum eſt ab omni ſæculo, inter extremas oſſium partes, & lubricas cartilagines, quæ ibi apponuntur, inveniri liquidum quoddam, quod nec aquoſum, nec ſapidum, nec oleoſum, nec etiam glutinoſum eſt, ſed quod inter digitos tractatum utique etiam lubricum & tenax apparet, ſed tamen non cum magna cohæſione, pellucidum præterea. Id inter omnes juncturas quorumcunque animalium reperitur. Si vero defecerit, advertitur juncturas crepitare in motu, & motum earum etiam retardari, ut artus moveri nequeant, quod contingit in ſcorbuto, in morbo hypochondriaco diuturno, ut & in lue Neapolitana frequenter. Egregius ille anatomicus CLOPTON HAVERS hujus liquidi naturam invenit, cujus doctrina circa hoc negotium iſta eſt. Oſſium ſtructuræ duplici ſe habent modo: 1. Vel ſinum habent exſculptum, in medio cavo, inter juncturas, ut os unum ab oſse moto contingi nequeat. 2. Vel ſinum habent nullum, ita ut os motum ubique contingat alterum in ſuo motu.

Os femoris v. gr. jungitur ita cum oſſe coxendicis, ut caput ſuum intra cotylam recondat; ſed in medio cavo illo (quod cavum fit a juncturis oſſium) ibi in medio cavo iſtius oſſis innominati eſt cavum aliud, quod retrocedit, ut innaſcatur ligamentum teres, quod jungit os femoris acetabulo medio; intra hunc receſſum, ſic exſculptum, hærent glandulæ, quæ tantum digito preſſæ transſudant liquidum unctuoſum, nullo modo tamen oleoſum, ſed pellucidum, quod liquidum, dum movetur os, lente ſic exprimi ſolet. Idem liquidum, ita expreſſum, miſcetur oleo medulloſo, quod transſudat per oſſa, dum major fit motus ejus partis; ergo etiam partes oſſis tunc moventur. Hoc oleum medullæ occurrit illi glutini & intime permiſcetur, eaque liquida permiſta, conſtituunt oleum ambo oſſa lubricans, ne in motu ſe mutuo conterant, adterant, & caleſcant a nimio motu.

Alia oſſa ita junguntur, ut ſe immediate contingant, ubi os humeri cum plano in homoplatæ cotyla, & majore ſupercilio cartilagineo retinetur; ſed ibi nullum cavum reperitur, præter hoc magnum cavum, quod cotylam diximus, ſecus ac in oſſis coxendicis cum oſse femoris articulatione, nam hic mutuo oſſa ſe contingunt, & in medio cavo nullus eſt receſſus ſimile ligamentum recipiens, nec glandulas continens; ſic etiam, ubi os femoris oſſi tibiæ nectitur, nullum cavum in medio cavitatis os femoris recipientis habetur.

Porro in omnibus oſſibus ſic conjunctis, ut cavum os recipiens in ſe alterum ſinum non habeat, ibi ligamenta ſunt, que nectunt os recipiens oſſi recepto, & in his ligamentis, qua parte os ſpectant, ſunt glandulæ, quæ liquidum hoc fundunt, ita ut ligamentum hujuſmodi, prudenter ſolutum, ſi paululum prematur digitis, transſudet hoc liquidum mucilaginoſum, dictum ab HAVERSIO. Hæ ſunt illæ glandulæ mucilaginoſæ, huic viro dictæ. Ergo glandulæ in hoc ligamento, quod oſsa inter ſe nectit, ſemper adſunt; ſed ubi ligamentum eſt in cavo acetabuli, ibi in utroque ſunt glandulæ, nempe & in cavo, & circa

ca cavum; ubi vero ligamentum teres intra cavum non adeſt, ibi hæ glandulæ ſunt in parte interiore ligamentorum oſſa nectentium.

Harum nunc glandularum effectus eſt, ſeparare hunc mucum, nam plane hujuſmodi, inſipidus, pellucidus, moderate tenax liquor eſt. Hujus liquoris nunc eſt utilitas. 1. Derivare hoc liquidum intra cava juncturarum. Quando oſſa circa ligamenta moventur, tunc exprimitur hoc liquidum, & fluit intra cava juncturarum. 2. Effectus eſt miſceri cum oleo medulloſo. 3. Effectus eſt, cum ita intime admiſtus eſt ope motus oſſis, cum oleo medulloſo, componere tertium corpus, quod neque unice oleoſum, neque mucoſum eſt, ſed conflatum ex hiſce duobus. 4. Hoc liquidum compoſitum motu oſſium fit ſubtilius, motu enim debet atteri, & attenuari; ita vero attenuatum hoc liquidum per vaſa reſorbentia aufertur, & miſcetur iterum ſanguini, quod ſi non fieret, oriretur hydrops interoſſeus, & colligeretur ibi liquor, ut in practicis ſæpe obſervatur.

Videatur ergo de hiſce CLOPTON HAVERS, vel in *Actis Londinenſibus*, ubi per partes prælegit hanc doctrinam Societati Londinenſi, vel etiam in ſuo Libello, edito ſub titulo *Oſteologiæ novæ & glandularum mucoſarum deſcriptionis* (a).

Hiſce omnibus peractis de Oſteogenia (b), Oſteographia, & Synoſteologia, & his omnibus bene explicatis, ſupereſt, ut dicam de præcipuis Auctoribus ſub uno capite, qui hic requiruntur. 1. Primarius omnium eſt ANDREAS VESALIUS

(a) *Diſcourſe* IV. poſt brevem memoriam harum glandularum apud *C. STEPHANUM*, (citata tam a *MORGAGNO*, qui ſuas etiam obſervationes adjecit ad has glandulas *Adverſ. II. anim.* 23.) Ad earum etiam hiſtoriam pertinet diſſ. *CL. PITSCHEL de Axungia articulorum*. Lipſ. 1740. 4. *A. KAAU de perſpiratione* n. 870. 871. J, *Z. PLATNER* in *Chirurg.* n. 1133. ad coſtarum articulationes. *CAJETANUS TACCONUS* in *Comment. Bononienſibus* · *COWPERUS*, aliique.

Ad glandularum mucoſarum hiſtoriam pertinet etiam *HENRIC CHRISTIAN. ANGELO-CRATOR de glandulis HAVERSII mucilaginoſis*, Marburg. 1695. 4.

(b) Oſteologiæ in univerſum plurimi exſtant Auctores, cum multa facilia habent, & nihil in præparatione, ſi a quibuſdam oſſibus capitis receſſeris, valde difficile. *HIPPOCRATES* oſſa non ignoravit, ex cujus operibus integram Oſteologiam excerpſerit *RIOLANUS*, & qui ſceleton æneum Delphis dedicaverit. *PAUSANIAS* L. X. Inprimis autem ſcripſit *L. de oſſium natura*, brevem & in univerſum, ſi ſubtiliora non requiſiveris, ſatis verum. Sed in *L. de articulationibus* & in *mochlico* multa paſſim, etiam melioris notæ, ad Oſteologiam pertinent.

A. CORNELII CELSI Liber VIII. de oſſibus unice agit, eleganter equidem, ut ea ætate, vere, ſi non ſubtiliter. Eum Libellum *PAVIUS* cum commentario recudit ſub nomine *ſuccenturiati anatomici*. Leid. 1616. 4.

Et *GALENUS* Libellum *de oſſibus* reliquit, in quem exſtat *JOH. SYLVII*, *GABRIELIS FALLOPII*, *J. PHIL. INGRASSIÆ*, & *JOHANNIS RIOLANI* Commentarius, pleniſſimum cæterum erroribus, ut abunde in Lib. *de radicis chinæ uſu* demonſtravit *VESALIUS*, & nec ipſe poteſt diſſimulare *EUSTACHIUS*, *GALENI* Patronus.

GALENI de oſſibus libellus excuſus etiam eſt Helmſtad. 1549. 8. & gallice verſus a *JO. CANAPE*, Lyon. 1583. 4.

RUFUS aliqua habet, quæ ad eam hiſtoriam pertinent.

ORIBASIUS, uti notum, *GALENUM* ſequitur, tum Arabes, Sed & *JACOBUS BERENGARIUS* aliqua huc ſpectantia habet & rudia quædam *AL. ACHILLINUS*, proprii tamen experimenti, & icones nonnullas *JOHANNES DRYANDER*.

JACOBI SYLVII, quem modo dixi, *Commentarius*, prodiit Pariſiis 1561. 8. eruditus eſt, ſed plenus præjudiciis, cum os inciſivum, diſtinctum ab oſſe maxillæ, uno die quater ſe vidiſſe, contra omnen experimentorum conſenſum dicat, & quæ ſimilia ſunt. Habet tamen aliqua

LIUS (*a*), *Bruxellenſis*, incomparabilis anatomiæ reſtaurator; cujus Libri *de corporis fabrica* nunquam ſatis commendari poſſunt, ita ut bibliotheca Medici illis carere nequeat, quin primario inſtrumento ſe inſtruendi privetur. Editus eſt ejus Liber in folio *Baſileæ* apud *Oporinum*, anno 1543., & iterum ibidem apud eumdem, anno 1555. Primæ editionis figuræ & icones ſunt nitidiſſimæ, etiamſi ligneæ ſint, & præferendæ ſunt figuris alterius editionis, nam in ſecunda editione crenæ, quæ umbras facere debent, magis ſunt confuſæ, unde ſæpe maculas habent loco linearum (*b*). Verum in ſecunda editione hoc damnum facile compenſatur, nam textus eſt accuratus, & emendatior multo, quam in prima editione. Supervixerat Auctor ſcilicet 12. annos primo ſuo operi, objectiones plurimas audiverat, hinc ſupplevit plurima, emendavit alia, & nitidius fecit opus hinc, qui utramque editionem ſibi comparare poſſit, ſecundæ textum & tabulas primæ, conſulere deberet. VESALII nunc Liber primus de fabrica oſſium elegantiſſimus eſt, & nullum opus in medicina unquam plures laudes meruit, quam hic tractatus; nam ibi habetur, quidquid vetuſtas unquam de oſſibus noverat.

V u 2. RE-

aliqua propria & ex brutis Animalibus & ex ſceletis. Deinde *calumniarum depulſio* an. 1551. (*DOUGL.*) Pariſiis edita, maxima ex parte contra *VESALIUM*, & quidem pro *GALENI* L. de oſſibus ſcripta eſt, quam autem vana ſit, dudum innotuit, cum ſternum antiquis quam nobis longius fuiſſe non erubuerit adfirmare, ipſum plerumque *VESALIUM* exſcribat, dum eum quam ſæviſſime carpit. Sinus tamen ſphenoideos melius deſcribit. In *diſſectionibus* denique cum *Iſagoge* editis. Pariſiis 1561. 8. aliquas proprias ad Oſteologiam pertinentes obſervationes habet.

CAROLUS STEPHANUS in L. III. de *diſſectionibus corporis humani* Pariſiis an. 1545. fol. Latine, & an. 1546. Gallice editis. L. I. Oſſium hiſtoriam tradit, quæ pars Libri optima eſt, & icones magis tolerabiles, quam *CARPIANÆ* ſunt. Aliqua etiam habet peculiaria, ut glandulas nonnullas *HAVERSII*, meniſcum maxillæ inferioris, &c.

(*a*) *ANDREAS VESALIUS* in magni operis L. I. eximiam Oſteologiam dedit, cum figuris, oſſium artuum inprimis, nitidis, firmis, artificio ſummo ſculptis, quas omnes fere poſteriores Anatomici imitati ſunt. Doctus pariter ſermo, & minime contemnendæ ſedulitatis, ſi a capite receſſeris. Nam in ea hiſtoria utique, cum oſſa non diſſolveret, minutiorem diviſionem oſſium ſuperioris maxillæ, & ſubtiliores particulas non attigit. Deinde in epiſtola *de radicis Chinæ uſu* Baſileæ an. 1546. fol. min. & Lugduni an. 1547. 16. edita, *GALENI* Oſteologicos errores refutat. In *Examine* denique *obſervationum Fallopii*, Venet. an. 1564. 4. excuſo, aliqua miſcet ad oſſa pertinentia, fere ex brutis animalibus, cum in Hiſpania ne cranium quidem reperiret. Auditus organum ex animalibus deſcribit. Nitidiſſimæ denique ſceletorum imagines in ejus Chirurgia magna habentur. De Epitome alias dicetur.

(*b*) In Iconibus utriuſque editionis longe minorem diverſitatem reperio, quam putaſſem, dum comparo utramque. Poſterior vero 1555. in folio multo plenior, & nitidior prodiit. Cavendum autem eſſe moneo ab omnibus editionibus alibi factis, Veneta anni 1568. fol. Pariſina anni 1564. f. 1569. f. Antvverpienſi anni 1572. f. parv. Norimbergenſi 1551. fol. quæ omnes penes me ſunt. Nupera vero, *ALBINO* & *BOERHAAVIO* procurante, Leidæ, 1725. fol. edita eſt, in qua præter *VESALII* Opera Anatomico-Chirurgica etiam Fallopii, Cunei, Heneri, & alia opuſcula habentur. Hæc editio artificioſiſſimas habet icones.

LEONHARDI FUCHS Epiſtola Anatomica L. I. (& II.) Tubingæ prodiit an. 1551. 8. (non Lugduni ut *DOUGL.*) Ex *VESALIO* totus Libellus eſt, ne ipſo diffitente Auctore.

AMBROSIUS PAREUS in Adminiſtrationibus Anatomicis. Pariſ. 1549. 8. fere *VESALIUM* ſequitur. Sub finem ſceletopœiam addit. In collectione operum fuſior ejus eſt anatome.

LUDOVICUS COLLADO in *enarrationibus in GALENI* L. *de oſſibus*. Valent. 1555. 8. (*DOUGL.*)*

FRANCISCI MARTINI de *CASTRILLO* de *dentitione & ordine quo dentes prodeunt*. Pinciæ 1557. 8. Madrit, 1570. 8. (*DOUGLAS*). *

2. REALDUS COLUMBUS, Cremonenſis (*a*), qui diſcipulus fuit VESALII. VESALIUS quidem plerumque degebat Patavii, neque tamen ibi Profeſſor fuit, verum patiebatur ſe accerſi, modo in hanc, modo in illam Academiam, ad quam

(*a*) *REALDUS COLUMBUS* ex Pharmacopola auditor *JOH. ANTONII PLATII* Chirurgi (p. 24. L. I.); & *VESALII* (p. 43. L. I.) hinc anatomes anno 1544. Profeſſor evaſit. Scripſit de re anatomica L. XV. Venetiis an. 1559. fol. deinde Pariſiis 1572. 8. (*DOUGL.*) denique Francofurti an. 1590. & 1593. 8. editos, quæ ultima editio laudem meretur, ab adjectis obſervationibus anatomicis *JOHANNIS POSTHII*. Eum virum *CARCANUS* valde parvi fecit, inſciumque & indoctum fuiſſe ſcribit: Et utique vani quid habuit, nimiuſq; fuit omnium aliorum Anatomicorum, ipſiuſque *VESALII* contemtor. Ad Oſteologiam L. I. & IV. ad cartilagines L. II. ad ligamenta L. III. pertinet. Inter oſſa ſtapedem ſibi tribuit, ſed paucis conſentientibus. Cartilagines (ſive, ut loqui amat), Larynges numerat quinque. Os ſacrum diligenter deſcripſit. Sceletorum fabricam docuit.

GABRIEL FALLOPIUS hic laudandus eſt. Et primo *obſervationes anatomicæ* huc ſpectant, quæ Venetiis 1561. in 8. minori, inde variis locis editæ a J. *SIEGFRIDO* in ordinem conjectæ, & an. 1585. Helmſtadii excuſæ, nuper cum *VESALIANORUM* operum editione conjunctæ prodierunt; quo opere nullum facile præſtantius ante hæc noſtra tempora prodiit, adeo multa, & adeo bene, in minutioribus correxit in ipſo reſtauratore anatomes *VESALIO*, vir ſimplex, candidus & diligentiſſimus in humana anatome, Piſanus & Patavinus, poſt *COLUMBUM* Profeſſor. Ante diem obiit, annos non amplius 39. natus, quod contra *DOUGLASSIUM*, qui ſeptuagenarium facit, obſervare oportet. Ad oſſa pertinet pars prima. Articulationum novam tabulam adornavit, adjecit trochoidem ginglymum. Stapedem ſuo marte invenit an. 1548. gloria tamen inventi ceſſit *INGRASSIÆ*, feneſtras tympani conſtituit, aquæductum, canales ſemicirculares, veſtibulum; partes oſſis cribroſi & os ſpongioſum ſuperius primus vere deſcripſit. Oſteogeniæ, uti dixi, primus eſt Auctor. Deinde in poſthumo L. an. 1570. Venet. 4. a *FRANCISCO MICHINO* de *S. ANGELO* edito (*DOUGL.*) cum nomine *expoſitionis* in *GAL. de oſſibus*, & in L. de *partibus ſimilaribus*, pariter poſthumo, utroque valde incomta dictione edito, eadem oſſa retractat.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS, Anatomicorum ſui ſæculi facile princeps, qui copia, ſubtilitate obſervationum longe omnes ſuperaverit, Oſteologiæ & ipſe multis modis profuit. Primo quidem in L. *de oſſium examine GALENUM* contra *VESALIUM* docte tuetur, & oſtendit minime Simias ab eo viro deſcribi: etſi nimium ibi ſtudium non probem, cum nihilo minus ſit vitium ubicunque hominem non vere deſcribit *GALENUS*; etſi Simias ibi non habet præ oculis. Tarſi certe octo oſſa & ſacri oſſis tres partes tuetur *EUSTACHIUS*, quod non decebat virum candidum. De articulatione capitis cum occipite, brachii cum carpo fuſius agit, & de ſeſamoideis oſſibus aliiſque. Deinde in L. de *auditus organo* tubam, ſtapedemque deſcribit, quem ſibi tribuit. In L. *de dentibus* eam materiem pene exhauſit, & accuratiſſimi Libri dedit exemplar. In iconibus denique poſthumis præter emendatiores ſceletos & figuras oſſium capitis diſſolutorum egregias, maxime oſſis multiformis, oſſis palati, alia etiam ad hominis & animalium Oſteologiam pertinentia inſeruit. Cæterum opuſcula priora prodierunt Venetiis, & conjuncta quidem an. 1564. 4. quæ editio ob præfationes & adnotationes *PINI* quibus continentur antiquorum ſcriptorum loci ab *EUSTACHIO* abſque nomine citati, multo melior eſt, quam *BOERHAAVIANA*, Delphis 1707. 8. recuſa.

VIDUS VIDIUS Pariſiis docuit, & an. 1567. diem obiit. Diu a morte Libri VII. de *Anatome corporis humani*, Venetiis an. 1611. in fol. prodierunt. *FALLOPIANA* habet inventa, eaque iconibus declarat, quas nullas dederat ejus Præceptor. Icones novæ quidem pleræque, ſed incomtæ & rudes. Os palati tamen cum portione orbitaria, os cribroſum cum ſepto & oſſibus papyraceis, vomeremque ſeorſim a reliquis oſſibus primus expreſſit.

VOLCHERUS COITER Groningenſis, *FALLOPII* etiam diſcipulus, plurimum Oſteologia delectatus eſt. Ejus duo exſtant volumina. Primo titulus eſt *externarum & internarum partium corporis humani tabulæ*, Norimb. 1572. fol. In iis ad rem noſtram pertinent *tabulæ oſſium corporis humani*, cum quatuor iconibus adjectis, quæ *VESALIANÆ* ſunt. Deinde *analogia oſſium humanorum ſimiæ & veræ & caudatæ*, cum iſtius icone, ad *GALENI* loca intelligenda non inuti-

quam iter faceret, & ibi per ſex aut octo ſeptimanas anatomiam doceret, & tunc omnia, quæ docuit, in unum illum egregium Librum tranſtulit. Habuit etiam plures alios auditores, ut GABRIELEM FALLOPIUM, & hunc COLUMBUM. Hicce Liber *de re anatomica* ter editus eſt. Primo uno volumine in folio, Venetiis anno 1559. quæ editio eſt rariſſima, ſed abſque figuris. Poteſt etiam comparari editio ejus in 8. apud Wechelium, celebrem illum Typographum, quæ facile adquiritur.

3. Memorari hic etiam debet JOHANNES PHILIPPUS (*a*) INGRASSIAS, Siculus; ſcripſit enim *Commentaria in GALENUM de oſſibus*, qui Liber forte rariſſimus omnium, quos quærimus. Editus eſt anno 1603., *Panormi in Sicilia*, apud *Johannem Baptiſtam Maringham*, & iterum Venetiis in folio apud Societa-

Vu 2 tem

inutilis, ſed ex *EUSTACHIO* fere deſumtus Libellus. Porro de *auditus organo*, alibi dicemus. De Oſteogenia dictum eſt. Alterum opus *COITERI* cum hoc titulo prodiit *Lectiones Fallopii de partibus ſimilaribus Corporis humani*, Norimb. 1575. fol. Eo opere pluſculi ſceleti avium & quadrupedum continentur, egregie depicti. Denique *COITERI de Cartilaginibus Tabulas* V. Bononiæ 1566. fol. editas memorat *DOUGLASSIUS*, quas non vidi.

J. JASOLINI Oſteologia parva cum 1. *Quæſtione* prodiit. Neapoli 1573. 8. * & recuſa eſt Hanoviæ 1654. 4. Francofurti 1668. 4.

(*a*) *JOHANNES PHILIPPUS INGRASSIAS* Rachalbutenſis Siculus, Neapoli docuit; & obiit ſenex an. 1580. cum 34. antea annis inveniſſet ſtapedem. Ejus *Commentarii in* L. GALENI *de oſſibus* edidit Meſſanæ Nepos *NICOLAUS* an. 1603. in folio. Doctus Liber, inprimis Galenice: neque abſque candore, cum in *VESALIUM*, ubi vera dixit minus, quam reliqui coævi Anatomici, cavilletur. In minutiis, diviſionibus, numeris, linearum deſcriptione, proceſſibus valde ſtudioſus fuit. Iconibus uſus eſt *VESALIANIS*, præter rudem ſui ſtapedis imaginem. Utilis Scriptor. Os cribroſum bene deſcripſit. In *EUSTACHIUM*, cum quo de praxi diſſenſerat, valde iniquus eſt.

URBANI HEMARD recherches de la vraye anatomie des dents, & propriètés d'icelles, avec les maladies, qui leur adviennent. Lyon 1582. 12. Non ignarus homo, qui ſemina dentium in alveolis puerorum teneriorum quæſiverit, & duplicem deſcripſerit eorum ordinem.

FELICIS PLATERI de corporis humani ſtructura & uſu Tabulæ. Baſil. 1583. fol. min. Icones equidem ex *VESALIO* ſunt, pauciſſimis additis ad organum auditus. Oſſa fetus ex propria induſtria deſcripſit *PLATERUS*, icones recepit a *COITERO*. Deſcriptiones fere ubique *VESALIANÆ* ſunt, in tabulas conciſæ, ne ipſæ tamen abſque ſuis additamentis.

SALOMON ALBERTI in hiſtoria plerarumque partium corporis humani VVittembergæ an. 1585. & denuo an. 1601. edita in 8. præter *VESALIANAS* icones aliquot etiam a propria induſtria profectas addidit ad organa auditus, oſſicula, feneſtras, cochleam pertinentes, quam, ſi *EUSTACHIUM* omiſeris, primus icone expreſſit. Idem L. *GALENI de oſſibus*, VVittembergæ anno 1579. in 8. cum præfatione edidit (*LEHMANN BIBL.*)

JULII CASSERII Placentini varia Opera plena ſunt artificioſis iconibus, quas ad cadavera a pictore proprio exprimi juſſit, rariſſimo eo ſeculo inſtituto, quo omnes fere *VESALIUM* recudebant. Dedit etiam multas icones in Tr. *de Larynge & vocis organo* & *de auditus organo*. Ferrar. 1600. fol. reg. In poſteriori organo novas icones & hominis & animalium plurimas propoſuit, non quidem perfectiſſimas, multo tamen, quam deſcriptiones, meliores, quæ obſcuræ & theoriis obrutæ ſolent eſſe. In priori os hyoides & larynx inprimis multis figuris & ex multis pariter animalibus exprimitur. in L. III. de ſenſibus narium fabricam oſſeam expreſſit. Aurium hiſtoriam non mutatam repetiit. Magnæ tabulæ poſthumæ ex *VESALIO* deſumtæ ſunt.

ULYSSES ALDROVANDUS paſſim, & maxime in Ornithologia, ſceletos habet animalium.

JOH. MATTHÆI VIRINGI tabulæ anatomicæ oſſium corporis humani. Duaci 1597. in fol.* (*DOUGLAS*).

JAC.

tem anno 1604. nam mox per totam Europam venditus fuit, ſed iterum editus. Commentatus eſt in GALENUM de oſſibus, ſed nullus Liber eſt, qui curioſius collecta omnia veterum contineat; verum raro habetur, nam latet hinc inde in bibliothecis, & vix ſpes eſt eum iterum impreſſum iri, propter magnitudinem voluminis; hinc ſi adquirere quis poteſt, emat; ſed non auctor eſſem, ut tanto pretio emeret, nam RIOLANUS, qui quadraginta & ſeptem annis poſtea vixit, collegit etiam omnia ex eo, inde omnia, quæ optima habet INGRASSIAS in RIOLANO inveniuntur, unde neſcio, cur periti viri tanto labore eum quærant, & tanto pretio emant, quia omne, quod eximii habuit, in ſuum opus traſtulit RIOLANUS.

4. JOHANNES RIOLANUS (a) Pariſienſis, filius (pater enim ejus fuit Profeſſor

JAC. HORST de aureo dente maxillari pueri Sileſiaci, Lipſ. 1595. 4. vix poteſt huc revocari, cum fabulæ nimis credulus eventum nunquam viſum laborioſus explicet.

JEAN HEROARD hippoſtologie ou diſcours des os du cheval, Paris 1599. 4.

BAPTISTÆ CODRONCHI de morbo novo, ſive *prolapſu cartilaginis mucronatæ*. Bon. 1603. 4. cum commentariis de *morbis Imolæ graſſantibus prodiit*. Habet deſcriptionem ejus cartilaginis.

JOHANNIS JESSENII de JESSEN L. de oſſibus. VVittemb. 1603. 8. Eruditus vir, plurimum uſus eſt *VESALIO*.

Oſteologie du Corps humain. 1604. 8. bene ſpiſſum volumen, incerti Auctoris apud Nobilem Virum J. S. a *BERGER* vidi.

(a) *JOHANNIS RIOLANI Oſteologia* anno jam 1614. Pariſiis in 8. prodiit. Ea continentur *iſagogica de Oſſibus tractatio, cum Oſteologia aduſque ſeptennium: Commentarius J. SYLVII in L. Galeni de oſſibus, & J. RIOLANI explanationes apologeticæ pro Galeno: Simiæ Oſteologia*, & *hominis Oſteologia ex Hippocrate collecta*. In magno opere omiſſa eſt prima pars, ſed inſerta *enchiridio RIOLANI* Pariſiis 1648. 12. (*DOUGL.*), & Leidæ an. 1649. 8. edito. Altera, rejecto *SYLVII* & *GALENI* textu, ut vocant, retractata & ornatior in magnam operum collectionem an. 1649. editam recepta eſt. Sic ultimæ duæ, non mutatæ. Cæterum ad Oſteologiam *RIOLANUS* plurimam eruditionem attulit, & undique ex *GRÆCIS*, & recentioribus ornamenta adſperſit ſermoni. Nova vix ulla ſua arte invenit, & in ſubtilioribus, ut auditus organo, craſſiſſimis erroribus ſe implicavit. *GALENI* in univerſum ſtudioſior, quam cura veri pateretur.

In *Enchiridio*, modo dicto, *ſextus Liber* iterum *Oſteologiam* continet, ſed recentem, oſſium muſculis ſuis modo nudatorum, cum cartilaginibus & ligamentis, utile, & novum eo tempore compendium. Oſſicula etiam dixit, peculiaria inſidentia oſſibus petroſis ad tranſitum carotidis. Ipſi etiam tribuitur *Gigantologie*, ou *hiſtoire de la grandeur des Geans*. Pariſ. 1618. oppoſita *HABICOSIO*. Ea in collectione operum omiſſa eſt.

POST RIOLANUM PETRUS PAVIUS, conditor Leidenſis Theatri, *de oſſibus primitias anatomicas* ſcripſit. Leidæ 1615. 4. cum figuris quibuſdam ſinuum cranii propriis, non cæterum ditiſſimus propriis obſervationibus. Ejus in *CELSUM* Commentarium alibi excitavi.

HIERONYMI FABRICII ab *AQUAPENDENTE de oſſium dearticulatione* Libellus cum L. *de muſculorum artificio*, anno 1614. Patavii editus, ſenile & Galenicum opus eſt. Idem in L. *de greſſu*, Patav. 1618. 4. aliqua omnino notatu digna habet ad anatomen comparatam, ad femoris hiſtoriam, &c.

CAROLI GUILLEMEAU oſtomyologie ou diſcours des os & des muſcles, Paris 1615. 8. ſatis ſpiſſum volumen collectitium.

Cum *BARTHOL. CABROLII* Alphabeto Oſteologia etiam contracta prodiit, Monſp. 1604. 4.

CASPAR BAUHINUS in anatomico theatro, Francofurti an. 1621. excuſo diligentiſſime, ut ſolet, obſervationes clarorum virorum ad oſſa congeſſit, *VESALIANIS* quidem inprimis verbis in ſermone uſus, tum *FALLOPIANIS* in notis. Obſervationes interſperſit chirurgicas aliaſque.

C. *BARTHOLIN* de *Unicornu*. Hafn. 1621. 8. recuſus & auctior, cura filii prodiit.

NICO-

ſeſſor Regius). Ejus opera anatomica in folio edita ſunt Pariſiis, anno 1649. Illo Libro nemo Medicus etiam carere debet, & ſi vel munus Profeſſoris anatomiæ conferretur Medico, nihil haberet, cur erubeſceret, ſi tantum ordinem hujus Auctoris

NICOLAI HABICOT Gigantoſteologia an. 1613. edita, & ejus *diſcours apologétique contre la Gigantomachie*. Pariſ. 1615. & *Antigigantologie ou contre-diſcours de la grandeur des Geants*, Pariſ. 1618. Riolano oppoſitus, pertinent ad fabuloſum ſceleton Regis Teutobochi, cujus oſſa vere humana & Gigantis fuiſſe male defendit *HABICOT*. Neutrum vidi. *IDEM* ligamenta paſſim in carpo & alibi in ſua *Septimana* deſcribit.

ANONYMUS contra *HABICOTUM* ſcripſerat *Gigantomachie, pour répondre a la Gigantoſteologie*. 1613. 8.

GUIL. FABRICII HILDANI beſchreibung der furtreflichkeit der Anatomie. Bern. 1624. 8. Magna pars in Oſteologia verſatur. Modum ſceletos nitidos parandi deſcribit, ſupellectilem Oſteologicam ſuam recenſet, & in eam obſervationes adſpergit. Sceletos varios compegit, tres Coloniæ (p. 139.), Bernæ unum, in quo fractæ a tortura ſcapulæ. Idem alibi iconem dedit patellæ. in Epiſtolis ad *PAVIUM* varia de ſceleti fabrica habet.

C. HOFMANNI perpetuæ adnotationes in L. de oſſibus Galeni. Francof. 1630. & ejuſdem L. *de thorace* exſtat. Francof. 1627. f. Grammatica aliqua ipſe expers anatomes.

LUDOVICUS SEPTALIUS de morbis ex mucronata cartilagine provenientibus. Mediol. 1632. 4. (*DOUGL.*)*

CÆCILII FOLII nova Auris internæ delineatio. Venet. 1645. 4. Rariſſimus Libellus, minime malas figuras habet, inter quas muſculus & proceſſus anterior mallei, & cochleæ melior figura.

JOH. VESLINGII ſyntagma anatomicum. Patav. 1641. 12. & 1647. 4. In elegantiſſimo, quod alibi laudabo, compendio anatomico, etiam varia ad Oſteogeniam & Oſteologiam habentur, & auris internæ cum proceſſu *FOLIANO*, cochleæque Icones.

In *JOHANNIS FABRI* additionibus ad Librum *FRANCISCI HERNANDEZ*. Rom. 1651. excuſa varia Oſteologica, & ſceleti animalium continentur. Eos paraverat *THEOPHILUS MOLITOR* p. 488. & ſculptos dedit *PHILIPPUS* de *LEANO* p. 530.

CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI plurimæ diſſertationes huc pertinent *de capite*. VVittemberg. 1643. *diſſertatio Oſteologica* 1649. *de oſſe frontis* 1650. *de oſſibus ſincipitis* 1653. 8. *de oſſe temporum* ib. eodem anno, tum *de oſſe occipitis*, doctæ omnes, neque abſque experimentis in ſceletis adultorum hominum & puerorum captis. Tædio ſunt fuſa fragmenta aliorum Scriptorum, quæ paſſim ſuo ſermoni inſeruit, Ejus *demonſtratio oſteologica* habet ſceletopoiien. *EJUSDEM de oſſe cribriformi* L. 1655. 8. deſcribit oſſa ſpongioſa variorum animalium. De ſinu frontali varietates habet. Pervium hoc os eſſe aut vapores ad cerebrum admittere negat; tum neque ſordes cerebri per os cribroſum ad nares deponi permittit.

In opere doctiſſimo *C. V. SCHNEIDERI de catarrhis* pertinet huc etiam L. I.... *de oſſe unciformi per quod catarrhi decurrere finguntur*, VVittemberg. 1660. 4. Erudite de antiquitatibus oſſis ſphenoidis, deque foraminibus veris & falſis ſellæ Turcicæ, & contra vias catarrhorum ad palatum ducentes ſcribit. EJ. L. II. *quo Galenici meatus catarrhorum perſpicue falſi evincuntur*, ibid. eod. anno. Duram membranam cerebri cranio pertinaciter innaſci docet, foramina cribroſi oſſis a natura accurate claudi, neque a ventriculis cerebri ad glandulam pituitariam viam patere, neque adeſſe *VESALII* vias, aut alias, quæ a cavea cranii in fauces ducant.

MELCHIORIS SEBIZ de dentibus Diſp. 4. Argentor. 1645. 4. Eruditus vir, parum uſus propriis experimentis.

NATHANAEL HIGMOR ſinum nemini veterum ignotum ea felicitate deſcripſit, ut proprium nomen impoſitum retinuerit.

In *JOHANNIS ANTONIDÆ VAN DER LINDEN Medicina phyſiologica*, quæ Amſtelodami an. 1653. 4. prodiit, plurima eruditio Græca de oſſibus habetur, aliqua etiam ſubtilia & propria v. gr. de oſſiculis auditus.

SIMON PAULI proprium Libellum edidit cum titulo *machina anatomica*, ſive *deſcriptiones inſtrumenti* ad oſſa. Hafniæ 1668. fol. 1673. 4. & in *Act. Hafn.* II. ſua conſilia publicavit.

DOMI-

ctoris ſequeretur; nam ibi reperitur quidquid ad eruditum Anatomicum pertinet; ibi enim invenientur ea, quibus alii ſe ornaverunt. Editio illa in folio præ reliquis commendanda eſt, licet decies forte fuerit impreſſus Liber, id enim ſemper

DOMINICI de *MARCHETTIS Anatomia*, Patavii an. 1654. excuſa & ſæpe typis in Belgio edita, multa ad Oſteologiam & ad ligamenta pertinentia, etiam propria habet.

INTER *GUERNERI ROLFINK diſſertationes anatomicas*, Jenæ 1656. 4. editas Diſſertatio II. de oſſibus agit erudita potius quam anatomica.

HERMANNI CONRING de natura & dolore dentium, Helmſtad. 1662. 4. erudita diſputatio.

ARNOLDI SENGUERD Oſteologia Corporis humani, Amſtelodami 1662. proprias obſervationes vix habet, litium plurimum.

CL. GALENI de oſſibus L. Gr. Lat. Accedunt Veſalii, Euſtachii, Sylvii, Heneri exercitationes. Hæc collectio recuſa eſt Leidæ 1665. 12.

MICHAELIS LYSER culter anatomicus eodem anno Hafniæ excuſus eſt in 8. Plurima habet anatomica, & inprimis modum parandi ſceleti, nomina oſſium carpi. Variis annis recuſus eſt.

GODOFR. MOEBII Odontologia, ſive *de dentium ſtatu naturali & præternaturali*. Jen. 1661. 4.

HIERONYMI SIGISMUNDI SCHILLING Oſteologia excuſa, Dreſdæ 1668. 4. omnino inanis & inutilis.

H. MEIBOHM de oſſium conſtitutione naturali & præternaturali, Helmſt. 1668. 4. aliqua conſervatu digna habet.

In *TRANSACTIONIBUS PHILOSOPHICIS* varia huc pertinentia extant.

ANTONII van *LEEUWENHOEK* de oſſibus n. 102. 366. & de fabrica, dentium oſſium, eboris, in *Phil. Collect. and Lectur. HOOKII* an. 1678.

Caput giganteum *Phil. Tranſ.* n. 285.

Oſſa humana ampliſſima *Phil. Trans.* n. 333.

Sceletus ampliſſimus n. 400. petrefactus n. 391.

P. BLAIR organum auditus elephanti n. 358.

WASSE & *BECKET* de longitudine corporis variabili ab elatere cartilaginum inter corpora vertebrarum poſitarum n. 383.

Cornua bovis extraordinaria *Phil. Trans.* n. 426.

Sceletus ampliſſimus n. 400.

HUNTER de fabrica cartilaginum n. 470.

Bregma Gigantum n. 456.

PETRUS ANTONIUS MOLINETTI in *Diſſertationibus Anatomico-pathologicis* non abſque obſervationibus eſt, quibus oſſa declarentur.

De *THOMÆ BARTHOLINI anatome QUARTUM renovata* Leid. 1674. 8. alibi fuſius: Pars Oſteologica minus plena eſt.

Idem in *domo anatomica*, *hiſtoricis Epiſtolis* ſparſim, aliquas obſervationes habet, & in iſtis *FOLII* epiſtolam.

In Pariſinis animalium diſſectionibus multa ad hiſtoriam oſſium ex anatome comparata pertinent, inprimis ex elephanto, cujus in cranio cellulas obſervarunt.

G. W. WEDEL Diſſ. *de dentitione infantum*. Jen. 1678. 4. *

C. BARTHOLINUS in Diſſ. *de olfactus organo* edita Hafniæ 1679. 4. habet cornicula oſſis cribroſi ex animalibus.

J. HENR. GLASER in L. poſthumo *de cerebro*, Baſileæ 1680. 8. edito habet Oſteologiam capitis, & eam, cui nomen dedit, fiſſuram in circulo, qui membranam tympani comprehendit.

CL. PERRAULT in Libro *du bruit* icones minus pulchras organorum auditus habet, etiam maſſarum, quæ cavitatibus infuſæ impreſſionem retinuerunt.

Idem in III. Tomo *tentaminum phyſicorum* de dentibus ex anatome comparata erudite & utiliter agit.

DA-

per cum multis erroribus fieri contigit. Ceterum avidiſſime contra HARVEJUM ſcripſit, ſed tandem circa finem vitæ illi cedere debuit, & edidit hoc opus, tuncque emendavit optime. In eo volumine tractatus unus eſt, quem vocavit *Commen-*

DANIEL BARTOLI in L. *del ſuono*, Venetiis 1680. 4. habet etiam icones aliquas ad organum auditus ſpectantes.

B. MARTIN Diſſ. *ſur les dents.* Pariſ. 1679. 12. * Brevis & abſque operationibus (*FAUCHARD*).

CORNELII van *DYCK geraamden van dieren.* Amſtelod. 1680. 8. Pharmacopola, viginti ſceletos ſatis ruditer expreſſit cum explanatione nullius momenti. An idem opus eſt, quod in *Bibl. Rivini* citatur ſub nomine, *Sceletographia variorum animalium* Hagæ Com. 1682. 4.

Het pratyk der Medicynen en een korte beſchryvinge van een ſceleton, Amſtel. 1690. 8. Auctor unice ſe deſignat L. S. M. D.

In *G. BLASII anatome animalium* compilatitia Amſtelodami an. 1681. 8. excuſa, multa ſceleta & oſteologicæ obſervationes habentur.

NEHEMIÆ GREW muſæum Greshamenſe, Londini 1681 f. varia rariora oſteologica ex homine & brutis animalibus continet.

DIONYSII PAPINI Liber *de emolliendis oſſibus* omnino conferri meretur ad analyſin & gelatinam, quæ oſſearum partium gluten eſt.

JOSEPHI DUVERNEYI L. *de l'organe de l'ouie.* Pariſ. 1683. 12. habet *SEBASTIANI CLERICI* pulcherrimas icones organi auditus. Vide ſuo loco.

GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI L. *de auditu*, Leidæ 1684. 4. editus, minus anatomicus quam phyſicus eſt, & *DUVERNEYI* de tuba lapſum corrigit, adeo cæterum rudis, ut nec ſtapedis muſculum, nec chordam tympani poſt tot aliorum ſcriptorum deſcriptiones reperire potuerit.

In *GODOFREDI BIDLOO Anatome corporis humani*, Amſtelodami 1685. fol. edita, multæ & nitidæ icones habentur oſſium, quas in theatrum anatomicum tranſtulit *MANGETUS*. Veritas tamen anatomica deficit, & in univerſum nimis teretia & levia pinguntur.

In *RAIMUNDI VIEUSSENI Neurographia univerſali*, Lugduni 1685. fol. impreſſa, ſinus ethmoidei aliique deſcribuntur.

Anatome *ISBRANDI* van *DIEMERBROEK* eodem anno Ultrajecti edita fol. obſervationes aliquas rariores ſparſim continet. Sic in magno *Syſtemate anatomico SAMUELIS COLLINI*, Londini 1685. excuſo de vaſis oſſium aliqua reperi.

GEORG. BALTHASAR MIZGER ſciographia ſuturarum cranii humani, earumque veri uſus. Tubing. 1684. Diſp. *

EJUSDEM anatome dentium humanorum. ibid. 1685. *

STEPHANUS BLANCARD in ſua *hervormde ontleetkonſt*, Amſtelodami 1686. 8. & alias edita, Latine vero an. 1688. 8. merus eſt compilator *animadv. in Malp.poſth.* p. 321. 322.

ANDREAS SNAPE in ſua equi anatome *anatomy of a horſe quae.* Londini 1686. fol. edita eſt. Oſteologia ſuſpecti alias Libri fidem videtur mereri.

ANTONII de *HEYDE anatomia Mytuli & obſervationes medicæ.* Amſtel. 1686. 8. In his obſervationibus habentur experimenta, de modo, quo oſſa fracta ranæ coaluerunt.

M. LAMI explication de l'ame ſenſitive. Pariſ. 1687. 12. Ad finem adnexa eſt deſcriptio auris internæ cum iconibus, *MERYI* opus, quod videtur jam an. 1677. ante *DUVERNEYUM* ſcriptum eſſe. In eo cochlea integra, liberata a cortice oſſeo habetur, & ſcalarum cochleæ ope foraminuli communicatio, & lamina ſpiralis ſemioſſea, & ſemicartilaginea.

Anatomia Chirurgica, ſive *Iſtoria anatomica dell' oſſa, e muſcoli e vaſi del Corpo umano* di *BERNARDINO GENGA.* Rom. 1687. 8. Anatome non maximi momenti, ſed obſervationes Chirurgicæ utiles.

Curious obſervations on that part of Chirurgery relating to the teeth. Londini 1687. 4. *

DOMINICI GAGLIARDI Anatome oſſium, Romæ 1689. Leidæ 1723. 8. recuſa, tota eſt in ſubtili fabrica harum partium. Sola oſſa ſicca contemplatur: laminas in varia genera diſtinxit, claviculos excogitavit, quadruplices, qui conjungerent laminas. Oſſium etiam diverſorum diverſam fabricam perſecutus eſt.

Lettre

mentaria in GALENUM. Qui ergo cupit videre plura, quam VESALIUS dixit; videat eum, nam, cum ejus opera edita ſint fere centum annis poſt VESALIUM, habet ex eo, & ex aliis, quidquid boni apud omnes reperit. Valde deditus

Lettre oſtéologique ſupra citata, edita Pariſiis 1689. 4. continet inprimis dentium ex variis animalibus hiſtoriam. *EJUS* compendium exſtat & in *VERDUCI* Oſteologia & apud *VAUGUYON Tr. des opérations de Chirurgie*, p. 650. *IDEM D. VAUGUYON* habet etiam hiſtoriam foraminum Cranii p. 315. cum nonnullis rarioribus.

BERNARDINO GENGA anatomia, &c. Romæ 1691. fol. Paravit corpora *GENGA*, ſermonem addidit *J. M. LANCISIUS*. Icones oſſium novæ, nitidæ, nimis tamen teretes, & pictoriæ.

CLOPTON HAVERS Oſteologia nova, Londini 1691. 8. a *GEUDERO* primum verſa Ulmæ 1692. 8. deinde a *J. F. SCHREIBERO* Latine reddita, recuſa eſt, & nuper Londini, ſermone patrio an. 1729. 4. Fabricam oſſium laminatam, medullam, mucilaginis fontes & glandulas, tum compoſitas, tum diſgregatas, & cartilaginum fabricam deſcripſit, per experimenta. Miras admiſcuit Theorias de liene ſecernente mucum articularem.

DIEDERICH GOTTSCHALK de oſſium generatione & corruptione interna. Leid. 1691. 8. Anatome nulla eſt: aliqua ſed neque ea maximi momenti Chirurgica habet.

M. HOFMAN de ſuturis cranii. R. Dan. Henr. *MEIBOM* Altd. 1691.

G. BAPTISTÆ VERDUC nouvelle Oſtéologie. Pariſ. 1690. & denuo 1693. 8. *avec une diſſertation ſur la machine de l'homme*. Plagiarius eſt. Motum animalem deſcribit ex *BORELLO*, icones habet ex *VESALIO*, *COITERO*. Contra hanc Oſteologiam Mr. *DROUIN* cenſuram, & aliam deſcriptionem foraminum cranii dedit in *JOURNAL des SAVANS* 1690. n. 27.

J. JAC. RAU de ortu & regeneratione dentium. Leid. 1694. 4.

J. J. RAU citata diſputatio recuſa eſt in *collect. Diſp. noſtr.* T. VI.

J. PHIL. VERHEYEN Corporis humani anatome. Lovan. 1693. 4. & auctius Bruxell. 1710. 4. In celebri compendio, quod alibi recenſebitur, pars non peſſima eſt Oſteologia, quæ proprias etiam de Sinubus pituitariis, & de oſſe ſacro obſervationes & icones habet.

WILLIAM COWPER Anatomy of human body. Oxon. 1697. & Leidæ 1737. fol. magn. Tabulas priores 105. *BIDLOI* eſſe ſatis conſtat, quodcunque contra ſuadere tentaverit *COWPERUS*. In appendice ſceleti propriæ icones, quæ etiam cum Myotome anno 1695. prodierant, in qua inprimis aſperitates circa Epiphyſes, & inſertiones muſculorum exprimuntur.

DAN. HENR. MEIBOM de patella. Franeker 1697. 4.

D. H. MEIBOM diſp. *de patella* etiam excuſam dedi in *collect. Diſp.* T. VI.

FRID. SCHRADER de brutorum armatura, Helmſtad. 1697. 4. deſcribit dentes variorum animalium.

In *MALPIGHII* poſthumis oſſium fabrica ſubtilis deſcribitur, dentium inprimis.

FRID. HOFMANNI hiſtoria dentium phyſiologica & pathologica. Han. 1698. 4.

EDMUNDI TYSON Anatomy of a pigmy. Londini 1699. 4. In elegantiſſimo Libro etiam Oſteologia animalis, hominis ſimillimi, cum humana & cum Pygmæi Oſteologia comparatur.

G. E. STAHL de cornu cervi deciduo, Hall. 1699. 4. omnino legatur ad anatomen & hiſtoriam cornuum.

De *PRE'* in *Journal des Savans* 1699. deſcribit ligamenta vertebrarum.

In Monumentis Academiæ Regiæ Scientiarum plurima exſtant oſteologici argumenti.

PHIL. de la *HIRE* de fabrica dentium 1699.

DUVERNEY de fabrica Medullæ anno 1700.

REAUMUR de Turcoide, quam gemmam ad oſſa animalium refert 1715.

EJUSDEM de ortu teſtaceorum, quæ multa cum oſſibus habent communia 1716.

J. B. WINSLOW deſcriptio cartilaginum ſemilunarium tibiæ 1719.

EJUSDEM de variis oſſibus corporis humani, oſſe palati, vertebris, coſtis, ſuturis cranii 1720. & denuo 1722. de ſcapula, oſſis humeri, cubiti, radii, manus, tibiæ ſitu; & de cranio hominis Americani.

MO-

ditus fuit GALENO, neque facile aliis ceſſit; hinc omnia detorſit in ſententiam GALENI, quem volebat omnia ſciviſſe; ſed hoc facile huic condonamus, propter uſum, quem præſtitit in anatomia ingentem. Si quis huic addat VESALIUM, optime faciet, nam RIOLANUS figuras nullas habet; hinc debet addere VESALIUM pro figuris, & RIOLANI textum legere, tum in RIOLANO, quidquid ad perfectionem ſtudii in hoc caſu deſiderari poteſt, reperiet.

5. Hiſce Auctoribus addatur exiguus Libellus Medici Regii *Dn. le* CLERC, editus; titulus *Oſtéologie complette* anno 1706. Pariſiis in octavo (*a*). Nullus eſt omnium

MORAND de oſſibus narium in quadrupedibus. 1725. & Caput Hippopotami *ANT.* de *JUSSIEU* eodem anno.

SLOANE de oſſibus ſubterraneis. 1727.

HUNAULD obſerv. de oſſibus cranii 1730. & aliqua 1734.

Varia *EJUSDEM* ad formationem oſſium 1740.

DU HAMEL de oſſium incremento. an. 1742. 1743.

Obſervatio de oſſe parietali craſſiſſimo 1742.

A. FERREIN an. 1744. fuſe ſcripſit de articulatione, ligamentis, motu maxillæ inferioris, & eodem anno *J. E. BERTIN* duo oſſicula, quæ in maturiori ætate cum ſphenoideis coaleſcunt, accurate proſecutus eſt.

ANDREÆ JUL. BOETTICHER de oſſibus Diſpp. III. Helmſt. 1699. *ſeqq.* & *de cranii oſſibus* anno 1718.

JOHANNIS PALFYN beſchryving van de beenderen. Gandavi an. 1702. 8. & Leidæ 1727. 8. Auctior 80. paginis recuſa, tum Germanice. Breslav. 1730. 8. & Gallice. Pariſ. 1731. 8. Bonus Auctor ſolebat per itinera colligere novas obſervationes anatomicas & Chirurgicas. Varia ergo hic habet Pariſiis, & a *RAVIO* tradita. Icones pulchræ oſſium cranii, in cujus etiam deſcriptione fuſior eſt, in artubus inprimis breviſſimus. In priori editione *RAVIANAM* articulationem maxillæ inferioris habet, in altera, monitus ab *ALBINO*, receptam ſententiam reſtituit. Gallicam editionem Auctor, qui anno 1730. obiit, ipſe ad prælum paraverat. In ea aliqua acceſſerunt, quæ ad obſervationes Chirurgicas pertinent.

JOREPH. de la *CHARRIERE anatomie de la tête de l'homme.* Pariſ. 1703. 8. Ad Oſteologiam tum aliqua communia de fabrica oſſium pertinent, tum hiſtoria oſſium capitis.

JOH. SAM. CARL. Lapis Lydius oſſium foſſilium. Francof. 1703. 8. Diſtinguere docet vera animalium oſſa a mineralibus, quod illa alcalina volatilia principia fundant deſtillata.

J. SAM. CARL. lapidis Lydii &c. editionis Francof. alii annum habent 1704.

LOUIS LEMERY de la nourriture des os. Pariſ. 1704. 12. Leidæ recuſa an. 1709. 8. Medullam non nutrire docet, ut ſupra diximus.

L. LEMERY germanice prodiit Dreſd. 1711. 8.

ANTONII MARIÆ VALSALVA de aure humana L. Bonon. 1704. 4. tum Ultrajecti 1707. 4. & alias, & cum additamentis *MORGAGNII*, Venetiis 1740. 4. 2. vol. Præter organa auditus, in quibus multa minutius deſcripſit, etiam aliqua ad Oſteologiam capitis habet, ut v. gr. foramen Maſtoideum.

JOH. JOSEPH COURTIAL nouvelles obſervations anatomiques ſur les os. Pariſ. 1705. 12. Leidæ 1709. 8. cum *PETITO*. Quæ ad fabricam pertinent, non maximi momenti ſunt: Meliora quæ ad morbos, optimæ, quæ ſubjectæ ſunt operi, obſervationes Medico-Chirurgicæ. Multa tamen ab aliis habet.

GE. DESHARDING de fontanella infantum. Roſtoch. 1705. Diſp.

R. WILH. CRAUSE de dentium ſenſu. Jen. 1704. Diſp.

(*a*) *LE CLERC Chirurgie complette* Tom. II. *contenant l'Oſtéologie exacte & complette.* Pariſ. 1706. 12. Omnino ex *DUVERNEYI* codicibus manuſcriptis deſumta, ut monet Auctor Præf. ad *PALFYNI* Oſteologiam Gallicæ editionis. Adeo vero craſſis miſtam eſſe erroribus, ut ibi

omnium Librorum, qui brevius inſervire poſſit memoriæ ejus, qui priores novit. Neutiquam aptus eſt pro diſcipulis inſtruendis, nam caret figuris, & breviſſimus eſt textu, ſed incomparabilis eſt Liber ei, qui Oſteologiam jam novit, nam egregie refricat memoriam. Duo vero præcipua habet ille Libellus. 1. Ubique adcuratiſſime nova inventa habet, ut non norim aliquid deficere, & habet emendatiſſime ea omnia, ita ut VESALIO, RIOLANO, COLUMBO anteponendus ſit. 2. Sed alterum eſt egregium in eo, quod nempe deſignat ad apicem digiti, ubi aponeuroſes ſeu tendines muſculorum ſe oſſibus inſerunt, & hoc breviſſime peragit. Nam non poteſt unum verbum demi, quin ſtatim pereat totus ſenſus, & hoc conſulo, ut non ſemel quis eum perlegat, ſed ſi adcuratus ſit, ſæpius hoc faciat, & charta alba, ſi involutum habeat, pro adverſario inſervire poterit eorum, quæ leguntur apud Auctores.

6. Editus eſt ſimilis Libellus, nempe opus PALFYNI, Lugduni Batavorum, titulo *Oſteologiæ*, apud Viviè impreſſum, & antea Gandavi. Omnia etiam DUVERNEYI inventa continet, uti *Dn. le* CLERC.

7. Hiſce addatur CLOPTON HAVERS *Oſteologia nova*, Londini an. 1691. utilior autem eſt iis, qui linguam Anglicam norunt, nam editio, quæ translata eſt in linguam Latinam, hinc inde deficit, quod translator non adſequutus fuerit textum Auctoris (*a*).

Hi

ut ibi additur, nondum reperi. Mihi vero prima alicujus momenti Oſteologia poſt *VESALIUM* viſa eſt, qua pleniſſime recenſentur omnes oſſium foveæ, aſperitates, inſertiones muſculorum, &c. Multa, quæ paſſim pro novis habentur, ibi reperies, v. gr. aſcendentes partes oſſis palati. Ad morbos etiam utiliſſimæ obſervationes adjiciuntur. Quantivis pretii Liber & immerito rarus.

(*a*) OLIGER *JACOBÆUS* in diſſ. *de diſtinguendis cadaveribus per crania*. Hafn. 1709. 4. Varia habet non vulgaria de Suturis jam in bimeſtri infante viſis, de ſuturis ſponte deſcendentibus, &c.

J. BAPTISTÆ MORGAGNI Adverſaria Anatomica. Prima pars prodiit Bononiæ 1706. 4. Reliquæ ex ordine Patavii, ad uſque annum 1719. 4. Nullam non partem anatomes adtigit vir præſtantiſſimus, neque Oſteologiam inornatam reliquit, maxime in VI. *Adverſario*, quo capitis habetur anatome, & narium ſectio repræſentatur, & oſſa ſpongioſa ſuprema conſtituuntur. Sed etiam ad *HAVERSII* glandulas, ad articulationem tibiæ ejuſque cartilagines ſemilunares, ad meniſcum & articulationem inferioris maxillæ aliaſque oſſium partes obſervationes adjecit.

JAMES DRAKE nevv ſyſtem of Anatomy. Lond. 1707. 2. vol. 8. aut *Anthropologia nova* Vol. II. 1727. 2. vol. 8. 1737. 3. vol. 8. Ex *COWPERO* habet ſceletos, anatomen narium cum nova ratione curandæ ozænæ evulſo dente molari, & adacta terebra in ſinum Highmori, ubi mali ſedes.

PHIL. BALESTRINI l'anatomia moderna dell'oſſe, delle cartilagini, de' ligamenti, Genova 1708. *MANG.* *

GUIL. COWPER Myotomia reformata. Londin. 1724. fol. Plurima habet ad Oſteologiam, ſceletos, inſertiones muſculorum, oſſicula auditus, aliaque oſſa per occaſionem depicta.

In *Miſcellaneis Berolinenſibus*, quorum primus tomus anno 1710. Berolini prodiit, ſeptimus an. 1743. *Continuatio* II. habet Clar. *BUDÆI* egregiam deſcriptionem & icones novas ſinuum cranii: *Continuatio IV.* Ejuſdem Diſſertationem de modo quo oſſa præternaturalia, vel concretiones oſſibus ſimiles generantur.

C. H.

Hi ſunt Libelli, quibus carere non debent Medici tirones. Si hoc ordine eos legant, habebunt intra bimeſtre tempus, cognitionem eorum omnium, quæ Medici hactenus de oſſibus ſciverunt, & ſi poſſint videre ſimul ſceleta, jucun-

C. H. ERNDL in *itinere Anglico-batavo* an. 1711. edito, varia ad Ravii mentem habet de dentibus, articulatione maxillæ inferioris, carpo, &c.

PATRIK BLAIR Oſteographia Elephantina ſeorſim etiam prodiit. Londini 1711. 4. Animalis vaſtiſſimi, quod in Scotia perierat, brevem anatomen, ſed doctam & diligentem Oſteologiam tradit Chirurgus.

Suite de la nouvelle Oſtéologie, contenant un Traité de Myologie. Pariſiis 1711. 12. Auctor eſt *VERDUCIUS* Chirurgus. Editor Frater J. Baptiſta, Medicus, qui hiſtoriolas aliquas intermiſcuit. Nihil aut exquiſitum, aut novum. Adjecta aliqua de ligamentis corporis humani.

D. MUSTINGERI Diſſ. *inaug. de articulationibus artuum*. Argentor. 1712. 4. Ex optimis, ad ligamenta, & articulationes.

CARL. FRANC. a VOLCKERSHOVE de juncturis oſſium. Leid. 1713. 4. dentium fabricam ſubtilem ad *RAVII* nutum deſcribit, & articulationem maxillæ inferioris Raviano more, uti ſimili modo deſcripſit *D. ARDINOIS Diſſ. de medicina fundamento anatomia* pag. 18.

CHRISTIANUS FOISIUS de oſſibus. Hafn. 1714. 4.

AUG. CAROL. CUMME dentium hiſtoria. Helmſt. 1716. 4. aliquas obſervationes habet.

C. N. LANGIUS in *lap. helv.* deſcribit coſtas aliquot bifidas.

In *GUILIELMI DERHAM phyſico-theology*. Lond. 1713. & ſequentibus ſæpe annis excuſa, exſtat deſcriptio organi auditus variorum animalium.

C. JAC. TRAW. in Diſſ. inaugurali *de chyloſi fetus*. Altdorf. 1715. 4. aliqua de oſſibus ſeſamoideis rarioribus habet, quibus etiam uſus eſt *HEISTERUS*.

In *GOUEY Chirurgien véritable* habentur ejus nova inventa *ſur l'Oſtéologie & la Myologie*. Rotomagi 1716. 8.

GOUEY nova nomina aliqua habet. Articulationem femoris ſynneuroen arthrodialem, in humero ſynneuroarthrodialem vocat, &c.

AUGUST. CARL. GEORG. CUMME dentium hiſtoria, Helmſtad. 1716. 4.

WAGRET in *obſſ. de médecine & de chirurgie*, Paris 1717. 8. habet longiſſimam digreſſionem de oſſibus.

S. REININGER de cavitatibus oſſium cranii ſcriptum eſt *J. H. SCHULZII*.

DAVID HERMAN Tabulæ oſteologicæ BUDISSIN 1717. 4. Foveas inprimis & depreſſiones oſſium diligenter enumerat.

HERMAN Tabulæ oſteologicæ cum ſpurio titulo *CHRISTIANI HEISTER anatomia ſuccincta corporis humani*, Freybergæ 1726. 4. recuſæ ſunt.

JACOBI MANGET Theatrum Anatomicum habet ad oſſa icones *BIDLOI*.

J. SALZMAN & REISSEISEN de articulationibus analogis (ſive poſt fracturam naſcentibus). Argent. 1718. 4.

MICH. BERNARDI VALENTINI Amphitheatrum Zootomicum. Francof. 1719. & 1742. fol. præter ſceletos & diſſectiones animalium habet inprimis appendicem, in quam receptus eſt lectionum *J. JAC. RAVII* codex eo anno notatus, quo Auctor obiit (p. 114.): cujus pars de oſſibus agit, minime certe inutilis.

SCHMIDT de perioſteo oſſiculorum auditus. Leid. 1719. 4. Satis rudes habet figuras vaſorum in iis oſſiculis.

ARENT CANT impetus anatomici primi. Leid. 1721. fol. Juvenis primi conatus: icones propria Auctoris manu pictæ. Sexta tabula varia habet huc pertinentia, iconum proceſſus longiſſimi mallei: oſſis palati integri, articulationes aliquas.

In *ANTONII van LEEUWENHOEK* epiſtolis, variis & ſparſis locis anatome oſſium traditur. Pleroſque ex *Tranſactionibus Philoſophicis* citavimus.

J. DOMINICI SANCTORINI Obſervationes anatomicæ. Venet. 1723. 4. multa habent ad

jucundiſſime & optime omnia brevi cognoſcent, quæ hic requiruntur; hinc ſi quis ſibi proponeret intra paucas ſeptimanas Oſteologiam omnino cognoſcere, quotidie deberet tantum binas horas impendere in hiſce Aucto-

ad foramina cranii, oſſa vomeris, palati, ſpongioſa, laryngis ſubtilem diſſectionem; &c.

SEBAST. REININGER de cavitatibus oſſium cranii. Altdorf. 1722. 4. Deſcribit ad naturam ſinus maxime ethmoideos & alia minime inutilia.

LUD. PH. THUMMIG verſuch einer gründlichen erlaüterung, &c. Hall. 1723. Habet etiam de ſucci oſſei motu ſecundum longitudinem fibrarum, circulatione ſanguinis per oſſa, &c.

In *BERNHARDI SIEGFRIDI ALBINI Indice ſuppellectilis Ravianæ*, Leid. 1725. 8. maxima pars de oſſibus agit, quorum multæ rariores menſuræ & formæ hic deſcribuntur.

EJUSDEM de oſſibus corporis humani L. Leid. 1726. 8. recuſus Viennæ 1746. 8. Puriſſima & Celſiana dictio, deſcriptiones quaſi picturæ ſunt oſſium. Artus inprimis, male vulgo neglecti, & thorax hic ſollicite deſcribuntur & teliologiæ adduntur.

WIL. CHESELDEN Anatomy of human body. Lond. 1726. 8. & 1741. 8. In prioribus editionibus ſatis adhuc rudes icones oſſium, in poſteriori valde nitidæ habentur, & multæ explicationes & obſervationes de cauſa fabricæ.

In *Actis Literariis Suecicis* an. 1726. aliqua Oſteologica exſtant de oſſibus ſeſamoideis rarioribus.

CL. a *DEVENTER* in *poſthumo* L. *de oſſium morbis* aliqua ad fabricam habet. Medullam valde dolere punctam expertus eſt.

In *actis Petropolitanis*, quorum X. Tomus nunc editus eſt, bonæ habentur *CL. WEITBRECHT* de oſſibus carpi, metacarpi, coſtis, ſterno, &c. in Tom. V. obſervationes, & eximia Oſteologia Cameli Bactriani in X.

D. PETSCHE ſylloge obſervationum anatomicarum. Hall. 1727. 4.

HENRICI FAUCHART Chirurgien dentiſte. Pariſ. 1728. & 1746. 8. 2. vol. Plurima habet ad dentium rariora, & repoſiti dentis facile comprehenſi hiſtoriam, &c.

D. LOESCHER de dentibus ſapientiæ eorumque morbis. VVittemb. 1728. Diſp.

AUG. FRID. WALTHERI de articulis & ligamentis pedis. Lipſ. 1729. 4. cum iconibus ligamentorum. *Supplementum* adjecit an. 1731. 4. ibid.

JEAN BAGET Oſtéologie, Prémier Traité. Pariſ. 1731. 12. Prima tantum pars hujus operis videtur lucem vidiſſe, qua Oſteologia ſicca continetur. Etſi pro tironibus unice ſcriptum eſſe legam in *Journal des Savans*, non tamen credo id nos judicium ſequi debere. Diligenter certe oſſium eminentias, foveolas, confinia deſcribit. Paradoxus tamen, qui v. gr. Oſſibus etiam cranii articulationes veras tribuat, nec abſque vitiis, cum os ſphenoides ad articulationem maxillæ inferioris proceſſum dicat mittere.

Ecole de Cavalerie, contenant l'Oſtéologie, &c. par de la *GUERINIERE.* Pariſ. 1731. 12.*

ALEXANDRI MONROO Anatomy of human bones. Edinburg an. 1732. 8. (& prius 1726. & nuper 1741.) Egregius labor, ad capitis hiſtoriam, ad articulationes, ad varietates, ad vaſa & membranas oſſium recentium, non adeo ad artus. Editio 1731. priori melior eſt, nupera nihil auctior.

In *examen de divers points d'Anatomie, de Chirurgie*... Pariſ. 1725. 12. & in *Diſſ. au ſujet du Livre ſur les maladies des os.* Pariſ. 1726. 12. minutius multa in *PETITO* carpuntur, & defenditur articulatio maxillæ inferioris cum tuberculo oſſis temporum.

JAQUES BENIGNE WINSLOW Expoſition Anatomique. Pariſ. 1732. 4. & 12. nuper emendatior Amſtelod. 1743. 12. 4. vol. Primus Tomus eximiam habet Oſteologiam, in qua inprimis pars poſterior ſive recentium oſſium deſcriptio, & cartilaginum, & ligamentorum, ab ipſo retro *RIOLANO* fere a nemine tacta, ab Auctore vero noſtro perfectioni proxima reddita eſt.

In *J. ADAMI KULMI anatomici tabulis.* Lipſ. 1732. 8. & alias editis paſſim etiam ligamenta ſubjiciuntur oſſium deſcriptioni.

MAT-

Auctoribus, & bis in ſeptimana adire theatrum anatomicum publicum, colligendo & conferendo ibi in ſceletis ea quæ legit, & in memoriam revocare, an invenire poſſit, quod legit, & hoc modo brevi haberet ſcientiam perfe-

MATTHIÆ SAS de partibus manducationi inſervientibus, Harderovic. 1743. 4.

CAROLI PAYEN, *eſtne eadem in oſſibus quam in aliis partibus nutritionis ratio?* Pariſ. 1736. 4.

W. CHESELDEN Oſteographia in titulo annum præfert 1733. licet tabulæ diu antea confectæ fuerint. Splendidiſſimus certe Liber, iconibus ad naturam ope lucernæ magicæ paratis, copioſis, ampliſſimis, egregie ſculptis, ornatur etiam ſceletis animalium nitidiſſimis, & figuris Oſſium morboſorum. Plurimæ etiam obſervationes mechanicæ & teliologicæ interſperſæ ſunt. Ligamenta etiam aliqua pinxit.

Contra hunc Librum *JOHANNES DOUGLAS* anno 1735. 8. edidit Londini Libellum Satyricum cum titulo *Remarks on a late pompous vvork*, quo ejus vitia, ſunt enim non pauca, produntur. Nam deſcriptiones fere nullæ, icones etiam non ſatis anatomicæ, & in minutiis vitioſæ ſunt, ut in oſſibus, quæ caput componunt, & in hiſtoria anatomes non exigui errores hæſerunt, cum v. gr. credat *CHESELDENIUS* alios Anatomicos oſſa maxillæ ſuperioris pro uno oſſe habuiſſe.

Cæterum in *DOUGLASSII* Libello proponitur editio Oſteologiæ a fratre ipſius *JACOBO* edendæ, cujus jactura eo triſtior eſt, quo major hujus viri ardor, & quo ampliora ſubſidia fuerant, quibus ſuffultus anatomen ornabat. Vidi ipſe apud virum humaniſſimum ſceletos recentes in muria conſervatos, flexiles, oſſa humana infinitis modis ſecta & diviſa, figuras copioſiſſimas oſſium & ligamentorum. Regia etiam liberalitate 500. annuarum Librarum ſublevabatur in conatibus (vide ipſius *DOUGLASSII* verba poſt L. *de lilio ſarnienſi*.) Sed dilapſus ad amorem humaniorum Literarum, ſubitoque ereptus eſt rebus humanis, neque quidquam præter deſcriptionem patellæ reliquit, parvo in fol. vol. editam, qua invitiſſimus careo.

In Edinburgenſis Societatis Actis, quæ an. 1733. prodire cœperunt, multa huc pertinentia exſtant, maxime *AL. MONROI* de articulatione maxillæ inferioris obſervationes. In I. Tom. etiam de robore oſſium calculus habetur.

In *FRIDERICI RUYSCHII*, an. 1733. mortui, operibus plurima ſparſis locis non ad Oſteogeniam ſolam, ſed ad vaſa, membranas, medullam, morbos oſſium pertinentia reperiuntur. Inſecta quæ in mediis oſſibus reperit, ſunt ſcarabeoli, inimiciſſimi præparationibus anatomicis, quorum vermes hujuſmodi hirſutas exuvias relinquunt. Diploen eſſe in tibia inter medias duas tabulas paſſim docuit & Theſ. VIII. n. 8.

GEORGII THOMSON Anatomy of human bones. London. 1734. 8. In tractatu de oſſibus plerumque ipſa *WINSLOWI* verba exſcribit.

JEAN PALFYN Anatomie Chirurgicale augmentée & refondue par M. BOUDON. Pariſ. 1734. 8. In ſecundo tomo Oſteologia habetur, cum iconibus ex Oſteologia *PALFYNI*, & deſcriptione fere ad *WINSLOWUM* imitata.

JOH. FRIDERICUS CASSEBOHM in Libellis *de aure humana*, qui an. 1734. & ſequentibus prodierunt, præter organa auditus etiam os temporum ex adulto, ex fetu, & ex monſtro deſcripſit, magna, ut ſolebat, diligentia.

A. OTTOM. GOELICKE de oſſium ſtructura & uſu, Francof. Viadr. 1735. 4.

M. ALBERTI de dentibus ſerotinis, Hall. 1737. 4.

ANDRÆ OORTMAN diſp. *de dentibus*, Ultrajecti 1738. 4.

De *ROBERTI NESBIT* & *B. S. ALBINI* Oſteogenia diximus.

In poſtrema parte Ichthyographiæ *ARTEDIANÆ*, quæ Leidæ an. 1738. prodiit 8. etiam Oſteologia piſcium egregia habetur.

GOTTLIEB METII de conſtruendo ſceleto. Diſp. Erfort. 1736. 4.

J. ZACH. PLATNER de oſſium epiphyſibus. Diſp. Lipſ. 1736. 4.

J. LUD. PETIT in L. *de morbis oſſium*. Pariſ. an. 1705. 8. & 1736. 12. tertio recuſo multa paſſim utilia ad oſſium fabricam adſperſit.

GE-

perfectiſſimam eorum, quæ hactenus haberi poſſunt pro morbis oſſium a Chirurgis & Medicis; dico eorum, quæ hactenus haberi poſſunt, nam ſcopus hoc tantum eſt, omnia, quæ hactenus nota ſunt, demonſtrare, & viam indicare, quo modo ea adquirenda ſint; de iis autem, quæ poſtea invenientur

GERAUDLY art de conſerver les dents. Pariſ. 1737. *

KNOLLE de luxationibus artuum ſuperiorum. Diſp. Argent. 1738. 4. Anatomen etiam habet & ligamenta.

M. VERDIER (Chirurgi Pariſini) *Abregé de l'anatomie du corps humain*. Pariſ. 1739. 8. 2. vol. Fere *WINSLOWUM* in compendium redegit. Germanice etiam verſus exſtat.

J. H. SCHULZE de conſideratione oſſium recentium utili & neceſſaria reſp. *CAR. WILH. KOLBE*, Hall. 1739. 4.

B. S. ALBINI Tabulæ oſſium corporis humani. Tres ſceleti icones hactenus vidi pulcherrimas, ut omnia ſolent, quæ ab eo Viro profecta ſunt. Sequuntur, ut audio, reliqua oſſa ſingulatim.

In *NIC. ROSEN beskrifning of hela människen cropp*. Stokh. 1738. 8. Oſteologia varias utiles obſervationes habet.

ABRAHAM KAAU de modo, quo perioſteum ſe ad articulationes habet, egit in *L. de perſpir.* n. 856. &c. & alibi de oſſibus utiliter meruit.

J. E. HEBENSTREIT de dentitione ſecunda juniorum. Lipſ. 1738. 4. cum iconibus.

IDEM de oſſium diploe jam laudatus eſt.

IDEM de baſi calvariæ deſcribit foramen vicinum meatui auditorio interno, in duas quaſi cameras diviſum, quarum altera cum aquæductus fiſſura conſpirat.

IDEM de capitonibus difficili partu naſcentibus. Lipſ. 1743. 4.

Inter icones anatomicas, quas *ADMIRALIUS* edidit an. 1738. & ſeq. eſt etiam icon capſulæ articulationis femoris, duæque figuræ valorum duræ Meningis, ſive perioſtei interni cranii.

UNGEBAUR de oſſium trunci corporis humani Epiphyſibus. Lipſ. 1739. 4.

J. A. UNGEBAUR diſp. recuſam dedi in *collect. Diſp.* Vol. VI.

J. B. MORGAGNI editio Operum *A. M. VALSALVÆ*. Venet. 1740. 4. 2. vol. Undecim Epiſtolæ ad Tr. de aure humana pertinent, quibus oſſeæ minutiæ hujus organi deſcribuntur, & hiſtoria inventorum ſuppeditatur.

JOH. JAC. GRAMBS Oſteologiſche tabellen. Francofurt. 1740. 8. Compendium tabulare.

D. PITSCHEL de Axungia articulorum. Lipſ. 1740. 4. Diſp. Continet multa ad glandulas Haverſii.

GIUSEPPE LARINI Tr. *ſopra le qualità de' denti, e'l modo di cavarli*, &c. Firenze 1740. 4. Aliquas in radicibus dentium varietates habet, quas nimis urget & extollit.

J. THEOD. KLEIN hiſtoriæ piſcium miſſus. I. Gedan. 1740. 4. Continet deſcriptionem organi auditus piſcium & lapillorum, quos habet pro oſſiculis ad auditum pertinentibus.

LAURENTII HEISTERI Compendium anatomicum ultimo an. 1741. editum Norimbergæ 8. ab Oſteologia etiam incipit, iconeſque habet aliquas oſſiculorum ſeſamoideorum rariorum, &c. Ductum inciſivum recte negat apertum eſſe.

C. A. a BERGEN de methodo oſſa cranii diſſuendi. Francof. Od. 1741. 4. Machinam ad eum ſcopum invenit.

JOSIÆ WEITBRECHT Syndeſmologia. Petropol. 1742. 4. Eximii laboris Opus, quo ſolo icones habentur omnium in corpore humano ligamentorum, & deſcriptiones ad naturam factæ.

In *D. LIEUTAUD Eſſais Anatomiques*, quæ anno 1742. Pariſiis prodierunt, Oſteologiæ compendium minime malum habetur, ut viri, qui 1200. cadavera ſecuerit, cum adminiſtratione organi auditus, &c.

CL. HUNAULD in diſſertatione *de anchyloſi* edita 1742. deſcribit ligamenta intervertebralia.

CL. HENSING de Apophyſibus. Gieſſ. 1742. 4. Docta Diſputatio.

HEN-

tur adhuc ſermo hic non eſt. Abſolvi penſum illud de ſtudio anatomiæ addiſcendo de oſſibus.

HENSING diſp. recuſam dedi in *collect. meæ* Tom. VI.

D. FISCHER de modo quo oſſa ſe accomodant partibus. Leid. 1743. 4. cum iconibus craniorum ex variis gentibus barbaris.

NICOLAI ROSEN de oſſibus calvariæ P. I. Upſal. 1746. 4.

AUGUSTI SCHAARSCHMIDT Tabulæ Oſteologicæ. Berolin. 1746. 8. compendii loco inſervire poſſunt, & muſculorum etiam inſertiones indicatas habent.

J. FRID. CRELL Diſp. *de oſſibus ſeſamoideis.* Helmſt. 1747. 4.

J. F. CRELL in *programmate* etiam anno 1742. edito peculiarem canalem pro carotide à proceſſibus clinodeis factum & alias varietates deſcribit.

THOMAS SCHWENKE in perpulchra *hæmatologia* Hagæ 1743. 8. edita, ligamenti teretis femoris novam deſcriptionem dedit.

In *ſyllabo partium corporis humani* Petropoli ante paucos annos edito multæ peculiares habentur & propriæ oſſium imagines.

BUNON in *Eſſai d'Odontechnie*. Pariſ. 1743. 8. & in *expériences* & *démonſtrations*. Pariſ. 1746. 8. varia adtulit de modo quo, dentes ſecundarii priores expellunt: quo radices conſumuntur: quo eroduntur in ipſis alveolis ſuis: de dentium radicibus, craſſitie partis vitreæ, ſepto alveolorum, &c.

CL. LANGGUTH de luxatione patellæ, ligamentum a muſculorum tendine diſtinxit, quod exterior eſt.

Cranium enormiter craſſum deſcripſit *CL. SCHAAKSCHMIDT* in nupero Tomo VI. *Berliner Nachrichten*.

B. D. MAUCHART in Diſſ. *de articulatione capitis cum prima vertebra*, & in ea de *luxatione Nuchæ*. Tubingæ an. 1747. habitis, multa in iis ligamentis correxit & noviter invenit, & de motu capitis erudite diſputavit.

BERNHARDI JELGERSMA de dentibus, Leidæ 1747. 4.

MATTHÆI BAZZANI de artificio oſſium per radicem rubiæ colorandorum Comm. Bonon. T. II. p. 124.

HIERONYMI LUDOLF de mirabili fabrica articulationis maxillæ inferioris cum oſſibus temporum, Erfurt. 1749. 4. Pro noſtra ſententia.

GOTTFRIED WILHELM MULLER vier und zvvanzig kupfer tafeln vvelche die knochen des ganzen menſchlichen körpers vorſtellen, Francof. 1749. 4. Præter tabulas *CASSERII* etiam ſuas habet fetuum, oſſis ſphenoidei, orbitarum, cavitatis narium, vomeris, oſſis palati & aliorum.

Multa *CL. DAUBENTON* habet ad ſceleta, inprimis morboſa in T. III. *deſcr. du Cab. du Roi*.

CAROLI ERN. AUGUSTI LOSSAU de optima oſſium in ſceleto artificioſe jungendorum ratione, Erfurt. 1749. 4. bona diſp.

Inter exſpectata opera ſunt *JOSEPHI EXUPERII BERTIN Oſteologia*, cujus primam partem, quæ capitis continebit oſſa, eximia curioſitate deſcriptam poſſideo. Plurima bona triſtiſſimus morbus hujus Anatomici nobis invidet.

C. JAC. TREWII ſplendidæ tabulæ Oſteologicæ ſculptæ totæ, dudum & avide exſpectantur. Inter meas icones, ſi mea licet citare, icon oſſium narium non mala exſtat.

SECTIO III.

DE MUSCULIS CORPORIS HUMANI.

CAPUT I.

De Myologia.

ORdo nunc exigit, ut futurus Medicus addiſcat omnia, quæ ſpectant muſculos, & hæc pars anatomicæ ſcientiæ vocatur *Myologia*. Nempe græce μῦς eſt *mus*, notaverunt etiam Latini hoc nomine animalculum quadrupes, & ab hoc nomine vocaverunt *muſculos*, eas partes, quas alii anatomici vocarunt lacertos carneos.

Nomen hoc muſculis dederunt, quia muſculus cum tendinibus ſuis ſeparatus non abſurde formam muris exhibet, nam brevis tendo eſt, quaſi caput; tum eſt pars carnoſa eminens, quaſi corpus repræſentans, & cauda repræſentatur per tendinem longiorem.

Ex hac nunc vocis origine diviſerunt medici muſculum, nempe dixerunt; eſt mus, hinc habet caput, hoc nomine intelligebant breviorem tendinem, habet corpus, hoc nomine intelligebant partem carnoſam eminentem, & habet caudam, ſeu tendinem longiorem.

Omnia conſilia ad ſtudium anatomicum dirigendum, quatenus muſculos ſpectat, dividuntur in duas partes. 1. In *Myologiam* ſeu *Myographiam*, hoc eſt; deſcriptionem omnium eorum, quæ pertinent ad hiſtoriam muſculorum. 2. In *Myotomiam*, illa eſt deſcriptio adcurata ordinis & modi, quo cadavera debent tractari, ut muſculi non turbati poſſint reddi conſpicui.

CAPUT II.

De Myographia.

PRima pars myographiæ, hoc eſt, deſcriptionis omnium eorum, quæ pertinent ad muſculos, docet muſculorum materiem.

Illa materies eſt primo arteria, deinde nervus, tum lymphatica vaſa, quæ ſæpe voco arterioſa & venoſa, porro tendines, & pinguedo cum ſuis vaſis, tandem membranæ. Hæc conſiderantur ut materies conſtituens muſculum. Arteria in muſculis dividitur, uti alibi in corpore, in ſanguiferas & lymphaticas, & forte etiam in ſpirituoſas. Ut rem ita dicam, uti ſe habet, arteriæ plurimæ ad muſculos feruntur, dividuntur in ramos, ſunt tum ubique venæ, quibus occurrunt, & in quas abeunt. Sed alii rami arteriarum abeunt in lymphatica vaſa arterioſa, & forte ad eorum fines ſunt etiam tandem ſpirituoſæ arteriæ; ut enim id ſuſpicer, rationes plurimæ ſunt, quæ me hoc credere inſtigant. Ubi nempe in cerebro ſunt arteriolæ ultimæ, quæ ſpiritus ferunt, ſi nunc ubique ad ultimum tubulum arterioſum oriatur canaliculus, qui tam tenuis eſt, ut unice liquidum ferat tam tenue ac ſpi-

ritus eſt, etſi hujus modi canalis nunquam detegatur, (nam ſunt plures rationes, quæ inſtigant, ut hoc adſeramus), tunc arteria iſta erit vas ſpirituoſum, & venæ erunt etiam ſpirituoſæ, quæ arteriæ reſpondeant (*a*).

Nervi etiam ad muſculos veniunt, & fibrillæ eorum junguntur cum aliis fibris; unde oritur ſtructura muſculi nervoſa. Pinguedinoſa vaſa adſunt, quæ inter fibras carneas inſeruntur, uti medulla inter lamellas oſſeas, & idem utrobique uſus eſt, nempe, cum moveantur inter ſe mutuo fibræ, poſſunt atteri & ex parte exſiccari. Sed exprimitur pinguedo, dum motus exercetur, ut defendantur fibræ ab attritu, & motus facilitetur. Inter has fibras decurrunt membranæ, quæ fiunt ex vaſculis minimis intertextis, & reliqua, quæ in muſculo ſunt, vocantur fibræ, quæ tantum ſunt ultima vaſa recta & minima.

De ſtructura hac enarrata muſculorum legendi ſunt ſequentes Auctores (*b*).

(*a*) Ita credo intelligendum eſſe *PRÆCEPTOREM*, & hic, & in *Inſtitutionum Medicarum* n. CCCIII. ut arteriæ ſpirituoſæ ſint arteriæ minimæ. Nam veros ſpiritus motores in muſculis parari, & experimento, & ipſi *BOERHAAVII* teſtatiſſimæ menti omnino adverſatur. Confer CCCCI. CCCCII. CCCCIII.

(*b*) Fabrica muſculorum veteribus omnino ignota fuit. Carnem enim pro parenchymate habuerunt, circumfuſo fibris, quas ipſas efficeret nervus, ex principio muſculi diviſus, in fine iterum collectus in tendinem. Cæterum *GALENUS* in L. II. *de motu muſculorum* dudum minime mala experimenta dederat, quibus & antagoniſmi naturam, & nervorum in movendis muſculis efficaciam demonſtravit. In fabrica omnino in aliena abiit. Liber etiam ſpurius exſtat de *motibus manifeſtis & obſcuris*.

GALENI lib. *de motu muſculorum* exſtat etiam a *JOH. CANAPE verſus* Pariſ. 1541. 4. Eos libros citat *GALENUS* in Lib. *de propriis ſcriptis*.

JAC. FONTANI reſponſio ad diſp. *SEPILLONII de motu muſculorum*, Avenione 1603. 8.*

HIERONYMUS FABRICIUS ab *AQUAPENDENTE* ſcripſit unum *de motu locali animalium* L. Patav. 1618. 4. quo hominis greſſus, & femoris muſculoſa vis, & animalium, inprimis vero avium, modus quo corpora transferuntur, ſatis bene deſcribitur. Sed altero inprimis Libro *de muſculi artificio*, Vicetiæ 1614. 4. edito, multos veterum errores refutavit, & inprimis oſtendit, fibras muſculares non oriri a ligamento; uti *GALENO* viſum, neque nervos unice in principium muſculi ſe immittere, verum tendinem eſſe, qui ab oſſe oriatur, in fibras abeat laxatus, & in tendinem alterum iterum contrahatur.

J. D. HORSTII de natura motus animalis & voluntarii exercitatio ſingularis. Gieſſ. 1617. 4.*.

FRANCISCI ANTONII CASERTÆ de natura & ſymptomatibus motus animalis, Neapoli 1620. 4. vacuus omnino fructu Liber eſt.

RENATUS CARTESIUS in Libro *de homine* a *FLORENTIO SCHUYL* Leidæ an. 1662. 4. a *LUDOVICO* vero de la *FORGE* plenius anno 1677. 4. Amſtelodami edito, habet theoriam motus muſcularis cum gratuitis valvuloſis ductubus communicantibus inter antagoniſtas muſculos.

GUALTHERUS CHARLETON in hiſtory of nutrition life and animal motion. Lond. 1659. 4. & in *exerc. phyſ. anat. de Oeconomia animali*. Leidæ 1659. 12. etiam de motu muſculari Libellum habet, cum aliquo matheſeos uſu & obſervationibus teleologicis.

D. CROONE Libellum exiguum *de ratione motus muſculorum* edidit, Londini 1664. 4. quem Belgæ cum editione VVilliſiani de cerebro Libri an. 1664. recuderunt, tum an. 1667. 12. ut lego, etiam auctiorem, neque enim ipſe vidi. Aliqua mathematica habet, ut augumentum virium natum ex majori tumore muſculi, quam eſt moti oſſis circa hypomochlion iter. Cæterum nihil invenit in fabrica muſculi, & falſam attulit hypotheſin motus nempe originem eſſe a ſtagnante & rarefacto in fibrarum intervallis nerveo cum ſanguine liquido. Ejuſdem viri lego an 1695. prodiiſſe *an hypotheſis of the ſtructure of a muſcle and the reaſon of its contraction*, eumdemque in *Phil. Collections* n. II. ſuas de muſculis obſervationes retractaſſe & correxiſſe: ſed ea legiſſe non contigit.

1. RICHARDUS LOWERUS (*a*) in Tractatu ſuo *de corde*. Primus enim fere ideam dedit claram, quanam ratione omnis fibra carnoſa abiret in unam fibram tendinoſam & carnoſam, & tendines ſuos partibus adpoſitis ſemper adfixos haberet, quod nemo ante eum æque exacte fecerat.

2. Videndus ſuper hac re pariter GUILIELMUS COWPERUS (*b*), Anatomicus Britannus. Edidit Libellum in 8. Londini an. 1694. Anglico idiomate, in cujus præfatione de ſtructura ultimorum muſculorum plura egregia habet.

3. Huic addatur HENRICUS RIDLEIUS, pariter Britannus. Edidit

CROONE de ratione motus muſcularis Belgicam editionem anno 1667. quam auctiorem eſſe legeram, nunc video, non auctiorem eſſe, niſi epiſtola & nomine *CROONII*.

JOH. CONRADI STETTERI Oppenheimenſis *Cenſura argumentorum GALENI de motu muſculorum*. Francof. 1665. 8. Inutilis Auctor, qui animam ait non muſculorum ope ſed abſque medio oſſa movere.

In Phil. Tranſactionibus varia huc pertinentia habentur inprimis.

JACOB KEIL de viribus cordis n. 361.

De iiſdem *JURIN* n. 358. 359.

In *EPHEMERIDIBUS NATURÆ CURIOSORUM JOHANNES CHRISTOPHORUS STURMIUS* Borelliana theoremata experimentis, ad imitationem naturæ captis, confirmavit, quæ exſtant in *Decuria* II. Ann. II. III. V.

N. STENONISF in *Tr. de muſcul. & gland.* p. 14. carnem a fibris minime differre oſtendit, fabricam etiam muſculi in univerſum, tum cordis, linguæ, muſculorum reſpirationi ſervientium deſcribere eſt adgreſſus. Idem in *Elementorum Myologiæ ſpecimine*, Florentiæ 1667. 4. & Amſtelodami 1669. 8. edito, inprimis compoſitionem muſculorum demonſtravit, qua nempe ratione fibræ carneæ in tendinem vel continuarentur, vel infererentur ad angulos obliquos, quos muſculos dixit *pennatos*, vel in multos lacertos ordinatæ in unum tendinem conſentirent. Theoriam etiam ad explicationem motus muſculorum obtulit, qua in mutatione angulorum fibrarum omne arcanum intumeſcentiæ muſculorum poni credidit. Verum dudum demonſtratum eſt, non poſſe obliquangula parallelogramma in quadrata abire aut rectangula, quin vera materies accedat, qua eæ areæ repleantur. Plurima pulchra ad anatomen comparatam eo Libro continentur. Cæterum utique in præparatione muſculorum exercitatus, duo corda coctione præparata, ut fibrarum decurſus appareret, *F. RUYSCHIO* dono dedit. *Catal. Muſ. rarior.* p. 181.

(*a*) *RICHARDUS LOWER* in L. *de corde*, Londini 1669. 8. edito, pennatos etiam & compoſitos muſculos deſcribit, abſque theoria. Fabricam cordis, ſed vulgo nunc emendatam, ibidem propoſuit.

(*b*) *GUILLIELMUS COWPER* in myologicis inprimis ſcalpellum & ingenium exercuit. Et primo in *Myotomia reformata*, quæ in 8. an. 1694. Lond. prodiit, ſed uberior eſt cum eodem nomine editio, quam ex poſthumis ſchedis edidit vir ornatiſſime doctus *RICHARDUS MEAD*. Huic præfixit *CL. HENRICUS PEMBERTON Introductionem ad motus muſcularis rationem*, qua plurima in *BORELLIANIS* calculis carpuntur, aliqui etiam caſus conſiderantur, ab eo viro omiſſi, & cauſa hujus actionis in dubio relinquitur.

Idem denique *COWPERUS* in *Anthropographia* ſua, jam citata fabricam muſculorum; & actionem leviter tangit, & in illa quidem celluloſam telam lacertis interjectam ſibi paſſus eſt imponere. Omitto propriam theoriam *COWPERI*, qui a pondere ſanguinis muſculum diſtendi credidit.

RICHARDI BOULTON Tr. *of the reaſon of muſcular motion*, Londin. 1697. 12. Explicavit motum muſculi a ſpiritu copioſius veniente ad glandulas quaſdam fibris vicinas, & cum fibris communicantes, inde in fibras erumpente quas diſtendat, quia plus advenit, quam venæ revehunt.

(*a*) *H.*

dit Libellum in 8. quem vocat *anatomiam cerebri* (*a*), in eo ibidem habet

Yy 2 caput

(*a*) *H. RIDLEY* in *cerebri anatome*, quam alibi laudabimus, theoriam dat fabricæ motuſque muſculorum a *BOERHAAVIANA* non valde diverſam.

ANTONII DEIDIER de *motu muſculorum* Diſſ. defenſa Monſpelii an. 1699. Refutat VVilifianam theoriam.

JOHANNES BERNOULLIUS de *muſculorum motu* an. 1694. Groningæ diſputationem edidit, quæ ſæpe recuſa fuit, & a *P. A. MICHELLOTTO* cum commentario ſuo ſubjecta Operi de *ſeparatione humorum*. Theoriam cauſæ motus muſcularis temporibus tribuo, ſed menſuram contractionis fibræ, menſuram elevationum a datis dilatationibus veſiculæ muſcularis definitam gratus adgnoſco. Sed idem *MICHELLOTTUS* in *apologia* pro *BERNOULLIO*, Venet. 1727. edita 4. cum rarioris morbi uteri hiſtoria & *appendice apologiæ* A. E. 1728. p. 518. demonſtravit, *BERNOULLIUM* fibræ motricis inflatæ curvaturam recte demonſtraſſe, & *PEMBERTONI* (*RICHARDUM* vocat *MEAD* editorem) objectionibus continuo dictis reſpondit.

G. BAGLIVI pauca habet de carne Leonina, vi contractili fibræ, &c.

JOHANNES ASTRUC in *Diſſ. de motu muſculari*, Monſpel. 1710. 12. & in *MANGETI* Theatro, ſuas de motu muſculari cogitationes propoſuit, vim nimiam ventriculi a *PITCARNIO* receptam refutavit, circularem fibram negavit conſtringi, experimentum Stenonianum explicavit unice ex compreſſis arteriis medullæ ſpinalis: theoriam dedit motus muſcularis, a ſpiritibus veſiculam inflantibus, a quibus magnum ſequatur virium compendium, & majus robur requiri poſuit ad motum minorem, quam pro ea ratione ſequeretur ad motum majorem requiri, ſic compendium fieri jacturæ ſpirituum.

ANTONIUS van *LEEUWENHOEK* in omnibus operibus, & in *Tranſactionibus Philoſophicis* innumeris locis n. 252. 293. 334. 336. 339. 367. 368., &c. fabricam muſculorum deſcripſit, ex variis animalibus, a balæna ad pulicem, & lacertos ex fibris, has ex minoribus conſtare filis, celluloſitatem interponi ſingulis lacertis docuit, aliaque.

JACOBUS KEIL in *tentaminum* anno 1708. 8. editorum eo, quo motum muſcularem explicat, theoriam novam dedit cauſæ, quæ inflat agentem muſculum, deſumtam ab aere rumpente bullas ſanguinis, & veſiculam muſcularem inflante. Veſicularum catenam recipit, contractionem minorem eſſe tertia parte longitudinis demonſtrat, quod experimento manifeſto repugnat.

JOHANNES GOTTSCHED in *Diſſ. de motu muſculorum*, Regiom. an. 1715. propoſita, Matheſin ad explicandum eum motum adhibuit, & probabilem ſententiam confirmavit, a ſola nempe inflatione fibræ explicari poſſe.

D. BERTRAND in *Trivultino Diario* an. 1712. m. April. edito theoriam ſuam de motu muſculari propoſuit, contractionem nempe eſſe naturalem actionem muſculi, relaxationem ſtatum violentum, in quo ſpiritus & ſanguis muſculum ſubeant, antagoniſtam vero contrahi ſuo robore abſque ſpiritibus relaxato adverſari, & in contractione veſiculas ſuper ſe replicari, &c. In multis *PERRALTUM* ſequitur.

JOHANNES TABOR in *exercitationibus Medicis*, quas, Londini an. 1724. 8. edidit, motum muſcularem de integro conſideravit. Veſiculas refutavit, cylindricas fiſtulas recepit, Contractionem a malo experimento nimis parvam definivit. Motum cordis ejuſque vim a reſiſtentia valvularum Aortæ facile definienda æſtimavit.

DANIEL BERNOULLI in *Actorum Petropolitanorum* Vol. I. theoriam motus muſcularis dedit, cujus vim deducit a nervis annularibus cylindricam fibram ſtrangulantibus, ut in veſiculas mutetur. Contractionis magnitudinem ex ſubtili experimento denuo æſtimavit.

AUGUSTINI BUDDÆI de muſculorum actione & antagoniſmo. Leidæ 1721. 4.

B. ROBINSON in *œconomia* animali etiam muſculi actionem breviter attigit, & ad vibrationes elaſtici ætheris reduxit, tendinem parum ſenſilem eſſe, & irritatum parum mutari experimento confirmavit.

JOH. POLENUS in *faſciculo Epiſtolarum mathematicarum*, Patavii 1729. 4. editarum unam habet, qua demonſtrat recte æſtimaſſe *JOHANNEM BERNOULLIUM*, duplicem, aut multiplicem elevationem ope fibræ factam minorem quam duplicem, vel æque multiplicem inflationem muſculi requirere.

B. BER-

caput de muſculari motione, in quo plurima egregia ſupra eadem docet.

Hi

D. BERTIER in Actis Burdigalenſibus, ubi de reſpiratione agit, ſpiritus animales negat, muſculi inflationem a ſanguine explicat, retento in arteria a nervo conſtricta, &c.

M. ALBERTI theoria generalis partium ſolidarum corporis humani, Hall. 1730. 4.

BROWNE LANGRISCH in *nevv. eſſay on muſcular motion founded on experiments and Nevvtonian Philoſophy*, Londini 1733. 8. explicavit muſcularem motum a ſpiritibus æthereis augentibus vim contractilem elementorum fibræ carneæ, ut in ſe ipſa retracta reduplicentur, ab arterioſo autem ſanguine & ab antagoniſta muſculo in priorem ſtatum reſtituantur. Aortæ ligaturam muſculos reſolvere docuit, non ita peculiaris alicujus arteriæ.

IDEM vir Clar. in *Croonian lectures on muſcular motion*, quæ pro ſupplemento adjectæ ſunt *Tranſ. Philoſ.* n. 1747. eamdem hypotheſin ornavit, & ſubjecit aliqua de corde experimenta.

A. OTT. GOELIKE de tendinis ſtructura & uſu, Francof. ad Viadr. 1734. Diſp.

BERNARDUS SIEGFRIED ALBINUS in *hiſtoria muſculorum hominis* fabricam ſimpliciter & vere deſcripſit, quatenus humana induſtria & vero experimento poteſt erui.

FRIDERICUS WINTER in celeberrima Leidenſi Academia nunc Medicinæ Profeſſor, in inaugurali ſpecimine de *motu muſculorum*, Leidæ 1736. edito, & in *collectione noſtra* recuſo vol. III. menſuram contractionis muſcularis correxit, ampliorem fecit, theorias non firmas ab ejus explicatione removit, ſimpliciſſimam ipſe dedit, quam & ego, ſed ejus opuſculo non viſo propoſui.

ALEXANDRI STUART Diſſ. de ſtructura & motu muſculari. Lond. 1738. 8. Pretium retulit ab Academia Burdigalenſi. Habet aliqua a Boerhaavio: habet etiam experimenta in nervis, & in vivis animalibus capta, muſculos convelli, irritata medulla ſpinali, nervum non eſse elaſticum. Sed veſiculæ muſculares, vis elaſtica ſanguinis, motus muſculorum compoſitus ex dilatatione arterioſa ſanguinea, & nervea, & ex ſyſtole elaſtica veſicularum, ea omnia in ſola theoria fundantur. Ejuſdem Libri quaſi compendium pro appendice vol. XI. *Tranſact. Philoſoph.* recuſum eſt.

ALEX. STUART, cujus diſſertationem *de ſtructura & motu muſculari* recenſuimus, jam anno 1711. 4. Leidæ de eadem materia diſputaverat.

J. B. WINSLOW de motu muſculari aliqua habet *Memoires de l' Acad.* 1720. & in *BORELLUM* dixit in *Comment. Acad. Scient.* an. 1738. & contra pro *BORELLO* in *D. PARENT BERNARDINIS ZENDRINI* in *Giorn. de' Letter.* L. XVIII.

GUILIELMI WIERI MUYSII inveſtigationis fabricæ muſculorum Diſſ. I. de carne muſculoſa. Leid. 1738. 4. Ampli Libri, cujus dudum & in Trivultianis Januar. 1715. & in *Journal des Savans* 1718. & in *Phil. Tranſ.* n. 358. anno 1713. edito exſtant primitiæ, & cujus impreſſio anno jam 1717. ad p. 120. deducta eſt, ſculptæque tabulæ (*MUYS* præf.) pars prima ſola prodiit. Continet enormi labore factam compilationem omnium, quæ de fibra muſculari ſcripta fuerunt, & minutam inprimis Leeuvvenhoekianorum & Heydianorum experimentorum epicriſin; tum vero proprias microſcopii ope factas obſervationes, ex quibus octo conſtantes ordines fibrillarum deſcribit, ſucceſſive in fibram majorem ſub certa proportione unitarum: deinde proponit fibras laminares non cylindricas cordis & ventriculi, & linguæ, & reticulatas fibras cordis, has quidem cum *LEEUWENHOEKIO*.

STEPHANUS HALESIUS de vaſis muſculorum, de vi conſtrictoria ope microſcopii obſervata, aliquas utiles obſervationes habet.

R. JONES de motus muſcularis cauſa, Leidæ 1735. 4 *

R. JONES loco citato motum muſcularem explicat retardato motu ſpirituum, qui vulgo tribuitur accelerationi, inde enim villum, aucta laterali preſſione, diſtendi contendit &c.

F. C. QUEISEN de muſculorum ſtructura & uſu, Hardervic. 1736. 3.

ABRAHAMUS KAAU in L. de *perſpiratione*, Leidæ an. 1738. edito 8. etiam ad muſculorum fabricam & celluloſitatem aliquas utiles obſervationes adjecit, & refutavit inprimis imaginarias nerveas fibras, quas carneas fibras circumambire dixerunt plerique.

MICHAEL JOSEPH. MAJAULT & le *MONNIER*, *Ergo muſculorum momentum a longitudine & diſpoſitione fibrarum*, Pariſ. 1738. 4.

ANTONIUS CÆLESTINUS COCCHI in *lectione de muſculis & de motu muſculorum*, Romæ an. 1741. habita, & an. 1743. 4. edita, nihil valde lucis huic materiæ attulit.

A. HERINGA de motu muſculorum, Leidæ 1741. 4. *

JACOBUS PARSONS an. 1745. 4. edidit, recuſas cum *Phil. Tranſact.*, *Croonian lectures on mu-*

Hi nunc primarii (*a*) ſunt, quibus lectis multam referemus utilitatem, ut intelligatur hiſtoria muſculorum, quatenus partes conſtituentes muſculos quærimus.

Alte-

muſcular motion. Celluloſas fibras facit, quas inflet ſpiritus animalis aereus, & cellulas dilatet. Ligamentum teres uteri pro muſculo habet.

JULIANUS HINGANT in Diſſ. *an actio muſcularis a ſolis ſpiritibus*, Pariſ. an. 1745. defenſa explicavit experimentum *STENONIANUM*, ejuſq; vim a ſpirituum ſyſtemate repetiit. In nupero tomo *Act. Petr.* X. habetur *CL. WEITBRECHT* Diſſert. de *viribus muſculorum compoſitis*.

J. THEOPHILUS DESAGULIERS in curſu *naturalis Philoſophiæ* in adnot. ad lect. IV. varia ad inflabiles veſiculas, ad virium veram menſuram in corpore humano, ad univerſam muſculorum actionem attulit.

J. TH. DESAGULIERS l. c. theoremata quidem fere ex *BORELLO* ſumſit, experimentis autem ad menſuram roboris humani inveniendam propriis uſus eſt, quam multo majorem invenit, quam *CL.* de la *HIRE*.

CL. SEGNERUS Gottingenſis Profeſſor, in editione nupera Operis *NIEUWENTYDIANI* novum calculum dedit virium, quas in agendo muſculus fruſtra inſumit, & figuras *BORELLI* correxit.

In nova editione Oeconomiæ *D. QUESNAI* habetur explicatio motus muſcularis a fibris plenis cylindricis, quas nervi circumligati ſtringant, ut repleantur vel ſanguine vel lympha, fere uti D. *BERNOULLIUS*.

In Monumentis *Academiæ Pariſinæ*, huc pertinent, præter priora.

ABB. de *MOLIERES* explicatio motus muſcularis an. 1724.

Sed etiam in *Anciens Mémoires de l' Académie*, exſtat ſyſtema *JOHANNIS MERY* deſumtum a tranſverſis fibris, pro tendineis habitis.

(*a*) *THOMAS WILLISIUS de accenſione ſanguinis & motu muſculari* ſcripſit, Lond. 1670. 8. & Leid. 1671. 12. Theoriam adfert, qua motus muſcularis per effervescentiam inter ſanguinem & ſpiritus explicatur.

JOHANNES MAYOW ex primariis eſt Auctoribus, qui huc pertinent. Inter tractatus nempe ſuos Oxonii an. 1676. 8. & recuſos an. 1681. Hagæ 8. de motu muſculorum non ſolum parum utilem theoriam, ſed etiam experimenta ex diſſectis brutis animalibus adducit.

In *FRANCISCI GLISSONII* L. *de ventriculo & inteſtinis*, Lond. 1676. 4. & Amſtelod. 1677. 12. multa huc pertinent. De motu muſculari celebre experimentum inſtituit, quo conſtitit muſculi molem in univerſum ſumtam in motu muſculi potius decreſcere: quod equidem experimentum alii *CL. GODDARD* tribuunt, & citant *Regiſter of the Royal Society* vol. IV. p. 95. (*B. LANGRISH*) Irritabilitatem fibrarum inter primos vidit.

JOHANNES SWAMMERDAM in poſthumis illis *naturæ bibliis* habet in ranis capta experimenta, quibus muſculos detumeſcere in contractione confirmat, & *STENONIANUM* illud pro efficacia arteriarum in motu muſculari propoſitum refutat.

JOH. ALPHONSUS BORELLUS in Libro primo *de motu animalium*, Romæ 1680 4. edito, primus motum muſcularem ad matheſeos regulas examinavit. Cauſam quidem theoretice dedit minus veram, ſed conſiderationem hujus efficaciæ ex natura vectis, hypomochlii, funis repetitam, hinc æſtimationem virium impenſarum, earumque diſcrimen ab effectu, qui obtinetur, per plurimos caſus inſtituit. Rhomborum ſeriem, & multiplicata ſtrata recepit ex hypotheſi. In deſcriptione greſſus, volatus, actionis cordis, &c. & in univerſum in II. L. Romæ 1681. 4. edito minus accurate verſatus eſt. In Belgio ſæpe recuſus eſt, cum tabulis, in prioribus editionibus valde vitioſis. Multæ enim editiones prodierunt, in Belgio an. 1685. & Neapoli an. 1734. 4. 2. vol.

PETRUS PERRAULT in *Eſſais de Phyſique* novam theoriam produxit, qua motum muſcularem explicat ex contractione naturali muſculi, ſequente dilatationem, quam in antagoniſta muſculo ſpirituum influxus faciat.

ANTONIUS HEYDE in *Experimentis circa ſanguinis miſſionem, fibras motrices, urticam marinam*, &c. Amſtelodami 1686. 8. excuſis, fibras muſculares ex fibrillis minoribus componi ex inſectorum fabrica demonſtrat.

RAI-

Altera pars Myographiæ docet muſculorum nexus ad baſes ſuas firmas, & ad partes movendas.

Prima pars explicuit quid ſit muſculus, quod Anatomico primo loco eſt ſciendum; hoc facto, debet nunc demonſtrare nexus muſculorum ad ſuas baſes, ubi immobiles quaſi adhærent, & alios nexus muſculorum ad partes, quas movent. Nimirum nullus eſt muſculus major, demto corde, quin oſſi cuidam adfigatur (*a*), & partes habeat præterea firmas, verſus quas trahit. Solum cor, cum dicatum ſit liquoribus movendis, non firmis partibus, nullum habet os, verſus quod trahat. Reliqui muſculi omnes, unam partem firmam habent, alteram mobilem, libere ſuſpenſam (*b*); iidemque, dum movent partem, ſemper partem mobiliorem verſus alteram, firmam, quam baſin vocamus, movent. Uterque finis, ubi muſculi inſeruntur, puncta vocantur, quamvis puncta non ſint, fixum, alterum, alterum mobile. Itaque etiam Anatomicus debet hæc duo in muſculis conſiderare.

Illæ partes muſculorum, quæ junguntur oſſibus, vocantur *Aponeuroſes* (*c*); voce antiqua græca, veteres enim vocarunt tendinem νεῦρον, ſcilicet nervum, quia GALENUS & alii putarunt tendinem nervum eſſe. Sed STENO demonſtravit, tendinem non nervum eſſe (*d*), ſed aggregationem tantum & compactionem fibrarum ipſius muſculi. *Aponeuroſis* muſculi eſt ergo pars tendinoſa, quæ baſi nerveæ quaſi, & puncto mobili muſculos locis oppoſitis adfigit, & aponeuroſis proprie notat *enervationem* ſeu exitum nervi; nam, uti modo dixi, putabant veteres illos tendines eſſe nervos. Nulla nunc pars accuratiori ſtudio addiſcenda eſt, quam hæc, nam ſcire locum, ubi inſeruntur tendines, eſt habere animum inſtructum in Chirurgicis, & in Phyſiologicis, pro medicina facienda.

Scripſerunt etiam de hac re multi Auctores anatomici. (*e*) I. VE-

RAIMUNDUS VIEUSSENS in *Neurographia*, & theoriam motus muſcularis, & aliqua experimenta eo facientia profert.

Sic *LAURENTII BELLINI* celebre de nervorum influxu experimentum, quod alibi laudabitur, hic etiam citari meretur.

IDEM LAURENTIUS BELLINUS breves Theſes de *motu muſculorum* propoſuit, neque valde utiles, neque vera hypotheſi fultas.

EJUSDEM de motu muſculorum ſermo exſtat inter poſthuma, Venet. an. 1742. edita.

CL. VARIGNON Projet d' une nouvelle méchanique avec un examen de l' opinion de BORELLI ſur les propriétés des poids ſuſpendus par des cordes prodiit Pariſ. 1687. 4. quo inprimis duplicationem virium purarum muſculorum refutat, &c.

Sic *D. PARENT* in *Recherches de Phyſique & de Mathématique*, T. II. contra aliquas propoſitiones *BORELLI* dubia movit.

Contra *PARENTIUM*, quem dubia moviſſe contra *BORELLUM* in *recherches* &c. diximus, *CL. ZENDRINI* pro *BORELLO* ſcripſit in *Giorn. de' letterati* Tom. XVIII.

J. B. LAMZWEERDE in *reſpirationis Swammerdammianæ Expiratione* arteriarum ramos conſtrictos a nervis muſculum in tumorem attollere, &c. fuſe docet.

(*a*) Huc inprimis *WINSLOWI* faciunt diſsertationes inſertæ Commentariis Academicis, & ipſum magnum opus.

(*b*) Videatur ultima Nota præcedens (*a*).

(*c*) Solent noſtris temporibus per aponeuroſes intelligere latas tendineas membranas, in quas muſculus aut tendo expanditur. Quæ vero teretes, firmæ, anguſtæque partes oſſibus adhærent, eas tendines vocant.

(*d*) Ut ſupra Not. (*b*) pag. 353.

(*e*) Diximus ſcriptores fabricæ ſubtilis muſculorum. Sequuntur ii, qui myologiam vulgarem, ſive

1. VESALIUS (*a*), quo poſt GALENUM nullus melior, imo huc uſque nullæ tabulæ editæ ſunt, quæ magis naturam exprimant ratione Myologiæ & Oſteologiæ. *Secundus* ejus *Liber* dicatur muſculis, quos egregie pertractat & demonſtrat; verum habet unum & alterum errorem, ad quem attendendum eſt, uti eſt ille error de muſculo recto abdominali (*b*) non condonandus certe viro, qui ubique inſurgeret contra GALENUM, quod, ubi hominem deſcribit, ſimia utique ſit uſus. Verum ipſe bonus VESALIUS hunc muſculum rectum depingens, deſcribit, ac ſi recta uſque ad claviculas ſeu ſupremam ſterni partem tranſi-

ſive muſculorum majorum figuram, ſitum, directionem, officia, partes, deſcriptas dederunt, & quorum numerus multo major eſt. Lubenter vero omittimus eos, qui univerſum ambitum anatomes complexi, muſculos etiam, ſed ita recenſuerunt, ut non multum propriæ obſervationis adjecerint.

Ante *VESALIUM* vero dicere oportet, *GALENUM*, qui antiquiſſimus eſt myologorum, amiſſis *LYCI*, & *PELOPIS* operibus, in muſculorum cognitione excelluiſſe, & adjeciſſe varia prioribus, v. gr. latiſſimum colli muſculum & rectum anteriorem lateralem, interoſſeos, lumbricales (de prop. lib.) &c. Legitimum de ea re Librum edidit *de muſculorum diſſectione*, ubi ex ſimiis, & brutis *animalibus* multa præter rem recepit, recti muſculi abdominis ortum a ſummo thorace, levatoris ſcapulæ ab occipite, &c. Multa etiam ſparſa exſtant in ejus L. *de uſu partium*, *de adminiſtrationibus anatomicis*, *de vocis inſtrumentis*, alibique.

Addi debet *ORIBASIUS*, qui Galenicas muſculorum deſcriptiones in concinnum ordinem diſpoſuit, vel ideo utilis, quod omiſſis tricis litibuſque, anatomica pura ſuppeditet. Commoda editio eſt anatomicorum *ORIBASII*, quam *GUILIELMUS DUNDASS* emendatam, & collatam cum *GALENI* locis locupletiorem, Leidæ edidit 1735. 4.

In *P.* de *ABANO conciliatoris* antiquis editionibus reperiuntur etiam figuræ muſculorum abdominis ad *differentiam* 199.

JACOBUM BERENGARIUM CARPENSEM ideo nomino, quia primus icones aliquas, etſi valde incommodas, muſculorum in utroque opere *Iſagoges* & *commentariorum* dedit, ut alias, non valde meliores, *STEPHANUS RIVERIUS*, quæ cum *CAROLO STEPHANO* exſtant. *RIVERII* enim eſſe, & lite apud Judicem mota ipſi vindicatas, cum deſcriptio relinqueretur *STEPHANO*, diſcimus & ex *præfatione*, &c. *Mémoires pour les D. Régg. de la Faculté de Paris*, edito an. 1744. p. 105.

Muſculos cæterum ex *GALENO* fere deſcripſit, icones & in ſyſtemate dedit, & ſeorſim ſeparatorum de oſſibus muſculorum, rudis præcurſor *COWPERI* & *ALBINI*. Pollicis etiam flexorem caput alterum habere ab oſſis humeri condylo, extenſoris pollicis pedis duos tendines eſſe, quorum alter in tarſum inferatur, & alia dudum vidit.

(*a*) *ANDREAS VESALIUS* in II. Libro tabulas dedit muſculorum XVIII. inter quas vividum vitæ robur exprimunt I. II. III. & IX. quas adeo pro exemplaribus receperunt Pictores, & infinitis in Picturis imitati ſunt. Interiores quæque, & quæ ſtrata profunda repræſentant, eæ minus accuratæ ſunt, ut ad naturam factæ obtectis oſſibus, neque finibus ſatis circumſcriptis. In minoribus muſculis oculi, partium genitalium, laryngis, & in univerſum in minutiis minus fuit, ut in tantilla ætate, felix Anatomicus. Deſcriptiones egregiæ ſunt, & longe accuratiores, quam vulgo poſt eum ſunt factæ, & omnem circumſcriptionem ſitumque ſollicite exprimunt. Aliqua etiam ad motum muſculorum experimenta exſtant in fine L. VII. Cæterum alias icones etiam muſculorum dedit in *Epitome*, inverſo ſtratorum ordine, & ex prioribus varie compoſitas.

De muſculorum antiquiſſimorum temporum nominibus vide *RUFUM* in *app.* I. pag. 35. 40.

(*b*) Lapſus memoriæ hic fuit. Nam pinxit quidem *VESALIUS* hanc recti muſculi partem T. V. Sed in animalibus aliis reperiri, in homine vero nullum eſſe diſerte monuit p. 336. edit. 1555. & etiam in icone finem verum inſertionis quæ in homine eſt, definivit appoſita litera *r*. Sed in oculo utique erravit, cui muſculum bulboſum, tribuit, ex bove deſcriptum, & etiam a *FALLOPIO* monitus noluit errorem deferere.

J. B.

in brutis quidem verum eſt, non in hominibus. Porro VESALIUS deſcribit muſculum collum flectentem, & elevantem coſtas, qui quidem in brutis iterum reperitur, ubi claviculæ non adſunt, ſed non in homine, in quo claviculæ adſunt, quæ coſtas elevant ope cujuſdam muſculi. His erroribus condonatis, Auctor ille optimus eſt in anatomicis, ſed tamen non utilis tironibus; quia ſecundum eum memoria retinere non poſſunt muſculos partibus ſingulis dicatos. Neque enim nomina muſculis impoſuit aut ex functione, aut ex partibus, quibus inſeruntur, ſed tantum ex ordine, quo ſeſe exhibent ſecanti Anatomico. Ita VESALIO deltoides eſt primus muſculus brachium elevans, & ſic porro nomina a ſolo ordine petita ſunt. Ita damnum intulit ſuo lectori, & inutile fere reddidit tantum Opus.

2. Habetur itaque, ut hoc damnum reſarciatur, GABRIEL FALLOPIUS (a), qui accuratæ deſcriptionis nitore, non modo VESALIUM eſt adſecutus, ſed fere præivit. Non vidi alium Auctorem, qui mentem ſuam clariore & diſtinctiore ſermone proponeret. Idemque plurima invenit. Ejus Opera edita ſunt tribus voluminibus, vel uno volumine, in folio an. 1584. Venetiis. Sed rara hæc eſt editio. Mox iterum edita ſunt an. 1596. (b) itidem Venetiis, quæ editio perinde rara eſt. Tertia prodiit Francofurti apud heredes *VVechellii* anno 1600. cum appendice adjecta, & hæc editio eſt commendatiſſima, quod pleniſſima ſit. In eo Libro, qui naturam volunt addiſcere muſculorum, deſiderio

J. B. CANNANI citatam *muſculorum* H. C. *picturatam diſſectionem* in *Bibliotheca Dreſdenſi* exſtare ab *ILL. MORGAGNO* diſco, foliis ſex conſtantem, tabulis æneis 27. in quarum ſingula ſingula etiam figura eſt; omnes vero ad muſculos artus ſuperioris pertinent, & ad latus tabellæ cuique ſua explicatio additur. Non valde perfectæ ſunt *MORGAGNO* judice in *literis*.

(a) Ante *FALLOPIUM*, ut ſenior, dicendus eſt *EUSTACHIUS*, cujus tabulæ perpetua cenſura ſunt *VESALIANARUM*, numeroſæ utique & ſecundum ſtrata diſpoſitæ. Multo certe *VESALIO* curioſiorem fuiſſe, & in minutiis rerum ſubtilibuſque muſculis extricandis veriorem, facile apparet, cum præter *VESALIANOS* muſculos, habeat numeroſiſſimos alios propriæ deſcriptionis in facie, uvula, larynge, manu, dorſo, auricula, partibus genitalibus, oſſe hyoide, oculo, maxilla inferiori, &c. in quibus partibus pleriſque etiam recentiorum Anatomicorum induſtriam prævenit. Sed id inprimis nobile habuit inſtitutum, ut pleroſque muſculos cum ipſis ſuis ex oſſium definita ſede prodeuntibus originibus expreſſerit, quam induſtriam nemo ab ejus ævo ad *ALBINUM* eſt imitatus. Videtur autem omnino non ad naturam, ſed ad præfixam ſceleti iconem muſculos tranſtuliſſe, atque adeo artificioſe ex cadavere & ex icone ſuam figuram compoſuiſſe. Legendus eſt autem *B. EUSTACHIUS* cum *ALBINI* commentario, qui Leidæ prodiit an. 1744. fol.

FALLOPIUM quod attinet, ejus utique *obſervationes* plurimos in *VESALIO* errores emendant. Breviter, ſimpliciter, vere correxit muſculos oculi, faucium, oſſis hyoidis, colli, capitis, abdominis, & in univerſum cum *EUSTACHIO* conſentit, & cum natura uterque. Ergo occipitifrontalem, auriculæ muſculos, palpebræ levatorem, pterygoideum externum, geniohyoideum, ſtylohyoidei inſertionem in laryngem, circumflexum palati, levatorem ejus, rectum capitis anteriorem lateralem, trachelomaſtoideum, pyramidalem, alioſque primus deſcripſit.

(b) Editio optima *obſervationum* eſt Veneta 1561. 8. Opera autem omnia utique Venetiis an. 1584. & 1606. tribus in fol. voluminibus, Francofurti vero 1600. edita ſunt, qua collectione plurima, ex ore magni viri excepta, ſatis deformia continentur, quo etiam *anatomicas inſtitutiones*, & *de oſſibus commentarios* refero. *Obſervationes* vero in methodicum ordinem redactæ, Helmſtadii an. 1588. 8. recuſæ ſunt, & nuperæ editioni Veſalianorum operum adjectæ.

REAL-

rio ſuo ſatisfacient, & hoc habet boni, quod corrigat VESALIUM, & quæ nova invenerit, addat. *Obſervationes* inprimis in VESALIUM utiliſſimæ ſunt, nam ibi, quidquid VESALIO deeſt, ſupplet, & ubi errat, corrigit. Sed neque FALLOPIUS facit, ut memoria retineantur muſculi, licet utique, ſi habeamus cadaver, & in cadavere inveſtigemus, omnia, quæ deſcribit, inveniemus. In memoria vero eos muſculos, quos deſcribit, retinere difficillimum experimur, nam ipſe FALLOPIUS ſimilia muſculis nomina tribuit, a numeris deſumta.

3. Hinc haberi ſimul debet JOHANNES RIOLANUS, filius, quo Medicus carere non poteſt. Opus eſt in folio editum Pariſiis anno 1650. In hoc Libro *Anthropographiam* (*a*) habemus, in qua adquieſcamus. RIOLANUS ſecuerat ſupra centum & quinquaginta cadavera, antequam hoc opus conſcriberet; adverterat, non poſſe tot muſculorum nomina retineri; vidit defeciſſe VESALIUM in eo, quod a ſerie numerorum muſculis impoſuerit nomina, in quo inſtituto nihil erat, memoriam quod firmat. Ut huic difficultati mederetur RIOLANUS, optima muſculis nomina impoſuit; hinc figuras VESALII, ejuſque textum, & ex parte aliqua FALLOPII egregium textum conſulere debemus, qui ſua plurima addidit; apud RIOLANUM vero accuratiſſime excogitata, & vel a functione deducta, vel a baſi firma, & parte movenda ficta nomina inveniemus. Ita ſtyloglosſum dixit muſculum, qui adfigitur baſi firmæ proceſſus *ſtyliformis*, & parti mobili laterum linguæ; nomen ergo finxit RIOLANUS ab hoc ſtilo, & a lingua, quæ Græce dicitur γλῶσσα: hoc nomine recepto, nemo facile hujus muſculi obliviſcetur unquam: Eadem ratione nominatur baſiogloſſus, ſeu qui oriretur ad baſin oſsis hyoidis, & punctum mobile ad medium fere Linguæ haberet. Qui nunc ex oſteologia novit, hæc puncta muſculi, firmum & mobile, hoc eſt, qui oſſa nota habet, idem percipiet claram rationem, cur hujuſmodi nomina impoſita fuerint; hæcque facile memoriæ ſuæ inplantabit. Ita coracohyoidei muſculi facile retinentur memoria, ſi tantum noverimus ſcapulam habere proceſſum quemdam, quaſi roſtrum, quod Græce dicitur κόραξ, & ſi cognoſcamus os hyoides (*b*). Iſte enim muſculus coracohyoideus adfigitur puncto

fixo

REALDUM COLUMBUM ut anteceſſorem in officio *FALLOPII* addo, qui multa in *VESALIO* emendando eſt molitus. Occipiti-frontalem etiam deſcripſit, ſed longe infra priorum induſtriam ſubſtitit, paſſim ne graviorum quidem errorum contumeliam effugit.

LEONHARDUS FUCHSIUS in L. *de Muſculis*, qui cum eo *de Oſſibus* prodiit, unice *VESALIO* uſus eſt.

(*a*) In *Enchiridio* utique & in *Anthropographia* L. V. muſculis ſibi notis nomina impoſuit, quorum pleraque hactenus conſervata fuerunt ab Anatomicis: adeo ab ea, quam ſibi ſumebat, perfectione remotus, ut ne *FALLOPIO* quidem & *GALENO* notos muſculos omnes retinuerit, neque enim v. gr. rectos laterales, aut minores anticos habet, & ſcalenum unum facit, quem in tres diviſerat *FALLOPII* induſtria. Utile cæterum inſtitutum fuit, quo nomina impoſuit, cum ante ea tempora a ſolis numeris arbitrariis, & nihil ſignificantibus, ſumerentur nomina, iiſque numeri a diverſis Auctoribus alii & alii adhiberentur.

(*b*) Aliqui muſculi antiquiſſimis jam temporibus nomina habuerunt, deltoides, pſoas, meſeter, temporalis, &c. Aliqua, & inprimis in artu inferiori addidit utiq; *JACOBUS SYLVIUS* in *Iſagoges An.* L. II. nempe carnem quadratam, originem recti tibiæ, quadrati femoris. Simiæ etiam muſculos

cum

fixo illi roſtro ſcapulæ, & puncto mobili oſſis hyoidis; hinc muſculus cora-cohyoideus eſt ille muſculus, qui trahit os hyoides verſus proceſſum ſcapulæ. Hoc maximum commodum debemus magnifico illi viro, quod nomina muſculorum tam egregia invenerit.

Non ignoro JACOBUM SYLVIUM (*a*), Anatomicum Pariſinum, in *Iſagoge ſua*, cum humanis comparavit. Alia nomina muſculorum pharyngis, linguæ poſt *J. SYLVIUM* addidit *MICHAEL MARESCOTUS*, diſcipulus *SYLVII*, *CASPARI* vero *BAUHINI* Præceptor; qui Chirurgos Pariſiis inſtruxit; & Anatomen docuit *RIOLAN. ſchol. anat. præf. Anthropogr.* p. 63. in *SPIGEL.* p. 742.

(*a*) Auctores vero eo ſeculo varii ſuos labores contulerunt ad illuſtrandam muſculorum hiſtoriam. *VIDUS VIDIUS* Fallopianas, ut ſolet, obſervationes iconibus illuſtravit. Earum aliquæ ex *VESALIANIS* ſunt, pleræque novæ, ſed hæ inprimis, paucis exceptis, rudes. Elevatorem palpebræ primus depinxit, & alios.

J. BAPTISTÆ CARCANI LEONIS Anatomes L. II. *Ticin.* 1574. 8. In ſecundo Libro muſculos palpebrarum oculi deſcribit. *VESALIUM* corrigit, aliqua etiam in Præceptore *FALLOPIO* emendat.

J. BAPTISTÆ CANNANI Muſculorum humani corporis picturata diſſectio, Ferrariæ anno 1572. 4. edita, in qua dicuntur muſculi artus ſuperioris eleganter eſſe expreſſi, numquam a me viſa eſt. (*DOUGLAS*).

VOLCHERI COITER corrugator notus eſt, quem in obſervationibus deſcripſit.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS in *obſervationibus anatomicis*, Ven. 1595. 4. editis varia ad myologiam adjecit. Coraco-brachialem pro novo muſculo deſcripſit, & obturatorem externum, & indicatorem, & levatorem palpebrarum ſibi tribuit. Genioglosſi verum officium definivit, & conſtrictorem vaginæ (ſi *EUSTACHIUM* exceperis), glutæi magni inſertionem in faſciam latam, hujus in tibiam invenit, & alia innovavit.

FELIX PLATER in tabulis anatomicis in pleriſque *VESALIUM*, in nonnullis *FALLOPIUM* ſequitur. Iconem peculiarem dedit levatoris palpebræ, cum *VIDIANA* (ut in poſthumo opere) lateret.

ARCHANGELUS PICCOLHOMINEUS in *prælectionibus anatomicis* icones aliquas dedit muſculorum abdominalium, eorumque utilitatem in convertendo corpore docuit.

JOH. POSTHIUS in *obſervationibus anatomicis*, quas addidit Francofurtenſi editioni operum *COLUMBI* anni 1593. 8. aliquos muſculos aut novos, aut raros deſcripſit, in naſo, pene, quadratum femoris, originem biventris a proceſſu mammillari, quæ tribuebatur ſtyloideo, &c.

JULII CASSERII de vocis & auditus organis hiſtoria anatomica. Ferrar. 1600. fol. Plurimos muſculos in utroque opere pinxit, colli muſculos, & faciei, & laryngis, horum quidem aliquos male, eos vero ex variis animalibus & homine. In iſto externos auriculæ muſculos, & internos, interque eos eum, quem ſibi tribuit, exteriorem mallei, & ſtapideum.

IDEM in *Pentaſtheſeio*, præter tabulas laryngis & aurium priores, muſculos etiam linguæ, oſſis hyodis, naſi, manus aliquos & pedis expreſſit ſplendidis utique & ad naturam factis, neque quidquam a *VESALIO* habentibus iconibus, ſed ſæpe ex ſitu remotis, & paulum obſcurioribus. Deſcriptiones nullius momenti ſunt.

Denique *tabulæ Caſſerianæ*, quæ *SPIGELIANO* operi adjectæ exſtant, poſthumæ, totam Myologiam de integro recenſitam continent, inque ea multas icones, quæ primum hic apparent, ut muſculorum dorſi, & longe meliores ſunt antiquioribus. Sed etiam aliqui muſculi hic primum depicti exſtant, ut levatores coſtarum, interſpinales colli breves, tranſverſalis pedis. Cæterum in univerſum icones in ſitu ſæpe incommodo, & ultra neceſſitatem multiplices, & denique oſſa non ſatis mundata, ut circumſcriptiones muſculorum nitide appareant, quod certe caput rei eſt.

PHILIPPI MULLER de uſu muſculorum Epiſtola prodiit cum *GREGORII HORSTII* obſervationibus medici.

HENNINGI ARNISÆI tabulas anatomicas viva magnitudine expreſſas cum vivis coloribus

ſua, jam aliqua nomina expoſuiſſe, ſed maxima parte deficiebant: verum omnia ſupplevit RIOLANUS. Ergo ex VESALIO petere debemus figuras; ex eo & ex

Zz 2 FAL-

ribus vidi Helmſtadiæ, diminuto numero, de quibus *CL. SCHMIDT* in Diſſ. *de Germanorum in anatomen meritis* egit & *A. O. GOELIKE* in *anat. hiſt.* p. 145. ſed iſte eas parvi facit, muſculos inprimis depinxit, ſed antiquo more, non ſatis definitis limitibus.

C. GUILLEMEAU oſtomyologie cujus altera pars eſt de muſculis; Edit. eſt, Pariſiis 1618. 8.

HIERONYMUS FABRICIUS ab *AQUAPENDENTE* ad myologiam craſſiorem pauca contulit. Muſculum externum mallei *CASSERIANUM* ſibi etiam tribuit. In L. de *reſpiratione* egit de diaphragmate & muſculis intercoſtalibus. In Tr. *de motu locali animalium* muſculos femoris aliquos deſcripſit, & varietates, ut duplicem popliteum. Ejus icones myologicas ineditas poſſidebat *THOMAS BARTHOLINUS Cent.* III. *Epiſt.* XCII. & inæſtimabiles vocat *LINDEN Med. phyſiol.* p. 286.

NICOLAUS HABICOT in *ſeptimana anatomica* varia bona huc contulit. Coracohyoidei verum ortum conſtituit. Levatorem ani intra pelvim juſſit præparari, quæ utiliſſima eſt parandi ratio. Stylopharyngæi in cartilaginem ſcutiformem inſertionem vidit, & levatorem ſcapulæ duplicem, & verum ordinem interoſſeorum.

C. BAUHINUS, *SPIGELIUS*, *J. VESLINGIUS*, nihil valde proprii habent.

PHIL. QUARRE' Myographia poetica, Pariſ. 1638. 4. (*B. REG. HANOV.*)

CÆCILIUS FOLIUS in delineatione auris internæ, Venetiis an. 1647. 4. impreſſa muſculum & proceſſum ſuum expreſſit.

DOMINICUS PANAROLUS in *Iatrologiſmis*, obſervationes de pſoa parvo, de muſculis nonnullis frequenter deficientibus attulit.

JOHANNES RIOLANUS, præter ea, quæ laudavimus, merita, e propria diſſectione parum profecit. Pectinalem muſculum ſibi tribuit. Ligamentum a proceſſu ſtyliformi ad maxillam inferiorem euns obſervavit. Lumbricalium, interoſſeorum, & extenſoris longi conjunctionem vidit.

DOMINICUS de *MARCHETTIS in compendio anatomico*, Patavii 1645. 4. edito, ad *RIOLANI* hiſtorias muſculorum animadvertit.

WERNERUS ROLFINKIUS fere *RIOLANUM* exſcripſit. T. vero *BARTHOLINUS* in *anatome ſua VESALIO* multum utitur & aliis, Pſoam parvum ſibi tribuit.

JOH. ANT. VONDER LINDEN rariorum nomine in phyſiologia reformata trachelo-maſtoideos deſcripſit.

J. van *HORNE* perpulchræ tabulæ muſculorum laudantur in Epiſtolis Bartholini (*Centur.* III. *Epiſt.* XCI.) Eæ ad Boerhaavium pertinuerunt, multum nobis commendatæ ad edendum a Comite *THOMSIO*.

NICOLAUS STENONIS filius in obſervationibus *de muſculis & glandulis*, muſculos dorſi ad novas leges revocavit, levatores coſtarum deſcripſit.

JOHANNES RHODIUS in *Mantiſſa* quæ cum *T. BARTHOLINI* hiſtoriis prodiit, obſervationes aliquas myologicas adſperſit.

P. PETIT de motu animalium ſpontaneo L. I. *in quo nova motus muſculorum ratio inveſtigatur*. Pariſ. 1660. 8. *. Contra *CARTESIUM* pro *ARISTOTELE* dixit.

In *MICHAELIS LYSERI cultro* præter Myotomen, cui inprimis deſtinatur is labor, aliquas etiam Myologicas obſervationes reperi, v. gr. de Pſoa parvo.

In Philoſophicis Tranſactionibus, huc pertinent.

JURIN de cordis viribus n. 358. 359. jam laudatæ Diſſ.

KEIL de viribus cordis n. 361.

LEEUWENHOEK de fabrica ſepti tranſverſi n. 379. 380.

AL. STUART de fabrica cordis n. 460.

In *THOMÆ BARTHOLINI Actis Hafnienſibus* inprimis Aquilæ Myologia *STENONIANA* habetur.

Sic varia huc pertinentia, maxime ad oculi muſculos, reperiuntur in *Diſſections des animaux*, Pariſiis editis, & aliqua propria etiam in *BLASII* animalium anatome.

J. THEO-

FALLOPIO deſcriptionem muſculorum, & ex RIOLANO eorum nomina; & hi tres Auctores haberi debent conjunctim. Si enim unum demamus, non adiſ-

J. THEODORUS SCHENK de diaphragmatis natura & morbis, Jen. 1671. Diſp.

C. BARTHOLINI de diaphragmate Liber, Pariſiis an. 1676. 8. editus, continet inprimis decuſſationem appendicum ſepti, quæ ſub Oeſophago eſt, cum mediocri cæterum nobilis hujus muſculi hiſtoria, & ex brutis deſumta, variiſque aliis ad chyli & ſanguinis motum, artem injiciendi, &c. pertinentibus diſſertationibus. *CAROLUS DRELINCOURTIUS* apud *MANGETUM* in *Bibliotheca* plagii accuſavit *BARTHOLINUM*, cujus hoc juvenile opus eſt.

FRANCISCUS GLISSON in L. *de ventriculo & inteſtinis* ad muſculos abdominis aliqua habet.

WILLAM MOLLINS Chirurgus, Lond. 1670. 8. * & 1676. 12. edidit *Myotomia or the anatomical adminiſtration of all the muſcles in an human body*. Catalogus eſt cum brevi deſcriptione muſculorum omnium, & aliquorum etiam adminiſtrationibus. Duos in palpebra ſemicirculares diſtinguit. Ligamentum forte a ſpina Ilium ad os pubis euns manifeſte deſcribit. Flexores pollicis plurimos habet.

LEONHARDUS TASSIN in *adminiſtrations anatomiques*, Pariſ. 1678. 12. 1723. 12. obſervationes etiam adſperſit, tricipitem extenſorem Cubiti conſtituit, decem numeravit interoſſeos, ex bicorni fecit ſeminervoſum indicis & radiæum externum. Procerum etiam habet muſculum vaginæ conſtrictorem, & alios.

In *P. PERRAULT Eſſays de Phyſique* varia huc pertinent, ad muſculos oculi alioſque.

JOHANNES MAYOW variorum muſculorum utilitatem, & verum intercoſtalium & reſpirationis mechaniſmum docuit; quam ab eo plerique receperunt, in L. *de reſpiratione*, Oxon. 1668. 8.

JOHANNES BROWNE in *Myographia*, quæ Londini 1681. fol. Anglice, & an. 1697. fol. & Latine ibid. 1684. prodiit, & Amſtelodami an. 1694. a *CHRISTIANO* vero *MAXIMILIANO SPENER* Germanice verſa, Berolini an. 1704. fol. & Lipſiæ an. 1715. icones ex *CASSERIO*, neque interruptas repetiit, pauciſſimis additis ex *CROONIO* ad uvulæ duos muſculos, quos propria icone expreſſit.

J. BROWNE Myographia præter omnem rem a *KAESTNERO* laudatur in *Bibliothec. Med.* pag. 417.

JOSEPHUS DUVERNEY muſculos organi auditus & inprimis ſtapideum melius depinxit. Idem de muſculis palpebræ internæ ſingularem opinionem prodidit. *Anciens Mém. de l'Acad.* Vol. X.

AMATUS BOURDON grandes, ſed ſatis vacuas, muſculorum tabulas dedit, Pariſiis 1683. fol.

GUNTHERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMER muſculum *CASSERII* contra *DUVERNEYUM* reſtituere conatus eſt.

ISBRANDUS DE DIEMERBROEK in *anatome corporis humani*, Ultrajecti 1685. fol. recuſa, cervicalem deſcendentem deſcripſit, multum uſus *VESALIO*, cum aliqua tamen ſua obſervatione.

GODOFREDI BIDLOO anatome corporis humani, Amſtelodami 1685. fol. grand. edita, habet etiam artificioſas, neque tamen utiliſſimas, muſculorum figuras. Meliores aliquæ ſunt quæ ad penem anumque pertinent. Trachelomaſtoideum habet.

In *MERYI* tractatu de aure, qui cum *LAMYI explication de l'ame ſenſitive*, Pariſ. 1687. 12. prodiit, muſculi auris internæ pro uno muſculo deſcribuntur.

In Anatome, quæ Romæ an. 1691. fol. a *BERNARDINO GENGA* & *J. MARIA LANCISIO* edita eſt, muſculi etiam nitide, & pro ſculptoribus, expreſſi habentur. Idem *D. GENGA myographiam* dedit in ſua *Anatomia chirurgica*, ſive *Iſtoria anatomica dell'oſſa e muſcoli del corpo umano*, Rom. 1687. 8. Rariores ibi aliquas obſervationes admiſcuit.

FRANCISCUS BAYLE in *Diſſ. ſur quelques queſtions de Phyſique & de Médecine*, Toloſæ 1688. 12. edita, antiquam de actione muſculorum intercoſtalium internorum opinionem renovavit, iiſque depreſſionem coſtarum tribuit, mathematica nonnulla demonſtratione uſus.

LAURENTIUS BELLINUS in *præf. ad lectorem* cum Tr. de *urinis & pulſibus* edita, reſpirationem, quæ a thoracis motu pendet, deſcripſit.

J. PHI-

diſcemus accurate hiſtoriam muſculorum; nam addiſcere non tantum voco deſcriptionem videre muſculorum, ſed eos ita intelligere, ut memoria retineri queant.

4. Sed non alius melius nomina muſculorum deſignat, ut facilius memoria retineri

neri

J. PHILIPPI VERHEYEN non quidem in *anatome corporis humani*, Lovanii an. 1693. 4. ſed in editionibus poſterioribus 1710. varia ad muſculorum hiſtoriam attulit, ſternocoſtalium deſcriptionem, & depreſſorum coſtarum, quos jam *EUSTACHIUS* habet, & levatorum.

GUILIELMUS COWPER ab integro adgreſſus eſt muſculorum deſcriptionem. In *myotomia reformata* prima editione, Londini 1694. 8. brevem muſculorum hiſtoriam, cum adminiſtratione dedit. In ea multa fidelius ad naturam reparata ſunt. Recti laterales antici minores, levatores labii inferioris proprii, interſpinales colli, inventi vel reſtituti; aponeuroſis bicipitis altera addita, aliqua emendata in muſculis faciei. Idem in *Anthropographia appendice* eaſdem icones cum aliis grandioribus ſyſtematis muſculorum figuris propoſuit. In *Myotomia* vero *reformata* editione in fol. Lond. 1724. ſexaginta & octo tabulas muſculorum ad naturam, & quidem plerumque ad proprios labores factas dedit, qui & in Syntaxi variis faciebus, & diſſoluti muſculi depinguntur, pleraque equidem meliora prioribus, ſed caveant contendere *ALBINI* iconibus: defectus enim juſtorum limitum, oſſiumque indefinitæ circumſcriptiones valde nocent operi. Sermo ipſe parum mutatus eſt.

In *EMANUELIS KOENIG regno animali* exſtat myologia Chirurgi Galli nomine *LE SCOT*, quæ tamen parvi momenti eſt, & fere ex *RIOLANO*.

EDMUNDUS TYSON in pygmæi ſive ſimiæ anthropomorphæ anatome, analogiam comparatam accuratiſſimam habet.

VERDUC in *ſuite de la nouvelle Oſtéologie*, Pariſ. 1698. 8. edita, habet *un Traité de myologie raiſonnée*, quod non vidi.

Syllabus muſculorum corporis humani, Londini 1698. 4. *

In Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum Gallicæ varia huc facientia exſtant.

POUPART de ligamento quod ſibi tribuit 1705. De Lingua pici *MERY Mém. de l'An.* 1709.

PETIT de oris functionibus, & modis deglutiendi liquida 1716.

WINSLOW de motu ſcapularum 1719. 1723. 1726. de muſculis capitis collique 1730.

IDEM de incurvatione colli a maſtoideo altero debilitato 1735.

IDEM de muſculis humeri, interoſſeis 1720. 1722.

IDEM de pronatione & ſupinatione 1729. de muſculo digaſtrico 1742.

De muſculis aliqua *DUPUY* an. 1726.

SENAC de organis reſpirationis 1724.

MALOET de ſuctione 1727.

HUNAULD de muſculo ſublimi, de vaginis flexorum, de lumbricalibus 1729.

IDEM de quibuſdam ſimiæ muſculis 1735.

De muſculo in radio peculiari 1736.

COURCELLES de peculiari muſculo 1743.

FERREIN de muſculo biventre, ejuſque uſu vario, inprimis ad elevandam maxillam inferiorem.

DUPRE' hiſtoire des cinq muſcles qui ſervent au mouvement de la tête. Pariſ. 1698. 12. Deſcripſit rectum lateralem, internum minorem, & intertranſverſales; ſed obliquum etiam ſuperiorem, & recti minoris partem pro novis muſculis habuit. Contra eum *COWPERUS* in *Phil. Tranſ.* 251. dixit, & quod boni erat ſeparavit ab inanibus novitatis adfectationibus.

EJUSDEM DUPRE' deſcriptio muſculorum dorſi in *Journal des Sav.* 1699. reperitur, qua etiam intertranſverſales continentur.

CAROLI SPON Myologia heroico carmine expreſſa, & *muſculorum corporis humani origo & inſertio* exſtant in Bibliotheca *MANGETI*.

ANTONIUS MARIA VALSALVA muſculos organi auditus pinxit, externum *CASSERII* reſtituit, in muſculis pharyngis & uvulæ primus poſt *EUSTACHIUM* curam adhibuit aliquam, gloſſoſtaphylinos, pharyngoſtaphylinos invenit, levatorem & circumflexum noviter deſcripſit, &c.

J. BAPTISTA MORGAGNI in *Adverſariis Anatomicis*, & in epiſtolis, plurima in muſcu-

neri ſint quam *le* CLERC (*a*), tum in *Chirurgia* ſua *completa*, tum in *Oſteologia completa*, *&* *de muſculis*. Hos duos Tractatus ſimul legere debemus.

Tertia

ſcalorum hiſtoria emendavit, maxime vero in adverſariis quidem in muſculis genitalium partium & ani, in poſterioribns vero in muſculis uvulæ, & pharyngis. Azygon invenit palati mollis, alioſque.

J. WILHELMUS PAULI in *præfatione* ad eam, quam Lipſiæ an. 1707. dedit, editionem microcoſmi *JOHANNIS VAN HORNE*, varias obſervationes adſperſit. Tres extenſores pollicis conſtituit, tres flexores, & epiglottideos.

In *JACOBI DRAKE Anthropologia nova*, Londini 1707. 1717. 1727. 1737. edita in 8 exſtant icones aliquæ & obſervationes *COWPERIANÆ*. In ipſa editione Auctor exſtinctus eſt.

JAMES DOUGLAS Myographiæ comparatæ ſpecimen. Lond. 1707. 12. Egregius labor, etſi juventutis opus. Habet muſculos hominis ad ſex cadavera ſollicite deſcriptos, & cum canis muſculis comparatos. Adhæſiones ad oſſa bene & ſollicite expreſſit, directiones minus. Nova multa habet, & muſculos inprimis pharyngis minores, palatoſtaphylinum, coccygæum alioſque, aut novos aut renovatos. Inter compendia excellit. In ea editione, quam *JOH. FRIDERICUS SCHREIBERUS* Leidæ 1728. & 1738. 8. procuravit, latino ſermone, adjectæ ſunt aliquæ obſervationes & tabulæ *EUSTACHII* comparatæ. *IDEM* Tr. de actione muſculorum, & catalogum muſculorum ſecundum ſtrata adjecit.

LAUR. HEISTERUS in Diſſ. *de maſticatione*, Altdorf. 1711. 4. vires eorum muſculorum per experimenta definit, qui maxillam elevant.

Contra citatam *L. HEISTERI* diſputationem exſtat *M. ALBERTI cenſur der diſp. L. HEISTERS de maſticatione*, Landek 1711. 4. recuſa in *EJUSD. med. und philoſ. ſchriften* ex æmulatione aliqua nata, & minutiſſima quæque carpens.

(*a*) *Suite de la nouvelle Oſtéologie de LE CLERC*, *contenant une myologie*, Pariſ. 1711. 12.

In *GOUEY Chirurgien véritable* adjectæ ſunt *nouvelles découvertes ſur la myologie*, Rotomag. 1716. 8. *.

GOUEY l. c. aliqua habet de muſculis illis minoribus capitis, negat dari Rectum anticum minorem, unicum facit intercoſtalem omnium intervallorum, unicum interoſſeum. Gibbos tribuit muſculorum abdominis ſpaſmodicæ contractioni.

R. J. C. GARENGEOT myotomie humanine & canine multum aucta recuſa eſt Pariſ. 1705. 12. 2. vol.

In *P. DIONIS Cours d' Anatomie*, Pariſ. 1715. 8. & ſæpe alias excuſo aliqui muſculi ex Pariſinorum anatomicorum obſervationibus deſcribuntur, ut uvulæ.

J. JACOBUS MANGET in *Theatro Anatomico* uſus eſt Bravvnianis, peſſimis illis, iconibus muſculorum, & icones *COWPERI* ex minori opere adjecit.

In *VRATISLAVIENSIUM* collectionibus an. 1724. obſervationibus aliquæ rariores exſtant, ut v. gr. bicipitis cubiti caput tertium ab oſſe humeri ortum, & *EUSTACHIO* olim viſum, tum ſimilia an. 1722.

In *RAUIANO* codice poſthumo, qui exſtat cum *VALENTINI Amphitheatro Zootomico*, etiam non inutilis myologia habetur, in qua ſplenius colli, & alii minus in vulgus noti muſculi deſcribuntur.

ARENT CANT in *impetubus anatomicis* muſculos faciei, & pharyngis novis iconibus illuſtravit, nimis obſcuris & indefinitis limitibus, & incommodo uſu ob literarum defectum.

J. DOMINICI SANTORINI obſervationes ad omnem equidem ſubtiliorum particularum deſcriptionem, ſed magis tamen ad muſculos pertinent, quos in facie, auricula, larynge, pharynge, palato, partibus genitalibus, ano, ſubtiliſſime deſcripſit, multaque nova nomina invenit, tanto ſtudio inveniendi, ut nuperiores Scriptores eum paſſim deſerere ſint coacti. Ad muſculos abdominis & diaphragma aliquas obſervationes adſperſit.

J. A. CULMUS in deſcriptione monſtroſi fœtus rariores obſervationes addidit, inter quas duplex trochlearis (olim *MOLINETTO* dictus) & varietates in muſculis dorſi continentur.

In *WILHELMI CHESELDEN anatomy of human body*, Londini 1726. 1741. & alias edita, & in ejus *Oſteographia*, ſupra laudata, muſculorum exiguæ deſcriptiones, icones in

ultima

Tertia pars Myographiæ explicat uſum, id eſt effectum muſculorum. Optimi Auctores in hac parte legendi, ſunt ſequentes.

1. RICHARDUS LOWERUS de cordis muſculis.

2. De ultima editione nitidiores, ſed inprimis teleologiæ aliquæ, & de utilitate non ſpernendæ monitiones continentur.

In Actorum Petropolitanorum *vol.* IV. *JOSIAS WEITBRECHT* obſervationes accuratas de muſculis lumbricalibus interoſſeis, palmari, aliiſque brachii muſculis dedit. In vol. V. D. *DUVERNOY* aliquas obſervationes muſculorum in dorſo, oſſe hyoide, nobiſcum communicavit. In VII. iterum *D. WEITBRECHT* de muſculis palpebrarum egit, & in IX. de muſculi digaſtrici varietatibus. In *ſyndeſmologia* idem aliqua ad muſculos ſparſa habet.

GEORG. ERH. HAMBERGER an. 1727. de reſpirationis mechaniſmo diſſertationem dedit Jenæ, qua, ſecundum præcepta *BAYLEI* intercoſtalium internorum actionem definivit. Contra eam ſententiam exſtant mea de *reſpiratione experimenta* I. & II. Gotting. 1746. 1747. 4.

R. J. C. GARENGEOT in *ſplanchnologia* an. 1728. & 1742. edita, ad muſculos abdominis, & diaphragma, figuras mediocres & deſcriptiones dedit. Ejus *Myotomie humaine & canine* ex deterioribus ejus operibus eſt. Prodiit Pariſ. 1728. 12.

In *H. FRANCISCI* le *DRAN*, *parallèle de la taille* icones muſculorum ani & veſicæ occaſione data adjectæ ſunt.

AUG. FRID. WALTHER de *articulis & ligamentis* pedis, Lipſ. an. 1729. 4. Muſculi fere ad *COWPERI* modum. EJUS porro exſtant *ſupplementum* 1731. 4. *Obſſ. nova de muſculis*, Lipſ. 1733. *Hiſtoria ſuffocationis* 1729. 4. *Anatome muſculorum teneriorum*, Lipſ. 1731. 4. Diſp. de *obeſis & voracibus* 1734. tum Diſſ. de *deglutitione*, Lipſ. 1737. 4. de *oſcitatione* 1738. de *vomitu* 1738. *de larynge & voce* 1740. denique obſervationes in *Act. Lipſ.* 1733. p. 263. In his ſcriptis continentur muſculorum pedis, laryngis, faucium, faciei, aliorumque ſubtiliorum deſcriptiones.

In Diſſ. *HEISTERO* Præſide, Reſpondente *D. MOEBIO*, Helmſtadii 1730. 4. edita, de muſculis manus veræ & utiles obſervationes exſtant.

OTTO JUST WREEDEN Kurtzer unterricht von der ſtructur und action der Musheln, Hannover. 1731. 8.

JACOBI BENIGNI WINSLOW expoſition anatomique Tomus II. huc pertinet. Præter muſculorum deſcriptionem excelluit inprimis in eorum utilitatibus, quatenus vel unus pro variis conditionibus varia ſubit officia, vel multi in unum officium conſpirant.

In *EDIMBURGENSIUM ACTIS VOL.* III. *ALEXANDRI MONROI* exſtat fuſa de muſculo biventre diſſertatio, contra *WINSOWIUM*, ad quam is clarus vir nuper in Actis an. 1742. reſpondit. De diaphragmate ego an. 1732. & 1738. Diſſ. edidi, cum icone mediocri, & deſcriptione. Illam correctam reſtitui in *Faſciculo* I. an. 1741. fol.

Deſcriptionem meam *diaphragmatis* recuſam dedi in *opuſculis anatomicis* editis 1751. 8.

BERNHARDI SIEGFRIDI ALBINI hiſtoria muſculorum hominis, Leid. 1734. 4. cum tabulis magnis, quarum XXVIII. nunc prodierunt, perfectiſſimum componunt muſculorum ſyſtema, deſcriptiones fuſiſſimas, accuratiſſimas, optimum ordinem, tabulas muſculorum vel conjunctorum, vel ſeorſim pictorum nitidiſſimas, & cum oſſibus nudis conjunctas. Neque facile aliud opus majoris pretii aut in Anatome, aut in alia hiſtoriæ naturalis parte habetur.

B. S. ALBINI tabulas auſus eſt temerario conſilio carpere *JULIANUS OFFRAI ouvrag. de Penel. ſupplem.* pag. 177. * *CHAP.* V. *

D. WEISS Diſſ. *de uſu muſculorum abdominalium*, Altdorf. 1733. 4.

In *JOH. PALFINI* editione nova, quæ Pariſiis an. 1734. 8. prodiit muſculi fere *WINSLOWIANI* exſtant, a *D. BOUDON* ſuppoſiti pro vetere deſcriptione Verheyeniana. Aliqua rariora de muſculis intercurrunt, capite tertio bicipitis, ſupernumerariis muſculorum rectorum capitis, &c.

J. SALZMANN de plurium muſculorum pedis defectu, Argent. 1734. 4.

JOH. FRID. CASSEBOHM muſculos internæ auris dedit deſcriptos in ſuis de aure humana tractatibus.

In *Commercio Norico* aliqua huc pertinent, v. gr. 1726. h. 43. de interoſſeis.

FRANC.

2. De muſculo in genere; VESALIUS, FALLOPIUS, RIOLANUS, *le* CLERC, & omnium maxime GUILIELMUS COWPERUS in *Myologia* ejus *reformata*, ibi enim pauciſſimis verbis quam optime poſt ſingulos muſculos uſus eorum tradit, & meretur utique vel ideo, poſt reliquos jam enarratos commendari, quod plures notatu digniſſimas obſervationes circa uſum muſculorum habeat. Ita muſculi obliqui abdominis ab omnibus Anatomicis tantum pro compreſſoribus abdominis habiti fuerunt, ille vero, qui mechanicos Anglos conſu-

FRANC. NICHOLLS in *œconomico compendio* paradoxas opiniones varias, inprimis de muſculi pyramidalis utilitate tradidit.

F. BERN. ALBINI Diſp. de *deglutitione*, Leid. 1740. 4. habet præcepta fratris, & emendationem *BOERHAAVIANÆ* deſcriptionis. *J. ZACHARIAS PLATNER de muſculo digaſtrico*, Lipſ. 1737. 4. habet hiſtoriam inprimis opinionum quas de hoc muſculo Anatomici reliquerunt. In Diſp. *de hydrocele* annulum abdominis deſcribit.

CORNELII de *COURCELLES icones muſculorum pedis*, Leid. 1739. 4. Deſcriptiones meliores ſunt, quam ars Pictoris. Nitidiores vero dedit *icones muſculorum capitis*, Leidæ 1743. 4. editas, ſatis certe & puras, & pulchras, ſi ſitum tibi familiarem reddideris.

VERDIER fere compendium eſt *WINSLOWI*.

PEAGET & *GEVIGLIAN an actio muſculorum intercoſtalium & diaphragmatis ſympathica?* Pariſ. 1740. 4.

In *CL. JUSTI GODOFRIDI GUNZII* de *herniis* Libello ſollicita annuli abdominis deſcriptio continetur.

In *LAUR. HEISTER compendio anatomico* poſteriorum editionum, obſervationes ſingulares, icon muſculorum interoſſeorum, non optima ea & ab alio profecta, & muſculorum uvulæ cum peculiaris ibi muſculi obſervatione exſtant.

JOH. JAC. GRAMBS tabulæ muſculorum, Francof. 1741. 8. adhæſiones ad oſſa, directiones, actiones breviſſime habet, & ipſos muſculos parum plene.

Maſtoideum muſculum ad proceſſum enſiformem uſque deſcendentem vidit vir C. P. C. *FABRICIUS id. anat. pract.*

D. LIEUTAUD myologia in *Eſſays d'Anatomie*, Aix 1742. propria eſt, neque abſque obſervatione nata.

In *Memorie ſopra la Fiſica*, quæ Luccæ prodeunt, exſtant *TABARRANI* de muſculis dorſi obſervationes.

Exſtant etiam *CL. BIANCHI* obſervationes de muſculis partium genitalium minoribus, quos dudum propoſitos hic emendat & repetit.

CAR. A. a *BERGEN pentas obſervationum*, Francof. ad Viadr. 1743. 4. varias obſervationes ad muſculos Palmarem, Iliacum, alios.

CL. SEGNERUS & in *Comm. Lit. Nor.* & in nova editione operis *NIEUWETYDIANI* iconem dedit tranſverſi ſepti.

D. DEIDIER Anatomie raiſonnée, Pariſ. 1742. 8. brevem habet muſculorum deſcriptionem, & diſſecandi rationem.

In T. XIV. *Syllabi partium* C. H. Petropoli editi muſculi intertranſverſales aliique dorſi muſculi noviter, ni fallor, depicti exſtant.

D. GAUTIER Eſſays en Tableaux imprimés, Pariſ. 1745. & ſeqq. fol. grandi, muſculos habet ad ſimilitudinem vitæ coloribus depictos. Sed rude & indoctum opus eſt, ſi cum *ALBINO* compares. Imo in arte imprimendi cum coloribus *ADMIRALII* elegantiam minime adſequitur. Nova autem ars eſt, qua colores omnes ex apta miſtione flavi, rubri, nigri, & cœrulei componuntur. Ejus artis ſpecimen in genitalibus in unica tabula edidit in Anglia inventor *LE BLOND*, Pariſiis autem in alia de inteſtinis *JOURN. DES SAVANS* 1722. Jul. *GAUTIER* in præf. *KUNDMANN. rarior.* p. 693.

D. SCHWARZ Diſſ. *de vomitu & reſpiratione*, Leid. 1745. 4. plena eſt bonis de motu ſepti experimentis.

D. AU-

ſuluit ſuper hoc negotio, docet, muſculum obliquum oriri ex tota ſpina oſſis ilium, adeoque facere, ut corpus, pelvi firmo manente, ad latus converti poſſit, quia hic muſculus coſtas ad pelvim movet (*a*). Ita muſculus rectus ad flexuram corporis, verſus interiora inſervit, neque unice ad compreſſionem abdominis facit. Similes harum, de pluribus muſculis habet rationes exactiſſimas, & cogitationes ſupra horum uſum, COWPERUS.

3. Ad hunc ſcopum etiam conſulendus eſt ALPHONSUS BORELLUS in Tractatu *de motu animalium* (*b*). Nemo enim eſt, qui lumine hujus viri carere poſſit, niſi in tenebris degere voluerit. Quæ habet de muſculis, ſunt certiſſime egregia; ſcripſit enim in Piſana cathedra, cum frequentiſſime Florentiam veniret, ubi vivebat STENO, qui non alia parte anatomes magis excelluit, quam in muſculis: aderat quoque FINCHIUS ex Societate Londinenſi, & MARCELLUS MALPIGHIUS, & hi omnes ſua inventa & demonſtrata ad oculum BORELLO exhibenda dederunt; unde opus ſuum compoſuit, non facile tantum opus abſoluturus, niſi cum his auxiliis.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMID Berolini editit *Myologiſche Tabellen* 1747. 8. in quibus brevis, fere ad *WINSLOWI* obſervationes facta, recenſio muſculorum corporis humani habetur.

JACOBUS PARSONS in Tr. de *phyſiognomia*, Lond. 1747. 8. muſculos oculi & faciei, eorumque motus, quibus adfectus animi exprimunt, fuſe conſideravit.

FRANC. MICH. DISDIER ſarcologie ou traité des parties molles, Paris 1748. 12. non qualis hoc ſeculo exſpectari poſſet, exemplo muſculorum auriculæ, quos ægre recenſet, epiglottidis, quos præter rem admittit, & uvulæ, quos imperfecte deſcribit.

(*a*) Minime quidem laude ſua vellem fraudari *COWPERUM*. Sed quod hic commendat inventum *PRÆCEPTOR* id utique eſt *ARCHANGELI PICCOLHOMINEI Prælect. Anat.* VIII. p. 49. deinde *FRANCISCI GLISSON de Ventric. & inteſt.* p. 98. Laudem vero in efficaciis minus in vulgus notis muſculorum alibi meretur, tum *WILHELMUS CHESELDEN*: & omnium maxime *WINSLOWUS*, ut ſupra dictum eſt.

(*b*) *ALPHONSI BORELLI* laudes vide ſupra, pag. 357. (*a*). Ad intelligendas vero actiones ſingularium muſculorum parum contulit.

CAPUT III.

De Myotomia.

Auctores ſequuntur, qui optime de Myotomia ſcripſerunt, hoc eſt, qui legendi ſunt medicinæ ſtudioſo, qui non tantum ab aliis demonſtratos muſculos cernere cupit, ſed ipſe de artificio doceri vult, quo invenire, diſtinguere, ſeparare, ſpectabiles muſculos reddere poſſit.

De ea arte ſcripſit optime magnus VESALIUS (*a*), & JOHANNES RIOLANUS, qui cum internecinus inimicus eſſet VESALIO, faſſus tamen eſt, neminem melius hanc partem anatomes docuiſſe. Ordo VESALII hujus modi eſt. Ubi primum deſcribit muſculos, v. gr. abdominis octo muſculos (nam

Aaa

(*a*) Olim *GALENUS adminiſtrationes anatomicas* dederat muſculorum corporis humani. Deinde *ANDREAS VESALIUS* ſingulis utique muſculis adminiſtrationes ſuas adjecit, & ita vulgo eo tempore factum eſt, inprimis a *JOHANNE BAPTISTA CARCANO*. *Adminiſtrationes* etiam *anatomicas* dedit *AMBROSIUS PAREUS*, quæ primum prodierant Pariſ. 1549. 8. Deinde *NICOLAUS HABICOT* in *ſeptimana* ſuperius laudata adſperſit methodos diſſecandi muſculos.

(nam nonum & decimum FALLOPIUS poſtea modo invenit), dicit, enarratis his muſculis, ſi invenire omnes velis, ſic perges, ſic tolles pinguedinem, tum ſic ſeca, tum ſic ſubductis digitis infra primum ſepara, & pervenies ad ſecundum, & ſic porro. Similia etiam docuit RIOLANUS. Nemo tamen hoc officio melius functus eſt COWPERO; ſcripſit enim diſerte, non ita pro demonſtrandis muſculis, quam pro ſecandis; hinc minutiſſimas circunſtantias accurate addidit (*a*).

Videatur etiam MICHAEL LYSERUS (*b*) in *Cultro Anatomico*, edito Hafniæ an. 1653., & iterum an. 1665. denique Francofurti anno 1679., & Trajecti ad Rhenum anno 1706. Vir fuit juvenis, qui collegerat ſibi methodum cadaverorum diſſecandorum, & ita agit, ut nos doceat, quo modo præparari debeat, v. gr. calvaria, ut optime conſervetur, & ſic porro quo modo agendum ſit, ne inter operandum unus muſculus obſit diſſectioni alterius; omnia hæc ibi inveniuntur.

Tabulæ muſculorum inſigni etiam ſunt præſidio pro muſculis addiſcendis, quando cadavera non ſunt præſto; vel quando inquirendum eſt in cadavere, indigemus quoque tabulis, impoſſibile enim eſt anatomes junioribus cultoribus tantum textum in memoria habere, & egent ſchemate aliquo, ut, ſi brachium quis examinet, habeat tabulam, in qua videre poſſit brachium, cui detracta eſt prima cutis, & cujus certa figura eſt, quam poſſit conferre cum brachio cadaveris; in ſecunda vero tabula, brachium, cui pinguedo eſt ablata, datis etiam cum limitibus figuris & umbris apparet, & in tertia tabula apud VESALIUM v. gr. apparet ſic ſitum eſſe hunc muſculum & hunc. In his tabulis videat junior anatomicus, an in ſuo, quod ſecat brachio, eadem ratione res ſe habeat. Qui inſurrexerunt in uſum tabularum, id tantum fecerunt (ut FAL-

(*a*) Utique in Myotomia minori ſollicite eam adminiſtrationem propoſuit. Paulo ante tamen *LEONHARDUS TASSIN*, Pariſiis an. 1678. in ſuis *adminiſtrationibus* jam citatis modum ſecandi muſculos, ſed rudem dederat. Negaverat muſculos uvulæ exhiberi poſſe, neque arytænoideum, neque in pharynge muſculos præter ſtylopharyngæum & OEſophageum habet.

(*b*) Utique Profector iſte *BARTHOLINI* magnum adplauſum reperit, cujus *culter* & Trajecti 1706. 12. & nuper an. 1740. Londini Anglice verſus in 8. prodierit. De oſſibus & muſculis inprimis, quales tunc cogniti erant, adminiſtrationes ſcripſit, reliquas partes Anatomes vix attigit.

Sed poſt ea tempora *J. R. C. GARENGEOTI* in *myotomie humaine & canine*, Pariſiis 1728. 12. edita muſculorum, quales Pariſiis vulgo demonſtrabantur, præparationes tradidit, fuſe, & ampliter.

JOHANNIS FRIDERICI CASSEBOHM methodus ſecandi muſculos. Hall. 1739. 8. & Germanice cum titulo *Kunſtmäſſige anvveiſung zur zergliederung der Maüslein*, Hall. 1740. 4. paulum mutata & parum aucta. Breviter ſcripſit, & aliqua in *ALBINIANO* ordine carpſit, & ſemina quædam encheireſeon ſparſit, in muſculis uvulæ fuſior.

D. LIETAUD cum *tentaminibus* ſuis adminiſtrationes etiam difficiliores muſculorum organi auditus aliorumque conjunxit.

HENRICI FRIDERICI PETERSEN Grundliche anvveiſung zur zergliederung des mauslein des menſchlichen körpers, Hamb. 1749. 8. cum illarum partium nominibus germanicis, atque minutiarum negligentior.

(*a*) RIO-

FALLOPIUS & RIOLANUS) (*a*), quia forte impenſas ferre non potuerunt; aut quod artem hanc facilem reddere noluerint.

1. Hic laudandus eſt unice VESALIUS, ſed non contractus ille (*b*) VESALIUS, nam in illis tabulis deficiunt multa, ut ipſe proteſtatus eſt, cum eas publice editas videret.

2. SPIGELIUS Amſtelodami editus eſt anno 1645., a JOH. *van der* LINDEN, medicinæ olim Profeſſore Lugduni Batavorum: tabulæ proprie ſunt CASSERII Placentini, detectæ ſunt per DANIELEM BUCRETIUM: inde vero ad SPIGELIUM pervenerunt. Hic Auctor quoad figuras optimus eſt, non ita quoad textum (*c*).

3. Huc referantur Clariſſimi BIDLOI tabulæ, quæ habentur elegantiſſimæ. Editus eſt ejus Liber Amſtelodami an. 1685. & mox divenditus fuit, ſed impreſſus eſt Londini an. 1698. cum nomine COWPERI; ea enim editio fuit certe tantum furtiva ſeductio COWPERI, & dolendum eſt, quod tantus vir eo deſcenderit (*d*). Tabulas certe habet optimas, deſcriptiones BIDLOIANÆ nullius ſunt momenti.

(*a*) *RIOLANI* locum vide *Anthopograph.* p. 53. ubi judicium ſuum interpoſuit, de iis, quæ tunc exſtabant, anatomicis iconibus. Neque tamen omnes icones proſcripſit, & laudavit, quæ merebantur, & unice monuit, ne nimis figuris fideretur.

Difficultas, credo, eos viros abſterruit. Icones enim anatomicæ, ut experiendo didici, parari nequeunt, niſi conjunxeris nitidam omnino præparationem, cum lenta & prudenti periti Pictoris opera. Otium præterea requiritur, quo ſæpe Profeſſor, docendæ juventuti deſtinatus, omnium minime abundat. Pauci adeo in iconibus felices fuerunt, *ARISTOTELES* multis locis ſuas excitat *hiſt. anim.* L. I. c. 17. L. III. c. 1. L. IV. c. 1. *EUSTACHIUS* inprimis hic excelluit, qui *VESALIANAS* ut expungeret, vaſa nervoſque in ſuo inter muſculos ſitu, perutili inſtituto, muſculos vero cum ſuis ad oſſa adhæſionibus expreſſit, mira aliquando in intricatis partibus peritia uſus.

(*b*) Editiones nempe ſolæ adhibendæ ſunt, quas laudavimus, Baſilenſes 1543. 1555. Pulchras præterea icones habet *Epitome* Baſ. 1542. Abſtinendum autem ab omnium aliarum editionum uſu. Veneta qua opus de corporis humani fabrica recuſum eſt 1568. fol. & in qua figuræ valde diminutæ ſunt. Germanica *BAUMANNI* opera Norimb. 1551. fol. excuſa, ſatis cæterum elegante. Anatomes totius ære inciſam delineationem dedit etiam *JACOBUS GREVINUS*. Pariſ. 1569. fol. & icones epitomes & operis ipſius *VESALIANI* ſatis nitide, ſed ſæpe contracte in æs inciſas habet. *Viva denique imagines corporis humaniformis expreſſa prodierunt* Antvverp. 1572. 4. maj. in quibus *VALVERDIANÆ* tabulæ exſcriptæ habentur. De *VESALIANIS* cæterum iconibus judicium ſupra tulimus. Vaſorum & nervorum figuras penitus inutiles & falſas eſſe expertus ſum, neque bonas viſcerum. Muſculi, ad habitum exprimendum, & oſſa præſtant reliquis. Muſculorum etiam tabulas exſcripſit *TORTEBAT* in *Abregé d' Anatomie accommodé aux arts de peinture & de ſculpture*, & edidit Pariſ. 1668. fol. Sed eas a *TITIANO* delineatas fuiſſe male addit, cum Pictoris ſui nomen minime diſſimulaverit *VESALIUS*.

(*c*) *JULIUS CASSERIUS* multis annis Pictorem Eduardum Fialettum, & Sculptorem Franciſcum Valleſium domui aluit (*BUCRETIUS* in præf. ad edit. Venetam iconum *CASSERIANARUM*). Paucis in figuris oſſium inprimis *VESALIUM* expreſſit, pleraſque novas dedit, non raro vitio Sculptoris corruptas maxime in Angiologicis, cæterum nitidas & magnificas. *JOHANNES BROWNIUS CASSERIANAS* multo corruptiores reddidit.

(*d*) Merito carpit *COWPERUM PRÆCEPTOR*. Etſi enim *BIDLOUS* Chirurgus ante honores ſuos fuerit (*SCHELHAMMER progr. de proport. deſtruct.*) icones ſuas male ſubinde explicaverit, ut erat vitæ ſolutioris, non ideo *SWAMMERDAMII* fuerunt opus, quod minime vere ipſi tribuit *COWPERUS* (*Euchar.* p. 25.), neque probari poteſt, quod ſolo nomine *BIDLOI* eraſo, emtas ab Amſtelodamenſi Bibliopola centum & quinque tabulas *COWPERUS* pro ſuis ediderit. Vide de ea re querelas *BIDLOI* in *COWPERO citato coram tribunali*. Leidæ 1700. 4. & reſponſionem,

COWPERUS equidem multa addidit, ut fatear, ſed tamen totum opus eſt BIDLOI, ejuſque editio optima eſt, ſed tantum illis, qui Anglicam Linguam intelligunt; & meretur vel ideo præferri primis editionibus, quia litteras multas addidit COWPERUS, ubi deerant, & quia egregia obſervata Chirurgica poſt ſingulam partem adjunxit (*a*).

minime firmam *COWPERI* in Euchariſtia, quæ Londini 1702. 4. prodiit cum *glandularum ductuumque excretoriorum* deſcriptione. Judicium ſupra dedimus.

(*a*) Poſteriores *COWPERI* icones in myologia magna, inter mediocres refero: *MORGAGNIANAS*, quæ paucæ ſunt, ad nitidas & elegantes, *SANTORINI* ad minutas, doctas & divites, *CANTIANAS* & *CHESELDENIANAS* ad eas quæ ſunt infra optimas, D. *GAUTIER* potius ad inferiorem claſſem, *CORNELII* de *COURCELLES* in capite ad elegantes & ſpecioſas, *ALBINIANAS* ad primum ordinem pulchritudinis, utilitatis & raritatis recenſeo.

SECTIO IV.

DE VISCERIBUS CORPORIS HUMANI.

CAPUT I.

De Splanchnologia in univerſum.

HIſce cognitis ordo vocat ad intellectum viſcerum. Vocant aliqui hanc partem anatomiæ *Enterologiam*, nam ἔντερον non tantum deſignat inteſtinum, ſed omnia viſcera; hinc Enterologia, λόγος enim eſt ſermo, eſt diſſertatio de viſceribus internis; vocatur quoque *Splanchnologia*, nam σπλάγχνον viſcus eſt.

Objicies ſtudioſis tutius eſſe Angiologiam, ſeu diſtributionem vaſorum prius indicare; verum difficulter id fieri poterit, cum vaſa plurima per viſcera tranſeant, iiſque adjaceant; nam quomodo arteria pulmonalis, arteria magna, vena portarum, &c. poſſent deſcribi, niſi deſcripta prima eſſent illa viſcera, ubi tranſeunt, aut oriuntur? hinc medicinæ ſtudioſis optime conſultum habetur, ſi poſt myologiam, adjiciatur hæc anatomiæ pars.

Viſcerum nomine intelligitur machina major, vaſis conſtans, cujus effectu mutantur humores, in emolumentum totius corporis.

Multa ubique ajunt de viſcere, ſed meliorem definitionem exſpectamus. Pulmo certe eſt viſcus, quia humores chyloſos mutat, & muſculoſa machina eſt mutans humores crudos in emolumentum corporis. Ob eamdem rationem hepar, lien, cerebrum, &c. ſunt viſcera.

Cum dicimus eſſe machinam vaſculoſam, viſcera ab oſſibus & cartilaginibus diſtinguimus, quæ non habent tot diſtincta vaſa.

Quum dicimus eſſe machinam mutantem, hoc fit, ut diſtinguamus a muſculis, nam illi etiam corpora admodum vaſculoſa ſunt.

Quando dicimus majorem machinam, &c. hoc fit, ut a reliquis glandulis diſtinguamus.

Egregius campus ſeſe offert de inventis circa viſcera; ſed brevi compendio tentabimus enarrare omnia inventa, quæ inclaruerunt in hiſtoria cujuſque viſceris, tumque Auctores adjungemus.

CA-

CAPUT II.

De Corde.

SOlet memorari inter viſcera princeps cor, quod quidem proprie non vocandum eſt viſcus, ex definitione data, & potius muſculus dici meretur; hinc ejus ſubſtantiæ, quatenus muſculoſæ cognitio ex myographia haurienda eſt. Sed tamen, qui accurate hoc viſcus, quatenus numeratur inter viſcera, cognoſcere vult, legere debet Libellum LOWERI (*a*) antea citatum *de Corde*, in quo Libello cordis integumenta, ſubſtantia, vaſa, &c. deſcripta continentur, melius quam alibi.

(*a*) Antiquiſſimus Libellus de *corde* exſtat inter Hippocraticos, quo inprimis valvulæ venoſæ & arterioſæ deſcribuntur, & humor pericardii & ventriculi, eorumque proportio. Spurius autem eſt, neque *GALENI* tempore agnitus.

In corde etiam anaſtomoſes fetus proprias ſatis accurate deſcripſit *CL. GALENUS* in L. *de uſu partium*. Idem de uſu valvularum venoſarum cordis recte ſenſit, & ex iis minorem circulationem eruit, in eodem *de uſu partium opere*. De oſſe cordis egit etiam in Elephanto quæſito.

Libellus *de corde*, qui inter Hippocraticos exſtare dictus eſt, ſpurius omnino videtur, etſi cum *triumpho & querimonia cordis GEORGIUS SEGERUS* ediderit diſſertationem de *HIPPOCR.* lib. *περὶ καρδίης ortu legitimo*, Baſil. 1661. 4. qua eum libellum defendit, & ſilentium *GALENI* & *EROTIANI* excuſat. In eundem librum in *nocte* X. commentatur *J. NARDIUS*, & contra *HARVEIANAM* circulationem ſanguinis aliqua non graviſſima objecit.

ANTON. LUDOVICUS de re medica Ulyſſipon. 1540. fol. habet de corde L. * *DOUGL.*

ANDREAS VESALIUS in L. VI. de hoc viſcere egit, ejuſque ſitum, externas & vulgatiores conditiones, annulum venoſum, quem in valvulas triglochines vel mitrales dividunt, pericardium, mediaſtinum & alia rectius propoſuit. Cor in diaſtole brevius, in ſyſtole longius fieri dixit, quem *RIOLANUS* & nuper clari viri ſunt ſecuti.

IDEM in *examine obſervationum Fallopii* non bene de anaſtomoſibus egit, uti ne *FALLOPIUS* quidem. Motum denique cordis in vivis animalibus deſcripſit L. VII. *de fabr. corp. hum.*

JAC. MILICHII oratio *de cordis partibus & motibus*. Wittemb. 1551. 4. (*B. LEHM.*) *

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS cordis arterias duas, venam anteriorem, inferiorem, pulmonales quatuor, ſitum transverſum cordis, valvulam venæ coronariæ, valvulam denique ſuam depinxit & deſcripſit in L. *de vena ſine pari*, & in Tabulis poſthumis XV. XVI. Situm etiam tranſverſum adſeruit *COLUMBUS*, de quo inter circulationis Auctores agetur.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS notiſſima corpuſcula in valvulis arterioſis nominavit, circulationem minorem pervidit, in *obſervationibus anatomicis*.

VOLCHERIUS COITER experimenta in cordis motu in animalibus fecit, præcedere ſyſtolen auriculam ſyſtolen in corde demonſtravit.

JOHANNES BAPTISTA CARCANUS in *Anatomes* ſuæ Ticini editæ 1574. 8. L. I. Chartis impreſſo 44. accuratius paulo foramen ovale, & ductum arterioſum deſcripſit, *VESALII* & *FALLOPII* errores correxit, quorum iſte foramen ovale omiſerat, ille canalem arterioſum in foramen mutaverat. Valvulas etiam venæ ſine pare refutat. Directionem tamen ſanguinis per arterioſum ductum euntis invertit.

SAMUEL WEISSEMANNI de facultatibus & operationibus cordis tractatus cum brevi cordis anatome, Wittemb. 1592. 8. * *B. PL.*

NICOLAI TAURELLI de cordis humani natura & viribus, Altdorf. 1585. 4. *

LEONHARDUS BOTALLUS foraminis ovalis iconem cum mala theoria dedit, non meritus honorem ut particulæ dudum notæ nomen imponeretur. Editio prima eſt cum *L. de Catarrhis*, Lugduni 1565. 16. Mea, ab *HORNIO* procurata eſt.

JULII

alibi. Verum tamen fatendum eſt, illum prætermiſiſſe quædam, quæ poſtea ab alio

JULII JASOLINI de aqua pericardii & cordis pinguedine Quæſtiones anatomicæ, Neapoli 1573. 8. (*DOUGL.*) & Hanoviæ 1654. atque Francof. 1668. 4. editæ nullius momenti ſunt.

SIMONIS PIETRE de vero uſu anaſtomoſeon cordis in fetu. Auguſt. Turon. 1593. 8. & *nova demonſtratio & vera hiſtoria anaſtomoſeon vaſorum cordis in embryone cum corollario de facultate vitali cordis in embryone non otioſa*, Turon. 1613. 8. * (*DOUGL.*)

EUSTACHII RUDII de naturali & morboſa cordis conſtitutione, Venet. 1600. 4. quod in Bibl. Platn. inſcribitur *de virtutibus & vitiis cordis*, Venet. 1587. 4. *

FRANCISCI ROUSSET Exercitatio medica, ſive *aſſertiones novæ veri uſus anaſtomoſeon cardicarum fetus ex utero materno ſanguinem trahentium in ſuos pulmones cordi præparaturos*, Pariſiis 1603. 8. *

JAC. COCUS de corde & arteriis & pulmonibus, VVittemb. 1604. 4. * (*B. RIV.*)

HANNIBALIS ALBERTINI de adfectionibus cordis L. III. & *problema de membrorum principatu*, Venet. 1618. 4. Cæſenæ 1648. 8. * (*DOUGL.*)

JULIUS CASSERIUS icones aliquas cordis cum nervo recurrente dedit, ovalis vero foraminis & Præceptor ejus *FABRICIUS* & *ANDREAS LAURENTIUS*, & *MICHAEL RUPERTUS BESLER*, & *CÆCILIUS FOLIUS* in L. *de ſanguinis via a corde dextro ad ſiniſtrum*, Venet. 1639. 4. Francof. 1641. 12. qui per totam vitam patere credidit, non bene.

CÆCILII FOLII l. c. editio Veneta legi debet, cum in Francofurtenſi editione icones vitioſæ ſint.

P. GASSENDI de ſepto cordis pervio, Leid. 1639. 12. & cum Pinæo. Leid. 1641. 12.

GALENI ſententia de nupero Botallianorum invento, Patav. 1640. 4. * videtur contra *FOLIUM* eſſe.

CONRADUS VICTOR SCHNEIDER eruditam *de corde* diſputationem ſcripſit. VVittemb. 1641. 12.

JOH. FABER poſt *FRANCISCI HERNANDEZ* hiſtoriam Mexicanam minime malam anatomen dedit cordis teſtudinis.

PETR. OELHAFIUS de corde, Dantiſc. 1643. 4. * *B. PLATN.*

NATHANAEL HIGHMOR Iſthmi *VIEUSSENII* non optimam dedit iconem, cum nomine ſtrigæ. Cor in ſyſtole brevius docet reddi.

Lymphatica vaſa cordis pinxit *OL. RUDBEKIUS* in *duct. ſeroſ. iconibus*, deinde *ANTONIUS NUCKIUS* in *adenographia*.

GUILIELMUS HARVEY, præter experimenta ad circulationem, quæ alibi laudavimus, plura ad motum cordis contulit explicandum, tum *JOHANNES WALÆUS* in duabus epiſtolis.

MAUR. HOFMANNI de motu cordis & cerebri, Altdorf. 1653. 4.

M. AUR. SEVERINUS in *L. de piſcium reſpiratione* cor piſcium deſcripſit.

ECCARDUS LEICHNER de cordis conſtitutione, Erfurt 1657. 4. *

G. SEGERI triumphus & querimonia cordis cum Diſſ. de *HIPP.* L. *περὶ καρδίης* ortu legitimo, Baſil. 1661. 4. poſt editionem minus plenam Hafnienſem 1654. ad controverſiam de ortu venarum ex hepate inprimis pertinet.

NICOLAUS STENONIS F. primus cor ſubtilius diſſecare adgreſſus eſt, in *ſpecimine obſervationum anatomicarum*, Hafniæ 1664. 4. Fibrarum deſcriptionem dedit. In epiſtolis ad *BARTHOLINUM* experimenta etiam ad motum cordis confert *Cent.* III. *ep.* 99. *Cent.* IV. *ep.* 24. & alias. In *Actis Hafnienſibus* II. n. 46. motum cordis & venæ cavæ egregie deſcripſit: tum in *Myologiæ ſpecimine*.

Nervos cordis, neque nimis vere depinxit *T. WILLISIUS* in *L. de cerebro & nervis*, & in iis ligatis aut ſectis experimenta fecit.

ANT. DEUSINGII Diſſ. *de motu cordis & ſanguine*, Groning. 1651. 1655. 12. *EJ. Diſp. antiſylviana de calido innato & aucto in corde ſanguinis calore*, Groning. 1663. 12. & alia *Diſp. Antiſylviana de motu cordis & arteriarum*, ib. eod. anno, theoriæ meræ.

ANT. DEUSINGII etiam eſt *in ſylvam Echo*, Groning. 1663. 12. & *ſylva cadua jacens*, ibid. 1665. 12.

SAM. HASENREFFER de corde, Tubing. 1656. 4. *

Pri-

alio deſcripta ſunt; hinc addantur RAYMUNDI VIEUSSENS *Obſervationes de cordis*

Primus juſto opere anatomen cordis adgreſſus eſt *RICHARDUS LOWER*. Is prodiit cum titulo *de corde, motu, colore & transfuſione ſanguinis*, Lond. an. 1669. 8. Amſtel. eod. anno, & capite *de catarrhis* auctior, Leidæ variis annis, iterumque Londini 1680. 8. Gallice etiam redditus Pariſiis recuſus eſt 1679. 8. Fibras muſculoſas cordis ex brutis animalibus, & non verum tuberculum deſcripſit, & in univerſum neque bonas icones dedit, neque deſcriptiones accuratas. Sed experimenta per vivorum corporum ſectiones facta curioſa & perutilia addidit ad motum cordis, chyli & ſanguinis facientia, multaſque eo tempore epidemicas opiniones expunxit. Transfuſionum & infuſionum Auctor ex præcipuis fuit. Judicium vero acerbum non moror *C. BARTHOLINI*, qui Libellum *de corde* dum promittit & icones, *LOWERIANA* vel erronea eſſe, vel a *STENONIS* F. profecta objecit (*BLAS. anat. anim.* p. 5.)

Sed ante *LOWERUM* anno jam 1657. innotuiſſe ſibi fabricam cordis (ſimilem fere *LOWERIANÆ* & perinde habentem rectas in ſuperficie fibras) ſcribit *BORELLUS de mot. anim.* L. II. *Prop.* XXXVII. Vires vero ejus muſculi ex propria theoria primus æſtimavit, & pene immenſas fecit; contractionis genus adſignavit pene occultum, ut interne turgeret, cavitates evacuaret, extus parum mutaretur.

Londinenſis editio *LOWERI* anni 1680. 8. citata eſt, cum iconibus minoribus in unam tabulam conjectis. Leidæ etiam nuper 1749. 8. nitide idem liber recuſus eſt.

AMSTELODAMENSES in *collegio anatomico*; *JOHANNES* de *MURALTO* in *vademecum anatomico*; *FRANC. SYLVIUS* in *diſſ.* VII. *JACOBUS BACK* in ſuo *de corde* Libello; *PEYER* in *pareg.* VII. cordis motum in vivis beſtiis obſervarunt.

De Pericardio etiam *J. C. PEYERUS* egit in Parergo III. De valvula venæ coronariæ *ISAAC CATTIER in obſervationibus*. De cordis motu philoſophatus etiam eſt in Tr. IV. *CL.* Mayowvius.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* præter plurima loca ad infuſionem vide *TEMPLER* de motu cordis n. 93.

Icones cordis & vaſorum *COWPER* n. 270.

Valvula *EUSTACHII* eodem Auctore n. 280.

JAMES DRAKE de reſpirationis influxu in cordis motum n. 281.

LEEUWENHOEK de motu cordis in piſcibus n. 319.

BUSSIERE anatomen cordis teſtudinis terreſtris n. 328.

Experimenta cum ligatis nervis cordis capta n. 335.

JURIN de viribus cordis egit, & *IDEM* de iiſdem contra *MORLANDUM* & *KEILIUM* n. 358. 362.

NICHOLLS menſuræ ſinuum & vaſorum cordis n. 410.

AMYAND foramen ovale apertum n. 439.

CL. NIC. LE CAT de foramine ovali icones novæ & obſervationes n. 460.

AL. STUART cor artificiale *ibid.*

THEODORUS KERKRING in *ſpicilegio obſervat.* cordis triventris valde paradoxam obſervationem habet, & duarum arteriarum pulmonalium.

JAC. DENYS in *confer.* XIV. de cordis motu experimenta habet, & brevius agendo fieri defendit.

JOSEPHI MAGNASSI diſq. phyſic. de motu cordis & cerebri, Pariſ. 1673. 4. * *PLATN.*

In *THOMÆ BARTHOLINI anatome* poſterioris editionis, Leid. 1674. 8. in deſcriptione fibrarum cordis ſequitur *NICOLAUM STENONIS F.* & proprias addit icones. Experimenta etiam ad motum utilia habet.

JAQUES CHAILLOU in *recherches ſur le mouvement du ſang, du Cœur, & de ſes vaiſſeaux*, &c. Pariſ. an. 1675. & 1699. edito, *HARVEIANA* placita defendit.

In Pariſinis diſſectionibus ex anatome comparata valvulæ Euſtachii aliqua memoria reperitur, & foraminis ovalis, ut in amphibiis ſe habet. *PERRALTUS* etiam in *mécanique des anim.* de corde, ejus valvulis, & motu egit, *Eſſays de Phyſ.* T. III.

NICOL. PECHLINUS in *diſſ. de cordis motu* Kilon. 1676. 4. & in *collect. diſp.* T. II. & fibras

cordis ſtructura interiori, vaſorumque non ita deſcriptorum & detectorum. (a) In Libro EJUS in folio *de Neurologia*, quædam etiam de cordis ſtructura inveniuntur, quem Librum commendabimus, quando de nervis agemus. Verum præter hunc tractatum eadem longe melius deſcripſit VIEUSSENIUS in Libro *de principiis miſti* (b), qui Liber eſt in quarto, & in quacunque Bibliotheca meretur contineri, editus Lugduni in Galliis an. 1688. A pagina 79. hujus Libri, uſque ad paginam 120. Auctor occupatur in deſcribendo corde, cum eo titulo nihil minus expectaretur. In eo Libro egregiæ ſunt obſervationes de decurſu vaſorum, & fibrarum, & efficacia ipſius cordis. Fateor equidem, ſententias proponere omnibus non æque arridentes, ut de fermento cordis (c), ſed non faciunt hæc ad illud, quod quærimus, cum ſtructuram tantum velimus; hinc quatenus anatomice tantummodo agit VIEUSSENIUS, multa egregia habet. Ibi videbimus, cor trudere ſanguinem, ut tranſſudet in ipſa cava cordis, quod antea nemo, quantum novi, obſervaverat, nempe per arteriam, non modo in venas coronarias, & in auriculam dextram protruditur ſanguis, ſed etiam liquidum injectum per arteriæ coronariæ fines in cava cordis, & cava auricularum, non modo per arterias, ſed per ductus & fibras & motus in vivo animale obſervationem deſcripſit. Apicem ad cordis baſin inquit accedere.

Apud *J. JAC. WEPFERUM* in L. *de cicuta aquatica*, Baſil. 1679. 4. plurimæ ad motum cordis ex vivis animalibus exſtant obſervationes, tum experimentum de motu cordis per flatum ſuſcitabili. Hoc etiam *BRUNNERUS* habet *de pancreate*, & *PEYER parergo* VII.

MARTINI LISTER in variis de inſectis aquaticis Libellis multa ad anatomen cordis comparatam contulit. In *Journy to Paris* an. 1699. 8. edito ad *MERYANAM* litem obſervationes adſpergit. In *Cochlea anatome* motum cordis voluntarium huic animalculo tribuit.

PETR. HOUFWENII de corde ejuſque ſtructura & uſu, Upſal. 1681. 8.* *BIBL. PLATN.*

D. LAMY in *diſcours anatomiques*, Bruxell. 1679. 12. utilitatem pericardii longo, & Lucretiano ſermone, negavit.

In *Diario Eruditor.* 1681. n. 14. catellorum hiſtoria habetur, quibus cor nudum extra pectus pendebat.

SAMUEL COLLINS multa ad anatomen comparatam inprimis piſcium addidit.

MARCELLUS MALPIGHIUS cordis bombycum motum accurate deſcripſit in *poſthumis*.

GUALTERUS CHARLETON Three lectures on the motion of blood, ſtructure of the heart and cauſes of the pulſe, Londini 1684. 4. Mucronem baſi inquit accedere.

J. STEPH. ADAMI de oſſe cordis Cervi, Gieſſ. 1684. 4.

(a) *RAIMUNDUS VIEUSSENS* in *Neurographia* experimenta per vivorum animalium ſectiones habet, nervos cordis multo plenius *LOWERO* deſcripſit & *WILLISIO*. Fibras etiam in homine omnes ſpirales, in animalibus aliquas rectas eſſe obſervavit. Stimuli vim agnovit.

(b) Idem in *Tractatibus de remotis & proximis mixti principiis, & de natura, differentiis & cauſſis fermentationis*, Lugd. 1688. 4. fibras cordis deſcribit, aliter quam prius factum & iſthmum ſuum. Icones rudes malæque.

IDEM in *nouvelles découvertes ſur le cœur*, Pariſ. 1706. 12. ingreſſum ſanguinis & liquorum injectorum ex arteriis coronariis in cor, fibras cordis muſculoſas denuo, & cauſam motus cordis multiplicem deſcribit.

IDEM in *Tr. de la ſtructure & des cauſes du mouvement du cœur*, multo plenius hiſtoriam anatomicam cordis expoſuit. Prodiit Toloſæ 1715. 4. Arterias cordis exhalantes repetit. Arterias coronarias cordis & venas ſollicite deſcribit, addit arteriam profundam, venas innominatas, ſinus venoſos auricularum. Fibrarum deſcriptio intricata eſt. Multum etiam obſervationis ex morboſa fabrica habet: ſed nimium utique theoriæ.

IDEM in *Tr. des liqueurs*, eodem anno edito experimenta chemica in aqua pericardii facta, & ductulos ejus aquæ excretorios deſcripſit, ſed iſtos, credo, ſuſpectos.

(c) Nempe ſanguinem arteriarum coronariarum ſanguinem venoſum reliquum perficere.

ductus & ſinus tranſit, hinc in corde duplex detegitur circulatio, nempe. 1. Cor ſiniſtrum pellit ſanguinem in arteriam coronariam, quæ eum ubique defert ad venas coronarias & auriculam dextram: ea via apud omnes Auctores deſcribitur; verum 2. ex VIEUSSENII obſervatione primo, quantum novi, conſtitit, ſanguinem preſſum in arteriam coronariam conſuetiſſima quidem, frequentiſſima & maxima via, per venas coronarias tranſire, ſed per arterias quaſdam, nemini prius dictas, etiam ſanguinem in cavitatem cordis protrudi; hinc ſanguis duplex in cor ſtillat, 1. qui per auriculam dextram in cor dextrum, & per auriculam ſiniſtram in cor ſiniſtrum effunditur, & 2. qui per arteriæ coronariæ fines ultimos in cavitates cordis immittitur. Hæc veriſſima eſſe etiam poſtea in hac Academia per experimenta plurima probavit in theſi ſua inaugurali *de Circulo ſanguinis in corde* A. C. THEBESIUS an. 1708. Hoc nunc experimento aliqui ſtabilire fermenta voluerunt, ut nempe ille ſanguis, qui per vaſa minima, a VIEUSSENIO detecta, in cavitates cordis ſtillat, permiſtus alteri, eſſet fermentum mutans ſanguinem venoſum, qui per auriculas influit. Hæc eſt VIEUSSENII ſententia, quæ certe non eſt probabilis, neque ullo ratiocinio, neque ullo experimento ab Auctore ſuo demonſtrata.

Qui præter hos de corde ſcripſerunt non multi ſunt, qui novi & boni quoddam habeant (*a*). Clariſſimus tamen & indefatigabilis anatomicus FREDERICUS

Bbb RUY-

(*a*) *J. B. SCARAMUCCI de motu cordis* Sinogalliæ 1689. 4. * recuſum in Diario Parmenſi 1689. p. 163. ſeqq. Pro alterno motu ejus muſculi explicando obſcuram ſententiam propoſuit, in contractione ſanguinem in venam coronariam impelli docuit, venas vero repleri a conſtrictione arteriarum.

FOREST de motu cordis. Præſide *J. BOHNIO* 1690. 4. mucronem baſi vidit accedere.

J. M. HOFMAN de pericardio Altd. 1690. *

G. C. SCHELHAMMER in Diſp. *de aqua Pericardii*, Jen. 1694. 4. aliqua de ejus natura & origine experimenta chemica & anatomica protulit.

De *LAUR. BELLINI* opuſculo de motu cordis alibi dicetur.

In *CAR. DRELINCOURTII canicidiis* habentur hiſtoriæ obſervati motus cordis.

Eo tempore incepit lis de *MERYANO* ſyſtemate. Et *JOHANNES* quidem *MERY*, dexter anatomicus, quem cum *RUYSCHIO* aliqui compararent, (*HEUCHER* op. p. 787. *LISTER Journy to Paris*) cæterum mediocri judicio & parum practicus homo, (eodem teſte *HEUCHERO*), in *Anciens Mémoires de l'Acad.* 1692. & in *Progrès de la Medecine*, Pariſ. 1697. & in *Mémoires de l'Acad. des Scienc.* 1699. & fuſius in Libello *de la circulation du ſang*, Pariſ. 1700. 12. motum ſanguinis per foramen ovale inverſo modo propoſuit, ut a ſiniſtro ſinu in dextrum rediret, qua occaſione diligenter foramen ovale deſcripſit. Suam etiam ſententiam valide tuitus eſt in *Mém. de l'Acad.* 1699. & 1703. ubi fuſe *DUVERNEYUM* refutat, & in *Réfléxions ſur la deſcription du cœur de la Tortue faite par M. BUSSIERE, & ſur la Lettre approbative de M. PETIT* (*JOURN.* de *TREV.* 1713.) ubi unum eſſe ventriculum negat, quatuor non tres eſſe arterias docet, &c. & in *Tr. Phyſique*, &c. Pariſ. 1705. 4.

Sed etiam ipſa *ACADEMIA* fere in ejus ſententiam tranſiit, & demonſtraviſſe eum, quæ deſcripſerat, teſtata eſt, *BOURDELINUS* inprimis, & *LITTRIUS*, qui an. 1701. pro eo, amico ſuo, dicit. Deinde *PETRUS SIMON ROUHAULT* Chirurgus, qui Turini vixit, novis argumentis a robore ſinuum ductis aliiſque ſententiam *MERYI* confirmavit in ſuis *oſſervazioni anatomico-fiſiche*, Turin. 1724. 4. n. IV. & V. in *diſcours ſur les changemens qui arrivent dans la circulation du ſang*, Turin 1718. 8. & in *réponſe à la Critique de M. Winslovv*, ibid. 1728. 4.

Sed

Sed contra, ab ipſo retro anno 1697., cohors ſcriptorum in *MERYUM* incubuit. Et *DU VERNEYUS* quidem princeps eſt, dum cor Teſtudinis & aliorum animalium amphibiorum in Monumentis an. 1700. deſcribit. Tum *M. SYLVESTRE* in *Lettre à M. Regis où l'on examine le ſentiment de M. Mery*, Pariſ. 1699. (J. des Sav. 1700. p. 202.). Et *M. BUSSIERE* in *Lettre à M. BOURDELIN pour ſervir de réponſe à M. MERY*, Pariſ. 1698. 12. in qua paſſim *MERY* obſervationes in dubium revocat, & de corde Teſtudinis cum ipſo pugnat: motum etiam alterum cordis cum auriculis obſervat, & in *nouvelle deſcription anatomique du cœur de la Tortue d'Amerique*, *Phil. Tranſ.* n. 328. & Pariſ. 1713. 12.

Deinde *PHILIPPUS VERHEYEN* in *Lettre écrite à un M. Chir.* Pariſ. 1698. 12. & in *ſeconde Lettre à un anatomiſte de Gand*, Pariſ. 1698. 12. in Tomo II. *Anatomes ſuæ*.

Denique *DAN. TAUVRY de la génération*, &c. Pariſ. 1700. 12. & alii, majorum operum ſcriptores *MORGAGNUS* & *C. J. TREWIUS*, in *MERYUM* ſcripſerunt. Ego nuper an. 1748. in *programmate*, cui icones adjectæ ſunt ovalis foraminis & Euſtachianæ valvulæ ad hanc litem aliquam lucem adferre conatus ſum.

JACOBUS vero *BENIGNUS WINSLOW*, cum mediam ſententiam propoſuiſſet, qua *MERYANA* cum *HARVEIANA* conciliatur, in *Mémoires de l'Acad. des Sciences* 1717. & 1725. & ea a *H. A. NICOLAI* reciperetur in Diſſ. *de vaſor. directione*, tamen offendit. Fuſe enim contra eum ſcripſit *LUDOVICUS LEMERY* in *Mém. de l'Acad.* 1739.

Contra *JAC. BEN. WINSLOW* ſcripſit etiam *P. SENAC* in Libro *du cœur*.

De lite autem *MERYANA* & *MERYI* præparationibus & experimentis pro ſuo ſyſtemate legatur omnino *LISTERI* iter in Phiſicis jam laudatum, qui ſub initio litis, cum ea maxime ferveret, *MERYI* teſtimonia propius vidit, non valde ab ejus opinione alienus.

In *Acad. Regia Scientiarum Pariſina monumentis*, anni 1699. habetur cor in fetu triventre, ſeu quale teſtudini eſt.

PARENT Deſcriptio fibrarum cordis 1702.

Ligato nervo intercoſtali cordis quies in fele 1706.

Cor pericardio adnatum 1706. 1712.

Muſculorum cordis duorum deſcriptio, & ventriculos ſeparandi modus, & valvularum venoſarum artificium *WINSLOW* 1711.

Cor extra pectus 1712.

ROUHAULT de cauſa motus ſanguinis in fetu 1714.

WINSLOW de valvula Euſtachii 1717. & 1725.

J. A. HELVETII menſuræ ventriculorum cordis 1718.

HUNAULD & *BASSUEL* Cor in motu ſuo contrahi & brevius fieri 1731.

WINSLOW ibid. potius anguſtius reddi.

Nervus ex plexu ſemilunari abdominis ad cor redux *HUNAULD* 1734.

Foramen ovale apertum in adulto 1735. 1740.

LE CAT vena coronaria ſubclaviæ inſerta 1738.

Ad motum cordis experimenta *DE BREMOND* 1739.

Cor ſub dextra papilla ſaliens 1743.

Cor brevius reddi in ſyſtole *FERREIN* & *PERSON* ibid.

G. BAGLIVUS cum Libro *de fibra motrice & morboſa* edidit de circulatione ſanguinis in teſtudine experimenta cum ejus animalis cordis anatome, Peruſiæ 1700. 4.

In *J. FANTONI diſſertationibus anatomicis*, quæ an. 1701. 8. Turini prodierunt, & quarum eæ, quæ de abdomine & thorace agunt an. 1711. recuſæ ſunt 4. titulo *anatomia* C. H. & hic & ubique poteſt conferri.

HORATIUS de *FLORIANIS*, in ſua pro *MALPIGHIO* adverſus *SBARALEAM* apologia, fibras rectas cordis ad bubulum genus recte relegavit.

C. BARTHOLINUS in *Anatomico ſpecimine*, Hafniæ 1701. 4. Amſtelodami 1702. 8. papillares muſculos cordis dextri plures, ſiniſtri pauciores, fibrarum cordis ſimplex ſtratum in ſe ipſum redeuns, fere ut *STUARTUS* deſcripſit.

PETRI CHIRAC Libellum de corde prodiiſſe lego an. 1701. (4. niſi fallor). Ejus autem experimenta aliqua, quibus demonſtratur cordis motum non pendere ab arteriis Coronariis, habet *BESSE* in *Diſc. analytique*. Ipſum Libellum nunquam apparuiſſe *DEMETRIUS* Auctor eſt. *Machiavel en Médec.* I. p. 122.

De

De P. CHIRAC PETRUS SENAC ſcribit, eum archiatrum fermentationem in corde ſtatuiſſe ex materia acida de ſanguine natam, quæ in loculos fibrarum fluat.

HENRICUS RIDLEY in *obſſ. de aſthmate, hydrope*, &c. Londini 1703. 8. editis foraminis ovalis icones & deſcriptionem dedit, non abſque utilitate futuram, ſi obſcuritatem aliquam ſuperaveris, chordulas etiam ſeu cornicula valvulæ ovalis oſtii invenit.

J. B. MORGAGNUS in cordis hiſtoria multa illuſtravit, foramen ovale, ejus valvulam, & chordulas & valvulas arterioſas, globulos Arantii, alia. In epiſtola vero poſthuma XV. cum VALSALVÆ ſinubus aortæ conjunxit obſervationes plurimas de cordis ſinubus, auribus, foramine ovali, Euſtachiana valvula, ſepto cordis, ejusque poris, LANCISIANA hypotheſi.

JACOBUS DRAKE in *Antropologia nova*, Lond. 1707. 8. heteroclitam de reſpirationis & pulſus concentu opinionem propoſuit. Cor in ſitu ad COWPERI delineationem expreſſit.

CHRISTIANUS STROEM in *nova theoria machinæ animalis*, Amſtelod. 1707. 12. motum perpetuum cordis & reſpirationis per cauſas mechanicas explicare conatus eſt.

JACOBUS KEIL in *tentaminibus phyſicis*, Lond. 1708. 8. Anglice editis, & ſæpe recuſis, virium cordis æſtimationem inivit, NEWTONIANA de æſtimanda vi liquidum projiciente formula uſus, valde certe parcam, & alieniſſimam a BORRELIANA, velocitatem vero ſanguinis inſignem demonſtravit, per experimenta & calculos.

G. ALB. HAMBERGERI Diſſ. *de Deo ex conſpectu cordis demonſtrato* in faſciculo exſtat, annum non novi.

CHRIST. ADAM THEBESIUS in Diſſ. *de ſanguinis circulo per cor*, Leid. 1708. habita & Leid. 1716. 8. recuſa & Lipſiæ 1739. 4. & JOH. MUNNIK in Diſſ. *de circul. ſang.* Traject. 1709. propoſita vaſa ſanguinem in cordis ventriculos exhalantia repetierunt, & denique D. ROCHET in VII. volumine Diarii Veneti, quod *Galleria di Minerva* dictum eſt.

GUIL. COWPER in *Myotomia* magna poſthuma præter fibras cordis, magis quam alibi fideliter expreſſas, valvularum etiam arterioſarum naturam, & morbos, & valvulam Euſtachii pictam dedit.

J. PHILIPPUS VERHEYEN exhalationem arteriarum minimarum in cor in *anatome* ſua experimenta confirmavit.

P. DIONIS cordis motum obſervavit, digitum conprimi in actione ſenſit, & brevius fieri docuit.

In J. J. MANGETI *Theatro* obſervationes nonnullas ad Morgagnianas icones adſperſit J. B. BIANCHI.

MICH. ERN. ETTMULLER *de circulatione ſanguinis in fetu*, Lipſ. 1715. 4.

J. MARIA LANCISI de cordis hiſtoria optime meritus eſt. Poſthumo enim opere *de corde & aneuryſmatibus*, Romæ 1728. fol. Venet. 1739. fol. Leid. 1740. 4. (quod promiſſum in editione operum PACCHIONI, Pagliarini Bibliopolæ caſtigatius ediderunt Romæ 1745. 4.) edito anatomen totam hujus viſceris ab integro orſus, fibrarum ordines, valvulam Euſtachii, ſinus venoſos, valvularum ſitum, morbos & nervos cordis, vaginas vaſorum pulmonalium adgreſſus eſt deſcribere. Minime tamen diſſimulo, aliqua ita ſe habere, ut etiam invitus fatear, plenam apud me fiduciam non invenire v. gr. glandularum, quibus humorem pericardii tribuit, excretorios canales: opinio de motu auricularum cum motu cordis homochrono, &c. Obſervationes aliquas, & eam de valvularum in vividioribus animalibus ſitu, ut venas tegant, ſibi vindicat PETRIOLUS in ſua editione EUSTACHII p. 91.

J. M. LANCISI opus *de corde & aneuryſmatibus* prodiit etiam Neapoli 1738. 4. quod quidem opus jam in conclavi 1700. ſcribere cepit.

CHARLES MALOUEN in Tr. *des corps ſolides & fluides, ou examen du mouvement du cœur, des artères*, &c. Pariſ. 1717. 12. quantum ex Diariis video, habet ad BORELLUM animadverſiones, arteriarum elaterem removet a numero reſiſtentiarum, quas cor ſuperat, &c.

ADAMUS BRENDEL in *Obſ. anat.* Dec. III. vaſa exhalantia cordis deſcripſit, ex ſuis experimentis.

ABR. VATER in *prog.* ad Diſſ. *de anatomico acerbius caſtigato*, VVittemb. 1719. 4. aliqua ad valvulam foraminis ovalis adſperſit.

ARENT CANT in *impetuum* Tom. IV. pericardium & verum cordis ſitum, quem anatome conparata corruperat, bene expreſſit.

P. ANT. MICHELOTTI de viribus cordis in KEILIUM animadverſiones dedit.

JOH. JAC. PEYERI obſervationes anatomiæ, Leidæ 1722. 8. etiam ad motum cordis in vivis animalibus lucem adfundunt.

J. DOMINICUS SANTORINUS aures & ventriculos dimenſus eſt & arterioſa venoſaque vaſa cordis; cordis dextri majorem amplitudinem ad ſuas cauſas revocavit, glandulas cordis & pericardii negavit; arteriarum coronariarum originem ſuper valvulas recte adſignavit, in *obſervationibus anatomicis*.

WILLIAM STUKELEY Deſcription of the ſpleen, cor, valvulas, & venoſarum valvularum chordas in Elephanto deſcripſit.

MARTINI MARTINEZ obſervationes de corde, Madriti 1723. 4. editæ, rariores aliquas in corde varietates, & cor extra thoracem continent, &c. Recudi curavi in Diſſ. *ſelectarum* T. II.

JOH. TABOR in *experimentationibus Medicis*, Londini 1724. 8. Vim cordis definire adgreſſus eſt per reſiſtentiam, quam iſti præſtant valvulæ: valde minutam etiam deſcriptionem dedit fibrarum muſculoſarum. Sed hæc quidem falſa eſt, ex icone 23. fibraſque rectilineas; illam ad minimum duplo minoris fecit, cum valvulæ aorticæ ad ſummum dimidiam contractionis aortæ vim ferant.

H. A. NICOLAI Diſſ. de *directione vaſorum*, Argentor. 1725. 4. habet dimenſiones cordis utriuſque, ſed erroneas aliquas ad ejus valvulas obſervationes.

J. WOODWARD reliquit egregia experimenta, quæ in *ſupplement and continuation of an eſſay towards the natural hiſtory of the earth* excuſa ſunt Londini 1726. 8. Plurimis exemplis oſtendere conatur in ſanguine & in ſingulis partibus, non in nervis vitam ſedere. Ea experimenta oſtendunt extracto corde, deletis nervis magnam vitæ partem ſupereſſe.

STEPHANUS HALES propius, quam quiſquam ante eum ad æſtimandam vim cordis acceſſit, inciſis vivorum animalium arteriis, menſurato ſaltu, ad quem ſanguis adſcendit, eoque comparato cum area cordis, unde exſilit. Vide pulcherrimas obſervationes in ejus *Animal ſtatiks*, Londini 1733. 8.

D. SENAC in ſuis *phyſiologicis Diſſertationibus*, quæ cum titulo *commentarii in HEISTERI* anatome an. 1724. & auctius an. 1735. Pariſiis in 8. prodierunt, multa ad motum cordis & ſanguinis tum experimenta attulit, tum etiam ratiocinia. Cauſam pulſus Cordis novam dedit. Nuper audio magnum opus de corde edidiſſe, quod nondum vidi.

D. SENAC opus de corde prodiit Pariſ. 1749. 4. 2. vol. In primo tomo inprimis & in fine ſecundi hiſtoria cordis continetur. Omnes priorum ſcriptorum, quos legat, deſcriptiones acriter & cum animo, ut videtur, carpendi examini ſubjecit, ut ne minutiis quidem parceret. Ipſe novam anatomen propoſuit pericardii, fibrarum cordis, venarum, arteriarum, valvularum arteriarum cordis, nervorum, hanc imperfectiorem. Cordis motum recte ab irritabili deduxit, non perinde vere arteriis tantas partes in circulatione promovenda tribuit, ut etiam abſque corde ſufficerent.

A. B. HEIMAN de pericardio ſano & morboſo, Leidæ 1729. 8.

J. G. DUVERNOY in *Actor. Petropolitanor.* Vol. II. cor Elephanti deſcripſit, glandulaſque, quas ſuſpicatur tinctorium ſanguinis liquorem parare. In VII. v. Tomo *JOS. WEITBRECHT* de *auriculis cordis* egit.

In *ACTIS SUECICIS* anni 1730. cor Teſtudinis deſcripſit *STOBÆUS*.

W. WOOD mechanical eſſay on the heart, Lond. 1729. 4. nihil valde proprii continet.

Huc *JOSEPHI LANZONI* de pericardio tractatus pertinet qui in operibus omnibus recuſus eſt.

D. FERREIN in *duodecim quæſtionibus* quas occaſione vacuæ cathedræ Monſpelii defendit an. 1732. 4. duos novos motus cordis conſideravit, rectum, quo ad pectus accedit & ab eo recedit, & motum converſionis, quo totum cor in priori motu antrorſum ſe convertit. Utriuſque etiam motus cauſam adſignavit, illum a ſinubus venoſis dilatatis cor repellentibus antrorſum, hunc a ſinu ſiniſtro magis quam dexter educto, ob reſiſtentes vertebras.

In *HENRICI BASSII obſervationibus Anatomico chirurgicis*, Hall. 1731. 8. minuta deſcriptio valvularum arterioſarum cordis cum duplici earum muſculo reperitur.

ANDR. ERHARD HEINRICH phænomena cordis, Erfurt. 1734. 4.

WINSLOWI expoſitionem non pergo laudare, quod ubique commendare neceſſe foret.

In opere Danubiano Huſonis cor glandulis obſitum deſcribitur, quæ liquorem aquæ Pericardii ſimilem generent.

CL.

RUYSCHIUS (*a*), in deſcriptione cordis & præparatione ejus conſulendus eſt, ubi

CL. CROESERUS de *tranſitu ſanguinis per foramen ovale*, Groningæ 1735. 4. Diſſertat. edidit.

F. NICHOLLS in *compendio anat. œconomico*, Londini 1736. 4. novam ſententiam de motu cordis propoſuit, nempe alterne dextrum & ſiniſtrum ventriculum contrahi & dilatari, non ut prius putabatur, ſimul utrumque. Ea opinio, nata ex æſtimatione celeritatis, qua ſanguis per pulmones circumducitur, a me olim expenſa eſt in Diſſ. *de motu ſanguinis per cor* 1737. 4. In *Edimburgenſibus* etiam Tentaminibus Vol. III. aliqua contra eam opinionem dubia mota ſunt.

In opuſculor. Scientif. & Philol. T. IV. habet aliqua de motu cordis *HYACINTHUS* de *CHRISTOPHORO*.

C. A. a *BERGEN* in *progr.* Fr. ad Viadr. 1737. 4. quod de *difficultatibus controverſiarum anatomicarum* inſcribit, de modo agit, quo vires cordis ad calculum poſſunt revocari, tum phænomena in vivo animale deſcribit, in *Comm. Lit. Bor.* 1738.

J. G. HAHN in Diſp. de *aëris inſpirati effectu*, quæ cum ejus deſcriptione febrium epidemicarum prodiit, aliqua contra *KEILIUM* de motu cordis monuit.

(*a*) *FRIDERICUS RUYSCH* ad arterias coronarias, earumque ramos, ad venam anteriorem cordis, ad vaſcula vaſorum magnorum, cordis verum ſitum, venas pulmonales quatuor, &c. in Epiſtolis, Theſauris, & Adverſariis obſervationes & icones propoſuit.

Corda Inſectorum deſcripſit *ILL.* de *REAUMUR*.

C. J. TREW. in Tr. *de differentiis hominis nati & non nati*, Norimb. 1736. 4. infinitas fere icones & veras obſervationes ad vias cordis propoſuit, quæ fetui peculiares ſunt, tum ad valvulam Euſtachii.

G. W. MUYS, alibi citatus, carnem cordis reticulatam obſervavit, & in cauſam perpetui mobilis cordis inquiſivit.

CHRISTIAN PHILIPPUS GLASS in Diſſ. *de circulatione ſanguinis*, Hall. 1736. 4. habet pluſculas *CASSEBOHMII* obſervationes.

J. WILH ALBRECHT in *Paraneſi*, Gotting. edita 1736. 4. Iſthmum *VIEUSSENII* pro nova valvula deſcripſit.

J. SAM. SCHAARSCHMID in *diſquiſitione num pulſus cordis in ejus ſyſtole an in diaſtole ſit*, Berolin. 1736. 4. poſt *PERALTUM*, & ante *HAMBERGERUM*, muſculos dilatatores cordis adſumſit.

Ad arteriarum coronariarum ſitum paſſim aliqua in *COMMERCIO NORICO* 1737.

J. SAM. CRELL de valvula Euſtachii, an. 1737. VVittemb. diſputavit, an. vero 1739. *de motu cordis Lanciſiano* contra eum novatorem dixit.

A. F. WALTHER in Progr. *de fabrica auricularum cordis*, Lipſ. 1738. fibras muſculares ſepti & valvularum Euſtachii, idemque *de erubeſcentiis & venarum capitis tumore*, Lipſ. 1739. 4. vim auriculæ dextræ ſphincteris modo in cavam agentem propoſuit.

J. G. BRENDELIUS, Collega noſter clariſſimus, *valvulæ Euſtachianæ* novam iconem & deſcriptionem dedit, VVittemb. 1738. 4.

Et ego an. 1737. *de vaſis cordis* Diſſ. ſcripſi, cui an. 1739. iteratas addidi obſervationes. In iis arteriæ coronariæ earumque exhalantes rami, vena media cordis, & vena ſinus dextri, & innominatæ, & annulus venoſus cordis deſcribuntur. An. 1738. de *valvula Euſtachii* obſervationes edidi, Lipſiæ etiam eodem anno recuſas.

DANIEL BERNOULLI in *hydrodynamicis* correxit formulam menſurandæ celeritatis, qua liquor ex foramine effluit, & eam, qua uſus erat *KEILIUS*, rejecit, aliamque dedit, cujus ope ex ſaltu ſanguinis arterioſi velocitas ſanguinis æſtimari poteſt.

AB. KAAU de perſpiratione, Leidæ 1739. 8. aliqua ad pericardii aquam, ad vaſa cordis exhalantia, fibrarum tranſverſalium abſentiam monuit.

J. EXUP. BERTIN in Diſp. *an cauſa motus cordis multiplex*, Pariſ. 1740. arterias coronarias in ſyſtole cordis repleri, neque adeo vel ab hac theoria vel a nervis cordis compreſſis perennitatem hujus viſceris in motu pendere docuit.

PETRIOLUS, Chirurgus Romanus, in editione ſua *EUSTACHIANARUM TABULARUM*, Rom.

ubi videmus, quam ingenti numero vaſorum arterioſorum & venoſorum cor conſtet.

Rom. 1740. fol. varias ſibi tribuit *LANCISII* de corde obſervationes, & particulas aliquas aliter interpretatur, nonnunquam valde paradoxus.

D. SCHUSTER de aqua ſive *liquore pericardii* 1740. 4. hujus aquæ in recens natis alibique frequenter repertæ exempla adducit.

EMMANUEL SHWEDBERG in *œconomia animalis*, quæ Amſtelodami prodiit, Part. I. 1740. 4. Omnium ſcriptorum maxime paradoxus eſt. Sanguinis globulum fieri ex cubo ſalis marini tanquam baſi, cui varii ſales infixi ſint & ſulfura ad perficiendam figuram ſphæræ, circulationem ſanguinis per cor ita fieri, ut ſanguis ex corde per lacunas in ductus carnoſos penetret, tunc in arterias, perque eas in aortam redeat, &c.

LEANDER PEAGET, Pariſiis an. 1741. 4. defendit *ſanguinem a dextra in ſiniſtram cordis auriculam per foramen ovale tranſire, non contra*.

D. KYPER in Diſſ. de *humorum pericardii*, Leidæ 1741. 4. aliquas obſervationes attulit.

HYAC. THEOD. BARON in Diſp. *an, dum cor contrahitur, dilatentur arteriæ*, Pariſ. 1741. 4. arterias coronarias cum reliquis corporis humani arteriis ſynchronas facit.

D. LIEUTAUD in *Eſſais d'Anatomie* valvulam venoſam dextram ſiniſtramve unicam eſſe, fibras cordis vix in ordinem redigi poſſe, ventriculos æquales eſſe, & alia utiliter monuit. In ſyſtole cor brevius fieri monet. Valvulas arteriarum claudere credit arterias coronarias.

D. BLOEMESTEYN de *humorum motu per vaſa ſanguinea*, Leidæ 1744. 4. aliquas ad globulos Arantii obſervationes adfert.

D. GEISLER de motu ſanguinis per vaſa coronaria, Gorliz. 1743. 4. experimenta de vaſis exhalantibus cordis inſtituit, & aliqua in aliorum obſervationibus mutavit.

CAR. AUG. A BERGEN in *obſervat. anat. phyſiol.* Pentade, Francofurti ad Viadrum an. 1743. edita, utiles ad foramen ovale obſervationes attulit.

FERREIN & *PERSON* in theſi anno 1743. 4. per experimenta demonſtrat cor brevius fieri.

J. E. HEBENSTREIT de *venis communicantibus*, Lipſ. 1744. 4. fibras carneas valvulæ *EUSTACHII* ab auricula ortas deſcripſit.

AL. MONROO apud *CHESELDENUM* de relaxatione cordis eam hypotheſin ſequitur, quam *BOERHAAVIUS*, tum *SWIETENIUS* II. p. 18.

In *ſyllabo partium corporis humani* Petropoli edito T. XV. XVI. figuræ fibrarum cordis, & vaſorum thoracis cordiſque habentur.

CL. SAUVAGES in notis ſuis & diſſertationibus ad *HALESII* hæmaſtaticam adjectis motum cordis definire adgreſſus eſt noviter, comparando cor cum folle, qui compreſſus a pondere liquorem per tubum propellit. Ita valde exiguam vim invenit & in *JURINUM*, *KEILIUM*, *BORELLUM* obſervationes adſperſit, ut integram contractionem iſte, *KEILIUS* vim columnæ ſanguineæ per aortam pulſæ, *JURINUS* vim definiret, qua cor ſanguinem ex ſuis thalamis exprimit.

ABRAH. ENS de cauſa motum cordis alternum producente, Ultraj. 1745. 4. varia experimenta in corde animalium vivorum inſtituit, eam a nervis pendere demonſtravit, &c.

GEORG. LUDWIG. de *MOUGE' de corde in genere*, Baſil. 1745. 4.

BRYAN. ROBINSON in nupero L. *of food and diſcharges* cordis rationem ad reliquum corpus definivit, idque oſtendit in junioribus majus eſſe tum in avibus, in piſcibus minimum.

ANTONII PETIT & de *VALLUN ergo an in ſyſtole ſua cor decurtetur*, Pariſ. 1746. 4.

BROWNE LANGRISH in nuperrimo ſupplemento *Phil. Tranſactionum* anni 1747. hypotheſin de motu cordis alterno protulit, negavit ſanguinem cauſam ejus motus eſſe; fibras cordis laxatorias dari ſuſpicatus eſt, phænomena motus obſervavit.

DANIEL PASSAVANT in Diſſ. *de motu cordis*, Baſ. 1748. vim, quam cor exercet ad calculum noviter revocavit, non valde magnam eſſe oſtendit, ex ſubſiliente ad perpetuam docuit referre. Vim ſtimuli agnovit.

CL. KRUGERUS in nova editione ſuæ *Phyſiologiæ* multa experimenta ad motum cordis pertinentia citat, quæ *WOODWARDO* tribuit. In quonam vero Libro exſtent, nunc mihi quidem non occurrit.

D. BUTTNERUS Regiomonti *de corde & pericardio extra corpus pendente* an. 1747. Diſſ. edidit

ſtet. Qui hos conatus vult perſequi, cor coquat, ſanguine orbet, pinguedinem auſe-

edidit 4. Germanica lingua cum titulo *bevveiſs daſs ein Kind mit dem aus der bruſt gevvachſenen herzen leben könne*.

J. J. HUBER de foramine ovali ſuas cogitationes edidit Caſſelis 1747. 4. in quas alibi judicium meum dedi (*prog. de for. ov. & valv. Euſt.*) ubi hoc ſcriptum tum anatomicis, tum phyſiologicis erroribus pleniſſimum eſſe demonſtravi.

J. JAC. ROHT de liquore pericardii, Argentor. 1748. 4.

In *SELECT. FRANCOF.* de valvulis aortæ quæritur, & concluditur poſſe tegere oſtia arteriarum coronariarum Auctor *CL. GIERING*.

De pulſu & motu cordis adeo plerique veterum practici ſcripſerunt *GALENUS*, *ACTUARIUS* aliique, quos in practicis repetemus.

JOH. ARGENTERIUS de calido innato, Florentiæ 1566. 4. cum aliis Libellis. *

J. FRID. SCHROETER de natura ſeu origine calidi innati, genæ 1583. 4.

SALUSTII SALVIANI de calore naturali L. II. Romæ 1586. 8. *

CAMILLI THESAURI pulſuum opus abſolutiſſimum. Neapol. 1594. 4. *DOUGLAS* *.

PETRUS PAULUS GALLIO de pulſibus. Peruſiæ 1597. 4. *DOUGL.* *

ALFONSUS NUNESIUS de pulſibus. Salmanticæ v606. 4. *DOUGLAS* huc ſerviat. *

ANTONII MERINDOLI de calido innato & humido primigenio. Lond. 1655. 8. *DOUGL.* *

POMPEII CAIMI de calido innato. Venet. 1626. 4. Pro *GALENO*.

JAC. MOEBII diſquiſitio calidi innati & influentis. Marpurgi 1627. 4. *

SANCTORIUS de *SANCTORIIS* in ſuo *Comment. ad I. Fen Avicennæ*, pulſilogium deſcribit (p. 21. 22. 78. quod *C. BARTHOLINUS* vidit *Probl.* VIII. *Exerc.* IX.) ad differentias motuum æqualium inveniendas excogitatum.

J. HENR. BRONZER de calido innato & principatu jecoris. Patav. 1627. 4. in Tr. de hepate repetemus.

HERMANNI CONRINGII L. *de calido innato*. Helmſt. 1647. 4. Habitare in ſepto cordis ponit.

CÆSARIS CREMONINI de calido innato pro Ariſtotele adverſus Galenum. Leid. 1634. 4.

CÆS. CREMONINI l. c. calidum innatum verum elementarem calorem eſſe defendit.

F. LICETI Reſponſa ſeptem quæſitis de motu ſanguinis. Utini 1647. 4. *

PAUL. AMMANNI de caloris nativi natura. Lipſ. 1657. 4.

C. HOFMANNI de calido innato & ſpiritibus. Francof. 1667. 4.

Non alibi nempe opportunius diſponere licuit eos Auctores qui de motu ſanguinis, & circulatione, ut vocant, & calore; aliiſque cum motu cordis connexis actionibus ſcripſerunt, omiſſis tamen practicis. Plerique vero recentioris ſunt ævi.

Spiritus per pulmones motum in ſiniſtrum cor primus *GALENUS* vidit & deſcripſit *de uſu partium*. L. VI. c. 10. 15. ut tamen ſanguinem crederet per ſepti poros imaginarios venire. It. *de utilitate pulſus* nonnulla L. II. huc ſpectantia habet, ut anaſtomoſis venarum & arteriarum, tum *de facultatibus naturalibus* L. III.

ERASISTRATUS experimentum fecit, quod poterat ad circulationem ſanguinis facere: ligavit femora & brachia in ſputo ſanguinis. *CELSUS* L. IV. c. 4.

ANDREAS VESALIUS non ſolum ſeptum cordis contra veteres impervium eſſe defendit (*de Corp. hum. fabr.* p. 274. 734. 746.), ſed etiam *CARPENSIS BERENGARIUS* ejus poros ægre in homine apparere monuerat in *MUNDINUM* p. CCCXLI. *VESALIUS* autem de vera circulatione non obſcuras cogitationes aluit, ſanguinem nempe, certe ſub quibuſdam conditionibus ex ramis venarum in truncos venire (p. 443.)

G. FALLOPIUS arteriam infra vinculum non pulſare, neque eam ergo vim inſitam eſſe expertus eſt (*de part. ſimil.* p. 170.), de quo etiam experimento *HARVEIUS* egit & *R. VIEUSSENS in Neurologia*.

MICHAEL SERVETUS de *VILLA NOVA*, *GUINTERI* Andernacenſis diſcipulus (quem iſte in *præfatione ſuarum inſtitutionum* edit. Baſil. *VESALIO* laudat) *GALENI* ſententiam de ſanguinis motu per pulmones ornatius propoſuit in L. V. *de Trinitate*, cujus fragmen-

tum

auferat, & ſuſpendat in aqua tepida, & aquam continuo renovet, hocce modo pergat

tum apud J. *DOUGLAS*, & apud *S. R. MOSHEMIUM* exſtat in *andervveltigem verſuch einer Ketzer hiſtorie*. Helmſt. 1748. 4. Hic homo omnino non partem ſanguinis ex dextro corde egreſſi, ſed eum ſanguinem in pulmone ad flavedinem erectum, & pro ſpiritu vitali præparatum, omnem ad ſiniſtrum ſinum venire ſcripſit ob arteriæ pulmonalis molem nimiam, quam pro nutriendo pulmone ſufficeret.

REALDUS COLUMBUS eam circulationem, quam voco *minorem*, & Ipſe confirmavit in *de re anatomica* L. VII. p. 177. argumento ſumto & a magnitudine nimia arteriæ pulmonalis, & a ſanguine, quem in pulmonali vena repererat, cum ſecundum *GALENUM* ſpiritus ſolum deberet continere.

Ad Auctores, qui circulationem minorem receperunt, pertinet etiam *CASP. PEUCER de variis divinationis generibus*, p. 245.

Ea ipſa ſententia ante *HARVEIUM* frequenter recepta eſt. Eam *JULIUS CÆSAR ARANTIUS* ſatis veram eſſe vidit, cum poros ſepti cordis negaret, arteriæ pulmonalis magnitudinem obſervaret, & valvularum venæ pulmonalis ſitum, qui nihil a corde tranſmitteret *Obſervat. anat.* XXXIII. non tamen auſus eſt viam ingredi, quam certam eſſe videbat. Eam circulationem minorem receperunt etiam *J. VALVERDO* (qui *COLUMBUM* citat auctorem L. VI. c. 14.), *FELIX PLATERUS* p. 114. *L. MERCATUS* L. *de pulſu* (apud C. B. *Theatr.* p. 224.), *ADRIANUS SPIGELIUS* p. 278. *JOH. LANGIUS* apud *FOLIUM*. *PIGAFETTA* Falloppii Diſcipulus apud *MONAVIUM* in *Ep. Craton* L. V. p. 313. *C. HOFMANNUS Apolog. pro Galeno* p. 117. *de Thorace* p. 45. *de uſu partium* p. 107. qui & ipſe ſepti foramina rejecit *Apolog.* p. 121., & *H. CONRINGIUS* in Diſſ. *de calido innato*, Leidæ jam an. 1627. edita n. 20.

Denique *ANDREAS CÆSALPINUS* non circulationem ſolum minorem docuit, ut notiſſimum, (in Q. Peripat. V.) ſed in ſomno ſanguinem per venas in cor redire, uti in vigiliis per arterias exierat, docuit in *Quæſt. Medica.* 17. L. II. p. 234. argumento a ligatura venarum in venæ ſectione ſumto. In L. I. c. 2. *de plantis* alimenta per venas ad cor venire dixit. Verum id poſſis Galenice interpretari. De *LEONHARDO BOTALLO* diximus. Ejus liber *de via ſanguinis a dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum* recuſus eſt Ven. 1690. 4.

Verum anno 1628. *GUILIELMUS HARVEIUS* Francofurti *Exercitationis Anatomicæ de motu Cordis & Sanguinis*, vitioſam ſatis & imperfectam editionem dedit in 4. quo non minorem ſolum circulationem, ſed majorem per omnia corporis vaſa, in ſummam lucem conſtituit. Argumento uſus eſt ligaturarum quas venis injecerat, valvularum, &c. Recuſa eſt Leid. 1739. 4.

Cum vero *JOHANNES RIOLANUS* varia contra *HARVEIUM* moliretur, reſpondit vir magnus, & prioribus diſputationibus duas alias addidit, quibus difficultates *RIOLANI* ſolveret, *CARTESII* admiſtas vero ſcorias refutat. Hæ tres Diſſertationes infinitis locis recuſæ ſunt ſub titulo *de motu cordis, & ſanguinis circulo exercitationes anatomicæ III.* Lond. 1660. 8. Roterodami 1649. 12. 1659. 1661. 1671. 12. & nuper procurante *ALBINO*, Leid. 1736. 4. tum Anglice ſub titulo *anatomical exercitations concerning* &c. Lond. 1653. 8.

Verum, ut fieri ſolet, contra novam veritatem plurimi Medici inſurrexerunt. Et alii quidem unice *HARVEIO* laudem inventi ſtuduerunt eripere. Ergo ad *HIPPOCRATEM* retulerunt circulantis ſanguinis cognitionem plurimi, & anteſignanus *J. ANTONIDES van der LINDEN*, cujus *Hippocrates de circulatione ſanguinis* 29. diſputationibus prodiit Leidæ 1659. *ſeq.* Alia etiam & alia loca ſubjecerunt nuperi, *PHILIPPUS JACOBUS HARTMANNUS de perit. vet. Anat.* p. 62. *JOH.* ab *ALMELOVEEN invent. nov. antiq.* p. 241. *PETRUS BARRA Hippocrate de la circulation du ſang & des humeurs.* Lyon 1682. 12. *. *CAROLUS DRELINCURTIUS* in epimetris ad diſſ de *lienoſis*. *CAROLUS PATINUS circulationem ſanguinis veteribus cognitam fuiſſe*. Patav. 1685. 4. * *LAURENTIUS HEISTERUS* in p. *an ſanguinis circulus veteribus incognitus fuerit*. Helmſt. 1721. 4. conf. *Annal. Jul.* 1 p. 146. *P. REGNAULT Origine antique de la Phyſique moderne*. Entret. I. p. 156. 157. *NEMESIUM* excitant alii, ut ipſe doctiſſimus J. *G. BERGERUS de natur. hum.* p. 55. & Editor Oxonienſis Nemeſii.

Mihi

pergat per aliquot ſeptimanas; ita fit glomer vaſorum, pinguedo enim ſenſim
Ccc tolli-

Mihi vero omnino viſum eſt, & *HIPPOCRATEM* & *GALENUM* & veteres aliquos aliquam habuiſſe ſuſpicionem de ſanguinis ex minimis arteriis in venas commeatu, ſed eum motum reciprocum ſtatuiſſe, & in univerſum iis vocibus eſſe uſos, quas de circulatione majori nemo ante *HARVEIUM* intellexerit.

Inter primos, qui *HIPPOCRATI* circulantis ſanguinis cognitionem tribuerent, fuit *J. NARDIUS Noct. medic.* X.

Huc etiam referendus eſt *G. C. STENZEL de veſtigiis circulationis ſanguinis apud HIPPOCRATEM*, VVittemb. 1731. 4.

Denique *NATALIS FALCONET* in libello, qui cum ejus opere *des fievres* prodiit, oſtendere conatur ex voce *παλιῤῥόη*, ex tardiori reditu (*διεξόδῳ*) ſanguinis refrigerati, aliiſque boni ſenis locis, eamdem gloriam Coo vindicare nuper anno 1723. conatus eſt.

Alii ad *F. PAULUM SARPI* retulerunt inventum, ut *ULMUS*, *WALÆUS*, *THOMAS CORNELIUS*, perſonatus ille *LEONICENUS*, ſive *PECHLINUS* fuerit, ſive *DRELINCURTIUS Metamorph. Apollin & Æſculapii.* p. 76. (qui longam hiſtoriam narrat ut habuerit a *SARPIO HARVEIUS*), *J. VESLINGIUS in Epiſt. a BARTHOLINO* editis *Cent.* 1. Ep. 26. (qui etiam codices manu *SARPII* ſcriptos citat). Alii ad *THOMAM HARRIOTUM* referunt, ut *LINDENIUS* l. c. n. 19L.

Verum de iis omnibus viris nemo experimenta citat, per quæ ad cognoſcendum verum pervenerit. Et, ſi valvulæ a *FABRICIO* inventæ *PAULO* oculos aperuerunt, cur demum ipſe *FABRICIUS* tanto *SARPIO* vicinior, nihil de ſui inventi ſplendida utilitate ſuſpicatus eſt? Et *J. DOUGLAS* ex Patre *FULGENTIO* Auctore vitæ *SARPII* demonſtrat, non circulationem ſibi *SARPIUM* tribuiſſe, verum valvulas. Aliqui, ut *CL. SENAC* (*Eſſais de Phyſique*), p. 416. ſuo *HON. FABRO* circulationem ſanguinis tribuunt, anno 1638. publica theſi defenſam, duobus annis antequam *HARVEIUS* ſcripſiſſet (*FABER* ipſe *de homine Lib.* I. *prop.* 2.) Verum boni viri ignorant *HARVEIANUM* ſcriptum decem ante annis, anno nempe 1628. prodiiſſe.

Ad auctores qui *SARPIO* circulationis ſanguinis inventionem vindicare ſtudent, pertinet *CL. GEMMA*, ſed neque iſte ullum idoneum pro *SARPIO* teſtimonium protulit, cum de ea lite in *Italia letterata* diſquireret, p. 696.

PETRUS LAUREMBERGIUS in Collegio Anatomico. Roſtoch. 1636. 4. circulationem ſanguinis pro re nova deſcribit, & fuſe tuetur nullo inventore nominato.

Alii, ut *WEDELIUS de circulatione ſanguinis ÆGIDIUM GUTHMANNUM*, fanaticum hominem citant, qui in *offenbahrung göttlicher Majeſtät* circuli nomen habet.

Alii *HELFRICUM DIETERICUM* habent, qui anno 1622. vel 1624. de circulatione cum *CASPARE HOFMANNO* egerit.

HELFRICUS DIETERICUS, quem aliquos pro inventore circuli ſanguinis habere diximus, deque eo cum *C. HOFMANNO* egiſſe, unicus in *vindiciis adverſus TACHENIUM* ſibi teſtis eſt, ubi ex vivis canibus anno 1622. conatum fuiſſe probare repugnanti *HOFMANNO*.

Alii refutaverunt omnino novum inventum, & vel veteres theorias defenderunt, vel luce nova abuſi, proprii aliquid loco *HARVEIANI* inventi ſubjicere ſunt conati.

Primus in *HARVEIUM* arma movit *JACOBUS PRIMIROSE*. Ejus viri ſunt *Exercitationes & Animadverſiones de motu ſanguinis contra HARVEIUM* Londini 1630. 4. Leid. 1639. 4. & *Animadverſiones in Walæi diſp. quam pro ſanguinis circulatione Harveiana propoſuit*. Amſtelod. 1639. 1641. Leid. 1656. 4. & *Obſervationes in theſes quas pro circulatione ſanguinis defendit Henricus le Roi*. Leidæ 1640. 4. 1656. 4. & *in antidoto adverſus H. Regii venenatam ſpongiam*. Leid. 1644. 4. varia objecit. Ligata vena plus ex parte fluere quæ cordi eſt propior, quam ex ea quæ remotior, &c. Pleraque tamen theoretica ſunt & captiunculæ.

ÆMILIUS PARISANUS de cordis & ſanguinis motu lapidem lydium edidit Venetiis 1635. fol. recuſum Leidæ 1693. 4. Sed eum Auctorem etiam tunc nemo legebat, quando de novo invento adhuc certabatur.

C. HOFMANN in Apolog. pro Galeno L. II. *Sect.* IV. c. 48. *in digreſſione ad circulatio-*
nem

tollitur, & fibræ extricantur a ſe mutuo, unde clariſſima & diſtinctiſſima cordis oritur idea.

nem ſanguinis, Pariſiis edita 1647. 4. & *cum novis Opuſculis Riolani* recuſa 1652. 8. Sanguinem non moveri, ut aqua in fluvio, ſed fluctibus excitari, ut mare, docuit *Apolog.* pag. 106.

ECCARDI LEICHNER de motu ſanguinis exercitatio antiharviana. Arnſtad. 1647. 12. Jen. 1653. 12. Amſtelod. 1665. 12. (*LIND.*) Cavilli ſunt, ſumti a tormentis pereuntis animalis, quæ motum ſanguinis confunderent.

J. RIOLANI Opuſcula anatomica. Londini 1649. 4. habent *novam doctrinam de motu circulatorio ſanguinis in corde. Notas in duas J. Wallæi Epiſtolas de circulatione*. Hæc etiam cum Anthropographia exſtant. In *novis Opuſculis*, Pariſiis 1652. habentur *notationes ad primam Exercitationem Harveii*: *Reſponſio ad duas exercitationes anatomicas poſtremas. Not. in Tr. Gaſſendi de circulatione ſanguinis: admonitio ad P. Guiffard de officio cordis novo. Defenſio adverſus inquiſitionem Slegelii de motu ſanguinis*. Argumentum a varicibus ſanguinis motum non penitus intercipientibus, ante *PISONEM* protulit *de circulat. ſang.* p. 576. Arteria ligata venam inciſam tamen ſanguinem ſuppeditare, ligatura injecta ſanguinem nonnunquam non fluere, ut oporteat removere vinculum, & alia objecit. Novam autem circulationem docuit, ut in vena portarum quidem ſanguis maneat, nec ad cor redeat, ſeptum cordis ſit pervium, & ſanguinem a dextro cordis in ſiniſtrum tranſmittat.

HIERONYMUS FRANZOSIUS de motu cordis & ſanguinis in animalibus pro Ariſtotele & Galeno adverſus neotericos ſcripſit L. II. an. 1651. editos. *

NICOLAI PAPINI cordis diaſtole adverſus Harveianam circulationem defenſa. Alençon 1653. 4. *

FRANCISCI ULMI in circulationem ſanguinis Harvejanam Exercitatio anatomica. Auguſtoriti Pictonum 1659. 4. *

Minabatur etiam ſe contra circulationem ſcripturum *M. AUR. SEVERINUS* Ep. VII. apud *SEGERUM* poſt. l. *de Lymphæ Bartholinianæ quiditate*, ei parum tribuebat *GUIDO PATINUS*.

Ab eo tempore rari fuerunt, qui *HARVEIO* obloquerentur. *FRIDERICUS SCHILLING* an. 1679. Baſileæ contra *HARVEII* circulationem diſputavit.

RAYMUNDUS RESTAURAND in Zodiac. Med. Gal. P. V.

LUDOVICUS HANEMANNUS de motu cordis. Kiloni 1706. 4. * Dicitur apud *STOLLIUM* contra circulationem ſcripſiſſe.

HOMOBONUS PISO in ultione antiquitatis, Cremon. 1690. 8. & *in nova diſquiſitione de circuitu ſanguinis*, Patavii 1726. 4. objectiones partim ſuas, partim *RIOLANI* repoſuit, & etiam cum *MORGAGNO* experimenta faciente auſus eſt contendere. Objicit venena aliqua aliis celerius necare, quod fieri non oporteat, ſi communi via ferantur: lac injectum venæ brachii in brachium eſſe relapſum: venam ſupra ligaturam ſanguinem dediſſe, & inter duas ligaturas. Reliqua fere ex theoriis ſumſit.

PETRUS ANTONIUS de *MARTINO* in *reſponſione ad trutinam medicam MUSITANI* tractavit *de morbis corporis humani* & impugnavit *HARVEIANAM* ſanguinis circulationem Neapoli 1699. 4. *

JOS. BROWNE in *lecture of anatomy againſt the circulation of the blood*. * Annum non novi, ſed hujus ſeculi eſſe apparet ex libello *Diſcourſe concerning the circulation of the blood in Anſvver to D. BROWNE's lecture* by *J. GARDENER*. Lond. 1700. 4. (*HARLEY*).

Denique *LYSERUS in primis Syſtematis novi medici lineis*. Argentorati 1722. 4. circulationem ſanguinis in dubium revocare ſuſtinuit, & in *BORELLI* calculos de motu cordis animadvertit.

Contra veritatem adgnoverunt, & novum de motu ſanguinis venoſi inventum receperunt meliores animæ.

Inter primos fuit *ROGERIUS DRAKE* in diſp. *de circulat. naturali*. Lond. 1643. 4. 1656. 4. & *vindic. contra animadverſiones Primiroſii in Theſes ſuas*. Lond. 1641. 4. * Leid. 1647. 4. * 1656. 4.

Tum

Tum *JOHANNES WALÆUS* primus *SYLVIO* monente circulationem ſanguinis in cathedras intulit (*BARTHOLIN. Orat.* X.) Ejus Epiſtola I. & II. *de motu chyli & ſanguinis ad Bartholinum*, & ſola cum Bartholiniana Anatomia edita eſt Leidæ 1641. 1643. 1651. 1669. 1670. 8. Hag. 1656. & 1663. 8. * Hæ duæ & cum *SPIGELIO* Epiſtolæ plenæ ſunt experimentis egregiis, vinculorum ope factis, fere in omnibus totius corporis venis. Ad *PRIMIROSII* etiam objectiones reſpondet.

F. SYLVIUS ex primis circulationem ſe docuiſſe & *ADOLPHUM VORSTIUM* conviciſſe teſtatur *Diſp.* V. n. 15. Hypotheſin idem adhibet in *Diſp.* VIII. ad cauſam motus cordis.

GEORGIUS ENT in *Apologia pro circulatione ſanguinis*. Lond. 1641. 8. & *in operibus omnibus* præter rationes pro veritate inventi, laudem etiam primæ demonſtrationis *HARVEJo* adſeruit, non tamen abſque anachroniſmis. Idem Biolychnium defendit.

JOHANNES TRULLUS, eximius Chirurgus & lithotomus, Romæ novam veritatem ex primis defendit. *SINIBALD* in *Geneanthropia*. p. 523.

HENRICUS REGIUS in *Theſibus* Ultrajecti defendit *CARTESIANAM* de motu ſanguinis hypotheſin. *IDEM* ſcripſit *ſpongiam qua eluuntur ſordes animadverſionum JACOBI PRIMIROSII adverſus Theſes de circulo ſanguinis in Academia Ultrajectina nuper diſputatas*. Leidæ 1640. 4. 1656. 4.

HERMANNUS CONRING de ſanguinis generatione & motu naturali. Helmſtadii 1641. 4. Leid. 1646. 8. Pro *HARVEJO*.

JOH. MARQUARD SLEGEL de motu ſanguinis commentarius. Hamburg. 1650. 4. *RIOLANI* circulationem refutat.

V. FORTUNATUS PLEMPIUS dubitabat de circulatione apud *BEWERWYCHIUM de Calculo* & contra ſcripſerat in *fundamentorum Medic.* editione I. an. 1638. Sed idem victus a vero in nova editione, II. *Fundamentorum*, anni 1644. & faſſus eſt errorem, & experimenta pro *HARVEJO* attulit p. 113. & refutavit poros ſepti cordis, quos *O. HEURNIUS* & *FALLOBURGIUS* ſtylo fingebant (*DIEMERBROEK Anat.* p. 278.), & retinebat *ROLFINKIUS*, & ipſe *BARTHOLINUS*, p. 378. 401. *Anal. IDEM* jam an. 1642. Jenæ primus circulationem defendit in diſſertatione, cujus *reſpondens* fuit *J. T. SCHENK* (Schenkio teſte in *Schola part.* p. 57.)

PETRUS GASSENDUS in L. *de ſanguinis circulatione*, qui prodiit cum ejus *Philoſ. Epicurea*. Lugduni 1649. fol. a me nondum lectus eſt.

RENATUS des *CARTES de motu cordis & circulatione ſanguinis* inter Epiſtolas a *JOH. BEVERWYCK* editas, Roterod. 1665. 8. Cordis quidem motum habet erroneum, cum in diaſtole ſanguinem exire doceat. Reliquam tamen circulationem recepit. In L. *de formato fetu* eadem habet, & calorem innatum cordis adfirmat.

JACOBUS DE BACK de Corde. Roterod. 1648. 1659. 1660. 1671. 12. &c. Carteſium & Biolychnia refutat, cæterum de bile & ſucco pancreatico infelicem theoriam habet, neque valde ſcio, quomodo *nervoſi* nomen adeptus ſit.

JOHANNES PECQUETUS in *Exper. anat. T. BARTHOLINUS*, *CAROLUS DRELINCOURT in Canicidiis*, *J. G. BERGER*, *P. DIONIS*, *JOH. PHIL. VERHEYEN*, *R. VIEUSSENS neurograph.* p. 26. experimenta in vivis animalibus pro demonſtrando ſanguinis per venas regreſſu propoſuerunt.

GUILIELMI de *HENAUT Clypeum*, *quo tela in PECQUETI Cor a Car. le Noble conjecta infringuntur*. Rothom. 1655. 12. * non legi, & forte pertinet ad ductum thoracicum.

MAURICIUS HOFMANNUS de tranſitu ſanguinis per medium cordis ſeptum impoſſibili contra Galenum & Riolanum. Altd. 1659. 4. & EJ. *de tranſitu per medium pulmonem facili* eodem anno *B. PLATN.*

Denique contra ultimum hoſtem *PISONEM* & *MORGAGNIUS* experimenta fecit, & reſpondit *J. JACOBUS MANGET* in *Bibl. an.* p. 955. & experimenta etiam protulit.

Etiam nunc tamen teſte *CL. HIFFERNAN of man* Hiſpani non valde credunt circulationi ſanguinis, & vidit ipſe medicum, qui ad demonſtrationem reſponderet; videri ſibi, neque tamen ſe credere, p. 42.

Inventionis vero gloriam *HARVEJO adſeruit ARCHIBALDUS PITCARNE* in Diſſ. *de Inventoribus*, & Hippocrati non fuiſſe notam circulationem oſtendit *ANDREAS OTTOMARUS*

RUS GOELICKE Period. V. *Hiſt. Med.* p. 498. & *DANIEL CLERICUS hiſtoire de la Médeci-ne.* p. 127. *G. C. SCHELHAMMER* in *Phyſiolog.* p. CLIV. Legi etiam poteſt *ILL. C. J. TREWIUS de diff. hom. nat. & non nat.* p. 60.

Ad hiſtoriam inventi *HARVEIANI* legi etiam poteſt *P. GERIKE de circulatione ſanguinis*, Helmſtad.

Modeſtiſſimum vero virum fuiſſe *HARVEIUM* ipſe, qui tamen contra novum inventum ſcripſit, teſtis eſt *J. NARDIUS Noct. genial.* p. 274. conf. p. 54. Buſtum *HARVEII* in *coll. CUTLERIANO* conſecravit *R. MEAD tour through great Brit.* II. p. 435.

ALEX. de *VICENTINIS de calore per motum excitato atque de cœli influxu*. Veronæ 1664. 4.

In *GUALTHERI CHARLETON Oeconomia animali*. Lond. 1658. 8. Amſtelod. 1659. 12. quæ eadem pro titulo habet *of nutrition and voluntary motion*. Lond. 1659. 4. & in *inquiry into humane nature*. London. 1680. 4. habetur etiam de circulatione caput. Flammulam vitalem defendit.

FRANCISCI FOLLI recreatio Phyſica, in qua de ſanguinis & omnium viventium analoga circulatione diſſeritur. Florent. 1665. 8. *PLATN.* *

M. MALPIGHIUS in Epiſt. II. *de pulmonibus* primus microſcopio uſus eſt ad demonſtrandam ſanguinis circulationem.

PHILIPPI JAC. SACHS Oceanus macro-microcoſmicus. Breslav. 1664. 8. Compilatio.

ANT. DEUSING de motu cordis & arteriarum. Groning. 1663. 12. jam dictus eſt. *IDEM in exercitationibus phyſico-anatomicis*. Groning. 1660. 12. egit etiam de ſanguificatione, &c.

HENRIC. MEIBOM de motu ſanguinis naturali & præternaturali. Helmſtad. 1668. 4.

R. LOWER de motu ſanguinis caput habet lectu digniſſimum.

GUALTHERUS NEEDHAM Biolychnium refutavit, quod *J. HOLST* (apud *BARTHOLINUM de luce hominum & brutor*. Hafniæ 1669. 8.) adhuc defenderat.

Sic etiam *C. BARTHOLINUS de Diaphragmate*, de humorum motu a fibra motrice, de corde, &c. aliqua capita habet. *IDEM* peculiari figura viſcera, per quæ circulatio fit, expreſſit *in Hiſtoria Anatomica*.

J. BOHN. de circulatione ſanguinis, Lipſ. 1671. 4.

STEPH. BLANCARD de circulatione ſanguinis per fibras & de valvulis in iis repertis. Amſtelod. 1676. 12. Hypotheſis eſt, refutat tamen fermentationem cordis.

CHRIST. JOH. LANG de circulatione ſanguinis. Lipſ. 1680. 4. Diſp.

J. ALPH. BORELLUS in L. II. de motu cordis, uti jam monuimus, deinde de motu ſanguinis ab arteriis, de ratione impetus cordis ad reſiſtentiam arteriarum, aliiſque huc pertinentibus egit.

J. SWAMMERDAMMIUS Thermometrum pro addiſcendis gradibus caloris ægrorum & animalium propoſuit (*de reſpirat.*), quod deinde inventum inſigniter auxit *BOERHAAVIUS*, & in praxi adhibuit.

R. W. KRAUSE de fermentatione ſanguinis non exiſtente. Jen. 1682.

ANTON FILIPP. CIUCCI filo d'Arianna .... al quale ſi aggiunge un breve trattato della circolazione del ſangue, Macerata 1682. 12. *

ANTONIUS de *HEIDE in obſervationibus*, quæ Amſtelodami 1684. 8. & 1686. 8. prodierunt, aliqua ad explicandam mutationem motus ſanguinis a venæ ſectione experimenta ex vivis animalibus habet.

Cum *ANDREÆ SNAPE Anatomy of a horſe* prodiit ejus *Diſſ. on the motion of chyle and blood*. Nihil valde ſingularis, niſi quod neget arteriarum venarumque anaſtomoſes.

G. WEDEL Phyſiologia pulſus. Jen. 1689. 4.

LAURENTII BELLINI de urinis & pulſibus & vena-ſectione L. Bonon. 1683. 4. Lipſ. 1685. 4. Leidæ 1717. 4. In Tr. *de pulſu* phyſiologiam motus arterioſi habet. In eo de *venæ ſectione* mutationes a venæ ſectione in motu ſanguinis ortas ita conſiderat, ut ejus theoria a pleriſque Medicis recepta ſit. *EJUSDEM* Opuſcula ad *ARCHIBALDUM PITCARNE*, Piſt. 1695. & Leid. 1696. 1714. 4. Huc pertinent libelli *de motu cordis*, & de *motu liquidorum*. In illo aliquam de motu cordis alterno theoriam habet. In iſto arteriarum conice decreſcentium reſiſtentias, areas & anaſtomoſes arteriarum, harumque effectus conſiderat. Ubique tragicus, parcus in experien-

periendo, plurimus in admirando, & verboſus demonſtrator. Ab eo provenerunt falſæ theoriæ, celeritatem ſanguinis in inflammatione augeri, quod pars canalium obſtructa ſit: plicam quamlibet in vaſe de velocitate tota liquoris per vas fluentis eam partem deterere, quæ ſit ad velocitatem, ut unitas ad plenum numerum, &c.

RAIMUNDUS VIEUSSENS de cauſa pulſus, de motu cordis experimenta habet. *IDEM* in Tr. *du Cœur* & alibi Cordis fermentationem defendere eſt conatus.

G. C. SCHELHAMMER de pulſu. Helmſtad. 1690. 4. ex impulſu ſanguinis & arteriæ figura conica pulſum & ejus adfectiones explicat.

SPOLETUS, quem de *Secretionibus* citabimus, huc etiam pertinet. Retardari ſanguinem in minimis & reſolvi docet.

G. COWPER in introductione ad anthropologiam & in *Phil. Tranſ.* n. 285. de circulatione egit, eamque poſteriori loco per microſcopia defendit.

JAQUES CHAILOU Recherches ſur l'origine du mouvement du Sang, du Cœur & de ſes vaiſſeaux, du Lait, des Fièvres intermittentes & des humeur. Pariſ. 1664. 8. (*HÆNEL. B.*) 1679. 12. 1699. 12. Theoreticus, circulationem, rem tunc novam, defendit, lac ex chylo parari demonſtrat, &c.

ANTONIUS van *LEEUWENHOEK* circulationem ſanguinis microſcopii ope in animalibus variis, ſed piſcibus inprimis, magis conſpicuam reddidit, motum retrogradum obſervavit in languentibus, & vaſculorum minimorum ſtructuram cylindricam abſque valvulis. Ultimo bonus ſenex eo delapſus eſt, ut ſanguinem in arteriis lente, in venis celeriter moveri, & in iſtis pulſare docuerit.

In *Phil. Tranſ.* experimenta microſcopica varia huc pertinent.

Calorem animalium in pulmone generari n. 27.

LEEUWENHOEK de circulatione ſanguinis. n. 260. (in Girino) 263. 316. 319. & alibi.

MOLINEUX circulatio ſanguinis in lacerta viſa. n. 177. Circulatio etiam in piſcibus viſa. n. 280. 281. 286. 288. & denuo 460.

MORTIMER de *calore animalium*. n. 476. Contra Boerhaavium & ſyſtema frictionis ſcripſit.

GEORGIUS ERNESTUS STAHLIUS magnam vim librorum de motu ſanguinis ſcripſit; ut *vindiciæ theoriæ medicæ veræ motus tonici vitalis.* Hall. 1692. 4. *de commotione ſanguinis, & circulatorio & translatorio motu* ibid. 1694. 4.

De Mechaniſmo motus progreſſivi ſanguinis, quo motus tonici partium poroſarum neceſſitas, utilitas & habilitas ad motum ſanguinis oſtenditur. Hall. 1695.

De æſtu maris microcoſmici, ſeu de fluxu & refluxu ſanguinis. Hall. 1696. 4. qua etiam theoria febrium continetur.

De commotione ſanguinis activa & paſſiva. 1698. 4.

De motu ſanguinis particulari. Hall. 1702. 4.

De motibus humorum ſpaſmodicis. ibid. 1707. 4.

De præparatione artificiali pro circulatione humorum vital. Hall. 1710. 4. parenchyma ſtatuebat, quod vi animæ ſtringi, & laxari, & ſanguinem facilius, ægrius, vario gradu transmittere poſſet.

De proportione humorum ad motus. 1711. 4.

STAHLII etiam huc pertinet *theoria mortis*, in qua a cordis quiete non omnem actionem, imo nec excrementorum quidem expulſionem ceſſare fatetur.

ARCHIBALDI PITCARNE de circulatione ſanguinis per vaſa minima. Leid. 1693. 4. (*B. RIV.*) & in *opuſculis*. Refutat figuras pororum ob vices frequentes excluſionis. *De circulatione ſanguinis in genitis & non genitis*, inter opuſcula. Aortam eſſe apicem coni, indeque ſanguinem in amplius revera ſpatium diffundi, hinc retardari recte vidit.

ARCH. PITCARNE de circulat. ſangu. in genitis & non genitis prodiit Leid. 1693. 4. *EJUS* etiam eſt *de cauſis diverſæ molis qua ſanguis fluit in natis & non natis per pulmonem.*

J. W. WEDEL de circulatione ſanguinis, Jenæ 1696. 4.

JACOBI GAVET explicatio materiæ & motus ſanguinis, motus cordis & arteriarum, &c. Genev. 1700. 12. cum *nova febris idea*.

In Academia Regia Scientiarum Pariſina, præter ea quæ de fœtus circulatione citavimus, extat de circulatione ſanguinis Diſſertatio an. 1718. & de ſanguinis in pulmone circulatione. *DUVERNEY* an. 1701. Caloris humani menſura *REAUMUR* 1734. p. 562.

ASCA-

ASCANII MARIÆ BAZZICALUVE novum ſyſtema medico-mechanicum & nova tumorum methodus. Parm. 1701. 4. Inflammationem, ante *HAMBERGERUM*, explicavit a globulis ſanguineis in extrema vaſa ſtipatis, hinc ignem exſudantibus, quem in membrana incluſum gerebant. Velocitatem in vaſis minimis majorem eſſe credit ob minorem diametrum. Barbarus & maculoſus.

FRIDERICUS HOFMANN Diſp. *pulſuum theoria*. Hall. 1702. *EJUSD.* Diſp. *de cauſa caloris naturalis & præternaturalis*. ibid. 1699.

PETRUS MATTHÆUS Conſentinus in *animadverſionibus phyſico-medicis*, Neapoli 1704. 4. hiſtoriam etiam habet viſcerum hæmatopoiëticorum.

ALEXANDRI THOMSON Diſſertationes medicæ, Leidæ 1705. 8. In Diſſ. I. de *motu quo renituntur canales in fluida corporis animalis*, inquirit in cauſam motus in vaſis tenuioribus, & eum arteriis adſcribit, non cordi.

JOHN FLOYER the phyſicians pulſe watch, London 1707. 1710. 2. vol. Venet. 1715. 4. ſub titulo *orivolo del polſo*, 4. Etſi credulus acido & temperamentis antiquorum, utilis tamen Auctor, multo labore pulſuum numerum definivit in variis, ætate, ſenio, temperamento, hominibus, vario tempore diei, in animalibus, in morbis variis. Experimento etiam demonſtravit, quod ſanguis in arteriis pulſim, in venis continuo fluxu moveatur. Aliqua de pulſu etiam habet in *Gerocomico*.

Aliqua etiam de pulſu habet *WAINEWRIGHT* in Tr. de *nonnaturalibus*.

A. RUDIGER de reditu ſanguinis mechanico per vices. Hall. 1704. 4.

Ipſe *PRÆCEPTOR* in Diſſ. *de ratiocinii mechanici uſu*, circulationem ſanguinis in Rana & retrogreſſionem obſervavit. De calore animali in Chemia egit.

Apud *GEORGIUM BAGLIVUM*, jam excitatum, reperitur Syſtema de alterna vi cordis & duræ matris, oſcillatione ſolidorum, vi arteriarum in movendo ſanguine (*de fibra motrice*).

G. *FRANK in anaſtomoſi retecta*, circulationem in viſceribus ſingulis & in toto corpore conſideravit. Sed nondum legiſſe contigit.

D. SANDRIS in Libello de ſanguine citato aliqua etiam de velocitate ſanguinis theoremata habet.

JAC. FINKENAU de pulſu, Regiom. 1706. 4. Vidit cor pericardio deſtitutum.

CHRIST. WARLIZ valetudinarium ſenum Salomoneum in quo itinerarium ſanguinis microcoſmicum ſeu circulus ſanguinis notus detegitur, Lipſ. 1708. 4. * Circulationem a *SALOMONE* deſcribi contendit.

JACOBI KEIL pleraque huc pertinent, in *account of animal ſecretion*, &c. Lond. 1708. 8. Prima diſſertatio agit, de celeritatum decremento in ſanguine, quæ oriuntur a ramorum magnitudine, qua truncos ſuperant. Inde a tarditate nata attractiones partium ſimiles, ad ſecretiones præparant. In alio Libello habetur de copia ſanguinis calculus, quam mire auget *KEILIUS*, ſupponendo membranas vaſorum ex vaſis fieri minoribus. In Lib. de velocitate ſanguinis quærit, per experimenta, & obſervato ſaltu arterioſi ſanguinis, celeritatem, qua ſanguis uniformi celeritate ſpatia percurreret, ſi eam retineret quam a corde accipit. In altera editione Londini 1717. 8. edita, cujus titulus, *eſſay on ſeveral parts of animal œconomy*, & Leidæ 1725. recuſa eſt, auctus eſt tractatus de velocitate ſanguinis, & vis cordis æſtimata, tanquam pondus cylindri fluidi, cujus baſis orificio cordis æqualis, altitudo dupla eſt lineæ, a cujus longitudine deſcendens ſanguis eam celeritatem adquiſiviſſet, qua ex corde fluit. Ita ad paucas uncias cordis vim æſtimat, quia molem reſiſtentiarum minuit. Hic etiam ſtatica acceſſit.

J. GEORG. a *BERGEN* de *circulatione ſanguinis*. Francof. Viadr. 1709. 4.

J. MARIA LANCISIUS in Diſſertatione *de Secretione*, & in Lib. *de corde & aneuriſmatibus*, utique conſuli meretur.

NICOLAUS CRESCENTIUS (Creſſenzio) in tractatu phyſico medico *de febrium ratione*, Neapoli 1711. 4. *de corde & pulſu* egit, & non inutiliter vidit, arteriarum motum periſtaltico ſimilem eſſe, ut prope cor incipiens ſenſim ad extrema vaſa pergeret.

S. DURY de motu vitali, Leid. 1711. 4.

J. SAM. a *BERGER* de *tranſitu ſanguinis per vaſa minora*. VVittemb. 1713. 4.

D. SIEVERT de *morbis a motu humorum circulatorio acuto oriundis*. Baſil. 1714.

WEDEL

WEDEL de *circulatione ſanguinis*, Jenæ 1714. 4.

M. ERN. ETTMULLIER de circulatione ſanguinis in fœtu, Lipſ. 1715. 4.

P. *SENAC* in magno opere de corde plurima huc nova adtulit & arteriis magnam partem motus progreſſivi ſanguinis tribuit, calculos *CL. JURINI* & aliorum refutat, agit de ſecretione, retardationibus ſanguinis, &c. Reſpondit *CL. JURINUS* in *Lettre a M. BUFFON ou réponſe a quelques cenſures de M. SENAC*, qua oſtendit verba ſua a *P. SENAC*, mathematum ignaro, in malum ſenſum detorta eſſe, & varios errores ab eo commiſſos.

G. FRANK diapedeſis reſtituta. Hafn. 1716. 4.

F. HOFMANNUS in phyſiologia ſua de motu humorum capita habet aliqua, & celeritatem in minimis majorem admittit.

GEORG. ANDR. ORLOVIUS de motu ſanguinis in arteriis & venis geometrice determinato. Regiomont. 1718. 4. (*PLATN.*)

G. A. ORLOVIUS l. c. *BELLINIANO* more celeritates ſanguinis & preſſionis in cor & arterias definit.

P. ANTONII MICHELOTTI Lib. de ſeparatione fluidorum totus huc pertinet. Multa in *KEILIO* & *PITCARNIO* correxit, aliaque recepta in calculos vi motrice Leibniziana emendavit, conſideravit vim contractilem arteriæ, ſanguinem non in lineis, ſed vorticoſe per vaſa fluere contra *BELLINUM* monuit.

GEORG. CHEYNE a theory or account of acute and slovv feavers. London 1722. & alias. Belliniana theoria eſt, velocitatis in obſtructione auctæ ex minuto canalium numero. Vim mercurii a pondere ſpecifico explicat; robur animalis a copia ſanguinis unice deducit.

J. GOTTLOB NEUMANN vom Umlauffe des geblütes. Dreſd. 1728. 8. *

A. HELVETIUS de l'Oeconomie animale. Boerhaavianam theoriam inflammationis habet ab errore loci, & vaſa minorum generum.

SENAC in *Eſſais de Phyſique* in nova editione multa habet huc facientia, & inprimis contra ſyſtema derivationum Bellinianarum pugnat. Parum nempe omnino valere omnes vel revulſiones, & derivationes, ob valde parvam celeritatem ſanguinis in vaſis minimis. Facto oſtio ſanguinem non facilius effluere credit, quod ſæpe ligatura ſit opus. Verum, qui vaſa replevit unquam, novit inſigniſſime augeri celeritatem illabentis liquidi, ſi alicubi vas recipiens pertuſum fuerit.

JOH. TABOR in *exercit. medicis*, de motu quidem cordis jam excitatus eſt. Circulationis velocitatem etiam æſtimat, & preſſionem ſanguinis in valvulas aortæ conſideravit.

J. B. BIANCHI in Diſſert. de *impedimento circulationis ſanguinis* in genere habet adfectiones canalis conici ab illiſionibus particularum ſanguinis.

J. GODOFREDI ARNOLDI de vi viſcerum in fluida. Regiomont. 1726. 4. Vim conſiderat, quam contracti canales cylindrici & conici in ſanguinem exercent.

J. de *GORTER* in Lib. de *ſecretione animali*, *de perſpiratione* & alibi, varia Boerhaaviano fere modo, philoſophatur. Generari calores unice docet in ſolidis ſe alterne contrahentibus & laxantibus.

THEOPHILUS LOBB in Lib. de *febrium curatione* Anglice edito. Lond. 1734. 8. de calore animali multa habet, fere ad Boerhaavii modum, & de effectibus venæ ſectionis ſimpliciter & dilucide agit.

STEPHANUS HALES princeps hic Auctor, ob experimenta ſubſultuum ſanguinis ex arteria vivi animalis exeuntis, traducta ad æſtimandam celeritatem, & vim cordis; tum ad obſervatam in pulmone ſanguinis circulationem. In C. I. *vegetable ſtatiks* calorem animalem æſtimavit.

JURINUS in locis, quos de motu cordis excitavi, etiam celeritatem ſanguinis in pulmone, vena cava, & alibi æſtimavit.

TH. MORGAN in *philoſophical principles of medecine*. London 1725. 8. plurima huc pertinentia habet, & cum *ROBINSONO* paſſim pugnat. Arterias ſucceſſive contrahi ſecundum ſeriem appulſuum ſanguinis, recte, niſi fallor docuit. Æſtimavit decrementa velocitatum in vaſis minimis Keiliano more.

An eſſay on the tranſmutation of blood, Lond. 1725. Cauſam caloris ſanguinis in Chemia quærit.

In Actis Petropolitanis, Vol. VII. VIII. *CL. WEITBRECHT* agit de cordis vi in ſanguinem arte-

arterioſum, eamque in principio arteriarum exſtingui dicit, ſecretionem vaſorum capillarium negat, quia plena ſunt. Tubum æquicrurum *GUILIELMINI* refutat. De pulſu egit, & in eo arteriam non unice dilatari, ſed ſitum mutare inquit. In Vol. V. idem de motu ſanguinis per ſinus aureſque ſcribit.

G. E. HAMBERGER de *venæ ſectione*, Jenæ 1729. 4. Negat derivationem per experimenta in canalibus vitreis facta.

J. S. WREEDEN unterricht von der circulation des Geblütes. Hannov. 1729. 8.

J. O. WREEDEN olim amici noſtri citatus libellus agit de ſanguinis in nato & non nato homine circulatione, cum organorum deſcriptione.

J. B. MAZINUS in *mechanica morborum* ad motum ſanguinis aliqua habet, quæ citare potius, quam commendare ſuſtineo.

J. F. SCHREIBER in Elementis legatur, Bellini & Boerhaavii diſcipulus.

LINGUET an omnes animalium motus ab aëre. Pariſ. 1731. Theſ.

BRYAN ROBINSON Tr. on animal oeconomy. Dublin. 1732. & auctius. Lond. 1738. 8. 2. vol. Tota pars prior eſt conſideratio hydraulica motus ſanguinis, & velocitatum, viriumque. Pro fundamento adſumit, omnem velocitatem fluidi eſſe in ratione compoſita ex ſubduplicata ratione vis moventis, & inverſa ſubduplicata longitudinum & diametrorum. Inde vim revulſionum declarat. Experimenta etiam adducit, facta in fiſtulis mechanicis; quæ ſic ſatis calculo reſpondent. Pulſuum etiam varietatem conſideravit. Quod vero obſtructo aliquo tubo reliquam celeritatem augeri, in anguſtato tubo celerius liquidum fluere ſcribat, id utique ad eum unum caſum pertinet, in quo vis movens ita magna eſt ut reſiſtentiis abunde ſufficiat. In Tr. *of food and diſcharges*. Londini 1748. 8. etiam aliqua de retardatione in minimis, calore animali & pulſu habet.

B. ROBINSON animal œconomy editio anni 1738. multa aucta habet ad motum ſanguinis, pulſum, utilitatem venæ ſectionis, cujus poteſtatem revulſoriam demonſtrat. Refutatio *MORGAGNI* fere hydraulica eſt.

In altera parte tractatus *de febribus ad circulationis leges* agit de fabrica & vi cordis & arteriarum *CL. HUGO GOURAIGNE*, fere ad *BOERHAAVII* modum, cujus fabricam vaſorum vaſculoſam & *KEILIANAS* retardationes recipit. Prodiit Monſpel. 1730. 12.

In *Edimburg Eſſays* præter *MARTINII* aliqua inprimis *CL. STEVENSON* in vol. V. P. 2. exſtant de calore, contra Boerhaavium, quam putredinoſo motui inteſtini ſanguinis tribuit.

JUSSIEU an non ſuus proprius lymphæ, ut ſanguini, per corpus circulus. Pariſ. 1728.

Auctores qui de venæ ſectione nuper ſcripſerunt hic legi poſſunt.

J. BAPT. SYLVA de l'uſage des différentes ſortes de ſaignée, principalement de celles du pié. Pariſ. 1727. 8. Ex principiis Bellinianis revulſionis vires extollit, in pedis venæ ſectione contra vitia capitis, contra derivationem vero pugnat, adeoque contra ſectionem venæ jugularis. Ea occaſione multa phyſiologica & anatomica intercurrunt. In poſthumis operibus, & in altero tomo etiam Diſſertatio apologetica habetur de venæ ſectione pedis.

In *TREVULTINIS* anni 1729. artic. 92. 97. pro *SYLVA* contra *HECQUETUM* habetur Apologia.

PHILIPPE HECQUET obſervations ſur le ſaignée du pié. Pariſ. 1724. & alias 8. tum *Première & ſeconde Lettre ſur la revulſion*, & III. L. *ſur la ſaignée*, quæ prodierunt cum L. *de la trituration*. Pariſ. 1730. 8. Laxus in anatomicis & demonſtrationibus. Venæ in pede ſectionem ex nonnullis, valde flaccidis, principiis phyſiologicis reprobat.

CHEVALIER reflexions critiques ſur le Tr. des uſages de la ſaignée. Pariſ. 1730. 12. Pro *HECQUETO* contra venæ ſectionem pedis, quæ in partes infra cor ſanguinem coacervat. Venæ jugularis etiam ſectionem defendit. Bellini principia idem recipit.

FRANÇOIS QUESNAY Obſervations ſur les effets des ſaignées, avec des remarques critiques ſur le Livre de Mr. Sylva, Pariſ. 1730. 8. In primis quidem practice ſcripſit, pro derivatione, & *SYLVÆ* paralogiſmum, quo certum gradum velocitatis ſanguinis a venæ ſectione ſubtrahi gratis adſumſerat, utique redarguit.

JULIEN MORISSON Lettres ſur le chiox des ſaignées, Pariſ. 1730. 12. Opus *CL. SENAC*, de quo in practicis agetur. Revulſionem unice ſtatuit, quæ ſanguinem ex minimis vaſis in aortam revocat. Derivationem & reliquas revulſiones parvi facit.

R. BUTLER Eſſay on bloodletting. Lond. 1734. 8. Sylvæ principia ſequitur & venæ ſectionem

nem pedis defendit, jugularis arguit, revulſionem explicat pro diverſitate originis humorum arterioſorum, quorum ſociæ venæ ſecantur, vel omnium vel plerorumque. Celeritatem in venis increſcere recte obſervat.

ROWLAND JACKSON de vera phlebotomiæ theoria ſanguinis circulationis legibus innixa tentamen; Londin. 1747. 8. Phyſiologia fere ad *BELLINIANAM* ſententiam eſt. In praxi ſecedit, multumque diſcriminis facit inter ſectionem venæ ligatæ & non ligatæ. Vide in Practicis.

BALTHASAR LUD. TRALLES de vena jugulari frequentius ſecunda. Uratisl. 1735. 8. Ex mechanicis illis & facilibus principiis docte demonſtrat, venæ jugularis ſectionem ſanguinem congregare in externam carotidem, adeoque utilem eſſe in congeſtionibus ad cerebrum.

MARTIN Tr. de la phlébotomie & de l'artériotomie. Pariſ. 1741. 12. Et *SYLVÆ* & *QUESNAY* & *SENNACI* adverſarius, in univerſum tamen docet, accelerari ſanguinem in arteria, cujus vena ſecatur, brachii tamen venæ ſectionem præfert ex principiis phyſiologicis, maxime vero arteriæ radialis inciſionem.

BROWNE LANGRISH in *modern theory of phyſik*. Lond. 1738. 8. refutat venæ ſectionem derivatoriam, & revulſoriam commendat. Calorem a ſanguine generari defendit. Pulſuum mutationes definit, & inveſtigat cauſas.

A. VATER & *PAUL. HENR. GER. MOEHRING de inflammationis ſanguineæ theoria mechanica*, VVittemb. 1733. 4.

J. GEORG. MAURER de pulſu cordis, Altdorf. 1738.

J. A. WEDEL de velocitate ſanguinis a ſtatu vaſorum diverſo dependente. Jen. 1734. 4. oſtendit longitudinem canalium, motum fluidi tardare, flexiones & angulos ramorum nihil valde mutare.

Oeconomy of humane frame mirificam theoriam dedit circulationis ſanguinis, in qua cor nihil operetur, ſed vires contrariæ vim omnem perficiant, hinc chyli adfluentis, inde reſiſtentis atmoſphæræ.

ANDREÆ PASTA de motu ſanguinis a morte, poſt mortem Epiſt. Bergami 1747. 4 Brevi epiſtola per experimenta motum conſiderat, ex pondere ortum, quo poſt mortem liquida in cadavere moventur.

BARTISCH de calore corporis humani, Leid. 1737. 4. Pro caloris in ſanguine origine & adfrictu.

DAN. BERNOULLI in *hydrodynamicis* principia tradit, ex quibus velocitas ſanguinis in aorta, & vis cordis poſſet ex ſaltu obſervato erui, & celeritates quibus liquor ex cono truncato profilit.

G. MARTIN de *ſimilibus animalibus & animalium calore* L. II. Lond. 1740. 8. Simplex, neque tamen inutilis. In priori quidem Libello unice uſus eſt theoremate, quantitates ſanguinis in animalibus ſimilibus eſſe in ratione triplicata longitudinum, unde varia deduxit; ſed in *altero* qui gradus cuilibet animali naturalis ſit, quos gradus caloris animalia ferant, per experimenta certe boni uſus explicat. Calorem a frictione deducit. Sanguinem celerius credit fluere & altius ſalire, quam *KEILIUS*, ſanguinem ubique in corpore æquo gradu celeritatis circumferri adfirmat, cum ubique æque calidus ſit.

EJUSDEM Eſſays medical and philoſophical, Lond. 1740. 8. In quinto ſpecimine de calore animalium agit, deque gradu quem eorum ſanguis motu ſuo generat, & eo quem ferre poſſunt. Aves calidiores quadrupedibus, Piſces paulum calentes invenit. In *Edimb.* vol. III. etiam de calore animali egit.

A. F. WALTHER de *erubeſcentibus & venarum capitis ſubitaneo tumore*. Lipſiæ 1739. 4. Ej. Diſp. de *ſanguine in ſuo per vaſa progreſſu retardato acceleratoque*, abſque anni numero.

P. GERIKE de *circulatione ſanguinis*, Helmſt. 1739. 4.

EMANUEL SWEDBORG in *Oeconomia animalis* P. I. Amſtelod. 1740. valde peculiaria habet. Circulationem per fibras ſtatuit celeriorem, quam in vaſis majoribus, & motum acceſſorium ab arteriis & a corculis cerebri ſanguinem ex cordis cavo proprie in ductus carnoſos, inde in arterias coronarias, hinc in aortam venire docet; arteriæ membranam intimam in venæ membranam externam mutari.

J. SEBAST. EDLEBER de *ſanguinis circulatione majori, quæ fit per aortam & venas cavas*, Diſ. VVurzburg. 1740.

MAIQUER an ab imminuta velocitate ſanguinis ſecretio facilior, Pariſ. 1740.

BERTIN an cauſa motus cordis alterni multiplex, Pariſ. 1740.

QUELMALZ de adjumentis ſanguinis ad cor regreſſus. Lipſ. 1741. 4.

ABR. FRANCISCUS COL de VILLARS Ergo a verticoſo ſanguinis motu calor, Pariſ. 1742. 4.

J. SCHWENKE in *hæmatologia* varia habet de calore animali, de dilatatione ramorum lateralium arteriæ ligatæ, noviſque adeo truncis naſcentibus de pulſuum numeris, ſebreque naturali veſpertina.

ANTONIUS FIZES variis locis, ut in *conſpectu Phyſiologiæ* L. *de Liene*, varia huc pertinentia habet, retardationes motus ſanguinis in canale conico a vi, quæ conſumitur in figura mutanda, de frictione theſes, de ejus incremento in canalibus minimis, de efficacia retardatoria fluxionum, &c.

G. A. LANGGUTH de *circulatione ſanguinis ſpecim. II.* VVittemb. 1743. 4. & *de arteria a motu cordis æmulo remota*. VVittemb. 1745. 4.

G. E. HAMBERGER de cordis diaſtole a ſanguine per venas, &c. Jenæ 1744. 4. ſtatuit a nemine viſas fibras dilatatrices cordis.

G. E. HAMBERGERI etiam diſputatio eſt, qua conſiderat, *unius pulſationis prædicata quatenus eſt actio*, Jen. 1749. 4.

F. de *SAUVAGES* in *Theoria febris*, reſpondente *FRANCISCO* la *MURE*, Monſpel. 1738. 12. recuſa cum *HALES hæmaſtatiks*, & in Diſp. de *inflammationis theoria* edita Bourg St. Andeol. 1743. 8. & cum eodem Libro recuſa, ex præcipuis huc pertinentibus Auctoribus eſt. Vim cordis nova cauſa motus acceſſerit, frictionum vim, caloris gradus, plurima alia, inprimis in Diſſ. de inflammatione ex novis principiis explicat. Cauſam pulſus a celeriori progreſſu ſanguinis a corde noviter advenientis, & tardiore præcedentis ſanguinis explicat. Eam retardationem in minimis, experimentis confirmat. Denique in Diſp. *de vaſorum capillarium corporis humani ſuctu*, Reſp. le *BRUN* Monſpel. 1747. 8. Sugere vaſa minima ex majoribus, experimentis etiam nonnullis adlatis, docet.

J. BARBENES de circulatione ſanguinis in adulto, Arg. 1742. 4.

J. H. SCHULZ & *A. SCHAARSCHMIDT nonnulla ad motum cordis & circulationem ſanguinis ſpectantia*, Hall. 1742. 4.

J. AUG. LANGGUTH meditationes de circulatione ſanguinis, VVittemb. 1743. 4. duæ diſput.

J. ADAM KULMUS de circulatione ſanguinis, Gedani 1744. 4.

CHRISTIAN. ALB. GOTTH. GRUNER de motu periodico ſanguinis; Altdorf. 1745. 4.

GOTTFRIED FERDINAND FOERSTER de calore animali, Erfurt. 1746. 4.

J. RUDOLPH. STAEHELIN de pulſibus, Baſil. 1749. 4. bona diſputatio. Oſtendit, qua ratione pulſus indicia fallere queant, & corrigi ope reſpirationis. Vim cordis contractilem derivat a vi electrica ex nervis adfluente, quæ pereat a contactu ſanguinis non electrici, & ex eadem cauſa reparetur. Motum ſucceſſivum conſtrictionis arteriarum adgnovit. Agit de vi flatus.

LOESEKE de motu ſanguinis inteſtino, Lipſ. 1745. 4.

CL. G. van *SWIETEN* arterias in pulſu vere longiores reddi obſervavit, & retrogreſſionem ex ramis in truncos.

G. ADAMS in microſcopicis ſuis obſervationem habet circulationis ſanguinis in rana, & diſtinctionem arteriarum & venarum ab acceleratione in illis ſolis obſervata. Sic etiam *CHESELDENIUS* in nova edit. *Anat.* T. 30. f. 2. piſcium circulationem exprimit; & *PARSONS* in T. I. f. 3. *de motu muſculari*, & *BAKER* in *microſcope made eaſy*.

SALMON de *fluxu menſtruo*, Monſpel. 1745. 8. ex *D. FERREIN* experimentis docet, quid mutetur in celeritate ſanguinis exſecta vel ligata arteria.

LE CLERC an pulſationis adfectus ab æquabilitate motus ſanguinis, Pariſ. 1745. Experimentum habet, quo liquor per arterias meſentericas ſubſultim impulſus per venas continuato ductu rediit. Sic ſpongia interpoſita pulſum abſorbet. Sed hoc experimentum jam *PLEMPIUS* habet in *fundam.* & ſimile *FLOYER* l. c.

JA. NICOLAI betrachtung des pulsſchlages, Hall. 1746. 8. Cum *KRUGERO* ſanguinem arterioſum fortius venoſo moveri dixit, quod iſte preſſione ſeu mortua vi, ille celeritate quadrata moveatur, nempe vi viva. Pulſus phyſiologice conſiderat, & ad paucas ſpecies reducit.

R. DOUGLAS *Eſſay concerning the generation of animal heat*. Lond. 1747. 8. Satis ſingularis theoria, calorem nempe unice generari in extremitate vaſculorum minimorum, ubi contra frigidum aërem fricatur ſanguis.

De nutritione, vita, incremento, decremento, morte, cum titulos nullos præfixerit PRÆCEPTOR, hoc etiam loco agamus. Pleraſque autem Galenici ſuas de rore, glutine cambio obſervationes in ſcriptis diſperſas habent. De iis etiam ſuccis SCHROETERUS ſcripſit in *Lib. de humoribus*.

HIPPOCRATIS περὶ τροφῆς obſcurus Libellus eſt, quo veſtigia luculenta perſpirationis, multo vero magis dubia circulationis ſanguinis continentur. Cum *H. CARDANI Commentario* prodiit Baſileæ 1582. 8. (*B. RIV.*)

In citatum *HIPPOCRATIS* libellum περὶ τροφῆς *Comm.* IV. ſcripſerat *GALENUS* (*de libr. propr.*) Pulchra etiam exſtat editio *STEPHANI GOURMELENI e Græco in Latinum verſus commentariis illuſtratus*, Pariſ. 1572. 8. De nutritione agit, cibo, ejuſque vi, formatione fetus, perſpiratione, alimentis partium oſſiumque, facultate cibum vincente.

ARISTOTELES de proceritate & ſenectute, de longævitate & brevitate vitæ Libellos reliquit.

PLINIUS, ut in univerſum rariora varia, ita L. VII. longævos, valde proceros, pygmeos, & alia hujuſmodi rariora recenſet. *IDEM* perſpicax ante *VERULAMIUM* vidit, diutius grandeſcere animalia, quibus longiora ſint vitæ ſpatia.

ALBERTI DURER vier bücher von menſchlicher proportion, Norimb. 1528. fol. (*B. PLATIN.*) Gallice, *Traité des proportions*, Arnhem. 1614. fol. Latine vero Norimb. 1532. fol. Pictorium equidem opus, huc tamen numerandum, quod omnes partium magnitudines & proportiones in utroque ſexu diligentiſſime doceat.

J. CORNARII de utriuſque alimenti receptaculis contra quam ſentit PLUTARCHUS, Baſil. 1544. 8.

Experimenta de reparatione naſi ex cute brachii huc pertinent, quibus fidem denegare non licet, cum tot teſtes habeant. Nam *ALEXANDER BENEDICTUS* fuſe in *Anatome* reparationes naſi deſcribit, quæ ſuo ævo vulgo fiebant. *BRANCAM* Siculum, naſos inſerere *CALENTIUS* apud *GOURMELENIUM* auctor eſt in *Chirurg.* p. 73. *MONGITORIUS* eumdem *BRANCAM* Siculum, ſeculo integro antiquiorem *TAGLIACOTIO* naſorum reſartorem laudat, a quo *BALTHASAR PAVONUS* habuerit, ab eo vero *TAGLIACOTIUS LICETUS de monſtris*. p. 108. ſæpe vidit *TAGLIACOTII* artificia, & *FABRICIUS* ab *AQUAPENDENTE muſ. artif.* p. 95. & ſimilia teſtatur *MOLINETTUS Diſſ. anat. pathol.* p. 174. *G. F. HILDANUS Cent.* III. *obſ.* 31. & *M. ANTONIUS ULMUS phiſiol. barb.* p. 233. qui & ipſe eam artem exercuit. Denique *SANCASSANUS* in *dilucidationibus* p. 154. teſtis eſt, Bononiæ *TAGLIACOTIO* ſtatuam poſitam eſſe, quæ naſum, tanquam donum viri, manu teneret. *FLAMINIUM* vero *CRASSUM* Calabrum Tigrienſem curtorum inſtauratorem citat *M. A. SEVERINUS* de *occult. abſceſſibus* c. 18. *JOH. B. CORTESIUS PETRUM BOSANUM* Turpienſem auctorem operationis laudat, in cujus familia artificium diu manſerit, quod copioſe deſcribit *Miſcell. Dec.* III. Doctam collectionem locorum huc pertinentium apud *PLATNERUM* vide *Chir.* 379. 380. Ita olim pinnas & ungues evulſos accipitri infertos comprehendere vidit *DEMETRIUS de curat. accip.* p. 600. 609. & ungues & cornua capis inſerta *FRANCISCUS REDUS*, & *VALISNERIUS Galleria di Minerva* P. VII. p. 151. Extat etiam de hoc artificio Diſputatio J. B. du *BOIS an curtæ nares ex brachio reficiendæ*. Pariſiis 1742. 4. ubi *MOLINETTUS* dicitur idem artificium exercuiſſe.

ANTONII MIZALDI de *hominis Symmetria, proportione & commenſurabilitate*, Lutet. 1575. 8. *

LUPI SERRANO de ſenectute & aliis utriuſque ſexus ætatibus & moribus Libri XIV. Ulyſſip. 1579. 8. Medici Luſitani carmen.

PETRI LAUREMBERG Paſicompſe nova, ſive *pulchritudinis delineatio*, Regiom. 1672. 8. *

F. BACON de *VERULAM. hiſtoria vitæ & mortis*, Lond. 1623. 8. Syſtema fuit, eſſe in homine ſpiritum vitalem aere tenuiorem, mitiorem igne, qui ſenſim avolet, eroſis viſcidis particulis quibus irretiebatur, mortem vero ſequi ubi avolavit. Eum ſpiritum conſervari imminuendo impetum vitæ, opio, purgantibus, nitro. Sed per occaſionem plurima bona interſperſit Auctor de longævitate hominis & animalium, diætæ laxioris laude, vitæ periodis, &c.

C. BAUHINUS in L. *de hermaphroditis* hiſtoriam gigantum & pygmæorum attigit. *C. BARTHOLINUS* vero *de pygmeis* ſcripſit, Hafn. 1628. 8. *

De morte naturali a rigiditate aliqua habet *SANCTORIUS* in L. *de Stat. med.*

Huc *N. HABICOT gigantoſteologie*. Pariſ. 1613. & reliqua ſcripta citata pertinent, eum de oſſibus ageremus. Sed fabula omnino fuit *PEIRESCO* teſte *vit.* p. 153.

F. GLISSON, *GEORGIUS ENT*, *T. WILLIS*, *G. CHARLETON* & reliqui Angli ejus ævi, novam theoriam nutritionis introduxerunt, nempe ſuccum nerveum alere. T. etiam *CORNELIUS* in epiſt. ad *GLISSONIUM* & *WILLISIUM* ſanguinem non alere docuit.

ALOYSII ALBERTI de *nutritione*, *augmento & generatione* Diſp. Venet. 1627. 4. * DOUGL.

GABRIELIS NAUDÆI Quæſt. II. *an vita hominis hodie quam olim brevior* Ceſenæ 1634. 8. * ſed exſtat apud *BEVERWYCH.*

J. v. BEVERWICK de *vitæ termino fatali & immobili*, *cum doctorum virorum reſponſis*. Dordrac. 1634. 8. Leid. 1636. 4. 1639. 4. & conjunctim 1651. 4. 2. vol. Collectio opuſculorum partim theologicorum, partim medicorum de quæſtione, an terminus mortis ulla arte produci poſſit.

J. V. BEVERWYCK l. c. magis ad theologiam & fati naturam pertinet, quam ad rem medicam.

Cum *JUL. CÆS. CLAUDINI Reſponſionibus & conſultationibus* prodiit *FLORII BERNARDINI brevis exercitatio de ultimo corporis alimento*, Venet. 1646. 4.

HERM. CONRING de nutritione hominis, Helmſtad. 1639. 4.

FRANCISCI SANCHEZ de longitudine & brevitate vitæ in *opuſculis*, quæ recuſa ſunt Roterod. 1649. 12.

MELCH. SEBIZ & *HIER. WELSCH de ſenectute & ſenum ſtatu*, Argent. 1645. 4.

C. NILOE librum *de fermento & nutritione* belgice ſcriptum non legi.

Etwas neues vom tode. 1650. 4. Eſt hiſtoria Eliſabethæ Green, quæ in theatro anatomico expergefacta, ſub cura VVilliſii ſanata eſt. Legi meretur. Prodiit Anglice Oxon. 1650. 4.

R. CARTESIUS de *formato fetu* cauſam mortis ſenilis perſpicax vidit, quæ eſt a porulis excæcatis, qui inter fibrillas ſunt, & adeo a portione ſolidæ fabricæ aucta.

P. GASSENDI de *nutritione animalium*, &c. Lugd. 1649. fol.

J. SIGISMUND ELSHOLZ anthropometria, Patav. 1654. 4. Francof. 1663. 8. fere ſimilia ut *DURERUS* habet, etiam propria induſtria factas dimenſiones. Sexuum diverſitatem omiſit, & aliqua vana interſparſit.

J. SIG. ELSHOLZ anthropometria Germanice etiam prodiit *Meskunſt des menſchlichen Körpers*, Nürnberg. 1695. 8.

GUIL. CHARLETON natural hiſtory of nutrition, life, and voluntary motion, Lond. 1659. 4. ex parte recuſa ſub titulo *inquiry into human nature*. Londini 1680. 4. Tres de nutritione Diſſertationes ſunt, de vita una.

ANTONII DEUSING de *nutritione animalium*, Groning. 1660. 12. ut omnia Auctoris.

SEPTIMI ANDREÆ FABRICII de vitæ humanæ termino, Rom. 1666. 4. *

HENR. MEIBOM, *de longævis*, Helmſt. 1669.

N. STENONIS de *fabrica teſtarum* (in *Myolog. Spec.*)

A. Q. RIVINI Diſſ. de *nutritione*, Lipſ. 1678. 4.

J. PANCR. BRUNONIS de liquore nutritio & animali, Altd. 1678. Diſp.

F. BAYLE inter *Problemata phyſico medica*, Toloſæ 1677. 12. edita, etiam de phyſiognomia egit, & in Diſſ. VI. ibidem editis, de nutritione in *ſexta Diſſ.*

CL. PERRAULT præter Tr. *de nutritione*, qui in *mécanique des animaux* exſtat, ſcripſit *de la régeneration des parties* in *Eſſays* T. IV. in quibus de partibus renaſcentibus agit, cauda lacertæ, cornu, plumis. Fieri adeo extenſione partis abruptæ, prodeuntibus in apricum partibus, quæ latebant.

DUCLOS ſur les principes, in vetuſtioris Academiæ monumentis. De fibra univerſali fabricæ animalium, vegetabilium & mineralium fundamento egit.

JOH. GRAUNT obſervations upon the bills of mortality, Lond. 1676. 12. Novam artem creavit, tabulis nempe libitinariis, quæ Londini auctoritate publica procurantur, uſus eſt ad inveniendos numeros vivorum, parientium, morientium, longævitatum, periculi mortis in varia hominis ætate, rationem periculi morborum, cenſum civium utriuſque ſexus, quo mares ſuperant.

WILHELMUS PETTY iiſdem uſus eſt; non adeo ad ſcopum noſtrum, quam ad civilem arithme-

arithmeticam. Ab eo tempore plurimi hoc ſtudium ſunt imitati. In *BRESLAUENSIBUS* Actis *KANOLDUS*, *KUNDMANNUS* in ſuis *memorabilibus*, diaria pleraque.

J. FR. ORTLOB de *analogia nutritionis plantarum & animalium*, Lipſ. 1683. 4.

Les proportions du corps humain, meſurées ſur les plus belles figures de l'antiquité, Pariſ. 1683. fol. (J. des Sav.)

CLOPTON HAVERS cum *Oſteologia* editus ſermo II. paradoxam theoriam nutritionis habet & incrementi, ex ſucco viſcido, quem arteriæ ſeparant, nervi vero motu circa axin ſuam rotatorio adponant partibus ſolidis.

Ad longævos, gigantes, & hujus modi *R. PLOT* in utroque opere, deſcriptionem nempe *Oxfordshire* & *Staffordshire* *R. THORESBY* in *deſcipt. topographica* Duc *LEED*, *OLIG. JACOBÆUS* in *Auctario muſæi Regii*. *MARTIN* in *deſcript. inſular. occid. Scotiæ*. *T. BARTHOLINUS* *hiſt.* 98. *Cent.* I. C. III. L. 88. *MORTON* in *Nottinghamshire*. *KUNDMANNUS*, &c.

ARCHIBALDUS PITCARNE ſolida tantum dilatari neque mutari ſtatuit, & in *BOERII* Diſſertatione de excæcatione vaſorum aliqua habet.

J. BOHN in *programmate* ſuccum nerveum alere, non generari, nec reparari ſolida, ſed unice gluten mutari docuit, quem *KEILIUS* multis argumentis additis, & nutritione in ſola dilatatione vaſorum poſita, & *CHEYNIUS* ſecuti ſunt.

GUIL. COWPER in magno opere *anthropographia* proportiones dedit partium corporis humani.

G. COLE de *febribus intermittentibus* habet theoriam nutritionis a ſucco nerveo, lente moto, ſubeunte in cavernulas inter ſolidam ſubſtantiam interjacentes.

B. CONNOR in *Evangelio Medici* de nutritione partium corporis egit, & primæva ſtamina negavit mutari, ſed repleri, quæ etiam *LISTERI* in *anatom. Exercit.* II. & *KEILII* de quantitate ſanguinis eſt opinio.

In *Journ. des Sav.* an. 1692. de ſceleto giganteo 17′ 2″ relatio habetur.

J. BERNOULLI Groningæ diſputationem defendit de *nutritione*, quæ recuſa eſt in *tempe Helveticis*. In ea per calculum indagat conſumtionem corporis, quæ a perſpiratione fit, velocitatem mutationum partium vetuſtarum cum novis. Protruſione nutriri credit, & alimentum ad baſin & radicem fibrarum adponi, inde propelli fibram & longiorem reddi, ſolida reparari adfirmat.

J. MOEBIUS de grandævis, Lipſ. 1689. diſputat. I. & II. & *de longævis*, ibid. 1689. 4.

J. G. de *BERGER* in Diſſ. de *polypo*, VVittemb. 1689. & *de nutritione* 1708. 8. de *vita longa* 1708. & in *Phyſiologia*, de nutritione agit. Novas fibras generari admittit & ſuccum nutritium lymphaticum, gelatinoſum, exſudantem de poris, effuſum in intervalla fibrarum, increſcentem cum fibris. Eandem ſententiam *RUYSCHIUS* habet, qui idem vaſorum ab ætate diminutionem per experimenta invenit.

J. G. BERGER de *ſucci nutritii per nervos tranſitu*, Vittemb. 1695. 4.

C. BARTHOLINUS de *triplici corporis alimento ejuſque organis* Diſp. Hafniæ 1695. *

Et *de vita & nutritione animalium* Diſp. ibid. 1697. *B. RIV.*

G. FRANK diſquiſitio de *ſucci nutritii tranſitu per nervos expendens*, Lipſiæ 1696. 12. Contra vim nutritiam ſucci nervei.

G. COWARD de *fermento volatili nutritio conjectura rationalis*, Lond. 1695. 8. verum nutritionis inſtrumentum credit eſſe ſpiritum volatilem oleoſum cum ſanguine confuſum. *

Ad pygmæorum hiſtoriam doctiſſimus Liber *EDUARDI TYSON* legi debet, quem in hiſtoria animalium laudavimus.

In Acad. Pariſina.

An. 1699. Senex rejuveneſcens. *POUPART*.
Ancyloſis univerſalis & novus tamen callus ex oſſe effloreſcens. ibid.

1706. Sceletus incurvata *MERYI*.

1709. *GEOFROY* de novo ventriculo cancrorum, mutatione calculorum, &c. ſimilia habet *C. NEUMANN* in *oper. chemicis* p. 1292. & olim *J. J. WEPFER* & *HELMONTIUS*.

1712. *RÉAUMUR* de reproductione chelarum cancri.

1714. *IDEM* de Calabris naſorum reparatoribus.

1716. *IDEM* de ortu teſtarum.

1717. *IDEM* de unionum formatione.
1718. *IDEM* de induratione novi thoracis cancrorum, ventriculo, calculis cancri. Ibid. lacertus bicaudis.
1715. *LITTRE* de modo nutritionis per poros vaſorum.
1718. De membrana non naturali hydropicorum, & 1723. de earum membranarum productione ex lympha.
1725. *FONTENU* de alterno corporis incremento & decremento. Sed *CL. MORAND* in Domini *PLANQUE Bibliotheca medica* eam Diſſertationem ſibi tribuit, quam *AB. FONTENU* unice ornaverit.
1730. *WINSLOW* de eodem incremento & decremento.
1737. 1739. & 1743. Phænomena animalium rubia paſtorum, cura *DU HAMELII*.
1740. Spina dorſi flexa a ſola perpetua ſeſſione. *HUNAULD* de membrana quæ foramen trepani claudit.
1744. Puer nimis adultus, ſic. 1708. 1736. 1739. 1741.

FRIDERICUS RUYSCHIUS præter varias obſervationes decreſcentium oſſium, imminutæ maxillæ inferioris, etiam theoriam nutritionis habet, per rorem exſudantem ex arteriis. *Theſ.* VI. &c.

In Actis Anglicis.

N. 44. hiſtoria Th. *PARRE* Senis 151. annorum. Eadem extat, una cum diſſectione cadaveris, cum *BETTI* de ſanguine Libro.

N. 168. os Frontis giganteum. Conf. de proceris n. 233. 240. 456.

N. 217. Puella ſuper ætatem adulta. ibid. 261. 307. 471. 475.

N. 221. 228. hiſtoria Jenkinſii ſenis annorum 169.

Emortuales Libelli n. 229. 260. 261. & alibi, imprimis autem 169. 198. ubi *HALLEYI* tabulæ habentur ex Uratislavienſibus Libellis collectæ.

N. 306. Anatome hominis 108. Annorum.

N. 328. de regularitate partium ex duobus ſexubus.

N. 337. ſecunda dentitio.

N. 376. anatome decrepiti.

N. 380. *WASSE* & *BECKET* de incremento & decremento alterno ſomni & vigiliæ.

N. 450. *KERSEBOOMII* calculi aliqui.

N. 442. 443. 457. oſſa rubefacta in animalibus fæcula rubiæ paſtis obſervata a *BELCHIER* & du *HAMEL*. *CARDANUS* vim rubiæ urinam tingentis, ſi vel manu teneretur, jam dixerat de *ſubtilitate*, p. 517. De eadem rubia diſſertatio propria extat *CL. LUDWIGII*.

N. 478. *P. COLLINSON* de modo, quo cancrorum partes reparantur.

F. HOFMANNI annorum climactericorum explicatio rationalis, Hall. 1704. 4. Diſp.

J. J. BAIER de longævitate medicorum, Altorf. 1705. 4. Exempla.

J. D. SANTORINUS in opuſculis, Venet. 1705. editis & ſæpe citatis, habet etiam diſſertationem *de nutritione*. Totum corpus cavis fiſtulis nerveis fieri: ſuccum nerveum alere in intervalla fibrarum depoſitum, ſolida omnino mutari concinne docuit.

J. PHIL. BURGGRAV. de *morte & ejus præſenſione commentatio*, Francof. 1706. 8. *

N. HARTSOEKER in *ſuite des conjectures phyſiques*, etiam cauſam mortis ſenilis ex conjectura deduxit, a liquoribus nutritiis in fibrarum intervallis inpactis. Totum corpus ex vaſis & celluloſitate fieri recte docet.

POUPART Journal des Sav. 1709. modum deſcripſit quo guttæ ſanguineæ ex inteſtinis natæ carnem fecerunt coalitæ, quæ tegeret inteſtina.

In *J. de Trevoux*, 1708. m. Nov. exempla habentur rejuveneſcentium.

J. W. PAULI de *nutritione naturali & præternaturali*, Lipſ. 1709. 4.

ALOISII della *FABBRA* de *terminis vitæ humanæ in Differt. & de nutritione*, Ferrariæ 1701. 4. 1712. 4.

HERMANNUS BOERHAAVE egregium Syſtema de nutritione propoſuit, totum nempe corpus humanum fieri vaſis, ac fibris, in quorum intervalla abraſione facta ſuccus gelantinoſus deponeretur. Decrementum vero mortemque ſenilem fieri vaſis minoribus, quæ majora componant, eliſis, exſiccatis, hinc rigiditate tarda nata in arteriis, ut cor eam reſiſtentiam ſuperare nequeat. Eam theoriam plerique receperunt, etiam in *phyſiologia J. HENR. SCHULZE*.

C. J.

C. J. de *WACHTENDORFF* de *natura ſolidorum & fluidorum eorumque mutua actione in variis ætatibus*, Ultraj. 1734. Diſp. *

ROB. WELSTED de *ætate vergente*, Lod. 1724. 8. *

C. G. STENZEL περὶ εὐφυΐας καὶ ἀφυΐας, VVittemb. 1724. 4. Græce. EJ. *de lacte & ſucco nutritio*, ibid. 1727. 4.

EDW. BERRY account of nutrition prodiit cum tractatu de conſumtione. Lond. 1727. 8.

F. HOFMAN de *proceritate corporis & ejus cauſis & effectibus*, Hall. 1726. Diſp.

GEORGII CHEYNE de *fibra laxa*, Lond. 1726. 8. De nutritione, ſenio, morte naturali, aliqua habet, & de glutine partium.

PEITALOSSI (vel *HAGUENOT*) de *nutritione*, Monſpel. 1727. 8. ſuccum nerveum alere.

J. QUINCY ad *SANCTORIUM* Theoriam nutritionis habet e ſucco effuſo in fibrarum intervalla & adhærente.

J. de *GORTER* variis locis in *Compendio de perſpiratione & Chirurgia*. Ut *BOERHAAVII* theoriam explicavit, telam tamen firmam ſolidam pro fundamento corporis accipit, abſque vaſculis.

JOHANNIS OSTERDYCK SCHACHT oratio qua ſenile fatum inevitabili neceſſitate ſequi demonſtratur, Ultraj. 1729. 4. & *mortem ex hominis ſtructura ſequi*. Ultraj. 1739. 4. cum ejus *inſtit. pract.* recuſum ibidem an. 1747. 4. Theoria Boerhaaviana.

JOH. PRINGLE de *marcore ſenili*, Leidæ 1730. Diſp. Itidem ad mentem *BOERHAAVII*.

JOH. AUG. STOLLER Unterſuchung des vvachſthums der menſchen in die länge, Magdeburg 1729. 8. Inprimis ad proceritatem ſpectat.

NIC. CORN. ANT. de *COURCELLES de nutritione*, Leid. 1730. 4.

LAUR. ETLINGER de nutritione, Erfurt. 1730. 4.

OTTO JUST WREDEN von der nutrition, Hanover 1731. 8. *BOERHAAVIANUS*.

F. HOFMANNI vitæ animalis conſideratio, Hall. 1731. Diſp.

HUTTER Senectus ipſa morbus. Hall. 1732. 4.

FRID. SALOMON SCHOLL de origine, nutritione, incremento, decremento hominis, Baſil. 1733. 4.

H. P. JUCH theoria ætatum, Erfurt. 1733. 4.

J. BAPT. MAZINI in *Inſtitutionibus-medico mechanicis*, non inutiliter de nutritione egit.

G. MUYS de fibra & membrana aliqua habet, (in *muſc. fabr.* p. 284.) & huc facientia, tum ad nutritionem, mortemque.

ABRAHAMUS KAAU de *perſpiratione*.

G. G. RICHTER de *morte ſine morbo*. Gottingæ 1736. 4. mortis a rigore vaſorum hiſtoria.

CAROLI PAYEN. Eſt ne eadem in oſſibus quam in aliis partibus nutritionis ratio? Pariſ. 1736. Diſp.

LUD. JAC. PIPEREAU. Ergo ſolus ſuccus alibilis nervorum. Pariſ. 1737. Diſſ.

LAURENTII FERRET. Ergo ſenium a fibrarum rigiditate. Pariſ. 1739. Diſp.

SENNAC in *comment. ad Heiſt.* Nutritionem fere Boerhaaviano more explicat.

CLIFTON WINTRINGHAM patris L. *de podagra, in quo de ultimis vaſis & liquidis, & ſucco nutritio tractatur*, Eboraci 1714. 8. vaſa minima & reliqua fere ad mentem Boerhaavii, fibras autem deſcribit in *exility of human veſſels* toties citata. Theoriam nutritionis etiam habet, vaſa diſtendi unice, quod *KEILIUS* ſtatuerat, certe negat, æquilibrium finem eſſe incrementi docet. Stamina primaria autem corporis & pro fundamento individualitatis eſſe, & conſervari.

In *Cent.* IV. *Miſcellaneorum Berol.* citatis extat *CL. BUDDEI* Diſſertatio de oſſificatione præternaturali.

Obſervations ſur l'accroiſſement du corps humain. Strasbourg. 1741. 8. Auctor eſt *D. BAZIN* qui cum pluſculis aliis Libellis edidit.

In uytgeleezene aanmerkinge. T. I. habetur Tr. de *cohæſione partium in corpore humano*.

In *opuſculi ſcientifichi*. T. V. p. 25. de cauſa mortis naturalis egit *PHILIPPUS GOBBI*.

WILH. KERSEBOOM verhandeling tot een proeve om te vveeten de probable menigte des volks, & *tvveede verhandeling* & *derde verhandeling*. Haag. 1743. ni fallor 4. (*BIBL. RAIS.* 1743. Trim. I. p. 181.) Valde ſolidis nixus fundamentis rationes naſcentium ad viventes definit, ut 35. ad 1. vices morientium in ſingulis annis ætatis determinat. Conf. etiam *BIBL. RAIS.* 1745. Trim. II. p. 402. ubi docetur *STRUYCKIUM* plagiarium eſſe, & uſum calculis *KERSEBOOMII*.

LUDOV.

LUDOV. LEMERY Ergo proxima, qua corpus alitur, materia a rubra ſanguinis parte diverſa. Pariſiis 1741. Diſp.

P. le *TONNELIER* & du *BOIS Ergo nutritio tantum in minimis vaſis*. Pariſ. 1741. Diſp.

J. MARTIN de fato ſenili, Leid. 1741. 4.

J. PET. SUSSMILCH Göttliche verordnung in den veränderungen des menſchlichen geſchlechts. Berolini 1742. 8. Ex pluribus, quam reliqui, faſtis emortualibus plurima utilia digeſſit. Numeros morientium in ratione ad viventes: vices morum in varia ætate hominum, vices morborum, ſalubritates regionum, &c.

TH. SCHWENKE in *hæmatologia nutritionem & fungorum productionem explicat*.

GERARDUS van *SWIETEN* vaſorum obliterationem ſenilem docet, nova in cicatrice naſci tamen fatetur.

ANT. FIZES in *conſpectu mechanico* ſæpe citato nutritionem *BOERHAAVII* modo explicat. Sic *JOHANNES ARBUTHNOT* in L. *de alimentis*.

LALLEMANT & *LALLOUETTE* an *nutrimentum tandem detrimenti cauſa*. Pariſ. 1743. Boerhaaviana Theſis de fibra rigida cauſa mortis.

J. THEOD. KLEIN de *termino vitæ humanæ* egit. Gedani 1742. 4. poſt *dubia circa claſſes quadrupedum & animalium*.

CAR. FRANC. BOUTIGNY DESPREAUX. Ergo in qualibet ætate hominis idem ſuccus nutritius. Pariſiis 1743. 4.

L. HEISTER de *mutationibus corporis humani ab ortu ad occaſum*. Helmſtad. 1744. 4. Eſt eadem fere de nutritione theoria, quæ Boerhavii.

BORDOLO de *morte ejuſque cauſis*. Erfurh. 1745. 4.

J. F. CRELL de *viſcerum nexubus inſolitis*. Helmſtad. 1743. vaſa vacua concreſcere a liquore in fibras coacto adnaſcente.

CL de *REAUMUR* in *hiſtoria inſectorum de vita & retardatione periodorum* vitæ multa notatu digniſſima obſervavit.

CL. S. SCHARSCHMIDT in Berlin. Samlung. IV. novas carnes ex lympha generatas mechanice deſcribit.

ROGAER de nutritione. Leidæ 1744. bene reſtrinxit eam nutritionis theoriam, qua ſola vaſa in corpore ponit.

L. HEISTER de mutationibus corporis humani naturalibus ab ortu uſque ad obitum, Helmſt. 1744. 4.

A. E. BUCHNER & *J. NIC. ZERENER cur feminæ corpore debiliores eundem vitæ terminum cum viris adtingant*, Hall. 1745. 4.

JUSTI van der *HOEVE de vita*, Leid. 1746. 4.

PETRI DOZY ortus & occaſus vitæ humanæ. Leid. 1746. 4.

DESPARCIEUX Eſſai ſur la probabilité de la durée de la vie humaine. Pariſ. 1745. 4. ſimilia *KERSENBOOMIANIS*, tabulas nempe habet numeri morientium, in quavis ætate, de ſpe vitæ, &c.

JAQUES JEAN BRUHIER de l'incertitude des ſignes de la mort. Supplement & additions. Parſ. 1742. 1745. 8. Exempla numeroſa habet hominum, qui pro mortuis habiti convaluerunt, inde monet Magiſtratus, ut lege caveatur, ne adeo præcociter cadavera inferantur tumulo. Fundamentum fuit in Theſi *WINSLOVIANA*, *mortis incertæ ſigna minus incerta a Chirurgicis & aliis experimentis*. Pariſ. 1740. 4.

Puer ſuper morem adultus. *Act. Stokh*. 1745.

ERNST ANTON NICOLAI von der Schönheit. Hall. 1746. 8. De Symmetria & proportione partium; de voluptatis natura & cauſa mechanica.

CL. HANOU in *erlaüterung der naturgeſchichten* de alterno incremento & decremento proceritatis agit.

QUESNAY in *Oeconom. animale* nutritionem deſcribit.

CL. QUESNAY, cujus *œconomia animalis* hic citata eſt, huc etiam pertinet *traité de la ſuppuration*, ubi fuſe agit de renaſcente in ulceribus carne, ab incremento & dilatatione vaſorum ſanguine minorum.

POHLIUS de fibra ſenili. Lipſ. 1746. diſputavit.

BROWNE LANGRISH in L. de *motu muſculari* Sect. I. London 1747. 4. Theoriam *HALESII* confirmavit, qua aër pro vero glutine animalium fibrarum habetur.

J. GES-

J. GESNER de termino vitæ. Tiguri 1748. 4. De cauſa mortis naturali, numero mortium, ſpe vitæ, &c. tabulas & regulas condidit ad *HALLEY*, & reliquorum morem quos laudavimus.

BRYAN ROBINSON de fibra ſolida & ejus incrementis in duritate egit in *Anim. œconomy*.

In *Deſcription du Cabinet du Roi* T. II. egit *CL.* de *BUFFON* de hominis natura, infantia, pubertate, ætate virili, ſenio, de incremento veloci juniorum, proportionibus quas ſculptores obſervant, cauſa longævitatis ante diluvium ex minori denſitate alimenti. Tabulas etiam emortuales ſatis vitioſas D. de *S. PRE* profert.

De proportionibus ſtatuariorum ſculptor *LICHTENSTEGER* non ita diu tabulas edidit.

P. van *MUSSCHENBROEK* in diſſertationibus egit de cauſa cohæſionis partium in corporibus, adfininia aliqua addo, quæ cum nutritione conjunguntur. Et primo experimento olim conſtiterat dentes extractos & in alveolum repoſitos comprehendere. Locos & exempla habet *S. SALZMANN* de *chirurgia curtorum*, & poſt *SCULTETUM* append. obſ. 64. obſervatio adjecta eſt. Negaverat in curſu operationum *DIONISIUS*, multis autem exemplis confirmavit *D. FAUCHARD* in *Chirurgien dentiſte*.

Deinde olim *PLINIUS*, *ÆLIANUS*, *OPPIANUS*, *PHILE*, *CARDANUS* polypo renaſci dixerant devorata brachia. Hoc experimentum nemo repetierat. *LEEUWENHOEKIUS* equidem & Anonymus in *Phil. Tranſ.* n. 283. 288. 295. 337. & *J. des Sav.* 1678. p. 107. deſcripſerat animalculum multis brachiis præditum. Obſervavit etiam ex ipſo corpore juniore animalia germinare & decidua augeri.

Deinde *CL. TYSON* tæniæ duos articulos abruptos ſeorſim vixiſſe, vidit n. 146. *Phil. Tranſ.* & in *Hiſt. de l'Acad. des Sc.* 1706. n. 8. vermis amphisbænæ fit mentio, multipedis, cujus diſſecti alterutra pars vivit & movetur.

Sed inprimis *CL. TREMBLEY* in ſtagnis Batavis viſo animalculo, & caſu facto experimento an. 1740. 25. Novembr. didicit, diſſectum animal conpleri, ipſique tantumdem reſtitui, quantum eſſet detruncatum. Deinde, ut eſt perinduſtrius, variis experimentis animal torquere cœpit, didicitque propagari abſque ſexuum commiſtione, ad arborum morem, ſegmina in animal integrum reparari, monſtra inde fieri poſſe, &c. quæ continentur in *Mémoires pour ſervir à l'Hiſt. d'un genre de Polypes*. Leid. 1744. 4. Pariſ. 1744. 8. eximio & curioſiſſimo Libro. Magna, ut merebatur, fama experimenti fuit. In *Phil. Tranſ.* n. 466. 467. 469. 470. 471. 474. (ubi hirudines etiam compleri docetur) experimenta eo pertinentia recenſenter.

Similia reperias apud *NEEDHAMUM* in *microſcopical diſcoveries*. *CL. HENRICUS BAKERUS* ſuas obſervationes adjecit illis *D. TREMBLEY* in L. Anglice edito Lond. 1743. 8. qui Gallice verſus inſcribitur *Eſſais ſur l'hiſtoire naturelle du Polype inſecte*. Pariſ. 1744. & ubi dentes & aliæ partes prætervisæ, ut vult vir *CL.*, a *D. TREMBLEY*, adduntur, & apud *MAFFEIUM* de fulmine.

CL. LYONETTUS Polypum etiam triſectum, aliumque aquaticum vermem compleri in animal obſervavit, in notis ad Inſecto-Theologiam Leſſeri.

In Gallia *CL.* de *REAUMUR* (ad *hiſt. inſector.* præf. T. VI.) varia huc pertinentia habet, qui nomen etiam impoſuit, adparuit duas medietates urticarum marinarum etiam in unum animal abire, Lumbricos truncatos compleri, & Millepedes vermes, & Hirudines, & brachia Urticarum & Stellarum marinarum reparari.

Deinde *CAROLUS BONNET* in *Phil. Tranſ.* n. 470. & in parte II. *Traité d'inſectologie*. Pariſ. 1746. 12. experimenta plurima in variis vermium aquaticorum ſpeciebus fecit, ex quibus conſtitit, plurima animalium genera ea lege facta eſſe, ut reſectæ partes renaſcantur, mutilumque corpus redeat in priorem perfectionem. Quo ipſo invento plurima in theoria nutritionis, incrementi, multiplicatæ ſpeciei, utique mutata ſunt.

Lettere intorno alle recenti ſcoperte degl' Inſetti, che ſi moltiplicano mediante le ſezioni de loro corpi. Venet. 1747. 12.

CHRIST. GOTTLIEB KRATZENSTEIN phyſicaliſche briefe. Hall. 1745. 8. de Polypis aliqua ex aliis habet. De iiſdem *A. BÆCK* in *Academ. Stokholmienſi*. in Gottingenſibus novellis *CL. UNGERUS*, & alii.

THEODORI ERNESTI JOSEPHI MOERS idea generalis nutritionis, Heidelberg 1749. 4.

CAR. AUG. a *BERGEN menſuram & proportionem membrorum corporis humani non admittere rigorem mathematicum*, Francof. Viadr. 1750. 4.

CAPUT III.

De Cerebro.

NOn poſſumus recte cerebrum pro viſcere, ſed pro motore ad viſcera habere, non enim ſanguinem mutat, ſed liquida promovet ad totum corpus: verum quia Auctores omnes ad viſcera retulerunt, licuit & nobis ad eandem claſſem revocare.

Cerebrum voco, omnem maſſam ſimul ſumtam, quæ intra cranium & intra vertebrarum thecam continetur. Utor hac voce cerebri, quia voce aliqua egeo, qua hoc totum continuum viſcus exprimam; quando vero cerebrum diſtincte a cerebello dicere volo, tum vocabulum quoddam addimus, ut cerebrum animale, & cerebrum vitale pro cerebello.

Quando encephalon dico, id vocabulum eſt omnium commodiſſimum, eoque uſi ſunt antea veteres, quia deſignat quidquid intra cranium ſeu caput continetur: verum ego nomine cerebri complector omnem appendicem, quæ a cerebro orta eſt, & per thecam vertebralem uſque ad os coccygis deſcendit.

Ut cognoſci poſſit quam exactiſſime cerebri deſcripta fabrica, concipiendum eſt cranium, & tenendæ vertebræ; tum utræque meninges, tum cerebrum & cerebellum, & cortices & medulla utriuſque, & medulla collecta, & medulla oblongata, & medulla ſpinalis, & nervorum egreſſus, & eorum diſtributio debent intelligi, nihil horum eſt omittendum, nam omnia hæc faciunt ad intellectum cerebri hic allegati; & qui aliquid horum omittit, nunquam perfecte ſcire poterit, quid cerebrum ſit. Nunc legantur ab unoquoque, qui de his inſtitui vult, quos nunc laudabo ſcriptores.

1. Ratione cranii & vertebrarum accuratiſſime ſcripſit *le* CLERC in ſua *Oſteologia* (*a*), accuratiſſima quippe enumeratione omnia, quæ de cranio & vertebris in minima quaque particula vera dici poſſunt, quatenus ad arterias, nervos cerebri, ejuſque undas faciunt, exponit; hinc primis quatuordecim diebus hunc tractatum oportet legere, quatenus exponit cranium & vertebras; nam licet ante annum intellectus fuerit in lectione ad Oſteologiam, non ita nunc in memoria hærebit. Iſte ſolus ſufficit, niſi adjungere quis voluerit JOHANNEM PALFYNUM (*b*), qui exquiſite etiam ad calvariam ſcribit. Huc etiam legi poteſt THOMAS WILLISIUS (*c*) *de anatome cerebri*, maxime editio Londinenſis

(*a*) Hæc hiſtoria quæratur in Oſteologicis.

(*b*) Pulchras utique dedit oſſium cranii icones. Sed vide pag. 346. not. (*b*), &c.

(*c*) Ante *WILLISIUM* plurimi de cerebro, neque contemnenda ſcripſerunt. *HEROPHILUM* omitto qui ſinus inveniſſe videtur. *GALENUS* in L. VIII. *De uſu part.* & in anatomicis *ORIBASII* ab init. diligenter ſatis varias cerebri regiones deſcripſit. Idem de ſpiritibus paſſim egit & in LL. de *facultat. naturalibus*. Ventriculorum etiam cerebri minime mala deſcriptio *ERASISTRATI* exſtat apud *GALENUM de placit. Hipp. & Platon.* L. VII. uti *HEROPHILI* obſervationes ab eodem & ab *ORIBASIO* recenſentur. In L. VIII. *de adminiſtrationibus anatomicis* experimenta in nervis facta proponit.

GALENUS ad cerebri tractationem hic citatus, primus etiam ventriculi quarti, venæ magnæ, quæ orditur ſinum quartum, & aliarum particularum cerebri meminit.

CAS-

dinenſis anni 1670 ſi adquiri poſſit, illa enim optima eſt, quo ad textum: prius jam editus fuit Liber Londini anno 1664. ſed in ea editione in textu aliquid hinc inde deficit, quod poſtea additum fuit. Utriuſque vero editionis figuræ cujuſcunque partis tam vividæ ſunt, ut non alius Liber figuris magis

CASSIUS Jatroſophiſta nervos decuſſatim oriri ex reſolutione lateris non adfecti deduxit.

JACOBUS BERENGARIUS CARPENSIS medullæ ſpinalis finem, qui in caudam equinam reſolvitur, lineamque bipartientem egregie vidit, & aquæductum.

Poſt reparatas literas *ANDREAS VESALIUS* in L. VII. cerebri icones primas dedit utcunque tolerabiles, & multa vidit, quæ vulgo aliis tribuuntur. Ita in *examine obſervationum Fallopii* ſinum quintum invenit. Experimenta ad vim nervorum in motu muſculari pertinentia fecit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS multa in cerebri anatome correxit. In Tab. XVII. XVIII. Eminentias mammillares prope infundibulum expreſſit, & cornua ventriculorum tria, veramque ventriculi tertii rationem, & venas duræ matris & corpora olivaria, & pyramidalia, & commiſſuram cerebri anteriorem, & plexus choroideos, medium, & laterales, aliaque.

GABRIEL FALLOPIUS ſinuum numerum auxit, quatuor ad ſellam equinam additis ſinubus, quos paradoxis iconibus expreſſit *VIDUS VIDIUS*. Arteriarum etiam Carotidum & Meningeæ inprimis, longe quam *VESALIUS* meliorem, dedit deſcriptionem. Idem in obſſ. *de venis* venas ſinuſque medullæ ſpinalis minime male deſcripſit.

CONSTANTIUS VAROLIUS in Libello de *nervis opticis*, Patavii an. 1573. 8. & vitioſis cum iconibus Francofurti 1591. 8. recuſo. In ea nobili & merito a *N. STENONIS* F. laudata epiſtola, novam cerebri adminiſtrationem a baſi cerebri incipientem propoſuit: nervorum opticorum a thalamis ortum indicavit (ſed minime ignotum *EUSTACHIO*), radicem longiorem nervi olfactorii, ventriculorum veram figuram, glandulas choroidei plexus, pontem cui nomen dedit, & a quo omnes nervos demonſtravit oriri, arachnoideam membranam aliaque dixit.

VOLCHERUS COITER in obſervationibus de medulla ſpinali obſervationes habet, minus candidam eſſe in parte interna vidit, & percurri internis vaſis, & poſterius findi, & in fibras ſolvi. Experimenta etiam fecit, motum cerebri ab arteriis oriri vidit, & cerebro exemto vitam ſupereſſe.

DOMINICI BERTACCI de ſpiritibus nec non de facultate vitali. Venet. 1584. 4. *

ARCHANGELUS PICCOLHOMINEUS ſolet citari, quod corticem a medulla voce nova diſtinxerit, quem tamen in iconibus ſemper expreſſerant vetuſtiores.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS ſinus cerebri anteriores cum cornubus ſuis inferioribus, pedes hippocampi, ventriculum quartum fuſe deſcripſit.

JULIUS CASSERIUS cerebri nitidas icones dedit, in quibus arachnoidea membrana cerebri, radices plurimæ nervi acceſſorii, circulus, ut vocant, VVilliſii, eminentiæ mammillares, & alia habentur, quæ recentius inventa fuiſſe creduntur.

ANDREAS LAURENTIUS non contemnendam dedit medullæ ſpinalis iconem.

JOHACHIMUS OELHATEN de motu cerebri. Dantiſc. 1615. 4. *

JOACH. OELHATEN l. c. cerebrum ſtatuit refrigerandi cordis cauſa factum eſſe.

HENNING ARNISÆUS in obſſ. poſt. I. de partu, caudam equinam recte deſcripſit: proceſſus mammillares cavos eſſe negavit.

C. HOFMANNUS in Diſp. *de uſu cerebri ſecundum Ariſtotelem*. Altdorf. 1618. 4. Lipſ. 1619. 8. Ej. Tr. *de cerebro, medulla ſpinali & nervis*, primum diſputationis ſpecie editus. Altdorf. 1622. 4. tum recuſus Francofurti 1665. antiquo more eruditus abſque anatome.

C. HOFMANNI diſputatio *de uſu cerebri ſecundum Ariſtot.* Leidæ recuſa eſt 1693. 12. In hac quidem diſputatione ſententiam proponit, qua credit cerebrum ſpirituum calorem temperare ut ſenſui apti fiant, & cordis calorem moderari. *EJUSD.* eſt diſputatio *de nervorum origine*, Norimb. 1615. 4.

FORTUNII LICETI de motu ſanguinis, origine nervorum & cerebro leniente cordis æſtum, Utini 1647. 4. *

excellat; nam CHRISTOPHORUS WREEN, ſummus in Anglia mathematicus, & Reginæ Britanniæ architectus, deſignavit ipſe ſua manu partes anatomicas, quas vidit apud LOWERUM & WILLISIUM. In editionibus hujus Libri, quæ in Batavia excuſæ ſunt, textus quidem recte ſe habet, ſed mire muta-

J. BAPTISTA CORTESIUS in *Miſcellaneis medicis* Dec. I. Meſſanæ 1625. fol. editis, rogante *C. BARTHOLINO*, ſed anno jam 1585. ſcriptis, ut ipſe fidem facit, novam diſſectionem cerebri propoſuit, *VAROLIANÆ* ſimilem, ut reſecta baſi cranii ſolum cerebrum in dura meninge comprehenſum ſupereſſet, figuraſque proprias cerebri addidit. Oſſicula in Carotide, quibus aperta teneretur, nervum quartum, nervum ſexti paris ad oculum euntem, cornu deſcendens ventriculi & alia aut invenit, aut rara renovavit.

JOH. RIOLANUS eadem oſſicula ſeſamoidea Carotidis, quæ & ipſe vidi, deſcripſit, in *Enchiridio* & alibi.

JOHANNES VESLINGIUS figuras nonnullas cerebri non incommodas dedit, & aliqua nondum vulgaria expreſſit, eminentias papillares, cornua poſteriora ventriculorum, &c. Vulnus cerebelli ſanatum vidit.

DOMIN. de *MARCHETTIS* eaſdem glandulas ſibi tribuit inventas.

RENATUS DESCARTES animæ ſedem, uti notiſſimum eſt, in conario poſuit, & ea occaſione phyſiologiam cerebri ex arbitrariis hypotheſibus propoſuit.

TOBIÆ LUDOVICI KOLHANS L. *de ſpiritu animali* ad *J. D. HORSTIUM* 1658. 8. *

J. J. WEPFER de apoplexia, Scaphus. 1658. 8. & 1675. 8. Venas, quæ ab ipſo nominantur, & arterias cerebri varias deſcripſit. Rete mirabile refutavit. Spirituum ſedem in ventriculis cerebri refutavit.

F. *SYLVIUS* de le *BOE* in *THOMÆ BARTHOLINI* editione *inſtitutionum* patris *CASPARI*, facta Leidæ an. 1641. & ſæpe recuſa, & in *Diſſertatione anatomica* IV. varia aut nova, aut peculiaria deſcripſit, foſſam quæ dicitur Sylvii, aquæductum, non ignotum veteribus, ſinus laterales minores tentorii, limbos thalamos amplectentes, &c. Icones etiam aliquas addidit.

CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI non oportet oblviſci, qui in Libro II. recte oſtendit duram membranam pertinaciter cranio hærere, foramina cranii clauſa eſſe, in ventriculis cerebri catarrhi materiem non colligi, nullam inde ad infundibulum viam deſcendere. Tabulam etiam dedit ponderum cerebri & glandulæ pituitariæ, & iſtam non eſſe in ratione ponderis cerebri oſtendit, ſed in carnivoris parvam, magnam in ruminantibus eſſe.

WREENIUM, cujus in recenſione *WILLISII* mentio facta eſt, celebrem architectum, anatomes peritum fuiſſe, confirmatur in nupera hiſtoria familiæ *WREENIORUM*.

Denique *T. WILLISII de cerebro & nervis*, Londinenſis Edit. 1664. 4. & 8. optimas habet icones. Titulus eſt *cerebri anatome, cui acceſſit nervorum deſcriptio & uſus*. Recuſa eadem eſt (præter Londinenſem ed. 1670. mihi non viſam) & in Belgio, & cum reliquis operibus *WILLISII*, Genevæ 1676. 4. & Amſtelodami 1682. 4. figuris valde corruptis. Hoc cæterum opus inter *WILLISIANA* optimum eſt, & plurimam naturæ obſervationem habet. Admiſcuit equidem multas deſcriptiones ex animalibus deſumtas, vel confeſſus, vel nihil monens. Nervos inprimis in bonum ordinem primus conſtituit, repoſitis in ſuam ſedem primo, quarto & ſexto. Habet etiam geminum centrum ſemicirculare tranſverſa ſtria junctum, ſeparavit corpora ſtriata a thalamis. Corporis calloſi nervum & lineas transverſas habet. Arteriam vertebralem non bene per aliud a magno foramen ducit. Sinus aliquos Fallopianos neglexit, vertebrales vero inprimis conſtituit, deterioribus cum figuris. Cæterum *WREENII* delineationes, & *LOWERI* ſocium laborem, in præfatione laudavit.

IDEM in Libro de *anima brutorum Exerc.* II. Londin. 1672. 8. Amſt. 1674. 8. varias novas dedit icones cerebri, ſtriam a natibus ortam tribus fibris in corpora ſtriata disjectam, alia. Plurima ibi etiam ex inſectorum anatome, Aſtaci, Lumbrici, Oſtrei. Adjutum ſe fuiſſe fatetur ab *EDMUNDO KING* & a *JOHANNE MASTER*. Aliqua etiam huc pertinentia exſtant in *WILLISII pathologia cerebri*. Oxon. 1667. 4.

Poſt

mutatæ ſunt figuræ, ita ut omnino decipiant. Notandum interim velim, de prima parte hujus Libri hactenus tantum locutos nos eſſe, nam in ea ſola de hac materia agitur.

2. Quando accurate lecti ſunt præcedentes, tunc adjungatur RAYMUNDI VIEUS-

Poſt *WILLISIUM* adde: *A. DEUSING de ſpiritibus animalibus*, Groning. 1665. 12. cum ſylva cædua jacente & alibi:

WALTH. CHARLETON Diſſ. duæ; *anatome cerebri pueri de calotacti*; *& altera de proprietatibus cerebri humani*. Lond. 1665. 4. Cerebrum humanum majus eſſe, firmius, frequentioribus gyris præditum, lobis ſubdiviſis, radices medullæ oblongatæ ampliores, magis diſtantes, ad angulum conjunctas. Aliqua deinde in utilitatibus cerebri VVilliſianis corrigit. Corporibus humanis fatetur ſe parce uſum eſſe.

GERARDUS BLASIUS in *anatome medullæ ſpinalis & nervorum inde provenientium*, Amſtel. 1666. 8. multa in melius reſtituit. Arachnoideam membranam ibi primum deſcripſit, in *Collegio privato Amſtelodamenſi* inventam, cujus fuerat ſodalis. Piam matrem fiſſuras medullæ ſubire & cavitatis aliquid ſimile ſubeſſe, & ligamentum denticulatum dixit. De equina cauda dubius eſt, quia ſola animalia ſecuit. Multa, & vaſa inprimis ex *WILLISIO* habet.

MARCELLI MALPIGHII epiſtola anatomica de cerebro ad FRACASSATUM, quæ prodiit Bon. 1665. 12. & Amſtelodami 1669. 12. obſervationes ex animalibus varias de fibris cerebri & medullæ fabrica & nervo optico continet. *EJUSDEM L. de cortice cerebri* inferius dicetur.

CAROLI FRACASSATI epiſtola de cerebro, quæ in editionibus pleriſque cum *MALPIGHIANA* epiſtola conjuncta eſt. Bonon. 1665. 12. Meatus ſtatuit, qui aerem ad cerebrum ducant. *WILLISII* theoriam a cerebello ſumtam refutat.

RICHARDUS LOWER in *L. de corde* vaſorum ad cerebrum introitum expreſſit. In L. *de catarrho* qui 1671. 8. Londini prodiit, reſorbitionem humoris cerebralis ad glandulam pituitariam deſcripſit, indeque in venas jugulares ſinuſque cerebri varios.

In *ANTON. MOLINETTI Diſſ. anatom. phyſica de ſenſibus*, Patav. 1669. 4. exſtat etiam cerebri anatome, & paulo accuratior tæniæ in pede hippocampi deſcriptio.

NICOLAUS STENONIS F. in *Diſcours ſur l'anatomie du cerveau*. Pariſ. 1669. 12. & operi inſerta *WINSLOWIANO*, multa in VVilliſio accuſavit, figuraſque malas carpſit: multa ſupereſſe monuit invenienda, nervorum ortus veros, &c. aliaque via adgrediendam eſſe veritatem, neque partes ex ſitu ſuo movendas. Cæterum monita potius quam anatomen proponit, non tamen nullas obſervationes ſuas dedit. Legitur apud *T. BARTHOLINUM*, *NICOLAUM* vaſa lymphaticis ſimilia in plexu Choroideo vidiſſe.

CAROLUS DRELINCOURTIUS in *præludiis anatomicis* ſubtiles paſſim de cerebro, valvula cerebelli, pediculis glandulæ pinealis aliiſque ſtriis medulloſis, glandula pituitaria duplici, obſervationes habet. Idem in *canicidiis*, duram membranam abſque magno malo animalis incidi poſſe obſervavit.

JOSEPHI BURRHI de cerebro & oculis Epiſtola, Hafniæ 1669. 4. Vana varia. Analyſis cerebri, cujus quartam partem pinguedinem eſſe præter veri ſpeciem adfirmat. Contra eum *J. DANIEL MAJOR* eodem anno Kiloniæ in 4. edidit *conſiderationem phyſiologicam quorumdem occurrentium in duabus epiſtolis Burrhi de cerebro & oculis*, ſatis abſque experimento.

J. BOHN. de ſpirituum animalium elaboratione, Lipſ. 167... 4.

GOTTFRID WELSCH anatomia cerebri, Lipſ. 1674. 4.

J. J AC. WALDSCHMID de glandula pinealis ſtatu naturali & præternaturali, Marb. 1680. 4.

DANIEL DUNCAN. explication des actions animales, Pariſ. 1678. 12. fere *WILLISIUM* Gallice reddidit, modum diſſecandi cerebri fuſe propoſuit, ridiculas opiniones miſcuit, cum e. gr. colorem cinereum corticis explicet a ſalis ammoniaci abundantia.

JOHANNES HENRICUS GLASER de cerebro, Baſil. 1680. 8. In vaſis *VESALIUM*, in cerebro *WILLISIUM* ſequitur, proprii vix quidquam habet, præter fiſſuram in circulo, quo tympani membrana comprehenditur.

J. JAC. WALDSCHMIDT Diſp. *de glandula pinealis ſtatu naturali & præternaturali*, Marp. 1680.

CL. PERRAULT in *Eſſai de Phyſique* III. ex anatome comparata aliqua de piſcium & avium cerebris habet.

In *JOSEPHI DUVERNY* L. *de audito* propria baſeos cerebri tabula reperitur.

VIEUSSENII (*a*) *Neurographia univerſalis*, qui Liber editus eſt Lugduni in Galliis anno 1685. in folio, & hæc editio, licet triplo carior illa, quæ eſt in octavo (*b*), ematur potius, quia eam procuravit ipſe Auctor ex præſentibus cadaveribus in Academia Monſpelienſi ſectis. In anatomia certe & botanica præferre debemus editiones ipſorum Auctorum; quia ſculptores novarum editionum figuras archetypi unice deſcribunt, & ſæpius mentem Auctoris non percipiunt; hinc depravantur illæ editiones (*c*).

Hi ſunt duo Auctores primo legendi. Deinde legat Medicus (neque enim eo carere

Traité de la circulation des eſprits animaux, Pariſ. 1684. 12. nullius momenti theoria eſt, ſpiritus per vaſa lymphatica ad cerebrum redire, Auctor Monachus fuit ex Conventu Divi *MAURI*.

MARCELLUS MALPIGHIUS & *BELLINUS* (in lemm. *ad nervos pertinenti*) non bene humorem viſcidum medullæ ſpinali circumpoſitum pro nerveo liquore venditarunt. Sed *BELLINUS* utile in nervo diaphragmatico experimentum inſtituit, in præf. ad *TAURYI* anatomen & a *BOHNIO* recenſum.

G. C. SCHELHAMMER de ſpiritibus animalibus Diſp. Helmſtad. 1682. 4. Idem in *Phyſiologia* poſthuma medios ſpiritus inter corpus & animam fecit.

De motu cerebri utique in Tr. IV. habet *J. MAYOW*.

(*a*) *RAYMUNDI VIEUSSENS neurographia univerſalis*, Lugdun. 1685. fol. & an. 1715. cum novo titulo edita, opus eſt eximium magnique laboris, natum ex quingentorum corporum diſſectionibus (la *METTRIE comm.* p. 43.) *WILLISII* vitia pleraque emendavit, humano unice cerebro uſus eſt, ejuſque varias omnino ſuperficies, per ſtrata diſſectas, fideliter, etſi non nitide, pingi curavit. Sinus *FALLOPII* reſtituit, addidit receptacula ad latus ſellæ equinæ, & ſinum tranſverſum ejuſdem ſellæ, vaſa quæ nervos duram Matrem perforantes comitantur, & alia. Multas particulas cerebri minus notas noviter deſcripſit, ut centrum ovale, corpus rhomboideum cerebelli, fibras a cruribus cerebri ad corpora pyramidalia. In medulla ſpinali etiam fideliter verſatus eſt, ligamentum denticulatum, arterias, caudam equinam, duos lobulos terminantes utiliter propoſuit. Paſſim experimenta a vivorum corporum ſectionibus repetiit. Theoriis minus tribuimus. Idem in *novo ſyſtemate vaſorum* aliqua ex ligatis nervis experimenta attulit, corticis fabricam explorare adgreſſus eſt, & eadem repetiit in *Tr. des liqueurs*, atque ſuccum nerveum deſtillatione paratum propoſuit. Aſperam vero cenſuram *PETRI CHIRAC*, qua Neurographiam ſibi & D. *SYLVANO REGIS*, Librum de fermentatione *BAYLIO*, proportiones ſanguinis *FABRIO* & aliis, acidum ex ſanguine ſibi ipſi tribuit (in I. *Lettre contre VIEUSSENS*) eam equidem contentioni tribuo, quæ inter eos viros fuit maxima.

(*b*) Ulmenſem procul dubio vult *PRÆCEPTOR*, a *MELCHIORE FRIDERICO GEUDERO* 1690. 8. tabulis quæ in neurologia inprimis inmenſæ ſunt, vehementer contractis.

(*c*) Poſt *VIEUSSENIUM SAMUEL COLLINS* in magno *ſyſtemate anatomico*. Lond. 1685. fol. diligenter inprimis cerebra piſcium deſcripſit & picta dedit. Lymphatica etiam cerebri vaſa credidit ſe vidiſſe. Syſtema *WILLISIANUM* de nervis vitalibus a cerebello, animalibus a cerebro ortis, bonis certe experimentis refutavit.

Contra *BIDLOI* icones, in magno opere, lectores monere oportet.

J. JACOBUS HARDER in *obſervationum apiario*, Baſil. 1685. 4. glandulas duræ matris, quas *PACCHIONO* tribuunt, luculenter deſcripſit.

In *J. HADRIANI SLEVOGT* Diſp. de *dura Matre*, Jen. 1690. 4. laminarum diſcriminis, fibræ, ſinus conjungentis tranſverſos exſtat deſcriptio.

C. BONTEKOE in poſthumis ſedem animæ in corpore calloſo poſuit, Leid. 1688. 8.

CHRISTIANI VATER Diſp. *de exiſtentia & motu ſpirituum animalium in nervis*, VVitemberg. 1687. 4.

DRCUIN deſcription du cerveau (& organum ſenſuum cum iconibus,) Pariſ. 1691. 12. *JOURNAL DES SAVANS*. *

carêre poteſt Auctore) clariſſimi RIDLEY *anatomiam cerebri*, editam Londini in 8. anno 1695. (*a*).

Non poſſum pulchrius dare conſilium, ut res intricatiſſima intelligatur, quam ut legantur hi Auctores, cum eorum figuræ ita vividæ expreſſæ ſint, ut in nullo cadavere luculentius videri poſſint. Ordo in his Libris optimus eſt quem dicam.

WILLISIUS præceſſit VIEUSSENIUM, hinc VIEUSSENS nonnulla obſervavit, quæ WILLISIUS non habet, v. gr. ſanguinem a cerebro reducem, non tan-

(*a*) *H. RIDLEY anatomy of the brain*, Lond. 1695. 8. Latine recuſa in *EPHEMERIDIBUS NAT. CUR.* & nuper Leidæ 1725. 4. ſed iconibus paulo obſcurioribus, quæ a *COWPERO* pictæ ipſo in Præf. *RIDLEYO* teſte in vera editione valde teneræ ſunt, & male intellectæ a ſculptoribus editionum ſecundarum. Eædem etiam icones bene ſe habent in *W. COWPERI Anthropographiæ* appendice. Multa equidem omittit, dicta a *VIEUSSENIO*, neque erroribus, etiam ægre excuſandis, caret, qualis eſt nervi primi cervicalium origo adſignata infra primam vertebram, & rete mirabile, quod omnino adeſſe vult. Habet tamen ſinum circularem, plexum choroideum medium, aliquas ſtrias in medulla ſpinali oriente melius expreſſas. Varia phyſiologica paſſim admiſta ſunt. In *Phil.Tranſ.* n. 287. experimenta contra mobilitatem duræ membranæ attulit. Translator non optime functus eſt officio.

COWPERUS in *Phil. Tranſ.* n. 280. bulboſam cavitatem venæ Jugularis expreſſit vaſaque capitis.

JOH. FRID. ORTLOB in diſputationibus, quas cum titulo *hiſtoriæ partium corporis humani*, Lipſiæ an. 1697. 4. edidit, ſinus polymorphos anteriores occipitis deſcripſit.

MARTINUS LISTER in variis exercitationibus & in *L. de humoribus* defendit cerebrum unice humorem lubricantem ſecernere, qui nerveas fibras molles conſervaret.

EL. CAMERARII Diſſertatio exhibens ſpirituum animalium ſtatum (quos aereos facit). Tubing. 1694. 8. mere theoretica eſt.

JOH. MERY de medulla ſpinali aliqua, & de cauda equina habet, & non bene negat rachnoideam in *Progrès de la Médecine* 1697.

In *Monumentis Academiæ Regiæ Scientiarum Gallicæ* exſtant experimenta in ranarum nervis capta 1700.

MERY de glandulis duræ matris 1701. & de iiſdem *LITTRE* 1704.

MERY duram matrem cranio firmiter adhærere 1705.

LITTRE de glandula pituitaria, de ſinibus ſellæ equinæ tranſverſali & ovali 1707.

MERY fetus abſque cerebro 1712. & 1713.

GARENGEOT de ſinibus cerebri, longitudinali, tranſverſalibus 1728.

WINSLOW de chiaſmo fibrarum medullæ oblongatæ 1739.

AUBERT de ventriculis cerebri obſervatio 1743.

Paralyſis motu integro ibid.

MORAND de ventriculis anterioribus, de eorum cornu poſteriori, & corporis calloſi cruribus fornicem facientibus, de calcari in eo, quod dixi, cornu, tæniis crurum hippocampi, papillis, &c.

PETRI CHIRAC experimenta, quibus docet cerebello ſecto animal non continuo perire, exſtant in *Phil. Tranſ.* n. 226. de ligato vero nervo octavi paris abſque orta inde cordis quiete apud *BESSE* in ejus anatome analytica.

POUPARTII deſcriptio foraminum cranii, quæ in prioribus editionibus Libri *Chirurgiæ completæ* pro appendice ſubjicitur, omnino legi meretur.

ANTONII PACCHIONI de duræ meningis fabrica & uſu, Romæ 1701. 8. fibraſque muſculares falcis inprimis utriuſque & tentorii deſcribit, motum ipſi falci tribuit, quo cerebrum comprimat dum elevat tentoria, caudex autem ſive falx cerebelli urgeat cerebellum deducendo tentoria. Experimenta etiam in vivis canibus fecit, quæ irritabilem naturam duræ matris demonſtrant. Idem ſyſtema ſuum promittit in *GALLER. di MINERV.* 1701.

Tom.

tantum in quinque ſinus deferri venoſos, ſed totam baſin cranii, tot ſinus in-
ſcul-

Tom. IV. *EJUSDEM* theoria in epiſtola exſtat inter *COMMENTARIOS BONONIENSES*, & ibidem ſatis favens reſponſio *STANCARI* & *BAZZANI*, tum in *Opuſc. Philol.* III.

G. BAGLIVI ſpecimen de fibra motrice, Romæ 1702. Ad experimenta *PACCHIONI* addidit theoriam & duumviratum inter duram matrem, quæ comprimendo cerebrum cordi ſpiritus mittat, atque cor, quod ſanguinem urget dilatatque cerebrum. Experimenta, ſed parum firma, adducit, de irritationibus duræ meningis, ejuſque motu. Defendit ſe & removet objectionem, quod *PACCHIONUM* exſcripſerit, cui fabricam eruendam ſe reliquiſſe, ſibi vero phyſiologiam ſumſiſſe ſcribit. Aliqua etiam habet in Diſſ. varii argumenti V. & in Diſſ. I. Contra eum *THOMSONUS* in I. Diſſ. dixit, & al i.

G. BAGLIVI ſpecimen de fibra motrice primum prodiit Peruſiæ 1700. 4. Recuſum etiam eſt Baſil. 1703. 8. Altdorf. 1703.

JOSEPHI de la *CHARRIERE anatomie de la tête de l' homme*, Pariſ. 1703. 12. Præter oſteologiam, & angiologiam, ſenſuſque, cerebri etiam & nervorum deſcriptionem habet, hanc ex *VIEUSSENIO*.

ANTONII PACCHIONI de glandulis conglobatis duræ matris, Romæ 1705. 8. & in E. N. C. *Cent.* I. & II. Eas, quæ in ſinu ſunt falciformi, glandulas, & vaſa deſcribit, ut credit; inde orta, irrigantia ſuperficiem convexam piæ matris. Epiſtola ad *LUDOVICUM TESTI* inſerta eſt in *A. ERUD.* 1701. p. 415.

ADAMI PHERNÆ diſſertationes V. de cerebro, reſpiratione, oculorum morbi, aliiſque curioſis experimentis, Lugd. 1705. fol. Compilatum opus citant *GAL.* di *MIN.* *

J. B. MORGAGNII Adverſaria anatomica. In VI. adverſariis inprimis de cerebro agit, ejuſque varias particulas, & nervorum originem primam, & ſinus, & glandulam pituitariam aliaque obſervationibus ſuis illuſtravit. Experimenta etiam anatomica de phænomenis a diſſectis nervis orientibus in *Adverſ. anat.* II. & in *epiſtola* ad *VALSALVÆ* opera addita X. & XIII. produxit, & de medulla ſpinali in *Epiſt.* XVI.

SEBASTIANI WIRDIG de medicina ſpirituum curioſa überſezt durch CHRISTOPH. HELWIG, Mulhauſ. 1707. 8. Latine edita Hamburgi 1673. 8. & 1688. 12. Parum ſanus homo, qui omnia ſpiritibus plena faciat, & ipſa corpora doceat ex ſpiritibus coagulari. Phyſiologia ſequitur ſuperſtructa ſpiritibus. Cenſuram expertus eſt Academiæ Roſtochienſis & VVittembergenſis.

DOMINICI MISTICHELLI dell' apopleſſia, Romæ 1709. 4. *EJUSDEM aggiunta al trattato dell' apopleſſia*, Padova 1715. 4. In priori opere fibras aliquas medullæ oblongatæ & ſpinalis ornatius deſcribit. In altero inprimis contra ſpiritus animales pugnat, & nervos ex meningibus oriri, & inde ſenſum & motum pendere adfirmat.

FRANCISCUS PETIT omiſſo nomine ſuo, ſub titulo *Lettres d' un Médecin des Hopitaux du Roi, à un autre Médecin.* Namurci 1710. 4. multa egregia ad cerebri hiſtoriam addidit, decuſſationem fibrarum medullæ oblongatæ, ex qua lateris alterni reſolutio explicatur, canalem ſeptilucidi, fibras ab eminentiis mammillaribus quæ per thalamos adſcendunt, & in centro gemino ſemicirculari terminantur, finem fornicis in iis eminentiis; ſinum ophthalmicum a venis oculi factum, fiſſuras medullæ ſpinalis, fibras & longitudinem ſequentes & tranſverſas, experimenta in canibus, & morbos ad eruendas functiones partium cerebri, & alternam reſolutionem lateris non vulnerati.

J. RUD. ZWINGER de uſu & functionibus cerebri, Baſil. 1710. 4.

J. MAR. LANCISII Diſſ. *de ſede cogitantis animæ*, quæ exſtat cum *J. BAPT. FANTONI obſſ. anatomicis*, Turini 1713. 4. editis; habet fibras tranſverſas nervoſque corporis calloſi, quod pro ſede animæ recipit, pediculos glandulæ pinealis, alia. Icones demum in editione Genevenſi operum omnium acceſſerunt.

GODOFREDUS BIDLOO in *opuſculis anatomicis*, Leidæ 1715. 4. excuſis duas *de nervis* diſſertationes habet, quibus contra ſpiritus pugnat.

J. CONRADI BRUNNER de glandula pituitaria, Heidelb. 1687. 4. habita diſputatio, recuſa an. 1715. cum Tr. *de gland. Duodeni* omnino legi meretur. Sinum circularem jam vidit.

J. WILH. PAULI progr. *de fibra motrice & dura matre*, Lipſ. 1717.

SA-

SAMUEL SEELMATTER de dubia ſpirituum exſiſtentia, Argent. 1720. 4.

ARENT CANT ad ſinus & productiones duræ membranæ aliqua propoſuit.

J. HYACINTHI VOGLI fluidi nervei hiſtoria, Bonon. 1720. 8. ſpiritus defendit aereos, ſubtiliores, ſed ex meningibus, non ex cortice, natos. Unicam obſervationem ſuam habet, monſtri acephali. Fluidum nerveum craſſius & facile ſenſibile refutat.

J. J. BIANCHI icon & deſcriptio ſinuum cerebri exſtat in L. IV. *Theatri Mangetiani*; in quam ſevere animadvertit *MORGAGNUS*.

ANTONII PACCHIONI de dura matre Diſſ. phyſico-anatomica, Romæ 1721. 8. Variæ ſunt epiſtolæ ad *MERYUM*, Academiam Bononienſem, *FANTONUM*, cujus etiam duæ epiſtolæ hic exſtant. Defendit ſententiam ſuam *PACCHIONUS*. Hoc opuſculum, cum prioribus, in *operibus omnibus PACCHIONI*, Romæ 1741. recuſis exſtat, cum nova tabula falcis.

ANTONIUS van *LEEUWENHOEK* multa ad fabricam cerebri, filorumque nerveorum paſſim habet in operibus. Vide *Phil. Tranſ.* n. 108. 136. 167. *Epiſt. Phyſiol.* 32. 34. 36. &c. & alibi.

M. E. ETTMULLER de cerebri membranis, Lipſ. 1721. (*B. PL.*)

JOH. GOTTL. BOETTICHER de vera fluidi nervei exiſtentia ſcripſit, Berolini 1721. 4. ubi aereos ſpiritus defendit, ſolida ſponte moveri negat, &c. *

J. G. BOETTICHER l. c. recuſus eſt Hafn. 1724. 8.

J. DOMINICUS SANTORINUS in *obſervationibus anatomicis* plurima habet de cerebro; de magis recondito nervorum ortu, de venis ex dura matre ad venas externas capitis euntibus, &c.

In præfatione ad *COWPERI Myotomen* ſpiritus animales negat *PEMBERTONUS*, tum *THOMAS MORGAN*, nervoſque fartos ponit celluloſitate.

J. THEOPH. HENSING examen chemicum cerebri humani dedit, Gieſſæ 1719. 4.

FRANC. MERY an cordis motus a dura meninge, Pariſ. 1726. 4.

JOH. PHIL. BURGGRAV in L. de ſpiritus nervoſi exiſtentia, Francof. 4. & in *ſpiritu nervoſo reſtituto*, Francof. 1729. 4. & in aliis opuſculis, liquidum nerveum contra Stahlianorum objectiones tuetur. Eandem theoriam *HEISTERUS* in *compendio*. *ILL. ROSEN* in Suecica anatome. Ingenioſiſſimus *P. G. WERLHOF* in L. *de febribus* *J. H. SCHULZE* in phyſiologia, aliique ex *HOFMANNI* ſchola defendunt.

Contra *STAHLIANI* in *Actis Berolinenſibus* inque variis *GOHLII* & *GOELICKII* ſcriptis ſpiritus adeſſe omnino negarunt. Nempe huc pertinent *A. O. GOELICKE ſpiritus animalis ex foro medico relegatus*, Francof. ad Viadr. 1725. 4. & *ſpiritus ex foro medico juſte relegatus* Francof. ad. Viadr. & *ſpiritus animalis merens exul juſtarum imputationum pleniſſime convictus*, ibid. 1731.

J. DAN. GOHL inſufficientia cerebri ad ſenſum & motum animalis, & meningum indiſpenſabilior uſus adſertus. Colberg. 1732. 4. Contra *BURGGRAVIUM*.

Ejuſd. *gedanken von der materie von den ſpiritibus animalibus*, Hall. 1733. 8. In eundem.

JOH. de *GORTER* in *Chirurgia* ſua & in L. *de perſpiratione* & alibi, liquorem nerveum duplicem facit, alium qui in cerebri involucris natus ſub capſula communi nervei funiculi contineatur, alium in fiſtulis tenuiſſimis nervi.

In Actis Petropolitanis in T. IV. de ventriculis cerebri ſeptoque lucido exſtant obſervationes. Et *J. G. DUVERNOI* de nervorum vera fabrica T. II.

J. QUINCY in *SANCTORIUM* motum duræ matris admittit, ſucco nerveo ſolam humectationem tribuit, tum *BROWNE LANGRISCH* in nuperis *lectionibus de motu muſculari*.

In *CL. SYLVA* L. de venæ ſectione aliqua ad arterias duræ matris minores, & ad ſinus cerebri exſtant.

HERM. FRID. TEICHMEYER de magna cerebri valvula, Jen. 1728. 4. *de Lympha cerebri* eod. anno, & alia Programmata huc pertinent.

H. FR. TEICHMEYER etiam huc pertinet *de muſculoſa ſubſtantia duræ matris*, Jen. 1729. 4.

THOMÆ BRINII de ſpiritibus animalibus L. Venet. 1729. 4. Contra ſpiritus animales & pro tremore fibrarum elaſtico, practicus potius quam anatomicus, argumenta adfert non difficilis ſolutionis.

J. B. WINSLOWUM ſemel laudavi ob totius corporis anatomen, repetere neceſſe non eſt.

In T. II. *Edimburgenſium Actorum* experimenta in nervo recurrente ligato facta recenſentur.

FRIDERICUS RUYSCH plurima in *Epiſtolis* & in *Theſauris* paſſim ad hiſtoriam cerebri adjecit. Corpora pyramidalia poſteriora conſtituit. Fabricam glanduloſam refutavit, vaſculoſam per experimenta docuit, jam ab anno 1698. Præf. ad VI. Theſ. nervos in tenuiſſimas fibrillas reſolvit, &c.

C. A. a *BERGEN*, *iconem novam ventriculorum cerebri*, an. 1734. dedit qua cornua tria expreſſit, corpus fimbriatum deſcripſit, & choroideos plexus, corporis calloſi ſulcos tranverſos monuit veſtigia venarum eſſe.

IDEM in progr. *de pia matre*, Norimb. 1736. 4. arachnoideam membranam pro vera membrana, piam pro celluloſa tela habet.

A. O. GOELICKE de meninge arachnoidea Cerebri, Francof. ad Viadr. 1734. Diſſ. *

IOH. FANTONUS in *opuſculis anatomicis*, Genev. 1738. 4. Pacchionianam de dura meninge hæreſin fuſe refutat & ſolide, niſi quod pauca aliqua de lymphaticis vaſis cerebri minus firma defendit. Alia adjecta ſunt non hujus argumenti.

ALEX. STUART tum in ſuis *de motu muſculorum* Libellis, tum in *Phil. Tranſ.* n. 424. pro fluido nerveo contra ſyſtema tremorum in partibus ſolidis experimenta habet.

In nova editione ſuarum Diſſ. phyſiologicarum *SENNAC* fuſe de motibus ſympathicis & nervis egit.

DANIEL CHEVALIER. *Ergo a diverſa cauſa moventur cerebrum & dura meninx*, Pariſiis 1737. Diſp.

J. JACOBI HUBER de medulla ſpinali, Gotting. 1739. 4. Hoc quidem opuſculum ſatis vitioſum, ex obſervationibus tamen in noſtro theatro factis natum, utilitate non caret.

ABRAHAMI KAAU in L. *de perſpiratione*, Leid. 1739. 8. vaporem adſurgentem cerebri per experimenta confirmavit. In *Impetum* vero *faciente* Hippocratis, Leid. 1745. 8. per experimenta efficacia & dominium nervorum conſtituendum ſuſcepit, pulchro, ut ſolet, labore. Agit autem de motu muſculorum, nervorum, vulneribus cerebri, ſomno, opii effectu. Imperium nervorum in arterias recepit, quod ope laqueorum peragitur. Cerebellum motui cordis præeſſe minime credit, motum muſculorum a nervis pendere confirmat, duram matrem irritatam convulſiones nullas facere demonſtrat.

J. E. HEBENSTREIT de methodo incidendi cerebrum an. 1739. programma edidit, & an. 1738. *de baſi calvariæ* in quo agit de arteriolis & adhæſionibus duræ matris, ſinubus qui non ſunt niſi venæ, &c.

J. JAC. BELETÆTE. *Ergo dura mater non habet motum a ſe*, Pariſ. 1739. Recte obſervat undique adhærere duram membranam & immobilem eſſe.

D. KINNEIR nevv eſſay on the nerves and the doctrine of animal ſpirits, Lond. 1739. 8. 2da. editio. Phyſiologica pars brevis, & videtur quaſi captatio benevolentiæ eſſe pro ſequente practica, in qua aquam frigidam commendat ad morbos nervorum. In priori ſuccum nerveum reſorberi in fibrarum nervearum parallela intervalla, & nervorum facere e-laterem, & nutrire, & mucilaginoſum eſſe docet.

BROWNE LANGRISH in L. *de motu muſculorum* ſyſtema ſpirituum animalium ob mollitiem nervi veri, aliaſque rationes defendit. In nuperis *lectionibus* ſpiritum æthereum recepit, & ſuccum nerveum pro inerti habet.

CAR. GOTTHOLD KESLER de liquore nerveo & ejus effectu in corpore, Erfurd 1739. 4.

EMANUEL SWEDBERG in *Oeconomia animalis* P. II. Amſtelod. 1741. 4. Corticis ſphæras totidem eſſe corcula, quæ in motum cient quamcumque voluerimus fibram, & in eam impellunt liquidum tenuiſſimum, quod inde in ſanguinem, & perpetua circulatione, iterum in corticem redit. Varia alia hujuſmodi ibi reperies.

In *Diſſertationibus duabus de febre & ſucco nervoſo*, Romæ 1740. 8. Spirituum exiſtentia in altera Diſſ. ex *BOERHAAVIO* defenditur.

NATALIS MARIA DE GEVIGLAN. *Ergo functionum integritas a ſpiritibus*, Par. 1740. 4.

CL. NICOLAUS LE CAT in L. *de ſenſibus* iconem dedit baſeos cerebri, & partis medullæ ſpinalis, in qua vaſa cerebri & venoſa expreſſa ſunt.

JOH. JAC. HUBER de nervis ex medulla ſpinali, Gotting. 1741. 8. Bona icon medullæ ſpinalis, Rollini opus, & diligens deſcriptio primarum originum horum nervorum.

CL. LADMIRAL duabus tabulis Amſtelodami an. 1738. editis vaſa duræ matris, tum majuſcula, tum tenerrima & evaneſcentia, cum ſuis coloribus depicta dedit.

WILH.

WILH. CHESELDEN in nova editione anatomes ſuæ ſatis malas dedit icones medullæ ſpinalis, in prioribus vero editionibus arteriarum cerebri non incommodam iconem. *MONROUS* in deſcriptione nervorum, quam *CHESELDENIANO* Libro addidit, experimentum Bellinianum aliaque argumenta adduxit.

D. de la *PEYRONIE* jam in *Extractis actorum Societatis Monſpelienſis* an. 1708. deinde inprimis in Ac. *REG. SCIENT.* 1741. fuſe de ſede animæ egit, quam in corpore calloſo poſuit, cum ejus vulnera ſola funeſta eſſe, non cerebelli neque alterius partis encephali, ſe demonſtraſſe putaret. Sed avibus nullum corpus calloſum eſt. Neque certa mors a corpore calloſo læſo ſatis evicta.

In *opuſculis philologicis ROSETTUS* ſpirituum circulationem deſcribit ex nervis in membranas, inde iterum in caput: tum *in opuſc. ſcientific. filolog.* T. V.

In T. X. & XII. *DOMINICI* de *MAURODENOSA* contra *ROSETTI* de circulatione ſpirituum ſyſtema obſervationes exſtant.

D. LIETAUD conſulere oportet, qui figuras aliquas huc pertinentes, dedit, & infundibulum cavum eſſe negat.

OTTO JUST. WREDE demonſtrat. des gehirnes, Hann. 1742. 8. Compend. *WINSLOWIANUM.*

ILL.SWIETENUS experimenta aliqua ligatis nervis & arteriis in animalibus vivis inſtituit.

J. JUNKER de ſinubus duræ matris, Hal. 1743. Diſp. *

J. JUNKER de ſinubus duræ matris, ſinubus malorum, Hall. 1743. 4.

J. STEPH. GUETTARD. Ergo nervi canales, Pariſ. 1743. 4.

Noſtra de *nervorum in arterias imperio* Diſſertatio edita 1744. 4. poteſt extendi ad pene omnes in corpore humano nervos, quos magis & magis reperimus pleraſque in corpore humano arterias ſuis laqueis revincire & circumplecti.

LUDOVICI de *CLARELLIS ſpiritus animales ex ſyſtemate medico exturbantur*, Neapoli 1744. 4. Acris & iracundus adverſarius ſpirituum, dictione uſus impura & ægre intelligibili. Urget ridiculas opiniones nonnullorum, qui nerveos ſpiritus defenderunt, tubulos, minimos, tarditatem in tanta a corde diſtantia, momentum ex minutie & tarditate naſcens exiguum. Fibras ſolidas pro ſenſu & motu explicando ſufficere credit.

CL. TABARRANI in Luccenſium *Memorie de' Valentuomini* varias obſervationes habet, de circulari ſinu & tranſverſo receptacula conjungente, de ſinu comitante carotidem, de ſinu in cartilagine inter os petroſum & occipitale poſito.

JOSEPH LALLEMANT. Ergo actio muſcularis a ſolis ſpiritibus, Pariſ. 1745. 4.

In *Actis Acad. Scient.* Maſſil. 1746. exſtat *CL. ARLETI* de cerebri proportionibus obſervationes, quænam animalia magnum, quæ parvum cerebrum habeant, &c.

FRIDERICUS WINTER de irritabili natura nervorum, a qua plerique in corpore humano motus pendent, in Oratione *de certitudine in Medicina practica*, Franekeræ 1746. fol. utilia dixit.

Nervos ligatos tumere obſervavit *CL. MOLINELLUS* in L. *de Aneuryſmatibus.*

J. G. GUNZ de ſanguinis motu per ſinus duræ matris, Lipſ. 1747. 4. novam theoriam propoſuit, ſinus factos eſſe ad retardandum ſanguinis iter, ut eo copioſior in corticem veniret, arteriolas minimas utique ſanguinem in ſinus exhalare. Varia etiam de ſinibus rarioribus duræ membranæ, & emiſſario habet, de quibus etiam in Libello *de arteria maxillari*, Lipſ. 1743. 4. obſervationes propoſuit.

J. G. GUNZ duo etiam ſunt programmata *de cerebro*, quæ anno 1750. prodierunt.

DIONYS CLAUD. DOUCET, *Ergo tenus partium a ſpiritibus*, Pariſ. 1747. 4

D. BOUILLET in *ſuite des élémens de la Médecine pratique*, 1746. 4. vias per foramina oſſis cribroſi aeri vult patulas eſſe, & verum aerem in ventriculum cerebri venire. Hujus renovatæ opinionis jam exſtant veſtigia in Diſp. *D. CHEVALIER* ſuperius dicta an. 1737.

CARL GOTTLOB KESLER die bevvegung der electriſchen materie als die vvürkende urſache der bevvegungen und empfindungen, Landshut 1749. 8. Materiam animalium ſpirituum cum *HAUSENIO* aliiſque electricam fecit.

J. GOTTFRIED ZINN. me præſide defenſa diſputatio qua *Experimenta circa corpus calloſum, cerebellum, duram meningem in vivis animalibus inſtituta* continentur, Gotting. 1749. 4. Vulnera corporis calloſi, & cerebelli nihil magis funeſti habere, quam reliqua cerebri vulnera, & duram membranam inſenſilem eſſe oſtendit.

ſculptos habere, qui vaſa venoſa recipiunt, ut quatuordecim (*a*) omnino ſinus venoſi diſtincti exhiberi poſſent. De decurſu vero fibrarum in dura matre (*b*), quas WILLISIUS ad nervos magis feſtinans, non deſcripſit, habet aliqua VIEUSSENS & RIDLEJUS. Præterea VIEUSSENS cerebrum diſſectum variis modis egregie in figuris repræſentat, adeo ut pigritia ſit, quando anatomici hodierni hanc partem non bene demonſtrent. WILLISIUS in figuris integris cerebrum non diſſectum exhibet, ſed clariſſimus VIEUSSENS, dum cerebrum exhibet diſſectum, ſecundum longitudinem, & oblique & alio modo, tantum etiam involutum cerebrum repræſentat in figuris: Verum VIEUSSENIUS ipſe nactus eſt cenſorem RIDLEIUM, qui ſuffultus obſervationibus WILLISII & VIEUSSENII addidit egregia, nempe fibras duræ matris, vaſa lymphatica in plexu choroideo, & mirificos ductus per ceram repletos in eo plexu. Ab his ergo Auctoribus omnia de cranio, meningibus cerebri, harum arteriis, venis, ſinubus, quæ noſci poſſunt, habere poſſumus, & omnia apud eos diſcemus, quæ de apparatu mirifico vaſorum, arteriarum, &c. ad cerebrum venientium habentur. Videbimus ibi, quomodo ille apparatus ante ingreſſum extra cranium, & quomodo intra cranium ſe habeat. RIDLEIUS præſertim demonſtrat, quomodo in ingreſſu hæc ſe habeant. De egreſſu vaſorum WILLISIUS videatur. Hi iidem viri tradiderunt deſcriptionem figurarum, ſitus, molis partium, diſtributionis, appendicum corticis, medullæ, medullæ oblongatæ, medullæ ſpinalis, cerebri atque cerebelli, & originis nervorum.

Situs cerebri & cerebelli diſcatur inprimis ex RIDLEIO & WILLISIO, nam quæſo, quare cranium externe glabrum eſt, interne vero rupibus & eminentiis ſcatet, ut eminentia criſtæ galli? Cui bono ad baſin cerebri ſella turcica, ad latera cavitates, ad poſteriora quaſi cornua reperiuntur? Cur tota baſis cranii horreſcit ubique quaſi prærupta rupes? Hæc omnia certe perpetuo ignorabimus, niſi horum trium Auctorum obſervata perlegamus: neque neceſſitatem harum cavernarum, in quibus reconditur ſanguis refluus, ne comprimat vaſa cerebri, abſque eorum opera intelligeremus. Quis nos docebit, cur dura mater, tanquam velum pendulum, ad has eminentias cranii adfigatur, uti videmus ad ingreſſum arteriæ carotidis ad ſellam turcicam, ubi hæ arteriæ ingrediuntur? nempe ſuſpenditur hoc velo cerebrum, ne comprimatur a ſuis propriis vaſis arterioſis (*c*).

Ex iiſdem porro Auctoribus diſcimus commmenta egregia de uſu enumeratarum partium: niſi vero earum uſus intelligatur, nihil boni intelligemus de natura horum viſcerum, & notandum eſt, ultimam correctionem & majorem ſemper eſſe, & priorem ſuperare.

Jam alterum quod conſidero de cerebro, hoc eſt. Quando tiro impreſſit adcuratam ſpeciem, ſeu ideam hujus apparatus cerebri & cerebelli; ea cognita, ſuperaddet doctrinam ipſius ſtructuræ, in ſubſtantia cerebri compertæ. Verum tres

(*a*) Additis nempe quatuor ſinibus ad ſellam equinam.

(*b*) Hæc magis excoluit *A. PACCHIONUS* & parum eſt, quod eo contulit aut *VIEUSSENIUS* aut *RIDLEIUS*, niſi iſtius experimentum velis, quo duram Matrem minime mobilem eſſe defendit.

(*c*) Videtur ſenſus eſſe, protegi a dura matre carotidem, ne pondere incumbentis cerebri ſanguis ejus nimis retardetur.

tres præcedentes Auctores omnia ſolum externa docent, ſed quænam ſtructura ſit intimæ ſubſtantiæ, de ea re fere nihil ſcripſerunt. Hinc duo ſequentes Auctores addantur 1. FRIDERICUS RUYSCHIUS (*a*) in obſervationibus ſuis ſparſim editis, tam anatomicis quam chirurgicis, ſed præſertim in *theſauris* ſuis, ubi hinc inde figuras præparatarum partium & membranarum partis corticalis cerebri, diſtributionis vaſorum ſanguiferorum per haſce partes exhibet. 2. Sed nemo ulla cum ſpecie rationis carere poteſt MALPIGHIO (*b*) qui videndus erit 1. in tractatu de *glandulis conglobatis*, & 2. in tractatu de *cerebro*, ubi naturam fiſtularum nervoſarum, quæ medulloſæ vocantur, diſtincte exhibet.

Qui hos binos viros legit, poterit diſcernere cum judicio, quid cogitandum ſit de medulla & de cortice cerebri.

Quicunque edoctus præcedentia impreſſit ſibi adcuratiſſime, tranſeat nunc ad doctrinam de nervis, eorum ſubſtantiam, originem, egreſſum ex cerebro, diſtributionem intra cranium, & thecam vertebralem, egreſſum ex cranio, & ex commiſſura vertebrarum, diſtributionem per muſculos, viſcera, & reliqua loca corporis humani.

Ut adcurate diſcere & retinere hanc doctrinam quis poſſit, hæc agenda ſunt. Primo, cognoſcenda eſt ſubſtantia medullæ cerebri, cerebelli, & medullæ, quæ prolongatur in ramos laterales; ſubſtantia quidem cerebri ubique æqualiter mollis eſt, verum, ubi ad exitum venit, adquirit duram matrem; unde durior fit, ab adſcita membrana calloſa. Ubi vero nervea aliqua propago per cranium decurrit, non adquirit duram matrem, nam recurrens nervus WILLISII non accipit duram matrem; ſed ubi nervi tranſeunt per foramina, ut ex cranio exeant, ibi accipiunt utique vaginam duræ matris, & cum ea progrediuntur; iidem nervi ubi ingrediuntur muſculos, viſcera, vel organa quæcunque, deponunt iterum duram matrem, & pergunt cum pia matre; ubi denique nervus ad loca ſentientia venit, eoque nunc pervenit, deponit membranas ſuas omnes, & explicat ſe in pulpoſum quoddam corpus. Quando nervi ad cerebrum redeunt, tunc iterum deponunt membranas, & fit mollis ſubſtantia.

Incepimus dare methodum facillimam addiſcendorum omnium, quæ ad nervos ſpectant. Conſideravimus ibi primo, ideam ſubſtantiæ nervoſæ; omnem ſcilicet ſubſtantiam nervoſam in cerebro eſſe ejus medullam, hanc, ubi egreditur

ex

(*a*) Ut qui ubique corticem non glandulis, ſed vaſculis fieri demonſtravit, partim per experimenta, partim per analogiam, a partibus, quæ cera replentur, ad eas quæ repleri non poſſunt. Iconem vaſorum corticis in ultima adhuc ad amicum noſtrum *J. C. BOHLIUM* epiſtola dedit. Valuit autem experimentum contra hypotheſes, ut etiam *SCHELHAMMERUS* a præparato, *RUYSCHIANA* arte, cortice convictum ſe fuiſſe fateatur in *poſthum. oper.* p. CCLXXXII. & *BOERHAAVIUS* in ejus ſententiam ultimis vitæ annis tranſiverit, deſerta, quam pro ſua eloquentia tuitus erat, Malpighiana hypotheſi.

(*b*) In collectione *exercitationum anatomicarum de viſcerum ſtructura*, Bononiæ 1666. 4. * & Londini 1669. 12. excuſa, exſtat *M. MALPIGHII de cerebri cortice* Libellus, quo fabrica glanduloſa corticis proponitur. Fere omnes autem Anatomici in eam ſententiam iverant, & *LISTERUS* in *Exercit. Anat.* II. eam opinionem contra *LEEUWENHOECKIUM* defendit, experimentis vero fulcire in priori opere ſuſcepit *RAYMUNDUS VIEUSSENS*, nam in poſteriore opere *de vaſ. ſyſt.* corticem ſpongioſum fecit, non glanduloſum, clanculum exſcripto *RUYSCHIO*, ſi ipſi credis *Procem. Theſ.* VI. p. 10.

ex cranio, recipere membranam, & duriſſimum corpus fieri, quod in cerebro molliſſimum fuerat. Porro, ubi hic nervus ex commiſſuris cranii & vertebrarum exit, ſemper tranſire ibi una duram matrem, & nervum cum hac dura matre pergere, ſic defendi mollem nervum, ut tuto perveniat ad locum ſuum: Duplex vero eſt locus, quo vergit nervus. Ubi ſentire debet, ibi deponit vaginam, quam adquiſivit in tranſitu oſſis, & mollior iterum ac tenerior fit, & explicat ſe, quaſi in corpus mucoſum. Id ubique advertitur. Vide nervos olfactorios, poſtquam os cribroſum tranſiverunt, ubi nunc per ſinus naſi & membranam pituitariam diſtribuuntur, adverte, quam molles ſunt (*a*)! ut, ſi vel parum ſtimulentur, ſtatim ſternutatio oboriatur. Vide etiam nervos opticos, & ipſi piam matrem deponunt, & faciunt choroideam & uveam, eorum vero ſubſtantia medulloſa diſtribuitur, ac ſi eſſet mucus. Ita ſub epidermide reperitur corpus mucoſum MALPIGHII, quod nihil eſt, niſi papillæ perfecte nervoſæ (*b*), pia & dura matre orbatæ, diſpoſitæ ad recipiendum motum objectorum. 2. Vel motui inſerviunt. Hi nervi non videntur deponere piam matrem; hinc in muſculis nervi duriores ſunt, quam ubi diſtribuuntur ad quinque ſenſus.

Alterum, quod obſervandum eſſe dicebam, erat origo nervi, quæ in genere in cerebro, cerebello & medulla ſpinali latet. Jam quænam ſint diſtributiones, ſeparationes, conjunctiones, recurſus nervorum & iter ad viſcera, videantur ſequentes Auctores.

WILLISIUS in parte poſteriore tractatus *de cerebri anatome*, cui ſubjungitur *nova nervorum deſcriptio* (*c*). Hæc eſt ea pars, in qua origo, diſtributio, modus ſeparandi, coeundi, & finis nervorum optime deſcribitur: ita ut GALENUS nunquam, neque SYLVIUS, qui de ſuis tabulis gloriatus eſt, quibus etiam laudem meruit, neque alii poſſint ſuas figuras comparare cum WILLISIANIS. Verum hæc ſcripta WILLISII inſerviunt ad deſcribendos nervos, ad ſenſus, ad viſcera, & qui circa collum diſtribuuntur. Plura ex WILLISIO non oportet diſci, ſed in hiſce optimus eſt; ſolus enim fere deſcripſit ex cranio ortos nervos, reliqui fere ad loca hæc diſtribuuntur.

Verum ſi nervos, qui ad muſculos pedum, brachiorum, &c. diſtribuuntur, ſcire quis

(*a*) Conf. *Comm. Boerh.* II. n. 593. *ſeqq.*

(*b*) Conf. Ejuſd. operis T. III. n. 418. unde quidem non poterit hæc ſententia defendi, papillæ enim ſemper ſolidiuſculæ ſunt, & grenuloſæ, & a reticulo diverſiſſimæ.

(*c*) Nervorum deſcriptio ex difficillimis anatomes partibus eſt, quæ verſetur circa particulas molles, teneras, latentes, nulla arte augendas, ſæpe per duriſſima oſſa varie & occulte repentes. Inde factum eſt, ut non plurimos hic certe Anatomicos laudare liceat. Intercoſtalis & octavi paris prima ſtamina reperiuntur in *HIPPOCRATIS* Libro περὶ φλέβων. *HEROPHILUS* nervos ſeparavit a tendinibus. *GALENUS* in L. *de nervorum diſſectione* & *de organis vocis* nervos diligentius deſcripſit, recurrentes invenit, experimenta perpulchra fecit ad demonſtrandam nervorum in motu producendo prærogativam.

ALEX. ACHILLINUS nervum quarti paris bene deſcripſit.

ANDREAS quidem *VESALIUS* non alibi minus gloriæ conſecutus eſt, adeo ejus icones malæ & fictitiæ ſunt, & enumeratio nervorum imperfecta. Brachii tamen nervos quinos ante *DUVERNEYM* conſtituit.

C. STE-

re quis cupit, tum nimis brevis erit tractatus WILLISII; multum etiam hic jam præſtitit RAYMUNDUS VIEUSSENS in Libro in folio jam commendato de *Neurologia* (a). Frequenti enim diſſectione invenit & depinxit adcuratiſſime nervos, qui ex medulla ſpinali orti, vadunt ad ſingulos muſculos corporis. Cum enim tentaret hos omnes nervos deſcribere, debuit adſequi omnes nervos accuratiſſime, & ea occaſione ad ultimos fines ubique perventum fere eſt; hinc certe huic viro ab accuratiſſimis hodie anatomicis hoc laudis datum vidi, ut ſi perſequerentur aliquem nervum, ſecundum ejus deſcriptionem, nunquam decepti fuerint. Cum præterea figuræ ejus egregiæ ſint, & ſyſtema breviſſimum, eſt quod nos contentos hiſce duobus Auctoribus eſſe deceat, ex his enim diſcemus omnia, quæ per compendium prius recenſui.

Poſt-

C. *STEPHANUS* non penitus contemnendas figuras dedit. Intercoſtalem ab octavo pare ſeparavit. Nervorum brachii truncos quinque diſtinxit.

Sed *BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS* longe felicius in eo opere verſatus eſt. Paria nervorum decem conſtituit, ut ex iconibus apparet, nervi intercoſtalis originem veram ex ſexto pare primus detexit. Nervos oculi accurate, ſi a ganglio receſſeris, expoſuit, tum chordam tympani aliaſque quinti & ſeptimi anaſtomoſes. Nervorum artuum cum muſculis ſuis veras dedit icones. Inimitabili labore totum, adeo complexum, nervorum abdominalium ſyſtema conprehendit. Nervum opticum ex laminis plicatis cerebri fieri ante *MALPIGHIUM* docuit.

GABRIEL FALLOPIUS quartum par notum habuit, & tympani chordam, & durum nervum, & alia ad nervos capitis mares pertinentia, aliquam etiam nervorum intercoſtalium & cordis adumbrationem.

CONSTANTIUS VAROLIUS nervorum opticorum originem propria epiſtola, Patavii 1573. 8. edita, ex thalamis deduxit, quæ etiam ob alios nervos, & baſin cerebri noviter delineatam lectu digniſſima eſt.

ARCHANGELUS PICCOLHOMINEUS proceſſus mammillares ad nervos reduxit.

Quænam ſunt elegantiſſimæ ſeptem figuræ nervorum totius corporis Romæ excuſæ, quas mirabatur *RIOLANUS* (op. omn. p. 829.) non vidiſſe *VESLINGIUM*, neque inde notaſſe nervorum diſtributiones? An eædem quæ *BERRETTINI*? Eſt ſuſpicio *J. FANTONI* in *Diſſ. anat. nov. ed.* p. 213., valde mihi probabilis.

Nempe nuper an. 1741. fol. prodierunt Romæ Tabulæ quibus pictoris *BERRETTINI* nomen præfixum eſt. Earum magna pars eſt neurologia, & ad vivum corpus depictos habet nervos, eoſque in ſuo ſitu. Eos conſulere oportet, ſed ut errores admiſtos vitemus; v. gr. ſeptimo pari tribuitur nervus deſcendens noni. In exemplare Bibl. Gotting. *GUILIELMI RIVÆ* & nomen & aliquæ icones præfixæ ſunt.

A. LAURENTIUS ſex truncos nervorum brachii deſcripſit.

JULIUS CASSERIUS & univerſorum nervorum Veſaliana, nec bona ſceleta dedit, & nervos cordis & recurrentes pinxit, ſed in iſtis omnibus minus felix fuit.

C. *HOFMANN de uſu venarum & arteriarum & nervorum origine*, Norimb. 1615. Diſp.

(a) *THOMAS WILLIS* in deſcriptione nervorum cum hiſtoria cerebri edita nervos etiam, inprimis capitis & viſcerum, cum ſuis gangliis deſcripſit. Ab eo profecta eſt minus vera origo nervi intercoſtalis ab ophthalmico ramo quinti. Laqueos nervoſos obſervavit, & ganglia plexuſque principes, neque eos male. Artus vix attigit, & cum aliquo metu legi oportet, ob admiſſos errores, & brutorum animalium deſcriptiones.

RICH. LOWER nervorum cordis tabulam habet, VVilliſianæ ſimilem.

In *C. BARTHOLINI* epiſtola de ranis, neurologia hujus animalculi exſtat, tum ejuſdem cum *JACOBÆO de ranis* Epiſtola *de nervorum uſu in muſculorum motu*; Pariſ. 1676. 8.

De fibris nerveis per os cuneiforme deſcendentibus exſtant *SCHNEIDERI de oſſe cribriformi*, & *CHARLETONI* (*de cerebr. hum.*) obſervationes, qui ultimo loco dictus Auctor eas evidentes facit.

JO-

Poſtquam nunc nervi accuratiſſime ſunt deſcripti, quatenus propagines ſunt cerebri, ſequitur, ut de viſceribus agamus. Initium faciemus a faucibus, quæ maxime merentur hic recenſeri, propter admirabilem ſtructuram.

JOSEPHUS DUVERNEY nervum durum per faciem euntem, & chordam tympani iconibus expreſſit, & reliquos auriculæ nervos, mollium etiam ramulos ad intima organi auditus penetralia deduxit.

RAYMUNDUS VIEUSSENS in *Neurographia* princeps Auctor eſt. Nervos enim totius corporis novo & immenſo labore, ad exemta ex corpore humano ſyſtemata, diſpoſuit, artuumque nervos, & dorſi, a *WILLISIO* omiſſos, ſupplevit. Nervum ſplanchnicum, ganglia ſemilunaria, nervos cordis & viſcerum laborioſe expreſſit, unice ad hominis corpus, digniſſimus Auctor. In capitis tamen difficilibus nervis, & in quinto maxime minus felix fuit; nervum deſcendentem noni octavo tribuit, in origine nervi intercoſtalis *WILLISIUM* ſecutus eſt, paucoſque alios nævos in immenſo opere reliquit. Nervos brachii vitioſe pingi monuerat *MERYUS*, & minatus erat ſe errores demonſtraturum (*Progrès de la Médecine* p. 26.)

H. RIDLEY in nervis parcus eſt. Ramos ad duram matrem a quinto pare, non ſatis vere deduxit. In decimo pare, quod ſub prima vertebra ait exire, vehementer aberrat.

In *Anthropographia COWPERUS* aliquas obſervationes habet, v. gr. minimos ſurculos eſſe, qui ex poſterioribus foraminibus oſſis ſacri exeunt. Imo nulli ſunt, ut certo didici inquirendo, ſed arteriæ a ſacris in longiſſimum dorſi muſculum ibi erumpunt.

In *KOENIGII regno animali ſpecimen* Neurologiæ ex *PETRI CHIRAC* dictatis habetur, quo multa melius deſcribuntur, & v. gr. deſcendens ramus nono reſtituitur.

J. M. HOFMANNI de nervis diſp. Altdorf 1692. 4.

Anno 1697. quinque truncos brachialium nervorum propriis nominibus diſtinxit *JOSEPHUS DUVERNEY*, habebat autem axillarem pro ramo radialis (*PALFYN* II. p. 307. *VERDIER* II. p. 402.) Et eodem fere tempore *RAVIUS* ſex truncos deſcripſit in poſthumis Schedis, quæ cum *VALENTINO* exſtant.

In *ACTIS REGIÆ ACADEMIÆ* an. 1727. *FRANCISCUS PETIT* de nervis oculi obſervationes protulit. Intercoſtalem iterum ex quinti primo ramo deduxit, ganglion ophthalmicum deſcripſit, ex quinto & tertio compoſitum, a quo interiores oculi nervi proveniunt.

CL. HUNAULT an. 1734. nervum cordis a plexu ſemilunari retrogradum deſcripſit.

JOSEPHUS DE LA CHARRIERE VIEUSSENIUM in nervis, ut in cerebro, imitatus eſt.

ANTONIUS MARIA VALSALVA durum alioſque nervos auris, ſed illum ſatis imperfecte deſcripſit.

In Epiſtolis *MORGAGNIANIS*, poſthumis *VALSALVÆ* adjectis, ſollicite agitur de nervi mollis itineribus ad veſtibulum, & cochleam.

SIMONCELLII Chirurgi fabuloſa deſcriptio nervi mollis habetur in epiſtolis *DES NOUES* Romæ an. 1706. in 8. editis.

ADR. SLEVOGT in Diſſ. *de proceſſibus cerebri mammillaribus*, Jenæ 1715. ſatis ingenioſe eos nervos eſſe negavit.

D. W. ANDREÆ Diſp. de *proceſſibus mammillaribus*. Leid. 1715. *

JOH. MARIA LANCISIUS in poſthumo de corde tractatu, jam laudato, nervorum cordis miram tabulam dedit, & nervos novos a primo cervicalium ortos, qui deſcenderent per omnem vertebrarum colli ſeriem, tum a phrenicis addidit. Sed ea omnia mihi ſuſpecta ſunt. Neque ſatis novi, an firma ſint, quæ *VIR. CLAR.* de Gangliis in epiſtola habet, quæ cum *V. Adverſariis MORGAGNI* prodiit. Molles ibi ramos intercoſtalis Ganglii primum, ni fallor, deſcripſit.

ARENT CANT de nervis quinto & ſeptimo aliqua habet, non optima in T. I.

J. FRID. BAUER de nervis eorumque præſtantia in corpore humano. Lipſ. 1725. 4.

In *WILL. STUKELEY deſcription of the ſpleen* Tab. V. habetur nervorum icon ad Euſtachianam ficta, ſed peſſime corrupta.

In *Actis Petropolitanis* T. II. *CL. BULFINGERI* & *DUVERNOY* de nervorum fabrica experimenta exſtant.

CHE-

CHESELDENIANÆ anatomes editiones poſteriores habent neurologiam adjectam ab *ALEX. MONROO*, cum variis inde deductis phyſiologicis corollariis & pathologicis.

ANDR. OTT. GOELICKE de nervorum ſtructura & uſu. Francof. ad Viadr. 1732. 4.

In *J. M. HOFMANNI de nervis* diſp. Altdorf. 1692. 4. exſtat icon nervorum in baſi cranii ad noſtram præparationem nata.

J. B. WINSLOWI anatome hactenus fere unica neurologia eſt, etſi brevior, ex ſcopo Libri, inprimis in nervi quinti ramis. Ejus quaſi compendium exſtat apud *VERDIER*.

J. TIMM. anat. des Ruckgrades Brem. 1735. 8.

C. A. a *BERGEN de nervis cranii ad novem paria non relatis*. Progr. Francof. ad Viadr. 1738.

J. CHRISTIAN. KLUG Diſp. *de nervorum uſu & differentia*. Argentor. 1740.

GEVIGLIAN. in theſi ſua de reſpiratione a nobis recuſa, deſcribit nervos ex plexu ſemilunari ad cor & ad diaphragma euntes.

J. F. CASSEBOHM in difficillimos nervos organi auditus accurate inquiſivit.

C. AUG. a *BERGEN de nervo intercoſtali*. Francof. 1732. 4. & *WALTHERI* de eodem Diſſ. Lipſ. 1733. 1735. omnino legi merentur. Idem *CL.* a *BERGEN* in *Commerc. Litter.* 1738. aliquos ſubtiliores in cranio nervos deſcripſit, quos etiam in Progr. jam laudato habet.

In *CL. LE CAT.* L. *des Sens* nervorum origines & rami aliqui exſtant, tum ganglion ophthalmicum & nervi oculi, rete intercoſtalis nervi, quod in carotide eſt.

ABR. VATER in Diſſ. *de conſenſu partium*. VVittemb. 1741. 4. præter papillas nerveas etiam plexum brachialem depinxit. Sed & *CL. LIEUTAUD* in neurologicis legi meretur.

Ego in icone baſeos cranii nervos oculi & ganglion ophtalmicum, niſi fallor, unicus depinxi, in tabulis arteriæ carotidis vero plexus pharyngeos, nervoſque molles & paſſim alia adſperſi. In Diſſ. *de vera nervi intercoſtalis origine*. Gott. 1743. eum nervum a primo quinti ramos non habere demonſtravi, communicationem noni cum phrenico deſcripſi.

CL. GUNZIUS in *Commentario ad* L. *HIPP. de humorimus* nervos phrenicos a ganglio ſemilunari ortos deſcripſit.

J. J. HUBER de *nervi intercoſtalis origine*. Gotting. 1744. 4. ſimilia fere noſtris repetiit, adjecit plexus pharyngei non ſatis plenam deſcriptionem.

CL. CASIMIR. CHRISTOPHORUS SCHMIEDEL in Ep. *de controverſa origine nervi intercoſtalis*. Erlang. 1747. 4. reſtituendam ſibi ſumpſit ejus nervi a quinto originem. Verum, etſi mallem aliorum judicio plus tribuere quam meo, neque in ea re, neque in gangliis & rete in nervo intercoſtali depictis meæ obſervationes cum *CL. VIRO* ſinunt me ſentire.

CL. J. FRID. MEKELII de nervo quinti paris Diſſ. Gotting. 1748. 4. eximiam certe deſcriptionem hujus difficillimi nervi habet, qua ejus anaſtomoſes cum ophtalmicis, temporalibus, duro, intercoſtali, verus ortus chordæ tympani, & alia multa diligentiſſime deſcribuntur, & elegantiſſime pinguntur.

CL. AM. BERTRANDI in tractatu *de hepate & oculis* deſcripſit nervum V. paris.

GEORGIUS THOMAS ASCHE, Gottingæ 1750. 4. diſputavit *de primo pare nervorum medullæ ſpinalis*. Oſtendit duplices radices habere, oriri ſuper Atlantem, ejuſque truncum anteriorem & poſteriorem cum omnibus ramis, & diligenter perſecutus eſt, & nitide depictum dedit.

AUGUSTI SCHAARSCHMIDT Neurologiſche tabellen, ſterlin. 1750. 8. Ex *WINSLOWO* & *MEKELIO*.

CL. BARBAUT cum *ſplanchnologia* neurologiam conjunxit.

Neurologia in univerſum longius a perfectione abeſt, & multa in ea parte anatomes aut obſcura ſuperſunt & imperfecta, aut omnino ignota.

CAPUT IV.

De Faucibus.

Agimus hoc loco ex ordine de ſtructura faucium, quo nomine intelligo *velum palatinum*. Scimus enim hoc duplex eſſe, Palati nempe pars alia oſſea eſt rugoſa, & ad poſteriora velum eſt expanſile & contractile, in cujus medio eſt uvula, & ad latera ſunt tonſillæ. Hoc idem velum explicatur in ſuos quatuor muſculos, quos deſcripſit FALLOPIUS (*a*), & deinde alios palati muſculos, quos VALSAVA (*b*) invenit. Qui nunc ſcire vult, quantum in hac

(*a*) *FALLOPIUS* utique velum mobile palati, ab uvula melius quam recentiores ſeparavit, muſculos circumflexum & levatorem palati mollis, ſtylopharyngæum, cephalopharyngæum, & pleraſque origines muſculorum pharyngis deſcripſit.

Sed *BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS* in iconibus. T. XLI. XLII. multo minutius hæc omnia & levatorem & circumflexum expreſſit, & muſculos pharyngis atque uvulæ numeroſiores depictos dedit, hyperoopharyngæum, pharyngoſtaphylinum, hujus & ſtylopharyngæi inſertionem in thyreoideam cartilaginem.

NICOLAUS HABICOT ſtylopharyngæi inſertionem in cartilaginem thyreoideam vidit, deſcripſit etiam muſculos pharyngis, novo modo & paradoxo.

C. V. SCHNEIDERUS in L. I. de catarrhis, de larynge & pharynge, ſed de iſto inprimis egit.

CÆSO GRAMM in *explicatione problematis Hippocratis*. Slesvici 1661. 4. per experimenta in veterem quæſtionem inquiſivit, an aliquid de potu per aſperam arteriam deſcendat.

FRANCISCUS GLISSON in L. *de ventriculo & inteſtinis* palatum leve iterum ab uvula ſeparavit.

In *BROWNII* Myotome unica icon eſt propria *CROONII*, qua muſculi uvulæ, neque ii optime, exprimuntur.

J. A. SLEVOGT de gurgulione Diſp. Jenæ 1696. 4. & recuſa in collectione noſtra T. I. non inutilis eſt. Ex racemo glandularum uvulam componi docuit.

JACOBUS DOUGLAS multo minutius prioribus muſculos Pharyngis, inprimis medios, diviſit, azygon uvulæ invenit, mylopharyngæum & ſalpingopharyngæum, ſyndesmopharyngæum, chondropharyngæum, alios.

GUILIELMUS COWPER in n. 220. *Phil. Tranſ.* uvulam etiam a velo palati diſtinxit. *IDEM* in *Myotomia poſthuma* meliores iis, quæ hactenus exſtabant, icones dedit muſculorum pharyngis & uvulæ, quales fere deſcripſit *DOUGLASSIUS*. In appendice *anthropographiæ* f. 8. tonſillas foraminulentas pinxit, glandulas labiorum, *&c.*

(*b*) In *Tr. de aure humana* muſculos tubæ, & ea occaſione etiam gloſſoſtaphylinos, circopharyngæum, thyreopharingæum depinxit, ſed ex ſitu motos. In eo valde incommodus fuit Auctor, quod uvulæ eos omnes muſculos tribuerit, qui palati ſunt mollis, neque utramque particulam ſatis ſeparaverit. Pterygopharyngæum, adeo amplum muſculum, omiſit.

R. WILH. KRAUSE de Tonſillis. Jen. 1704. 4. Diſp.

J. BOECLER hiſtoria inſtrumentorum inprimis deglutitioni inſervientium. Argentor. 1705. Diſp.

J. B. MORGAGNUS in *Adverſar.* I. & II. in epiſtola, quæ exſtat in *Comm. Bononienſ. Acad.* T. I. & inprimis in *Epiſtolis* ad poſthuma *VALSALVÆ* VIII. IX. X. XI. eruditiſſime & minutiſſime multa in muſculorum & glandularum faucium hiſtoria correxit. Azygon uvulæ, eo quo *DOUGLASSIUS* tempore invenit: ſtaphylopharyngæi ortum ab oſſe palati vidit. Cephalopharyngæum, neque mihi viſum, non admittit.

CL. WIEDEMANN Diſſ. *de Tonſillis* iconem & deſcriptionem utilem dedit, tum *ILL. L. HEISTERUS* de iiſdem in E. N. C. Cent. IV. & experimenta habet *VATERUS de duct. ſaliv.* ubi credit cum thyreoidea glandula ſinus tonſillæ communicare.

LEEUWENHOECK de palato Boum *Phil. Tranſ.* n. 320.

Huc

miraculi, legat primo VALSALVAM de *Oeſophago*, *de muſculis ſalpingoſtaphylinis* (σάλπιγξ enim eſt *tuba*, & σαφύλη dicitur Græce *uvula*, ob ſimilitudinem cum racemo uvarum) hoc eſt, cujus tendo unus & extremitas, uvulæ adfigitur, altera tubæ Euſtachianæ, quæ ex cavo auris ad palatum vergit. Videatur præterea de hiſce partibus CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI *de catarrhis* Liber, editus Wittembergæ anno 1660. (*a*). *Primus* iſte Liber prodiit, cui

Huc etiam refero Diſp. *de Maſticatione C. LUD. WELSCHII*. Lipſ. 1703. 4. *LAUR. HEISTERI*, Altdorf. 1711. *ALVARES TELLES DACOSTA*. Ultraj. 1734. 4.

J. CHRISTOPHORI LISCHWITZ diſp. Lipſ. 1725.

In *P. DIONIS Cours d' Anatomie*, azygos, aliique uvulæ muſculi breviter recenſentur. Illum vero *RUYSCHIUS* etiam mature in Theſ. II. attigit.

In *Monumentis Acad. Reg. Soc. JOH. LUD. PETIT* an. 1715. 1716. ſuctionem & deglutitionis aliquos caſus deſcripſit.

De veli palatini etiam elevatione *D. DODART* an. 1707. & *HOMBERGIUS* an. 1712. obſervationes adtulerunt.

JUSSIEU an. 1718. egit de puella quæ abſque lingua deglutiebat.

CL. LITTRE an. 1718. uvulam a velo ſeparavit, iconem faucium dedit, azygon non lectis, ut videtur, prioribus ſcriptis, indicavit, tum pharyngoſtaphylinum pinxit, & gloſſoſtaphylinum.

ARENT CANT tabulam muſculorum pharyngis dedit, ut eo tempore pleniorem, nunc optimis cedentem.

Deglutitionis etiam hiſtoriam dederunt *POLYCARPUS GOTTLIEB SCHACHER* Diſſ. *de labio leporino*; *SENAC* in Diſſ. Phyſicis. *COWPER* in *Phil. Tranſ.* n. 220. & in *Introductione*: *HEUCHERUS*: *REVERHORST* Diſſ. de *fabrica Linguæ*.

JOACHIMI POETÆ L. *de uſu Uvulæ*. Neap. 1720. 8. *

J. DOMINICUS SANTORINUS in obſervationibus anatomicis multa, in muſculis pharyngis minutius rimatus eſt: hyperoopharyngæum a thyreopalatino ſeparavit, ab utroque pharyngoſtaphylinum, *&c.*

AL. CAMERARII Diſp. *de ſorbendi actu, modo & uſu multiplici*. Tubing. 1736.

CL. JOSIAS WEITBRECHT accuratas obſervationes ad muſculos pharyngis in IX. T. *Actor. Petropolitanorum* attulit. Et ipſe & *MORGAGNUS* muſculum ſalpingopharyngæum vix admittunt, & me omnino habent conſentientem. In *Syndesmologia* aliqua ad ceratopharyngæum adjecit.

B. S. ALBINUS muſculos pharyngis de integro deſcripſit, in tres conſtrictores diviſit, novam penitus explicationem deglutitionis dedit. In tabulis majoribus pulcherrime, & undique eos muſculos expreſſit. Mylopharyngæum a buccinatore primus deduxit.

Frater *EJUS CHRISTIANUS BERNHARDUS* eadem inventa in Diſp. ſua *de deglutitione* Leidæ 1740. ornate propoſuit, & multa in *BOERHAAVIANA* hujus actionis deſcriptione correxit.

CHR. BERNHARDI ALBINI citata diſp. recuſa eſt in Vol. diſputationum VII.

AUG. FRID. WALTHERUS in *anatome muſculorum teneriorum*, Lipſ. 1731. in ea de *deglutitione* 1737. & de *oſcitatione* ib. 1738. & *de larynge & voce* 1740. & *de obeſis & voracibus* & *de lingua*, denique varia de minutis muſculis uvulæ, & pharyngis & uvulæ inter muſculos capitis exhibuit, & diligenter deſcripſit circumflexum alioſque.

LAUR. HEISTERUS in nuperioribus editionibus *compendii anatomici* figuras aliquas faucium dedit, novum muſculum ceratoſtaphylinum propoſuit.

(*a*) Idem judicium *BOHERHAAVII* in IV. tomo *Prælectionum*, & in cap. *de olfactu* exſtat. Aliqua ad anatomen harum partium attulit; & inprimis mucum non eſſe cerebri recrementum, ſed in pulpoſa membrana, quam ſæpe a *SCHNEIDERI* nomine vocant Anatomici, generari, contra receptam opinionem docuit. Quæ anatomica habet, ea leguntur in L. I. & III.

cui accedit tractatus ſecundus, tertius, quartus, hinc ea editio incepit anno citato. Id opus diffuſæ lectionis eſt, & abundantem eruditionem continet. Videmus ibi totam membranam narium, faucium, œſophagi, eſſe membranam repletam glandulis, quæ mucum lubricantem ſtillant, & rationem diſcimus ſimul tot morborum ibi ſedem habentium. Irreprehenſibilis tractatus eſſet, ſi non tantæ eruditionis eſſet, nam quod duobus foliis potuiſſet exponere, tot voluminibus in 4. conſcripſit. Quæ tamen de anatomia harum partium habet, ea egregia ſunt.

CAPUT V.

De Pulmone.

PUlmo quid ſit, rite qui ſcire vult, incipiat ſemper a *larynge* (*a*). Ita vocamus mirificum caput aſperæ arteriæ, plurimis muſculis inſtructum, ut nulla in corpore tam parva pars ad tot motus deſtinetur. Si de ejus cartilaginibus, & ligamentis legere quis velit, ſumat Librum in folio JULII CASSERII (*b*), excellentiſſimi

Ad glandulas etiam faucium & palati legere oportet *SAMUELEM COLLINS*; *NICOLAUM STENONIS de glandulis oris*; *COWPERI* icones in myologia; *T. WARTHON*, *A. KAAU*, *HEISTERUM* in not. 57. *compendii anatomici* qui aliquas glandularum palati mobilis ſub nomine Gland molarium deſcripſit, *REVERHORSTIUM de fabrica linguæ*.

(*a*) De Larynge primus *GALENUS* ſatis fuſe in L. *de vocis inſtrumentis* dixit, ejuſque ventriculos, muſculos pleroſque & alias particulas minime ignoravit, in nervo etiam recurrente experimenta inſtituit in *admin. anat.* L. VIII. & *de Hipp. & Platon. decret.* L. II. *EJUS* etiam *ſpurius Liber* exſtat *de voce & anhelitu*.

GALENI Liber *de vocalium inſtrumentorum diſſectione AUG. GADALDINO* interprete prodiit, Lugd. 1550. 8.

J. BERENGARIUS quinque cartilagines laryngis eſſe monuit, cum tres tantum numerarentur.

A. VESALIUS parum in eo profuit, qui animalium laryngem pro humano demonſtrare ſolitus ſit, (*COLUMBUS de re anat.* p. 43.) experimenta tamen fecit, quibus conſtitit vocem, perforato thorace ſupprimi.

Sed *BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS* cartilagines quinque, vario in ſitu, cum ſimplicibus, ſed veris muſculorum iconibus dedit T. XLI. XLII.

G. FALLOPIUS præter alia, receptos etiam hyoepiglottideos refutavit, quod etiam *PAREUS* fecit.

J. C. ARANTIUS glottidem verius deſcripſit ejuſque ligamentum *Obſ.* 31.

(*b*) *JULIUS CASSERIUS* in *L. de vocis organis*, Ferrariæ 1600. edito, utique Laryngi hiſtoriam ex variis animalibus dedit. Figuræ nitidæ ſunt, & multo quam deſcriptio eloquentiores, ea enim valde parva eſt, & in oſteologicis atque myologicis omnino bonæ exceptis arytænoideis. Vix quidquam invenit.

HIERONYMI FABRICII ab *AQUAPENDENTE de brutorum loquela*. Pat. 1603. f. *de locutione & ejus inſtrumentis*, Venet. 1603. 4. Patav. 1643. fol. * 1625. fol. nihil valde ſingulare continet. Literarum formationem, ſed obſcurius deſcribit. *EJUSDEM de viſione voce & auditu* L. exſtat. Venet. 1600. fol. & Patav. 1625. fol. Granula oſſea ligamenti hyothyroidei deſcribit, &c.

PABLO BONET (*barlet ſervant de ſu Mageſtad*) *Reduction de las lettres y arte para enſennar a ablar los mudos*. Madrit. 1620. 4. * (*MORHOF. hyalocl.*) Artem docendi ſurdos docuit. *PONTIUS* vero, de quo *VALESIUS* ſcripſit, etiam *BONETO* antiquior eſt.

J. B. ab *HELMONT alphabeti hebraici breviſſima delineatio*, Sulzbach. 1657. 12. recuſum Germanice Sulzbaci 1667. *Natur alphabet der heiligen ſprache* ſonos omnes literaſque ſua

tiſſimis figuris ornatum, & eruditionis maximæ. Explicat hanc fabricam in corpore humano, & omni fere genere brutorum; nobilis ſed rarus tractatus eſt, cujus bona

ſua geneſi conſiderat, uti ab organis noſtris naſcentur, & paradoxam opinionem profert, hebraicis literis figuram repræſentari, quam lingua, uvula denteſque in pronuncianda qualibet exprimeret.

JAC. ROLANDI DE BELLEBAT aploſſoſtomol alographia, Salmuriæ 1630. 8. edita, & in E. N. C. Ann. III. Dec. I. Latina lingua recuſa, caſum habet hominis, qui abſque lingua locutus eſt, & ſimilem in Monumentis Gallicis propoſuit *A.* de *JUSSIEU* l. c.

WILH. HOLDER. Elements of ſpeech, Londin. 1669. 8. Pertinet ad phyſicam formationem literarum, quas valde ſubtiliter diviſit, vocis & ſpiritus diverſitatem recte perſpexit, inque docendis ſurdis ipſe experimento innotuit, & aliquas obſervationes de ſurditatis cauſa protulit.

JOH. OTT in epiſt. *de ſono vocis humanæ* ad *WEPFERUM* egit de ſcripto Holderi, de elemento ſermonis & de Morlandi ſtenterophonia.

NIC. STENONIS in L. *de muſculis & glandulis* invenit glandulas & foramina Epiglottidis.

In *JOH. WALLIS Grammatica Anglicanæ linguæ*, Lond. 1674. 8. edita, ſimilia *HOLDERIANIS*, ſed certe multo deteriora habentur.

D. CORDEMOI de la Parole, Pariſiis 1668. 12. 1677. 8. literarum etiam generationem deſcribit.

D. CORDEMOI l. c. recuſus etiam eſt Genev. 1679. 8. Latine.

Aliqua etiam huc pertinentia vide in n. 61. & 245. & 312. *Phil. Tranſ.* & in *MORHOFII* paradoxis ſenſuum, & exemplum loquentis abſque lingua n. 462.

GEORG. SIBSCOTA Deaf and Dumb mans diſcourſe or concerning thoſe vvho are born deaf and dumb, Lond. 1670. cum diſſertatione de loquela creaturarum inanimatarum. *

De Laryngis uſu nonnulla in *BELLINI* Opuſculis.

M. MAPPI Diſp. *de voce articulata*, Argent. 1681. 4. B. Pl.

G. C. SCHELHAMMER Diſp. *de voce*, Jen. 1677. 4. & bona aliqua de formatione vocis, & paradoxa continet.

In *WILH. COWPERI Anthropographiæ appendice* figuræ exſtant minime malæ laryngis cum muſculis & glandulis eo pertinentibus. Sed & ex myotome pulchras, quas conſulas, repete figuras.

In Monumentis Pariſinis *D. DODART* an. 1700. 1706. 1707. glottidem multo minutius deſcripſit, cum ligamentis ſuis elaſticis, vociſque formationem ex laxata in depreſſione laryngis, arctata in elevatione, Glottide explicavit. Naturam loquelæ, & cantus ex homine & in animalibus, cum menſuris & muſicis experimentis demonſtravit.

J. CONRAD AMMAN in *Phil. Tranſ.* 286. tum in *ſurdo loquente* 1692. 8. & 1700. 8. auctius vero in Diſſ. *de loquela*, Amſtelod. 1702. ſæpius recuſa, etiam Germanice verſa omne tulit punctum. Literarum geneſin fideliter deſcripſit, modum docendi ſurdos candide aperuit, vitia in pronunciando varia vitare efficaciter docuit.

J. JAC. SCHEUCHZER Diſp. *de ſurdo audiente*. Ultraj. 1694.

POLYCARP GOTTLIEB SCHACHER de hominis loquela, Lipſ. 1696. 4.

ANDREÆ JULII BOETTICHER Diſp. *de loquelæ organo*, Leid. 1697. 4.

CHRISTIAN WOLF. ILL. VIRI de loquela, Lipſ. 1703. 4.

J. B. MORGAGNUS in *Adv.* L. & V. & in *Epiſt.* IX. glandulas varias, epiglottideas, arytænoideas, thyroideæ appendicem, ventriculos oblivione longa obſitos, muſculos, eorumque affectiones rariores, immiſtos tendines, &c. alia adnotavit, & bonas icones dedit.

JOH. PHILIPPUS VERHEYEN in poſterioribus editionibus glandulas epiglottidis, & laryngis alias, & novam, ut credit, inter arytænoideas poſitam, & ligamenta, fibraſque epiglottidi inſertas expreſſit.

GEORGIUS RAPHEL in L. *die kunſt taube reden zu lehren*, Luneburgi 1718. fere *AMMANUM* imitatus eſt, ipſe tamen ſimilia expertus in filiabus ſuis.

In *THUMMIGII verſuche* P. III. aliqua ad ſurdos mutos docendos pertinent.

J. D. SANTORINI in Obſervationibus muſculos adeo ſubtiles deſcripſit in larynge, ut pauciſſimi

bona nulla eſt editio, niſi Itala Ferrariæ 1600. (*a*). Nam reliquæ habent figuras peſſi-

ciſſimi anatomici ab eo tempore eos receperint. Cornicula arytænoidea pro diſtinctis cartilaginibus propoſuit.

SIMON P. HILSCHER de loquela, Jen. 1729. Diſp.

GOTTLIEB FRID. HAGEN de menſura ſoni articulati, Hall. 1731. 4.

In iconibus oſſium fetus *ALBINI* elegantes ſunt figuræ cartilaginum, muſculi vero de more in majori opere eximie picti.

J. G. DUVERNOI in *Act. Petrop.* Vol. VI. cellulas ſpongioſas cartilaginum laryngis deſcripſit, & de Gl. thyroidea & Epiglottide aliiſque particulis egit.

Lettre ſur la voix des Eunuques VALISNERII in *Biblioth. Ital.* T. VII. exigui momenti eſt.

A. F. WALTHER de Lingua & in Diſſ. *de obeſis & voracibus*, & in ea *de larynge & voce*, & de *oſcitatione*, ligamenta laryngis, muſculos, glandulas, motuſque minutius deſcripſit.

CL. FERREIN in *duodecim quæſtionibus* quas Monſpelii defendit an. 1732. & in *Monumentis Academiæ Pariſinæ* an. 1741., & in theſibus *D. MONTAGNAT* novam theoriam vocis propoſuit. Sonos acutos aut graves ait, non ab anguſtatione aut dilatatione glottidis pendere, ſed a longioribus vel brevioribus ligamentis glottidis, prouti vel antrorſum trahitur ſcutiformis cartilago, vel retrorſum retrahitur. Experimenta produxit in *Acad. Regia* facta, & *NOLLETUM* habet conſentientem. Eum etiam ſecutus eſt *D.* de *SAUVAGE* in Differt. *morbos vocis & loquelæ exponente*, Monſpel. 1745. * (*MONTAGNAT.*)

Contra eum *CL. BERTIN* ſcripſit in *Lettre ſur un nouveau ſyſtême de la voix*, Pariſiis an. 1745. 8. Utique arctatam glottidem acutos tonos, laxatam graves producere defendit, cum chordæ neque liberæ ſint, neque humentes; adduxit etiam altiores in ſibilo voces a ſola anguſtatione labiorum. Acriter contra eum reſcripſit aut *D. FERREIN*, aut amicus ejus *D. MONTAGNAT*, in *éclairciſſement en forme de Lettre a* M. *BERTIN ſur la découverte qu' a faite M. F.* Pariſ. 1746. 8. & in *Lettres a M. l' Abbé des F.* ibid. 1745. 8.

RUD. AUG. VOGEL. In *de larynge humano & formatione vocis*, Erfurt. 1747. 4. Diſp.

De *fletu* docta J. *FRID. SCHREIBERI* exſtat commentatio, Lipſ. 1729. 4. tum aliqua apud *SCHARSCHMIDIUM* in *Berliner Nachrichten* 1740. & nuper proprium Libellum edidit *D. NICOLAI*. Hall. 1747. 8. *von thränen und vveinen*. Cauſam lacrumarum, copioſius generatarum credit mechanicam eſſe, & poni in ſanguinis fluxu per pulmonem impedito, &c.

De riſu ERN. ANTON. NICOLAI vom lachen, Hall. 1746. 8. Mechaniſmum riſus & in muſculis faciei & in muſculis reſpirationis deſcribit.

JOUBERT Tr. *du ris, contenant ſon eſſence, ſes cauſes*, &c. Pariſ. 1574. 8. *

ELPIDII BEZZELLARII L. *de riſu*, Florent. 1603. 4. *

ANTONII LAURENTII de riſu, Francof. 1603. 8. Mogunt. 1606. *

G. FRANK. de riſu ſardonio, Heidelberg. 1683. Diſp.

De oſcitatione exſtat docta diſputatio *A. G. WALTHERI*, Lipſ. 1738. 4.

J. JAC. BAIER (ſub nomine Hermanni) *de oſcitatione & pandiculatione* 1720. Altd.

De ſternutatione *J. MAUR. HOFMAN ptarmographia phyſiol. pathol. therapeutica* Diſp. Altd. 1710. 4.

J. BALTHASAR HAVER de oſcitatione, Leid. 1744. 4.

De ſternutatione, oſcitatione, riſu, fletu, exſtant diſſertat. *AL.* della *FABRA* in collectione quam citabo.

J. & MICH. BARTHOLOMÆI de pandiculatione, Lipſ. 1648. 4.

A. LUDOV. PORTEFAIX de ſingultu, Baſil. 1739. 4.

J. EILERTS de ſuſpiriis, Leid. 1750.

De ſternutatione proprius tractatus etiam exſtat *MARTINI SCOOKII*, Amſtelodami 1664. 12.

J. ERN. UNZER de ſternutatione, Hall. 1748. 4.

(*a*) *CASSERII pentaeſtheſejon* equidem recuſum eſt, non vero Libri *de vocis & auditus organis*.

(*a*) Nul-

peſſimas. Hæc editio in folio prodiit, reliquæ non ſunt in folio, ſed contractæ (a).

Quando tiro hunc Librum de larynge legit, debet novas eas addere obſervationes, quæ in penultimo & ultimo tomo (b) Monumentorum Academiæ Regiæ Pariſinæ habentur, ubi optime demonſtratur muſculos glottidem claudentes, & aperientes, non eſſe muſculos illos carneos, ſed alba ligamenta.

Verum ubi quæritur de pulmone, de bronchiis, de arteriis pulmonalibus, de venis, de plexu vaſorum, & veſicularum, videatur THOMAS BARTHOLINUS

(a) Nullas novi editiones, quæ non ſint in ea majori forma, quam *in folio* dicunt, ſed tabulæ Caſſerianæ poſthumæ utique in 4. Francofurti recuſæ ſunt an. 1636. 4. cum interpretatione Germanica *S. PAULI*.

(b) De *reſpiratione*, *de cauſis reſpirationis*, *de utilitate reſpirationis*, & *de difficultate reſpirationis* exſtant Libri *GALENI* & *de uſu partium* L. VII. ſeorſim Pariſiis excuſi 1533. interprete *JOHANNE VASSAEO* (*B. RIV.*) ejuſque viri experimenta cum muſculis intercoſtalibus nervisque inſtituta negligi non debent. Intercoſtalium internorum & externorum muſculorum officia facit oppoſita.

Etſi de *GALENO* diximus, eum intercoſtalium internorum & externorum muſculorum officia oppoſita facere, addendum tamen eſt, inconſtantiorem eum eſſe in horum muſculorum officiis adſerendis; in Libro enim *de muſculorum motu* expirationem omnibus intercoſtalibus tribuit: In Libro *de cauſis reſpirationis* internos ait deprimere, externos elevare.

ANTON. LUDOVICUS de uſu reſpirationis, cum L. *de re medica*, Ulyſſip. 1540. fol. *DOUGL.*

Ab eo tempore primus *A. VESALIUS* experimenta inſtituit, interque ea celebre illud, quod ab *HOOKIO* nomen habet. Diaphragmatis non optimam iconem dedit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS vaſa tria magna pulmonum pulchra icone expreſſit, quatuor venas pulmonales eſſe vidit, azygon venam huc pertinentem in proprio Libello pulcherrime deſcripſit.

In *H. RORARII contradictionibus*, Venet. 1566. 8. diſſeritur de uſu muſculorum intercoſtalium, quos omnes, internos & externos, famulari ait expirationi.

G. FALLOPIUS erroneam intercoſtalium muſculorum deſcriptionem *VESALII* correxit, primus internos muſculos continuata directione ad ſternum pervenire oſtendit.

ARCHANGELUS PICOLHOMINEUS in diaphragmate viam, non foramen eſſe demonſtravit.

BERNHARDINI TELESII de uſu reſpirationis L. Venet. 1590. 4. *DOUGL.*

H. F. ab *AQUAPENDENTE de reſpiratione*, Patav. 1614. 4. In muſculorum intercoſtalium officio *GALENUM* ſequitur, reſpirationem modicam a violenta ſeparat, ſegmenta cartilaginea coſtarum contrario cum oſſeis motu inquit agitari.

C. HOFMANNI Diſp. *an ſpiritus nutriantur externo aere*, Altd. 1627.

EJUSD. Diſp. *de pulmone* 1622.

EJUSD. de thorace L. III. Francof. 1627. fol. Doctus Liber, etſi, ut ſolet, minus habeat experimentorum. Circulationem minorem per pulmonem evidenter docet.

J. VESLING quatuor venæ pulmonalis ramos pinxit.

N. HABICOT peritior recentiſſimis phyſiologis non dari muſculos intercartilagineos, ſed internum ordinem ad ſternum continuari vidit, poſt *FALLOPIUM*.

RIOLANUS contra *PARISANUM* de diaphragmatis uſu *ſpongiam* ſcripſit. Hujus nempe in *nobil. exerc.* VII. exſtabat de reſpiratione Libellus & de *diaphragmate* in *parte altera nobiliorum exercitationum*, Venet. 1635. fol.

FABRICII BARTHOLETTI de reſpirationibus L. IV. Acceſſit L. V. *de curationibus*, Bonon. 1633. 4. Poſthumæ prælectiones ſunt, habitæ an. 1628. Animam humanam in ampla vitra recipere, ita ſalem quemdam, ut putat, beneficum parare docuit. Glandulas bronchiales habet.

FAB.

NUS *de ſubſtantia pulmonum ejuſque motu*, editus Hafniæ, anno 1663.(a) & Lugduni Batavorum anno 1672. in 12. In eo tractatu accuratiſſimus ille Anatomicus proſequutus eſt omnia, quæ alii de pulmone ſcripſerant. Poſtquam hoc ſcriptum evolutum erit, addatur MARCELLUS MALPIGHIUS, cujus *epiſtola* proſtat *de Pulmone* (b), tum porro in *Operibus poſthumis*. Dolendum tamen eſt, quod

FAB. BARTHOLETTI l. c. recuſi ſunt 1735. Venet. Auctor cæterum an. 1630. obierat.

J. B. HELMONTII Liber *de catarrhorum deliramentis* omnino ad reſpirationem legi debet.

MELCHIOR SEBIZ de reſpiratione diſp. I. II. & III. Argentor. 1643. 4.

M. AURELII SEVERINI Antiperipatias de reſpiratione piſcium, Neap. 1659. Tres ſunt Libelli, quorum primus huc pertinet. Piſces nempe aerem ducere & reſpirare, & calidum habere ſanguinem contendit, & eorum deſcribit pulmonem, inprimis ex polypo.

(a) Vide inferius ſuo loco.

(b) *MARCELLI MALPIGHII de pulmone* Epiſt. I. & II. Bonon. 1661. fol. * Leidæ 1672. 12. & in *poſthumis* fabricam pulmonis novam, inprimis ex ranæ exemplo deſcripſit, ex veſiculis in lobulos collectis, per quorum parietes vaſa in ramos abeunt minimos, anaſtomoſibus conjunctos. In variis etiam animalibus muſculoſas eſſe veſiculas ſcripſit. Eum, ut ubique, ita in hac anatome fere omnes anatomici ſecuti ſunt.

ROB. BOYLE in L. *de aere*, in I. Tomo laudato, de reſpiratione inſignem habet digreſſionem.

Ejus etiam *continuatio* I. & II. *Experimentorum phyſico-mechanicorum* de aere omnino huc pertinet.

THOMÆ BARTHOLINI de pulmonibus epiſtola, Hafn. 1663. 8. cum *MALPIGHII* Epiſtolis jam citatis edita valde parum habet, quod uſui eſſe poſſit.

EJUSDEM de uſu thoracis & partium ejus Diſp. Hafn. 1657. 4.

ISAACI RENAUDOT, *Eſtne pulmonum motus naturalis & inſitus?* Pariſ. 1658. 4.

NIC. STENONIS F. in L. *de muſculis & glandulis*, & in *myologiæ ſpecimine* de muſculis reſpirationis, in priori vero inprimis de ſepti transverſi actione ſuas habet obſervationes.

In Philoſophicis Tranſactionibus plurima huc pertinent.

HOOKII experimentum n. 28. 29. conf. 226. repetitum ab *H. RIDLEY in obſerv.* a *BAGLIVO*, & a *J. W. PAULL.* apud *LUTHERUM* in Diſp. *de pericardii & pulmonis anomaliis* aliiſque.

R. LOWER experimenta reſecto nervo phrenico facta n. 29. Idem in Libro de corde omnino experimenta etiam varia habet, quæ huc pertinent.

J. SWAMMERDAMI contra *MALPIGHIUM* obſervationes n. 94.

TEMPLER de pulmone n. 56. 85. Fabricam veſicularum rejicit.

Experimenta in vacuo ſpatio facta n. 122. &c.

SLARE de copia aeris ad reſpirationem requiſita n. 204.

MUSGRAVE de reſorbitione aquæ in thorace, &c. n. 240.

De pulmone *COWPER* n. 280. & 285.

J. DRAKE de influxu reſpirationis in motum cordis n. 281.

De piſcium vita ſub aqua. n. 333.

De aere ſub aquam ſuppeditando n. 349.

JURIN de vi, qua aer in pulmonem ducitur, & ex pulmone exit n. 355.

HALLEY de urinatoribus n. 368.

LEEUWENHOEK de fabrica diaphragmatis n. 379.

NICHOLIS de pulmone n. 418.

Vita per quindecim minuta abſque aere tolerata n. 454.

HOUSTOUN experimenta, quibus contra receptam ſententiam demonſtrare volut, aerem pectore receptum reſpirationem non mutare. n. 441.

ALEX. MAUROCORDATUS de pulmonum uſu, Francof. v665. 12. Premi in pulmone ſanguinem, tanquam in torculari, & incaleſcere docuit. Phænomena etiam reſpirationis ſatis bene recenſuit, niſi quod eam actionem cum motu cordis ſynchronam faciat.

AM

quod Britanni non addiderint figuras, quæ in Lugdunenſi editione reperiuntur, quod mireris.

Tunc

AMSTELODAMENSES in *collegio ſuo privato* 1667. 12., & ex ipſis *BLASIUS*, arteriam pulmonalem vena ſodali majorem eſſe viderunt.

In *CLEMENTINA* Academia varia ſunt, ad animalium in vacuo poſitorum phænomena & paſſiones, quæ vide in editione *MUSCHENBROEKII*.

JOH. SWAMMERDAM de reſpiratione & uſu pulmonum, Leidæ 1667. 8. * 1677. 1679. 12., &c. Poſt brevem in *theſibus inauguralibus* an. 1667. editam adumbrationem, hoc pulcherrimum opuſculum ſecutum eſt, pleniſſimum experimentis. In vivis animalibus reſpirationem ſollicite obſervavit. Per machinas & inſtrumenta demonſtravit, nullum dari Carteſianum circulum, ſed eo urgeri aerem, ubi minus reſiſtatur. Multa etiam alia perutilia admiſcuit. Eorum experimentorum alia deſcripta ſunt in minime mala *Diſputatione ſeptima F. SYLVII* de le *BOE*, ubi vera in univerſum ſententia defenditur.

Contra *SWAMMERDAMIUM* ſcripſit *J. B.* a *LAMZWEERDEN reſpirationis Swammerdamianæ exſpirationem*, Amſt. 1674. 8. ubi inprimis motum aeris in circulum in *SWAMMERDAMIO* carpit.

MALACH. THRUSTON de reſpirationis uſu primario, Londini 1670. Leidæ 1671. 8. Minime malus Auctor. Biolychnium refutat. Experimenta paſſim interponit. Experimentum etiam Hookiano ſimile recenſet a *CROONIO* factum.

Novæ hypotheſeos de pulmonum motu & reſpirationis uſu ſpecimen, Lond. 1671. 8. ſeptum moveri ab aere elaſtico, & cedere non agere. *

THOMAS WILLIS in L. *de anima brutorum* branchias ex inſectis & piſcibus depinxit. In L. vero qui *pharmaciæ rationalis* nomine Oxonii prodiit, cujuſque Tom. I. an. 1673. 4. impreſſus eſt, Tomus vero *alter* 1675. 4. poſt Auctoris mortem prodiit, in eo altero Tomo fabrica pulmonum traditur, ex veſiculis non communicantibus, appenſis ad ramos aſperæ arteriæ extremos, &c. Vereor ut ad ipſam naturam icones delineatæ ſint.

JOH. MAYOW in Tr. *de reſpiratione*, Oxon. 1668. 8. Leidæ 1671. 8. & in L. cui titulus *de ſpiritu nitro-aereo, &c. tractatus quinque*, Oxon. 1674. 8. Omitto nitrum aereum & theorias nonnullas. Recte tamen omnino primus conſtituit officium muſculorum intercoſtalium internorum, & rotationem coſtarum, modumque, quo thorax dilatatur. Circulum Carteſii refutavit. Tr. IV. aliqua de ſepto tranſverſo habet.

J. MAYOW. tr. *de reſpiratione* alii habent editionem Oxon. 1669. 8.

J. BOHN de pulmonum & reſpirationis uſu, Lipſ. 1671. 4

HENR. MEIBOM de reſpiratione ejuſque difficultate & cauſis, Helmſt. 1673. Diſ.

C. BARTHOLINUS de diaphragmate, Pariſ. 1676. 8. Minor pars de ſepto ipſo agit, eaque fere ex animalibus. Decuſſationem appendicum ſepti circa Oeſophagum deſcripſit. *C. DRELINCOURTIUS* totum Libellum in *bibliotheca anatomica MANGETI* ſibi vindicavit.

NATHANAEL HENSHAW in *aerochalino*, Londini 1677. 12. officium pulmonum ponit in acceleratione ſanguinis: aerem etiam recipi humoribus noſtris, & ibi fermentationem vitalem facere credit.

GEORGII ENT antidiatriba in Malachiam Thruſton de reſpirationis uſu primario, Lond. 1677. 1682. 8. (*LEHM.*) * in Belgio etiam recuſa. Non videtur mihi aut ſatis attuliſſe experimentorum, aut ſatis ſolidas objectiones propoſuiſſe, uti v. gr. ſeptum immobile facit, & magis placet mihi reſponſio *THRUSTONI* candida, & modeſta.

Idem *ENTIUS* in *G. CHARLETON* L. *de differentiis animalium* contra *MALPIGHIUM* eos, quos iſte deſcripſit, ranarum pulmones eo nomine indignos in reſpiratione immobiles, & veras veſicas natatorias eſſe defendit. Reſpondit *in poſthumis MALPIGHIUS*.

In *J. J. WEPFERI* opere de cicuta aquatica multa obſervata in vivis animalibus phænomena reperiuntur, utique lectu digniſſima.

ZACHARIÆ NEUKRANZ Diſp. *de reſpiratione* Præſide *ETTMULLERO*, Lipſiæ an. 1676. defenſa, docta omnino.

J. NIC. PECHLIN de aeris & alimentorum defectu, Kilon. 1676. 8. Hiſtoria ipſa, de qua

Hhh proprie

proprie agitur, vix vera videtur. Sed ea occaſione de aëris utilitate in plantis, & animalibus erudite diſputat.

J. MAUR. HOFMAN de aëroteria, Altdorf. 1680. 4.

J. ALPH. BORELLUS in L. de *motu animalium* II. Romæ. 1681. 4. reſpirationis mechaniſmum ad eamdem, quæ fuit *MAIOWII*, ſententiam deſcripſit, dilatationem thoracis a mutato coſtarum ſitu demonſtravit, aream thoracis definire conatus eſt, de utilitate etiam pulmonum cum *MALPIGHIO* controverſiam habuit.

STEPHAN. BLANCARD in *Cent. V.* Diarii, quod ſub titulo *Jaarregiſter* edidit, habet Diſſertationem Chirurgi celebris *BOEKELMANNI* de natante & ſubſidente pulmone, occaſione litis, quam moverant Chirurgi aliqui, poſſe nempe natare pulmonem a fermentatione humorum, vel a reſpiratione in vagina. Negabat ille. Addebat *RUYSCHIUS*, non facile natare pulmonem, etiam putridum.

G. C. SCHELHAMMER in Diſp. quæ inter analecta eſt, unicum muſculum intercoſtalem facit, qui coſtas ſurſum extrorſum ducat.

FRID. SCHRADER de aëris in corpore humano effectibus, Helmſtad. 1685.

FRANCISCUS BAYLE' in *Diſſertationibus* an. 1685. editis, & in L. *de copore animato* novam theoriam officii muſculorum intercoſtalium internorum propoſuit; *GALENI* ſententiam contra *MAYOWIUM* reſtituit, argumento ducto a diſtantia ab hypomochlio, quæ major eſſet in extremitate ſuperiori eorum muſculorum, adeoque coſta ſuperior mobilior. Eum *P. S. REGIS*, & alii ſecuti ſunt.

LUD. MAR. BARBERII Imolenſis *ſpiritus nitro aërei operationes in microcoſmo*, Bonon. 1680. 12. *. Tribuit aëri fermentationem ciborum & animales ſpiritus.

LAUR. BELLINUS in epiſtola anno II. Dec. I. E. N. C. inſerta, Librum de reſpiratione promiſit. Deinde ante opus *de urina & pulſibus*, & in edit. 1711. *DRELINCOURTII de lienoſis* de ejus actionis mechaniſmo & coſtarum diſpoſitione utilia lemmata adjecit, etſi pauca. De experimento in nervo phrenico inſtituto alibi dixi. In Epiſtola inſerta in *GIORN.* de *LETTER. VENETI* Tomo IV. reſorbtionem aëris in ſanguinem defendit. In *diſcorſo poſtumo* I. dari in pulmone muſculos, ut ubique, docet.

JACOBI BRACHI penſieri fiſico medici de animalibus in vacuo morientibus, Venet. 1685. 8. *.

F. MERCURIUS ab *HELMONT* in L. de *alphabeto naturæ* aërem a pulmonibus in caveam thoracis elabi, & in L. *de homine & morbis* de ente vitali aëris multa habet. Amſt. 1692. 12.

J. PH. VERHEYEN in I. Libro ad ſternum, ad muſculos coſtarum, obſervationes habet; in *altero* vero experimenta minime contemnenda de ſepti tranſverſi motu, aëre thoracico, &c.

MARTINUS LISTER in *Exercitatione de cochleis terreſtribus* habet digreſſionem, in qua valde paradoxa docet, pulmonem eſſe unice diverticulum ſanguinis, quo in majori motu muſculari ſe conferat.

Sanguinem non celerius per pulmonem circumire quam per alias partes corporis dudum oſtendit *BUSSIERE* in Libro a *MERY*.

ARNOLDI SENGUERD inquiſitiones experimentales, Leidæ 1690. & 1999. 4. experimenta continent cum mobilibus ſeptis facta, quibus circulum Carteſii demonſtrare voluit, & alia pro aëre thoracico. Ea experimenta exſtant etiam in c. 18. *connubii rationis & experientiæ.*

JOH. SCHREYER ob' es ein gevviſs. Zeichen ſeye, vvann eine kinder-lunge unterſinkt, daſs es in Mutterleib geſtorben ſeye 1690. 4. Hall. 1746. 4. Pulmonis ſubſidentiam certum eſſe ſignum infantis in materno utero mortui tuetur.

J. ZEILLER Diſp. *de ſubſidentia pulmonum in aqua*, Tubing. 1691. 4. bona experimenta habet. Adfirmat pulmonem, qui non adeo diu reſpiravit, adhuc mergi.

CLOPTON HAVERS in *Oſteologia nova* modum, quo coſtæ extroverſæ ad dilatandum thoracem faciunt, recte explicavit.

J. G. BERGER Diſp. *de reſpiratione*, Witteb. 1697. & in L. de *natura humana* docte de hac actione diſputat.

SALOMONIS SPRANGER homines enydrobioi Diſſ. qua qua genuinam vitæ rationem circa reſpirationem ſpiritus ſanguinem temperamentum ſenſus illuſtrat, Lipſ. 1692. 12.

SAL.

SAL. SPRANGER l. c. explicare ſuſcepit monſtroſam illam ſub aqua viventis hortulani Sueci hiſtoriam. Aliquid credit aëris per cutis poros reſorberi.

GEORG. EMERICH de inſpiratione, Regiomont. 1698. 4. bona diſp.

MELCHIOR SEBIZ de Urinatoribus & arte urinandi, Argentor. 1700. 4.

In Academiæ Gallicæ antiquis monumentis varia huc pertinentia habentur, reſpiratio avium in ſtruthionis anatome, & a *MERYO* ſeorſim deſcripta. Quæſtio, cur homo adultus non poſſit abſque aëre vivere, cum id fetus facile poſſit. In nuperis vero Memoires *JOH. MERY* de viis quæſivit, per quas aër receptus de corpore exiret 1700. 1707. & per cutem non transſpirare demonſtravit.

Branchias piſcium deſcripſit *DUVERNOY* 1699. & de circulatione ſanguinis in pulmonibus egit 1701.

LITTRE obſervavit aërem a dextro ventriculo in ſiniſtro non invenire viam 1704. Sed lac eam viam legere 1707. &c.

REAUMUR aërem per chartam madidam non tranſire 1714.

J. *ADRIANUS HELVETIUS* anno 1718. de pulmonibus Libellum inter monumenta edidit. Arteriam pulmonalem vena majorem eſſe, hinc ſanguinem in pulmone condenſari, veſiculas non eſſe continuas docuit.

Cum vero *P. A. MICHELOTTI* in Epiſtola ad *FONTENELLUM an aër ſanguinem ſolvat cogatne*, Lutet. 1724. 4. edita contra *HELVETIUM* objiceret, reſpondit ipſe in *éclairciſſement ſur la manière dont l'air*, &c. Pariſ. 1728. 4.

LITTRE de ſubmerſis. 1719.

CL. SENNAC an. 1724. & 1729. de reſpiratione fuſe egit, & diaphragmatis dedit deſcriptionem. Idem 1729. de ſubmerſis.

F. PETIT an. 1733. bona experimenta ad quæſtionem produxit, cur primum reſpiret fetus.

J. B. WINSLOW an. 1720 & 1730. & 1738. de coſtarum mechaniſmo, & reſpirationis modo ſapienter, ut ſolet, ſcripſit, & veram ubique confirmavit.

D. de *BREMOND* experimenta de reſpiratione exſtant an. 1739. quæ non nemo *BERTINO* tribuit. Eo fere tendunt, quo *HOUSTOWNIANA*, ut nempe oſtendat, pulmonum motum ſupereſſe, etiamſi thorax aperiatur, & propria adeo aliqua vi pulmones moveri.

Citata D. de *BREMOND* experimenta de reſpiratione *BERTINO* tribuit *P. SENAC du cœur* II. pag. 237.

PETIT de ſubmerſis 1741.

C. HERISSANT in *Hiſt. Ac.* 1743. reſpirationem fieri ab impulſu ſolo arteriæ pulmonalis cum *HALESIO* & *HOUSTOWNIO* credit, nihil obſtante aperto pectore.

D. BOULLET eodem anno egit de aëre reſoluto in humorem bronchialem, & ita in ſanguinem recepto.

G. GETHARDING de aëris ingreſſu per pores cutis, Roſtoch. 1703. 4. *EJ. de carminatione ſanguinis in pulmonibus*, ibid. 1718. 4.

J. JOACHIM SCHOEPFER Diſp. *de pulmone infantis natante vel ſubmergente* (barbare). Roſtoc 1705. Contra hujus experimenti vim ad demonſtrandum vitalem partum fetus.

In *C. J. LANGII phyſiologia* experimentum eſt, quo materies injecta ex arteria pulmonali in aſperam pervenit.

BECKER de mortibus ſubmerſorum ſine aquæ, Gieſſ. 1704. 8. Jen 1720. 4. Animalia non ab aqua epota perire. Nos tamen non valde dudum in femina ſubmerſa aquam reperimus.

J. DRAKE & *Phil. Tranſ.* & in *anthropographia* ſyſtema de reſpiratione erroneum proponit, in quo inſpirationi eam utilitatem tribuit, ut cor ab ea actione ad dilatationem cogatur.

J. G. BIDLOO in *Exercit. anat.* IV. mechaniſmum explicat, quo bronchus vaſa ſanguinea ſibi adjecta comprimit, & circulationem promovet.

CHRIST. SRTOEM de cauſa alternæ inſpirationis & exſpirationis theoriam propoſuit.

JOHN. FLOYER in *phyſicianspulſevvatch* vol. II. Londini 1707. 1710. reſpirationis numeros & ad pulſus proportiones in homine ſano, ægro, & animalibus aliis perſecutus eſt.

JAC. KEIL in *tentaminibus* vim exſpirationis definire conatus eſt, & copiam aëris inſpirati, areamque pulmonis.

In Diario Veneto (*Giornale de' Letterati*) T. IV. exſtant *ZERILLI* argumenta contra *BELLINUM* Diſſ. qua adſerit, aërem in ſanguinem non recipi.

G. REMUS de ſtructura pulmonis, Leidæ 1711. 4.

F. PETIT in epiſtolis II. experimenta ſua cum nervo phrenico citat.

J. GEORG. a BERGEN in *Oratione de aëris per pulmones in ſanguinem tranſitu*, Francof. Viadr. 1710. 4. rationibus & experimentis eam opinionem refutat.

In *WOLFARTI* Diſp. *de monſtro*, de experimento pulmonum natantium & ſubſidentium agitur.

F. HOFMANNI & *HENR. CHR. KRUGER*, Diſp. *de vi reſpirationis in arte medica*, Hall. 1714.

ANTON. GABRIEL MEDER de partium reſpirationi ſervientium ſtructura, Leid. 1714. 4.

ARCHIBALDUS PITCARNE in Diſſ. *de diverſa mole qua ſanguis fluit per pulmones*, aëris ingreſſum in ſanguinem refutat, in Diſſ. vero *de circulatione ſanguinis in genitis & non genitis*, de cauſa inquirit, quare fetus abſque aëre vivere poſſit.

PETRI van MUSCHENBROEK de aëris præſentia in humoribus animalibus, Leidæ 1715. 4. aërem, ſed diſſolutum, in omnibus liquoribus humanis reperiri egregie demonſtravit. Recuſa eſt Diſſ. in vol. IV.

D. BOON in Diſp. inaugurali *de phyſiologia & pathologia reſpirationis*, Leidæ 1716. 4. Aliqua etiam experimenta habet.

In *GUIL. DERHAM phyſicotheology* varia experimenta de mortibus animalium in vacuo, de aſperæ arteriæ diverſitatibus proponuntur aliiſque rebus huc pertinentibus.

De *GL.* bronchialibus, & aſperæ arteriæ fibris & lymphaticis vaſis pulmonis, aliiſque huc ſpectantibus conſulatur *MORGAGNUS*, in omnibus operibus.

Vaginas celluloſas vaſorum pulmonalium habet *LANCISIUS* in L. *de corde & aneuryſmate*.

P. A. MICHELOTTUS ex *J. BERNOULLI* principiis vim exſpirationis æſtimavit in *Libro de ſepar. fluid.*

JOH. van HORNE bref huru vvy da man vvitaf lungans ſiunkande, &c. Stokholm 1718. 8. & in *andra bref om corruption can komma etc. döföde barns lunga at flyta* ib. 1720. 4.

In poſteriori epiſtola poſt varia experimenta adferuit, nunquam pulmonem natare, qui infantis nondum nati fuerit, ne putridus quidem.

DAN. BERNOULLI in Diſp. *de reſpiratione*, Baſil. 1721. 4. menſuras aeris inſpirati, dilatati pectoris, antrorſum cedentis ſterni, aliaque mathematico calculo confirmavit.

R. DAV. JAC. CHATELLIN de reſpiratione, Monſpel. 1721. 4.

In *J. DOMIN. SANTORINI* obſervationibus aliqua pro *MICHELOTTO* de cauſa anguſtiæ venæ pulmonalis, & in diaphragmate factæ obſervationes exſtant.

L. HEISTER ex *pulmonis fetuum innatatione vel ſubmerſione in acqua nullum certum in infanticidiis ſignum peti poſſe* defendit, Helmſtad. 1722. 4. & in *Annal. Jul.* T. I ubi contra *HORNIUM* ſcribit, & pulmonem putridum ait natare, vere omnino.

B. ROBINSON vitam animalis conſervari ab acidis particulis aëris cum *MAYOWIO* docet in *Anim. Oeconom.* Pr. XXIV.

Cum *EDW. BARRY* tractatu *on conſumtion* extat tractatus *of the ſtructure and the uſe of the loungs*, London 1727. 8.

HUGONIS GOURAIGNE Diſp. *de reſpiratione*, Monſpel. 1729. 4. quæ etiam cum titulo *GUILIELMI PELISSIER* eodem anno prodiit (*JOURN. DES SAV.*) pulmonem paſſive ſe habere, & ipſum thoracem ab aëre dilatari contendit. *IDEM* an. 1730. aliquas objectiones Diarii *Journal des Savans* libello in 4. refutare conatus eſt.

STEPHAN. HALES in *vegetable ſtatiks* fuſe primo aëris naturam, deinde inprimis ejus in pulmonem reſorbitionem, mutationem in non elaſticam naturam, copiam qua inſpiratur, vim qua efflatur, aream pulmonis, veſicularum & alia exploravit.

IDEM in *hæmaſtaticis* egregie plurima de vera ratione circulationis per pulmonem, de utilitate reſpirationis, de aëre thoracico (quem fuſe demonſtrare conatur), deque aliis pulmonis actionibus legi debet.

G. E. *HAMBERGER* in Diſſ. *de reſpirationis mechaniſmo*, Jen. 1727. 4. ulterius ornavit Baylianam ſententiam, & aërem quidem thoracicum cum aëre pulmonali alterne pugnantem adſumſit, pulmoniſque vim coagulantem & refrigerantem ſanguinis, in coſtis vero vim oppoſitam muſculorum intercoſtalium, ut interni coſtas deprimant, externi elevent. Sed addidit præterea demonſtrationem, intercoſtalem muſculum quemque non ſuam ſolum coſtam,

coſtam, ſed etiam proximam aut elevare aut deprimere, aliaque ad mechaniſmum pulmonis facientia. Neque abſque ſequacibus fuit, inter quos *J. F. SCHREIBERUM*, *J. G. HAHNIUM*, *CL. KRUGERUM*, & *NICOLAI* Hallenſes, ipſumque D. de *SAUVAGES* numero. Quare cum ſatis faveretur huic opinioni, ego in *Commentario Boerhaaviano* non potui non Præceptorem defendere, & adſerere, neque aërem inter pleuram & pulmonem eſſe, neque intercoſtales internos muſculos coſtas deprimere. Quæ cum modeſtiſſime, niſi omnino fallor, propoſuiſſem, acriter & cum contemtus demonſtratione, contra me ſcripſit *CL. HAMBERGERUS*, in *octo programmatibus*, quæ an. 1744. & 1746. edita ſunt. Contra primum ego *experimenta de reſpiratione* anatomica ſcripſi, quæ an. 1746. Gottingæ 4. prodierunt, contra reliqua, *alteram partem* eorum *experimentorum impreſſam* an. 1747. 4. In iis, niſi fallor, ad liquidum deductum eſt, nullum aerem inter thoracem & pulmones intereſſe, nullumque ſpatium: deinde & in vivo animale, & in thorace mobili, a muſculis intercoſtalibus internis, vel a filis eos imitantibus, coſtas elevari. Paſſim etiam intervallorum inter coſtas diminutionem, menſuram adſcenſus & extroverſionis coſtarum; & alias, prius dubias, actiones definivi.

Contra hoc ſcriptum *G. E. HAMBERGERUS*, Jenæ 1748. 4. animadverſiones ut plenas conviciorum, ita omni anatome & experimento deſtitutas edidit. Noſter vero diſcipulus & amicus *D. TRENDELENBURG* exeunte anno 1749. reſpondit Hambergero, & oſtendit, uti in experimento, ita perinde ex Geometriæ vi coſtas neceſſe eſſe adſcendere ab actione intercoſtalium internorum. Sed video & in proprio elogio contra *HAMBERGERUM* judicare *BOERNERUM* (p. 70.), & *CL. J. G. KRUGERUM*, qui *HAMERGERUM* ſecutus fuerat, in nova phyſiologiæ editione de vacuo thoracico nobiſcum ſentire n. 219. in muſculis omittere Hambergeri contrariam vim internorum: & ſecundum me dixiſſe Lipſienſes alioſque per omnem Europam præſtantiſſimos viros. Confer. *Nouvelle Bibliothèque Germanique* T. IV. P. II. qua hiſtoria litis ad annum uſque 1747. traditur.

Reſponſio mea ad *HAMBERGERI* animadverſiones hac pagina citatas exſtat nunc in *Opuſculis anatomicis*, Gottingæ anno 1751. 8. editis, & primos meos libellos recudi feci, emendatos, & addidi diarium experimentorum, quibus meam cum *HAMBERGERO* litem conficere conatus ſum.

J. G. HAHNIUS cum commentario de febribus continuis an. 1728. edidit Diſſertationem *de aëris inſpirati in pulmones effectu*, Lipſ. 1731. 4. qua aërem omnino in ſanguinem recipi defendit.

In Edimburgenſibus commentariis reperitur *MARTINI* de cauſa alterna reſpirationis theoria T. I. & *STEVENSONI*, pulmonem refrigerium in ſanguine excitare. T. V.

J. HENR. GEELHAUSEN de pulmonibus non natorum aqua innatantibus, Prag. 1728. 4. Propria experimenta non habet. Pulmones qui reſpiraverint a pure, ſuffocatione, poſſe ponderoſos fieri credit, & in aqua ſubſidere; natare vero quibus inhalatus ſit in os aër, etſi nunquam ſpiritum homo duxerit.

JOH. ARBUTHNOT eſſay concerning the effects of air on human bodies; Londini 1753. 8. Multa collegit ad phyſicam in univerſum & practicam naturam aëris, tum etiam ad reſpirationem, ejuſque vim.

A. O. GOELICKE de pulmonis infantis in aqua natatione aut ſubſidentia infallibili indicio, Francof. V. 1730.

LUD. PETRI le *HOC Ergo omnes animalium motus ab aëre*, Pariſ. 1731. Diſp.

DANIEL REINHOLD MEELTZER vaſa pulmonalia ſanguifera qualia in adultis apparent, Regiom. 1733. 4. *. *B. PL.*

J. B. L. HAZON & *J. B. CHOMEL Ergo præcipuum reſpirationis organum diaphragma*, Pariſ. 1732. 4.

R. KELDERMAN Diſp. *de pulmonis humani fabrica ac uſu primario*, Ultraj. 1732.

F. HOFMAN de gravitate aëris & elaſticitate in machinam corporis humani, Hall. 1733. 4.

CORN. KLOEKHOF Diſp. *de atmoſphæræ efficacia in corpus humanum*, Leidæ 1734.

F. RUYSCHIUS, uti univerſam anatomen, ita pulmonis hiſtoriam illuſtravit, cellulas interlobulares deſcripſit, materiem exhalare coegit ex arteriis levibus in aſperam, &c.

M. J. ſpiramina or reſpiration revived, Londini 1733. 8. ſunt argumenta pro exhalatione aëris ex pulmone per poros in cavitatem thoracis.

D. SEN-

D. SENNAC in Acad. Reg. Sc. uti dictum reſpirationis organa deſcripſit, & in *eſſai de Phyſique*, cum compendio *HEISTERI* an. 1734. recuſis, de aeris modo, quo in ſanguinem venit, & quo iterum abeat, inquirit, & aliquem aerem, non multum tamen, in ſanguinem venire admittit.

D. FERREIN in propria theſi an. 1738. Pariſiis edita cum titulo *an actio pulmonis mechanica tempore exſpirationis*, aerem vaſa ſanguinea ſubire defendere conatus eſt, experimenta etiam adtulit de modo reſpirationis noſtrorum ſimilia, & quieſcere pulmones, pleura magno vulnere violata, demonſtravit. Vide *in Coll. Diſp. noſtr.* T. IV.

GOTTLIEB EPHRAIM BERNER de efficacia & uſu aeris in corpore mechanico, Amſtelod. 1738. 8. Diffuſus & abſque experimentis.

Mr. *BERTIER* in propria Diſſertatione, quæ Burdigalæ an. 1739. præmium tulit, & cum titulo *ſi l'air de la reſpiration paſſe dans le ſang* ibid. an. 1740. 12. edita eſt, & in *Actis* ejus Academiæ, alias laudatis, multa paradoxa dixit, aerem nempe omnino in ſanguinem recipi, deſcendere in pulmonem ob minorem ibi contenti aeris elaterem, idque fieri abſque vi muſculorum dilatantium, deſcendere autem aerem in ſpatia interlobularia, &c., cum inde non detur exitus, in ſanguinem coactum venire, calorem vero in ſanguine excitare, &c. Aliqua addidit in *Journ. des Savans* 1742. Contra eum anonymus in *Journ. des Savans* 1740. varia objecit, & aeris in ſanguinem receptionem dubiam reddidit.

Huc *ILL. RALTHERI* Diſp. *de oſcitatione & de vomitu*, Lipſ. 1737.

LAUR. HEISTERUS in Diſp. *de fallaci pulmonum experimento*, Helmſt. 1732. negavit, aut ſubſidentiam pulmonum certam mortem in utero demonſtrare, aut natationem certam vitam extra uterum.

A. KAAU perſpirationem pulmonum experimentis confirmavit, vaſa lymphatica deſcripſit, & experimenta ad tranſitum ſanguinis pertinentia in L. *de perſpiratione*: in eo vero de *Impetum faciente* experimentum *HOOKII* renovavit.

J. B. MAZINI conjectura de reſpiratione fœtus, Brix. 1737. 4. Ex vagitu uterino, minuto cum tempore in ipſo fetu pondere ſpecifico, aliiſque dubiis experimentis demonſtrare vult, utique fetum reſpirare. Ad finem oſtendere ſatagit, uterum ex lato in longum cum graviditate mutari, ita capacitatem minui, hinc partum naturalem ſuccedere.

CL. DAN. BERNOULLI in hydrodynamicis irruptionem aeris denſioris in rariorem ad calculum reduxit, cujus inſtituti magna ad intelligendam naturam reſpirationis eſt utilitas.

D. SCHACHER Diſp. *de aeris efficacia in corpus humanum*, Lipſ. 1738. 4.

MICH. ADEL BULNER de pulmonum fabrica, Altdorf. 1738.

J. CHRISTOPH. POHLII de reſpiratione ſana & læſa, Lipſ. 1738. 4.

J. SULZER de aeris abſque exhalationibus conſiderati effectibus in corpus humanum, Baſil. 1739. 4.

J. G. GUNZ in progr. *de reſpiratione*, Lipſ. 1739. 4. nuperam etiam *HOUSTOWNI* & *BREMONDI* & *HAMBERGERI* theoriam refutavit.

J. G. GUNZII jam citati huc etiam pertinet diſputatio *de derivatione puris quæ fit per pectus ad brachia*, Lipſ. 1738. 4.

Anno 1739. de reſpiratione fetus nova lis enata eſt inter *BERNARDUM IDEMA* & *J. H. CROESER*, qui fetum in ipſa vagina materna ſe movere atque reſpirare poſſe tuentur, & *R. ROUKEMA* Chirurgum ac *PETRUM IDEMA* Medicum, qui non ſubito adeo pulmonis naturam mutari, neque in vagina, neque aliquo tempore a partu, fetum reſpirare volunt: etſi poſtea varia aliena admiſta ſunt liti, cum alii vacuum ſpatium inter pulmones fetus & pleuram ſtatuerent, alii negarent. Initio a rationibus, facto, finitum fere eſt conviciis. Libellos eo pertinentes habeo omnino.

BERN. ROUKEMA gedagten over het dryven en zinken der Longe, Leeuvvarden 1739. 4.

R. ROUKEMA naturlyke ſtellingen van een dryvende en zinkende Long, ib. eod. anno.

BERNARD IDEMA vervolg der gedagten, ib. eod. anno.

J. H. CROESER kort ontvverp. van de eerſte inademing, Groning 1740. 4.

PETRI IDEMA aanmerkingen tegens de gedagten, Leeuvvarden 1740.

BERN. IDEMA naareeden agter de gedagten, ib. eod. anno.

R. ROUKEMA aanmerkingen over J. H. CROESER ontvverp., ib. 1741. 4. quod inprimis ſcriptum opprobrioſum eſt.

J. H.

J. H. CROESER berigt over een dryvende en zinkende long, Groning. 1741. 4.

BERNARD IDEMA noodige tuſſchen-inſpraak over het dryven, &c. Leeuvvarden 1741. 4. ſcriptum & ipſum ſatis aſperum.

D. PEAGET an muſculorum intercoſtalium & diaphragmatis motus ſympathicus. Pariſiis 1740. 4. habet peculiarem nervum cordis, & conjunctionem phrenici cum intercoſtali.

BENJAMIN LUDOV. LUC. de *LAUREMBERT*, *Ergo demerſorum vitæ fomes ultimus eſt reſpiratio*, Pariſ. 1740. 4.

BENJAMIN HOADLY on the organs of reſpiration, Lond. 1740. 4. In vivis animalibus reſpirationem obſervavit, & machinis quibuſdam bilocularibus cum fundo mobili, conatus eſt imitari: Aerem thoracicum defendit.

P. GERIKE in Diſſ. qua *conjecturæ de reſpiratione fetus in Italia propoſitæ examinantur*, Helmſt. 1740. Contra *MAZINUM*.

In *NIC. ANDRY* Theſi, *Ergo ab impulſu ſanguinis reſpiratio ſpontanea*, Pariſ. 1741. 4. Reſpondente *D. HERISSANT* defenditur, pulmones ab influxu ſanguinis arteriæ pulmonalis diſtendi.

BENJAMIN LUDOV. LUC. de *LAUREMBERT*, *Ergo aer ſanguini immiſcetur per pulmones*, Pariſ. 1741.

In faſciculo *primo iconum anatomicarum* figuram dedi ſepti tranſverſi, in proprio vero Libello, Bernæ 1733. 4. edito, recuſo Lipſ. 1738. 4. & Leid. 1738. 4. hiſtoriam experimentorum ad ejus muſculi actionem dignoſcendam inſtitutorum dedi.

J. G. GUNZ in Lib. *de ſitu parturientium*, Lipſ. 1742. 4. edito, aliqua experimenta & cogitationes de actione muſculorum quorumdam reſpirationis attulit, & de mutatione reſpirationis in ſitu vario corporis.

V. H. de *NORMANDIE* Diſp. *de fabrica pulmonum eorumque uſu*, Leid. 1742.

J. FRANCISCUS de *SAUVAGES* in *Actis Monſpelienſis Academiæ*, 1743. de aeris tranſitu in pulmones inquiſivit, & ob mucum copioſum tranſitum invenire, aut ſanguinem condenſari negavit. Varia etiam ad reſpirationem monuit in Diſſ. *de inflammatione*, & in notis ad *hæmaſtatiks*.

J. FRID. CRELL in Diſp. *de cauſis reſpirationem vitalem cientibus*, Helmſtad. 1743. 4. Bremondi nimis latas concluſiones ingenioſe & vere coercuit.

ANT. BERGER an reſpiratio motus ſymphatico-mechanicus, Pariſ. 1743. 4.

FRID. de la *FOSSE de aere vitæ, & morborum cauſa*, Leid. 1744. 4.

J. FRID. CARTHEUSER de aeris ſubtilioris per corpus humanum perenni circuitu, Francoſ. Viadr. 1743. 4.

AARENT MULDERS de reſpiratione, Leid. 1744. 4.

JOSEPH VERATTI in T. II. *Comm. Bonon.* P. II. de avibus in vacuo enectis phænomena protulit.

In *DAVID STEPHENSON nevv mechanical practice of phyſick*, Lond. 1744. fol. agitur etiam de reſpiratione & aeris efficacia in *C. H.* qua eam utilitatem inprimis urget, quod aer nimis diu in ſanguine retentus & acrior factus, per pulmonem exhalet.

JOS. ANTON. PUJATI in Libro *de morbo Naroniano* notabilem habet digreſſionem de reſpiratione, in qua *MICHELOTTUM* contra *HELVETIUM* defendit.

CL. SCHWARTZ in Diſp. *de vomitu & reſpiratione*, Leidæ 1745. obſervavit varietatem reſpirationis in canibus aliiſque animalibus.

J. CHRIST. GERH. KNOLLE von der verdikung des geblütes in der Lunge, Hallæ 1746. 4.

Vaſa lymphatica ſuperficiei pulmonis reticulata, abſque valvulis, demonſtravit *CL. FERREIN* apud *MONTAGNAT Lettre ſur un nouveau genre de vaiſſeaux*.

CL. van *SWIETEN* experimenta *HOUSTOWNIANA* vidit, ipſe aliqua inſtituit, Præceptoris theoriam defendit, modum explicavit quo ſeptum tranſverſum fungitur officio, in conſtrictione venæ cavæ, in reſpiratione, &c.

In *NOLLETI* phyſica experimentali aliqua de ſpatii aere vacui noxis exſtant.

J. DAOUSTENC de reſpiratione, Monſp. 1745. 8. *Coll. Diſp. vol.* IV. per experimenta *BREMONDUM* refutat, pulmones non a propria aliqua vi dilatari demonſtrat, expirationem ad animæ imperium refert, &c.

CL.

Tunc etiam addendus eſt RUYSCHIUS pro bronchialibus arteriis (*a*), de quibus exiguum tractatum ſcripſit.

Ex RAVIO vero ſuppleri debet, quod ab omnibus Auctoribus omiſſum eſt, venas nempe bronchiales (*b*) non in auriculam dextram, ſed in venam ἄζυγον redire.

CL. BROWNE LANGRISH in *phyſical experiments upon Brutes*, Londini 1747. 8. fumum ſulfuris in animalium pectora admiſit, effectus innocuos obſervavit.

ROBERT DOUGLASS in Libello *of animal heat* omnem calorem unice ex frictione inter ſanguinem vaſorum minimorum & ſuperficiem proximam frigidi aeris generari, pulmonem vero refrigerare docet.

CL. OVELGUN in E. N. C. vol. VIII. de experimento cum pulmonibus natantibus vel ſubſidentibus egit, nec credidit ſufficere.

FRID. WILH. WACHTER Diſp. *de trachea* Fr. Viadr. 1748.

BRYAN ROBINSON in L. *of food and discharges*, Londini 1748. 8. pulmonum proportiones ad reliquum corpus examinat.

CL. QUELMALZ in progr. Lipſ. 1748. edito, arteriam pulmonalem in inſpiratione longiorem & anguſtiorem fieri, ita ſanguinem denſari, accelerari credit.

CL. SCHAARSCHMID in ultimo (VI.) volumine *der Berliniſchen nachrichten* pro refrigeratione in pulmonibus ſcripſit, tum *J. GOTTLOB KRUGER* in Diſp. *de refrigeratione ſanguinis in pulmonibus*, Hall. 1748. 4.

STEPH. LUD. GEOFROI Ergo aer præcipuum digeſtionis inſtrumentum, Pariſ. 1748. 4.

CL. HANOVIUS in *actis Societatis Gedanenſis* vim flatus experimento definire conatus eſt.

Inter *CL. LA MURE* diſputationes reperio *de reſpiratione*, quam non novi an forte eadem ſit cum ea *D. DAOUSTENC*.

Fuſe de reſpiratione & pulmone in *ſecundo Tomo* Libri de corde egit *SENACUS*. Rejicit aerem thoracicum & aeris condenſationem, & venarum denique amplitudinem.

SAMUEL AURIVILLIUS Gottingæ an. 1750. defendit diſp. *de pulmonalium & cavitatum cordis inæquali amplitudine*. Confirmat ampliores eſſe venas, ſed eam amplitudinem ex magna parte refert ad finem naturæ impedituræ, ne ſanguis in nixu congeſtus vaſa ſua rumperet. Rejicit ſanguinis condenſationem, & alia notatu digna proponit.

(*a*) Arterias Bronchiales *ERASISTRATO* dictas, *GALENO* memoratas, & omnibus barbaris, ad memoriam hominum revocatas eſſe a *DOM.* de *MARCHETTIS*, & a *FRID. RUYSCHIO*, fuſius dixi in *icone arteriar. bronchialium*, quæ exſtat in III. *faſciculo*, ubi eas arterias ex multis obſervationibus deſcriptas, & depictas dedi.

PHIL. ADOLPH. BOEHMER, Hall. 1748. 4. Diſſertationem de *bronchiis & vaſis bronchialibus*, in ea iconem dedit venæ bronchialis.

(*b*) Venam bronchialem ſiniſtram *ILL. WALTHERUS* in progr. Lipſ. an. 1731. edito; dextram *J. RAVIUS* primus dixit (apud *VALENTINUM* in *appendice Amphith. Zootom.*) De utriſque a *RUYSCHIO* non bene negatis eodem loco fuſius dixi. Vena vero bronchialis ex vena cava orta non longe ſuper ſeptum tranſverſum *NICOLAI SAMMICHELLII*, aut non bene deſcripta eſt, aut mihi non viſa.

CAPUT VI.

De Ventriculo, & Inteſtinis.

QUi has partes ordine tractare voluerit, ſic incipiat.

I. GLISSONIUS *de Ventriculo & Inteſtinis* in 4. Londini prodiit anno 1678. (*a*) deinde in 12. Verum ea editio multum differt a præcedenti. In eo tractatu

(*a*) *GALENUS* de motu periſtaltico, in Libro de *facultatibus naturalibus* III. & alibi varia bona habet.

ſtatu vir iſte, qui omnium Anatomicorum exactiſſimus fuit, ut incomparabilis tractatus de hepate nobis perſuadet, omnia quæ de œſophago, & ventriculo eo tempore nota erant, optimo ordine, & abſque confuſione deſcribit.

2. Le-

Apud *RUFUM* Epheſium ſitus ventriculi pleni verus, cum convexitate peritonæi & epigaſtrio oppoſita deſcribitur.

J. BERENGARIUS inteſtinum cœcum ex homine primus deſcripſit.

A. VESALIUS valvulam pylori primus indicavit, œſophageas glandulas (ſed eas nimis paucas, nimis œſophago proprias) appendices epiploicas coli, quas *RIOLANO* minus bene tribuit *DOUGLASSIUS*, aliaque invenit.

GERARDI BUCOLDIANI de puella quæ ſine cibo & potu vitam tranſigit, Pariſ. 1547. 8. L.*.

JAC. SYLVIUS ligamenta tria coli primus vidit.

G. FALLOPIUS valvulas inteſtinorum tenuium villoſamque tunicam invenit.

JOH. COSTA de venarum meſentericarum uſu Liber, Venet. 1565. 4. Inteſtina alere ſtatuit, non corpus. *DOUGLAS*.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS in œſophago ſitum verum, in ventriculo ligamenta ad ingreſſum œſophagi, mutationem figuræ ex vacuo in plenum, duodeni curvaturam, coli inteſtini geminos flexus, & plurima alia utilia habet.

CONSTANTIUS VAROLIUS valvulam ad coli initium credebatur inveniſſe. Sed eam jam *VIDUS* deſcripſit, deinde, forte ex *G. RONDELETII* experimento, a *JOHANNE POSTHIO* breviter citata eſt. *SALOMON ALBERTUS* eamdem valvulam ſerius pinxit, & propoſuit, tum *C. BAUHINUS*, Patavii an. 1579. qui inventionis gloriam maſcule defendit poſt *ROUSSETUM*, in *theatro*, & alibi. *NICOLAUS TULPIUS* ultimus ad eam acceſſit in obſervationibus.

ARCHANGELUS PICCOLHOMINEUS inteſtina omnia unum tubum efficere docuit, villoſæ amplitudinem dixit, valvulæ coli (malam tamen) deſcriptionem dedit.

NIC. TAURELLI de ventriculi natura & viribus, Altd. 1587. 4. *.

J. ÆMYLIANI naturalis de ruminantibus hiſtoria, Venet. 1584. 4. *B. PL.* *.

HIER. FABRICII ab *AQUAPENDENTE de gula, ventriculo & inteſtinis, omento & meſocolo tractatus*, Patav. 1618. 4. Valvulas ex villoſa tunica factas, etiam habet, & notas diverſorum inteſtinorum, aliqua etiam ex comparata anatome, ut quatuor ruminantium animalium ventriculos. Sed ſenile, Galenicum, & fuſioris dictionis opus.

TANCREDI LATINI de fame & ſiti L. III. Venet. 1607. 8.

TANCREDI LATINI L. III. citati controverſiis pleni ſunt quas cum rationibus excutit & pro *GALENO* plerumque decidit. Melancholiam confirmat appetitum facere. Aliquid deglutiri per aſperam arteriam defendit. Multa aliena, etiam falſa.

P. LENTULI hiſtoria Apolloniæ Schreyeræ, Bern. 1604. 4. Præter hiſtoriam aſitiæ aliquot annorum multa etiam ſimilium caſuum collegit.

J. JAC. CHIFFLET Aſitiæ in puella Helvetica mirabilis phyſica exſtaſis, Veſontin. 1610. 8.

FORTUNII LICETI de iis qui diu vivunt ſine alimento, Patav. 1612. fol.

RODERICI a FONSECA de hominis excrementis, Piſis 1613. 4.

RODERICI a FONSECA l. c. ad ſemioticen proprie facit, & omnia conſiderat quæ ex corpore humano egeruntur.

J. B. ab *HELMONT* contra calorem coquum ventriculi validas objectiones protulit, de modo quo cibi ſucceſſive in naturam volatilem alcalinam mutantur, magni momenti obſervationes propoſuit. Huc autem pertinet *duumviratus, jus duumviratus, pylorus rector, de flatibus in homine, ſextuplex digeſtio, triplex Scholarum digeſtio, imago fermenti, calor non efficaciter digerit, ſed excitat; de ſpiritu vitali*, &c.

JOHANNIS WALÆI Epiſtola *de chylo* cum *T. BARTHOLINI* anatome, Leidæ an. 1641. edita, egregium opuſculum eſt, quo ſucceſſivum iter & mutatio ciborum determinatur per experimenta.

G. MOEBII de chylificatione ſive *coctione prima*, Jenæ 1645.

S. SORBIERE diſcours ſceptique ſur le paſſage du Chyle & ſur le mouvement du Cerveau, Leidæ 1648. 12. parvi momenti. *.

GOD. MOEBII de uſu ventriculi & inteſtinorum, Jen. 1651. 4.

In *AUG.* de *LAURENZO diſceptationibus* prima eſt *an poſſit homo naturaliter diu abſque cibis vivere*, Panorm. 1652. 4.

MARTIN SCHOOK de fermentatione, Groning. 1663. 12. id utique boni habet, quod acidum *HELMONTIANUM* refutet.

ANTONIUS DEUSING de ventriculo & digeſtione, Groning. 1664. 12. EJ. *de chyli a fæcibus alvi ſecretione*, ib. 1665. 12. & *de nutrimenti in corpore elaboratione*, 1660. 12.

F. SYLVIUS in *Diſſertationibus* omnino etiam ad hanc rem experimenta, & longe magis opiniones habet, quas multi ſunt ſecuti.

N. STENONIS filius glandulas minimas œſophagi invenit in Tractatu *de muſculis & glandulis*.

Sed etiam in *RUDBEKII* experimentis in *meſſe aurea* editis multa adſunt, huc utilia, ad motum periſtalticum.

In *PHIL. TRANSACTIONIBUS*.

G. COLE de fibris ſpiralibus inteſtinorum n. 125. poſt Librum *de febribus intermittentibus*. Londini 1694. 8.

M. LISTER experimentum de mutando colore chyli n. 95. 143. & 144. 270. & *MUSGRAVE* de eodem n. 166. De reſecando cœco, & ejus neceſſitate n. 151. 155.

C. LEIGH de digeſtione n. 162. Vir ruminans n. 192.

G. COWPER de chylificatione n. 220.

PITT de motu periſtaltico ventriculi n. 243.

CL. HAVERS de concoctione ciborum mirifica theoria n. 254.

Motus periſtalticus obſervatus in inteſtino quod in thoracem migraverat n. 275.

A. van *LEEUWENHOEK* de vaſis & tunicis inteſtinorum n. 314.

Obſervatio eroſionis abſque tritu factæ in humano ventriculo n. 317.

ST. ANDRE' contra motum antiperiſtalticum n. 351.

HOLT de motu periſtaltico experimentum n. 375.

De villis ventriculi & inteſtinorum *PRICE* n. 404.

STUART de cauſa motus periſtaltici ab irritatione n. 414.

CL. NIC. LE CAT motus periſtalticus in homine obſervatus n. 460.

In *CLEMENTINÆ ACADEMIÆ* monumentis aliqua ad ſuccum ventriculi in rapacibus avibus & multivoris experimenta exſtant, tum ad vim ventriculi avium in frangendis globis vitreis.

FRANCISCUS REDUS in *eſperienze intorno alle coſe naturali*, Flor. 1671. 4. habet progreſſum ciborum per inteſtina animalium, & tempora itineris, & vim frangentem globos vitreos. Idem in Tractatu *de anim. intra anim. vivent.* plurimorum animalium viam chyli deſcribit.

In Antiquioris Academiæ Gallicæ Documentis hiſtoria quidem animalium pleniſſima ſemper eſt in ventriculorum & inteſtinorum attributis.

DUVERNEY de organis nutritionis T. IX.

In Collegii privati Amſtelodamenſis plurima huc pertinentia exſtant.

In *EPHEMERIDIBUS NATURÆ CURIOSORUM* multa huc pertinent, inprimis vero in Dec. I. ann. II. *J. J. WEPFERI* obſervationes in ventriculo Caſtoris, & de ventriculo obſervationes Dec. II. an. IX. Dec. III. an. VIII.

Ventriculus Ciconiæ a. *J. C. PEYERO* deſcriptus Dec. II. ann. III.

PEYER de glandulis inteſtinorum Dec. II. ann. VI.

HARDER de glandulis duodeni Dec. III. ann. I. & alia plurima.

JEREMIÆ LOSS de fermento ventriculi, Jen. 1665. 4.

FLORENTII SCHUYL L. *de veteri medicina* huc etiam referri poteſt, ſed de eo alibi fuſius.

HENRICI MEIBOM de chylificatione Diſp. Helmſt. 1671.

MAUR. HOFMAN de lactis & chyli ſtatu naturali & præternaturali, Altd. 1673. 4.

FRANCISCI GLISSON de ventriculo & inteſtinis, Londini 1676. 4. Amſtel. 1677. 12. Paulo minus anatomicus hic fuit ſenex, ut videtur. De principio tamen irritabili in partibus ſolidis animalis reſidente, omnino legi meretur. Motum antiperiſtalticum fuſe deſcripſit.

JOH.

2. Legatur porro, I. CONRADUS PEYERUS (a), quo carere non poſſumus. Si legenda alicujus Auctoris ſunt opera, certe merentur quæ PEYERUS ſcripſit, licet aliis diſtractus negotiis anatomiam deſeruerit. Quæ GLISSONIUS non habuit,

JOH. MAYOW de fermento ventriculi aliiſque fermentis egit in Tr. IV. eorum qui Oxonii 1674. 8. prodierunt.

TOB. ANDREÆ de concoctione ciborum in ventriculo, Francof. Viadr. 1675. 4. *.

THEODORUS KERKRING in *ſpicilegio obſſ.* valvulas inteſtinorum pro re nova ad *RUYSCHII* præparationes deſcripſit, & obſcure depinxit.

J. NICOLAUS PECHLINUS in L. *de purgantibus*, Leidæ an. 1672. 8. edito, glandulas ſimplices inteſtinorum primus deſcripſit.

B. SWALWE Querela & opprobria ventriculi, Amſt. 1679. 12. 1675. 12. Practicus inprimis.

THOMÆ WILLIS Pharmacopœæ rationalis Tomus I. Oxonii 1673. 4. & 1678. 8. Hag. 1675. 12. editus continet deſcriptionem ventriculi & tunicarum inteſtinalium. Etſi priorum utique labores ſuperavit, multa tamen in utraque deſcriptione ſunt, quæ aut deſideres, aut velis expuncta. Ventriculi fibræ non ſatis veræ ſunt, & tributæ extimæ membranæ longitudinales, inteſtinis adfictæ tunicæ glanduloſa nervoſa. Explicatio tamen operationis medicamentorum omnino non mala. Villoſam inteſtinorum tunicam conſtituit.

TH. WILLIS l. c. exſtat etiam editio, Oxon. 1674. 12. *STAEH.*

G. BALTH. METZGER hiſtoria anatomica ventriculi, Tubing. 1661. Diſp. *.

GALATHEAU Diſſ. *ſur la digeſtion de l'eſtomac*, Pariſ. 1676. * (*Journ. des Sav.*). A calore explicat digeſtionem, acidum omnino aliquid valere negat.

ANDRE' Entretiens ſur l'acide & l'alcali, Pariſ. 1672. 12. Contra *BOYLEUM* pro duumviratu * (*Journ. des Sav.*)

JOH. PASCAL nouvelle découverte des fermens, Paris 1681. 12. mirum ſyſtema: Fermentum volatile acidum eſſe, quod irretitum in alcali fixum fiat. Lympham & animales ſpiritus acidos eſſe, cerebrum acidum, ut ex eo paſta panis fermentari poſſit.

(a) *J. CONRADI PEYER* Opuſcula ſeptem variis prius locis prodierant. Libellus I. de *Glandulis inteſtinorum* habet hiſtoriam accuratam glandularum tum agminatarum, tum ſingularium a *M. AUR. SEVERINO* in *zootomia* primum, tum *PECHLINO* & *LISTERO* (*Phil. Tranſ.* p. 95.) memoratorum, & in homine, & ex magna animalium varietate. In Ejus Exercitationis *parte poſteriori* tribuit ſuarum glandularum ſucco vim digeſtivam, ibique motum antiperiſtalticum fuſe per experimenta demonſtrat. Ad praxin etiam inventa applicat. Adjecta eſt appendix, qua ſtudioſiſſima anatome ventriculi gallinacei continetur. In *Exercitatione* (ſive Parergo) II. iterum de glandulis agit inteſtinorum. Jus inventi ſibi vindicat, & officium nobile. In *Certamine Epiſtolico* cum *MURALTO* negat, per eas glandulas chylum reſorberi. De glandulis inteſtinorum etiam in E. N. C. *Dec.* II. *ann.* VI. egit. De his omnibus varia etiam in commercio epiſtolico cum *HARDERO* habet. Hæc *parerga* VII. conjunctim, Genevæ 1681. 8. & Amſtelodami 1682. 8. ſeorſim *primum* Scaphuſii an. 1677. & Amſtelod. 1681. 8. prodiit.

A. QUIR. RIVINI de acido fermento ventriculi, Lipſ. 1677. 4.

J. BOHN etiam huc pertinet *de chyli natura* diſp., Lipſ. 1668. 4. *JE.* ep. *de acido & alcali*, ibid 1675. contra hanc hypotheſin ſcripta.

J. J. WEPFER L. de *cicuta aquatica* numeroſiſſimas & egregias obſervationes habet de ventriculi & inteſtinorum motu periſtaltico, de illius ad vomitum robore, de valvula pylori, de glandulis duodeni & inteſtinorum, &c.

In *CL. PERRAULT Mécanique des animaux*, anatome comparata organorum digeſtionis breviter deſcribitur; cum pulchris iconibus Tractatus etiam integer *de motu periſtaltico* *exſtat in Eſſais* T. III.

J. J. HARDERUS in *apiario* pluſculas obſervationes glandularum humani ventriculi habet, & alia ex comparata anatome.

PASCAL nouvelle découvertes des ferments dans le corps humain, Pariſ. 1681. 12. *.

NEHEMIÆ GREW conparative anatomy of the guts cum *muſæi Greshamenſis* catalogo. Lond. 1681. fol. edita habet ex plurimis quadrupedibus, avibus etiam & piſcibus ſyſtema ventriculi & inte-

buit, ea in PEYERI tractatu certe reperiemus. Tractatus eſt in 8. dictus *Exercitatio medica de Glandulis inteſtinorum:* editus eſt Schafhuſiæ in Helvetia, ſed hæc editio évanuit. Iterum impreſſus eſt in Parergis ejus anatomicis. Elegantiſſimæ ſunt obſervationum egregiarum collectiones. In anatomia breviſſimo ſtilo & nervoſo conſcriptæ, editæ ſunt Genevæ 1681. & Amſtelodami apud Wetſtein in 8. an. 1681.

Huic tractatui addendus eſt ejuſdem PEYERI tractatus *de Ruminantibus* Baſileæ an. 1685. in 4. editus (*a*). In hoc libro omnia fere, quæ rariſſima poſſumus optare de œſophago, ventriculo, & inteſtinis fide optima reperiuntur.

3. Hiſce addendus eſt etiam HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE in tractatu *de Ventriculo* & varietate inteſtinorum, qui tractatus egregius eſt, & eximio ſtilo a Profeſſore illo Patavino conſcriptus; non modo vero humanum ventriculum, ſed etiam aliorum animalium ventriculos deſcribit, ut Anſeris, Annatis, &c. in folio. Editus eſt Lipſiæ in folio anno 1687. in collectione cui titulus eſt *Opera omnia* anatomica & phyſiologica HIERONYMI FABRICII AB AQUAPENDENTE, cum præfatione Clar. BOHNII. In eo Libro reperitur citatus tractatus, quo carere non poſſumus.

4. Unus poteſt addi, nempe THOMAS WILLISIUS (*b*) in *Pharmacia rationa-*

Inteſtinorum, cum eorum convolutione, longitudine, mole, glandulis, quas forte ante *PEYERUM* vidit, rationibus fabricæ.

DANIEL DUNCAN la Chymie naturelle ou l'explication chymique & mécanique de la nourriture de l'animal, Montauban 1683. 8. * Pariſ. 1662. 8. Latine vero auctius cum titulo *Chemiæ naturalis ſpecimen* prodiit. Amſtel. 1707. Digeſtionem chemice explicat, & liquorem ventriculi compoſitum facit ex ſale alcalino, alio vitriolico, & acido ſpirituoſo, &c.

GER. BLASIUS in *miſcell. anatomicis*, Amſt. 1683. 8. de valvula coli non malas obſervationes habet, eoque etiam pertinent ex anatome comparata plurima, quæ in *anatome animalium* exſtant.

J. BOHN. Diſp. *de menſtruo univerſali animalis*, Lipſ. 1687. & Diſp. *de vomitu* 1688.

G. CHARLETON inquiries on nutrition, &c. Lond. 1659. 4. & in tribus Diſſertationibus earum, quæ ſub titulo *inquiries on human nature*, Lond. 1680. 4. prodierunt, etiam continuationem membranarum oris in ventriculum & inteſtina, deſcribit, quorum intima fiat membrana quæ in cute extima.

J. C. VOLCAMERI de ſtomacho Ep. Altdorf. 1682. 4.

J. C. BRUNNER in Diſſ. inaug. *de glandulis duodeni*, Heidelbergæ 1687. & in E. N. C. an. 1694. & in Libello cum eodem titulo *Heidelbergæ* 1715. 4. edito glandulas a *J. J. WEPFERO* & *PEYERO* tactas, rariuſcule in duodeno conſpicuas, fuſe deſcribit, & multa ad digeſtionem pertinentia utilia experimenta habet, & villorum lacteorum & venoſorum deſcriptionem, Suas glandulas liquorem digeſtivum ſecernere, *PEYERIANAS* ſolum mucum parare demonſtrat.

SAMUEL COLLINS ex animalibus, inprimis piſcibus, non indiligentes ad anatomen comparatam obſervationes habet.

MARCELLUS MALPIGHIUS inprimis in Ep. *de glandularum conglobatarum ſtructura* glandulas ventriculi & inteſtini recti ex variis animalibus habet.

(*a*) *J. C. PEYER* in *Merycologia*, Baſil. 1685. 4. ventriculos animalium ruminantium fibraſque muſculares fuſe deſcribit, & in *BRUNNERUM* pugnat. Additæ ſunt utiles *WEPFERI* Epiſtolæ.

(*b*) *WILLISIUM* ſuo loco diximus.

THOMAS CORNELIUS Conſentinus, cujus *poſthuma* Neapoli 1688. 8. prodierunt, & una recuſa ſunt *progymnaſmata* VII. Venet. prius an. 1673. 4. edita, Glandulas ventriculi humani deſcribit, experimenta varia Galenicis, eo tempore regnantibus, medicis opponit.

MEL-

MELCHIOR FRIDER. GEUDER diatribe de fermentis, Amſtel. 1689. 8. Nulla in corpore fermenta dari, neque ſalivam aut lympham acidas eſſe.

M. FR. GEUDER l. c. omnino legi meretur.

In *LEONH.* a *CAPOA ragionamenti* de incertitudine medicamentorum fuſa ſatis de organis digeſtionis diſſertatio exſtat, in qua fermentis favet.

JOH. VIRIDET de prima coctione & ventriculi fermento, Genev. 1691. 8. & auctius in Tr. *des cauſes de la production du bon chyle*, Pariſ. 1735. 8. 2. vol. In priori Libello equidem alcalinum ſuccum ventriculi, cum acida ſaliva confligere; ſic efferveſcentiam naſci digeſtivam, & glandulas omnes, pancreas, ſalivales, reliquas, ſuccos præparare acidos propoſuit. Sed intermiſta experimenta & practica ſunt, & anatomica non pauca. In altero opere quadrageſimo poſt anno edito, eamdem theoriam ad morborum, a ſe ipſo curatorum, phænomena comparat. Multæ ibi corporum morboſorum ſectiones.

J. M. HOFMANN de liquore gaſtrico, Altd. 1690. 4.

J. PH. VERHEYEN in L. II. anatomes experimenta ad naturam digeſtionis ciborum habet.

ANTONIUS NUCK experimento egregio demonſtravit inteſtina de cavitate abdominis ſorbere.

WILH. COWPER in *anthropographia* fibrarum inteſtinorum icones habet: tum in *myotome*: *IDEM* in *introductione* ad magnam anatomen hiſtoriam totam digeſtionis habet.

GUIL. COWARD de fermento volatili nutritio conjectura. Lond. 1695. 8. Concoctionis cauſam eſſe ſalem volatilem oleoſum ſanguinis in ventriculo ſecretum, adfinem ſali volatili oleoſo *SYLVII* *.

GUILH. COWARD etiam eſt *enquiry in to the erroneous philoſophy of alcali and acid* Lond. 1698. 8. *

G. WEDEL de valvulis conniventibus, Jen. 1695. 4.

JOH. FLOYER in *præternatural ſtate of humours* edita Londini 1696. 8. plurima huc pertinentia habentur. Valde laborat Vir *CL.* ut oſtendat, digeſtionem fermentatione fieri, & vitio fermenti pene omnes morbos oriri.

J. A. SLEVOGT de fermentationibus microſcomicis, Jen. 1696. 4.

CAROLUS DRELINCOURT in *canicidiis* egregia de motu periſtaltico docet.

PETRI ELFWING de motu periſtaltico, Upſal. 1698. 12. Motum ventriculi & inteſtinorum periſtalticum vidit, etiam integro peritonæo, a muſculis denudato.

PHIL. JAC. HARTMANNUS in Diſſ. de *peritia anat. veterum* multa bona de inteſtinorum anatome habet, & de vaſorum in cavitatem aperto hiatu. Valvulam coli pro anulo habet.

FRANCISC. BAILE' primus negavit ventriculum vomitum facere, & experimentum attulit, quo confirmaret, eum motum a vi muſculorum abdominalium pendere.

LAVATERUS in Diſſ. *de enteroperiſtole* pro motu antiperiſtaltico egregium experimentum habet.

G. COLE in L. de febribus intermittentibus excitat *BACCIACUM* Genuenſem, qui an. 1690. per experimenta ſibi demonſtraverit, ventriculum in motu periſtaltico quieſcere. Idem cum eodem Libello recudi curavit ſuam fibrarum ſpiralium ventriculi & inteſtinorum adfirmationem.

H. BOERHAAVE Diſſ. inauguralis *de utilitate excrementorum explorandorum*, Hardervvyk 1693. Londini cum *BURTONI* vita recuſa, habet analyſes.

JOH. GOTTSCHED de circulatione chyli, Regiomont. 1702. 4. aliqua habet ad oſcula lacteorum pertinentia.

In Monumentis Academiæ Reg. Scientiarum.

CHIRAC de actione ventriculi in vomitu 1700. & de eodem *MERY*.

DUVERNEY de eadem re.

De aquæ exhalatione per ventriculum *MERY* 1700. 1701.

1711. Ciborum aceſcentia in ventriculo.

HOMBERG analyſis fæcum alvi.

1712. Seceſſio membranæ internæ ventriculi.

1713. *HAGUENOT* contra motum antiperiſtalticum.

1715. *WINSLOW* de ſitu viſcerum, & ventriculi pleni & inanis diverſitate.

1717.

tionali, edita Londini & Oxoniæ in 8. ubi, antequam purgantia præſcribit, hiſtoriam prius ventriculi & inteſtinorum tradit.

5. Por-

1717. *LITTRE* de clyſteribus nutritiis.
1719. *HELVETIUS* de digeſtione, ventriculo, cujus fibras muſculoſas melius deſcribit; & anno 1721. de inteſtinis, ubi minus bene aliqua profert de celluloſa tertia, papillis ſpongioſis inteſtinorum, &c. *IB.* 1719. Digeſtionem fieri fermentatione quæ ſales volatiles producat.
1729. *SENNAC* vim diaphragmatis in claudendo œſophago docet.
1732. *LINDERN* pro eroſione & fermento ventriculi. *HUNAULD* de appendicibus Ilei.
1733. *LA MORIER* cur equi non vomant.
1744. Volvulus abſque colica. Clyſteres nutritii.

J. FANTONUS in *Diſſertationibus anatomicis*, ſed inprimis in editione nupera. Turin. 1745. 8. multa ex anatome comparata ad ventriculi & inteſtinorum hiſtoriam attulit, poros cryptorum ventriculi; celluloſam ſecundam, anuli pylori bonam deſcriptionem, celluloſam œſophago circumjectam.

J. PHIL. HECQUET eſt etiam theſis, *Ergo functiones non a fermentis*, Pariſ. 1696. 4.

Nunc etiam legi *J. ASTRUC epiſtolas quibus reſpondetur epiſtolari diſſertationi THOMÆ BOERII de cauſis concoctionis*, Toloſæ 1715. 12. Iterum repetit demonſtrationem ſuam de fibra circulari, quæ ſit polygonum infinitilaterum, & in cujus ſingulis chordis vires diſtrahentes deſtruunt vires incurvantes. Vim trium unciarum admittit.

LUD. ANTONIUS PORTIUS in *opuſculis variis*, Neapol. 1701. 12. habet etiam Tractatum de confectione ciborum in ventriculo, ubi ſalivam pro fermento admittit.

Ad vim reſorbiticam ventriculi aliqua habet *R. VIEUSSENS* in *novo vaſorum Syſtemate*.

IDEM in Tractatu *des liqueurs* accuratam hiſtoriam ventriculorum animalium ruminantium, & mutationis ſucceſſivæ cibi, & ſucci etiam ventriculi humani alcaleſcentis, & exhalationis arterioſæ tradit.

IDEM in Tractatu *des liqueurs* jam citato ad ſuccum ventriculi & inteſtinorum legi meretur.

J. B. MORGAGNUS paſſim, ſed inprimis in Adv. III. de valvula coli, de finibus & valvulis inteſtini recti, & in Epiſt. XIV. de iiſdem accuratiores obſervationes habet.

JAC. de *SANDRIS de ventriculo* cum Tractatu *de ſanguine* edito. Opuſculum nihil proprium habet. Editum eſt Bonon. 1696. 4. Sed mea editio eſt Francofurtenſis 1712.

PETRUS MATTHÆUS in *animadverſionibus phyſico-medicis in X. dialogos congeſtis*, Neapoli 1704. 4. diſcipulus *CORNELII*, Phyſiologiæ partem dat, qua viſcera chylopoietica & hæmatopoietica continentur. Experimenta varia habet ſatis ſingularia ad vires digeſtrices de ſuccis digeſtivis animalium *&c.*

J. F. HOFMANN de duodeno multorum malorum ſede. Hall. 1708. Diſp.

JAC. VERCELLONI de glandulis œſophagi conglomeratis, vero humore digeſtivo, & vermibus Diſſert. *anat. med.* Aſtæ 1711. 4. Oeſophagi, & plures quidem quam nemo alius, glandulas deſcribit, quarum liquorem credit digeſtivum eſſe, in thyreoidea vero glandula vermium eſſe nidum, qui in ventriculum deferantur, ut cibo vitalem characterem imprimant.

ALOYSII della *FABBRA Diſſertationes phyſico-medicæ*, Ferrar. 1712. 4. De itinere ciborum per primas vias ex cuniculis experimenta habet, & de terrarum ſolubilitate.

R. VIEUSSENS du levain de l'eſtomac in *J.* des *SAV.* 1710. Oct. & prius in *J.* de *TREVOUX* 1710. Jan. recuſam inter opera *HECQUETI* Diſſertationem, dedit, qua ventriculi fermentum contra tritum defendit.

J. PHIL. HECQUET Traité de la digeſtion & des maladies de l'eſtomac. Pariſ. 1711. 12. recuſus eſt an. 1730. 12. Digeſtionem a tritu fieri, & ſecretiones, & omnem fere in corpore humano mutationem eamdem cauſam habere docet. Vagus ratiocinator plus auctoritatum producit, quam experimentorum. In primo tomo multis Libellis contra *SYLVAM* & venæ pedis ſectionem, & contra Kermes minerale invehitur, & vegetabilia ſola naturalia medicamenta eſſe defendit, *&c.* Contra *ASTRUCII* etiam & *VIEUSSENII* Diſſertationem reſpondit. *EJUSDEM* eſt *Diſcours préliminaire ſur la trituration* & Theſis eo pertinens. *an morbi a ſolidorum tritu*. Pariſiis 1712. 4. cum Opuſculis de tritu recuſa.

IDEM

IDEM in *Traité des Diſpenſes du Carême* contra fermenta ſcribit, ventriculi ſuccum inertem eſſe monet.

JOH. ASTRUC Theſin *de cauſa fermentationis* defendit Monſpel. 1702. Inde edidit *de la digeſtion des animaux pour montrer qu'elle ſe fait par le moyen d'un levain*. Pariſiis 1710. 12. iterumque *Mémoire ſur la digeſtion des alimens*, Monſpel. 1711. 4. inter Opera *HECQUETI* recuſum, denique *Traité de la digeſtion*, Toulouſe 1714. 8. In *mémoire* celebrem habet demonſtrationem de impoſſibili contractione fibrarum circularium, deriſam a *BOERIO*; & nimias adfirmationes *PITCARNII* refutat.

MIC. PROCOPE Analyſe du ſyſtême de la Trituration, Pariſ. 1727. 12. * Contra *HECQUETUM*.

Réponſe a M. PROCOPE CUTEAUX ſur ſon analyſe du ſyſteme de la Trituration, par *M. PHILIPPE* de *BORDIGARATE*. Pariſ. 1713. 12. Acer *HECQUETI* defenſor. *

J. B. GASTALDI an alimentorum digeſtio a fermentatione an a tritu, Avenione 1713. 12. Pro fermentatione, vi ſalivæ ſolvente, &c.

BERTRAND in *Diario Trivultino* 1714. Febr. conciliationem aliquam inter fermentationis defenſores & tritus patronos proponit.

GUIL. AUG. de la *ROSE de chyli præparatione*. Leid. 1715. Diſp.

ARCHIBALDI PITCARNE Diſſertationes medicæ, Edimb. 1713. 4. Roterod. 1714. 4. &c. Huc pertinet Diſſ. *de motu quo cibi in ventriculo rediguntur ad formam ſanguini reficiendo idoneam*, quam anno 1693. jam editam fuiſſe lego, Leidæ. Enormibus plena eſt adfirmationibus, ut 12951. L. vires faciat digeſtionis, fibras ſolidas animalium in ſanguinem venire adfirmet. Adjecta eſt *THOMÆ BOERII* contra *ASTRUCIUM* demonſtratio, poſſe omnino contrahi fibram circularem. Contra *PITCARNIUM D. SENEZ* tritum equidem defendit, geometricam demonſtrationem dedit, ventriculum ad minimum trigeſies debiliorem eſſe, quam fecerat *PITCARNIUS* in *Mém. de Montpel.* 1715.

P. HAGUENOT an Ileus a motu antiperiſtaltico, Monſpel. 1715. 8. Experimenta habet, quibus antiperiſtalticum motum nullum eſſe, & ſolam contractionem muſculorum abdominis, poſt impedimentum natum, cibum ſurſum repellere demonſtrare vult.

AMAND DOUTE' & L. de *SANTEUIL*, *non ergo mutuum tritus & fermentationis commercium*, Pariſ. 1716. 4.

G. DETHARDING de ſubactione ciborum in ventriculo, Roſtock 1717. 4.

J. A. WEDEL de reſolutione ciborum in ventriculo. Jen. 1719. 4.

L. HEISTER de valvula Coli. Altdorf. 1718. 4. & in collectione Diſp. T. I. *BIANCHUM* refutat, valvulam duplicem vere in colo adeſſe demonſtrat.

MAGNI BLOCK bedänkande öfvver Eſter John dotter, Stokh. 1719. 8. Non nimis credit abſtemiam fuiſſe, celebrem hanc jejunatricem.

M. B. ADOLPHI Diſp. *de motu ventriculi & inteſtinorum periſtaltico*. Lipſ. 1720.

EJUSDEM de tunica inteſtinorum villoſa. Lipſ. 1721. 4.

EJUSD. de colo inteſtino aninuſto, recuſa in collectione Diſp.

J. B. BIANCHI in *MANGETI Theatro anatomico*. L. II. Diſſertationem de valvula Coli edidit, in qua *FALCOBURGII*, *HARTMANNI*, *PAWII*, *HIGHMORI*, *RUYSCHII*, *SCHELHAMERI* ſententiam ſecutus, eam valvulam, paulum remoto adipe, ad naturam circuli reducit.

ARENT CANT in impetibus anatomicis ſitum ventriculi pleni & vacui icone expreſſit T. V.

J. M. VERDRIES de actione ventriculi in comminuendis cibis diſquiſitio, Gieſſ. 1722. 8. veram ſententiam defendit, ſed novi parum habet.

J. FRANC. FAVELET in *prodromo apologiæ fermentationis*, Lovan. 1721. 8. inanis eſt rhetoricator.

GEORG. DETHARDING an homo adultus citra cibum & potum quadraginta dies & noctes ſolis naturæ viribus vitam trahere poſſit Diſp. Roſtock. 1721. 4.

A. van *LEEUWENHOECK* paſſim varia ad villos inteſtinorum, quos facit muſculoſos, vim digeſtricem ventriculi proponit, &c.

J. ZAMBECCARI experimenta capta in animalibus, quæ reſecto Cœco ſupervixerunt, exſtant paſſim, etiam in *SANCASSANI dilucidationibus*.

J. JAC. PEYER in obſervationibus anatomicis, Leid. 1719. 8. experimenta anatomica ad reſpirationem, motum cordis, vim periſtalticam profert.

NICH.

5. Porro RUYSCHII obſervationes, in *epiſtolis & theſauris*, ubi de lymphaticis vaſis, arteriis & venis ventriculi egregia habet (a).

C A-

NICH. MATTH. LUDOLF diſputatio *de vomitu*, Leid. 1721. 4.

JOH. LE THUILLIER an ailmentorum coctio a fermentatione Pariſ. 1722. Diſp. contra tritum.

J. DOM. SANTORINUS obſervationum C. IX. aliqua habet de inteſtino duodeno, de reticulo ejus interno, &c.

CL. SENNAC in ſuis ad *HEISTERUM* commentariis motum periſtalticum parvi facit, antiperiſtalticum omnino non admittit.

MARTINI SCHURIG Chylologia, Dreſd. 1725. 4. De appetitu aucto, minuto, vomitu, excrementis, herniis, prolapſibus, compilatio.

MARTINI CANISII Diſp. de *Ventriculo*. Leid. 1724.

In Actis Petropolitanis de tunica celluloſa inteſtinorum ſecunda in T. IV. in I. de oſculis lacteorum: in VII. de vaſis & tunicis ventriculi *CL. DUVERN.* experimenta exſtant.

A. VATER de *invaginatione inteſtinorum*. Progr. Non continuo inde ſequi volvulum docet.

J. BURMAN Diſp. de *alimentorum in chylum mutatione*. Leid. 1726.

Ad exhalantem in inteſtinis liquorem, vim contractilem ventriculi, &c. experimenta habet *CL. HALES*.

HYACINTHI THEODRI BARON. Ergo duodenum Ventriculus alter. Parſ. 1730.

ROBERTI HUBERT LINGUET. Ergo *a placido inteſtinorum motu perfectior chyli ſecretio*. Pariſ. 1732.

PETRI BOOTT de inteſtinis tenuibus, Leid. 1733. 4.

In Edimburgenſibus Actis T. IV. egregia exſtat *MONROI de inteſtino duodeno* Diſp.

THOMAS KNIGHT vindication of a late eſſay on the tranſmutatien of blood. Lond. 1731. 8. De digeſtione fuſe agit, quam tribuit acido in cibis, quod vinculum ſit partium corporum, idemque nunc explicatum ſe expandendo eas particulas a ſe invicem dimoveat.

(a) *FRID. RUYSCHIUS* plurima ad hanc hiſtoriam contulit. In ventriculo vaſa, villoſam naturam exhalantem: in inteſtinis celluloſam primam, villos, papillas, poros varios, membranarum diſtinctionem, epidermidis deſcenſum in ventriculum & inteſtina, veram valvulæ coli naturam, ilei diverticula. Tria ligamenta coli revocavit ni fallor primus, bonam iconem coli ex fetu dedit.

J. A. SEGNER in Diſp. de *actione inteſtini Coli*. Jenæ 1733. 4. & in verſione germanica operis *NIEUWENTYT* valvularum ternatarum mechaniſmum deſcripſit, quo ſuſtineant unitæ fæcem, & reſiſtant relapſuræ.

J. OSTERDYCK SCHACHT de actione ventriculi. Trajecti 1736. 4.

MATTHIÆ LAMBERTI VONK de ingeſtorum aſſimilatione in chylum. Leid. 1731. 4. Diſp.

In *Bononienſis Academiæ Actis T. I. GALEACIUS* ſimplices & compoſitas glandulas inteſtinorum deſcribit.

A. FRID. WALTHER in Diſſ. *de anguſtia inteſtinorum*. Lipſ. 1737. 4. Præter plurima alia inprimis celluloſam ſecundam & tertiam inteſtinorum deſcribit.

IDEM de vomitu. Lipſ. 1738 & *de deglutitione*. Varia ad illuſtrandam anatomen œſophagi tradit.

J. JAC. RITTER de poſſibilitate & impoſſibilitate longæ abſtinentiæ a cibis. Baſil. 1737. 4.

B. S. ALBINUS de *vaſis inteſtinorum* 1738. per totam ſeriem inteſtinorum vaſorum ſucceſſivas mutationes non in una ſed in omnibus membranis perſecutus eſt. Idem valvulam coli celluloſitate deſtructa evaneſcere olim nos docuit, quod inventum in *D. HUYBERT* Diſp. *de valvulis quæ in inteſtinis*, &c. Leid. 1644. 4. & apud *HAYMANNUM* etiam in *Com. ad BOERHAAVIUM* laudatur.

C. B. ALBINI nova tenuium inteſtinorum deſcriptio, Leidæ 1722. 4. recuſa 1728. 8. Continet deſcriptionem tunicæ celluloſæ ſecundæ, & varia alia utiliſſima.

SCHULZE Diſp. de *naturali & præternaturali menſtrui ventriculi conſtitutione*. Hall. 1736. 4.

J. ERN. SCHULZE etiam eſt diſputatio *de refectione celeri per alimenta humida*, Altdorf. 1728. 4.

J. ERN.

GOTTFR. BRENDEL de chyli ad ſanguinem commeatu per venas meſaraicas non improbabili, Gotting. 1738. 4.

EMAN. MAURIT. DUVERNEY. Ergo tritus chyloſin juvat. Pariſ. 1737.

A. KAAU in L. de *perſpiratione*. Exhalationem inteſtinalem, tranſitum aquæ per poros ventriculi & alia hujuſmodi per experimenta confirmavit: In Libro vero de *impetum faciente* aliqua experimenta cum opio facta recenſet, in ventriculum recepto.

AL. STUART in Tr. *de motu muſculorum* etiam vaſa & motum periſtalticum conſiderat.

JOH. MIDY. Ergo ventriculi motus ad elaborationem chyli confert. Pariſ. 1639. 4.

PETRI RATELL de fabrica & uſu ventriculi, Leid. 1740. 4.

JOSYÆ VERHEL de alimentorum in ore & ventriculo chylopoeſi, Leid. 1741. 4.

PETRI JOH. BURETTE ergo canalis inteſtinorum glandula primaria. Pariſ. 1741. 4.

Meum de *valvula Coli* Programma. Gotting. 1742. continet ſiccæ & recentis valvulæ comparationem, modum quo deſtruitur, retinacula & reliqua attributa ex pluribus corporibus.

GEOR. C. HAHN. de *tranſitu chyli per ventriculum*. Lipſ. 1740. 4.

J. FR. CASSEBOHM in poſthumo Lib. *de modo ſecandi*, plurima bona ad hiſtoriam ventriculi inteſtinorum, ad celluloſas habet, ad ſitum œſophagi, &c. *IDEM* in Progr. inaugurali de *differ. fetu* varia de ſitu ventriculi in fetu magis pendulo, de cæci in fetu natura obſervavit.

In *JOURN. de TREVOUX* 1743. Diſſertatio exſtat *ſur les propriétés du levain de l'eſtomac*. p. 2374. Argumenta Vieuſſenii contra tritum habet.

J. NATH. LIEBERKUHN de valvula coli, Leid. 1742. 4. præter varia experimenta anatomica, inprimis defendit, cæcum inteſtinum factum fuiſſe, ut colon clauſum eſſet.

EJ. de *fabrica & actione villorum inteſtinorum tenuium hominis*. Leidæ 1745. 4. Microſcopiis optimis & injectionibus feliciſſimis detexit villos cavos eſſe, in cavitatem chylum refugi, ex ea vas lacteum oriri, aliaque ſuper omnem aliam induſtriam ſubtilia.

CONR. VELSE de *mutuo inteſtinorum ingreſſu*. Leid. 1742. egregia Diſſert.

BERCHER an *a valvulis motus chyli determinetur*. Pariſ. 1742. 4. & in *Collect. Diſp.* mea T. I.

CL. GUNZIUS de humoribus obſervationes proprias ad cryptas inteſtinorum habet.

CL. LANGGUTH de motu periſtaltico, VVittemb. 1742. 4. Eum motum denegat œſophago, ventriculo, & craſſis inteſtinis, & ſolis relinquit tenuibus.

PETRI JOSSELET de vomitu, Leid. 1742.

FR. JOS. de *OVERKAMP de mutatione eſculentorum & potulentorum*, VVürzburg 1743. 4.

EJ. *Mechaniſmus ſeu fabrica inteſtinorum tenuium*, ibid. 1745. 4. *BOERHAAVIANUS*.

CL. van *SWIETEN* de actione ventriculi experimenta citat in tomo II. ſui Commentarii.

WENKER de Virgine per 27. annos ventriculum perforatum alente. Argent. 1743. 4. Diſp. habet etiam motus periſtaltici teſtimonium.

H. PAUL JUCH & *LOSS de viis & motu chyli*, Erfurt. 1744. 4.

HENSING de omento & inteſtino colo. Gieſſ. 1745. 4. de homine deſcriptio. Exſtat in *Coll. Diſp.* T. I.

PETRI CHEVALIER quo accuratior maſticatio, eo perfectior digeſtio. Pariſ. 1745. 4.

BENJ. SCHWARTZ de *vomitu & inteſtinorum*. Leid. 1745. 4. & in *collectione* noſtra T. I. De cauſa vomitus quæ in ſepto & quæ in ventriculo eſt, de motu periſtaltico vero & tumultuario, experimenta ſollicita cura facta habet.

J. GOTTSCHALK WALLERII de ſiti naturali & morboſa, Upſal. 1746. 4.

MICHAELIS SAUSSINE Diſſ. *phyſiologica de digeſtionis negotio*. Monſpel. 1746. 4.

CAMILLI BARBERINI Diſſ. *fiſ. anat. ſopra l'eſcluſione de' fermenti ſtomachici e delle glandole nella villoſa*. Rom. 1747. 12. *

BRYAN ROBINSON on the food and discharges of human body. Lond. 1748. 8. Tabulæ huc pertinent, quibus ratio cibi ad excrementa & perſpirationem exprimitur, & quas alibi laudabo.

ERNST GOTTLOB BOSE Diſp. *de aſſimilatione alimentorum*, Lipſ. 1748.

In *PLANQUE Biblioth. de Méd.* exempla exſtant hominum qui abſque cibo vixerunt.

DOMINICI GUSMANI GALEACII de carnea ventriculi & inteſtinorum tunica *Comm. Acad. Bonon.* T. II. P. II. p. 238.

RUDOLF VOSS van *ZYLL de prima coctione*. Leid. 1748.

JAC. HOOG de actionibus & paſſionibus primarum viarum in morbis, Leid. 1748. Diſp.

J. FRID. CARTHEUSER de ciborum neglecta manducatione, Fr. Viadr. 1748. 4.

JOACHIM VOSSE de inteſtino cæco ejuſque appendice vermiformi, Gotting. 1749. 4. Primas in fetu origines ligamentorum inteſtinalium, inde ſenſim ſubortas coli valvulas plicaſq; & naſcentem a pondere fæcum ſaccum cæci, & mutationem appendicis utiliter deſcribit.

JACOBI FOELIX de motu periſtaltico inteſtinorum bona diſputatio Trevini 1750. 4. Experimenta in theatro Gottingenſi facta oſtendunt motum periſtalticum in toto ſyſtemate ciborum reperiri Lactea vaſa cœruleo colore tinxit, venenorum effectus obſervavit.

CAR. FRANC. BAUTIGNY des *PREAUX* & *COMPALUPIER*, *Ergo diu poteſt homo abſque cibo & potu vivere quidem, ſed non valere*, Pariſ. 1750. 4.

De vario Cardiæ ſenſu erudita varia exſtant in *C. SAL. KOELDRI* diſp. *de cardialgia*, Gotting. 1750. 4.

CAPUT VII.

De Splene.

AD naturam Splenis intelligendam legi debent (*a*) Theſes inaugurales maximi Medici CAROLI DRELINCOURTII, filii magni iſtius Anatomici CAROLI DRELINCOURTII, qui Lugduni Batavorum Medicinæ laudatiſſimus Profeſſor fuit. Titulus eſt *de Lienoſis* in 8. (*b*). & Lugduni Bat. editus eſt. Habetur in ea diſſertatione, quidquid in Anatomes practicæ obſervationibus ab omni tempore uſque in illum diem circa hoc negotium reperiri poteſt; ingens certe & egregius tracta-

(*a*) Cum nihil valde compoſiti in eo viſcere ſit, pauci inter Anatomicos veteres peculiariter de eo ſcripſerunt.

Ligamenta ejus aliqua *EUSTACHIUS* expreſſit.

FRANCISCUS ULMUS Pictavienſis, anatomes Profeſſor Pariſinus an. 1581. Lutetiæ parvum Libellum de *Liene* 8. edidit phyſiologicum potius quam anatomicum, quo ſanguinem melioris notæ, arterioſum, in liene pro corde præparari docet. *

J. B. HELMONTIUS varia eaque plerumque valde caduca de liene propoſuit, ſomni, venerisque ſede &c.

NATHANAEL HIGHMOR in *diſquiſitionibus anatomicis*, celluloſam fabricam lienis a *VESALIO* tactam, ornatius repetiit, poros venæ lienalis vitulinæ deſcripſit.

CONR. VICTOR SHNEIDER de liene Diſp. VVittemb. 1644. 4. *

JAC. ISRAEL de liene ac vaſorum lymphaticorum nuper inventorum obſervatio. Heid. 1654. 4.

J. VISCHER de uſu atque officio ſplenis in homine, Tubing. 1577. 4.

C. HOFMANNI de uſu lienis ſecundum Ariſtotelem. Altdorf. 1613. 4. Lipſ. 1615. 8. Leid. 1639. 12.

C. HOFMANN l. c. proponit ſententiam ſuam, credit autem lienem trahere chylum lactoſum & aqueum per arteriam & per venam, eum in ſanguinem excoquere, ejus parte ali, aliam excrementitiam expellere, ad renes aquam, ad ventriculum denique melancholiam pro excitato appetitu minime mittere.

G. BALTHASAR MEZGER hiſtoria anatomica lienis, Tubing. 1664. 4.

J. BOHN de hepatis & lienis officio, Lipſ. 1677. 4.

J. VALENTIN SCHEID de uſu lienis, Argentor. 1691. 4.

(*b*) *CAR. DRELINCOURTII* filii Diſſ. de *Lienoſis*. Leid. 1693. 4. recuſa cum paternis Opuſculis & Leidæ 1711. 8. præter collectionem undique exquiſitam, habet ad finem ſubjecta experimenta chemica & analyſes varias humorum corporis omnino utiles.

JOH. JAC. RAVIUS in codice M. S. quem M. B. *VALENTINUS* edidit, capſulam vaſorum lienis, & arteriarum extremarum in venas ampliſſimas continuationem deſcripſit.

G. C. SCHELHAMMER de liene Diſſ. Kiel. 1703. 4.

G. C.

ſtatus eſt, ſummi & ſenilis ingenii opus, & videtur pater ſuum filium in hoc opere adjuvaſſe.

Huic addatur VELTHUYSEN de *Liene* (*a*), editus Ultrajecti in 12. anno 1675. in quo tractatu lienem deſcripſit in imitationem GLISSONII *de hepate*.

Hiſce evolutis addamus MARCELLUM MALPIGHIUM (*b*), qui colophonem imponit & ultimam ſtructuram explicat. Tum obſervationes Clariſſimi RUYSCHII de Splene, quæ iterum diverſis locis quærendæ ſunt; dolendum enim eſt, quod non conjunxerit omnia, habet enim plurima experimenta de fibris, vaſis, cellulis MALPIGHII, in *Obſervationibus anatomico-chirurgicis*, in *Litteris problematicis*, & in ſuis *Theſauris* (*c*).

G. C. SCHELHAMMER l. c. cellulas ex anatome comparata defendit & nuper in Muſæo anatomico *CL. A. VATERUS*.

R. WILH. CRAUSE de liene. Jen. 1705. Diſp.

ALB. HEINRICH GRETZ de ſtructura & uſu lienis. Regiom. 1710. 4.

In libello *S. PURCEL de colica* exſtat digreſſio de liene. Lond. 1714. 8.

M. V. STOK de liene ejuſque vaſis. Leid. 1718. 4. *

(*a*) *LAMBERTI VELTHUSII* Lib. de *liene & generatione*. Ultrajecti 1657. 12. Theoria mera eſt, ſanguinem in liene in ſtatum fuſionis & volatilitatis reduci dixit.

FR. SYLVIUS DE LE BOE in *Differtationibus* ſuis evertit equidem fictitiam utilitatem vaſis brevis, ſed ſanguinem in liene ab adfuſis ſpiritibus pluſquam perfici, & in reliqui ſanguinis fermentum fieri docuit.

GEORG. BALTH. MEZGER hiſtoria anatomica Lienis. Tubing. 1664. 4.

JOH. ARN. FRID. anatomia Lienis. Jen. 1669. 4.

In Phil. Tranſactionibus aliqua huc faciunt.

Lienes in cane duo, n. 122.

LEEUWENHOEK, n. 307. fibras lienis deſcripſit, utilitatem adſignavit ad motum ſanguinis accelerandum, in ampliſſimis venis ortum cum membranis lienis definivit, inter fibras particulas minimas deſcripſit, quæ globuli viderentur.

Lienum multiplicatorum Obſervationes habet *CHESELDEN*. *Phil. Tranſact.* n. 337.

Glandulæ lienis humani viſæ in morbo *JAC. DOUGLAS*, n. 349.

(*b*) *MARCELLUS MALPIGHIUS* hoc viſcus ſub anatomicum examen primus revocavit in Tr. de *Liene*, qui continetur in collect. *exercitat. anat. de ſtructura viſcerum*, Bononiæ 1666. 4. Cellulas quidem repetiit, fibraſque lienis, & ſanguinem in eas effundi docuit, in poſthumis obſervationibus muſculoſas eſſe ſuſpicatus eſt, verumque denique muſculum ſcripſit, plurimis conſentientibus, ut aliqui etiam pro pulmonis ſpecie habeant, ut *G. COCKBURNE* in *Oecon. animali*. Addidit autem *MALPIGHIUS* glandulas, inter cellulas lienis diſpoſitas, in medio ſanguine ſuſpenſas, &c. Primus autem fibras lienis refutavit in *Coroll. ad differt.* de *reſpiratione J. SWAMMERDAM*.

MATTHIÆ TILING anatome lienis. Rintel. 1673. 12. ejuſque *digreſſio de vaſe brevi*. Minden. 1676. 12. Collector.

J. JAC. WALSCMID de uſu lienis. Marpurg. 1680. Diſp.

JOH. MAYOW lienem ſalibus ſanguinis fixis in volatiles mutandis credidit inſervire.

In progrès de la Médecine. Pariſ. 1697. 12. exſtat *JOHANNIS MERY* obſervatio de fibris lienis, quas cum fibris corporis cavernoſi penis comparavit.

G. COWPERUS varia de Liene in magno opere *anthropologiæ* attulit, ſeri copiam in ſanguine lienis majorem eſſe, quam alibi credidit.

In Mém. de l'Acad. Roy. des Sciences exſtat *MERYI* lienis glanduloſi obſervatio. 1701.

Et an. 1738. *LIEUTAUD* ſuſpicatur lienem ventriculo vacuo ſtagnantem ſanguinem congerere, eumdem a ventriculo pleno comprimi, ita ad hepar eo tempore plus bilis venire. Idem in *Eſſais Anatomiques* capſulam ſimilem Gliſſonianæ in liene vaſa comitantem dixit.

(*c*) *FRIDERICUS RUYSCHIUS* multis locis de liene egit, & glandulas, quas juvenis a *MALPIGHIO* receperat, refutavit, ut nihil eſſent, niſi vaſorum glomeruli. Idem venam in ho-

Kkk 2

homine arteriæ comitem eſſe jam 1665. monuit. Huc pertinent inprimis *RUYSCHII* I. *de valvulis vaſorum lymphaticorum*, in quo lymphatica lienis habet, ejus *Epiſtola* IV. & *Theſaurus* VII. ubi glomulos vaſorum lienis pulcherrime dedit pictos.

RAIMUNDUS VIEUSSENS in *novo Syſtemate vaſorum* etiam glomulos glandulis ſubſtituit & fibras vaſa eſſe adſeruit, & *vaſculoſo-veſiculoſam*, ut vocat, fabricam lienis deſcripſit.

J. THEODOR. ELLER de liene, Leid. 1716. oſtendit in ipſo vitulo nullas niſi a collapſis vaſis cellulas eſſe, glandulas vero quæ credebantur fibras eſſe retractas.

J. TH. ELLER diſp. recuſa eſt in Tom. III. diſp.

POL. GOTTL. SCHACHER de lienis genuino uſu. Lipſ. 1722. 4.

A. Q. RIV. Diſp. de genuino uſu lienis. Lipſ. 1722. 4.

A. VATER de liene cellulo ſo Progr. VVittemb. 1723. 4. *EJUSDEM de lienis prolapſione* Progr. Sanguinem fluidum ſpumantem & tenuem in liene generari, talemque hepati ſuppeditari docet.

G. STUKELEY deſcription of the ſpleen. Lond. 1723. fol. Valde paradoxus homo, docet arterias lienis ſubire cavum venarum, & per id cavum longe decurrere: lienem ſanguinem, contra vulgarem circulationem, mittere cordi, ventriculo, reni, genitalibus, hinc utique ad venerem id viſcus pertinere. Icones paſſim per fraudem fictæ.

In Actorum Petropolitanorum Vol. IV. *CL. J. G. DUVERNOI* glandulas Lieni in ipſo elephanto negat, venam autem in homine etiam perforatam eſſe, & cellulofam fabricam penis corpori cavernoſo adfinem ponit, & lienem perinde a ſanguine inflari.

In *EDIMBURGENSIBUS ACTIS* Tom.III.habetur modus celluloſi lienis poſt flatum ſiccandi.

D. SENAC in phyſiologia ſub nomine *Eſſais de Phyſique* docet ſanguinem in liene fluidiorem eſſe; cæterum *MALPIGHIANAM* ſententiam tuetur, & cellulas lienis, & grana glanduloſa.

ANTONII FIZES Diſſ. *de liene hominis ſano*, Monſpel. (1717. 12. vel 1716 nam etiam ita lego) recuſa cum operibus omnibus. Lienem factum eſſe pro ſanguine miſcendo & attenuando, & ſanguinem venoſum lienis nihil arterioſo deteriorem eſſe, cellulas vero fieri præter naturam ruptis vaſis, neque ineſſe glandulas, fibras vero quæ adſint in liene eas ad capſulam pertinere docet.

ANTON. WILHEM SCHAAF de fabrica & uſu Lienis. Duisburg. 1734. Diſp.

MARC. PAUL. DEISCH de ſplene canibus exciſo, Hall. 1735. Præſide *J. H. SCHULZE* propria de experimento priori ſeculo valde frequenter inſtituto habet pericula.

M. P. DEISCH citata diſp. etiam recuſa exſtat in collect. diſp. V. III.

In *WINSLOWI* Opere, præter alia, ſitus inprimis lienis ex perpendiculari in tranſverſum mutatus eſt.

JOH. DE MESLON de Liene, Leid. 1738. *ALBINI* eamdem fere, quam *ELLERUS*, theoriam habet, cellulas nihil eſſe niſi vaſa venoſa.

J. ZACH. PLATNER de riſu a ſplene, Lipſ. 1738. Progr.

J. LUD. BAUDE de la *CLOY*. *Ergo Lien idem munus hepati ac pulmo univerſo corpori præſtat*. Pariſiis 1740. 4.

J. CHRISTOPH. POHLIUS de defectu lienis & liene in genere. Lipſ. 1740. 4.

J. F. CASSEBOHM in poſthumo opere celluloſitates lienis duas deſcripſit, quorum altera a fibris fieret a membrana lienis ortis, inque eandem redeuntibus, altera tenerrima vaſa comitaretur, patere etiam in cellulas venas atque communicare in earum cava docuit.

FRANC. DREW de uſu lienis, Leid. 1744. 4. cum *ALBINIANIS* experimentis.

CORN. JOH. de *FAMARS de lienis ſtructura & uſu*, Leid. 1745. 4.

Ad ligamenta lienis confer *CL. HENSINGIUM* de peritonæo. Ego, ni fallor, cauſam variabilis in liene ſitus, & ſuſtentantem lienis capſulam a meſocolo ortam, primus deſcripſi.

SAMUEL THEODOR. QUELMALZ de Liene. Diſp. Lipſ. 1748. Glanduloſum facere ex Diariis colligo.

SAM. THEOD. QUELMALZ de liene citatam diſputationem nunc legi. Sanguinem docet effundi in celluloſa lienis intervalla, ita fieri, ut ſanguis non pulſu, ſed perpetuo fluxu ad hepar veniat, coagulationem vero a vi contractili fibrarum impediri & a reſpiratione.

C. F. TH. de *TOULOUSE* de *VALLUM* & *VANDERMONDE*. *Ergo ſanguis a liene ſpiſſior*, Pariſ. 1748. Inſpiſſari tarditate ſanguinem, & ad ſecretionem viſcidæ bilis aptiorem reddi.

CHRISTIAN. LUDWIG ROLOFF de fabrica & functione lienis, Francof. Viadr. 1750. 4. utilis diſcipuli & amici noſtri diſputatio.

CA-

CAPUT VIII.

De Pancreate.

PAncreas ſequitur ordine indagandum. De eo viſcere optandum eſſet, ut tractatum haberemus VIRSUNGII (*a*), quem promiſerat; ſed infami ſcelere ſica fuit percuſſus, ex hominum invidia, quod ductum illum pancreaticum invenerat (*b*). Habemus tamen REGNERI *de* GRAAF Theſin hic loci defenſam, deinde in ejus Operibus habemus tractatum *de Pancreatis natura & uſu* (*c*):

Tum quæ MALPIGHIUS circa pancreas animalium inſectorum obſervavit, & tra-

(*a*) *JACOBUS WIRSUNGUS* Bavarus, cum apud *VESLINGIUM* in anatomen incumberet, eſſetque in theatro, ut vocant, Proſector, in ductum pancreaticum, incidit, ejuſq; iconem unico folio cum brevi deſcriptione, ex plurimis tamen animalibus collecta, ad *JOHANNEM RIOLANUM* miſit die 7. Jul. 1643. (*RIOL. Opp. omn.* p. 811.) quæ in prima editione, *GRAAFIANI* de pancreate Opuſculi exſtat. Idem inventor brevi poſt, a Dalmata Medico, quem in anguſtias coegerat diſputando, nefarie occiſus eſt. Neque ideo diſſimulandum, magnos eſſe teſtes, qui pro *MAURICIO HOFMANNO* diſcipulo *WIRSUNGI* pugnent; & huic viro autumno 1641. prius adeo quam VVirſungo, in gallo Indico ductum excretorium ejus glandulæ innotuiſſe, atque ab eo ipſo *WIRSUNGO* demonſtratum fuiſſe contendant. *BARTHOLINUS* certe & *J. T. SCHENKIUS* Exerc. *anat.* p. 343. alIique quos habet *G. FRANK Bon. Nov. anat.* n. 21. eam gloriam tribuunt *HOFMANNO*, & annuum diem feſtum Altdorfii celebrari audio, quo is ductus ab ejus Academiæ doctore inventus ſit. Simile teſtimonium dixit, *MAGNUS DANIEL OMEIS* excitatus a *CL. SCHMIDT de Germanorum in anatomen meritis*. Vindex etiam patris filius *JOHANNES MAURICIUS* fuit (*idea corp. hum.* p. 42.)

Ductus pancreatici inventionis gloriam *HOFMANNO* etiam tribuit *CL. BAIERUS* in *biogr. Prof. Altd.*

(*b*) Hæc inſipida fabella omnes libros pererravit, etiam *A. O. GOELIKII hiſtor. anat.* p. 135. ab aliis adhuc magis corrupta, ut v. gr. *C. DEIDIER* in *Anat. raiſonn.* p. 364. narret Monſpelii, ſi Diis placet, eum ductum a *WIRSUNGO* inventum, & inventorem occiſum eſſe a ſodali, cum quo invenerat, quod contra pacta ſolus ſuo unico nomine commune inventum deſcripſiſſet. Sed vanitatem ejus famæ, & injuriam *JOHANNI VESLINGIO*, candidiſſimo homini, illatam ultus eſt, confutata ex ipſis actis nationis Germanicæ ſuſpicione *ILL. MORGAGNUS Epiſt. anatom.* I. p. 83. Cæterum de pancreate non valde multa apud veteres legimus, Glandulam nempe ex qua liquidum aliquod in inteſtinorum initium ſtillaret, *HEROPHILO* & *EUDEMO* notam fuiſſe *GALENUS* L. II. *de ſemine* c. VI. ſatis declarat. Sed recentiores pulcherrimam fabricam neglexerunt.

B. EUSTACHIUS figuram veriorem pancreatis dedit bilobam, ferri equini ſimilem, crus tamen longius non ſatis ad lienem produxit, forte quod id vulgo notum eſſet.

CASPAR ASELLIUS non utili inſtituto errorem *GUINTERI* a *COLUMBO* jam refutatum renovavit, pancreas nempe verum pro neſcio qua glandula anonyma depinxit, pancreatis vero nomine coactas in centro Meſenterii glandulas conglobatas depinxit, unde nomen *pancreatis Aſellii* ortum eſt, ex quo ipſo plurima confuſio in deſcriptionem vaſorum lacteorum manavit.

F. SYLVIUS iconem hujus ductus paravit, quæ apud *PLEMPIUM* in *fundamentis* & in prima editione *GRAAFIANI* Libelli exſtat an. 1664. 12. idem novi ſyſtematis Auctor, de quo continuo dicetur.

HERMANN BARTHOLD Diſp. *de pancreate & ejus uſus* Jen. 1669. 4.

(*c*) *R. DE GRAAF de ſucco pancreatico* Libellus 1664. 12. 1671. 8. 1674. 8. & alias recuſus, Gallice etiam, Pariſiis an. 1666. 12. Poſtremæ editiones auctiores ſunt. Juvenis non malum opus, quo equidem falſam, a Præceptore *SYLVIO* receptam, ſententiam propoſuit, acidi ſucci pancreatici, qui cum bile efferveſceret tum in inteſtinis, tum ſecundo in corde dextro. Sed ea occaſione novam iconem Pancreatis ex homine, diverſitatem in animalibus nume-

tradidit in ſuis operibus poſthumis, pro illuſtratione pancreatis in hominibus inſervire poteſt (a).

Legatur etiam CONRADUS BRUNNERUS in *Experimentis circa pancreas inſtitutis* (b).

Tum iterum PEYERUS in *Parergis* ſuis *anatomicis* (c).

Ex his fontibus, quodcunque hactenus notum eſt de pancreate, expiſcari poterimus, ut tamen non omittamus unum Auctorem, THOMAM WHARTONUM (d), qui in tractatu mox laudando, uſque ad pondus pancreatis, & minimum nervum examinavit.

numeroſis, experimenta etiam in cane facta ad definiendam celeritatem, qua is ſuccus ſecernitur, utiliter adjecit; quod experimentum etiam habet FLORENTIUS SCHUYL. Extat etiam in operibus omnibus.

(a) Pancreata inſectorum & piſcium inteſtinula cæca ſunt, ſub initia inteſtinorum inſerta, & plena ſucco, de quibus MALPIGHIUS in Tractatu *de bombyce* & in *poſthumis* egit, ubi cum pancreate comparat. ARISTOTELI minime ignorata fuerunt, & fuſe dicta RONDELETIO, REDO, GREWIO, COLLINSIO aliiſque zoologis, in inſectis vero SWAMMERDAMIO.

BERNARDI SWALWE *Pancreas Pancrene*. Amſtelodami 1667. 12. & alias prodiit, joculari & tragicomico ſtilo ſcriptum.

(b) J. CONR. BRUNNER *Experimenta nova circa Pancreas*, Amſtelod. 1682. 8. Sæpe recuſa, & nuper Leidæ 1722. Egregium Opus, quo primum innotuit vir, quem ſua virtus ad ſummos honores, & raras in Medico divitias evexit. Suſcipiebat refutandam ſectam Sylvii, Graafiique libellum. Ergo non ſolum ſuccum non acidum eſſe, & unice viſcidulum, emollientem demonſtravit, ſed etiam difficillima operatione pancreatis partem majorem in cane delevit, ut oſtenderet, abſque eo ſucco felicem ſatis digeſtionem ciborum ſupereſſe. In poſterioribus editionibus aliqua adjecta ſunt experimenta, quæ BRUNNERUS poſt editum Librum in *Ephemeridibus* Naturæ Curioſorum ediderat. Dec. II. ann. I.

(c) Nihil valde habet, quæ eo faciant, plura WEPFERUS *de cicut. aquat.* & aliqua J. C. PEYERI de Pancreate cogitata cum BRUNNERI Libello prodierunt.

Excarnatum, ut vocant, ductum pinxerunt KERKRINGIUS & CHESELDENIUS, non valde utili inſtituto.

FRID. FERD. ILMER & JAC. IGNATII FOCKY *de pancreate*. Vienn. 1692. Diſp.

In *anciens Mémoires* Tom. X. DUVERNEYI de ſucco pancreatico ſunt experimenta. Galli etiam Academici in *Mémoires pour l'hiſtoire des animaux* Ductus pancreatici fabricam obſervare ſolent; tum S. COLLINS, BLASIUS, aliique. Aliqua huc facientia habet etiam J. W. PAULI in *Praf.* ad L. van HORNE.

J. M. HOFMANN *de pancreate*. Altdorf. 1706. Diſp.

Ad naturam ſucci pancreatici experimenta veriora exſtant etiam apud BOHNIUM, C. J. LANGIUM, PECHLINUM, WEPFERUM, BLASIUM aliosque. Et PECHLINUS inprimis in *metamorphoſi Apollinis & Æſculapii* demonſtravit, quam vitioſe id ipſum experimentum inſtitutum ſit, ex quo acidum ſuccum pancreaticum aliquando ſibi obtigiſſe guſtandum demonſtratum iverat GRAAFIUS.

G. HENRICH. BEHR *de Pancreate & ejus liquore*. Argentor. 1730. 4. Diſp.

CL. WINSLOWUS caput Pancreatis, ſive proceſſum, quo cum Duodeno deſcendit, renovavit, ſitum etiam figuramque & ipſe, & CL. LIEUTAUD, curatius propoſuerunt, & MONROUS in *Edimburgenſibus*. Iconem etiam in ſitu vero dedit CHESELDENIUS.

VLOOT *de pancreate*. Leid. 1733. Diſp.

In CL. PETSCHE ſæpe laudata Diſp. aliquæ obſervationes de eo ductu reperiuntur.

D'ORVILLE *de fabrica & uſu Pancreatis*. Leid. 1745. 4.

(d) Minime mala ſunt, quæ de pancreate habet THOMAS WHARTON, qui iconem dedit ductus, & pancreatis proceſſum inferiorem non ignoravit, & ramum ductus inferiorem.

C A-

CAPUT IX.

De Omento.

DE Omenti natura pro rudiori intellectu (a) legatur primo HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE (b). Deinde THOMAS BARTHOLINUS (c), in editione Anatomes reformatæ, quæ Lugduni Batavorum apud Haakium prodiit. Sed de eodem legi debet illuſtris MARCELLUS MALPIGHIUS in Epiſtola *de Omento & adipoſis ductibus & uſu* (d), de qua re apud alios litigatur (e).

(a) Veteres non multa de Omento bona habuerunt, ſolum enim ipſis notum fuit Omentum vulgare, magnum, ſive gaſtrocolicum, neque id ſatis recte. Meſocoli enim pars media ab omnibus ab ipſo *GALENO* Anatomicis, nullo excepto, niſi *EUSTACHIO*, (ut ex iconibus judico), pro Omenti parte habita eſt, unde mira in vaſis, ſitu pancreatis deſcribendo, aliiſque partibus, nata eſt confuſio. *EUSTACHIUM* Omentum minus *hepatico-gaſtricum* non ignoraſſe ex T. X. f. 2. adparet.

THOMÆ ERASTI de pinguedinis in animalibus generatione & concretione, Heidelberg. 1580. 4. DOUGL.

(b) *HIERONYMI FABRICII AB AQUAPENDENTE de gula, ventriculo, inteſtinis, meſenterio & Omento* L. Patav 1618. 4. Partem Omenti dixit, quæ lobulum hepatis obvolvit, cæterum parum habet obſervationum.

ADAMI LUCHTENII de Adipe. Helmſtad. 1607. 4. *

JOH. RIOLANUS paucis vocibus demonſtravit ſibi omentum melius, quam pleriſque Antomicis, notum fuiſſe, ſiniſtrum nempe finem ſive lienale, ut vocat, omentum, dextrum, ſive inteſtinale, parvum omentum, quod vocat, includens parvum lobum. Sed paucæ ſunt voces, & Meſocolon cum Omento nihilo minus confudit quam priores. Idem in anatome pneumatica memoriam injecit extenſi ad hepar uſque Omenti.

CÆCILII FOLII della generazione della pinguedine. Venet. 1644. 4. Liber antiquo more ſcriptus eſt.

Icones omenti gaſtrocolici ex melioribus habet *CASSERIUS* & *BIDLOUS*.

(c) Apud *BARTHOLINUM* nihil valde ſingulare de omento reperio, qui ubique in hujuſmodi rebus ſolet *VESALIUM* exſcribere.

DOM. DE MARCHETTIS Meſocolon ab omento diſtinxit.

F. GLISSONIUS de ventriculo & inteſtinis omnino legi poteſt, idemque pinguedinem in cellulas deponi recte obſervavit.

H. EYSSON de officiis Omenti. Groning. 1658. 4.

(d) *MARCELLUS MALPIGHIUS* in Libro *de Omento & adipoſis ductibus* cum *tetrade epiſtolarum de lingua & cerebro*. Bonon. 1661. 12.* edito, ſubtilem potius fabricam, quam craſſiorem illam inquiſivit, reſorbtionem tamen adipis in ſanguinem experimentis in animalibus factis adſeruit. Ductus adipoſos, qui peculiariter ſecernerent veherentque adipem, ut ſalivales ſalivam, deſcriptos olim, in *poſthumis* ipſe dubios reddidit. Eos ductus *MORGAGNUS* & *SBARALEA* refutarunt (*de oculorum & mentis vigiliis*).

JAC. PANCRATII BRUNONIS & *J. M. HOFMAN. de pinguedine* Diſp. Altdorf. 1674. 4.

ANT. van *LEEUWENHOEK de adipis particulis Obſ. Ph. Tranſ.* n. 372. & alibi. De celluloſa vero muſculari plurimis locis Opp.

JACOB. WOLF de obeſitate exſuperante. Jenæ 1683. Diſp.

(e) *J. MAUR. HOFMANN* in Diſſ. *de Omento*, Altdorf. 1695. 4. Strias adipoſas ſive ductus Malpighii adipoſos ſe vidiſſe ſibi perſuaſit. Veſiculas etiam, quibus globuli adnati eſſent, & vaſa adipoſa ex veſiculis exeuntia, ſibi viſa deſcripſit.

J. M. VERDRIES de pinguedinis uſibus & nocumentis in corpore humano. Gieſſ. 1702. 4.

In *Mémoires de l' Académie Royale des Sciences*, pauca huc pertinent. De Omenti uſu cogitationes *PETITI* exſtant an. 1725.

J. BE-

J. BENIGNI WINSLOW Omentum hepaticogaſtricum, poſt *EUSTACHIUM*, *RIOLANUM*, *SPIGELIUM*, qui leviter adumbraverant, ſolido conſtitutum deſcribitur an. 1715. & in ejuſdem *expoſitione anatomica*.

Iconem omenti minoris primus dedit *GARENGEOTUS* in *ſplanchnolog.*

Idem *WINSLOWUS* pleraſque in corpore humano celluloſitates exterius membranis circumpoſitas deſcripſit.

CHRIST. LUDOV. WUCHERER de corpulentia nimia. Jen. 1716. Diſp.

A. Q. RIVINUS de Omento. Lipſ. 1717. 4.

H. STOKAR de Omento. Leid. 1717. 4.

DAN. WILH. TRILLER de pinguedine & ſucco nutritio, Hall. 1718. 4. ſub *F. HOFMANNO*.

FRID. RUYSCHIUS vaſa omenti pulchre depinxit, poros a rudioribus Anatomicis propoſitos refutavit.

PETR. JOH. BURETTE. Ergo refuſa in ſanguinem pinguedo non cedit in corporis nutrimentum. Pariſiis 1733. 4.

JAC. FRID. HULSESBUSCH (amici olim noſtri) *pinguedinis corporis humani ſive panniculi adipoſi veterum, hodie celluloſa membrana dicta, fabrica ejuſque & contenti olei hiſtoria & uſus*. Leid. 1728. 4. Diſſ.

R. WORSWYCK de pinguedine ſoluta & in maſſam ſanguineam admiſta. Leidæ 1735. 4.

Verhandelinge van de celluloſa 1736.

Verhandelinge van de Celluloſa eſt verſio diſputationis *HULSEBUSCHIANÆ* auctore D. S. M. D. edita Enchuſæ. Signat ſe in præfatione *Deſcriptor ſincerus*.

S. THEOD. QUELMAZ de pinguedinis ſede naturali. Lipſ. 1738. Diſp.

J. HENRICI SCHULZE & BERTRAM de pinguedine. Hall. 1739. 4. Mira theoria. Lympham per cellulas pinguedinis ad ſanguinem ait redire.

LUD. WILH. LEMONNIER & la SONE. Ergo in macilentis liberior quam in obeſis circulatio. Pariſ. 1740. Diſp.

De omenti ſitu, & adhæſione ad duodenum in *Tentaminibus Edimburgenſibus*. T. IV. obſervationes habet *AL. MONROO*.

PATYN de Omento & ejus inflammatione 12. Leid. 1740.

De adipe in fetu *A. KAAU* n. 792. & de celluloſa univerſa *IDEM* ubique.

Nos in programmate an. 1742. edito, & cum *faſciculo iconum anatomicarum*. Gottingæ 1743. folio recuſo, omenti cum meſocolo incommodam confuſionem emendavimus, novam portionem omenti, *colicam*, primi deſcripſimus, icones duas omenti, quibus limites & origo a meſocolo exprimuntur.

CL. ROEDERER theſ. anat.

CL. FRID. WILH. HENSINGIUS in Diſſ. *de peritonæo*, deinde in Progr. *de Omento & Colo*. Gieſſ. 1745. 4. in primo volumine Diſſertationum a nobis ſelectarum recuſo, parietes omenti (non laminas majores) diviſit experimento, quod ipſi etiam fecimus, & fecerant *WINSLOWUS* & *KAAUWIUS* (*de perſpir.*) Colicam etiam portionem pro nova deſcripſit, noſtris obſervationibus, ut videtur, non viſis.

CL. LIEUTAUD in *Eſſais anatomiques* etiam legi meretur, qui Omenti originem a Colo ſolo, ſed aliquot linearum, eodem fere mecum tempore deſcripſit.

D. C. SCHOBINGERUM noſtrum de celluloſa tela jam laudavimus.

CAPUT X.

De Meſenterio.

CIrca hanc rem non poteſt brevius abſolvi negotium, quam legendo HIERONYMUM FABRICIUM AB AQUAPENDENTE (*a*), qui de Viſceribus abdominalibus ſcripſit.

Legatur pariter BARTHOLINUS in Tractatu de *Vaſis limphaticis* (*b*).

Tum CASPAR ASELLIUS (*c*) in Tractatu de vaſis lacteis, tot editionibus evulgato. Addatur Clar. WHARTONUS *de glandulis unitis & vagis in meſenterio* (*d*).

Hi ſunt primarii Auctores, qui tradiderunt quidquid in hac re obſervatum eſt.

(*a*) *VESALIUS* ob Omentum cum Meſocolo confuſum hanc hiſtoriam non potuit perficere, diſtinxit tamen Meſenterium medium, dextrum, & ſiniſtrum. De origine aliqua protulit *FALLOPIUS*. *EUSTACHIUS* contra *VESALIUM* in f. 2. T. XI. continuitatem Meſocoli cum Meſenterio expreſſit, glandulas Meſocolo adjecit. *HIER. FABRYCII* Tr. *de ventriculo & inteſtinis* aliqua de *meſenterio*, ſed nihil valde arduum habet, plicas tamen deſcribit & modum quo inteſtinum coercet.

(*b*) *NEQUE BARTHOLINUS* hiſtoriam Meſenterii expedivit, neque

(*c*) *ASELLIUS*, qui glandulis Meſenterii pro Pancreate deſcriptis hanc deſcriptionem mire turbavit. Eum errorem correxit in *poſthumis Epiſtolis JOH. VESLINGIUS*.

(*d*) *TH. WHARTON* utique celluloſam telam interjectam duabus laminis Meſenterii deſcripſit, & glandulas, & de origine Meſenterii morbiſque aliqua protulit. Nemo tamen Meſenterii hiſtoriam, multis etiam poſtea annis ſuſcepit, quaſi vel nimis difficile eſſet, vel nimis facile. Sed præterito ſeculo ſolebant fere viſcera non aliter, niſi reſecta de corpore ſituque ſuo ab Anatomicis conſiderari. Ita vero Meſenterium perit.

MENH. CAR. EULERI de Meſenterio Diſputatio, Argentor. 1714. 4. Potius ad vaſa lactea ſpectat, & ſanguinem.

J. B. WINSLOWUS multa utique in melius reformavit. Deinde *DOUGLASSIUS* in Libro *de Peritonæo*, quem continuo laudabimus, etiam hanc productionem Peritonæi melius exponit. Aliquam nempe primam partem Meſenterii in IV. T. Edimburgenſium attigit *ALEXANDER MONROO*: & totum in L. *de perſpiratione KAAU*, & in *Eſſais d' Anatomie LIEUTAUD*, & in poſthumo opere *CASSEBOHM*, & in nuperis Diſſertationibus *J. FANTONUS*. Pleniſſime tamen de Meſenterio ſcripſit *T. WILH. HENSING* in Diſſertatione *de peritonæo*. Gieſſæ 1742. 4. propoſita, in qua inprimis fuſe Meſenterium & Meſocolon, & Meſocoli cæcum foramen, ex ſuis & *HUMMELII*, noſtri olim Proſectoris, obſervationibus deſcripſit. Superſunt tamen aliqua de adhæſione laminæ ſuperioris Meſocoli ad Duodenum, Ventriculum, Hepar & Pancreas, nondum ſatis explicata, quæ aliquando conabor perficere, ex puerorum inprimis, hic aptiſſima anatome.

C. PLEVIER de Meſenterio ejuſque morbis. Leid. 1721. 4.

J. D. RUCKER de Meſenterio ejuſque morbis. Leid. 1728. 4.

Peritonæi hiſtoriam huc referimus, ut valde connexam cum Meſenterio. Pauca ſunt quæ habent veteres, & vulgo receptus mos duplicis laminæ demonſtrat, quam parum in ejus hiſtoria acuti fuerint: qui poterant meliora dicentem *GALENUM*, unicæ membranæ, & celluloſitatis externæ minime ignarum, ſecuti fuiſſe: *NICOLAUS MASSA* primus Peritonæum integrum clauſumque de corpore exemit. Sed noſtro ævo *JAC. DOUGLAS* in Libro *de peritonæo*. Londin. 1730. 4. edito & ab *E. FR. HEISTERO* Latine an. 1733. 8. verſo & emendatius, ut promittitur, Latine reddito a *D. NELSON*, Leidæ 1737. 8. diligentiſſime omnem ambitum peritonæi perſecutus eſt, omneſque productiones deſcripſit, & nullam eſſe externam laminam, faciemque peritonæi non internam ſed externam obverti viſceribus docuit. Merentur etiam legi, quæ *IDEM VIR CL.* de venæ Cavæ meatu per peritonæum, de exitu recti inteſtini ex ejus ſacco, de ſitu viſcerum, & ligamentis, de arteriarum membranis habet.

ERN. HENRIC. WEDEL de Peritonæo, Jen. 1696. Diſp.

LAUR. THEOPH. LUTTER de Peritonæo, Erfurt. 1734. Diſp.

Porro *J. B. WINSLOWUS* falſam de duplicitate Peritonæi theoriam rejecit (poſt *DIONISIUM*), quem lege in *Comment. Acad.* an. 1715. & in Ep. ad *MORAND.* p. 314. & in *expoſitione anatomica*. Eum virum, non ſatis laudatum, ſequitur *GARENGEOT*.

Varia etiam adſperſit de vapore & membranarum viſcerum abdominis ortu a Peritonæo *A. KAAU* L. citato.

Denique *CL. HENSING* in excitata Diſſertatione obſervationes ſuas & *HUMMELIANAS* de peritonæo, deque ejus celluloſitate, & de ligamentis utiliſſime protulit.

Varia etiam, maxime de celluloſis Peritonæi proceſſibus habent *S. MORAND de la taille du haut appareil*, *CHRYSTOPH. GOTTLIEB BUTTNER* in Pr. *de peritonæo*. Regiom. 1738. 4. in noſtro primo volumine recuſo, *CASSEBOHMIUS* in poſthumo opere, *VERDIER*, *J. G. GUNZIUS de herniis*, *CHRISTOPH. SCHOBINGER* in Diſſ. *de dignitate telæ celluloſæ*.

Peritonæum a vaſis ſpermaticis non perforari, eaque ſub interna ejus parte deſcendere *SYLVIUS* jam monet, in *Iſag.* p. 270. tum *VIDUS*, *FRANCO de herniis* n. 6. *b. PAREUS* in *admin. anatom.* & *ED. TYSON Anat. of a pigmy* p. 26. Rarum vero eſt diverticulum naturale adeſſe, etſi vidi hujuſmodi fabricam, & viderunt tum *JOHANNES MERY Mémoires de l'Acad.* 1701. p. 283. tum *RENEAUME* in Libro *de herniis* p. 138. aliique.

CAPUT XI.

De Hepate.

HUjus viſceris ſtructura differt a fabrica omnium reliquorum viſcerum, cum enim omnia reliqua viſcera ſanguinem, quem mutant, recipiant per arterias, hepar illum recipit ex venis.

Hoc ita animadverſum fuit ab omnibus Anatomicis. Sed primus FRANCISCUS GLISSONIUS (*a*), nobilis ille Britannus & anatomiæ Profeſſor, ſtructuram

(*a*) Scriptores qui de hepate egerunt, in duas claſſes dividemus quorum priores de hepatis anatome, reliqui de phyſiologia ejus & bilis inprimis hiſtoria ſcripſerunt. *HEROPHILUM* egregie de hepate ſcripſiſſe, & apud *ORIBASIUM* legimus, & aliqua ibi conſervata offendimus, quæ multum boni promittunt. *VESALIUS* figuras veſiculæ, adhæſionem hepatis ad ſeptum, & ligamentum ſiniſtrum habet, & duos lobos in homine vidit tum *J. SYLVIUS EUSTACHIUS* aliquas bonas icones hujus viſceris dedit, meliores certe, quam etiam apud recentiores invenias, T. X. f. 2. T. XI. f. 3. 4. cum iconibus eminentiarum, portarum, vaſorum omnis generis, & ligamentorum, & celluloſa ad ſeptum tranſverſum adhæſione.

G. FALLOPIUS de itinere bilis veriorem ſententiam docuit, bilem nempe continuo ab hepate ad inteſtinum ferri, niſi obſtaculum experiatur, tunc vero in veſiculam regurgitare. Eum ſecutus eſt *SALOMON ALBERTUS* in *Oratione* edita, VVittemb. 1590. 8. & eamdem ſententiam defendit.

JULIUS JASOLINUS in Libro *de Poris Choledochi & veſicula fellea pro Galeno adverſus neotericos*, Neap. 1577. 8. (*DOUGL.*) ſæpe recuſo & cum *SEVERINO de vena ſalvat.* L. Francof. an. 1668. 4. theoriam quidem non optimam habet, cum vaſa hepaticocyſtica minuta primus excogitaverit, quæ pro melioris bilis itinere in veſiculam, nata eſſe credit, dum deterior bilis per porum ab hepate ad duodenum flueret. Sed utilis tamen eſt icon veſiculæ, qua ſinus cervicis bene exprimitur, & portiones ductuum, & valvulæ in ductu cyſtico, & angulus verior cyſtici ductus cum hepatico.

NIC. HABICOT in L. IV. ligamenta hepatis habet, dextrum & ſiniſtrum.

C. HOFMAN de hepate, Altdorf. 1617. 4. *

J. HIE-

ram hepatis deſcripſit nitide in nobiliſſimo illo & incomparabili Tractatu *de Hepate*, cui præmittuntur quædam generalia ad anatomiam ſpectantia, & ad finem adjungitur Tractatus *de Vaſis lymphaticis*. Plurima itaque continet, & etiam prodeſt illis, qui publice rebus anatomicis operam dant: Editio optima eſt Londini anno 1654. in 8. ſed & Amſtelodami fuit impreſſus an. 1656. in 12. quæ editio etiam valde adcurata eſt. Qui hoc ſcriptum evolvit (nam melior Anatomicus non ſcripſit) nihil ratiocinii inveniet, deſinſt enim GLISSONII ſermo, ubi anatomia deſinit, nec ultra pergit. Ex GLISSONIO intelligetur hepatis in majoribus partibus ſtructura.

Deinde adjungatur MALPIGHIUS *de Hepate* (a). Clariſſimus iſte Auctor, cum neſciret, quid tandem inter arterias & venas, & inter ductus bilioſos eſſet, detexit

J. HIERONYMI BRONZER de calido innato & principatu jecoris, Patav. 1628. 4. ſanguinem in hepate non parari, cum hepar in piſcibus non rubeat, ſagax vidit, neque tamen auſus eſt *GALENUM* refutare. Spirituum tres claſſes antiquis receptas in unam conjungit.

ANDRIANO SPIGELIO lobulus ſolet adſcribi, qui ſe in curvaturam ventriculi immittit. Sed dudum is quidem lobus notus erat. Tres valvulas in cervice veſiculæ deſcripſit.

J. RIOLANUS, præter alia, fibras muſculares veſiculæ negavit, quem multi ſequuntur recentiorum.

GODOFR. MOEBII de bilis natura & uſu utiliſſimo, Jen. 1644. diſputatio. EJ. *de uſu hepatis & bilis*, Jen. 1653. 4.

WERN. ROLFINKII de hepate Diſſ. Jen. 1653. 4.

J. WALÆUS in Epiſtola II. de motu ſanguinis celebrem illam Gliſſonii capſulam primus indicavit.

FRANCISCUS GLISSONIUS anatome hepatis, Londini 1654. 8. Hag. 1681. 12. ſæpe recuſus, nihil quidem pleni habet, cum hepar humanum raro, & ex corpore reſectum unice viderit. Diligenter tamen aliqua proſecutus eſt, venam portarum, cum ramis, & capſula, ſinuque, vaſa, bilis cum vera de motu bilis theoria, tum hepaticocyſtica demum vaſcula, hæc ex animalibus. Multa ſubjecit de vaſis lymphaticis, & de nutritione atque ſecretione quæ ex nervis fiat.

FRANC. SYLVII Diſp. *de bilis & hepatis uſu*, Leidæ 1660. 4. inter bona aliqua paradoxam habet opinionem, bilem omnem in veſicula parari, inde in hepar venire, &c. a *BACKIO* receptam (Libro *de corde*)

In *Phil. Tranſ.* n. 178. *BROWN* de glandulis in hepate morboſo viſis.

N. 307. de *MARCHETTIS* Obſ. de poris veſiculæ felleæ bilem ſudantibus, dum ab hepate ſeparatur.

N. 449. Ductus hepatico-ciſtici ex corpore morboſo deſcribuntur.

J. J. WEPFERUS in nuperis editionibus Libri *de apoplexia* an. 1669. ſe glandulas hepatis vidiſſe gravis etiam de ſe ipſo teſtis, laudat. In Libro *de cicuta* bene deſcripſit monticulum, in quo ductus choledochus inſeritur.

LAUR. STRAUSS de hepate, Gieſſ. 1665. Diſp.

THEOD. KERLRING in *ſpicilegio* habet vaſa hepatis ad portas pertinentia, carne liberata, (ut olim *SPIGELIUS*) *obſ.* 96.

OL. BORRICH de veſicula fellea *obſerv.* habet T. II. *Actorum Hafnienſium*.

J. PECQUETUS & *C. PERRAULT* in *JOURN. des Savans* 1668. & 1680. & in *Eſſais de Phyſique* T. III. ductum ab hepate ortum, & in veſiculam inſertum, & in ductum hepaticum deſcripſerunt, nempe cyſthepaticum, qualem etiam in ſuo *collegio anatomico* Amſtelodamenſes proponunt.

PARISINI ſolent in ſuis animalium Diſſectionibus fuſe de vaſis veſiculæ felleæ bilariis agere.

(a) *M. MALPIGHIUS* in Libro *de hepate*, qui exſtat in collectione *de ſtructura viſcerum*, Bonon. 1666. 4. * non ſolum glanduloſam hepatis fabricam proponit, quam utiq; ſibi vindicat, ſed alia utilia habet experimenta, quibus pugnat contra *F. SYLVIUM*. Nempe

xit eſſe acinos glanduloſos. Verum hoc opuſculum etiam in Operibus poſthumis impreſſum eſt, & ibi plura contra SYLVIUM habentur; nam eo tempore, quo MALPIGHIUS de Hepate ſcribebat, natæ ſunt plures objectiones, quibus per egregia experimenta anatomica reſpondet (a).

De-

pe *MALPIGHIUS*, etiam quando veſicula deſtructa eſt, bilem generari oſtendit. Folliculos etiam ſimplices felleæ veſiculæ deſcribit. Huc etiam in ejus Libro *de liene*, Tract. *de glandulis conglobatis*, utilia aliqua pertinent.

J. BOHN. de hepatis & lienis officio, Lipſ. 1667. 4.

A. Q. RIVINI de bile diſputatio, Lipſ. 1678. 4.

(a) *JOH. BOHNIUS* in *ACT. ERUD.* 1682. de vaſis bilariis, ductibus animalium hepaticocyſticis duorum generum, & itinere bilis obſervationes ſuas habet. In Tractatu *de lethalitate vulnerum* experimenta habet, quibus conſtat lethale fieri vulnus, ſi bilis, non ligato cyſtico, ex hepate adfluens in abdomen effuſa fuerit.

FRANCISCI SPOLETI diſſertationes duæ. I. de momento, quo gravia deorſum nituntur: II. de ſecretione bilis in hepate, Venet. 1686. 4. * Theoriam ſecretionis propoſuiſſe video, qua circulationis celeritas in extremis vaſis major ponitur.

In *JOURN. DES SAVANS*. 1688. glandulæ veſiculæ felleæ & ductuum bilariorum propriæ deſcribuntur.

HERMAN VAN BEECK de folliculo fellis Diſſ. Ultraj. 1087.

MAURICIUS VAN REVERHORST de motu bilis circulari Diſſ. Leid. Leid. 1692. 4. recuſa cum *NUCKII adenographia*, an. 1696. & alias. Hac egregia diſputat. continentur hepatis hiſtoria, vaſa lymphatica, menſura ſecretæ bilis per experimenta ſumta calculorum felleorum obſervationes.

LAUR. BELLINUS de motu bilis, Piſtojæ 1695. * & in opuſculis, Leidæ 1696. editis, motum fellis ab hepate ad veſiculam dirigi facile oſtendit.

JOH. FRID. ORTLOB Exercitium anatomico phyſiologicum, integrum χολωποιήσεως *negotium examinans*, Lipſ. 1691. 4.

JOH. LOQUET de de arteria hepatica, Leid. 1693. 4. & in *diſpp. mea collect.* T. VII. Eximia diſputatio. Negat arteriam hepaticam parenchyma adire.

PHIL. VERHEYEN ductus in veſiculam inſertos & alios inter veſiculam, & ductus hepaticos medios deſcripſit, ex bove, & experimenta contra *SYLVIUM* in animalibus inſtituit.

In *Mémoires de l'Acad. Royale des Sciences* huc ſpectant.

LITTRE de glandulis hepatis 1701.

Veſiculæ in homine abſentia 1701. 1705.

Vaſa lymphatica in ſuperficie hepatis 1721.

MALOET de glandulis hepatis. 1727.

FERREIN de fabrica hepatis & ductibus bilariis 1733.

Experimenta aliqua pro ductibus hepaticyſticis attulit *C. J. LANG*, alia *TACCONUS*, alia *GARENGEOTUS* in *Splanchnologia*.

W. COWPERUS negat ductus hepaticyſticos in homine reperiri, aut laceratam veſiculam iterum repleri. Capſulam *GLISSONII* primus, ni fallor, demonſtravit parvi momenti eſſe.

JAC. KEIL in Libro *de ſecr. & anim.* non ſolum ratiocinio, ſed experimento etiam adgreſſus eſt definire quantitatem ſecretæ bilis.

J. B. MORGAGNUS in *Adverſ. Anat.* III. & in *Epiſtolis Anatomicis duabus*, Leidæ an. 1728. editis plurima notatu digna de hepatis foſſis, ligamentis, ſitu, partibus, veſicula fellis, calculis fellis aliiſque huc ſpectantibus protulit. Ductus hepaticyſticos refutat.

C. BIERWIRTH de hepatis ſtructura & morbis, Leidæ 1706. 4. * cum icone glandularum hepatis cocti ex ſue & rami venæ Portarum.

BURCHART Diſſ. *de ſecretione bilis*, Kiel 1709. 4. aliqua ad analyſin bilis, tum in univerſum ad ſecretiones habet.

A. HELVETIUS de ſtructura hepatis, Leidæ 1711. 4.

JOSEPHI ZAMBECCARI in vivis animalibus exſtirpatæ veſiculæ experimenta inſtituit, in *DIONYSII SANCASSANI dilucidationibus*, & alibi edita.

JAC. DRAAKE theoriam de utilitate bilis in promovendis menſibus, ſatis inutilem propoſuit.

J. G.

Denique legantur Clariſſimi FRIDERICI RUYSCHII (*a*) obſervationes anatomi-

J. G. a *BERGEN de bile*, *icteri cauſa ficta*, Francof. ad Viadr. 1710. Diſſ. bilem negat colorem ictericum producere, &c.

POLYC. GOTTL. SCHACHER in Diſſ. *de admin. anat.* Leidæ 1710. ductus hepaticyſticos experimento reſtituere conatur. *EJUSD.* Progr. 1722. *de vaſorum bilariorum exſiſtentia & diſtributione* agit.

CHRIST. FRAWN. Diſſ. *de vena Porta*, Leidæ 1715. 4. agit potius de viſceribus cum vena Portarum conjunctis. Glandulas Duodeni deſcribit.

BERNARD de *JUSSIEU de naturali ſecretione bilis*, Monſpel. 1729. 12. Eſt opus *D. FIZES*.

(*a*) *FRID. RUYSCHIUS* in univerſum quidem fabricam hepatis vaſculoſam adſumit, glanduloſam evertit per injectiones, quæ ex vena portarum in ductus hepaticos penetrant. Deinde multa bona de collo veſiculæ felleæ curvo, vaſculoſo, glandulis veſiculæ, vaſiſque ductibuſque, quos non admittit, aliiſque huc pertinentibus particulis protulit.

J. DOM. SANTORINI de ductus choledochi reticulo, de monticulo, in quo inſeritur, obſervationes habet.

H. RIED de præparatione bilis in hepate, Leidæ 1722. 4

Cum nuperioribus edition. operis *JER. WAINWRIGTH de rebus non naturalibus* exſtat conjuncta deſcriptio ſive *treatiſe on the liver*, Lond. 1737. 8. Nihil autem valde a reliquis remoti habet.

J. B. BIANCHI hiſtoria hepatica, Turin. 1710. 8. 1716. 4. *PL.* Genev. an. 1725. 4. 2. vol. multo auctius recuſa. Minor pars anatomica eſt. In ea hiſtoria invenio varia, quæ minime placent, ductus cyſthepaticos, hepaticyſticos, icones inverſas hepatis, icones improbabiles ciſternæ chyliferæ, nervorum, cavillos meros & audaciam miram in carpendis ſcriptoribus, obſervationem propriam, utilemque, vix ullam.

A. VATER novum diverticulum bilis, VVittemb. 1710. obſervationem propriam, qua ductum choledochum in ipſo inteſtino in rete cum panerearico conjunctum deſcribit, ſed modeſte, ut ex uno cadavere.

JOH. FANTONUS in *Diſſ. anatomicis* inprimis renovātis, multa habet & ex homine & ex animalibus. Ductus hepaticyſticos admitti, & ductus ex cyſtide in choledochum patentes fibraſq; veſiculæ muſculares, pro glandulis hepatis pugnat, ductus choledochi motum periſtalticum experimento confirmat, capſulam Gliſſonii refutat, poros muciferos veſiculæ deſcribit.

CL. LOQUETI de arteria hepatica Diſſ. ſæpe laudari vidi, ipſe non poſſideo, neque annum novi locumve quo defenſa ſit.

ANT. FIZES de naturali ſecretione bilis in genere, Monſpel. 1719. 8. & in collectione opuſculorum ſcripſit.

JOSEPHUS POZZI in *Commentariolo Epiſtolico* pro glandulis hepatis, & Gliſſonianæ capſulæ carneis fibris, pugnat.

F. HOFMAN de morbis hepatis ex Anatome deducendis, Hall. 1726. Diſp.

P. CHIRAC vaſa lymphatica hepatis picta habuiſſe a *LA FONT*, inde ea perveniſſe ad *CL.* la *PEYRONIE* auctor eſt *MONTAGNAT Lettre a M. Bertin* p. 71.

FRANC. JOH. HUNAULD an bilis præparatio in Omento, Pariſ. 1731. 4. *PL.*

NIC. den *OTTER de ſecretione bilis cyſtica*, Leidæ 1731. 4.

ANDR. OTTOM. GOELICKE ſingularia hepatis humani, Diſſ. Francof. ad. Oder. 1731.

GEORGII GRIEVE de ſecretione bilis, Edimb. 1732. Diſp. *

J. B. WINSLOW. & hic & ubique legere oportet. Fabricam etiam ſubtilem, & acinos hepatis deſcripſit in *Acad. Reg. Scient.*

A. F. WALTHER in Progr. *de vena Porta* I. & II. Lipſ. 1739. capſulam Gliſſonii evertit.

VISSCHER Diſſ. *de cholepoieſi*, Leid. 1735. 4. experimentum habet *ALBINI*, quo venæ Portarum cum poro bilario demonſtratur continuatio, nullam vero eſſe ei poro cum arteria hepatica conjunctionem evincitur.

P. VINK de hepate, Leidæ 1735. 4.

G. BRITTEN de hepatis fabrica & actione & bilis natura.

J. GEORG. SEGER de ortu & progreſſu bilis cyſticæ, Leidæ 1739. 4. Per experimenta proceſſit, in Libello, quem alibi laudavi, & inſerui vol. III. *Diſp. ſelect.*

RAI-

tomicæ, quibus, conatur demonſtrare, illud omne, quod MALPIGHIUS acinos vocat,

RAIMUND. JAC. FINOT an bilis circulatio multiplex, Pariſ. 1741. Diſp. *FL.*

CL. LIEUTAUD multa laude digna habet de lacunis felleæ veſiculæ, capſulæ Gliſſonianæ vanitate, celluloſa veſiculæ, vena cyſtica ad cavam eunte, (hac equidem a noſtris obſervationibus remota).

ANDR. WESTPHAL exſiſtentia ductuum hepaticocyſticorum, Gryphiſvvald 1742. 4. Deſcriptionem habet tunicarum veſiculæ. Ductus hepaticyſticos ex homine deſcribit. Sed novi doctos viros, qui huic obſervationi refragantur.

CAJETANUS TACONUS in *obſerv. de raris hepatis adfectionibus*, Bonon. 1740. 8. quæ etiam in *Memoriarum* Luccenſ. T. II, exſtant, & copiam bilis, quæ per vulnus effluxerat, intra datum tempus determinat, & multa profert ad declarandum iter bilis.

D. MOSEDER de veſicula fellea, Argentor. 1742. 4.

CHESELDENUS in anatome bonas hepatis, veſiculæ, curvæque cervicis icones dedit.

D. GIERING in *ſelector. Francofurt*. T. III. habet experimenta aliqua in cadavere humano inſtituta, quæ ad bilis iter pertinent.

F. G. MOERING E. N. C. vol. V. obſ. 44. pingit ſyſtema bilioſum Lutræ.

J. FR. CASSEBOHM in poſthumo opere *de methodo ſecandi* capſulam *GLISSONII* accurate deſcribit, celluloſam veſiculæ felleæ, ligamenta & externam celluloſitatem hepatis.

J. JUNKER & DAV. LORENZ. ſingularia ad veſicam felleam ejuſque bilem ſpectantia, Hall. 1745. 4.

D. CHRISTOPH. SCHOBINGER de ortu & motu bilis cyſticæ, Gotting. 1747. 4.

Ad ligamenta in *ſyndeſmologia JOSIÆ WEITBRECHT* obſervationes exſtant.

Hepatis icones poſſunt omnino utiles eſſe, quas in Tractatu *de differ. nati & non nati* habet *ILL. TREWIUS*, tum de valvulis veſiculæ felleæ in Diſp. *de Chyloſi fetus*, a *L. HEISTERO* repetitæ.

BRYAN ROBINSON in Libro *of food and diſcharges*, Lond. 1747. 8. comparavit hepata variorum animalium, & invenit eo majora eſſe, quo animal debilius lentiuſque, & viciſſim.

ABRAHAM FRANKEN de hepatis hiſtoria anatomica, Leidæ 1748. Habet obſervationes aliquas, & *ALBINI* experimentum de acinis.

CLAUD. PERSON, Diſp. *Ergo veſiculæ felleæ per ductum cyſticum bilis mittitur*, Pariſ. 1747. Valvulam in oſtio ductus choledochi, & lacunas veſiculæ felleæ habet, negat ductus hepaticyſticos, &c.

DOMINICI GUSMANI GALEACII de cyſtidis felleæ ductibus obſ. in Comm. Bonon. T. II. P. II. Vaſa ſtatuit in veſiculam ramos dantia, peculiaria, non penetrantia in cavitatem.

JUST. GOTTFR. GUNZ obſervationes circa hepar factas, Lipſ. 1748. 4. nondum legi.

J. G. GUNZII l. c. nunc legi & video primarium ſcopum eſſe deſcribere venas, quarum trunci in hepate & vena portarum, rami in ligamentis ſunt: tum de vaſis lymphaticis hepatis, capſula Gliſſonii, exhalantibus venis a portarum trunco agit, &c.

AMBROSII BERTRANDI diſſertationes anatomicæ duæ de hepate & oculo multa peculiaria continent, editæ Turini 1748. 4. Varia pro *BIANCHO* & ductubus cyſtico-hepaticis profert, rejicit glandulas hepatis, deſcribit ligamenta, vaſa, &c.

Nunc ad alteram partem, ſive de bilis functionibus, & uſu tranſimus. A *GALENO* ſua habet *NEMESIUS*, in quibus aliqui rudimenta *SYLVIANÆ* hypotheſeos quæſiverunt. Sed mihi nihil quidquam a *GALENO* diſſentire videtur. Poſt eum vix quidquam acceſſit novi, ad *J. B. HELMONTIUM* uſque, qui plurimis Libellis, & inprimis quibus titulus eſt *ſextupl. digeſtio*, *duumviratus*, *jus duumviratus*, bilem ab opprobrioſo excrementi nomine liberavit, eamque alcaleſcere & aciditatem ciborum frangere ſatis certe vere demonſtravit, ut tamen nimium inventum ſuum urgeret.

Inde *FR. SYLVIUS* de le *BOE* in Diſſ. *de bile & hepatis uſu*, Leidæ 1660. 4. & alibi; & ejus diſcipulus *R.* de *GRAAF* in Lib. *de ſucco pancreatico*, bilem fecerunt alcalicam; eamque cum acido ſucco pancreatico confligere in inteſtinis, ita chylum ſeparare a fæcibus, iterumque in corde dextro cum acido chylo efferveſcere, ſic ignem ali vitalem, multis obſequentibus docuerunt. Pro ea ſententia ſcriptus eſt etiam Liber *de veteri medicina FLO-*

vocat, tantum eſſe ſtructuram vaſorum. Verum hac occaſione dedit egregia de hepate experimenta.

RENTII SCHUIL, quem aliqui F. SYLVIO ipſi tribuunt, a ſe ipſo vero multa ſumſiſſe queritur WILHELMUS TEN RHYNE *de veter. medic.* p. 87. Leidæ 1664. & 1670. editus 12. quo partim in ipſo HIPPOCRATE quæruntur radices hypotheſeos, partim experimento demonſtrari ſuſcipitur, vere omnino effervefcentiam in duodeno cum ſpuma & calore fieri. Non ineptus cæterum Libellus eſt, quo oſtenditur bilem non eſſe excrementum, & LUDOVICI LE VASSEUR cavilli nimis mordaces repelluntur. Ea etiam opinio fuit BAGLIVO, HARDERO, DIEMERBROEKIO, BAYLEO, JOHANNI MAYOW, SWAMMERDAMIO. Pro SYLVIO etiam & contra CASSIUM extat *amici ad amicum epiſtola ſcripta* 1668. Amſtelodami edita.

Contra hanc theoriam vero CAROLUS DRELINCOURTIUS incubuit, ejuſque tota ſecta diſcipulorum. Huc ergo pertinet LUD. LE VASSEUR *de triumviratu Sylvii*, Pariſ. 1668. 12. ipſius nempe DRELINCOURTII opus, quem ex Græciſſatione & amarore dictionis facile adgnoſcas, nimis cavillatorium utique, neque ex propriis natum experimentis. AND. CASSII *de triumviratu inteſtinorum*, Groning. 1668. 4. Neomag. 1669. 12. qui etiam analyſin bilis dedit. LUDOVICI LE VASSEUR SYLVIUS *confutatus*, Pariſ. 1673. 8. priori ſimilis; & inprimis denique JANI LEONICENI *Metamorphoſis Apollinis & Æſculapii*, Leidæ 1673. 8. qua SYLVII fama & eruditio mire elevatur, GRAAFIUS vero acriter exagitatur, ejuſque experimenta pro aciditate pancreatici ductus propoſita in dubium revocantur. Sed etiam ANT. DEUSING *Sylvam caduam cadentem*, Groning. 1664. 12. & *jacentem* 1665. 12. in *ſylvam Echo*, Groning. 1663. 12. & *diſquiſitionem de calido innato antiſylviana*, Groning. 1663. 12. & *diſq. antiſylvianam de motu cordis & arteriarum* 1663. 12. & Diſp. *de chyli a facibus alvinis ſecretione & ſucci pancreatici natura & uſu*, Groning. 1665. 4. (MERCLIN.) ſcripſit, & ubique Sylvium, ſed, ut ſolebat, non ex ipſa natura, repetitis experimentis refutat.

Longe verius JOHANNES BOHN *de duumviratu hypochondriorum*, Lipſ. 1689. 4. & in *circulo*, & FRIDERICUS HOFMANN in Libro *de acidi & viſcidi pro cauſis morborum inſufficientia*, Francof. 1689. Sectam SYLVII expugnarunt; & VERHEYENIUS, & PECHLINUS, qui experimentis SYLVIUM refutant, & BRUNNERUS *de pancr.* & ipſe denique BOERHAAVIUS.

J. GALARATI *de alcali & acido* in GIORN. di PARMA.

In *Phil. Tranſact.* huc varia pertinent, ut:

ALEX. STUART obſſ. de utilitate ſumma bilis n. 414. 427.

Alia etiam quæſtio acriter agitata fuit inter antiquos, an nempe venæ ex hepate, an ex corde, naſcantur. Huc.

CHRISTOPHORI GUARINONII *de principio venarum*, Francof. 1601. 4. LIND.

BALTH. GITTLER *de venarum & arteriarum vero & genuino exortu*, Lipſ. 1605.*

PETRI GUIFFART *cor vindicatum* huc etiam pertinet, & BRONZERI jam citatus Liber & aliorum, quos ob ſterilitatem quæſtionis nunc non recenſeo. Nempe pro corde ARISTOTELES, C. HOFMANNUS Libro *de principatu partium*, Pariſ. 1647. 4. CÆSAR CREMONINUS, & alii pugnarunt, pro hepate GALENUS, & tota fere Schola.

Sed alia paulo prius controverſia phyſiologica de hepatis utilitate orta eſt. Contra Antiquos, inventis lacteis thoracicis demonſtrabat GLISSONIUS & THOMAS BARTHOLINUS, neque chylum ad hepar venire, neque ibi adeo in ſanguinem coqui.

Eo pertinent T. BARTHOLINI *hepatis exſequiæ* quæ Hafniæ 1653. 4. cum *vaſis lymphaticis nuper in animantibus inventis* prodierunt; Liber *de hepate defuncto*, Hafn. 1661. 8. quo BILSII experimentum, ad chyli in ſanguine venæ portarum præſentiam demonſtrandam ſuſceptum, & DEUSINGIUM refutat, *hepatis exauctorati deſperata cauſa*, Hafn. 1666. 8. Eo contra DEUSINGIUM alioſque chylum ad hepar venire negatur.

Huc etiam pertinet NIC. STENONIS *reſponſio ad vindicias hepatis redivivi contra* DEUSINGIUM, Leidæ 1662. 12. (MERCL.) *Triumphus cordis dictus ob victoriam ex clade hepatis* GEORGII SEGERI. Hafn. 1654. 4 adſentatoris BARTHOLINI, & PETRI GUIFFART *cor vindicatum*, Rothomag. 1672. 4.

Contra

Contra pro veteribus non ſolus *BILSIUS* pugnabat, de quo viro alias dicetur, ſed *SWAMMERDAMIUS* proprio experimento chylum in venas meſentericas reſumi oſtendebat. Denique *ANTONIUS DEUSINGIUS* adjutus Bilſianis experimentis ſcripſit *vindicias hepatis redivivi*, quæ exſtant in P. III. *Exercitationum Phyſico anatomicarum*, Groningæ an. 1660. 12. editarum. Porro ejuſdem Auctoris eſt *Appendix ad eaſdem*, Groningæ 1661. 12. & *ſupplementum ad eaſdem* 1662. 12. Reſurrectio hepatis adſerta, ibid. 1662. 12. Ingenium omnes referunt *DEUSINGII*.

EJUSDEM ſenſus eſt *ECCARDI LEICHNERI* Diſſ. *de rediviva hepatis ſanguificatione cum præternaturali ejus læſione*, Erfurt. 1689. 4. * Nunc, poſtquam ſatis confirmatum eſt, & chyli iter, & ſanguinis, nemo contra *BARTHOLINUM* ſentit. Quid autem contineatur in *HENRICI HENRICI* Diſp. cui titulus eſt, *hepar ex tumulo ad officium ſanguificationis renovatum*, Hall. 1713. non dixerim quam non vidi.

AD Bilis hiſtoriam porro

J. CORN. BRODTBECK χολογεῦμα, ſive *guſtamen phyſico medicum bilis*, Tubing. 1676. 4.*

JOH. GEORG. GREULICH Chołologia, Francof. 1683. 8. Inanis.

AUG. QUIRIN. RIVINI de bile, Lipſ. 1679. 4.

JOH. BROEN de duplici bile veterum, Leidæ 1685. 12. Secretiones per cribrum explicat, fermentationem vero bilis cum ductu pancreatico negat, cæterum ſatis inutilis ratiocinator, & propriorum parcus experimentorum. Saponem in morbis ſcopo reſolvendi commendat.

G. WOLFG. WEDEL de bile ejuſque morbis, Jen. 1689. 4.

HENR. CHRISTOPH. ALBERTI de bilis natura & uſu medico, Erfurt. 1691. 4.

JAC. PANCR. BRUNONIS duæ *de bile* Diſputationes. Altdorf. 1694. 1695.

FRID. HOFMANN Diſp. *de bile medicina & veneno corporis*, Hall. 1704.

DEMOCRITUS CHRISTIANUS in Libro *Vita animalis morbus & medicina*, Lipſ. 1711. 1730. 8. proponit frigus & calorem febrium intermittentium fieri a ſpaſmo conſtringente orificia ductuum bilarii & pancreatici, qui ipſe alterne remittat, ut modo pancreaticus acidus ſuccus erumpat, qui frigus facit, modo bilis quæ calorem, acidumque eum ſuccum utique cum bile alcalina effervеſcere contendit.

J. WOODWARD (teſte *J. BAYFIELD letter to Woodward*, Lond. 1719. 8.) bilem habuerat pro cauſa omnium fere motuum in machina humana, etiam ipſius motus cordis.

C. STEPH. SCHEFFEL de lithiaſi fellea & lapide Maluccenſi, Leid. 1721. 4.

A. E. BUCHNER de naturali bilis conſtitutione & uſu, Hall. 1726. 4.

F. JOSEPH HUNALD, *Ergo bilis præparatio in omento* 1731. 4.

LUD. M. POUSSE, *Ergo ab exquiſita bilis ſecretione perfectior digeſtio* 1732. 4.

Ad analyſin bilis pertinent *CAR. DRELINCOURT* in *JANI LEONICENI* Libello; *GHIARESCHI* in Diario Parmenſi 1687.; *BRUNO de bile*, Altdorf. 1694. 4.; *A. CASSIUS* L. c.; *JOH. BOHN* in *circulo*; *ALOYSIUS* della *FABBRA de aqua Nucerina*; *ACADEMICI GALLI* apud *DUHAMEL*, & *HOMBERG*, 1709.; *MAETSIUS* in *collectaneis chymicis Leidenſibus*; *A. VALISNERIUS Galer. di Min.* T. VI. & *L. TESTI* ibid; *PHIL. VERHEYEN*; *SCHAPER de corpuſculis maſſa ſanguineæ*; *PETIT* in *Lettres à un Médecin* II.; *PHIL. JAC. HARTMANN de bile*, Regiomont. 1700. & in collect. T. III.; *RAIMUNDUS VIEUSSENS* in *epiſt. ad Lipſienſes* 1698. 4. & *Phil. Trans.* n. 241. & in Traitè *des liqueurs*, Toulouſe 1715. 4.; *GEORGIUS BAGLIVUS*; *BARCHUSEN* poſt *Phyſ. Acroamata* Exper. VI.; *HENNINGER de bile*, Argentor. 1705. 4.; *FRID. HOFMANN* in *medic. ſyſtematica*; *DEIDIER* & *MONTRESSE* in *expériences ſur la bile des peſtiferés*, Zurich. 1722. 4.; *BOERHAAVIUS* in Chemia; *R. MEAD of poiſons*; *CASPAR NEUMANN* in prælectionibus poſthumis; *CAJETANUS TACCONUS* L. c. Adde *commerc. Noric.* 1743. Diſſ. *DAVIDS de calculis cyſticis & hepaticis*, Leidæ 1734. 4.; *HIER. DAV. GAUBII* experimenta in Diſſ. *NARCISSI de gener. chyli*, Leidæ 1742. & in Collect. *Diſpp. ſel.* T. I. & in Diſp. *VISCHERI de cholepoieſi*, Leidæ 1735. 4. & in *J. G. H. Comment. ad Boerh. inſtit.* T. III.; *MOSEDER* L. c. *STROHLEIN de calculis felleis*, Jen. 1742. 4. alioſque.

CAPUT XII.

De Virorum Organis genitalibus.

DE vaſis genitalibus horumque origine prima circa lumbos, & exitu ultimo, qui in viris in urethram, in feminis in vaginam eſt, & de eorum vaſorum indole, diſtributione, decurſu, effectu, optime ſcripſerunt ſequentes Auctores. Primo (*a*) legendus eſt REGNERUS *de* GRAAF (*b*), Delfenſis, SYLVII diſcipulus dexterri-

(*a*) De organis virorum genitalibus non negligendi ſunt veteres, nam & apud *HIPPOCRATEM* aliquod veſicularum ſeminalium veſtigium reperitur, & apud *RUFUM*; *GALENI de ſemine* L. II. & *de ſpermate* Liber exſtat apocryphus. Sed iſte partes maſculas parum declaravit. *VESALIUS*, uti notum eſt, ligamentum penis ſuſpenſorium dixit, tactum etiam *ACTILLINO*; neque veſiculas ſeminales ignoravit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS præter præſtantiſſimas vaſorum icones, quas alibi laudavimus, teſtis etiam virilis conſpectus varios, muſculos & inter azygon cutaneum perinæi, veſiculas etiam ſeminales caput gallinaginis, oſtia duo ſeminalia in urethra, corpus cavernoſum urethræ, primus figuris expreſſit.

GABRIEL FALLOPIUS veſiculas ſeminales, hactenus parum integre notas, reſtituit, & uberius deſcripſit.

PHILIPPUM INGRASSIAM primum veſiculas ſeminales deſcripſiſſe auctor eſt *LEONARDUS* a *CAPOA Raggionam.* II. p. 82. ſed, ubinam deſcripſerit, ignoro.

J. CÆSAR ARANTIUS in *obſervationibus* de fabrica ductuum excretoriorum veſicularum ſeminalium, teſtium, corpore cavernoſo urethræ, &c. legi poteſt.

JAC. SCHEGK de plaſtica ſeminis facultate, Argent. 1580. 8. *DOUGL.* *

PETRI de *PERAMATO de ſemine* Liber *de generatione* 4. Sanlucar de Berrameda 1576. 1590. 1596. fol. *DOUGL.* *

JULIUS CASSERIUS pennatam fabricam ſepti penis, & bulbum urethræ ad naturam depinxit.

CHRISTOPHORI GUARINONI de natura humani ſeminis L. IV. Francof. 1601. 4. *de generatione viventium*, ibid. eodem anno. *

JOHANNES RIOLANUS habet fibroſam teſtium compagem, ligamentum inter oſſa pubis (aut iſchii ut vocat).

N. HABICOT in *Lect.* V. Auctor eſt erroneæ opinionis unicum pro duabus veſiculis eſſe ductum excretorium.

FRANCISCI SPINÆI de hominis procreatione, Maceratæ 1622. 4. * *DOUGL.*

J. HIERONYMI BRONZER de principio effectivo ſemini inſito, Ven. 1627. 4.

ÆMILII PARISANI de ſeminis a toto proventu in Nobil. Exerc. L. XII. Venet. 1623. & in *pare & ſaniori judicio de ſeminis a toto proventu*, ibid. 1633., &c. Vide inter organa muliebria.

CÆSARIS CREMONINI de calido innato & ſemine, Leid. 1634. 12. ſemen feminas non habere contra *GALENUM* pro *ARISTOTELE* defendit.

N. HIGHMOR corpus in teſte, quod ipſius ſolet nomini inſcribi, detexit, non tamen auſus eſt cavum pronunciare.

ANTONII DEUSING de partibus corporis humani conſervationi ſpeciei inſervientium, Groning. 1651. 4. *Geneſis microcoſmi*, ibid. 1653. 12., &c.

J. C. ZEISOLD de ſeminis natura, Jen. 1649. 8. Animatum eſſe negat, Philoſophus.

JOH. NARDII noctes geniales, Bonon. 1656. 4. *ſecunda* eſt *de prolifica genitura facultate.* Animam in ſemine latitantem refutat, neque ineſſe vult, niſi motum a generante commiſſum, calori innato.

(*b*) *REGNER* de *GRAAF de partibus genitalibus virorum*, Leidæ 1668. 8. Partes utique unice adhibuit de corpore exſectas, inde ea, quæ ab integritate pendent, ibi non quæras. Sed multa uti-

terrimus, qui promiſerat plurimum emolumenti rebus anatomicis; niſi fatali peſte, tam ſubito conſumtus (*a*), nobis abretus fuiſſet. Omnia ejus opera edita ſunt Latine Lugduni Batavorum in 8. an. 1677. (*b*) cum figuris elegantiſſimis. Continetur ea collectione Liber *de virorum organis*, & alter de mulierum partibus generationi ſervientibus. Is Tractatus Belgice etiam in 8. proſtat, cujus editionis figuræ præferuntur Latinis. Multa GRAAFIUS detexit primus, & plura obſcura explanavit.

Hoc

ta utiliſſima aut primus habet, aut ornavit pulchrius. Teſtis certe fabricam, vaſcula excretoria, epididymidis ortum, melius quam ullus alius Auctor expreſſit, ſinuſque mucoſos urethræ, etſi breviter tetigit, minime tamen ignoravit.

(*a*) Ex ira, ob jurgium minime decorum cum *SWAMMERDAMIO* obiiſſe juvenem an. 1673. lego. Nam *SWAMMERDAMIUS* in iis ipſis partibus genitalibus ſolita cum induſtria occupabatur, in quibus primus veram cauſam erectionis poſitam in effuſo ſanguine per experimentum invenit in *Prodromo* ſuo.

(*b*) Etiam apud VVetſtenium exſtant 1705. 8. Icones primæ editionis 1668. utique nitidiores ſunt.

J. THEOD. SCHENK de partibus generationi inſervientibus maſculis, Jen. 1662. 4.

H. MEIBOM in Diſſ. *de motu vaſorum*, 1668. teſtes ſolis fibris, non glandulis fieri, recte docuit, & corpus in medio cæcum habere.

In *Phil. Tranſ.* teſtium fabricam exhibet *J. CLARKE* n. 35. *VADLIUS DATHIRIUS BONCLARUS* ſive *CLAUDIUS UBERIUS* in *Phil. Tranſ.* n. 42. dedit iconem teſtis aprugni, in quo corpus Highmori pro vero canali deſcribitur, a radicibus propriis habente ſemen, reddente in epididymidem. De teſtium filamentis etiam agit *D. KING* n. 52.

Continuatio vaſorum teſtis cum vaſculis epididymidis in vipera n. 144.

GARDENI theoria verniculorum, quæ vulgo *LEEUWENHOEKIANA* dicitur, habetur n. 191.

WALLER vaſcula epididymidis *ratti* evidentiſſima, & veſiculas ſeminales & glandulas ad extremum penem n. 196.

MORLAND n. 283. de ſecretione ſeminis.

A. de *MARCHETTIS* experimentum in cane profert, quo demonſtrat epididymidem verum ſemen fecundum generare n. 307.

C. MORTIMER pro anaſtomoſi arteriarum ſpermaticarum cum venis dixit *Phil. Tranſ.* n. 415.

D. de *SUPERVILLE* de animalculis ſeminis n. 466.

Urethræ diverſæ diametri *LE CAT* n. 460.

J. JAC. WEPFER in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* 3. *obſ.* 167. ex ariete aliiſque animalibus deſcriptionem harum partium dedit, in qua bulbum urethræ, glandulaſque in ejus membrana habet.

R. J. CAMERARIUS memorabile experimentum habet de vaſis lymphaticis per inflatas veſiculas ſeminales turgentibus E. N. C. *Dec.* II. *ann.* I.

HIERONYMI BARBATI Liber *de formatione fetus* prodiit Patav, 1676. 4. Vitioſus eſt loquax, habet tamen proprias opiniones ſolum ſerum in arterias pampiniformis corporis venire. Albugineæ laminas tres facit, corpus Highmori vero cæcum cum intus contentis vaſculis.

GUERN. ROLFINK admiranda anatomica de organorum genitalium ſtructura admiranda in utroque ſexu, Francof. & Lipſ. 1686. 4. Idem opus eſt, quod cum femininis organis recenſui.

JOH. MERY in *Progrés de la Médecine*, 1697. muſculos erectores penem deprimere recte vidit, etſi cellulofis fibris corporum cavernoſorum id officium non optime dederit. Glandulas etiam inter acceleratores & proſtatas, quas vulgo *COWPERO* tribuunt, primus omnino vidit, ut apparet ex *JOUR. DES SAV.* 1684. n. 17.

Mr..... in *ſur la ſtructure des organes des deux Sexes, deſtinés à la génération*, Pariſiis 1696. 12. ſuperfetationem ſtatuit.

DAN.

Hoc Libro cognito legendus eſt de organis virilibus Profeſſor ille Patavinus LEAL LEALIS (*a*), cujus rariſſimus Tractatus Patavii editus eſt, titulo περὶ τῶν σπερματιζόντων ὀργάνων, qui egregia experimenta anatomica continet, & ſingularia obſervata, neque venalis reperiebatur. Nunc autem de novo impreſſus eſt mea cura Lugduni Batavorum anno 1707. apud van der Linden, & invenitur poſt opera Euſtachii eodem anno edita.

Præterea de iiſdem partibus habemus GUILIELMUM COWPERUM (*b*), gra-

DAN. ASMANN de ſeminis virilis generatione & vitiis. Vraject. 1696. 4.

(*a*) *LEAL LEALIS* περὶ σπερματιζόντων ὀργάνων *in viro*, Patav. 1686. 12. mihi non eodem, quo *PRÆCEPTORI*, pretio eſt. Dictio theatralis & nimis florida: errores multi, ut anaſtomoſis arteriæ ſpermaticæ cum vena, rectius refutata a *GRAAFIO*, a *DIONYSIO Tr. général des accouchemens*, aliiſque; ductus Highmori cavus, cui vaſa & ſanguinea & lymphatica inferantur: oſculum veſicularum ſpermaticarum unicum. Pleraque deſumta ex ariete.

BERNARDINO GENGA in *anat. chirurgica* ſinum in principio glandis definivit, in quo ſedes ſit gonorrhœæ.

NICOLAUS HARTSOEKER vermiculos ſeminales annorum 18. juvenis invenit an. 1674. (*Extrait critique*, &c.) anno vero 1678. demum revelavit in *Journal des Savans* n. 30. inventionis tamen honorem etiam ab Academicis Gallis, parum ſibi faventibus, retulit. De iiſdem obſervationes ſuas protulit in *Dioptrice* & in *Journ. des Sav.* 1695. & in *Remarques* & alibi. In *Extrait critique* iſtis animam plaſticam admittit, quæ ea animalcula formet, & ſe tuetur contra *LEEUWENHOEKIUM*, ejuſque malam fidem excuſat. Utriuſque opuſculi editio noſtra eſt 1730. Hagæ excuſa.

ANTONIUS VAN LEEUWENHOEK an. 1677. ſe ab *HAMMIO* Libri de *herniis* Auctore obſervationem vermiculorum habere refert. Eo pertinent ejus obſervationes *Phil. Tranſ.* n. 142. 145. (ubi ovaria refutat) 196. 255. 268. 270. 284. 307. 323. 331. 336. ubi fatetur non fuiſſe vermiculos, quos in oſtreis viderat, & teſtacea parere abſque maribus, n. 380. & per omnia opera diſperſæ plurimæ. Syſtema obſervationibus ſuperſtruxit, quo everteret ova Malpighiana, & primordia hominis unice in ſemine maſculo poneret. Id ornavit magis *GARDENIUS*, & *BOERHAAVIUS*. Idem in Epiſtolis Phyſiologicis 31. & 41. de fabrica robuſta epididymidis obſervationes habet.

DIONYSIUS van der *STERRE* in Libro *de generatione ex ovo*, Amſtelod. 1687. 12. argumenta varia contra vermiculos protulit, tum *GEUDERUS* in L. *de fermentatione*, Amſtel. 1689. 8. jam citato. Et ille quidem etiam in muliebri liquore genitali animalcula ſe vidiſſe adfirmat. Porro *RAIUS* in *wiſdom of God* contra *LEEUWENHOEKIUM* ſcripſit, & ideas plaſticas defendit. Contra eundem *LEEUWENHOEKIUM LISTERUS* multis locis & in *Philoſ. Tranſ.* n. 244. & in Tractatu *de conchyliis bivalvibus*, & *VATERUS* in *Phyſ. ref.* & *LYONNET* in *théologie des inſectes*, & *LAUNAI* in Libro *de generatione*, & *VERHEYENIUS* & *BLAIRIUS botan eſſais*, & *MAITRE JEAN de la forme du poulet*, & *BOURGUETUS* in *epiſtolis philoſophicis*, & Auctor Libri, cui titulus *Venus phyſique*, & *P. ANGO* in *quæſt. med. an homo a vermibus*, Cadomi 1711. 4. * & *VALISNERIUS* in operibus alias citandis, & *LANCISIUS* in *epiſt.* quæ exſtat cum *VALISNERIO*, & alii ſcripſerunt.

PETRUS MASSUET Vermiculorum Leeuwenhoekianorum opinionem probabilem cenſet in ſua Diſſertatione Medica *de Generatione ex Animalculo in Ovo*, Leidæ an. 1729. edita, cum Iconibus Animalculorum ſeminalium, Embryonum humanorum, Gyrinorum, &c. huc ſpectantibus.

De iiſdem vero vermiculis fuſe egit *CL. BUFFONIUS* in T. II. *de l' hiſtoire naturelle*, & *CL. TURBERVILLE NEEDHAM* in *nouvelles obſervations microſcopiques*, & videntur evincere, nihil eſſe niſi microſcopica animalia inferioris ordinis, non hominis primordia. *DALENPATIANUM* autem homuncionem, pictum in *Diario Eruditorum*, eſſe jocum *FRANCISCI PLANDADE* auctor eſt *ASTRUCIUS de lue vener.* p. 1002. 1003.

(*b*) *GUIL. COWPER* in *myotomes* minoris *appendice* theoriam erectionis, vaſa penis lympha-

 tica

ejus nempe bina opuſcula (de organis virilibus loquor.) Unum reperitur in *Myographia* ejus *reformata*, ubi ad finem plura de ſtructura membri virilis & ejus glande habet. Alterum Tractatus eſt *de glandulis urethræ* in 4. Londini editus, qui rarus utcunque eſt. Ibi etiam de glandulis huc ſpectantibus obſervationes habentur. Eædem obſervationes hujus viri inveniuntur in *Actis Societatis Anglicæ*.

Poſt COWPERUM legi meretur MORGAGNI, ille clariſſimus Patavinus Profeſſor anatomes. Opus Patavii eſt editum an. 1719. duobus voluminibus cum figuris, & titulus eſt *Adverſaria anatomica*, ubi multa continentur rara, & ab aliis Anatomicis prætermiſſa. Iterato impreſſus eſt ille Liber Lugduni Batavorum in 4. an. 1723.

Tunc videatur CL. RUYSCHIUS (*a*) in ſuis obſervationibus. Is enim primus reperit caput penis eſſe unice productionem ſpongioſam urethræ, neque hoc caput quidquam communicare cum corpore penis, ſed urethram productam ad finem corporum nervoſorum reflexam & expanſam facere caput penis. Nobile eſt inventum, & ipſi viro ſoli debetur. In *Theſauris* etiam multa egregia circa hanc rem habet.

De teſtibus UBERIUS DATHIRIUS BONCLARUS (*b*) ſcripſit in Italia, in

tica, cum iconibus proponit, & aliqua in *GRAAFIO* carpit. *TYSONIS* glandulæ odoriferæ ibi deſcribuntur. In *append.* ad *anthropographiam* habet iconem veſicularum bulbique ſui. In Tractatu denique quo *glandularum nuper detectarum earumque ductuum deſcriptio* continetur, Lond. edito, 1702. 4. Glandulas duas *MERYANAS*, jam in n. n. 258 *Phil. Tranſ.* deſcriptas (an. 1699.) pro novis, & tertiam, parum hodie notam, deſcribit, cum nitidis iconibus.

N. VENETTE in ſæpe recuſo Libro ſpurca multa ad excitandam libidinem habet, veri experimenti parum.

PHIL. VERHEYEN experimenta, analyſes chemicas, ſinus urethricos, & alia habet in nuperioribus editionibus.

In *Mémoires de l'Acad. Royale des Sciences*, *D. LITTRE* egit de urethra, ejuſque muſculis, glandula nova, (quam antiproſtatam vocat, nos ignoramus) erectionis cauſis corporibus cavernoſis, glandulis præputii, &c. 1700.

DUVERNEI de generationis partibus maſculis ibid.

I. S. SCHMIEDER de ſeminis ad ſanguinem regreſſu, A. E. Lipſ. T. V. *Sect.* IX.

(*a*) *FRID. RUYSCHIUS* in omnibus operibus plurimum his partibus lucis attulit, celluloſam internam, parum notam, filamenta teſtis oſtendit, corpus cavernoſum urethræ non equidem ignotum, cum glandis cavernoſo corpore continuari recte monuit, papillæ penis pulchre exhibuit, in ſcroto ſeptum, ſed id minus ad naturæ mentem, deſcripſit in poſthuma denique icone, quam pictam dedit *ADMIRALIUS*, ductus urethræ mucoſo exhibuit, magnos & parvos

(*b*) Vide in *Phil. Tranſ.*

J. JAC. RAU epiſtola de ſepto ſcroti dua ad RUYSCHIUM, Amſtel. 1699. 4. demonſtrat ante *RUYSCHIUM* ſeptum ſcroti notum fuiſſe.

J. G. FREUND de ſemine maſculino, Altdorf. 1698. 4. *

STEPHANI FRANCISCI GEOFROI quæſtio medica an hominis primordia vermes, Pariſiis 1704. 4. cum *materie medica* poſthuma recuſa continet argumenta pro vermiculis, pro ſexu plantarum.

JOH. DEPINEY PESCHARD an homo a vermibus, Pariſ. 1705. 4. *PL.* *

JOH. FANTONUS in *Diſſertationibus anatomicis*, Turini an. 1745. recuſis in 8. varia ut reliqua, ita etiam in his partibus notatu digna obſervavit. Darton recte negat muſculum eſſe, &c. Ad litem etiam inter *MORGAGNUM* & *TERRANEUM* legi debet.

DES

in Aula Hetruſca. Si addantur LEAL LEALIS Opera, perfecta habebitur deſcriptio harum partium.

DES NOUES in foſſa penis duos glandularum ordines cum ſuis canalibus ſecretoriis deſcripſit, in epiſtolis an. 1706. editis.

ANTON. DOMENICO del *PINO penſieri ſopra la generazione dell' Uomo*. Lucca 1706. 4.*

J. B. MORGAGNUS in III. & IV. *Adverſar*. penis ligamentum, neglectum a nuperis, glandulas coronæ penis, majores ſinus urethræ virilis, muſculos eo pertinentes aut invenit, aut exquiſitius deſcripſit.

Laudari ſolet figura urethræ humanæ, quæ continetur in *ALGHISI* Libro *de lithotomia*.

LAUR. TERRANEUS de glandulis novis ad Urethram virilem, Turin. 1709. 8. Leidæ 1721. 8. Deſcribit tum *MERYI* aut *COWPERI* glandulas, tum minores folliculos urehtræ virilis, & ex homine & ex animalibus variis. De ſede Gonorrhœæ & moribs partium non inutilia habet. Ob ſinus urethræ inventos in controverſiam incidit cum *MORGAGNO*. Eas vero glandulas, quæ *COWPERO* tribui ſolent a *TERRANEO* annis 1698. 1699. oſtenſas eſſe, *J. B. BIANCHI* teſtis eſt *Memor. di Valentuom*. III. pag. 124.

PHIL. HECQUET, Ergo ut virginitatis ita virilitatis certa indicia, Pariſ. 1713. 4.

J. B. BIANCHI apud *MANGETUM* ſolitariam glandulam abſidentem bulbo urethræ ſe demonſtraturum promittit.

R. WILH. BUSSIUS de adſtitibus virilibus, Erfurd. 1715. 4.

GIUSEPPE VIDUSSI motivi di dubitare intorno la generazione de' viventi, Venet. 1717. 12. Videtur D. Theologiæ fuiſſe. Pro generatione æquivoca pugnat, ob vermes in putrefactis corporibus repertos, qui abſque ovis proveniunt, & vermes morboſos abſque parente natos, & formationem fetus fermentationi particularum tribuit, & feminis utriuſque miſcelam ſtatuit.

J. F. NICHOLSON cum *modern ſiphilis* edidit deſcriptionem partium genitalium utriuſque ſexus Lond. 1718. 8.

MART. SCHURIG. ſpermatologia, item *de caſtratione, de hermaphroditis*, &c. Francof. 1720. Compilatio, nec ex bonis Auctoribus, & nullo cum collectoris judicio.

LAURENTIUS HEISTER ligamenta penis lateralia pro perpetuis jam in Libro *de incrementis anatomes* an. 1720. propoſuit. In poſterioribus editionibus compendii venas ſuperficiales penis depinxit. Glandulas etiam veſicularum ſeminalium ex proprio experimento dixit, & teſticulum ab epididymide ſeparatum delineavit.

ANT. VALISNIERI della generazione dell' uomo, Venet. 1721. 4 & Germanice, Lemgoviæ 1739. 8. Fere unice contra vermiculos & ſyſtema *LEEUWENHOEKII* ſcripſit. Pauca hic nova aut propria habet *VALISNERUS*, & magis in ratiociniis occupatur. Idem in *GAL. di MIN*. T. VI. *LEEUWENHOEKIUM* refutat, deſcriptiones falſas ipſi imputat, &c.

L. BOURGUET in *Bibliotheca Italica* T. IX. ſibi tribuit, quod *VALISNERIUM*, vermiculis deditum, ad evolutionem ovorum, traduxerit.

Eunuchiſm diſplayd deſcribing the different ſorts of Eunuchs, Lond. 8.*

ANTONII MARIÆ VALSALVÆ rudimentum inventi ductus a capſulis renalibus eunitis ad ovaria & teſtes, a *CL. TEICHMEYERO*, *RANBYO Phil. Tranſ.* n. 387. varie ornatum, nunc ex poſthumis *MORGAGNI* Epiſtolis novimus eſſe meram celluloſam telam.

B. DAV. MAUCHART Diſp. *de hernia incarcerata*, Tubing. 1722. 4. habet deſcriptionem ſcroti.

J. DOMINICUS SANTORINI multa minutius in *obſervationibus anatomicis* de muſculis virilium genitalium habet. Venas, non ſatis puto repletas, ſinus vocat.

EL. CAMERARIUS de generatione hominis ex verme, Tubing. 1723. 4. Diſſ.

J. B. PAITONI in *I. diſcorſo Accademico della generazione dell' uomo*, Venet. 1722. 4. ſequitur *VALISNERIUM*, & vermiculos nihil facere ad futurum fetum, eſſe vero naturales feminis hoſpites fuſe demonſtrare ſatagit.

CL. MENZ in Diſſ. *de paradoxa generatione ranarum*, Lipſ. 1724. 4. obſervationes aliquas a *SWAMMERDAMIO* inceptas, & in A. E. 1685. repetitas, de tumore in pollice ranæ maris qui non reperiatur in pollice feminæ ita auxit, ut credat poſſe pro pene haberi, & eo forte abire ductum aliquem deferentem obſcurum. Ovaria etiam ranarum deſcribit.

In

In *R. BRADLY philoſophical account of the vvorks of nature* etiam vermiculorum habentur obſervationes, & apud *COWPERUM*, *CHESELDENIUM* in *anat. of human bodg* alibique in microſcopiorum Auctoribus.

WILLIAM RUTTY treatiſe on urinary paſſages, Lond. 1726. 4. Ex *DOUGLASSIO* habet inſertionem fibrarum longitudinalium veſicæ in proſtatam, ex *MORGAGNIO* alia, ad ſinus urethræ obſervationes, &c.

J. G. DUVERNOI in *Actis Petropolitanis* eorumque T. II. penem Elephanti fuſe & eleganter deſcribit, nervos maxime venaſque & arterias, & diſplicere ſibi demonſtrat theoriam erectionis vulgarem.

HENR. FRANC. LE DRAN in ſuo *parallele de la taille* omnino ad has partes, quas breviter & ſimpliciter deſcripſit, legendus eſt. Pingit ligamenta veſicæ, deſcribit ligamentum interoſſeum pubis, etiam a *DOUGLASSIO* in *appendice ad Tractatum de apparatu laterali* dictum, negatum a *CL. JOSIA WEITBRECHT* in *ſyndeſmologia*.

WILH. COCKBURNE in editione IV. Libri de Gonorrhœa, cui titulus eſt *The ſymptoms nature cauſe and cure of a Gonorrhœa*, London. 1728. 8. lacunas urethræ innumerabiles eſſe, omnes inter ſe & cum vaſis partium genitalium communicare, eſſeque ſedem Gonorrhœæ, & icones penis addit, eas, quæ etiam cum coloribus ſuis pictæ exſtant, ut ex *B. PL.* confirmor.

HENRICUS BASS in *obſervationibus anatomico chirurgicis* iconem dedit & deſcriptionem veſiculæ ſeminalis, in qua anulum quendam deſcribit, mihi non viſum.

H. P. JUCH de animalculis ſpermaticis, Erfurt. 1731. 4.

SENNAC in nuperiori editione *tentaminum phyſicorum* recte negat Glandulam tertiam Covvperi. Vermiculos refutat, de generationis negotio ampliat.

J. B. WINSLOW, ſemper & ubique laudandus, vaginas vaſorum ſpermaticorum etiam ſeorſim deſcribit in Ep. ad *MORAND.* p. 315.

ALEX. MONROO in *Edimburgenſium* Tom. V. veram ſententiam de omnis muſcularis fabricæ abſentia a darto, deque natura ſepti ſcroti primus aperuit.

GEORGIUS MARTIN ibidem T. V. anaſtomoſin arteriarum ſpermaticarum cum venis recte refutat.

A. F. WALTHER in *anatome muſculorum tenuiorum*, Lipſ. 1731. & *de collo veſica virilis*, Lipſ. 1745. muſculos partium genitalium eorumque utilitates deſcribit. Idem in A. E. 1725. de cellulosa ſcroti fabrica peniſque occaſione ſarcoceles verba facit.

GOTTFRID. HENR. BURGHART de terminis pubertatis, Francof. Viadr. 1736. 4.

J. MATTH. GESNER ψυχαὶ Ἱπποκράτους, Gotting. 1737. 4. continent commentarium in I. Libro *de diata* qui exſtat inter Hippocraticos, quo docte, ut ſolet, evicit, Auctorem ejus Libri ſeminum perennitatem, & de corpore altero in aliud æternam migrationem alternamque involutionem & evolutionem notas habuiſſe.

ABRAHAM KAAU in Libro *de impetum faciente Hipp.* multa habet, quæ huc pertinent, totus *LEEUWENHOEKIANUS*, ut & in epididymide demum naſci vermiculos, & coire, parere, etiam immatura reperiri & alia hujuſmodi doceat.

In *Anonymi dilucidationibus de origine anima & malo hareditario*, Holmiæ 1740. 8. Syſtema vermium defenditur.

CL. LIEUTAUD de more legi poteſt, maxime ad muſculos.

J. FRID. CASSEBOHM in poſthumis multa huc habet. Highmori corpus cæcum & foraminulentum facit, membranam deſcribit, quæ epididymidem obvolvit, tum darton, veram cellulosam eſſe recte docet, iter teſtium exponit, quo ſenſim ex abdomine in ſcrotum veniunt, quem lege.

J. G. GUNZ in Libro *de calculo* ob obſervationes in muſculis erectionis, & in Libro *de herniis* legatur, ubi equidem Darti naturam muſculoſam defendit, a nobis non inventam, cremaſterem, præterea vaginas cellulosas peritonæi deſcribit.

Auctor *Eſſay on comparative anatomy* ut de aliis partibus, etiam in iſtis claſſes animalium, & varias cauſas diverſitatis rimatur.

CL. TABARRANI in *memoriis Luccenſibus* aliqua habet de glandulis urethræ.

J. FRANCISCUS ISEZ in Theſi Pariſiis defenſa an. 1743. *an Vena ſpermatica ſtructura ſecretionem ſeminis faciat*, lentorem parere credit eam venam, ut fiat ſubtilius.

TUR-

TURBERVILLE NEEDHAM in *microſcopicis obſervationibus*, quas in claſſe phyſica citavi, vermiculos habet pro machinis, quæ vim ſuam demum certis cum circumſtantiis expediant & demonſtrent.

FRANC. IMBERT Diſſ. *de la génération*, Monſpel. 1745. vermiculos pro putredinis effectu habet, & alia contra *LEEUWENHOEKIUM* adfert, non validiſſima.

ERN. ANTONIUS NICOLAS in Libro *von der erzeugung der kinder*, Hall. 1746. 8. ſuas de vermiculis ſeminis obſervationes adducit.

J. PHIL. LAUR. WITTHOFF commentarii duo ad ſyſtema Leeuvvenhoekianum, Leid. 1746. 8. *LEEUWENHOEKII* rationes exponit, adfert contrarias, nec epigneſin pro certa, ſed epechein docet.

Anonymus Auctor Libri *Venus phyſique* plurima huc pertinentia habet, vermiculos] ſtatuit ad motum factos eſſe, generationem explicat per attractionem partium ſimilium in utroque ſemine, argumento hybridum, & productionem varietatum novarumque ſpecierum conatur explicare.

GEORG. DETHARDING de glandula inguinali, Roſtok. 1746. 4.

CL. HEIN in *Acad. Berol. Actis* T. I. theoriam *GESNERIANAM* fuſius ornat, & ipſam polypi reparationem per animalcula explicat de ſemine aut humoribus animalis inſecti reſorbta, & ex latere polypi erumpentia.

CHRISTIAN GOTTLIEB KRAZENSTEIN von des erzeügunge der vvürmer in menſchlichen korpor, Hall. 1748. 8. vermiculos ſeminales defendit, & ſtatuit propagari.

In diſſertatione *BIANCHI* quæ prodiit in T. III. collectionis opuſculorum *de' Valentuomini* variæ exſtant obſervationes de muſculis genitalium virilium, glandulis, oſtiolis ſeminalibus, ſcroto, &c.

In *SCHLICHTINGII ſiphilide* cum femininis etiam maſcula organa deſcribuntur.

J. JAC. ROHT de fecundatione abſque conſuetudine viri, Argentor. 1748. 4.

JAN MONNIKHOFF ontleed en heelkundige ſaamen ſtelling ... van de byzondere plaatzen ... der ſcheurzels, Amſtelod. 1750. 8. Deſcribit organa inprimis maſcula in quibus herniæ fiunt.

In editione ultima (1748.) Libri cui titulus eſt *obſervations ſur les Maladies de l'Urethre par JAQUES DARAN*, habetur duplex picta penis icon, quarum altera ſinus urethrici & ductuli proſtatici repræſentantur.

Plures, qui de toto generationis ſyſtemate egerunt, inferius ſubjiciam. Ego vero in Progr. *de viis ſeminis*, Gotting. 1745. & nuper in *Phil. Tranſ.* oſtendi veſicularum ſeminalium veram fabricam, quæ inteſtini ſimilis ſit, cui alia cæca inteſtina etiam ramoſa inſerantur. Deinde rete vaſorum ſeminalium teſtis, vaſaque quæ ex teſte exeunt, poſt *GRAAFIUM*, vulgo ignorata, reſtitui & declaravi.

CAPUT XIII.

De Feminarum Organis Genitalibus.

PRimo legatur REGNERUS DE GRAAF (*a*), optimam enim dedit ideam de partibus illis oculo non denudandis.

Sed præterea multa egregia circa ſtructuram vaginæ, uteri, utriuſque oris, tubarum

(*a*) De *GRAAFIO* vide ſuo ordine.

Fuſior multo & difficilior eſt hiſtoria generationis quæ ad mulieres pertinet. Quare omiſſis infinitis eo pertinentibus obſervationibus majora unice ſequemur.

EMPEDOCLES interius fetus involucrum ἄμνιον χόριον vero dixit, quod exterius ponitur, *POLLUCE* teſte.

HIPPOCRATIS pluſculi Libri huc pertinent, vel certe qui *HIPPOCRATI* vulgo tribuuntur. Ita mechaniſmum, quo corpus humanum ſtruatur, deſcripſit in Libro περὶ γονῆς, & in eo περὶ ἀρχῶν καὶ σαρκῶν ingenioſa utrinque hypotheſi uſus, tum περὶ παιδίου ἀνθρώπου, quo

quo Libro a *GALENO* modo veris, modo ſpuriis accenſo, celebre illud ovum humanum deſcribitur, an ſatis verum? cum certe ſeptimo die ea mole eſſe nequeat, & alia iterum theoria generationis proponitur. In Libro II. γυναικείων clitoridem cum columnæ nomine deſcribit. Libri vero *de ſeptimeſtri & octimeſtri* fetu omnino ſpurii ſunt, (etiam a *CL. TRILLERO* repudiati in L. περὶ ἀνατομῆς) & auctoritatem minime merentur, quam apud Juriſconſultos nacti ſunt. In eos exſtant commentarii *JOH. LALAMANTII*, Lugd. 1571. 8. 1588. 8. * *DOUGL.* Ita neque Libri περὶ ἐπικυήσιος genuini ſunt, neque de *ætate*. In Libris 5. de genitura, & natura pueri exſtant *JOH. GORRÆI adnotationes*, Pariſ. 1545. 1564. 4. *DOUGL.** Quæ *DIOCLES* ſcripſit, ea interciderunt. Cotyledones certe in utero ſtatuit in ὑπομνήμασι περὶ ζωογονίας, *SORANO* citante.

Citatos Libros *HIPPOCRATIS* περὶ γονῆς, περὶ ἀρχῶν καὶ σαρκῶν, & περὶ παιδίε ἀνθρώπε ſpuriis certe ob tautologiam aliaſque rationes accenſet *MEIBOMIUS de jurejur. HIPP.* p. 144.

Liber περὶ γονῆς ſeu de genitura cum *NICANDRI* theriacis exſtat cum *GORÆI* operibus omnibus Pariſ. 1622. fol. cum ejus *CL.* viri adnotationibus, deinde a *JOD. WILLICHIO* Reſellano verſus cum notulis, Baſil. 1542. 8.

J. LALAMANTII dicti commentarii in Libros *HIPPOCRATIS de ſeptimeſtri & octimeſtri* fetu novam habent verſionem *LALAMANTII*. Una prodierunt etiam *ſcholia* in Librum *de ſeptimeſtri & octimeſtri fetu*, ex more ſeculi ſcripta, & *GALENI* fragmentum in Libro *de fetu ſeptimeſtri* quod ſpurium videtur.

J. GORRÆI adnotationes in libris de genitura, & natura pueri recuſæ etiam exſtant Pariſ. 1622. fol.

ARISTONIS SAMII de generatione locus non magni momenti exſtat apud *A. GELLIUM*.

ARISTOTELIS Libri *de hiſtoria*, & *partibus Animalium* omnino toti legi merentur. Minime mala hiſtoria incubationis, & ovi bona deſcriptio habentur *hiſt.* VI. c. 3. & L. VII. ſitus fetus humani verus, & perfectionis, quæ ſenſim in partibus fetus apparet, explicatio ut omnino Auctor ſit epigeneſios. Ætatas earumque ſanationem recenſet.

HEROPHILUS tubas etiam habet, quantum ex paucis ejus verbis judicare licet.

RUFUS EPHESIUS tubas uterinas habet, & deſcriptionem partium genitalium Capræ. Clitoridem etiam nominat.

SORANUS EPHESIUS in paucis, quæ de ejus operibus ſuperſunt, utiliter cotyledones in humano fetu nullas eſſe demonſtravit, & uteri bonam deſcriptionem dedit, & clitoridis. Hymenem negavit. Hujus viri Librum περὶ μήτρας καὶ γυναικείου αἰδοίου editum habeo, Pariſ. 1554. 8. Aliqua *LYCUM* de utero ſcripſiſſe ex *SORANO* apparet.

CL. GALENUS duos de ſemine Libros plurima certe cum curioſitate ſcripſit, & alium *de vulvæ diſſectione*. Et his quidem non valde profuit, cum dubiis & obſcuris verbis uteri humani nunquam ſibi viſi, & uteri ruminantis animalis deſcriptionem confundat, auctorque ſit minime laudabilis illius opinionis vulgo receptæ, feminam eſſe marem introverſum (conf. *VESAL.* p. 669. &c.) Ovale tamen foramen ſatis bene in Libro XV. *de partium utilitate* deſcripſit, & arterioſum ductum, in Libro VI. *de placitis HIPP. & PLAT.* experimentum habet de pulſatione arteriarum umbilicalium, quam demonſtrat unice a fetu pendere. Ejus etiam ſunt Libelli *de fetuum formatione: an omnes particulæ animalis quod in utero eſt, fiant ſimul: an animal ſit, quod in utero eſt: de ſeptimeſtri partu*. Seorſim editus per *J. CAJUM*, Baſil. 1557. 8.

Inter muliebrium Auctores *MOSCHION* aliquam anatomen habet, & iconem cum literis, antiquus Auctor, qui Methodicus fuerit.

EROS manifeſtiſſime ſpurius eſt, & Salernitanus procul dubio Medicus, cum mulierum Salernitanarum mores citet.

CONSTANTINUS AFRIC. Libro de *coitu* nihil utile habet.

JULII OBSEQUENTIS Prodigiorum Librum cum *POLYDORO VIRGILIO de prodigiis* L. III. & *J. CAMERARII de oſtentis* L. II. Lugduni 1553. editum huc, ut originem plurimorum monſtrorum, excitare viſum eſt.

Arabes nihil addiderunt, Clitoridis tamen cognitionem conſervarunt (*AVICENNA* inprimis poſt *PAULUM*), quam ipſe ignoravit *VESALIUS*, & ad morbum retulit (*Examen obſ. Fallop.* p. 143.)

ALBERTUS, qui vulgo magnus vocatur, Liber *de ſecretis mulierum*, Auguſt. Vindel. 1489. 4. Antvverp.

barum FALLOPIANARUM, jam habemus apud VESALIUM (a). Tubarum

Nnn etiam

Antvverp. 1538. 8. Amſtelod. 1648. 8. Francof. 1615*l* 8. &c. a *Q. APOLLINARI* verſus anno 1585. 8. Germanice prodiit.

THOMÆ de *GARBO Expoſitio ſuper capitulo de generatione embryonum* 3. *Canon Fen* 28. *AVICENNÆ* Venet. 1602. fol. cum *JAC.* de *FOROLIVIO*, *ſuper eodem* argumento commentario prodiit.

JACOBUS CARPENSIS Hymenem habet, non quidem *GALENO* dictum, ſed tamen non ignotum veteribus, cum ſit negatus ab *ORIBASIO* & *SORANO*: *IDEM* non duas, ſed unam umbilicalem venam eſſe primus monuit.

NICOLAI LEONICENI de virtute formativa, Baſil. 1529. 8. cum aliis opuſculis.

ANTONII MARTINEZ de la complexion de las mugeres, Madrit 1529. 8. *ANT.* *

JASON a *PRATO* cujus Liber Antvverpiæ dicitur an. 1524. editus eſſe, (mihi enim Amſtelodamenſis tantum editio ad manus eſt 1657. 12.) ſcripſit *de uteris* Libros II. & *de pariente & partu*. Merus ex veteribus mythologus, abſque ulla propria fruge.

JOH. de *KETHAM de matrice & impregnatione*, Venet. 1495. fol. 1513. fol. iconem primam uteri tradit.

MICHAEL SCOTUS de hominis procreatione, Pariſ. 1508. 8. *DOUGL.*

JACOBUS SYLVIUS de menſibus Libellum ſcripſit, Baſil. 1556. 8. recuſum cum operibus omnibus. Præter paucas obſervationes feminarum præcocium, &c. vix quidquam habet. Sed in variis diſſectionibus, quæ Venetiis an. 1561. 8. prodierunt partes genitales feminarum, & fetus variorum animalium minime male deſcripſit.

EUCHARIUS RHODION de partu hominis & quæ circa ipſum accidunt, Francof. 1537. 1544. cum ic. * *DOUGL.*

Idem eſt procul dubio *EUCHARII ROESLIN ehſtands arzney buch oder ſchvvangerer frauen Roſengarten*, cujus multæ editiones ſunt, adjectis etiam *BONAICIOLI*, & aliorum ſimilibus libellis. Et idem eſſe ſuſpicor *THOMÆ REYNOLDT the birth of manckind other vviſe the vvomans book*, Londin. 1540. 4. 1545. 4. *AMES*.

NICOLAI de *HAULTEAS de contemplatione naturæ humanæ*, *nempe de formatione fetus in utero*, Lutet. 1555. 8. *DOUGL.* *

LUDOVICI BONACIOLI Liber *de conformatione fetus* anno, mihi non ſatis noto, primum impreſſus, tum Argentorati 1537. 8. Baſileæ 1566. 4. & Leidæ an. 1641. 12. recuſus cum *PINÆO* & cum antiquo nomine *Enneas Muliebris* in *Gynæceis Wolfii* editus. Clitoridem ab eo viro reſtitutam eſſe laudat J. *DOUGLAS* & *DE NEUFVILLE*. Cæterum rhapſodiam fere non magni momenti habet.

J. FERNELIUS ovum humanum deſcripſit Libro VIII. c. 10.

JOH. DRYANDER ſinus mucoſos ſive foramina duo in extrema parte vulvæ habet.

N. MASSA monſtri dedit deſcriptionem.

C. STEPHANUS Clitoridem habet, & uteri ſpongioſos & anfractuoſos ſinus, & Libro III. c. 7. quibuſdam lineis valvulas vicinas urethræ expreſſiſſe videtur. Idem poſt *ORIBASIUM*, & poſt eum Galli omnes, hymenem negaverunt adeſſe. Secuti enim ſunt eum *PAREUS*, *LUD. VASSÆUS*, *PINÆUS*, *MAURICEAU*, *DEVAUX* (*de l' art de faire les raports*) *DIONIS*, *LAMOTTE*, aliique,

FRANCISCI NICONISII de fetu nato ex uxore marito abſente per ſexennium; Cracoviæ 1541. 8. *

(a) *A. VESALIUS* hic minus profuit, quam alibi, cum enim gravidam feminam nunquam ſecuiſſet, quo tempore magnum opus edidit (*examen obſ. Fall.* p. 154. & *de rad. Chin.* p. 207.) figuras eo & ad fetum pertinentes ex brutis animalibus ſumpſit. Uterum etiam humanum ita pinxit, ut & ipſa cavitas male appareat, & ovaria tubaſque, ni fallor, ex brutis admiſceat. Eo deterior vero is error fuit, quod in omnes fere recentiorum Libros tranſiverit, ut qui *VESALIUM* univerſi exſcripſerint. Hymenem tamen per plura experimenta reſtituit (*de ead. Chin.* p. 204. 205. 206.) Ova humana vidit, Foramen ovale ſatis bene deſcripſit, non item arterioſum ductum.

MAT-

etiam uteri deſcriptio apud FALLOPIUM (a) extat in *Obſervationibus anatomicis*. Hiſce

MATTHIÆ CORNACIS hiſtoria quinquennis fere geſtationis in utero, &c. Vienn. 1550. 4.
MATTH. CORNACIS l. c. exſtat etiam Baſil. 1464. 8.

JACOB. RUEFF von der empfängnuſs der menſchen, Tigur. 1554. 4. * *de conceptu & generatione hominis*, Tigur. 1554. 4. & Francof. 1580. 4. (*LEHM.*) 1587. 4. Parum utilis Auctor, figuras habet ſituum morboſorum, & monſtra aliqua. Ridiculum eſt, quod *LA FAYE* & *GARENGEOT* de eo laudant, circulationem nempe ipſi notam fuiſſe, qui nihil ſuper ſortem ævi ſui vel voluerit ſapere. Monet *SCIPIO MERCURIALIS* compilaſſe *EUCHARIUM RHODIONEM*.

J. RUEFF de conceptu & gener. hominis recuſus eſt Tiguri 1569. 8. teſte *PASCHALI*.

ALBERTI NOVOCAMPIANI Diſſ. *utrum cor an jecur in formatione fetus conſiſtat prius*, Cracoviæ 1551. 8. * *DOUGL.*

J. PHIL. INGRASSIA trattato di due moſtri nati in Palermo in diverſi tempi con un ragionamento fatto ſopra l'infermità epidemica dell' anno 1558. Palermo 1560. 4. * *MONGIT.*

MATTHIÆ CURTII de partu ſeptimeſtri Liber exſtat cum opuſculis *de doſibus medicamentorum*, Venet. 1562. 8.

(a) Longe felicior *FALLOPIUS* tubas apud *GALENUM* varie confuſas cum binis uteri brutorum animalium cornubus, primus ſollicite reſtituit, clitoridem cum muſculo ſuo, glandeque & præputio hymenem. In viis ſanguinis fetui propriis erravit.

FORTUNII AFFAITAT Librum *de hermaphroditis*, Venet. 1549. quo hermaphroditos dari, in utroque ſexu fecundos, non bene adfirmatur, nondum vidi.

ANTONIO MARIA VENUSTI diſcorſo generale interno alla generazione al naſcimento degli uomini, Venez. 1562. 8. Theoretice & fere theologice ſcripſit.

Verum ſuper omnes eminet induſtria *B. EUSTACHII*, quantum ex duabus Tabulis XIV. & XV. colligimus. Muſculos clitoridis, ſphincterem vaginæ, hymenem, vaſa uteri, eaque artificioſiſſime, vaſa communicantia ligamenti teretis, tubas, uteri humani figuram, triangularem caveam, ſinus cervicis, ſinus vaginæ, Amnion chorionque, ovum caninum & vitulinum cum involucris veriſſime depinxit. Allantoidem in homine non reperiri monuit.

A. PAREUS in Libro *de hominis generatione* & in *adminiſtrations anatomiques* aliqua habet, quæ huc pertinent. In adminiſtrationibus de membranarum numero allantoidem delet.

A. PAREI liber citatus Gallice prodiit cum titulo *deux livres de chirurgie*: 1. *de la génération de l'homme & maniére d'extraire les enfans*; 2. *des monſtres tant terreſtres que marins*, Pariſ. 1573. 8. Habet anatomen practicam genitalium ferusque, monſtra vero collectitia, fere, cum adjectis animalibus rarioribus. In collectione operum efficit libros XXIII. & XXIV. & plura adhuc capita habet de herniis, articulorum vulneribus, &c. quæ in ea collectione alibi ſuo loco reperiuntur.

R. COLUMBUS monſtra rarofque partus deſcripſit.

G. CUNEUS apud *CARDANUM Variet.* Libro III. c. 77. primus diligenter fetum bicorporeum deſcripſit.

C. GEMMA monſtra aliqua & ova humana habet in L. *de naturæ divinæ characteriſmis*.

THOMAS TYGEON Antimaologiam, quo demonſtratur obſtetricibus non eſſe fidendum de virginitate & defloratione mulieris adulteræ teſtimonium ferentibus, Londini 1574. 8. *DOUGL.* *

J. BAPT. CARCANI Libri II. in quorum altero *de cordis vaſorum in fetu unione pertractatur*, Ticini 1574. 8. recte corrigit & *FALLOPIUM*, qui foramen ovale omiſerat, & *ARANTIUM* qui canalem fecerat, & *VESALIUM*, qui ductum arterioſum in foramen mutaverat. Valvulas Azygæ negat. Deſcribit ſatis bene utramque anaſtomoſin; ſed directionem ſanguinis per ductum arterioſum moti invertit. Valvulam eidem non bene adfinxit.

LACTANTII EUGENII de maris & feminæ generatione 1568. 8. *

VOLCHERUS COITER habet experimenta cum ovis incubatis. Corpora lutea primus deſcripſit.

ULYSSIS ALDROVANDI Ornithologia, Bonon. 1599. 1605. in Libro XIV. ovi incubati obſervationes, & ſatis bonam deſcriptionem Partium genitalium Gallinæ ab *ULMO* diſſectarum habet, cum multis iconibus.

DOMINICI TECELLII de generatione & partu hominis Libri II. Lugdun. 1578. 8. *

CLAU-

CLAUDII GUARDINI de partu 271. *dierum*, Ancon. 1573. 4. *MERCL.* *

PETRI de *PERAMATO de ſemine, generatione, ſpiritibus, conceptu in partum*, S. Lucar de Barramede 1576. 1590. 1596. fol. *DOGL.* * Partum quarto menſe vitalem editum vidit, aut certe deſcripſit.

J. B. CANNANUS apud *AMATUM Cent.* I. *cur.* 27. monuit etiam in gemellis unam uteri caveam eſſe, leviter in dextram & ſiniſtram diviſam.

RENATI BRETONNAYAU de generatione hominis tractatus variis & multis obſervationibus refertus, Pariſ. 1583. 4. *

ALBERTINI BOTTONI de morbis muliebribus, Patav. 1585. 4. Libri II. Venet. 1588. 4. *DOUGLAS* & in *Gynæciis*.

ANDREÆ HELLEPYRI de hominis conceptu, Ingolſtad. 1582. 4. *

F. ROUSSET de partu cæſareo ſive *HYSTEROTOMOTOKIA*, Baſil. 1588. 8. & 1591. 8. Opus eximium, non chirurgica ſola, ſed & anatomen peritonæi & partium genitalium & virilium & muliebrium, tum plurimos morbos organorum habet. Acceſſit editioni Baſilienſi *JOH. ALBOSII* Senis 1582. 8. excuſum opuſculum cum titulo *Lithopædii Senonenſis in utero materno petrefacti* & *PROVANCHERII de lithopædio Senonenſi annis* 28. *geſtato* exiguus Libellus. Hi duo, Amſtel. 1622. 12. recuſi ſunt ſub nomine *Lithopædii Senonenſis*. Edit. *ROUSSETI* prima eſt Pariſ. 1581. (*DOUGL.*), alia 1590. 8. auctior. Exſtat etiam cum Gynæciis *WOLFII*.

EJUDEM ROUSSETI exſtat *exercitatio medica aſſertionis novæ veri uſus anaſtomoſeon cardiacarum fetus ex utero materno ſanguinem trahentium in ſuos pulmones cordi præpoſitos*, Pariſ. 1603. 8. *

ALBERICI GENTILIS Liber *de naſcendi tempore*, VVittemb. 1586. 8. *a*

PETRI UFFENBACH de generatione & interitu, Argentor. 1591. 4. *

JULIUS CÆSAR ARANTIUS de formato fetu, Venet. 1571. 4. Baſil. 1579. 8. & Venet. 1587. 4. & cum *Obſervationibus anatomicis*, Venet. 1595. 4. Foramen in obſervationibus ovale deſcribit, emendatius in hac poſteriori editione quam in priori. Monuit priores anatomicos brutorum animalium uteros depinxiſſe: Sphincterem vaginæ deſcripſit, mucumque ventriculi, & placentæ membranam obverſam utero. Primus anaſtomoſes vaſorum uteri cum fetus arteriis negavit.

In *MAUR. CORDÆI Commentariis* ad L. I. *muliebrium Hipp.* qui exſtant cum Gynæciis variæ bonæ obſervationes anatomico-practicæ continentur. Negat diſceſſum oſſium pubis in partu, & diverſitatem ſceleti feminini.

C. VAROLIUS clitorides fere majores eſſe, quas pro hermaphroditis habeant, monuit. Quid ejus radices dorſales ſint, quibus in principiis fetus alatur, id quidem non video.

SEVERINUS PINNÆUS (*PINEAU*) *de notis integritatis & corruptionis virginum & de partu naturali*. Pariſ. 1597. 8. Francof. 1599. 8. Leid. 1641. 12. &c. in qua editione quinque adjectæ ſunt figuræ partium genitalium, quæ in Pariſina non reperiuntur, tum Francofurti & Lipſ. 1650, 12. Mala continet miſta bonis, etſi eruditi certe Chirurgi opus. Fetus humanos varios, niſi fallor, non bene depinxit. Hymenem male exterminavit, & caruncula s ipſi ſubſtituit, veſtibulum tamen pudendi, & valvulas (partes a nymphis diverſas). Oſſa pubis in partu paulum diſcedere contra *MAURICIUM CORDÆUM* confirmavit. Obſervationes etiam varias adſperſit. In lithotomia excelluit.

SEVER. PINÆI l. c. recuſus exſtat Amſtelod. 1663. 12. Germanice etiam prodiit Erfurt. 1724. 8.

MARTIN. WEINRICH de monſtrorum ortu Comment. Breslav. 1595. 8

DAVID KYNALOCH de hominis procreatione carmen. Pariſ. 1596. 4. Amſtel. 1637. 12. *

DUNCANI LIDDEL de generatione hominis. Helmſt. 1597. 4.

HORATII AUGENII quod homini non ſit certum naſcendi tempus: adjectum eſt Embryon petrefactum Senonenſe. Venet. 1595. 8. *MERCL.* *

ANDREÆ LIBAVII de vagitu expreſſo fetus in utero. Norimb. 1597. 4.

In *HIER. CAPIVACII* operibus etiam Liber eſt *de virginitatis tam maſculæ quam femellæ notis*, & alter *de fetus formatione*.

H. CAPIVACCII Libri *de fetus formatione* anonymam editionem Patavinam fol. poſſideo. Sed opuſculum inutile eſt.

A. LAURENTIUS imaginarium canalem deſcripſit ab ovario in cervicem euntem, diverſum ab illo Veterum.

Hiſce addatur tractatus SWAMMERDAMII (*a*), Clariſſimo TULPIO dicatus, & inſcriptus *Miraculum naturæ*. Tum HIERONYMUS FABRICIUS *ab Aquapendente*, in Tractatu *de pullo incubato* (*b*), egregia enim, quæ eo ſpectant, habet, & plura ibi invenientur, quam a tam antiquo Auctore facile ſperares.

Hiſce

BALDUINI RONSÆI de humanæ vitæ primordiis & affectibus hyſtericis Cento. Leid. 1594.

BALDUINI RONSÆI citati libri exſtat etiam editio Leid. 1618. 8. Cæterum addimus, aliqua eum habere de partu, de ſemine, partibus generationis & monſtris.

J. COSTÆI de humani conceptus, formationis, motus & partus tempore. Bonon. 1596. 4. Papiæ 1604. 4. (*MERCL.*)

TAB. HIPPIUS de corporis humani ex ſemine ortu. Lipſ. 1597. *

JOH. LALAMANTII de mora partus in utero. Lugdun. 1599. 4.

Cæterum *gynæciorum* collectiones equidem non ſunt penitus hujus loci, quarum prima Baſil. 1586. 4. prodiit: alteram *ISRAEL SPACHIUS* edidit, Argentor. 1595. fol. Multa tamen ibi reperiuntur.

CHRISTOPHORI GUARINONII de generatione viventium Liber Francof. 1601.

M. ANTONII ULMI uterus muliebris. Bonon. 1601. 4. Anatomicæ peritiæ aliquod veſtigium dedit in anatome uteri gallinacei, quæ exſtat apud *ALDROVANDUM*. Hic vero nihil habet fere, niſi irritamenta libidinis, & arbitraria temperamenta uteri eorumque ſpurciſſima ſigna, cum nonnullis eo pertinentibus. Hymenem negat.

SYLVII LAMCEANI de molæ generatione, fetus formatione. Rom. 1602. 8. *

MERCURIALIS de hominis generatione. Venet. 1597. fol. Francof. 1602. fol. Placita veterum abſque propria obſervatione.

EJUSDEM monſtrorum hiſtoria poſthuma. Bonon. 1642. fol. Nauſeoſa compilatio, cum paucis propriis deſcriptionibus tripedum & quadrupedum pullorum. Monſtra vegetabilia etiam continet.

FRID. BONAVENTURÆ de partus octimeſtris natura adverſus vulgarem opinionem, Francof. 1601. fol.

J. JESSEEII a *JESSEN de generationis humanæ periodis*. VVittemb. 1602. 4. diſp.

JOH. RIOLANI Lib. *de monſtro Lutetiæ nato* Pariſ. 1601. 8. Anatome mediocris, Auctor credulus.

JOH. RIOLANI filii eſſe Librum *de monſtro Lutetiæ nato*, non patris, ut alii voluerunt, conſtat ex privilegio.

EJUSD. Liber *de fetu* inter magna Opera exſtat, quo diſſectio feminæ gravidæ & alia utilia continentur. Idem in *Anthropographia* libero ſermone & pruriginoſo perſequitur hiſtoriam genitalium muliebrium. Clitoridis muſculos & ligamentum ſuſpenſorium ſibi tribuit: urachum humanum cæcum eſſe monet: oſſa pubis hiare confirmat experimento ſuo: hymenem contra malam deſcriptionem *PINÆI* reſtituit, fetum in ovario vidit.

EJUSDEM Diſcours ſur les Hermaphrodites. Pariſ. 1614. 8. citatur in *B. THUANÆA*, cujus nullum veſtigium alibi reperi.

RODERICI a *CASTRO de univerſa mulierum medicina* P. I. continet theoriam, anatomen nempe, ex aliis ſumtam, & phyſiologiam partium genitalium utriuſque ſexus, graviditatis, partus, ejuſque octimeſtri & alio tempore monſtris & androgynis. Hamburgi prodiit 1603. fol.

(*a*) Vide ſuo ordine.

(*b*) *HIERONYMI FABRICII* ab *AQUAPENDENTE* Liber *de formato fetu & de formatione ovi atque atque pulli*. Patav. 1625. fol. Patav. 1604. fol. *DOUGL.* * Incubationem obſervavit in gallinæ Indicæ ovis, teſte ipſo *PEIRESCIO*, & una obſervante (*Vit. Peireſc.* p. m. 50.) Ovarium, infundibulum, ova, petiolos, mutationes fetus in ovo deſcribit. Deinde per varia animalia fetus & involucrorum conditionem plurimis tabulis exprimit. Vaſa omphalo meſenterica in fele & cane invenit, præcipuus in his Auctor.

In *JULII CASSERII* iconibus habentur etiam valvulæ & media eminentia cervicis uteri, tum vaginæ uteri.

J. GEORG.

J. GEORG. SCHENK monſtrorum hiſtoria memorabilis monſtroſa humanarum partium miracula referens, cui acceſſit analogum argumentum de monſtris brutis. Franc. 2609. 4.

J. G. SCHENK l. c. Germanice prodiit cum titulo *vvunderbuch von miſgeburten*, Franc. 1610. 4. ſatis utilis eſt collectio, neque enim ſola habet plurimorum ſcriptorum collectanea, ſed etiam ſua propria bene multa non abſque diſſectionibus.

MELCHIORIS SEBIZ exercitat. med. & anat. reliquaque ſcripta, quæ Argentor. recuſa eſſe diximus, edita ſunt primum Argentor. 1629. 4.

FELICIS PLATERI quæſtiones phyſiologicæ de partium in utero conformatione exſtant cum *SEVERINI PINÆI* Opuſculo. Leidæ 1641. 12. & continent obſervationes aliquas de ovis humanis, tribus bullis, embryonis incrementis.

JOH. HUEBER de ſterilitate utriuſque ſexus. Genev. 1610. 8. *DOUGL.* *

LUD. SEPTALII Liber *de nævis.* Mediol. 1606. 8. Patav. 1628. 8. 1651. 8. *&c.*

SIGISMUNDI SCHILLING de procreatione hominis. Lipſ. 1710. 4. *

MELCHIORIS SEBIZ in L. *de notis virginitatis*, cujus veram editionem ignoro, docte ſcribit, & *HOR. AUGENIUM*, qui hymenem negat, egregie refellit, additis etiam tribus propriis obſervationibus. Exſtat recuſus cum *PINÆO*, Leid. 1641. 12. *EJUS* etiam *exercitationes Medicæ & anatomicæ; Diſſ. de diſcrimine corporis virilis & muliebris: de notis virginitatis: & de femina quæ ventrem ſupra modum tumidum plus quam decennio geſtavit.* Argentor. 1672. 4. recuſæ ſunt. *

RUDOLPHI (le *MAITRE*) *MAGISTRI doctrina Hipp. in qua de limitibus partus humani*, &c. Pariſ. 1613. 12. *

GUIL. FABRICII HILDANI de monſtro Lauſannæ equeſtrium exciſo, Oppenheim 1614. 8. *

In ejus *poſthumis ſchedis*, quas Bernæ in Bibliotheca vidi, multum iconum monſtroſarum reperi,

HECTORIS SCLANOVII de vaſis umbilicalibus diaſcepſis, & tractatus de partu Gabsheimenſe, Franc. 1614. 8. Urachum etiam ligamentum eſſe, neque veram homini ineſſe Allantoidem recte monet. Monſtri bicorporei deſcriptionem dat.

ÆGIDII ROMANI de formatione corporis in utero. Pariſ. 1615. 4. Venet. 1623. 4. * *DOUGL.*

JOH. SISINII AMABILIS de natura fetus diſputatio. Rom. 1615. 8. * *DOUGL.*

JOH. STEINMEZ oratio utrum femina in ſexum maſculi mutari poſſit, Jen. 1615. 4.

FORTUNII LICETI de monſtrorum natura. Patav. 1616. 4. & cum iconibus 1634. 4. recuſus a *G. BLASIO*, Amſtel. 1665. 4. Monſtra ex theoria in claſſes diſtribuit, exempla omnium collegit ex *PAREO* aliiſque, abſque anatome, proprii vix quidquam addidit. *BLASIUS* Librum ex *TULPIO*, *EVERARDO*, & *BARTHOLINO* auxit, unam etiam monſtri hiſtoriam de ſuo addidit.

EJ. LICETI de ſpontaneo viventium ortu, Vicetiæ 1618. fol. Inutilis. *EJUSDEM de perfecta conſtitutione hominis in utero.* Patav. 1616. 4. eſt *ARISTOTELIS* quædam cum *GALENO* combinatio, ut ex ſemine de toto deciduo maris & feminæ, exque ſanguine menſtruo conjunctis formaretur fetus.

GREG. HORST de cauſa ſimilitudinis parentum. Gieſſ. 1628. 4. Orationes ſunt, hinc mere rhetoricæ. *IDEM* in *Epiſtolarum* cum *obſervationibus* editarum L. IV. valde titubanter de hymene ſcripſit. *J. D. HORSTII* Progr. ad *anat. Canis gravidæ.* Gieg. 1639. 4. habet iconem fetuum in cornu uterino jacentium.

VALENTINI RYLAND de procreatione hominis & procreantis matris purgatione. Diſp. Baſil. 1618. 4. * In *B. RIV.* lego annum 1608.

SCIPIONIS MERCURII Commare o raccoglitrice, Milan. 1618. 4. Veron. 1652. 4. &c. Liber dudum ſcriptus eſt, & Auctor anno 1568. *ARANTII* diſcipulus fuit. Anatome brevis eſt, cum nonnullis figuris, quæſtionum abunde. Urachum ligamentum eſſe, allantoidem nullam docet, *&c.*

FRANCISCI PLAZONI de partibus genitalibus mulierum Libri II. Patav. 1621. 4. Leid. 1644. Lacunas obiter deſcripſit, & aliquas vaſorum ſpermaticorum varietates, cæterum veteres eſt ſecutus.

THOMÆ FIENI de formatione fetus Liber I. Antvverp. 1680. 8. Liber II. Lovan. 1624. 8.

& *pro*

& *pro ſua de animatione fetus opinione apologia*, Lovan. 1620. 8. *DOUGL.* Contra *PETRUM SANTACRUZ* defendit ſententiam ſuam de animatione fetus, quam ait tertio die contingere.

EJUSDEM de viribus imaginationis Liber Leidæ 1635. 16. Ibi limitari conatus eſt effectus imaginationis maternæ in fetum, & nimis fabuloſa rejicere, & recte fatetur, multa imaginationi tribui, quibus nihil cum ea commune ſit.

TH. FIENI dictus *de viribus imaginationis* liber Londini recuſus eſt 1657. 12.

MUNDINI MUNDINII Diſputatio, in qua ea, quæ de ſemine ſunt controverſa, diſcutiuntur, Tarviſ. 1609. 4. *DOUGL. EJUSDEM de genitura pro Galenicis adverſus Peripateticos Diſputatio pro animatione ſeminis*, Venet. 1622. 4. *EJ. Additamentum ad diſputationem de generatione contra ÆMILIUM PARISANUM*, Venet. 1626. 4. (*DOUGL.* non bene 1625.) Refutat inprimis vulgarem opinionem; quod ſemen de omnibus partibus corporis decidat.

FRANCISCI SPINÆI de hominis procreatione. Maceratæ 1622. 4. *DOUGL.* *

THOMÆ REINESII de vaſis umbilicalium eorumque miſtione. Lipſ. 1624. 4. *

A. SPIGELII de formato fetu Liber Venet. 1626. fol. Francof. 1631. 4. Icones habet ſpecioſas partium muliebrium, ſceleti, placentæ. Hymenem defendit.

EJ. de incerto tempore partus. Patav. 1618. & cum *PLAZZONI* editione Batava, breviſſimum Opuſculum.

J. CONR. RHUMEL partus humanus, five *de partus humani natura, temporibus & cauſis*. Amberg. 1624. 8. *

JOH. FABRI in ſuis *adnotationibus ad alia animalia RECCHI* quæ cum hiſtoria Mexicana prodierunt. Habet egregiam diſſectionem monſtri vitulini, obſervationes factas in fetubus cæſareo partu editis: deſcriptionem vitellarii & organorum generationis in Gallina.

JOH. ELERI Liber *de partu*. Luneburg, 1626. 4. *

ANDREÆ EMMEN beſchreibung zvveyer vvundergeburten, Lipſ. 1627. 4. Partus uterque biceps eſt, quorum alter ad thoraces, alter ad umbilicum connatus erat. Anatome minime mala.

VINCENTII ALSARII a CRUCE Diſp. generalis ad hiſtoriam fetus nonimeſtris &c. Rom. 1627. 4.

VICTOR CARDELINI de origine fetus Libri II. Vincentiæ 1628. 4.

HENRICI HOPFNER de ſignis virginitatis. Ulm. 1628. 4. inter epiſtolas Horſtianas.

Inter Libros *GUILLEMÆI* conjunctim editos reperitur etiam Liber *de generatione*, collectus ex veteribus, in quo præter alia, ex ſuis quingentis obſervationibus, oſſa pubis in partu laxari defendit.

GREGOR. NYMMAN de vita fetus in utero. VVittemberg. 1627. 4. Fetum ſibi vivere defendit, & cauſam motus cordis in ipſo fetus corde eſſe, etiam experimento adducto. Reſpirare fetum credit. Recuſus eſt cum *PLAZZONI* jam citata editione.

C. HOFMAN de generatione hominis, Franc. 1629. fol. Pro *ARISTOTELE* in *GALENUM*, doctior quam utilis. *EJ. de generatione hominis* Diſp. prodiit. Altdorf. 1625. 4.

C. BAUHINI de hermaphroditorum monſtroſorumque partuum natura Libri II. Francof. 1629. 8. Ingens collectio cum paucis propriis experimentis.

N. HABICOT bonas aliquas de foramine ovali obſervationes habet, fero claudi, celeriter vero arterioſum ductum, *&c.*

ALPHONSI de *CARANZA de partu naturali & legitimo*. Madrit. 1626. Genev. 1630. 4. acceſſit *ANNIBALIS FABROTTI de tempore humani partus & numero puerperii* liber. Aquis Sextiis editus 1629. 4. Juriſconſultus utique doctus in ſuis, in noſtris aliorum ſtat judicio. Partus annuos recte excludit, Leges tuetur.

DANIELIS WINKLER animadverſiones in NYMMANNUM, Lipſ. 1630. 4. Vitam fetus a matre eſſe, ratiociniis potius, quam experimentis demonſtrat.

ÆMILII PARISANI Libri *de genitalium ſemine* II. *de ſimilitudine ad parentes* Liber, *de primis fetus materiebus, de procreationis modo ac ordine* Liber *EJ. par & ſanius judicium de ſeminis a toto corpore caſu* contra *MUNDINUM*, Venet. 1623. fol. *EJ. de ſeminis a toto proventu Lapis Lydius*. Venet. 1635. fol. & alius *Lapis Lydius de ſeminis a toto proventu*, Venet. 1638. fol. Omnes bono fructu perinde caſſi.

VINCENTIUS ROBINUS an. 1632. 4. Divione edidit *ſynopſin rationum* T. *FIENI* & *adver-*

Hiſce ritè perlectis legatur GUILIELMUS HARVEIUS (a), in illo nulli umquam

verſariorum, *de animatione fetus tertia die facta*, & *FIENUM* defendit (*NICERON*).

J. SPERLING de monſtris. VVittemb. 1635. 4.

MATTH. ANDR. LAURENTII σκέψις *monſtrorum*. Lipſ. 1639. 4.

MICH. RUPERTUS BESLER admiranda fabrica muliebrium partium generationis & fetus delineatio, Norimb. 1640. 4. Ampliſſimæ tabulæ ſunt, quarum quæ de fetus viis propriis, valde ad *FABRICIANAS* accedunt. Icones pleræque rudes. Veſicam fetui majorem, urachum ſolidum, uterum gravidum duarum unciarum craſſitie, ova muliebria bene pinxit.

HENNINGI ARNISÆI de tempore partus Liber. Franc. 1641. 12. More veterum ſcripſit, veram tamen ſententiam defendit, partumque ad finem noni & initium decimi menſis definivit. Aliquas etiam obſervationes adfert, & ipſe urachum veſicæ ligamentum facit.

LOUISE BOURGEOIS obſervation ſur la ſtérilité, perte des fruits, &c. Libri I. II. III. Pariſ. 1642. 8. quæ editio altera eſt. Multa utilia apud eam feminam inveni, deſcriptiones variorum ovorum humanorum, & alia.

J. BENEDICTI SINIBALDI Geneanthropia, ſive *de generatione hominis Pentateuchos*, Romæ 1642. fol. Franc. 1669. 4. Anatome nulla, hiſtoriæ aliquæ practicæ, neque ipſæ forte ſatis certæ, multum fabularum, & inutilis obſcœnitatis.

GEO. BOUDEWYN, Eſtne decimeſtris partus perfectiſſimus; Lutet. 1642. 4.

ECCARI LEICHNER Diſp. *de generatione*. Erfurt. 1643. 4. & *Exercitationes Antiperipateticæ* XX. *de generatione*, ſive *propagativa animalium, plantarum & mineralium multiplicatione*, ibid. 1649. 4. *B. RIV.*

RUPERTI BESLER obſervatio anat. med. trigeminorum, Norimb. 1644. 4. Placenta unica fuerat. Cordis vaſa in fetu uſu eſſe promiſcuo docet.

In *J. VESLINGII ſyntagmate* fetus bonæ ſatis icones exſtant.

DOMINICUS PANAROLUS hymenem bene deſcripſit & pinxit in *quinto Jatrologiſmo*.

In *PAULO ZACCHIA* plurima ad partum, virginitatem, aliaſque de partibus genitalibus quæſtiones exſtant: tum in aliis Medicinæ forenſis Auctoribus.

MAURITIUS HOFMANN de generatione & uſu partium eidem inſervientium. Altdorf. 1661. 4.

NICOLAI le *MAIGRE Monſtri* an. 1649. *in lucem editi hiſtoria*. Pariſ. 1650. 8. *

CAROLI LUSSAULA functionum fetus officialium aſſertio cum exercitatione adverſus *PHILIPPUM* le *HOUST* Niort. 1651. 8. Una prodiit *PHILIPPI* le *HOUST exercitatio contraria adſertioni CAROLI LUSSAULÆ de functionibus fetus officialibus*. Niort. *

NATHANAEL HIGHMOR hiſtory of the generation examining the opinions of different authors, chiefley of K. Digby, and a deſcription of generation in plants and animals. Lond. 1651. 12.

ANTON. DEUSING Diſſ. duæ, altera de lacte & nutrimento fetus in utero. Groning. 1651. & 1655. 12. *Anatome parvorum naturalium*. ibid. 1651. 4. Idem in *Inſtitutionibus anatomicis* vaſa lactea uteri ex cane deſcripſit. *EJUSD. geneſis microcoſmi* prodiit 1653. ib. 1665. 12. in qua editione acceſſerunt *curæ ſecundæ de generatione & nutritione*, quibus *COURVEUM* refutat, & pro nutritione fetus per os pugnat. *EJUSD. DEUSING.* Liber *de fetu Muſſipontano*, Groning. 1661. 12. *EJUS. fetus Muſſipontani ſecundinæ*, Groning. 1662. 12. Et *vindiciæ fetus extra uterum geniti*, Groning. 1662. 12. Contra perſonatum *BERNARDUM a DOMA* Bartholini diſcipulum acriter invehitur.

BALDUS BALDUS in ovis quadrupedibus ova depinxit.

In *PECQUETI* editione poſteriori exſtat hiſtoria hominis, cui viſcera inverſa fuerunt, ut dextra eſſent, quæ ſiniſtra eſſe ſolent, & viciſſim. *MENTELLI* opus *CL. AUZOUT* ibidem vaſa omphalomeſenterica deſcripſit.

JOSEPHI MANCUSI de partu dierum 238. *quod non ſit legitimus, ſed octimeſtris, minimeque vitalis*, Panorm. 1651. 4.

(*a*) *GUIL. HARVEI Exercitationes de generatione animalium, de partu, de membranis ac humoribus uteri, de conceptione*, Lond. 1651. 4. Amſtelodami eod. anno 12. &c. Anglice Londin. 1652. 8. Leidæ cum *ALBINI* præfatione recuſæ ſunt 1737. 4. Has ſolas ſchedas ſeneſcenti amico extorſit flagitationibus ſuis *G. ENTIUS*, digniſſimas, quæ conſervarentur. Habet gallinæ organa genitalia, mutationem partium ſucceſſivam in ovo incubato, per ſingulos dies: anthro-

quam comparando Tractatu *de Generatione Animalium*. Si CAROLUS I. diutius vixiſſet (*a*), & Anatomico ſuo HARVEJO ſumtus ſuppeditaſſet, ut quidem inceperat, ab eo viro optima quæque habuiſſemus. Sed etiam nunc conſtat, melius opus non exſtare, quam ſunt egregii duo Tractatus HARVEII. Verum fatali bello civili omnia reliqua conbuſta & perdita fuerunt (*b*). HARVEII Libello nemo carere poteſt, qui præcedentes Auctores pertractavit.

Poſt

anthropogoniam egregiam, diſſectionem Damarum aliquot (ex qua in errorem incidit, ſemen in uterum non recipi) perpulchra multa de partu, de vi propria uteri, *&c.* Urachum recte negat pervium eſſe. Epigeneſin ſtatuit, ubique fere, paucis exceptis, verus, ingenuus, & ſolers. Ova non aliter intellexit, niſi membranam liquore plenam.

Injuſtum autem eſt nimiumque judicium *BUFFONII*, quando *HARVEIUM* ait vix habere quidquam, niſi ex *ARISTOTELE*, *Hiſtoire naturelle* II. p. 79.

(*a*) Nihil omnino a Rege habuit, niſi duodecim Damas l. c. p. 228.

(*b*) Adverſaria ſua periiſſe & multa ex anatome inſectorum ipſe queritur *Exerc.* 67.

HIER. KORNMANN de virginitate, virginum ſtatu, & jure. Hagæ 1654. 12. * Norimb. 1679. 12.

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS Liber *de natura muliebri*. Han. 1654. 4. Franc. 1668. 4.

JOH. CLAUDII de *LA COURVEE paradoxa de generatione fetus*. Dantiſc. 1655. 4. *HARVEII* experimentis uſus nihil fere addidit, niſi ratiocinia. Docuit aquam chorii, & aquam amnii, diſtinctas eſſe, & utramque alere, hanc primam, denique & illam a fetu per os ſugi, nihil ſubire per umbilicum, niſi aliquid aëris a matre, *&c.*

WHARTONUS de amnio, ovariis, placenta, *&c.* varia habet.

REN. DESCARTES de homine & de formatione fetus. Editio mea eſt cum notis *LUDOVICI* de la *FORGE*. Amſtel. 1677. 4. alia Leid. 1672. 4. alia Gallica, Amſtel. 1680. 4. Explicat mechanice, quomodo potuerit machina humanæ ſimilis oriri ex ſemine utriuſque parentis effervescente, ſibique inducente cuticulas ſecundum leges mechanices. Pertinaciter tuetur contra *HARVEIUM* erroneam theoriam de cordis motu.

LAURENTII VELTHUSII de Liene & generatione, Ultraject. 1657. 12. Excerpit *HARVEII* experimenta, & neſcio quas, nobis inutiles, addit ratiocinationes.

LUD. de *BILS beſchryving van een vvanſchepzel*, Middelburgi 1659. 4. & Latine Roterodami 1661. 4. Paradoxum monſtrum, ſi ſatis verum, cum pene in faciem translato, *&c.*

MARTIN SCHOOK de ſignatura fetus. Groning. 1659. 12. Compilatio nævorum abſque experimento proprio.

JOH. ZWINGER de monſtris eorumque cauſis & differentiis. Baſil. 1660. 4. *

J. ZWINGER & *CÆSO GRAMM de monſtris* Baſil. 1660. 4.

GEORGII SEGER de Hippocratis orthodoxia in doctrina de nutritione fetus humani. Accedunt Diſſertationes duæ: Una de Democriti heterodoxia in doctrina de nutritione fetus in utero; altera de cotyledonibus. Baſil. 1660. 4. Theoria complicata eſt. Nutriri fetum per umbilicum ſanguine materno; & lacte materno pariter per umbilicum, & liquore amnii, qui a vaſis quibuſdam lactiferis placentæ oriatur.

HONORATI MARIÆ LAUTHIER Prodigium, fetum nempe humanum extra locum conceptum, lapideum, &c. Aix. 1660. 4. De Muſſipontano fetu agit, & in collectione *STRAUSSIANA* reperitur.

JOH. SPERLING de formatione fetus in utero, VVittemb. 1661. 8. Inutilis.

HENRICI EYSSON Diſſ. *de fetu lapidefacto per 20. annos retento*. Groning. 1661. 12. *

STEPHANI WILLET de oſtento Dolano, Dolæ 1661. 4. * MERCL.

ANTONII EVERARDI novus exortus hominis & animalium. Medioburgi 1661. 12. & cum falſo titulo *Coſmopolitæ hiſtoria naturalis*, Leid. 1688. 12. Habet de generatione Cuniculi minime mala & propria experimenta, pro ſucceſſiva formatione fetus, etſi lactea vaſa uteri non optime admittat. *EJUSD. lux ex tenebris affulſa ex viſcerum monſtroſi partus enucleatione*. Medioburgi 1661. 12.

In

In *JOH.* van *HORNE* microcoſmo fetus monſtroſi deſcriptio habetur: & alia in *SCULTETI* armamentario, alia in *C. V. SCHNEIDERI* Lib. de Corde.

C. DRELINCOURT de partu octimeſtri vivaci, Pariſiis 1662. 12. Errorem epidemicum refutat.

FRID. MOELLER de partu 175. *dierum vivo*, Cuſtrin. 1662. 12. Ut demonſtraret ejus ætatis partum vitalem eſſe poſſe, eum ſeptimeſtrem facit, partim menſes admittendo lunares, partim inceptos & imperfectos menſes numerando, non tamen abſque ingenio, ſed ita ut cauſæ ſerviat.

ARNOLDI SENGUERD oſtentum Dolanum, Amſtelod. 1662. 12. Hiſtoria fetus indurati, ſedecimo a conceptu anno in abdomine reperti. Aliqua de fetu Muſſipontano.

In *T. CORNELII Progymnaſmatibus*, quorum prior editio eſt 1663. 4. varia huc ſpectant, & totum Programma de generatione, & liquor naturalis in utero fluens.

PIHRINGER de monſtro, VVittemb. 1664. 4.

J. C. WEPFERI hiſtoria anatomica de puella ſine cerebro nata. Scaphuſ. 1665. 8.

J. THEOD. SCHENK de conceptione. Jenæ 1664. 4.

N. STENONIS f. in *Specimine obſervationum anatomicarum*. Hafniæ 1664. 4. ductus omphalo-meſentericos, reſorbtionem vitelli in inteſtina, multas vero de ovo & pullo & de ovis viviparorum animalium corporibuſque luteis obſervationes edidit in *Actor. Hafnienſ.* ann. II. Ova humana primus adgnovit in ſpecimine myologiæ, etiam *SWAMMERDAMIO* fatente in *prodromo*.

G. ROLFINK methodus partium generationi dicatarum cognoſcendi fabricam. Jenæ 1664. 4. Erudite, Græce, floſculis ex Comicis decerptis, textubus Ariſtotelis & Galeni copioſiſſimis, utriuſque ſexus tradit organa, ſed ſua propria vix adfert, etſi demonſtretur in præfatione, Rolfinkium publice pro *FABRICIO* ab *AQUAPENDENTE* Patavii ſecuiſſe. Hymenem negat. In *Diſſertationibus* anatomicis idem fetum bicipitem unicorporeum deſcripſit.

JAC. BARLINI Diſp. *de feminis ex ſuppreſſis menſtruis barbatis*. Altd. 1664. 4. *

FRANCISCI VERDE obſervationes de fetus animationis & nutritionis tempore. Lugdun. 1664. 4. * *MERCL.*

G. RIVA in rariſſimis iconibus anatomicis habet trigeminorum, & monſtri anatomen.

MICH. HEYLAND de monſtro Haſſiaco, Gieſſ. 1664. 4. & 1677. 8. *MERCL.* Egregia & accurata eſt deſcriptio fetus bicorporei, capite unico. *IDEM* ediderat 1655. 4. Diſp. *de principiis generationis corporis humani materialibus*.

In *Phil. Tranſactionibus* plurima huc pertinent.

Caput vituli monſtroſum, n. 5.

Androgynus, ſed vera, ut videtur femina, n. 32. alius ibid. alius, n. 186.

Cor teſtudinis, n. 36.

W. DURSTON monſtri figura, n. 65.

Viſcera inverſa, n. 107.

GREAVES de modo excludendi pullos in Ægypto, n. 137.

BRIGGS monſtrum porcinum, n. 142.

LEEUWENHOECH contra ſyſtema ovorum, n. 145.

Conceptus ſuper conceptum, n. 149. 243. 302. 461.

Oſſa, pili, denteſque in ovario, n. 150.

Monſtri deſcriptio, n. 160.

MALPIGHII de uteri fabrica, n. 161.

C. DRELINCOURT experimenta anatomica de ovo & utero, n. 169.

Fetus in tuba ſedens utero integro, n. 170.

WALLER de girinis (*frog ſpavvn*), n. 192.

BUSSIERE partus tubarius, n. 207.

DUVERNEY ex vaſis uteri via in uterum, glandulæ uteri, n. 26.

Ova anguillarum *ALLEN*, n. 321.

Partus cum vagina coalita, n. 237.

HARTMANN embryo quatuor ſeptimanarum.

SOUTHWEEL vitulus biceps, n. 238.

Generatio pulicum, n. 249.

BUSSIERE fetus abſque cerebro, n. 251.
Porcelli caput monſtroſum, n. 259.
Uterus puerperæ, n. 269.
RICH. HALE Allantois humana & ejus anatome, n. 271.
DRAKE & *COWPER* pro communicatione vaſorum placentæ & uteri, n. 281.
Menſes ex toto corpore, n. 303.
Catulus abſque ore genitus *COKBURNE*, n. 304.
Urachus ſolidus: hymen verus: lactea uteri; uterus craſſus in gravida *A. de MARCHET*. n. 307.
Monſtra *CAMELI*, n. 307.
Uterus gravidus ejuſque glandulæ *DOUGLAS*, n. 308.
Monſtroſi partus, n. 308. 311.
Felis extra uterum, n. 323.
Vagitus uterini exempla *DERHAM*, n. 324.
A. VAN LEEUWENHOECK ovarium mytuli & ejus animalis generatio, n. 336. De mamma elephanti *IDEM* ibid. teſtacea abſque mare generare ibid. de fetu & genitalibus ovis, n. 373. & de generatione animalium, n. 380.
Caput vituli monſtroſum, n. 337.
Tubæ cæcæ, n. 337.
Partus duplex, n. 377.
Fabrica non naturalis pudendorum, n. 384.
RANBY arteriæ novæ ovarii, n. 395.
NICHOLLS de ſexu locuſtarum marinarum & androgynis in eo genere, n. 413.
Fetus in ovario, n. 416.
SUPERVILLE de monſtris, n. 456.
Le *CAT* de foramine ovali, n. 460.
Homo cui adnatus ex pectore alter homo, n. 453. 461.
Partus ſimilis ſimiæ, n. 461.
DE TORRES cor ſitu motum & inverſum, n. 461.
Fetus genitalibus monſtroſis, n. 462.
Partes genitales monſtroſæ in recens nato, n. 464.
Acaros virgines parere *BONNET*, n. 470.
Fetus tubarius, n. 475.
Partus oſſium per anum, n. 477.
Singulare monſtrum. *J. PARSONS* de monſtris. n. 487.

J. C. WEPFER *hiſtoria anatomica de puella ſine cerebro nata*, Scaphuſ. 1665. 8. * Sed repetitur in E. N. C. In Libro *de cicuta aquatica* uteri humani anatomen tradit.

In *HONORATI FABRI* L. II. *de plantis & de hominis generatione*, Pariſ. 1666. 4. Norimb. 1677. 4. De rebus ſibi parum cognitis ſcripſit audaculus. Circulationem ſanguinis ſibi tribuit: ſi boni aliquid habet, id eſt de oculis.

In J. L. *BAUSCH de ætate*. Lipſ. 1665. aliquæ monſtrorum hiſtoriæ, & partuum difficilium exſtant.

J. PEYSSONEL de temporibus humani partus ſecundum Hippocratem, Lugd. 1666. 8. Partus terminum breviſſium die 182. definit, longiſſimum 282.

GOTTFRIED WELSCH de gemellis & partu numeroſiore. Lipſ. 1667. 4.

THOMÆ BARTHOLINI de inſolitis partus viis. Hafniæ 1668. 8. Scriptum eſt occaſione feminæ Lalandicæ, quæ 18. anno fetum per ulcus hypogaſtrii ediderat. Ea occaſione multa alia ſimilia exempla collegit. *EJUSD. hiſtoria monſtrorum nuper in Dania natorum*. Hafn. 1665. 8. cum Tractatu de cometis prodiit. Ediderat jam Baſil. an. 1645. orationem *de monſtris in natura & medicina*.

In *ACTIS HAFNIENSIBUS T. BARTHOLINI multa huc ſpectant*.
In T. II. monſtra, generatio ranarum, *N. STENONIS* obſervationes in ovis viviparorum.
In T. IV. glandulæ uteri, ova animalium, renes quadruplices, monſtra.
T. V. C. *BARTHOLINI* de ovariis mulierum obſervationes.

THOMÆ ALDES Diſſertatio epiſtolica contra HARVEIUM interpolata & auctior 1667. 12. Bona, obſervationibus propriis dives, etſi brevis epiſtola. Duplices aquas *HARVEII* refutat.

futat. Allantoidem homini recte denegat. Communicationem uteri cum cotyledonibus habet.

Contra eum *JOH.* de *ANGELIS Vindicias ab epiſtola T. SLADE* edidit eodem anno, & eodem loco. Excuſationibus fere pugnat, non experimentis.

Invenio autem *THOMÆ ALDES (ſ. MATTHÆI SLADI) Obſervationes in ovis factas & ſciagraphiam pulli in ovo & fetus in utero, nec non Friderici Ruyſchii obſervatiunculam de ovo in utero humano, cura CAROLI SCHÆFFERI* Hallæ prodiiſſe 1674. 12. *B. RIV.*

GUALTHER NEEDHAM de formato fetu. Lond. 1666. 8. Amſt. 1668. 8. Egregius Liber & per experimenta natus. In variis animalibus uterum fetuſque incrementa obſervavit, errores populares plurimos refutavit, ut flammulam cordis, aëris in ſanguinem receptionem, vaſa lactea ab utero ad mammas euntia. Vaſa omphalo-meſenterica diſtinctius deſcripſit. Hominem ipſum ſecare ipſi non contigit.

In *Diario Eruditorum* 1667. experimentum exſtat de catella, quæ, cum ſanguinem multum amiſiſſet, fetus peperit exſangues. In eodem Diario multa monſtra deſcribuntur annis 1677. 1680. 1684. 1698. (pectore nuda corda) 1727. Vagitus uterinus 1686.

Fetus cerebro & cerebello deſtitutus 1690.

Partus 22. menſium 1695.

SAVIARD fetus extra uterum, 1696. gemelli per pelves oppoſiti, 1707. (iidem qui deſcripti a *DUVERNEYO*.)

Anno 1678. exſtat *RAINSANT examen de l'hiſtoire de l'enfant de Toulouſe*, de Bayleano nempe fetu explicatio.

An. 1694. *POUPART* de partibus genitalibus limacum.

1695. *BUSSIERE* de ovario, *&c.*

JANI ORCHAMI de generatione animalium, Colon. Brandeb. 1667. 12. Verum Auctorem ait *BARTHOLINUS* vocatum eſſe *JOH. VORST.* Defendit ex utroque ſemine componi fetum, & maſculum ſperma omnino in uterum venire, contra quam ſit *HARVEIO* viſum.

LAUR. STRAUSS hiſtoria fetus Muſſipontani, Darmſtad 1662. 4. Francof. 1669. 4. In hac editione primo *STRAUSSII* exſtat fuſa de fetu diu in feminæ abdomine geſtato expoſitio, qua etiam ova aliqua humana deſcribuntur; deinde *DEUSSINGIANA* jam dicta: tum *HONORATI MARIÆ LAUTIER* prodigium, ad eundem pertinens fetum, & reſponſio calidiſſima contra anonymum quemdam Maſſilienſem: denique collectio judiciorum doctorum virorum, *GUIDONIS PATINI*, qui totam hiſtoriam pro fabella habet, *EISENMENGERI*, hoc utilius, & aliorum. *EJUSD. STRAUSSII de ovo Galli*, Gieſſ. 1669. 4. Extra uterum ova gigni non poſſe, fuſe & parum utiliter defendit.

Collectanea de diuturna graviditate. Amſtel. 1662. 12. video citari. *

JOH. MAYOW habet inter Tractatus ſuos etiam de reſpiratione fetus, & de ovo diſſertationem, & de ſucco uteri, nutritione fetus, uſu aëris in ovo.

PETRI le MERCIER poteſtne infans per plures annos in utero matris ejuſque tubis ſanus ſuperſtite muliere conſervari, Lutet. 1667. fol.

J. SIMONIS diverſicolor fetus, Vvittemb. 1668. 4.

FRANC. REDI eſperienze intorno la generazione degl' inſetti, Firenze 1668. 4. Refutat epidemicum errorem generationis æquivocæ, & nihil ex putredine naſci evincit, niſi quod animalcula in gallis ex anima vegetante arborum gigni credat.

IDEM in Libro *degli animali viventi negli animali viventi* monſtrum ſerpentis bicipitis deſcribit.

H. MEIBOM in Diſp. *de motu ſanguinis*, &c. Helmſt. 1668. 4. oſtia arteriarum capillarium uteri, per quæ menſes fluunt; & deſcripſit, & ſeta immiſſa exploravit.

NICOLAI HOBOKEN anatome ſecundinæ humanæ, Ultraject. 1669. 8. & *anatome ſecund. hum. repetita*, ibid. 1675. 8. In prima editione maculas habet arteriarum, valvulaſque & ſpongioſam fabricam funiculi. Altera potius novum Opus eſt, multaque ornatius propoſita habet, membranam mediam fetus adſertam, icones Auctoris manu pictas, phyſiologiam brevem. Ordo minus commodus, cum ſecundum cadavera obſervationes diſponat, multas adeo repetat.

G. FRID. RALLII de generatione animalium, Stettin. 1669. 12. Originem animalis ex ovo defendit, & quidquam, præter motum, a mare negat conferri. *HARVEIUM* adeo contra *ORCHAMUM* tuetur, parum tamen ipſo in experimentis uſus.

J. SIGISM. ELSHOLZ de conceptione tubaria, Colon. Brandenb. 1669. 4. Fetum tubarum a *VASSALIO* Chirurgo in *Phil. Tranſ.* & alibi deſcriptum conſiderat. Fetus etiam meminit, cui viſcera ob naturalem involucrorum defectum extra abdomen fuerant.

FRANCISCI BAYLE de menſtruis mulierum, ſympathia partium corporis humani cum utero, uſu lactis ad tabidos, Toloſ. 1670. 4. 1681. 12. &c. & *de cauſis fluxus menſtrui mulierum, ſympathia rarior partium cum utero & lactis uſu.* Hag. 1678. 12. Fermentum invocat, quod eum fluxum promovet, collectum in ſinubus cavernoſis uteri. *EJUSDEM* Tract. IV. eſt *de generatione animalium*; & inter *Diſſertationes phyſicas* III. *de formatione fetus*. Idem in L. *de corpore animato*, refutat omnia primordia fetus, eumque ex materia immediate figurari contendit, ex cohæſione particularum ſimilium, quæ opinio nuper renovata eſt. Idem porro in *hiſtoire d'un enfant qui a demeuré 25. ans dans le ventre de ſa mere.* Pariſ. 1679. 12. tradidit deſcriptionem fetus, qui 25. annis in ventre manſerat incorruptus, ſubſtantia gypſea obductus, cum per ulcus uteri erupiſſet.

FR. BAYLE duobus prius citatis libris ſympathiam a vicinia, vaſorum communione & nervis derivat.

In *EPHEMERIDIBUS NATURÆ CURIOSORUM.*

Placentæ excarnatæ ſceletos *ELSNER. Dec.* I. *Cent.* I.

J. J. WEPFER Arietis androgyni optima deſcriptio *Dec.* I. Ann. 3. *Obſ.* 167.

D. LUDOVICI de tempore partus cervorum *Dec.* I. *Ann.* 8.

J. M. HOFMANN bona deſcriptio monſtri *Dec.* I. Ann. 9. 10. & II. a. 4.

Fetus corde deſtitutus *SCHELHAMMER Dec.* II. *Ann.* IX.

P. J. HARTMAN de epigeneſi. Ovum humanum. Monſtra *Dec.* II. *Ann.* 10.

A. VALLISNERI Ova anguillarum *Cent.* I. II.

Urachus apertus *HEISTER Cent.* III. IV.

BLISCHER monſtrum ibid. *Cent.* IV.

Ovum humanum *Cent.* V.

Fetus ore impervio *Vol.* II. *Obſ.* 96.

Cor in latere dextro & Monſtra varia *Vol.* IV.

Partus tubarius *Vol.* V. & fetus bicorporeus Vol. eod.

RITTERI & mea epiſtola de fetu inteſtinis nudis *Vol.* VII.

Agnus monoculus *ALBRECHT Vol.* VII. *Obſ.* 102.

GRASHUYS puer male formatus ſimilis androgyno *Vol.* VIII.

Sed infinita alia hic reperies, quæ recenſeri non poſſunt.

THEODORI KERKRING in *Antropogenia*, Amſtel. 1671. 8. Ova humana & ſceletos aliquos tenuiores deſcribit. Non ubique fidem invenit, qui alioquin non ita vixit, ut ab ejus ingenuitate pendeas, & olim a *SWAMMERDAMIO* in *prodromo*, & a *LA MOTTE de la generation* ea de re poſtulatus ſit. Idem in *Spicilegio* placentæ vaſa, & monſtra aliqua, & alia huc pertinentia habet.

R. de *GRAAF epiſtola de nonnullis circa partes genitales inventis novis.* Leid. 1668. 16.* *De organis generationis muliebribus*, Leid. 1672. 8. In priori promittit, quæ in poſteriori elegantiſſimo opere exſtant, quod maturius illo de virorum genitalibus, & melius eſt, & icones pulchriores habet *SWAMMERDAMIANIS*, & egregias obſervationes in cuniculis factas, de ovi receptione & incremento corporibus luteis, &c.

Ejuſdem *partium genitalium defenſio adverſus SWAMMERDAMIUM.* Leid. 1673. 8. acris eſt, & animoſa, cum æmulis de inventionis gloria male conveniret. Aliquæ ibi obſervationes, plexus vaginæ cum clitoride non communicare. Opera omnia prodierunt, Leid. 1677. 8. Plagiarium eſſe, & *HORNIUM* exſcripſiſſe atrociter, & præter verum ſcripſit *A. O. GOELICHE hiſt. anat. antiqu.* p. 142. 143.

JOH. ARN. FRIDERICI Diſp. de conceptu. Jen. 1670. 4. *B. RIV.*

EJUSD. de tentigine, de ſecundinarum natura & uſu. Diſp. Jen. 1671. 4.

J. FRID. SCHEPFER Omphalographia. Gieſſ. 1670. Diſp.

NICOLAI HOBOKENI anatome ſecundinæ vitulinæ, Ultraject. 1672. 8. Bonum omnino Opus: corpora etiam lutea ex vaccis habet, icones nitidas, Auctoris manu pictas. Corpora lutea deſcripſit.

In *Diario Eruditorum* 1672. multæ obſervationes de viis ovi per tubam in uterum ex variis animalibus referuntur.

In

In *WILHELMI* ten *RHYNE Vet. Med.* monſtroſæ circa genitalia fabricæ in viro hiſtoria habetur.

Prodromus de partibus genitalibus in utroque ſexu ſub *JOHANNIS* van *HORNE* nomine editus erat Leidæ 1668. 16. quo Libello *SWAMMERDAMIUS* non nominatur, qui tamen, ære quidem *HORNII*, pleraque experimenta ipſe inſtituerat. Eum Libellum recudi juſſit *SWAMMERDAM*, & notis ornavit, vocavitque *miraculum naturæ*. Leid. 1672. 4. 1679. 4. 1717. 4. Editio prima a ſequentibus differt iconibus coloratis, & Tulpii inſignibus in T. III. nam cæterum paginæ ſibi reſpondent. Recuſus eſt 1685. 4. cum *J. M. HOFMANNI Diſſ. anatomic. pathol.* & Londini ſolum 1680. 8. (*HARL.*) Cum nempe *GRAAFIUS*, ſi *SWAMMERDAMIO* fides, multa ſibi tribueret ipſius & *HORNII* inventa, poſtulavit eum furti, & ad Societatem Regiam Londinenſem provocavit. Icones ibi equidem ad ſiccatas partes, quod minus placet, & rudiuſculæ, ſed plurima bona habet. Hymenem contra *GRAAFIUM* tuetur, ligamenti teretis naturam exponit, & alia etiam de injectionibus, reſorbtione chyli in venas meſentericas, &c. non vulgaria ſubjecit. Idem in *bibliis naturæ* generationem apum, ranarum, aliorumque inſectorum minutiſſime deſcripſit: in *hiſtoria inſectorum* ranarum metamorphoſin, evolutionem pulicis, pediculi, *&c.* Syſtema evolutionis,ut vocant,ad *SWAMMERDAMIUM* proprie pertinet,natum ex inſectorum metamorphoſibus.

FR. HOFMANNI patris *Cardianaſtrophe admiranda*, Lipſ. 1671. 4.

MATTH. TILING anatome placentæ 1672. 12. *de tuba uteri & fetu nuper in Gallia extra uteri cavitatem in tuba concepto*, Rintel. 1670. 12. *& de fetus in utero nutritione*. Brem. 1698. 4. Compilator.

J. C. BRUNNER de fetu monſtroſo. Argentor. 1672. 4. Bona deſcriptio.

MARCELLI MALPIGHII de formatione pulli Liber Londini 1666 4. & in collectione operum. Duæ ſunt Epiſtolæ præſtantiſſimi viri, quibus egregie de veritate meritus eſt, cum ſucceſſivam evolutionem cordis viſcerumque pulli multo melius reliquis Auctoribus, & per minutiora intervalla expreſſerit. Idem in *Epiſtola ad* J*AC. SPONIUM* vaſa mucoſa, ramoſa, uteri vaccini deſcribit, quæ data eſt an. 1681. In *poſthumis* aliquot ova humana recenſuit. Corpora lutea etiam fuſe deſcripſit, & ovum intra hujusmodi corpus, ex ejus mutatione, naſci credidit. Ductus mucoſos uteri vaccini invenit.

M. MALPIGHII de formatione pulli liber Londini recuſus exſtat 1673. 4. Gallice etiam verſus cum tractatu *de bombyce*, Pariſ. 1686. 12. prodiit.

In *Mémoires & Conférences de DENIS* aliquot monſtra deſcribuntur.

La génération d s œufs défendue, par *EUDOXE & PHILOTIME contra ANTIGENE*, Rouen 1672. 12. Dicitur in *B. PL.* Auctor eſſe *PHIL.* de *HOUPEVILLE*.

LOUIS BARLES nouvelles découvertes ſur les parties de l'homme & de la femme, Lion. 1673. 12. Inutilis repetitor inventorum ejus ævi, *KERKRINGII*, & aliorum.

DAVID van der *BECKE amænitates phyſicæ*. Hamburg. 1674. 8. 1703. 8. Ideas plaſticas defendit, & animas vegetabiles.

SIM. FRID. FRENCEL monſtrum humanum, ventribus ſine proportione & mutilis artubus. VVittemb. 1674. 4. B. *PL.*

ANDREÆ GERET infans monſtroſus Wittembergæ genitus, ibid. 1674. 4. Diſp.

G. FRANK de caſtratione mulierum, Heidelberg. 1670. 8. *de teſtibus virilibus & muliebribus*. Heidelb. 1674. 4. *de impuberibus generantibus* ibid. eod. anno. *EJUSD.* Diſſertatio *de ſuperfetatione*, ibid. 1676. *de ſanguine menſtruo per ſe non malo*.

GERHARDI BLASII de fetu humano. Amſtel. 1675. 4.*

Anatome monſtri Francofurtenſis obiter facta per J. U. S. H. D. M. P. Heidelberg. 1674. 4.*

G. W. WEDEL de menſtruis, Jen. 1674. Diſp. *De conſenſu partium* 1686. *Venus medica & morbifica* 1688. *de notis gravidarum*. 1690. Diſp.

G. W. WEDELII etiam eſt *de nævis maternis*, Jen. 1688.

ADALBERT TYLKOWSKY diſquiſitio phyſica oſtenti duorum puerorum, quorum alter cum dente aureo, alter cum capite giganteo Vilnæ ſpectantur, Olivæ 1674. 12. Inſulſa fabula hydrocephali & fraudulenti procul dubio portenti.

Obſervationes & hiſtoriæ ex GUILLIELMO HARVEIO collectæ. WILHELMI LANGLEY de generatione animalium obſervationes quæd am, cujus experimenta in cuniculo facta, ſimilia *GRAAFIANIS*, perierunt. *JUSTI SCHRADER inſpectiones ovorum*, & *obſervationum ana-*

anatomico medicarum Decades IV. Amſt. 1674. 12. Prima particula eſt *HARVEII* Liber de generatione conceptus, & obſervationes in ordinem diſpoſitæ. In altera Medicus Dordracenus ſuas in incubatis ovis & in ovibus dat obſervationes, quarum aliquæ *HARVEIO* adverſantur. In *SCHRADERIANIS* multa bona & rara reperiuntur præceptorum ejus viri *RUYSCHII*, *F. SYLVII*, *J. SWAMMERDAMII*, *JOH.* van *HORNE*, quæ omnia vix alibi exſtant.

JEREMIÆ LOSS de ovario humano. VVittemb. 1675. 4.

Ovum Harveianum generationis animantium curioſum, &c. Kiel. 1675. 4. *

HIERONYMUS BARBATUS in Libro *de formatione, conceptu & organiſatione fetus*, jam citato, & edito Patav. 1576. 4. materiem fetus a femina, ſpiritum ſeminalem, qui efformet, a viro venire, vaſcula ovarii albo liquore plena eſſe, modulos dari ſcribit, ſecundum quos formentur partes ſpermaticæ, unde fetus corpuſculum naſcatur, vidiſſe ſe fetum tubarium, *&c.*

PAULI AMMANNI paraneſi ad diſcentes & docentes reſpiratio fetus defenditur, & fetus humani abortivi deſcribuntur.

C. BARTHOLINI de ovariis mulierum & generationis hiſtoria. Rom. 1667. 8. (*MERCL.*) Amſtel. 1678. 12. In priori Epiſtola Romæ edita, deſcribit proſtatam illam femininam, & auram ſeminalem defendit. In altera, quæ primum Amſtelodami prodiit, *HIERONYMUM BARBATUM* refutat. *IDEM* jam in Libro *de diaphragmate* ductus ramoſos, fibras muſculares, uteri, glandulas ad latera vaginæ deſcripſerat ex *DUVERNEYI* fere experimentis, & in Miſcellaneis *quæſiverat*, an fetus nutriatur a ſanguine matris.

C. BARTHOLINI de ovariis, &c. *hiſtoria* recuſa eſt Norimb. 1679. 8.

J. BOHN diſputatio *de generatione*, Lipſ. 1677. 4. *de fetus œconomia*, ib. 1677. 4.

HENR. CHRISTIANI HENNINGS de hominis generatione. Ultraj. 1677. 4.

GOTTFRIED von *LANKISCH beſchreibung einer Miſgeburt*, Zittau 1679. 4. Fetus abſque corde & capite.

CONRAD BRODTBECK de ſanguine menſtruo. Tubing. 1679. 4.

RUMMEL de fetubus leporinis extra uterum repertis epiſtola. Ulm. 1680. 4.

FRID. WILHELM SCHMUCKER de ſpielenden natur Kunſtvverke. Argent. 1679. fol. cum continuationibus *quatuor*, quæ prodierunt an. 1679. 1680. 1682. & 1683. In prima decade habentur monſtra vera humana, & eorum unum cum anatome. In reliquis varia rara, maxime monſtroſa, aut undique collecta exſtant.

In *NICOLAI BLEGNY Zodiaco Medico Gallico* multæ monſtrorum hiſtoriæ ſunt, *DUVERNEYI* etiam aliqua contra ova *GRAAFIANA* objectiones, & *NOVESII* ſuorum ovorum deſcriptio, quæ in cervice uteri nidulantur.

In *STEPHANI BLANCARD jaar regiſter Cent.* V. de reſpiratione fetus fuſe diſputatur, ut ſupra dictum eſt.

JOH. CONRAD. AXT de partu ſeptimeſtri an ſit legitimus. Jen. 1679. 12. Cordatus homo non adeo incertum eſſe pariendi tempus multis argumentis docet, ſeptimeſtrem fetum oportere indicia imperfectionis geſtare monet, *&c.*

CL. PERRAULT eſſais de phyſique. Tomo tertio continetur tractatus de generatione, qua panſpermiam adfirmat, ſive ſemina plantarum & animalium in aere obvolitare & ore hauriri. *HIPPOCRATIS* locum de *diæta* huc olim revocavit. Explicavit, quomodo imaginatio nævos producere poſſit, dum nempe vel magis ad datum locum imaginatio nutrimentum determinat, vel inde avocat.

In *Actis Eruditorum*.

An. 1687. de generatione ranarum fuſa & bona diſſertatio.
1693. Conceptus vagina pene coalita.
1706. *NICOLAI BIDLOO* Arch. Ruſſ. deſcriptio partus bicipitis.
1710. *HENRIC HEYSE* monſtri bicipitis deſcriptio.

In *TASSINI adminiſtrationibus* fetus habetur tubarius.

J. C. PEYERUS in *exercitationibus anatomicis* glandularum adſidentium vaginæ a *DUVERNEYO* inventarum etiam meminit.

FRID. WILH. KRAUS de ovario mulierum. Jen. 1681. Diſp.

CHRIST. FRIEDERICH GARMAN homo ex ovo, ſive *de ovo humano*. Chemniz. 1682. 4. & ejuſdem *oologia curioſa* Zvvickau 1691 4. Multum variæ lectionis, proprii experimenti parum.

FRAN-

FRANCISCI MAURICEAU Opus *des maladies des femmes groſſes*, &c. Pariſ. 1683. 4. ſæpe recuſum, multa habet ad incrementa fetus per pondera definita, ad ſyſtema generationis, ad fetus ovorum ſimiles abortivos, *&c.*

MICHAEL BERNHARD VALENTIN de nova matricis anatome aliiſque obſervationibus curioſis. Gieſſ. 1683. 8. recuſa poſt *Polycreſta Exotica* glandulas vaginæ deſcribit.

ANTON. FELICIS MARSIGLI relazione del ritrovamento dell' uova di Chiocciole, Bolog. 1683. 12. ſive *de ovis cochlearum*, Auguſt. Vind. 1684. 8. in qua editione acceſſerunt *J. JAC. HARDERI* & *LUCÆ SCHROECKII aliquot de partibus genitalibus cochlearum Epiſtolæ*. *MARSIGLIUS* contra *BONANNUM* demonſtrat, ova in cochleis eſſe, & ex iis ovis cochleas prodire. *HARDERUS* penem & uterum cochleæ deſcribit, & *REDI* animam vegetabilem Gallarum refutat.

BRONCHET Lettre a M. BRYON ſur un monſtre, Pariſ. 1683. 4.*

CLEM. JOS. BRECHT didymographia, Argentor. 1684. 4. Puellæ earum ſimiles, quas deſcripſi. Anatome non valde minuta, & admiſta integra pene phyſiologia.

Tractatus anatomicus de organorum generationi dicatorum ſtructura in utroque ſexu. Francof. 1684. 4.*

J. ULR. SCHMID de cauſa partus monſtroſi. Marburg. 1684. 4. cum icone.

J. DANIEL DORSTEN de monſtro humano nupero. Marpurg' 1684. Diſp.

MICH. BERNH. VALENTINI de monſtrorum Haſſiacorum ortu Ep. ad *DORSTENIUM*. Marburgi 1684. 4.

Apud *BIDLOUM* fetus ſecundum ætates non male depicti habentur, ovaque humana. Similia addit de incrementis fetus *COWPERUS*. *Vaſa ſuccifera fetus*, a *BIDLOO* propoſita & a *MUNNIKIO* nemo invenit.

NATHANAELIS SPRYE Tract. de fluxu menſtruo, Patav. 1685. 8. * Lunæ vim, & fermenta refutat, aucto impetui ſanguinis menſes adſcribit.

DIEMERBROEKIUS etiam ova humana habet, & non contemnendam totius negotii generationis tractationem.

MARCI MAPPI de aquis fetus. Argentin. 1681. Diſp.

In *HARDERI apiario* ovula Nabothi, nempe glandulæ inter uteri plicas habentur.

ANDREAS SNAPE diſcourſe on the generation of animalis poſt anatomen equi pro appendice eſt, qua ſeries phænomenorum incubati ovi, ex propria, ut certe promittit, obſervatione continentur.

A. van *LEEUWENHOEK* præter ea, quæ paſſim habet de ovario inutili, deſcripſit etiam in *anat. Cent.* II. conceptum ovillum, *&c.*

GUALTH. CHARLETON de cauſis catameniorum & utheri rheumatiſmo, Lond. 1685. 8. Leid. 1686. 12. Menſes explicat a ſucco alimentario, qui in acrem materiem mutatus, ſtagnet in ſinubus uteri, quos ex *BAYLEO* recipit, ibique diſtenſione ſua irritationem faciat, *&c.*

J. BAPT. a *LAMZWEERDEN hiſtoria naturalis molarum*. Leid. 1686. 8. hic citari poteſt, cum molas virgineas, vivaces, partus ex humana & belluina fabrica compoſitos, rejiciat, nimis tamen fuſus & longus in ratiociniis.

J. GEORG. STEIGERTHAL Diſp. *de imaginationis materna in fetum efficacia*. Helmſt. 1687.

FRID. SCHRADER de imaginationis materna in fetum efficacia, Helmſt. 1686. 4.

P. STALPART van der *WIEL*, *CORN. FIL. de nutritione fetus*. Diſſ. Leid. 1686. 4. excuſa cum patris obſervationibus. Contendit fetum unice ali per os, & nihil quidquam per umbilicum ad fetum venire, ut placenta ſanguinis unice diverticulum ſit, quo interim cedat, donec pulmo explicetur. Pater etiam apud *BILSIUM* Urachum cæcum eſſe demonſtravit. Habet membranam extus placentam veſtientem, membranam mediam, *&c.*

In *J.* a *MURALT collegio anatomico* monſtri agnini capite ſemiduplici habetur deſcriptio.

J. a *MURALT* etiam eſt *kinder und hebammen büchlein*, Baſel 1697. 12. Habet partium anatomen cum iconibus *BIDLOI*.

In Diſſ. *J. C. STURMII de plantarum & animalium generatione*, Altdorf. 1687. repetitur *PERRALTI* theoria, & *HIPP.* de diæta locus eo revocatur. In hiſtoria etiam aliqua habet *STOLLIUS*.

Gaudebat *PERALTUS* defenſore *STURMIO*, *GEUDER de ort. anim.* pag. 340. 341.

C. BARTHOLIN de formatione & nutritione fetus in utero, Hafn. 1687. 4. Experimenta

ta varia habet, & deſcriptionem fetus vaccini in utero adhuc latentis; ovarium tubam amplexum.

M. MAPPUS de Acephalis, Argent. 1687. 4. bona collectio.

DIONYSII van der *STERRE de generatione ex ovo & monſtrorum productione epiſtolæ duæ*, Amſtel. 1687. 12. Priorem Diſſertationem diximus. In altera explicat generationem nævorum, nempe matris animam aliquam fibram comprimere, ſic ejus incrementum impedire ſimilia facere fetus animam, &c. Monſtra etiam aliqua deſcribit.

NICOLAY VENETTE tableau de l' amour conjugal. Priorem editionem ignoro, video jam 1696. prodiiſſe, video fuiſſe, qui *CAROLO PATINO* laſcivum Librum tribuerint. *LAUNAI de la genérat.* p. 123. Cæterum ſeminum miſtionem defendit, parum anatomicus.

Prima editio *NICOLAI VENETTE* videtur fuiſſe *N. SALONICCHI tableau de l' amour dans l' état du mariage*, Amſtel. 1688. 12. Belgice verſum a J. V. E. Amſtelod. 1695. 8. *de bedryven der liefde in den ſtande des huvvelyks*.

J. PAULI STABE de *CASSINO* Diſſertatio ad *NIGRISOLUM*, *qua inveſtigatur ratio, ob quam gallinæ incubant, & quare fetus maculis & monſtruoſitatibus deturpati & parentibus ſimiles naſcantur*, Mutinæ 1688. 8.

DU RONDEL hiſtoire du fétus humain des Extraits de M. BAYLE, Leidæ 1688. 12. * *PL.*

J. GOD. a *BERGER de conceptione fetus humani*, VVittemb. 1688. 4

PHIL. BONANNI obſervationes circa viventia quæ in rebus non viventibus reperiuntur; Romæ 1691. 4. Defendit generationem æquivocam experimentis dubiis aut fictitiis.

De *GEUDERO* diximus, eum poſt Librum *de fermentis* in Diſſ. *de ortu animalium* evolutionis ſyſtema & ovariorum defendere.

JOH. SCHRYER ob es ein gevviſſes zeichen ſey, vvan eines kindes lunge unterſinkt, daſs es mutter leibe geſtorben ſey, Zeiz. 1690. & Hall. 1745. 4. exſtat etiam in *M. B. VALENTINI Pandectis Medicis*. Pugnat pro certitudine ſigni, quod a pulmone fundum petente pro mortuo fetu petitur, & conſenſum aliquorum in Germania collegiorum Medicorum adducit.

GOESGEN de monſtro, Lipſ. 1690. 4.

ANT. NUCK uteri feminei anatome nova cum Adenographia prodiit, Leid. an. 1691. & alias. Experimentum profert ligatæ tubæ, ut inter ovarium & vinculum fetus reperiretur. Allantoidem ſtatuit.

ALANUS LAMI in Tractatu *explication de l' ame ſenſitive* fuſe ſyſtema ovariorum humanorum refutat, ob anguſtiam uteri, &c.

ERN. REYER de hermaphroditis, Arnſtatt. 1688. 4. *PL.*

J. A. CRAMER de glandulis uterinis, Leidæ 1690. Diſp.

LAUR. BELLINI de ovo incubato experimenta, quæ exſtant in *opuſculis*, Leidæ an. 1696. & alias recuſis, demonſtrant inprimis aeris progreſſum, qui per poros ovi ſubeuns ſenſim cavitatem in ovo ſibi parat, & ejus humores comprimit. Vaſa aeris accuratius deſcribit *IDEM* in *epiſtola* ad *VALISNERIUM*, quæ exſtat in *Giornal. de' letter.* T. II.

J. R. de *HONUPHRIIS abortus bicorporeus monoceps*, Romæ 1691. 4.

FRID. GODOFR. BARBECK de generatione animalium, Duisburg. 1693. 4. *B. RIV.*

RYCHARDUS CARR in *Epiſtola* XVI. demonſtrat, puellas quæ dicuntur ſexu mutato in mares tranſiiſſe, fuiſſe veras feminas, ſed longa clitoride.

MELCH. FRID. GEUDER de ortu animalium, Amſtel. 1689. 8. *LEEUWENHOEKIO* non valde credulus, *LAMYUM* refutat. Defendit prima ſtamina in ovo. Admiſceri tamen credit aliquid de paterno ſemine, & alere fetum, ideam etiam patris a matre fetui imprimi.

JOH. ZELLER Diſp. *de ſubſidentia pulmonum in aqua*, Tubing. 1691. recuſa an. 1747. Halæ, & ejus *vita humana ex fune pendens* an. 1692. 4. omnino obſervatu dignæ ſunt. In iſta amnii glandulas & earum oſcula excretoria ſe vidiſſe adfirmat, & rationem reddere conatur, cur in brutis animalibus nulla a reſecto funiculo hæmorrhagia fiat; quod ad brevitatem funiculi refert. In illo fetum jam reſpirare in utero, nec certum eſſe ſignum fetus ante partum mortui, ſi pulmo fundum petierit, aut vivi editi, ſi nataverit, experimentis ſuſcepit demonſtrare, quæ conſiderari merentur.

C. POSNER generationis humanæ deſcriptio, Jenæ 1692. folio. Compilatio. Lego etiam ejus Diſſ. exſtare *de monſtris quid ea ſint*, Jen. 1652. 4. & *de illorum differentia in genere atque in ſpecie*, ibid. 1652. 4. *

C. PO-

Poſt hunc addamus CAROLUM DRELINCOURTIUM (*a*) *de feminarum*

C. POSNER etiam eſt *de fetuum in uteris vita*, Jen. 1676. 4.

FRANC. MARIA NIGRISOLI lettera nella quale ſi conſidera l' invaſione fatta da' topi, Ferrar. 1693. * Examinatur error epidemicus, murium nempe gravidos dari fetus.

MARTINUS LISTER in ſuis *Exerc. de Cochleis*, Lond. 1694. partes genitales animalculorum iſtorum modo androgynorum, modo ſexu diſtinctorum, ſollicite deſcribit. *SWAMMERDAMII* deſcriptionem corrigit. In Libro fuſe de generatione agit & de menſibus.

JOH. VAL. SCHEID paradoxa circa generationem hominis, Argent. 1694. 4. habet obſervationes nonnullas, ut v. gr. cæcas tubas in femina quæ pepererat.

J. M. HOFMAN de fluidorum catholicorum fetus motu, Altd. 1695. 4.

DOM. de *SANDRIS* in Libro *de ventriculo & ſanguine*, Bonon. 1696. 4. aliqua de ovariis habet.

JOH. RAJUS in *wisdom of God*, uti dixi, contra generationem ſpontaneam ſcripſit, & pro plaſticis ideis.

(*a*) *CAROLUS DRELINCOURTIUS*, cum obierit an. 1697. huc omnia ejus opuſcula refero. Ea ſunt *de partu octimeſtri* 1668. 1680. *de feminarum ovis & de utero*, Leidæ 1684. 12. 1687. 12. cum *curis ſecundis*.

De conceptione animadverſaria, 1685. 12.

De humani fetus membranis hypomnemata, *de tunica allantoide*, *de tunica chorio*, *de agnina*, *de fetu cum pileolo*, *de umbilico*, *conceptus de conceptu*, *de feminarum ovis*, omnia eodem anno prodierunt 1685. 12. EJ. *de ſemine virili*, *de utero*, *tubis*, *partu*, Libelli editi ſunt cum canicidiis.

Collecta hæc opuſcula exſtant in editione 1727. 4 quæ certe valde confuſa & imperfecta eſt, & repetitos habet integros Tractatus, ut recte monetur apud *NICERON* T. XV. Ego quidem valde in his Libellis a *PRÆCEPTORE* diſſentio, ſed Morgagnum habeo, qui mecum ſtet. Video eruditum virum, qui plurima legerit, qui excutiat, & refutet alios acriter & libere, ſed propria experimenta alicujus momenti non invenio.

C. DRELINCOURTII de partu octimeſtri Liber primum prodiit Lugd. 1666. 8. & ibid. 1668. 12.

CONR. PHIL. LIMMER de monſtroſo abortu Deſſavienſi, 1691. Diſp. *

JOH. HIERONYMI SBARAGLI ſcepſis I. & II. de generatione vivipara, Viennæ 1696. (*DANIELI*) Bonon. 1701. 8. ſumma rei eſt ova non continere primordia animalis, cum a tuba remota ſint, neque ea apte ſe applicare ovario poſſit, aut permovere ova, utilitatem adeo ovorum ignorari. Obſervationes aliquas habet in morboſis corporibus factas, & alias in brutis animalibus.

Nouveau progrès de la Médecine. In hoc Diario *MERYUS* contra ova pugnat, & ea habet pro hydatidibus, atque ſeminum miſcelam defendit, ligamenta deferentia cava facit. Habetur etiam ibi deſcriptio fetus ventralis, quam Chirurgus *SAVIARD* aliter paulum dedit.

J. MUNNIK in brevi ſua anatome obſervationem habet allantoidis membranæ ſibi viſæ, & aperti urachi. Non valde fidem invenit. Habet etiam ductus ſucciferos ſecernentes humorem Amnii, qui ſunt ipſa ſpongia gelatinoſa umbilici.

R. VIEUSSENS in *ſeconde Epitre* cicatricem ovarii, & tubam dilatatam poſt abortum vidit.

DAV. SEMLER de infante ſine manibus pedibuſque, VVeimar. 1699. 4.

JOH. HÆNFLER de ovo gallopavonis, Cuſtrin. 1697. 4. Rotundum ovum ſine teſta ab ave hujus generis mare editum deſcribit, unice exterius & abſque anatome. Contra fabulam baſiliſci dicit.

In *BUSSIERII* epiſtola ad *BOURDELIN* accurate deſcribitur fetus capite dimidiato.

G. HERN. STAHL. de menſtruo fluxu mulierum, Hall. 1694. *de menſium inſolitis viis* 1702.

PHIL. JAC. HARTMANN in *dubiis de generatione viviparorum*, Regiomonti 1699. 4. & *collect. Diſp. ſelect.* T. V. validius quam vix ullus aliorum anatomicorum, evertere adniſus eſt ſyſtema ovorum. *GRAAFII* experimenta diluere tentat globulis albuminoſis a ſe ipſo in Cuniculis, ſed ſterilibus repertis, non ovis unquam, maſſis vero gelatinoſis, vaſis pictis viſis loco ovorum in Sue recens impraegnata: veſicarum circa uterum nimia copia & luxuria; tubarum anguſtia. Paſpermiam ſtatuit, & epigeneſin ex gelatina. Utilis certe & memoranda Diſputatio.

ovis; *de fetus tunicis*; *de umbilico*; *de humoribus fetus*; atque *periochæ* ſeu *conceptus de*

B. ALBIN de partu naturali, Diſ. Francof. Viadr. 1697. 4.

In Commentariis Pariſinis plurima huc pertinent, quorum aliqua recenſebo.

In *anciens Mémoires* animalium omnino partes genitales ſolent deſcribi. In Tomo X. *MERYUS* aërem defendit per placentam ad fetum venire. In eodem ſyſtema ſuum proponit, & duos fetus deſcribit in eodem Amnio poſitos. In eodem Tomo agitur cur adultus abſque aëre vivere nequeat, cum id fetus poſſit. Cor etiam teſtudinis deſcribit *MERY*, & apud du *HAMELIUM*. Ibi etiam deſcribitur fetus duplex pectoribus conjunctis.

In novæ Academiæ Commentariis.

1693. Gemelli in eadem Amnio. Alia hiſtoria 1700. & 1720.

1699. *DUVERNEYI* cor teſtudinis, ranæ, viperæ, &c.
Vaſa omphalomeſenterica *EJUSDEM*.

1700. Infans monſtroſus. Connati lepores. Puer cucullatus. Foramen ovale apertum in adulto.

1701. *MERYUS* multa contra ova, objicit cellulas non liberas eſſe, membranam nimis duram eſſe.
DODART deſcriptio embryonis. Fetus ore impervio.
LITTRE pro ovario: tuba ovarium amplexa; fiſſura in ovario, &c. & 1709. *IDEM* allantoidem ſive membranam mediam deſcribit, & ibi & in ſeqq. corpora lutea.

1702. *LITTRE* deſcriptio embryonis 40. dierum cum fiſſura ovarii, &c. Feles connatæ, fetus inæquales, in eodem utero. Fetus in ovario poſiti.

1703. *MERY* de circulatione ſanguinis in fetu, & de corde teſtudinis fuſe contra *DUVERNEYUM*, quem certe videtur convincere.
Agnus monſtroſus.
Fetus connati.
Fetus in ovario.

1704. Fetus acephalos, puella abſque viſceribus. Tuba amplexa ovarium, in quo cicatrix: grana granuloſa tubarum cum poris *LITTRII*.

1705. *LITTRE* uterus diviſus.

1706. Uterus muſculoſus in puerpera *LITTRE*.
Puellæ per pelves connatæ *DUVERNEY* & pro ſyſtemate monſtroſæ in ipſa jam delineatione Diſſertatio.

1708. *MERY* de circulatione ſanguinis inter uterum & fetum. *DUVERNEY* generatio limacum.

1709. *MERY* contra ovaria. Pulli corde duplici. De cauſis uteri ad latus declinantis. Fetus monſtroſi *LITTRII* & *MERYI* ore impervio, &c.
Idem *MERY* an. 1711. 4. edidit *Problémes Phyſiques*, quæ maximam partem huc ſpectant, nempe an generatio fetus ab alimento pendeat, an inter eum & matrem communicatio, ubi negat experimentum *FALCONETTI*. An alatur lacte uteri. An adultior lac ſugat, quod negat. An vita ejus a Matre pendeat. An ob defectum alimenti exeat utero. Idem apud la *MOTTE des acouchemens* vaſa in amnio lymphatica vidiſſe dicitur.

1710. Gallina pariens ova abſque vitello, & cauſa hujus morbifici partus.

1711. & 1712. *MERY* fetus abſque cerebro & cerebello.

1712. Vagina in partu dilatata quæ anguſtiſſima fuerat.

1713. Puer acephalos.

1714. *P. S. ROUHAULT* de placenta (& idem 1715. 1716.) Partus veſicarius.
Fetus tubarius. Ovum humanum *ANEL*. 1714.

1715. *DUPUY* de agno monſtroſo, ore impervio.

1716. *MARCOT* fetus monſtroſus & alia.

1717. *LITTRE* fetus monſtroſus Cyclops. *WINSLOW* de valvula Euſtachii.

1718. Ovum monſtroſum. Funiculus nodoſus.

1720. *MERY* fetus monſtroſus.
LITTRE de fontibus menſium.
PETIT Androgynus verus.

1721.

de conceptu. Auctori huic tuto confidere poſſumus, obſervationes etiam egregiæ,
Ppp 2 ſunt,

1721. Fetus, qui 46. annis in utero manſerat. De catellis exſanguibus cum mater ſanguinem amiſiſſet.
1723. *GEOFROY* monſtrum. Monorchis.
1724. De Nigritis & miſtis ex diverſis gentibus, hominibus.
LEMERY fetus monſtroſus, & Diſſ. pro ſyſtemate monſtrorum accidentalium.
1725. *WINSLOW* de circulatione ſanguinis in fetu.
1726. Pſittacus pariens.
1727. Educta placenta ſanguis ex utero per funiculum fluens. Infantes frontibus connati.
1729. *MASSON* ſuperfetatio.
1732. *GEOFROY* lactis analyſis.
1733. *WINSLOW* de monſtris, & Diſſ. pro monſtroſitate germinum. De eodem ſubjecto Idem 1734. 1742. 1743.
MORAND ovis monſtroſæ anatome.
PETIT de prima reſpiratione & ejus cauſis, de pulmone fetus, &c. *EJUSD.* infans monſtroſus.
1734. Puer albus ex matre nigra.
1735. *PETIT* & *MALOET* de ſuctione.
Cyprinus androgynus *MORAND*.
1738. 1739. 1740. *LUDOVICI LEMERY* contra *WINSLOWUM* pro monſtris accidentalibus Diſſertationes.
1739. *EJUSDEM* de circulatione ſanguinis in fetu contra *WINSLOWUM*.
1741. *GOURAIGNE* fetus monſtroſus.
1742. Ovum geminum.
1743. *GRANJEAN* de *FOUCHY* pro germinibus monſtroſis.
1744. Catellus cyclops. Vitulus hydrocephalicus.
1745. *MORAND* & de la *SONE* & alia monſtra.

An. 1700. incepit edi *Diarium Trivultinum* in quo multa ſunt quæ huc ſpectant, maxime vero fetus monſtroſi 1701. 1706. 1714. 1722.

De tempore partus incerto, & fetuum quinto menſe editorum ortu probabili 1702.

J. CASP. GRIMM relation von einem monſtro bicorporeo, Lipſ. 1700. 4. * *LEHM.*

J. CASP. GRIMM in dicto libro puellas connatas deſcribit, abſque anatome.

DANIEL TAUVRY an. 1695. Diſp. inauguralem defendit. *Ergo eſt uteri cum ſupernis partibus conſenſus a nervis*. *EJUSDEM* eſt Liber *de la génération & de la nourriture du fetus*, Pariſ. 1700. 12. Magna pars collecta ex variis ſcriptoribus, aliqua propria ex fabrica brutorum animalium. Contra *MERYI* ſyſtema de circulatione fuſe pugnat, ſed argumentis neque veris omnibus, neque firmis. Chordulas foraminis ovalis invenit.

JAC. GAVOT in *idea febrium*. Genev. 1700. etiam egit de generatione animalium.

Inter *MICHAELIS BERNH. VALENTINI Diſſ. epiſtolicas varii argumenti*, quæ Francof. 1700. 4. prodierunt, *nona* habet novam uteri anatomen, cum glandulis vaginæ.

ABRAHAMI CYPRIANI epiſtola ad T. MILLINGTON hiſtoriam exhibens fetus humani ſalva matre ex tuba exciſi, Leidæ 1700. 8. Gallice, Amſtel. 1707. 8. Continet proprie hiſtoriam fetus, quem ex matre viva exciderat Auctor, & tubarium credit, ego vero ſuſpicor ventralem fuiſſe ex nimia magnitudine. Sed plurima egregia addit ad negotium generationis, & ad univerſam Chirurgiam pertinentia.

HENRICI van *DEVENTER novum lumen obſtetricantium*, Leidæ 1701. 4. & *P. II.* ſive *ulterius examen partuum difficilium*, Leidæ etiam an. 1733. & Pariſiis anno 1734. recuſum, aliqua huc pertinentia habet, ad fabricam uteri ſani, gravidique, &c.

F. HOFMAN pulli gallinacei in femina cachectica formati, Hall. 1702. d. *EJUSDEM de ignorata uteri ſtructura multorum errorum fonte* 1726. d.

ANDR. JUL. BOETTGER de reſpiratione fetus in utero, Helmſt. 1702. Diſſ.

BARTHOLOMÆI CORTE epiſtola de tempore quo anima rationalis fetui infundi ſolet, 1702. 8. * contendit id fieri ipſo tempore conceptus.

JACOB. de *BOURGES*. *Ergo infantum nævi ab imaginatione materna*, Pariſ. 1703. 4.

G. C.

ſunt, & certe ſtudioſus anatomes, quemcunque horum tractatuum, quem poterit adquirere, emat ſecurus.

Poſt hunc addendus eſt RAYMUNDUS VIEUSSENS (*a*) in Libello illo in 8. *de Vaſorum in corpore humano ſtructura*.

Tunc ANTONII NUCKII *deſcriptio uteri*, edita Lugduni Batavorum in 8. anno 2697. (*b*).

Pro colophone debet addi MARCELLI MALPIGHII *epiſtola de utero*, & in poſthumis *obſervationes de uteri ſtructura & generatione*, & binæ demum *epiſtolæ de ovo incubato* (*c*).

G. C. SCHELHAMMER de partibus generationi dicatis earumque uſu R. DOBEL. Kiel. 1703. 4.

JOH. FREIND Emmenologia, Oxon. 1703. 4. & alias, etiam Gallice, Pariſ. 1730. 12. vertente *DE VAUX*. Menſium fluxum unice a plethora deducit, idque *a poſteriori*, ut vocant, demonſtrat, cum tot libris ſanguinis, quot per aliquot annos emiſerunt, feminæ abſque malo careant, adeoque ſuperfluum habeant. In ſanguine experimenta cepit varia, unde efficaciam medicamentorum definit. In eo peccat, quod negligat vim ſtimuli, vaſa, quæ menſes exhalant, rumpi ajat, venæ ſectionem in menſibus nimiis rejiciat, &c.

J. FREIND Emmenologia Pariſiis primum recuſa eſt 1727. 12.

LUTHER de termino partus naturali. Kilon. 1703.

ADAMI BRENDEL Diſp. *de embryone in ovulo praexſiſtenti*, VVittemb. 1703. 4. & *de nutritione fetus*, ibid. 1734. 4. utique plenæ ſunt utilibus neque vulgatis experimentis. Ova ex feminis laſcivis defluentia vidit.

In *J. C. LANGII phyſiologia* aliqua experimenta huc faciunt, ut tincta per injectas arterias uteri placenta.

In *D. BESSE recherche analytique* T. II. fetus ex ovario in ventrem elapſus deſcribitur.

Contra *FREINDIUM* dixit *D. SNELLE* in *theoria phyſico-medica delineatione*, & fermentum in glandulis reſidens pro cauſa menſium propoſuit.

In *H. RIDLEYI obſervationibus medico-practicis* experimenta de foramine ovali exſtant, & obſervatur ductus venoſum minorem eſſe ſinu Venæ Portarum, quæ in embryone minor ſit, quam in adulto, &c.

DOM. SANTORINI opuſcula quatuor, Venet. 1705. 8. Quartum eſt de catameniis, ad quæ liquorem mucoſum feminarum aliquid facere credit.

In *BAGLIVII* opuſculis huc pertinet anatome cordis teſtudinis.

Diſſertation anatomique ſur la génération de l'homme dans laquelle on combat le ſyſtême des Ovariſtes, Pariſ. 1705. 12.* *HEISTER* Sec. XVIII.

(*a*) *RAIM. VIEUSSEN novum vaſorum ſyſtema* continet fabricam ſubtilem, qualem ſupponit, uteri. In Tractatu *des liqueurs* mammulas gravidi uteri lacte ſtillantes, ſimiles cotyledonibus animalium, hiantibus porulis vidit. Mercurium ex arteriis in ſolos vaginæ villos, non uteri, penetrare, ergo menſes ex vagina ſola ſtillare, paradoxe docet. A matre in fetum injectiones penetrare adfirmat.

EJUSDEM epiſtola *de fabrica uteri* ad *MANGETUM*, quæ in editione Genevenſi Verheyenianæ anatomes exſtat, plura notatu digna continet, qua careo equidem, ſed pleraque tamen video conſentire cum iis, quæ exſtant in Tractatu *des liqueurs*. In Tractatu *du cœur*, præter foramen ovale etiam initia generationis, motum ovi per tubas deſcribit, &c.

(*b*) Vide ſupra ſuo loco.

(*c*) Vide etiam ſuo loco.

Lettres de DESNOUES a GUILIELMINI, Romæ 1706. 8. In iis & glandulæ cervicis uterinæ exſtant, & monſtri imaginarii, in deformitate modica unice poſiti, bona hiſtoria.

NIC. HARTSOEKERUS in ſuis conjecturis earumque *ſupplementis* (Suite) varia huc pertinentia de conceptu monſtriſque habet. Syſtemate evolutionis deſerto tranſiit ad ideas plaſticas.

J. B. MORGAGNI in adverſario primo uteri iconem dedit, columnas, hymenem, mucoſos ſinus, glandulas ſebaceas, fontem menſium, tubarum ſitum, juga cervicis, aliaque deſcripſit.

Paſſim

paſſim etiam alibi & in *Epiſtola* XX. fetus monſtroſos aliquos recenſuit. *VALSALVÆ* novum inventum explicavit. In *Epiſtola* XV. de viis ſanguinis, quæ fetui ſunt peculiares, egit fuſiſſime.

MICH. ERN. ETTMULLER & *WERTHER monſtrum Hungaricum*, Lipſ. 1707. Diſp. *EJ. de excluſione ſecundinarum*, Lipſ. 1726.

JAMES DRAKE theoriam menſium a collecta in veſicula & ſubito effuſa bile ſanguinem in motum ciente in anthropographia ſua propoſuit.

MARTINI NABOTH de ſterilitate mulierum, Diſp. Lipſ. 1707. 4. celebris eſt, qua ſubruere recepta ovaria, & veſiculas ſubſtituere voluit, quæ in cervice uteri ſunt. Adlegat ſcirrhoſa ovaria, clauſas tubas, in fecundis feminis, &c. Contra eum ſcripſerunt *BOETTIGERUS*, *PETERMANNUS*, *M. E. ETTMULLERUS* in *Epiſtola* ad *RUYSCHIUM*, *RUYSCHIUS*, aliique.

J. A. HELVETII & *SALVATORIS CLUSCARD Ergo partus naturalis cauſa menſtruum per geſtationem ſuppreſſum*, Pariſ. 1707. 4.

MICH. ERN. ETTMULLER de monſtro Hungarico, Lipſ. 1707. 4. *de ſecundinarum excluſione* 1726. 4.

JEAN. PALFYN deſcription des parties de la femme, Leidæ 1708. 4. Figuræ *SWAMMERDAMII*, cum explicatione brevi adjecta, monſtra *LICETIANA*, & partus monſtroſi *PALFYNI*, de quibus inferius agam.

JOH. DARTIGUELONGUE Apographe rerum phyſico-medicarum, Amſt. 1708. 12. * Generationem mechanice explicat, multum uſus materia ſubtili.

A. O. GOELICKE partum octimeſtrem vitalem & legitimum eſſe, Hall. 1708. 4. *EJ. de pulmonum infantis in aqua natatione vel ſubſidentia infallibili ſigno*, Francof. Viadr. 1730. Diſp.

Eo tempore excudebatur *GALER.* di *MINERVA* in qua varia reperiuntur, quæ huc ſpectant. Monſtrum felinum T. V. aliud monſtrum T. VI. Ova anguillæ *IBID.* glandulæ cervicis uteri *IBID.* Vaſcula aërea ovorum T. VII. fetus acephalos *MANGETI* ibid.

In *GIORNALE DE' LETTERATI* paſſim aliqua huc pertinent, ut *BELLINI* de ovis Diſſ. T. II.

NIGRISOLI idea L. *de generatione*. T. IV.

ABB. CONTI epiſtola critica contra NIGRISOLIUM Tom. XII.

Fetus deſtitutus viſceribus T. 36. aliaque.

CHRISTIAN. FRID. BOETTGER fetum non ante conceptionem in ovulo praeexiſtere, Lipſ. 1708. Diſp.

CAROLI MUSITANI quæſtiones duæ de ſemine muſculo & femineo prodierunt Genev. 1709. 4. cum tractatu de morbis mulierum.

J. VON HOORNE anatomes publicæ anni 1705. *Prælectio* III. Upſal. 1709. 8. De organis genitalibus mulierum & fetu agit, vir in his rebus ex obſtetriciis laboribus exercitatus. Admiſcet rariores & utiles inciſiones fetuum matrumque. Situm cernuum fetus etiam ante maturitatem, oris uteri maturum hiatum recte obſervavit. Partum tribuit incipienti putredini placentæ. Semen muliebre ſtatuit. *ROBERGIUS* editor *GRAAFII* experimenta in cuniculo admiſcuit & alia.

M. V. de ſororibus gemellis ab oſſe ſacro monſtroſe ſibi cohœrentibus, Kiel. 1709. 4. *

J. PHIL. VERHEYEN in *ſupplemento* ſuo minime contemnenda experimenta de generatione & formatione ſucceſſiva fetus in vaccis & ovibus inſtituit: contra *MERIUM* in propria epiſtola pugnavit: in ipſa anatome rugas vaginæ non male depinxit.

J. HENRICI HEUCHER de muliebribus, VVittemb. 1710. Diſp. *Quibus infans differat ab adulto*, *IDEM* 1711.

In de la *MARCHE inſtruction familière & utile aux Sages-femmes*, Pariſ. 1710. 8. Uterus duplex & alia deſcribuntur.

JOH. BOHN & hic & ubique meretur legi.

DEMOCRITUS CHRISTIANUS in *vitæ animalis morbo & Medicina* defendit ideas plaſticas, & generationem æquivocam, quam etiam *HENKELIUS* in *flora ſaturnizante* tuetur.

J. FANTONI in nupera editione ſuarum diſſertationum anatomicarum omnino legi meretur: vaſcula amnii: urinæ iter per urachum: cauſam cur arteriæ umbilicales excæcentur: hymenem: ductus mucoſos uteri: fibras muſculoſas: glandulas tubarum adfirmat & alia.

PETRI FRESART Emmenologia in qua fluxus menſtrui phænomena ad rationes medico-phyſicas exiguntur, Leodii 1712. * Contra *FREINDIUM*.

FRAN-

FRANCISCI MARIÆ NIGRISOLI conſiderazione intorno alla generazione de' viventi e particolarmente de' moſtri, Ferrara 1712. 4. Defendit ova, eaque valde minuta (an ſatis certo?) deſcribit, refutat vermiculos, ſeminalem ideam plaſticam adfirmat, monſtra aliqua ſecundum externum tantum habitum deſcribit. Ova humana in utero reperit. Secunda & tertia pars, quam promittit de monſtris acturam, nunquam prodiit.

HENR. HENRICI de veſiculis ſeminalibus mulierum, Hall. 1712. 4. Pro *NABOTHO*, cui etiam favet *F. HOFMANNUS*.

J. SALZMANN de natura miraculo utero muliebri, Argentor. 1712. 4.

EJUSDEM de circulat. ſanguinis in fetu, R. VVeiſſer. 1714. ibid.

EJUSDEM & *HIRSCHELII* Diſſ. *de præcipuis differentiis inter fetum & adultum* Differtat. II. 1729. 4.

AUG. LUDOVIC. MITHOB de anthropogonia, Groning. 1712. Diſp.

Cum *SCULTETTI armamentario*, Lugd. 1712. 4. excuſo prodiit deſcriptio monſtri a *D. GOEFFON* diſſecti.

HELWICH WILH. STAUDACHER de umbilico, Altdorf. 1713. 4.

ARCHIBALD PITCARNE Diſſ. *de fluxu menſtruo*, quæ exſtat in editione Edimburgenſi 1713. 4. eam fere theoriam tradit, a plethora, quæ reperitur apud *BOERHAAVIUM*.

PHILIPPI della *TORRE lettera intorno alla generazione dei vermi* cum *VALISNERI* obſervationibus lumbricorum prodiit, Patavii 1713. 4.

In *GOELIKII* hiſtoria anatomes aliqua contra *NABOTHUM* habentur, & ovum humanum de ovario pendulum.

J. A. WEDEL de ſanguine menſtruo, Diſp. Jen. 1713. 4.

The myſteries of virginity *. Lond. 1714. 8. *B. PL.* Sed vereor ad corrumpendos mores pertinere.

Difeſa della conſiderazione del S. NIGRISOLI, Ferrara 1714. 4. Contra epiſtolam criticam Abbatis *CONTI*, quæ exſtat in GIORN. *de' letterati*.

J. PELEGR NUVOLETTI lettera ſopra d'un parto moſtruoſo nato il 1. *d' Ag.* 1713. Fano 1714. 4. * Nonne idem qui in *opuſculis filol.* recuſus eſt?

In *D. FEUILLE'E* itineribus habentur monſtra aliqua.

JAN PALFYN beſchryving van tvvee monſtreuſen kinderen, &c. Leidæ 1714. 8. Bona deſcriptio anatomica duorum fetuum per oppoſitas pelves connatorum.

J. JAC. GRAMBS de nutritione & augmento fetus in utero, Gieſſ. 1714.

CHRISTIAN VATER de partu hominis poſt mortem matris, VVittemb. 1714. Diſp.

J. G. a BERGEN de vagitu uterino, Francof. ad Viad. 1714. Collegit exempla & vagitum defendit.

M. E. ETTMULLER de novo ovario Epiſtola ploblematica ad RUYSCHIUM 1714. 4. Contra *NABOTHUM*.

P. DIONIS in Libro *obſtetricio* tribuit ligamentis latis fibras muſculares, & teretibus vim deducendi uterum, ut occurrat femini. In *Cours d'anatomie* fetus ventrales habentur: uterus duplex, multa alia utilia. *IDEM* jam an. 1683. 8. ediderat *Hiſtoire anatomique d'une matrice extraordinaire* quæ obſervatio redit in *cours d'anat.* Ad ejus de generatione Librum dedit notas *TIMMIUS*, Brem. 1745. 8.

R. JAC. CAMERARIUS de generatione hominis & animalium, Tubing. 1715. 4. multa bona habet de differentiis fetus ab adulto homine, corpore luteo, &c.

J. ANT. TERENZONI Exerc. phyſ. med. Lucca 1708. 4. & *de morbis uteri*, Lucca 1715. 4. Menſes a neſcio quibus igniculis uteri explicat.

In *WALTHERI theſauro obſſ.* qui anno 1715. Lipſiæ 8. prodiit monſtra varia deſcribuntur, menſium anomaliæ & alia hujuſmodi.

GOTTFR. POLYCARPI MULLER & *J. Z. PLATNER meditationes in œconomiam generationis animalium*, Lipſ. 1715. 4.

G. POL. MULLER & *J. Z. PLATNER* citatæ *meditationes* contra vermiculos ſeminales ſcriptæ ſunt pro plaſtica potentia & ovulis.

L. L. GOUEY Chirurgien véritable ſuivi d'un nouveau ſyſtème ſur la génération, Rotomagi 1716. 8. Syſtema ex refutatione *CAMERARII* didici.

L. L. GOUEY l. c. ſemen non venire in uterum tradit, ſed per poros oris interni uteri tranſpirare, & ova per venerem ad uterum delata imprægnare: ova etiam abſque voluptate ex utero deſcendere (quæ videntur fuiſſe placenta veſicaria).

In *URATISLAVIENSIBUS ACTIS* Monſtra paſſim deſcripta exſtant.

F. BELLINGER of the nutrition of the fetus in the vvomb, Lond. 1717. 8. Liquorem amnii acrem eſſe & lixivum, minime nutritium. Placentularum ſuccum lacteum venire in thymum, inde per ductum proprium ad glandulæ maxillaris ductum excretorium ferri, atque porro a fetu deglutiri. Unica obſervatio, eaque in monſtroſo fetu facta.

A. Q. RIVINI puella monſtroſa, Lipſ. 1717. 4.

A. van der *HULST de circulatione ſanguinis in fetu*, Leidæ 1717. Diſp. *

P. G. SCHACHER quomodo fiat ut fetus abſque putredine in utero maneat, Lipſ. 1717. 4.*

De partu gemellorum diſparis magnitudinis. 1721. 4.

EJ. *De conceptione fetus humani abſtruſa, an abſque membri genitalis inſertione femina concipere poſſit*, 1728. De pilis in ovariis muliebribus 1735.

VIDUSSI opuſculum jam citavi.

C. G. NEUMANN de excluſione ovulorum in ſalacibus abſque prægreſſo coitu, Leid. 1717. 4. *

J. MAR. LANCISI de puncto ſaliente & cordis evolutione in fetu obſervationes deſcribit in Libro *poſthumo* de corde. *IDEM* inter *poſthuma* inedita reliquit Tractatum de *formatione fetus*. *EJUS* epiſtola de *uteri veſiculis* exſtat cum *VALISNERIO*.

In *JOBLOTI* microſcopicis Pariſ. editis 1718. 4. (*Phyſic.* p. 119.) varia de generatione inſectorum habentur & panſpermia defenditur.

L. de *SMIDT de ortu & generatione hominis*, Leidæ 1718. 4.

JOH. HYAC. VOGLI de anthropogonia, Bonon. 1718. 4. II. vol. Non ovum femininum, ſed ſemen, de teſte muliebri venire, in utero cum ſemine maſculo miſceri, efferveſcere, inde fetum naſci. Multa compilatio, caſtigatio variorum ſcriptorum, propriæ obſervationis minimum.

La *MOTTE diſſertation ſur la génération & la ſuperfétation*, Pariſ. 1718. 12. Pugnat contra ovorum ſyſtema, & defendit formationem animalium ex ſemine utriuſque ſexus. Argumenta ſumit ab anguſtia, a diſtantia tubarum, a tubis in femina fecunda nimis brevibus, quam ut ovarium adſequerentur. *PUZOS* in epiſtola ad la *MOTTE* partum ventralem deſcribit, cum tuba & uterus integra eſſent. In Libro etiam la *MOTTII* obſtetricio, quem alibi laudabimus, multa ad rem noſtram habet la *MOTTE* ut ova humana.

Tr. of flogging in venereal affairs and of hermaphrodits, Lond. 1718. 12. *

JOH. von *HORNS bref huruvvyda man utaf, langans ſtunkande*, &c. Stokholm. 1718. 8. Supra citatæ epiſtolæ multa continent ad dignoſcendum fetum perfectum, vitalem, ad ejus reſpirationem primam, &c.

P. S. ROUHAULT diſcours concernant les différens changemens qui arrivent a la circulation du ſang du fetus, Turini . . . 8. ſyſtema ſuum proponit, quo *MERYUM* defendit, ſed novis utique rationibus & experimentis.

S. MIDDELBEEK de incremento fetus humani in utero, Leidæ 1719. Diſp.

DANIEL adnotationes in hypotheſes Goueyanas, Francof. 1719. 8. Chirurgus Gallus nomine *GOUEY* (uti diximus) ſemen maſculum ad uterum venire negaverat, rationibus deſumtis ab oſtio uteri cæco in fecunda femina: ab ovulis femininis ex ſola irritatione in proprio experimento delapſis, &c. Ad ea ratiocinia reſpondet *HOFMANNUS*. In præfatione ſtatum medicinæ deſcribit, qualis an. 1718. Pariſiis fuit.

J. JAC. RAU in poſthumis, quæ adſunt apud *VALENTINUM* in *Amphitheatro* Zootomico, glandulas vaginæ muciferas deſcribit.

A. VATER progr. *de modo quo foramen ovale clauditur*, VVittemb. 1719. 4. habet deſcriptionem foraminis ovalis fibra quadam diviſi, medullæ in arteriis umbilicalibus, &c.

A. VATERI etiam eſt programma *de hymene*, VVittemb. 1727. 4.

SIEGM. AUG. PFEIFFER Embryologia ſeu doctrina fetus in utero, Sedini 1719. 8. *

SIM. P. HILSCHER de opere generationis in feminis, Jenæ 1719. Diſp. Corpora lutea deſcribit.

ORTH. de fetu 46. annorum, Tubing. 1720. 4.

WILH. ULR. WALDTSCHMIDT de ortu & generatione hominis, Kiel. 1720. 4.

J. A. SLEVOGT de acquirenda & conſervanda ſobole, Jen. 1720. 4.

J. CONR. PEYER de uracho in fetu humano pervio, Leidæ 1721. 8. Unica obſervatio, quæ demonſtrare vult hunc canalem pervium eſſe.

Nou-

Nouvelles conjectures phyſiques par GAUTIER, Meaux 1721. Omnia evolvi, neque quidquam in corpore humano naſci, ne ſanguinem quidem.

RICH. BRADLEY philoſophical account of the works of nature, Lond. 1721. 4. fetus aliquos habet, & de Pipa bufone obſervationes, & batrachogoniam. Eam etiam duplicem, & miram illam Surinamenſem, quæ Europeæ contraria eſt, *SIBILLA MERIAN in Surinamenſibus inſectis* depictam dedit.

ANT. VALISNERI iſtoria della generazione dell' uomo. Venet. 1722. 4. Fuſe in II. Tomo agit de ovariis, quæ per omne animalium quadrupedum genus perſequitur, & ubique corpora lutea *MALPIGHIANA*, & ova ipſa ſollicite deſcribit. Ovum ſtatuit inviſibile, quod in corpore luteo natum, per anguſtas tubas tranſire poſſit, & fit verum ovum humanum. Porro ad refutandum ſyſtema generationis æquivocæ pertinent *Miglioramenti e correzioni d' alcune eſperienze del* S. REDI quas collegit *GASPARI*. In *nuova giunta d' eſperienze intorno all' iſtoria medica e naturale* habentur obſervationes de aere in ovis contento. In *ſecundo dialogo* & in III. vol. *GIORN. DE' LETTER.* negat vagitus uterinos, & fetus pipitum intra ovum. Deinde per omnia fere opera legendus eſt *VALISNERIUS*, in quibus ingens collectio habetur monſtrorum cum titulo *relazioni di varj moſtri*. Ita porro de partu veſicario & in univerſum de generatione inſectorum, undique & perpetuo univoca multa optima experimenta habet.

In editione *BERGERIANA* (Lemgov. 1739. 8.) Libri *de generatione* in notis defenduntur vermiculi & ova vulgaria, & in *appendice* exſtat collectio monſtrorum.

GOD. HELD. a HAGELSHEIM Diſſ. de tempore partus occaſione partus tubarii 46. annis geſtati ad L. *SCHROEK*. Baruth. 1722. 4.

FOERSTER de menſtruo fluxu ejuſque ſuppreſſione, Helmſt. 1722. Diſp.

ABR. VATER graviditas apparens, Wittemb. 1722. Diſp. Ova humana deſcribit, &c.

L. P. THUMMIG in *Verſuche*, Halæ 1723. 8. editis varia huc pertinentia habet, de monſtris, vomitu canini fetus; ova non fecunda fieri abſque coitu defendit, &c.

G. BATT. PAITONI diſcorſi della generazione dell' Uomo I. & II. Venet. 1722. 4. III. IV. 1726. 4. Ovaria defendit, & ova Malpighiana, & contra inviſibile *VALISNERI* ovum & contra Graafianum illud vulgo notum: Fecundationem in utero contingere docet. *EJUSDEM vindiciæ contra epiſtolas PETRI BIANCHI*, Faventiæ 1724. 4. *P. BIANCHI*, diſcipulus *VALISNERII* vindicaverat contra juvenem *PAITONUM* præceptorem ſuum; epiſtolis duabus, quæ non videntur editæ fuiſſe. *PAITONUS* in epiſtola prima ſemen maſculum redire in ſanguinem confirmat, in altera vero idem ſemen per tubas ad ovaria venire, & eas antiperiſtaltico motu agitari negat.

ANTOINE MAITREJEAN obſervation ſur la formation du poulet, Pariſ. 1722. 12. Uſus eſt gallinis Calecutenſibus majoribus, & albumen coagulavit, figuras ſuas ipſe delineavit. Ita in quibuſdam potuit *MALPIGHIUM* corrigere. Vaſa umbilicalia fuſe deſcribit. Chalazas albumen reſorbere, & vitellum vehere credit. Vaſa contorta vitelli, appendicem inteſtini vitellariam, & alia fuſe recenſet. Vermiculos ſeminales refutat, omnia a matre eſſe, patrem tantum fermentum addere contendit.

SIGISM. MAYOOR de maſcula ſobole procreanda, Altdorf. 1723. Diſp.

LUD. HIERON. COSNIER an fetus in utero ſuctione nutriatur, Pariſ. 1724. Diſp.

In *J. DOMIN. SANTORINI* Obſervationibus plurima egregia habentur, fetus tubarius, corpus luteum, muſculi feminini, rugæ vaginæ, cervicis uteri, de ovo inviſibili conſenſus cum *VALISNERIO* & *MORGAGNO*, de ligamentis vaginæ, de fibris tubarum obſervationes.

EJUSDEM iſtoria d' un feto eſtratto delle parti deretane, Venet. 1727. 4. Non ſolum fetus multo tempore retenti per anum extractionem deſcribit, ſed plurima alia utilia habet, ovi 12. dierum bonam deſcriptionem, obſervationes de tubis, de corporibus luteis ovarium diffringentibus, inteſtinis connatis, &c.

MARTIN. MARTINEZ obſervationes de corde, Madriti 1723. 4. Habet varia monſtra, cordis ſitu diſturbati hiſtoriam, alia.

LISCHWITZ de ortu & propagatione hominis, Lipſ. 1723. Diſp.

BEN. STÆHELIN ſpect. anat. botan. 1724. 4. Habet vaſa lymphatica uteri.

MENZ

MENZ de generatione paradoxa ranarum, Lipſ. 1724. Diſp. Ovaria ranarum tubæque.

J. H. LUDOLF & *CLEMENS de funiculo umbilicali hominis longiori*, Erfurt. 1724. 4.

In *ROBINSONI* phyſiologicis habetur theoria menſium probabilis.

JOH. ADAM. KULMI deſcriptio fetus monſtroſi, Gedan. 1724. 4. Bonus Liber. Anatome accurata fetus, qualem deſcripſi, cum vaſis tamen umbilicalibus ſimplicibus, auribus cordis quatuor. In hiſtoria hominis ſuffocati, quæ pro *appendice* eſt, utilia omnino multa continentur. Syſtema cauſarum accidentalium in monſtris non probat. Signa ſexum femininum diſtinguentia ſolito copioſius recenſet, liquoris amnii vim nutritiam negat.

S. SIMONE ROUHAULT oſſervazioni anatomico-fiſiche, Turin. 1724. 4. Quæ in Monumentis Pariſinis habet, ea hic ornatius repetuntur. Sex ſunt obſervationes I. de placenta, in qua membranam mediam noſtram & reticularem Chorii fabricam deſcribit. II. in qua funiculi umbilicalis ſpongioſum corpus. III. Fetum unice per venam umbilicalem ali. IV. V. de circulatione ſanguinis in fetu, quam a fetus corde pendere, & morem ſequi *MERYANUM* defendit. VI. de cauſa partus.

A. VATER uterus gravidus, VVittemb. 1725. 4. Habet inprimis deſcriptionem ſinuum uteri, quales vulgo ſtatuuntur.

CHRISTOPH. JOAH. WOLFART de fetu monſtroſo duplici, Marburg. 1725. 4.

G. MARTYN de fluxu menſtruali & morbis virginum, Leid. 1725. 4. diſputatio.

EL. CAMERAR. de generatione hominis ex venere, Tubing. 1725. 4. *de ortu humano occulto* 1733.

BECKINDORP de ſignis virginitatis, Franeker. 1725.

MULLER an primum rudimentum fetus in ovo, Altdorf. 1725. 4.

CHARLES DENIS LAUNAI nouveau ſyſtéme ſur la génération de l' homme & de l'oiſeau, 1726. 12. Mirum ſyſtema, perfectum puerum in ſemine maris & perfectam puellam in femina & veſiculis feminæ perfici. Experimenta vix ulla propria habet.

In *annalibus Juliis* 1726. exſtat partus tubarius profoceri mei *HERMANNI TEICHMEYERI*; anno videlicet 1727. & in diſputatione propria *de fetu tredecimeſtri* L. *HEISTERI* hiſtoriæ recenſentur fetuum, eo tempore in utero geſtorum. *IDEM* laudatus.

HEISTERUS etiam in compendio ovum humanum pictum dedit, tubarumque repetita vaſa.

HEISTERI etiam eſt *de exſiſtentia Dei ex partibus genitalibus* 1727. 4.

ARCHIBALD MITCHELL the ſoeterkin diſſerted, Londin. 1726. 8. contra fabulam molarum animatarum.

FRID. HOFMANN de ignorata uteri ſtructura multorum errorum fonte, Hall. 1726. 4.

JAQ. AUG. BLONDEL the ſtrength of imagination of pregnant vvomen examined, Lond. 1727. 8. Gallice *diſſ. Ph. ſur la force de l'imagination des femmes groſſes*, Leidæ 1737. 8. Celebri Libro vim omnem maternæ imaginationis in producendis nævis refutavit ingenioſe certe, ut facile demonſtraret, modo omnino, quo fiat, intelligi non quire. Sed multa fiunt, quorum modum ignoramus. Cum D. *DANIEL TURNER* contra eum pro aſſerenda vi imaginationis ſcripſiſſet *on the force of the mothers imagination upon the fetus in utero*, reſpondet *BLONDELIUS*, Lond. 1729. 8. Libro qui vocatur *the povver of the mothers imagination over the fetus examined in anſvver to D. D. DANIEL T.* *

J. A. BLONDEL Gallice primum prodiit Lond. 1727. 8. deinde Leidæ, ut diximus.

Iterum reſpondit *D. TURNER the force of the mothers imagination upon the fetus in utero ſtill forther conſidered by vvay of replie to D. BLONDEL's book*, Lond. 1730. 8.

JOSEPH VOLPINI opere medico-pratiche filoſofiche, Parma 1726. 4. in diſſertatione quarta ſolvuntur objectiones, quæ contra ſyſtema ovorum proponi ſolent. Ovum inviſibile etiam defendit, & in ovo ante fecundationem jam adeſſe primum ſtamen futuri animalis. Deſcriptionem dat ovi humani.

J. BAPT. du *BOIS*. *Ergo fetus extra uterum genitus ſalva matre poteſt excidi*, Pariſ. 1727. 4. Partum gemellorum ventralium habet.

JAMES DOUGLAS avertiſſement on the journal of R. Manningham, Lond. 1727. 8. Agitur de ridicula illa comœdia cuniculorum, quæ tunc maxime ludebatur a Maria Fofts. Demonſtrat *DOUGLASIUS* nunquam ſe fidem illepidæ hiſtoriæ habuiſſe.

A. VATER progr. *de hymene*, VVittemb. 1727. 4.

CHRIST. GOTTFR. STENZEL de munere & pathematibus organorum genitalium, VVittemb. 1727. Diſp. *

P. SIMON ROUHAULT réponſe a la critique de M. VVINSLOVV, Turin 1728. 4. Pergit defendere ſententiam *MERYI*, ſinuſque cordis & aures diverſo tempore repleri contendit. Multum cavillorum & inutilis pugnæ.

T. COE de fluxu muliebri menſtruo, Leidæ 1728. Diſp.

J. HENR. GEELHAUSEN de pulmonibus recens natorum, &c. ſupra citatus eſt.

J. R. GARENGEOT in ſua *ſplanchnologia* habet hymenem, contra morem Gallorum.

FABR. JOH. FERRI de generatione viventium in triplici ſtatu, univoco, analogo, & equivoco ad mentem Hippocratis, Ferrar. 1728. 8. * *PL.*

In *Raccolta d' opuſcoli ſcientifici* paſſim varia huc ſpectant, ut in T. I. *VALISNERI* refutatio partus ridiculi viperæ per os, & deſcriptio cloacæ uterinæ in eo animale. T. II. fetus cerebro deſtitutus. T. V. epiſtolæ duæ de ſyſtemate evolutionis. T. VI. *ROUHAULT* partus ventralis. T. IX. Cenſura in *NUVOLETTI* deſcriptionem monſtri, T. XIII. *CONST. GATTA* de graviditate 22. menſium T. XXII. brevis deſcriptio partus bicipitis *LUNADEI*.

J. CHRISTOPH. SCHUTZER de fabrica & morbis ligamentorum uteri, Harderovic. 1729. 4.*

J. MART. SCHURIG parthenologia, Dreſdæ 1729. 4. *Muliebria EJUSDEM* eod. anno 4. *Gynæcologia* 1730. 4. *Syllepſiologia* 1731. 4. *Embryologia* 1732. 4. Compilationes meræ.

In *BECKERI paidioctonia inculpata* exſtat obſervatio de conceptu per anguſtiſſimam vaginam, qualis etiam apud *H. F.* ab *AQUAPENDENTE*, in Chirurgicis reperitur.

V. W. WALDSCHMID de ſuperfetatione falſo prætenſa, Hamburg. 1728. 4. & prius *de ſuperfetatione* progr. Kiel. 1725. 4. *de allantoide*, Kiel. 1729. 4.

ABR. VATER in *mola prægnante*, VVittemb. 1729. ova humana abortiva deſcribit.

THOMÆ SIMSON Syſtem of the vvomb, Edimburg. 1729. 8. Syſtema eſt, uterum ſinus habere, ad quos ſanguis non veniat in junioribus virginibus, ſed ſenſim dilatatis vaſis demum eo penetret, tunc comprimat uteri vaſa, circulationem impediat, &c. Plethoram acerbe refutat. In anatome nihil invenit.

A. F. WALTHER hiſtoria ſuffocationis, Lipſ. 1729. 4. habet poros ſebaceos genitalium, lacunas urethræ.

In *BIBLIOTHEC. ITAL.* T. I. fetus ventralis quatuordecim annis geſtatus deſcribitur.

LE TELLIER réfléxions critiques ſur l'emménologie de Freind, Pariſ. 1730. 8. A ſanguine menſes derivat, qui per arterias majori copia adveniat, quam refluat per venas. Vaſa uteri non rumpi, ſed dilatari, recte contra *FREINDIUM* monet. In venæ ſectionis temporibus ab eodem viro diſſentit.

LUD. de *NEUFVILLE de allantoide*, Leidæ 1730. 4. & *THEODOR. TRONCHIN de nympha* eod. anno ibid. recuſæ Leidæ 1736. 8. Membrana allantoidea & urachus pervius ex *ALBINI* obſervatione in priori Libello defenditur.

JAC. MICH. KORNMANN hœchſtnoethiger unterricht von der geburt der menſchen, Erfurt. 1731. 8. *

In *COMMERCIO NORICO* plurima bona, inprimis ſeries fetuum egregie delineata: icones valvularum cervicis uteri, arteriarum pelvis, monſtra, fetus tubarius, ventralis, muſculi uterini deſcriptiones, venæ umbilicales, de uracho experimenta, vagina duplex.

B. MEIBOM de conceptione, Helmſtad. 1731. Diſp.

MICHAEL ALBERTI de hominis generatione, &c. Hall. 1731. Diſp. *EJUSD. de hepate uterino* 1735. &c.

MICH. ALBERTI etiam eſt *de anima humana, ubi demonſtratur proprium ſibi domicilium ſtruere*, Hall 1732.

CHRISTIAN FRID. RAST de utero, Regiomont. 1731. 4.

WILH. BERNARD NEBEL de partu tredecimeſtri legitimo, Heidelb. 1731. 4.

COLONNE de la nature & de la génération des choſes, Pariſ. 1731. 12. Phyſicus Platonicus.

BENEDICTUS STAEHELIN in *ſpecimine Anat. Bot.* 1731. experimenta pro deglutitione a fetu peracta retulit.

GOTTFRID WILHEM. MULLER de ſitu uteri obliquo, Argent. 1731. Diſp.

Theſes *D. GEOFROY* huc pertinent laudatæ in *hiſt. genit. maſc.*

J. HENR.

J. HENR. COHAUSEN Lucina Ruyſchiana, Amſtel. 1731. 8. Muſculum *RUYSCHII* non differre a notiſſimis fibris uteri muſcularibus; non depellere placentam, ſed adjuvare exitum, & uterum in legitimam parvitatem reducere. Placentam in utero non debere relinqui, *&c.*

FITZGERALD de catameniis, Monſpel. 1741. 8.

In *BASSI obſervationibus* de himene experimenta habentur.

LAUR. HEISTER de fallaci pulmonum experimento, Helmſt. 1732. 4.

J. HENR. SCHULZE de vaſis umbilicalibus, Hall. 1732. 4. & *an eorum deligatio neceſſaria*, ibid. eodem anno. Negat vir doctiſſimus & aliqua experimenta adfert.

In *ACTIS EDIMBURGENSIBUS* in T. I. reperitur *GIBSONI* Diſſertatio pro vi nutritia liquoris Amnii. In T. II. Diſſ. *ALEXANDRI MONROO* contra eam vim fuſa & erudita adeſt, qua ova etiam ovipara egregie deſcribuntur, & allantoides vera. Plurimae adhuc aliae intercurrunt hoc pertinentes obſervationes ut ovi humani in T. IV. placentae & conceptus humani rara deſcriptio in T. V.

F. E. BRUKMANN beſchreibung einer ſeltſamen miſſgeburt, VVolfenbuttel 1732. 4. Fetus externa deſcriptio, cui alter ſemiformatus de pectore pendebat.

F. E. BRUKMANN, hoc loco citatus etiam in *Epiſtolis* monſtra aliqua habet.

JOHN CRAWFURD the caſes of impotence and virginity diſcuſſ'd, Lond. 1732. 8.* *PL.*

F. RUYSCHIUS plurimum ad hanc partem anatomes contulit. Anthropologiam ſive ſeriem fetuum humanorum majorem, quam ullus praeterea collegit, deſcripſit in *Theſ.* VI. & alibi. Conceptionem recentiſſimam aliquoties obſervavit, ut apud *SCHRADERUM* in *Addit. ad VESLINGIUM*, *DIEMERBROEKIUM*, *BLANCARDUM Jaarregiſter* I. Semen maſculum in utero & tubis vidit, & menſes ex oſculo uteri fluentes. Placentas ex hydatiditibus factas, corpus luteum intra ovum ſubnatum, membranam exteriorem placentae deſcripſit, *&c.* Muſculum novum uteri propria Epiſtola expoſuit, Amſtelod. 1726. edita, & a J. C. *BOHLIO*, amico noſtro, Latine verſa, propter quem ipſi gratulati ſunt *ABRAHAMUS VATER* etiam in *Epiſtola*, excuſa Amſtelodami 1727. 4. & *PHIL. HECQUET* in ſimili *Epiſtola* eodem anno data: alii contra ſcripſerunt, ut *COHAUSEN*, *CHR. POLYC. LEPORIN* in *einigen die zurükgebliebene nachegeburt angehenden Fragen* Quedlinburg. 1728. 4. Vir *CL. P. CONRADUS FABRICIUS* in Syngraph. Butisbac. p. 68. & alii. Sed ipſe demum *RUYSCHIUS* muſculum ſuum revocat apud *SCHREIBERUM* in *vita Ruyſchii*, p. 54. Hymenem reſtituit. Chorii membranam reticulatam confirmavit, mediamque, ſanguinem coactum a placenta diſtinguere docuit, ipſe aliquando ex ſimilitudine deceptus.

F. RUYSCHIUS uterum gravidum jam 1673. tabula expreſſit.

EJUS epiſtola qua novum uteri muſculum expoſuit, primum belgice prodiit Amſtel. anno 1725. 8.

Citata ad *RUYSCHIUM HECQUETI epiſtola* prodiit etiam cum EJ. *trajté ſur l'abus des purgatifs & des amers*, Pariſ. 1729. 8.

JACOB. DENYS verhandeling over het ampt der Vroedmeeſters en Vroedvrouvven. Leidae 1733. 4. multa bona habet ad monſtra, ad ſitum fetus, vim contractilem uteri, placentam, funiculum, totumque hoc negotium.

H. BERNARD de eo quo differt circuitus ſanguinis fetus ab illo hominis nati, Leid. 1733. 4.

P. de la *COUR de naturali catameniorum fluxu*, ibid. eod. anno.

EL. CAMERAR de ortu corporis humani occulto, Tubing. 1733. 4.

OT. CAS. BARFEKNECHT ergo omne vivens ex ovo, Pariſ. 1733. 4. Fetus in ovario reperti hiſtoriam habet.

BOURDELIN quo uberior tranſpiratio, eo parcior menſtruus fluxus, Pariſ. 1733. 4.

LUD. CLAUD BOURDELIN etiam eſt, *Ergo ut in ſectis animalibus ſic & fetui ſua metamorphoſis*, Pariſ. 1733. 4.

HARTMANN de bruto ex homine, Erfurt. 1733. 4. Fetus paulum deformis pro ſimia exhibetur.

GEORG. VOLCMAR HARTMANN brutum ex homine, Erf. 1733. 4.

J. FRID. BORBSTAETTER de circulatione ſanguinis in fetu, Regiom. 1733. 4.

BUCHWALD de graviditate tempus excedente, Hafn. 1734. Diſp.

J. de *BUCHWALD* etiam edidit *hiſtoriam gemelli coaliti ſcholiis illuſtratam*, Hafn. 1743. 4.

B. MEIBOM de conceptu, Helmaſtad. 1734. Diſp.

A. VATER de ſignis, ex quibus dijudicari poteſt, an infans recens natus vitalis, aut,&c. VVittemb. 1735. 4.

ILL. de *REAUMUR* infectorum hiſtoria plurimum ad illuſtrandam generationem facit.

J. de *JUSSIEU* in theſi *an fetui ſanguis maternus alimento ſit.* Pariſ. 1735. ali fetum per vaſa lactea uteri, neque ſanguinem a matre ad fetum tranſire defendit.

HERELIUS in emmenologiam Freindianam, Hall. 1735. 4.

J. FRID. CASSEBOHM in *Tractatuum anatom.* VI. *de aure humana* egregiam fabricæ monſtroſæ deſcriptionem dat. *EJUSD.* an. 1730. prodiit progr. *de differentiis fetus.*

N. TEFTRODE Diſſ. *de fluxu menſtruo*, Leid. 1735. 5.

D. SENNAC in nova editione *des Eſſais de Phyſique* legi poteſt. Habet obſervationes varias v. gr. de fetu maturo cui os clauſum.

J. de *DIEST* & *SAINT VAST* in *theſibus*, Pariſ. 1735. profert manere fetum ſanguine plenum, quando mater exhauſta eſt, nec vim ſtyptici a ſanguine materno ad ſanguinem fetus tranſire. Recenſam legi.

REICHART de utero gravido una cum fetu vulnerato, Argentor. 1735. 4.

GOTTL. FRIDERICI de monſtro humano rariſſimo, Lipſ. 1736. 4.

In *uytgeleezene naturkundige aantekeningen.* T. III. habetur *GORTERI* de pulmone natante vel merſo Diſſertatio.

H. F. TEICHMEYER de generatione, Jen. 1736. Diſp.

CHRISTOPH. JACOB. TREW de præcipuis inter hominem natum & non natum differentiis, Norimb. 1736. 4. Egregio opere deſcribit eas partes, quibus fetus inprimis ſe diſtinguit, tum circulationis cauſam, quæ diverſa eſt, tum in veſica alibique, cum numeroſis ad naturam delineatis figuris, & plurima erudita Auctorum dijudicatione. Idem in Diſp. inaug. *de chyloſi fetus in utero.* Argentor. 1715. 4. ad fetum, ductumque venoſum, ſed ad alias etiam partes anatomes obſervationes ſuas ediderat. Liquorem amnii deglutiri experimento confirmat.

J. B. MAZZINI de reſpiratione fetus conjectura. Brixiæ 1737. 4. magn. Reſpirare in aquis fetum conatur demonſtrare ex pipitu pulli, vagitu uterino, diminuto in adoleſcente fetu ſpecifico pondere. Partus cauſam naturalem deducit ex ſphærica figura in oblongam, minus capacem.

CLOZ de reſpiratione fetus in Italia, Helmſt. 1740. 4. Refutat Italum.

J. PH. BURGGRAV bedenken vom geſchäfte der erzeugung, Francof. 1737. 4.

In *J. CHR. KUNDMANN rarioribus naturæ & artis*, Breſl. 1737. fol. Inter alios monſtroſos partus habetur acephalus, corde deſtitutus.

G. WOLFGANG. TRIER de vita fetus humani in utero, Francof. Viadr. 1737. 4.

In *PETSCHII* ſæpe laudata diſputatione quæritur, cur bruta animalia allantoidem tunicam habeant, homo ea deſtituatur.

Traité de la Communication des maladies & des paſſions, la Haye 1738. 8. Auctorem D. de la *METTRIE* vocat Abatem *MOREAU* de *S. ELIE* (*Penelope* I. p. 83.) Scopus eſt demonſtrare a lacte materno, malis animi adfectibus pleno, pleraque vitæ humanæ mala oriri. Sed nimium provectus omnia tribuit corpori, quæ ſunt animæ, ipſam v. gr. ſuperbiam.

A. KAAU in utroque opere conſuli debet, ad ſudorem uteri, *&c.*

A. KAAU dictus in *Nov. Comm. Petropol.* erudite de hermaphroditis egit, quos minime admittit.

MICH. PHIL. BOUVART an oſſa innominata in gravidis & parturientibus diducantur, Pariſ. 1739. Id omnino fieri demonſtrat. Reſpondentis vice functus eſt *JOS. EXUP. BERTIN*, Amicus noſter, cujus calamitoſum exitum nondum deſiimus lamentari.

J. PHIL. GRAVEL de ſuperfetatione, Argent. 1738. 4. cum icone uteri ſemiduplicis recuſa in coll. Diſp. Vol. V.

De *ROUKEMÆ CROESERI*, & utriuſque *IDEMÆ* Libellis alibi diximus.

J. C. HEBENSTREIT in *progr.* an. 1738. edito varia de allantoidis abſentia, urachi cæcitate, foramine ovali, obſervat.

In *Satyris Sileſiacis* uterus duplex in VIII T. deſcribitur.

In *PETROPOLITANIS* in variis Tomis de monſtris egregiæ obſervationes habentur *JOHANNIS GEORGII DUVERNOI*, in T. III. V.

GOTTW

GOTTW SCHUSTER geneſis quadrimellorum, ſive *hiſtoria rara mulieris duplices gemellos enitentis*, Chemniz 1739. 4. *B. PL.*

BAUER de cauſa fecunditatis gentis circumciſæ, Lipſ. 1729. Diſp.

J. FRID. BAUER de cauſis fecunditatis gentis circumciſæ, Lipſ. 1739. 4.

In obſtetricio Libro *FIELDING OULD* alibi laudando agitur de obliquitate uteri, quam parvi omnino facit.

JAMES PARSONS enquiring into the nature of hermaphrodits, Lond. 1740. 8. Feminas eſſe *macroclitorides*, quas vocant androgynos, collectis exemplis defendit. *EJUSDEM* anatome veſicæ alibi laudata varia huc pertinentia habet. Idem in *Phil. Tranſ. ſupplemento* in Diſſertatione de motu muſculorum uteri dedit figuram, & ligamentis teretibus vim muſculoſam tribuit; tubarum fibras longitudinales & tranſverſas, hinc motum periſtalticum; figuram in gravida rectam deſcribit, hinc cum ovarium comprehendere nequeat, ſuperfetationem omnino impoſſibilem eſſe adfirmat.

DAVID VASSE Ergo a mutuo niſu vaſorum lactiferorum & ſpermaticorum menſtrua purgatio, Pariſ. 1740. 4. Cellulas uteri deſcribit.

J. WILH. HESSE de partu gemellorum, Argent. 1740. 4.

In *Actis Upſalienſibus* 1740. *D. SPOERING* bonam dedit anatomen partus monſtroſi.

J. B. BIANCHI de naturali & vitioſa generatione, Turin. 1741. 4. Anthropologiam habet, quæ ab ipſo ovo nondum fecundato incipit, cui tamen rudimentum fetus tribuit, ad mediam graviditatem uſque. Rudes vero icones & ex ipſa ſtatura ſuſpectæ ſunt. Sequuntur hiſtoriæ partuum tubariorum & ventralium, non abſque propriis obſervationibus. Inde molæ & germina abortiva, & monſtroſi aliqui fetus. Denique vermes humani, quorum aliqui valde paradoxi.

J. B. BIANCHI etiam eſt *ſtoria del moſtro di due corpi che nacque ſul Paveſe*, Turin. 1749. 8. utilis & bona deſcriptio aliquot partuum monſtroſorum: & rationes contra ſyſtema monſtrorum primigenorum.

J. EXUP. BERTIN an detur imaginationis maternæ in fetum actio. Pariſ. 1741. Negat.

LEANDER PEAGET an ſanguis a dextra in ſiniſtram cordis auriculam tranſeat. Pariſ. 1741. Recte adfirmat, jam laudatus.

BERCHER Ergo non datur imaginationis maternæ in fetum actio, Pariſ. 1741. 4.

In *H. GOURAIGNE* Diſſ. *de natura & cauſis fluiditatis naturalis*. Monſpel. 1741. 8. habetur analyſis lactis. In ejuſdem *quæſtionibus* 12. negatur monſtra ex vi imaginationis fieri.

FR. de *BUCHWALD thes decad. de Muſculo Ruyſchii in uteri fundo*, Hafn. 1741. Defendit *RUYSCHIUM* contra *LEPORINUM*, etſi & ipſe nonnumquam ægrius fibras ſe videre fatetur: eſſe vero feminas, quæ placentam anno demum a partu excluſerint, neque placencentam ſemper ad eamdem ſedem firmari.

P. A. BOEHMERI de ſitu uteri gravidi, Hall. 1741. 4. cum icone & gemontrica conſideratione.

JOS. WEITBRECHT aliqua ad ligamenta lata, ſitum uteri, in ſyndeſmologia habet & in *ACT. PETR.* T. IX. hominem monſtroſum deſcribit.

JOS. WEITBRECHT citatus dedit etiam uteri hiſtoriam in T. I. *Nov. Comment.*

Fetum cum 4. cornubus & tribus auribus deſcripſit *SEBASTIANUS ROTARI*.

CLISTONI WINTRINGHAM experimenta de vaſorum duritie etiam ad explicandam uteri functionem pertinent, cujus arterias laxiores, venas duriores reperit.

Philoſ. Eſſai on fecundation, Lond. 1742. 8. Parvi momenti ſyſtema, idem quod *D. LAUNAY*, ſemen nempe maris plenum pueris, femininum plenum puellis eſſe, hæc duo corpuſculorum genera in conceptu ſe adtrahere & cohærere.

J. J. HUBER de hymene & vaginæ rugis, Gotting. 1742. 4. Icones in univerſum minus bonæ, maxime quæ cervicis uteri & columnarum vaginæ rugas exprimunt. Columnas quatuor numerat, quæ nobis duæ ſunt, & hymenis varietates recenſet.

J. J. HUBERI etiam ſunt *obſervationes & cogitationes de monſtris*, Caſſel 1748. 4. Continent rationes mihi oppoſitas pro ſyſtemate *accidentium* & ſtructricis animæ, cum deſcriptione aliqua externarum partium monſtrorum nonnullorum.

In *KLEINII ichthyologicis* multa huc pertinent, uti v. gr. formatio ſucceſſiva piſcis Galei.

LE MONNIER de conceptu & incremento fetus, Leid. 1742. 4. Membranam placentæ externam refutat, *&c.*

Inter *SYLVÆ* poſthuma reperitur *Traité de la conception*, quam fieri adfirmat a ſpiritibus, per vaſa ovarii reſorbtis. Conf. *JOURN.* des *SAV.* 1744. Jul.

In Libro *Vernunftige gedanken von der natur* plurima ad generationem pertinentia habentur. Ovum verius intra vulgare latere creditur.

ANTON. FIZES de generatione Diſſ. quæ exſtat cum operibus omnibus, Monſpel. 1742. editis 4.

JOH. PETER SUSSMILCH die göttliche ordnung in den veränderungen des menſchlichen geſchlechts, Berolin. 1742. 8. Multa bona habet, undique collecta de numeris partuum maſculorum & femininorum, longævitatibus, *&c.*

HERISSANT an in omni partu Chirurgia, Pariſ. 1742. 4. Pro hymene.

SIMON BERNHARD WOLFSHEIMER de cauſis fecunditatis Hebræorum, Hall. 1742. 4.

WOLFGANG THOMAS RAU de nævis maternis, Altdorf. 1742. 4.

J. JAC. LAUFFER de infante ſine cerebro nato, Hall. 1743. 4.

VOIGT in Diſſ. *de capite infantis abrupto*, Gieſſ. 1743. 4. uteri habet deſcriptionem.

JOH. FRANC. ISEZ Ergo venæ ſpermaticæ ſtructura ſecretioni ſeminis favet. Pariſ. 1743.

WILH. NORTWYK hiſtoria uteri gravidi, Leid. 1743. 4. Fetus humanos deſcribit aliquos: maceratione communicationem placentæ cum utero deregit, allantoidem refutat, epigeneſin adfirmat, fuſus Auctor & collector.

CORN. TRIOEN in *obſervationibus Medico-Chirurgicis* aliquot ova humana expreſſit, fetum tubarium & ventralem deſcripſit.

ONYMOS de naturali fetus in utero materno ſitu, Leid. 1743. 4. & 1745. 8. Defendit fetum nunquam aliter niſi capite cernuo in utero ſedere.

BUSSON & *POISSONNIER an ab origine monſtra*, Pariſ. 1743. 4. Negant.

In *TABARRANI* obſervationibus hymen defenditur, & patula via aëris in uterum, vaſa lactifera mammæ deſcribuntur, quorum communicationem mutuam ſtatuit, & ductus longos proſtatæ muliebris exponit.

FR. DAVID HERISSANT an ſecundinæ fetui pulmonum præſtent officia, Pariſ. 1743. 4. adfirmat, ſanguinem in vena pulmonali pulchrius quam in arteria ſocia rubere.

ANDREÆ JOSEPH SERON Ergo ſuppreſſo & immoderato catameniorum fluxui aperientia. Pariſ. 1743. 4. legi meretur.

J. de BUCHWALD hiſtoria gemelli coaliti ſcholiis illuſtrata, Hafniæ 1743. 4. *

P. GERIKE de generatione, Helmſtad. 1744. 8. ſeminis vim reſorberi per vaſcula in ſuperficie uteri hiantia, & ad ſanguinem venire, malaciam facere, auram recta ad ovarium tendere. Panſpermiam etiam ſtatuit, & ſemina quidem ore recipi, & eadem eſſe pro homine brutoque; varietatem vero ab alimento fieri. Fabricam conceptionis ſuillæ deſcribit. *EJ.* Diſp. *de viis naturæ ad ovarium, & conceptione*, Helmſtad. 1746. 4. Vindicat priorem Libellum ab aliquibus in *BIBL. RAIS.* propoſitis obſervationibus.

Pro *P. GERIKE* ſententia defendenda ſcripſit etiam *MICH. CLOETZ de reſpiratione fetus*, Helmſtad. 17...

J. CAR. HEFFTER de cauſa incrementi fetus celerioris, Erfurt. 1745. 4.

CL. BOLTENIUS fetum reſpirare defendit. Vid. *Comm. Lit.* 1744. p. 355.

JANI PLANCI breve ſtoria di Catarina Vizzani, Venet. 1744. Hymenem deſcribit in adulta femina.

MULLER de utero rupto. Diſp. Baſil. 1745. pulvis muliebris rationem ad virilem, fibras vorticoſas fundi uteri deſcribit, mathemata ad phyſiologiam adplicat.

FRANC. IMBERT de generationis hiſtoria, Monſpel. 1745. 4. Pro ovorum ſyſtemate.

NAUGIER de fecundatione, Monſp. 1745. 8.

LAUBLE de fluxu menſtruo, Argentor. 1745. Diſp.

HANSEN de termino animationis humanæ, Halæ 1745. Diſp.

HESSE de generatione fecunda, Franc. ad Viadr. 1745. Diſp.

CL. HENSING Diſp. *de peritonæo* ad ligamenta uteri & ejus ſitum legi debet.

CLAUDII de la VIGNE de FRECHEVILLE Ergo quo uberior tranſpiratio, eo parcior fluxus menſtruus, Pariſ. 1745. 4.

NIC.

NIC. SALMON *de fluxu menſtruo*. Monſpel. 1745. fere SIMSONUM ſequitur, & menſes deducit a ſinubus uteri demum ſub pubertatis annos a ſanguine explicatis.

NIC. SALMON citata diſputatio nonne ea eſt quæ inter CL. la MURE diſputationes edita eſt?

Venus phyſique ou Diſſertation ſur l'origine des hommes & des animaux anno 1746. variis locis excuſa, Auctoris incerti, ut ſint qui referant ad D. de MAUPERTUIS (la METTRIE *comm. ſur les Inſtit. de Boerhaave* T. VI. p. 140.) Ovaria refutat, miſtionem ſeminum, & attractionem partium ſimilium ponit, quæ in ventriculum aliave membra coëant. Obſervationes LITTRII de ovulis in tubas ſuſceptis merito ſuſpectas habet. Semina animalium immutabilia ſtatuit.

CL. WEISS *Progr. anat.* V. Altdorf. 1745. 4. lochia oriri ex villoſis abſcendentibus uteri vaſculis, excerni etiam per tubas, & alia eo pertinentia habet.

In CASSEBOHMI poſthumo opere huc multa pertinent. Ligamenta teretia ex fibris uteri componi: epidermidem uteri: fibras a ſpinctere ani ad clitoridem: carunculas uteri mere vaſculoſas habet: carunculas ab hymene recte ſeparat. Idem in Progr. *de differentia fetus ab adulto*, Hall. 1730. cæcum fetus inteſtinum & ventriculum deſcribit, uterum aliquantum apertum vidit: In Tractatu de *Aure humana* capitis monſtri oſteologia habetur.

In Anatome D. DEIDIER fibrarum uteri ſtrata duo, longitudinale & transverſale, & vaſcula uteri menſes ſtillantia, vaſa lactea in caveam uteri pendula, & cum placenta communicantia habentur, tum in Tractatu *des humeurs* p. 91. & ex eo FIZES *de generat.* p. m. 182.

AD. BERNH. WINKLER *de uteri ſitu obliquo*, Gotting. 1745. 4. Antiquam eſſe obſervationem monet, nec tanti momenti.

J. J. HUBER *de foraminis ovalis & canalis arterioſi uſu & ſtructura*, Caſſel. 1745. 4. MERYUM, quem credit uſum canalis arterioſi invertiſſe, fuſe refutat innocuum, chordulas foraminis ovalis deſcribit valvulæque hujus hiatus fabricam, quem nimis humili loco ponit.

JOH. TIMM *comm. in DIONIS von erzeugung und geburt des menſchen*, Brem. 1745. 8.

Lezione di MICHEL ANGIOLO ROBERTI *ſulla teſta monſtruoſa d'un vitello*, Neapoli 1746. * & de eodem LEMUEL GULLIVER *lettera ſu d'un vitello di due teſte colle ſue note*, Neapoli 1746. 4. *

P. AD. BOEHMER *de neceſſaria funiculi umbilicalis deligatione*, Hall. 1746. 4. Recte contra SCHULZIUM negat geniculum, negat abrumpi arterias umbilicales, teſtatur ſanguinem in ſuis obſervationibus ex arteriis umbilicalibus fluxiſſe: icones celluloſitatis umbilicalis dat.

De TURBERVILLE NEEDHAM obſervationibus diximus in tomo phyſico. Ad generationem aliqua habet.

TURBERVILLE NEEDHAM in nupero opere *nouvelles obſervations microſcopiques*, Pariſ. 1750. 12. magni momenti obſervationes profert, quibus oſtendat, a putredine utique animalia naſci, eaque a vi expanſiva & reſiſtente contemperatis formari, animalia denuo in ſyſtema vegetabile redire, &c.

Lettres ſur le pouvoir de l'imagination des femmes enceintes, Pariſ. 1745. 8. Nævos explicat a nimia vel nimis parca ſanguinis determinatione ad aliquam partem fetus: tum a compreſſione ſpaſmodica muſculoſi uteri, omne vero nævorum a matre in fetum commercium rejicit. Idem Auctor anonymus in *Trivultinis Actis* 1746. April. Jun. recte negat aliquos nævos a matre ad fetum tranſire, contra anonymum adfirmantem in *Trivult.* 1746. Jan.

ERNST. ANTON. NICOLAI *von der erzeugung des Kindes in mutter leibe. und der harmonie, welche die mutter mit ſelbigem hat*, Hall. 1746. 8 Explicat matris in fetum imperium per harmoniam utriuſque, ut anima matris cum ſuo corpore, hoc cum corpore fetus, id cum ſua anima in harmonia ſit, & eo tempore, quo ſanguis celerius aut lentius ad partem aliquam in matre venit, etiam in fetus partem ſimilem celerius aut lentius influat.

ERN. ANT. NICOLAI edidit etiam *Gedanken von der erzeugung der miſgeburten und mond kälber*, Hall. 1749. 8. Et per accidens & a prima fabrica monſtra dari poſſe, & animam utique ſuos nævos fetui inſculpere perſuadetur.

STEPHANI POURFOUR du PETIT *ergo pro diverſis a conceptus temporibus varia nutritionis fetus via*, Pariſ. 1746. Diſp.

ST. POURFOUR du PETIT citata diſputatione primo per poros cutis, inde per placentam & os fetum nutriri tradit.

LUD. BALDINGER *de conceptione*, Altdorf. 1747. 4.

In

In *JOH. LOGAN experimentis & meletematibus circa plantarum generationem*, Lond. 1747. 8. Panſpermia defenditur.

In *Bononienſibus Comment.* T. II. P. II. p. 369. habentur *PAULI BAPTISTÆ BALBI* obſervationes in cicatricula ovi factæ.

J. E. HEBENSTREIT funiculi umbilicalis pathologia, Lipſ. 1747. 4. cum bona deſcriptione funiculi, amnii gemellorum, vaſorum propriorum fetui. Exſtat in T. V. mearum collectionum.

G. AUG. LANGGUTH de fetu ab ipſa conceptione animato, VVittemb. 1747. 4.

G. BATT. SORMANI della natura de' moſtri, Lucca 1747. 4. Nondum legi.

In *CORN. SCHLICHTING embryulcia*, Amſtel. 1747. 8. omnes figuræ uteri feti falſæ eſſe arguuntur, quod uterum non plenum repræſentent: dolores partus explicantur ab uteri conſtrictione.

CORN. SCHLICHTING hoc loco citatus in *ſiphilidos mnemoſyno critico*, Amſtelod. 1746. 8. deſcribit partes femininas, additis ſuis hymenis iconibus, & ſinus mucoſos vaginæ confirmat, &c.

In *PLANQUE Bibliothéque de Médecine*, magna vis habetur partuum monſtroſorum.

CHRISTOPH. GOTTLIEB BUTTNER Bevveiſs daſs ein Kind mit dem aus der bruſt gevvachſenen herzen leben könne, Königsberg 1747. 4. Fetus cui pectus apertum, cor nudum.

D. QUESNAI in nova editione ſuorum *Eſſais* iterum fere ſententiam *D. LAUNAY* repetit, germina nempe & in maſculo ſemine & in femineo ovo latere.

In *LEVRETI* Libro *des accouchemens difficiles* aliqua habentur de pelvis diametris. Sed in univerſum omnes Auctores obſtetricios legere oportet.

CL. KALTSCHMIED in Diſſ. *de diſtinctione inter fetum animatum & non animatum*. Jen. 1747. 4. pariter recte demonſtrat nullam eſſe.

CL. KALTSCHMIED etiam edidit diſputationem *de virginitate*, Jen. 1750. Pro hymene.

AARON MONCECA von der einbildungs kraft der ſchvvangeren vveiber, 1747. 8. *

GEORG. CHRISTOPH. BAUMGARTNER de differentia partus vivi & vitalis, Altdorf. 1748. 4.

PETRI BERCHER & MORAND, Ergo non ab uteri ejuſque vaſorum ſitu perpendiculari menſtrua mulierum purgatio, Pariſ. 1748. 4. Etiam bruta animalia menſes pati.

PHIL. JAC. WALTHER de partu naturali ejuſque cauſis, Argent. 1748. 4.

W. AUG. LINDENER de communicatione vaſorum mammariorum cum epigaſtricis, Hall. 1748. 4.

Contra *BLONDELLUM* nuper *CL. HAMBERGERUS* multis programmatibus pugnavit; & cyprini monſtroſi caput deſcripſit.

LUD. MICH. DIETERICHS de fratribus Italis ad Epigaſtrium connatis; Regenſpurg 1749. 4. nempe viro, qui ſemiperfectum infantem appenſum gerit.

S. T. QUELMALZ de incremento fetus, Lipſ. 1748. 4.

Meus *de fetu bicipite* libellus recuſus eſt nunc Gotting. 1751. 8.

EBERH. FRID. BLANCHOT de indole & uſu liquoris amnii, Tubing. 1748. Diſp.

CAROLI JOH. AUG. OTTONIS Ep. de fetu puerpera, VVeiſſenfels 1748.

In *COMM. BONON.* T. II. P. I. habetur bona deſcriptio monſtroſi agni, *JOSEPHI GARATTANI*.

Ego denique *de fetu bicipite ad pectora connato*, Tiguri 1735. 8. & Hannoveræ 1739. 4. Libellum edidi, quo partus compoſitus deſcribitur & ea ſententia de monſtrorum delineatione in primis ſtaminibus proponitur, quam etiam *WINSLOWUS* docuit. In Progr. *de tunica allantoidea*, Gott. 1739. Membranam mediam fetus deſcripſi.

In *feminæ gravidæ hiſtoria*. Gott. 1739. 4. duarum feminarum gravidarum, quas mihi aperire contigerat, deſcriptionem dedi, & cicatricem ovarii, corpus luteum, &c.

In *duorum monſtrorum anatome*. Gotting. 1742. 4. fetum porcinum connatum deſcripſi; & felem capite ſemiduplici, & canem pede poſteriori ſuperfluo.

Anatomen duorum monſtrorum, & citata duo ibidem programmata etiam recuſa dedi Gotting. 1751. 8.

In Progr. *de fetu humano ſeptimeſtri cerebri experte*, Gott. 1745. 4. dedi diſſectionem hujuſmodi fetus, ubi multa ſimilia exempla recenſentur.

In alio Progr. *de monſtrorum origine mechanica*, Gotting. 1745. ad *LEMERYI* aliquas obſervationes reſpondi.

Iconem uteri humani in *ſecundo faſciculo* dedi cum rugis vaginæ, fabrica eleganti cervicis uterinæ, ſinubus mucoſis, caruncularum genere duplici, ſepto uteri. Quæ de eo negotio in *Commentariis Boerhaavianis* ſcripſi, juſtum volumen implent.

Tractationi huic de partibus genitalibus mulierum adde: *CAR. JOH. AUG. OTTONIS epiſtola de fetu grandi*, VVeiſſenfels 1748. 4. Miram ab ovo hiſtoriam repetit, & oſtendere ſuſcipit, quo modo fieri poſſit, ut fetus utero concipiat.

LUIGI STAMPINI deſcrizione d' un feto nato con la maggior parte delle membra raddoppiate, Rom. 1749. 4. *

JANI PLANCI de monſtris & rebus monſtroſis, Venet. 1749. 4. ſatis pro noſtro ſyſtemate, nempe aliqua caſu monſtra naſci, alia in prima fabrica fundari. Multa & monſtroſa & alioquin rara deſcribit, galli enorme calcar, oſſa præter naturam paſſim nata, oſſis hyoidis varietates, &c.

J. NOREEN profectoris noſtri *de uracho* obſervatio Gotting. 1749. 4. Naturaliter pervium eſſe, ſed in funiculo terminari.

ABRAH. d' ORVILLE de cauſis menſtrui fluxus, Gotting. 1749. 4.

BERN. SIEGFR. ALBINI Tabula VII. *uteri gravidi*, Leid. 1749. fol. Recipit ovi membranam villoſam extimam; pingit & arteriarum & venarum oſcula in cavum uterum hiantia.

In IV. Tomo *Hamburger Magaz. CL.* vir. *J. G. PIETSCH* oſtendit non poſſe androgynos dari.

GODOFREDI PLOUQUET de generatione corporum organiſatorum diſquiſitio, Stuttgard. 1749. 4. Monadem primariam ſive totius animalis fingere ad ſui ſimilitudinem monades *ſervientes* particularum corporis ſui, &c. Vermiculos refutat.

CL. vir *BUFFONIUS* in II. Tomo *hiſtoriæ naturalis* ſyſtema proponit „ corpora animalia
„ & vegetabilia eſſe modulos in quibus figuratum ad ſimilitudinem majoris animalis ali-
„ mentum, ejus vero partem ſuperfluam deſcendere, in ſemen fieri, inque eo adparere
„ mobilem, & pro vermiculis vulgo haberi. Quæ omnia in ipſo opere legenda ſunt.
„ Anthropogoniam etiam deſcribit. In T. III. *CL. DAUBENTON* analogiam ornat maſcu-
„ lorum & femineorum organorum.

ISAAC. MOBACH QUÆT de catameniis earumque uſu, Leid. 1749. 4.

CHRISTOPHORI MANTELASSI intorno la probabilità della ſuperfetazione, e i diverſi ſiſtemi concernenti la generatione. Continentur in *Diſſertazione, lettera ſopra varie materie*, Firenze 1749. 8. Contra ſyſtema evolutionis pro novo illo ſyſtemate dicit, quo generatio viribus inſitis naturæ tribuitur. Superfetationis exemplum deſcribit, Parmacopola.

J. R. BOEHMER de conſenſu uteri cum mammis cauſa lactis dubia, Lipſ. 1750. 4.

Iconem falſæ androgynæ, veræ nempe feminæ hoc anno edidit *MERTRUD*.

Et de androgynis ſcripſit *ARNAULD* cum libro *JOURDANI* de ſananda lue venerea atque aliqua exempla protulit.

JULIANI OFFRAI réfléxions philoſophiques ſur l' origine des animaux, Londin. (Berol.) 1750. 4. Ludibunda dictione caſu a parturiente terra animalia generari it oſtenſum.

De *BAUSSAC* in *J. des Sav.* 1750. octob. urachi dat deſcriptionem, & vult inſeri arteriis umbilicalibus.

J. GEORG ROEDERER diſputatio *de fetu perfecto*, Argent. 1750. 4. Multa propria habet *de uracho* noſtris ſimilia, de placentulis vaccarum, ampullis aqueis pro allantoide inponentibus, membrana pupillari, foramine ovali, ductu arterioſo &c.

J. CONR SCHIMPER de ſignis graviditatis, Baſil. 1750. 4.

J. PHILIP. ERPEL nachricht von einer frauen vvelche zugleich fünf kinder vier miſgeburten und ein mondkalb gebohren, Hall. 1750. 8. Ex aliena relatione, audio a viris fide dignis unice quatuor infantes fuiſſe cum ſanguinis grumis aut molis.

Mammarum hiſtoriam omnium commodiſſime muliebribus genitalibus ſubjicere viſum eſt, quæ eorum quaſi partem efficiant.

Organa quidem veteribus parum nota fuerunt. De natura & conditionibus boni lactis aliqua ex *RUFO* habet *ORIBASIUS* L. IV. *Synopſ.* c. 40. aliqua *AVICENNA* & ſic in vulgum Practici plerique. Ductus in mammis lactiferos primus vidiſſe videtur *A. VESALIUS*.

HIERONYMI ACCORAMBONI de lacte, Venet. 1536. 8. *

HIERON. ACCORAMBONI citata ad mammarum hiſtoriam diſputatio *de lacte* non inutilis eſt, ſed practica magis.

JOH. VISCHER de lacte ejuſque partium natura, Tubing. 1586. 4.

JULII CÆS. BARICELLI de lactis, ſeri & butyri facultatibus, Neap. 1603. 1623. 4. *

JOH. RONCONI de *MUTIGLIANA de ſero lactis ejuſque uſu & præparatione*, Florent. 1631. 8. Pro deſtillati ſeri uſu, diæteticus potius & practicus.

JOH. NARDII lactis phyſica analyſis, Florent. 1634. 4.

JOH. NARDII lactis phyſica analyſis, Florent. 1634. 4. jam citata, ad *ARISTOTELIS* ingenium ſcripta eſt, cum varia eruditione, abſque experimentis. Serum idque deſtillatum contra *H. OBICIUM* defendit, butyri antiquitates docet &c.

EZECHIEL di *CASTRO* tractatus *del colſtro dove ſi tratta de' diverſi mali de' bambini* &c. Venet. 1642. 4. recuſus cum *SCIPIONE MERCURIO*.

In *ANTONII MENIOT poſthumis opuſculis*, Amſtelod. 1697. 4. editis, exſtat de lactis materia tractatus.

LUDOV. TESTI de ſaccharo lactis, Venet. 1698. fol. 1700. 8. Practici magis ſcopi.

P. MARQ. SLEGEL de natura lactis, Jenæ 1640. 4.

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS de ſero lactis, Flor. 1632. 8. Norimb. 1646. 12. *

FRANCISCI MARIÆ FLORENTINI de genuino puerorum lacte mammillarumque uſu, Lucæ 1653. 8. *

P. FRANCISCI PALLIERI de vera lactis generatione & uſu, Genuæ 1664. *MERCL.*

ANTON. DEUSING de motu cordis & ſanguinis, itemque de lacte, Groning. 1655. 12. Una prodierunt *H. CONRINGII* Helmſtadii 1649. habita, & *LINDENII* de lacte Diſſ.

T. BARTHOLINUS Cent. I. *hiſt.* 92. dedit primam iconem ductuum lactiferorum.

MAUR. HOFMANN. de ſtatu naturali & præternaturali mammarum, Altdorf. 1662. 4. 1673. 4.

MART. SCHOOK de butyro, acc. de averſatione caſei, Groning. 1664. 12.

In *Phil. Trans.* Vir lacteans, n. 461. Nutrix vetula 214. 453.

WILH. CHRIST. KUEFFER Diſſ. *de lacte*, Argent. 1672. 4.

GEORG. FRANK de triplici lacte virginis, Heidelberg. 1678. 4.

CHRISTOPH. DAN. METZER de lactatione, Altdorf. 1685. 4. *B. RIV.* *

HENRICI CHRIST. ALBERTI Diſp. *de lactis ſtatu ſecundum & præter naturam*, Erfurt. 1684. *

ALANI LAMY de la génération du lait exſtat cum *explication de l'ame ſenſitive*.

A. van *LEEUWENHOECK* globulos lactis in *Phil. Tranſ.* n. 102. & alibi deſcripſit.

GOTFR. ECHARDT de humani lactis natura & uſu Diſp. Erfurt. 1691. 4. *B. RIV.* *

CHRIST. LANGE de lacte humano Diſp. 1692. *

CHRIST. LANGE citata *de lacte humano* diſputatio prodiit primum, Lipſ. 1653. 4.

PHIL. ab *HULDEN de mirandis naturæ fontibus e quibus humanæ ſuſtentationis nectar hauritur*, Jen. 1697. 4. *

J. PHIL. BREYN de galactoſi, Diſp. 1699. 4. *

SCEVOLE de *SAINTE MARTHE la manière de nourrir les enfans à la mammelle*, Pariſ. 1698. 4.

GOD. SAND de effetarum lactatione, Regiom. 1701. 4. *

BERTINI DEUXIVOYE an recens nato lac recens enixæ matris, Pariſ. 1703. 4. *PL.*

Ad anatomen mammarum obſervationes habet *J. B. MORGAGNUS Adverſarior.* I. & V.

THEOPH. PRAUSER de lactis natura, uſu & abuſu, Leid. 1706. 4.

FR. PETIT in epiſtolis Namur. 1710. 4. editis habet lactis analyſin.

J. SIGISM. HENNINGER de lacte, Argent. 1713. 4.

DAN. SLUIM de lacte, Leid. 1716. 4. *

J. FRANC. LEAULTE' an virgines poſſint lacteſcere, Pariſ. 1719.

FRANC. WILHELM. MENCELII Diſp. *de ſtructura mammarum*, Leid. 1720. 4.

HIER. LUDOLF de lacte, Erfurt. 1724. 4.

J. FRID. de *PRE'* Diſp. *de lactis progenie, caſeo & butyro*, Erfurt. 1725.

CHRIST. GOTTFR. STENZEL de lactis ſuccique nutritii præparatione, VVittemb. 1721. 4.

GUTERMANN de mammis ac lacte, Tubing. 1727. 4.

LAUR. HEISTER Dei exiſtentia ex mammis &c., Helmſt. 1730. 4.

COG.

COG. ROSSI de mammis *Opuſcul. ſcientif.* T. VII.
J. GOTFR. GUNTZ de mammarum fabrica & lactis ſecretione, Lipſ. 1734. 4.
L. THEOPH. LUTER de lactis humani ſtatu naturali & præternaturali, Erfurt. 1735. 4.
J. V. de *BERG de Mammis*, Leid. 1737. 4.
HYACINTHI THEODORI BARON Ergo prolem lactare matribus ſaluberrimum, Pariſ. 1741.
De *VANDENISE* & *LEAULTE' Ergo recens nato lac maternum*, ibid.
PH. AD. BOEHMER de ductibus mammarum lactiferis, Hall. 1742. 4. cum icone.
POLYC. FRID. SCHACHER de lacte virorum & virginum, Lipſ. 1742. 4.
J. H. SCHULZE de lacte, Hall. 1742. Diſſ.
J. J. S. unterſuchung in vvelchen fällen es erlaubt ſey Saeug-Ammen zu halten, Lipſ. 1745. 8. *
J. DOLDE de coloſtro, Baſil. 1750. bona diſputatio.

Icones etiam ductuum lactiferorum non tamen optimas dederunt *ANT. NUCK* & *PH. VERHEYEN*. Bona adhuc deficit.

Ad lactis porro analyſin *LUD. TESTI* in Libello alibi citato, & *Mercure Suiſſe* 1734. *BOERHAAVIUS* in Chemicis *DOORSCHOOT* in Diſſ. Leidæ habita 1737. 4. quæ experimenta *HIERONYMI DAVIDIS GAUBII* continet. *CASPAR NEUMANN* in *poſthumis prælectionibus*. *J. FRID. CARTHEUSER* in *pharmac.* *GOURAIGNE* in Libello jam citato. *CL. BERCH* in *Svvenska Acad.* Hanſtingar 1745. *HOMBERG Acad. Reg. Scient.* 1712. *J. C. BARCHUSEN* in ſæpe citatis Acroamatibus, & alii ſcriptores habent.

Ad lactis analyſin citatus *J. FRID. CARTHEUSER*, de eadem etiam egit in *mat. med.* T. II.

CAPUT XIV.

De Renibus.

RENes referimus ad hoc caput propter magnum nexum, & exortum vaſorum ſpermaticorum. De iis itaque primus legendus erit magnus ille & illuſtriſſimus Romanus ſcriptor BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS (*a*). Inter ejus nempe *opuſcula anatomica*, non aliud magis ſuper alios Auctores eminet, quam Tractatus *de Renibus*, qui Liber ita latuit, ut quindecim, & viginti florenis conſtiterit; ſed edendum illum curavi in 8. anno 1707. in qua editione ſimul adduntur figuræ æneæ, quæ latuerant in bibliotheca Principis in Italia (*b*). Hic etiam Auctor

(*a*) Ante *EUSTACHIUM* parum profecerat renum hiſtoria. *RUFUS* urethram ab uretere ſeparaverat. Papillas tamen *JACOBUS CARPUS* dixerat, aqua injecta fiſtulas uriniferas exploraverat, & *NICOLAUS MASSA* ductulos uriniferos ipſos. *CAROLUS STEPHANUS* deſcripſit meatus acicularum ſimiles, ægre viſibiles, innumeros, quibus renes urinam adtrahunt, vidit etiam renem ex duobus connatum. *VESALIUS* nihil addidit. *GABRIEL FALLOPIUS* fiſtulas in ſinu renis cum operculis breviter indicavit: varietates etiam vidit geminorum ureterum, arteriarum duplicium. *WILHELMUS RONDELET* renes compoſitos Delphini aliorumque animalium dixit, & papillas, forte ante *EUSTACHIUM*.

Sed *BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS* juſto Libro, excuſo Ven. 1563. 4. & 1564. 4. papillas renales, earumque ductus multo liquidius deſcripſit, *VESALII* ex animalibus deſumtam deſcriptionem correxit, capſulas reni vicinas invenit, vaſorum innumerabiles varietates vidit, iconibus expreſſit, ureterum in ingreſſu ad veſicam fictitias valvulas refutavit, experimento docuit veſicam vacuam reperiri ſi ureter ligatus fuerit, dextrum renem humiliori loco poni contra omnem antiquitatem demonſtravit, tumorem album ureteribus continuum indicavit in Tabulis poſthumis.

(*b*) Miſit Librum quidem *PETRUS HOTTON*, icones vero *DOMINICUS GUIGLIELMINI*, qui eas invenerat inter libros *RAMAZZINI* (*Præf. ed.* 1707.) Cæterum recuderat eas icones.

Auctor incomparabilis eſt, & habet ea omnia de renibus, quæ pro novis nunc à neotericis traduntur, cum tamen antiquus Auctor ſit, vixit enim cum VESALIO.

Legatur etiam LAURENTII BELLINI Tractatus exiguus *de Renibus* (a), editus Florentiæ, ſed & iſte elapſo nuper anno Lugduni Batavorum recuſus eſt. BELLINUS multa quidem habet, quæ EUSTACHIUS jam invenerat (b), ex eo enim ſe ornaverunt plurimi, quod lateret ille Liber, neque furtum facile adgnoſceretur. Aliqua tamen propria habet.

Videatur etiam MARCELLUS MALPIGHIUS *de Renibus* (c).

Dein-

C. *BAUHINUS* in *theatro anatomico*. *BOERHAAVIUS* in editione ſua omiſit *PINI* adnotationes, quibus indicantur loci antiquorum, ad quos *EUSTACHIUS* reſpexit.

SALOMON ALBERTI in *hiſtor. part.* glandulas vermiculatas (papillas) pervias poris ægre viſibilibus non admittentibus pilum dixit, *EUSTACHIO* forte uſus.

J. RIOLANUS capſulas cavas eſſe primus negavit, muſculum dici, qui eſſet veſicæ membrana, noluit.

A. SPIGELIUS canaliculos renovavit, muſculum veſicæ a *H. F.* ab *AQUAPENDENTE* propoſitum recenſuit, renem ſiniſtrum altiorem in iconibus fecit.

GEORG. GRASSECK de fabrica corporis humani, Argent. 1605. 8. vidit renem ex duobus coalitum.

JOACH. OELHAVEN de uſu renum, Gedan. 1616. 4. & Hafn. 1669. 8. Theoria mera, qua renes ad generationem & ſeminis præparationem facere contendit.

BARTH. CABROLIUS etiam obſervationem habet duorum renum in unum coalitorum.

J. RHODIUS in *Mantiſſa* varias renum & vaſorum eo facientium anomalias habet, & ductum a ſuccenturiato rene in teſtem. Sed etiam *M. A. SEVERINUS* in *Zootomia* hunc ductum prior dixerat.

THOMAS WHARTON in *Adenographia* icones dedit capſularum bubularum, cavitatem adſeruit, foramina in cavo vidit in venam cavam ducentia.

V. F. PLEMPIUS papillas renales & earum ductus deſcripſit, qui etiam ſtylum reciperent, addidit, non bene, membranulas valvuloſas.

OL. WORMIUS de uſu renum, Hafn. 1669. 8. ad ſeminis generationem facere credit.

DOM. PANAROLUS aliquos in rene luſus obſervavit, tum *J.* van *HORNE* in *BOTALLUM*, aliique, quos omnes laudare nimium foret.

JOH. LOESEL de genuina renum fabrica, Regiomont. 1642. 4. Non malus Libellus cum iconibus propriis & obſervationibus anatomicis varii argumenti.

THOMAS BARTHOLINUS capſulas accuratius conſideravit, cavas eſſe adſeruit, varietates obſervavit. Renes in unum connatos vidit. Pro viis ſtetit propioribus urinæ.

M. LYSERUS carunculas & tubulos deſcripſit, per quos ſerum ſtillat.

(a) *LAURENTIUS BELLINUS de ſtructura renum*, Florent. 1662. 4. Argentin. 1664. 12. cum judicio *de renum uſu*. *J. ALPH. BORELLI*, Patav. 1666. 8. Leid. 1665. 12. (cum rene monſtroſo *BLASII*, tum an. 1711. & variis annis in 4. Dictio complicata. Sinulos *EUSTACHII* ita auxit, ut cavos tubulos faciat; de vaſis renum obſervationem addidit, quod ex circulis ſuis ad ſuperficiem renis ramos ſpargant; ſpatium inter arterias renis & fiſtulas medium interpoſuit.)

J. ARN. FRIDERICI de Renibus, Jen. 1663. 4.

(b) *EUSTACHIUM* nempe nuſquam citat; & unicum corpus papillare facit, ex vervece, manifeſto argumento, nunquam humanum renem ab ipſo fuiſſe diſſectum.

(c) *MARCELLUS MALPIGHI* in Libro *de viſcerum ſtructura*, Bonon. 1666. 12. Londin. 1669. 12. & in operibus omnibus habet *de Renibus Tractatum* in quo prioribus addidit glandulas elementales renis, quas credidit urinam ſeparare, & infundere ductibus *BELLINIANIS*, ut vulgo vocantur. Aliqua, ejuſdem ſcopi, in poſthumis addidit.

CHRISTOPHORI WREN hiſtoria renum, quam erat adgreſſus, nunquam prodiit (*THRUSTON diatrib. de reſpir.* p. 116.)

GER. BLASIUS in *obſervationibus* fabricas peculiares renis multas habet: in Civetta vaſa per

ſa per ſuperficiem decurrere obſervavit; ad *BELLINI* Opuſculum renem adjecit ex duobus coalitum.

F. SYLVIUS ſanguinem a liquore capſularum reddi fluidiorem ex conjectura propoſuit, in Diſſ.

In *Philoſophicis Tranſactionibus*.

TYSON fabrica renum peculiaris de capſularum figura & cavitate, n. 142.

Renes diſtincti in urſo, lutra, phocæna, ſtruthione, n. 144.

Triplex veſica, n. 268.

Ureteres feminarum ampliores ſunt. Aliqua de ſitu renum. De vaſis renalibus obſervatio, n. 307.

Pilulæ & alia egeſta per urinam, n. 323.

Ureter per duas tertias ſuæ longitudinis partes duplex, n. 337.

Viarum urinæ fabrica non naturalis. n. 410.

Ureteres duo & pelves duæ in rene, n. 475.

T. KERKRINGII alternas ureteris dilatationes & contractiones vidit *Obſ.* 50.

THOM. PETRUCCI in *ſpicilegio anatomico de ſtructura & uſu capſularum renalium*, Rom. 1680. 12. ut ex *JOURN.* des *SAV.* video, docet ferri eo per venas ſanguinem, ex quo ſeparetur atra bilis: hinc valvulas eſſe, quæ ex vena in cavitatem capſulæ liquidum admittant, non contra adfirmat. Renes ex lobulis compoſitos vidit.

TH. PETRUCCI librum citatum cum ab eo tempore ipſe nactus ſim, de eo addo, quod proponat, atram bilem a vena ſecretam per arteriam reſorberi, & urinæ miſceri, eamque tingere. Icones, quas habet, non bonæ ſunt. *IDEM* parabat etiam *renovatam hominum geneſin & de hominis generatione ex ovo, qua novam de ſemine ſententiam proferre* conſtituerat. *P. MANDOS*. p. 249. ſed videtur nunquam prodiiſſe.

De viis novis ad veſicam, de quibus diximus, invenio etiam apud *T. GUIDOT* in *prolegomenis* hiſtoriam, qui partem potus ventriculo ſuſcipi credit.

Vias novas ad veſicam, rene inſalutato patentes, eo tempore multi deſcripſerunt, poſt *HIPPOCRATEM* περὶ τόπον, *ERASISTRATUM*, *ASCLEPIADEM* (*GAL. facult. natur.* I.) Anonymus in *Phil. Tranſ.* n. 65. 67. & E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* 2. T. *BARTHOLINUS*, *CORNELIUS CONSENTINUS*, *M. TILING de vaſ. brev. A. DEUSING aliment. depurat. THEOD. CRAANEN*, *TOB. ANDREÆ* (qui proprias obſervationes adlegat p. 119. 127. 160.), la *HIRE anciens Mémoires* T. II. ubi obſervat ex veſica inverſa aquam deſtillare, hinc poros habere admittentes, neque viciſſim emittentes. *MORIN Acad. des Sciences* 1701. & *REAUMUR* 1714. quod experimentum, ubi de veſica agemus demonſtrabimus ab aliis etiam, ab ea ſecta alienis viris factum eſſe. *G. V. FRANKENAU* in *diapedeſi reſtituta*, Hafn. 1716. 4. (& in coll. mea T. III.) & *NIC. HARTSOEKER* in *ſuite des conjectures*, & *MORGAN* in *mechanic. principles* (quorum uterque adfirmat ligatis ureteribus veſicam tamen repleri.)

OL. BORRICHIUS in *Act. Hafn.* fabricam ureterum deſcripſit.

MATTH. TYLING de admiranda renum ſtructura, Francof. 1672. 12. Compilatio, & ex vulgaribus ſcriptoribus. Recuſa eſt cum titulo *M. T. mirabilis anatome renum*, Francof. 1699. 12. & *nephrologia nova curioſa M. T.* cura *J. HELFR. JUNKEN*, Francof. 1709. 12.

P. ANTONIUS MOLINETTI varietates veſicæ vidit, de capſulis ſententiam propoſuit, factas eſſe, ut ſanguinis in fetu diverticulum ſint, quo decedat, ne in renes decumbat copioſior.

P. PERRAULT valvulas ureterum renovavit, & fuſe de eorum officio egit.

In *JOURN.* des *SAV.* 1671. 1678. renes monſtroſi connati deſcribuntur.

J. M. HOFMAN de glandulis renalibus Diſſ. Altdorf. 1683. 4.

R. J. CAMERARII hiſtoria anatomica renum & veſicæ, Tubing. 1683. 4.

EL. RUD. CAMERARII hiſtoria anatomica renum Diſp. Tubing. 1699. 12.

SAMUEL COLLING ex anatome comparata, ut ſolet, diligenter egit de renibus, etiam in rarioribus animalibus, ut in tigride, ex homine etiam papillas octo, cum ſuis lineolis & apicibus in infundibula prominentibus ſatis bene pictas dedit.

T. GIBSON in *Anatomy epitomized*, Lond. 1684. 8. habet icones capſularum *TYSONIANAS*, exiguas.

ANTONIUS NUCKIUS contractiones & dilatationes alternas, in uretere fere perpetuas, indicavit.

J. GOD.

Deinde FRIDERICUS RUYSCHIUS, tam in *Obſervationibus*, quam in *Theſauris* diverſis locis (*a*).

J. GOD. WELSCH de renibus ſuccenturiatis, Lipſ. 1691. 4. eas capſulas aliquid ad ductum thoracicum mittere ſuſpicatus eſt, quam opinionem video etiam *B. TEICHMEYERO* placuiſſe in *anthropologia* & a J. A. *KULMUS* in *Breslauer Samlungen* 1722. experimento quodam confirmari. Sed vicinia vaſorum lymphaticorum manifeſta eſt, ex cavea capſulæ oriri ſupereſt ut demonſtetur.

CAR. DRELINCOURT apud *BLASIUM* aliqua de liquore capſularum ſtyptico habet, *&c.*

J. J. HARDER in *apiario* de capſulis aliqua & maximum renem deſcripſit, & glandulas corticales *MALPIGHII* ex femina.

G. BIDLOO glandulas *MALPIGHIANAS* pro re certa & definita depinxit.

J. HARTMANNUS capſulas renales docuit liquidum ſeparare, quod ſanguinem, ſero plurimo privatum, fluidiorem redderet. Ea etiam ſententia eſt *BIUMI de' canaletti* &c. & *J. FANTONI*.

G. BAGLIVI renem unicum vidit.

J. BOHNIUS egregiis experimentis contra vias peculiares urinæ pugnavit *Progymn.* XIV. & ligato uretere nihil in veſicam venire vidit: tum *P. VERHEYEN* in T. II. varietates etiam in rene vidit.

J. COWPERUS in *Anthropologia* cera & aere per venas capſulas ſe repleviſſe ſcribit: circulationem per renes deſcripſit injectionibus. Ureteris contractionem ad unum locum arteriæ iliacæ non bene reſtrinxit.

In *Mémoires de l' Académie des Sciences*.

In *Anciens Mémoires* Academici cavitatem capſulæ negarunt, renem urſi depinxerunt, in Elephanto Glandulas renales & ductus excretorios manifeſtos expreſſerunt.

In novæ Academiæ monumentis 1700. Nullus in altero latere ren.

1701. Glandulæ ureteris.

1704. Appendices veſicæ.

1702. 1705. 1706. Glandulæ renis Malpighianæ a *LITTRIO* confirmatæ, ita evidenter, ut nimium videatur.

1707. *LITTRE* ren unicus.

1715. *MARANGONI* de immenſa vi aquæ a virgine reddita.

1714. Membrana de veſica decedens.

1730. Ren unicus major.

1731. Ren in delphino in renculos diſcedens, poſtquam externa membrana remota eſt.

1740. Explicatio modi, quo bifurcati ureteres generantur *HUNAULD*.

1744. *T. E. BERTIN* fabricam renis deſcribit, cui reſtituit *MALPIGHII* glandulas, magnasq; facit, & ex iis majorem partem ductuum uriniferorum oriri, minorem ex arteriis, docet.

J. FANTONIUS in Diſſertationibus defendit ex brutorum anatome glandulas elementares renis: capſulas cavas eſſe aut proprium liquorem habere cum *MORGAGNO* negat.

J. PETRI HOLLARD de renum ſtructura & uſu, Baſil. 1705. 4. * *PL.*

J. B. MORGAGNUS demonſtrat Ureterum diametrum inæqualem eſſe, neque tamen id pertinere ad vim comprimentem iliacorum vaſorum. Capſularum cavitatem negat, aut in dubium revocat, Vallalvianum inventum in *epiſtola* XX. explicat.

Vaginam vaſorum renalium habet *J. RAU* apud *VALENTINUM*.

RAYMUNDUS VIEUSSENS in *novo vaſorum ſyſtemate* habet iconem arteriarum renalium ex cervice, quam *RUYSCHIUS*, & deſcriptionem, eo quo ſolet omnia modo. Vaſa credidit ſe vidiſſe neuro lymphatica, quæ urinam ab arteriis ducerent in ductulos uriniferos. In Tractatu *des liqueurs* renem per medium ſectum, papillas numeroſas ductuſque earum ſatis pulchre expreſſit p. 361.

(*a*) *FRIDERICUS RUYSCH* glandulas renales negavit, renem unice vaſculoſum eſſe, & ejus corticem componi vaſculis ſerpentinis in ductus Bellini continuatis, capſulas non remotas eſſe a rene, ſed incumbere contra *BARTHOLINUM* oſtendit. In *Adv.* II. habet conjecturas aliquas de vaſculis ex uretere abſcedentibus.

Arcus arteriarum renalium ſe vidiſſe confirmat *SCHELHAMMER* in *phyſiologia poſthuma*.

A. M. VALSALVA, ut notiſſimum eſt, credebat ſe vidiſſe in animalibus, maxime in iis, quæ teſtes in lumbis gerunt, vaſa a capſulis ad ovaria aut teſtes euntia. Sed ea fuerunt celluloſa tela vid. *Comm. Bonon. Giorn. de' letter.* T. 32. & *Differt. poſth.* a *MORGAGNO* editam III. *CL. RANBY* arteriolam pro eo ductu habuerat *Phil. Tranſ.* n. 385. 395. *CL. TEICHMEYERUS* nervum in Diſp. *de generatione.*

In *MIDDLETONI* de calculi ſectione Libro varietates aliquæ in ureteribus habentur.

J. KEIL in *compendio* habet glandulas & contractiones ureteris.

G. D. COSCHWITZ de valvulis ureterum, Hall. 1723. & in Collect. noſtra T. III. ſtatuit in decurſu ureterum valvulas, quas in *Muſæo* admittit *A. VATERUS*, nos non reperimus. Habet etiam alias utiles obſervationes.

W. RUTTY a treatiſe on the urinary paſſages, London. 1726. 4. Eſt Gulſtoniana lectio. Multum utitur *MORGAGNO*. Addidit renis cum duplici pelvi, & vaſorum in rene animalium rapacium per ſuperficiem decurrentium Pariſinis Anatomicis & *BLASIO* minime ignoratorum iconem. Practicas etiam obſervationes aliquas proponit.

W. CHESELDEN habet icones renum in ſitu. *CL. BASSIUS* in obſervationibus de venalibus capſulis ſcripſit, & ſerum ſecernere quod ſanguinem adtenuaret, cum *PETRUCCIO* aliiſque credidit.

RICH. POWER de urinæ ſecretione, & excretione, Leid. 1729.

H. P. JUCH de urinæ ſecretione & excretione, Erfurt. 1729. 4.

J. G. DUVERNOI in Tom. V. *Actor. Petrop.* egit de capſulis renalibus, & *P. A. MOLINETTI* atque *JOSEPHI POZZI* conjecturam ſecutus eſt.

A. NOOT de uſu & ſtructura renum, Leid. 1733. Diſp.

In *EDIMBURG. SOC. SPEC.* vol. III. habetur exemplum urinæ per foramina duo ſuper pubem effluentis.

S. P. HILSCHER in *progr.* Jen. 1733. renis unici obſervationem deſcripſit. Recuſum eſt in *vol. Diſp. ſelect.* III.

H. J. REGA in *Tractatibus duobus de urinis*, Lovan. 1733. 12. impugnat vaſa peculiaria urinæ, urinam potus ab urina ſanguinis ſeparat.

J. CHRISTOPH. LISCHWITZ renum in fetu urinæ ſecretionem declinans diverticulum, Kilon. 1736. 4. *

J. NELSON de renibus & ſecretionibus, & diabete, Leidæ 1736. Diſp.

CL. PETSCHE in *anatomicis obſervationibus*, Hall. 1736. 4. arteriarum circulos deſcribit, unde rami rectilinei exeant Belliniano more. Varietates etiam multas deſcribit.

JOS. MOSES BENDIEN de renibus eorumque affectibus, Traject. 1737. 4.

J. H. SCHULZE & *KESSELRINGII* Diſp. *de lithiaſi ſiniſtro magis quam dextro reni magis infeſta*, Hall. 1738. 8. Omnino legi meretur ad vaſa renum, &c.

JOH. KENNION de ſitu & ſtructura renum, Leidæ 1739.

Perſpirationem renum propoſuit *CL. KAAU*.

CL. CASSEBOHMIUS in poſthumo Libro renem vervecinum bene deſcripſit. Valvulas *COSCHWIZII* refutavit, alia bona attulit.

D. VELSE in Diſp. *de ingreſſu inteſtinorum* duas in uno rene pelves, flatum a veſica in ureterem redire vidit.

GYSBERTI BEUDT de fabrica & uſu viſcerum uropoieticorum, Leid. 1744. 12. & in *Coll. noſtra* vol. III. Multa utilia habet, membranas ureterum quinque; glomeres albos renis ex cera alba a ſpiritu vini expreſſa explicatos; varietates vaſorum. Ductus aliquando duos a capſulis renalibus ortos & euntes verſus pelvim ſe vidiſſe refert.

CHRISTIAN SWAGING de excrementis ſecundæ coctionis, Leid. 1744. 4.

EDUARDI LYNE de urinæ ſecretione in ſtatu naturali & morboſo, Leidæ 1744. 4.

ABRAHAMUS BAECK in ſua oratione habita coram Academia Suecica meminit renis ex duobus connati.

CLIFTONUS WINTRINGHAM vaſorum renalium capacitates, & robora, æſtimavit. Venas ampliſſimas & laxiſſimas invenit, arterias ex firmioribus.

In Libro *of comparative anatomy* ut aliorum, etiam hujus viſceris ætiologiæ exſtant. Papillam unicam carnivoris ob fætorem lotii, ad celeriorem ſecretionem datam eſſe ſuſpicatur.

Ren unicus a *CL. HANDWIG* in *Bibl. Hamburgenſi* in vol. I. deſcribitur. Alius ex

HUME-

HUMELII olim mei Profeſſoris obſervatione in *Comm. Litt. Nor.* 1743. alius in *CL. WITHOFIY* nupero ſcripto de hypotheſi *LEEUWENHOEKIANA* exhibetur, alius in *Comment. Bonon.* T. II. P. I.

HENR. KINTIUS in Diſp. *de nephritide*, Leidæ 1746. 4. habet obſervationes aliquas in vaſis renalibus & anatomen viſceris.

G. AUG. LANGGUTH de humoris ſaccati per ſolos renes percolatione, Vittemb. 1746. 4. Negat vias peculiares urinæ.

Nos in monſtri deſcriptione renem duplicem connatum exhibuimus, & in icone vaſorum renalium tres claſſes arteriarum capſularium; arterias ureterum, aliaque minute investigavimus.

Scriptores ſubjicimus, qui de veſica urinaria egerunt, quorum plerique equidem jam tum ſunt citati, quando egimus de partibus generationis virilibus.

A. VESALIUS peritonæi ad veſicam habitum in *examine obſervationum FALLOPII* deſcripſit.

G. FALLOPIUS ſphincterem, fibras veſicæ, inſertionem ureterum, & ejus utilitatem oſtendit.

F. ROUSSET in Libro *de partu cæſareo* egregie expreſſit peritonæi ad veſicam habitum, ejuſque ſuper oſſa pubis ſitum, & in vacua & plena veſica.

J. RIOLANUS ſphincterem veſicæ duplicem fuſius deſcripſit, ut exterior amplecteretur proſtatas: in *enchiridio* appendicem veſicæ ex primis vidit, quam calculus fecerat.

NIC. HABICOT veſicæ ligamenta tria deſcribit, ad os pubis euntia, & ad inteſtinum rectum, & tertium ſuper veſicam extenſum, quo ab abdomine ſepararetur.

J. CASSERIUS veſicam ſuper os pubis adſurgere in iconibus expreſſit: fibras per longitudinem veſicæ decurrentes, poſteriores, bene depinxit.

M. A. SEVERINUS duos monticulos albæ & durioris ſubſtantiæ in initio urethræ poſitos primus in ſue vidit in *zootomia*. Eos etiam *GRAAFIUS* habet.

V. P. PLEMPIUS valvulas ureteris refutavit, compreſſionem veſicæ muſculis abdominalibus potius, quam *FABRICIANO* muſculo tribuit.

J. PECQUET experimenta de veſicæ contractione fecit, & vidit, acu compunctam nihil emittere.

T. BARTHOLINUS appendices veſicæ & ejus abſentiam plenam vidit, & vim contractilem in vivo animale. Sphincterem apud *BARTHOLINUM* deſcripſit *O. BORRICHIUS*.

G. BLASIUS etiam abſentem veſicam & ureteres ad umbilicum apertos vidit, & veſicas gemellas, & ſepto diſtinctas.

Glandulas veſicæ in VII. Centuria *collectaneorum* habet *S. BLANCARD*, in *apiario* vero *HARDERUS*.

In *Phil. Tranſ.* glandulæ veſicæ per morbum auctæ deſcribuntur n. 228. & a *CL. BUSSIERE* n. 268.

LEEUWENHOEK duodecim in veſica bubula membranas diſtinxit n. 323.

JURINUS n. 359. vim contractilem veſicæ æſtimavit, ad libram unam & ſemis.

CL. NIC. LE CAT Urethram, cera plenam, & celluloſitatem inter veſicam & os pubis deſcripſit, depinxit n. 460.

J. C. WEPFER veſicæ motum contractilem, diverſum a muſculorum abdominis vi, recte confirmavit, tum *DRELINCOURT* in *canicidiis*: tum *BOHNIUS*.

R. J. CAMERARIUS de renibus & veſica, Tubing. 1683.

Glandulas mucoſas veſicæ *COWPERUS* in Libro *de glandulis urethræ* deſcripſit. *IDEM* in *myologia* muſculum ut vocat proprium veſicæ expreſſit.

In *Acad. Scient. Gallica*.

1701. *LITTRE* veſicæ ſpincterem deſcribit.

1713. Veſica ampliſſima, quatuor pintarum capax.

J. G. de *BERGER* reſorbtionem vaporis abdominalis in veſicam admittit, vias urinæ præter renem, nullas admittit. Eum vaporem in veſicam venire etiam *J. FANTONUS* admiſit, & *DEIDER*, *A. KAAU* & alii.

Idem *J. FANTONUS* imam partem veſicæ latiorem eſſe recte obſervat, &c.

JAC. RAVIUS ſphincterem veſicæ deſcribit, miſtum ex fibris ſphincteris ani & veſicæ fibris

J. W. PAULI in *programmate de ſiph. anat. uſu* 1721. veſicam ope ejus machinæ in multas laminas diviſit, nerveam in tres, carneam in quatuor, &c.

J. B. MORGAGNUS de veſica & urethra multa habet, quorum partem recenſui. *J. BAPTISTÆ BIANCHI* novos muſculos & pſeudoſphincterem refutat, tumores albos ab ureteris ingreſſu continuatos ſollicite deſcribit, &c.

T. ALGHISII urethræ ex utroque ſexu figuras in naturali ſitu dedit.

J. KEIL in Tract. *de velocit. ſang.* vim veſicæ æſtimat, & trium unice unciarum facit. Sed eam vim *P. A. MICHELOTTUS* 504. libris æquat, & duplo etiam majorem facit *D. RUTTY*.

C. WOLFIUS in *nützliche verſuche* III. veſicæ poros introrſum ducentes, aeri impervios demonſtrat, etiam *J. W. ALBRECHT* in *obſervationibus anatomicis*, & *J. F. CARTHEUSERO de aeris circulatione*, &c. & olim *C. CONSENTINO* aliiſque viſos, membranæ veſicæ diviſionem, ope ſiphonis ſui, factam deſcribit.

L. HEISTERUS glandulas veſicæ, & appendices exhibet (in Chirurgicis).

J. BAPT. BIANCHI in *Theatro anatomico MANGETI* L. II. multa nova proponit: Sphincterem veſicæ negat, ejus vices ait repleri a proſtata in veſicam eminente: in feminis vero a proſtata ibi minore (ignota). Levatorem veſicæ novum, & depreſſorem; & velum muſculoſum infra proſtatas ad bulbum urethræ progreſſum pro ſphinctere habitum ſolus hactenus proponit.

Quæ J. *B. BIANCHI* l. c. propoſuit, eorum multa repetit in nupera diſſertatione quæ recuſa eſt in *Memorie di Valentuomini*.

J. D. SANTORINUS in *obſervationibus* ſphincterem veſicæ negat, ad urethram varia obſervat.

In *MIDDLETONI* Tractatu *de calculi ſectione* aliqua etiam ad veſicæ ſitum ſuper os pubis, & ad celluloſam telam pertinent.

W. CHESELDEN in Libro *de apparatu alto*, Lond. 1723. 8. bonas figuras dedit ſitus veſicæ ſuper os pubis, & plenam ſuper id os adſurgere obſervavit.

W. RUTTY habet ex *DOUGLASSIO* fibras longitudinales veſicæ ortas ex proſtata & oſſe pubis.

JOS. WEITBRECHT in *Act. Petrop.* vol. V. figuram ſitumque veſicæ egregie explicavit: faſciculos ad os pubis euntes potius pro muſculoſis habuit.

H. FR. LE DRAN in *parallèle de la taille*, Pariſ. 1730. 8. icones habet & obſervationes multas egregias; tendines, ut vocat, veſicæ ab oſſibus pubis ortos; celluloſam veſicæ, ſitum in imo abdomine, celluloſam telam circumpoſitam, figuram veram variabilem aliaque. In *Academiæ Chirurgicæ* Monumentis, modum explicat mechanicum, quo appendices generantur, de quibus etiam alii Auctores in eo Libro obſervationes adferunt, & ſitum pinxit *FOUBERT*.

J. B. WINSLOW in epiſtola ad *MORAND* (cum ejus Libro *de apparatu alto* excuſa) plicam illam ſemilunarem peritonæi, & hujus membranæ celluloſam telam circumfuſam veſicæ deſcribit.

In nova editione *Commentarii HEISTERIANI* ligamenta veſicæ a lamina interna peritonæi facta, & ſaccus cæcus ſecundum vertebras lumborum poſitus a *WINSLOWO* viſus adducuntur, de quo poſtremo poſſit exſpectari, eſſe eam viam urinæ peculiarem a ventriculo deſcendentem.

JAC. DOUGLASS adhæſiones fibrarum veſicæ longitudinalium ad os pubis vidit, & ſitum in peritonæi ſacco, hujuſque adhæſiones & ſemiluanres plicas primus in Libro *de peritonæo* ſollicite expoſuit.

J. VAN BEEKHOVEN de *WIND de ureteribus & veſica urinaria*, Leidæ 1734. Diſp.

F. NICHOLSS novam hypotheſin de pyramidalibus muſculis propoſuit, qui veſicam elevent & ligamenta veſicæ laxent, dum mingitur. Eam in *œconomia animali* propoſitam non ſibi diſplicere demonſtravit *JAC. PARSONS*.

CL. CASSEBOHM in poſthumo opere tunicam mucoſam diverſam a nervea ſtatuit, ſphincteremque in utroque ſexu ab ani ſphinctere ortum deſcribit.

A. KAAU vim contractilem veſicæ obſervavit, reſorbtionem in veſicam demonſtrat, & arterias halantes in ejus caveam, & aliam exhalationem in abdomen.

JAMES PARSONS deſcription of the urinary bladder, Lond. 1742. 8. Pariſ. 1743. 8. recuſa.

Eo fine inprimis ſcripſit, us *JOHANNÆ STEPHENS* medicamentum refutaret. Brevem tamen etiam anatomicam deſcriptionem dedit maxime detruſoris faſciculi ex *JACOBI DOUGLASSII* obſervationibus, & de appendicibus, modoque egit, quo generantur, de figura veſicæ latiori, &c. Auctor Libri *of comparative anatomy* figuras veſicæ, ut ex pueris factas, carpit, quæ ſacco inferiori deſtituuntur.

A. F. WALTHER in Diſſ. *de collo veſicæ virilis*, Lipſ. 1745. 4. ſphincterem veſicæ non ſufficere officio ſagax vidit, eamque vel a ſolo ſitu claudi, deinde in adſuetis multos muſculos vicinos eo conferre, levatores alioſque. Sed omnino legenda eſt.

CL. G. A. LANGGUTH in Diſp. ſupra citata etiam nerveam a villoſa tunica diſtinguit; aquam, ut per eam penetret, docuit.

PALUCCI in chirurgicis ſuis de calculi ſectione obſervationibus etiam deſcripſit veſicam vaſaque pelvis & urethram.

GYSBERTUS BEUTH in Diſp. jam laudata, iconem dedit veſicæ inſidentis recto inteſtino: fibras ab uretere deſcendere verſus urethram docet: celluloſam veſicæ primus, aut inter primos, deſcribit; & mucoſam & peritonæi habitum ad veſicam per varias ætates: figuram veſicæ veram: & ſphincterem & vaſa, & exhalationem demonſtrat.

Ad urinam ejuſque analyſin pertinet *THURNEISERI* paradoxus Liber an. 1576. Berolini editus *neue erfindung der harnprobierung*. Pondera ipſa & analyſin ſollicite habet, & ſalis, ſulfuris & mercurii proportiones, indeque præſagia deducit, ſed ſani, ni fallor, nihil ineſt. *P. FORESTI* Librum *de incerto urinarum judicio* & alios ejus generis de induſtria nunc omittimus, ut qui praxin unice ſecuti ſint, neque analyſes habeant *J. B. HELMONTIUS de lithiaſi*, ubi præter paradoxas aliquas opiniones de ſpiritu urinæ vinoſo, de origine calculi, habet tamen experimenta ſua minime mala & nova, ex putrefacta urina nata, ſales varios, ſpiritum urinæ cum ſpiritu vini coagulabilem. Idem *de febribus* bilem lotii refutat.

O. TACHENIUS in *Hipp. Chemico* ſalem marinum in urina demonſtravit.

BARTHOL. BONACORSI de humano ſero, vel de urinis, Bonon. 1650. 4. *

R. BOYLE in *apparatu ad hiſtoriam ſanguinis humani*, in *Chemiſta ſceptico*, in *hiſtoria fluiditatis & firmitatis*; in Libro *de infido experimentorum ſucceſſu*, in Libro *de origine formarum*, & ſalem cryſtallinum urinæ, & fixum marino ſimilem, & volatilem alcalinum ſalem, & alium ammoniacalem, & differentiam urinæ putridæ a recenti docuit.

H. MARTIN Anatomia urinæ Galeno-ſpagirica, Francof. 1658. 12.

THOMAS WILLIS de urinis, Lond. 1662. 8. Ed. III. Analyſin habet, aut certe conſilia ad deſtillationem, ad exhalationem, ad admiſtos liquores chemicos, & rariores viarum urinæ morbos.

THOMÆ WILLIS l. c. Gallice verſus prodiit Pariſ. 1682. 12.

J. PHIL. BONANUS moleculas ſalis marini in urina vidit.

LAURENT. BELLINUS de urinis, Bonon. 1683. 4. (*MERCL.*) avocata de urina aqua augeri fœtorem & intendi colores expertus eſt. Similia etiam habet *PITCARNIUS* in *Elementis*

EBERH. LANGERMANN de excrementis corporis humani, Leidæ 1694. * *PL.*

Varia huc pertinentia exſtant apud *Anciens Mèmoires* T. XI. *LUDOVICUM LEMERY Mémoires de l' Acad.* 1707. *HOMBERG* 1712. *HELLOT* 1737. *JOHANNEM BOHN* in Progr XIV. *ANTONIUM* de *HEYDE* obſ. 89. *CAR. DRELINCOURT*. Diſp. *de lienoſis*: *PHILIPPUM VERHEYEN Anat.* L. II. *J. C. BARCHUSEN* poſt *Acroamata*: *G. E. STAHL* in *fund Chem.* *NIC. LEMERY* in *Chem.* *VIEUSSENS Traité des liqueurs* (qui acidum lotii defendit) *SCHAPER de corpuſculis maſſæ ſanguineæ* in T. II. *Coll. Diſp.* recuſum: *F. HOFMANN* in *Med. ſyſtematica* T. I. *P. GERIKE* in *Chem.* *F. NICHOLLS* in *compend. œconom.* *CASPARUM NEUMAN* (in operibus, quæ quidem valde placent): *F. STEPHANUM GEOFROY Expériences ſur la pierre.* Eximia etiam ſunt quæ *CL. POTT* & *MARGGRAAF* de ſale fuſili urinæ habent in *Berol. Acad. Scient. monum.* an. 1746. *Aliqua habet PINELLI in Tractatu de podagra*.

HERMANNUS BOERHAAVE in *elementis chemicis*. T. II. ſalem eſſentialem urinæ ſollicite deſcribit. Idem in Libello *de calculo*, quem nos recudi fecimus, generationem cryſtallorum calculoſarum deſcribit. Similia fere *HENKELIUS de aggregatione* habet.

ERN. HENR. WEDEL phyſiologia urinæ, Jen. 1703. 4.

De ſale fuſibili urinæ lege etiam *HENKELIUM redivivum*, *ROHTIUM* in *Chemia*, &c

Anonymus in *Trivultinis* 1708. habet analyſin urinæ putridæ, & contendit in fundo deſtilla-

ſtillationis manſiſſe ſalem ammoniacum. Aliqua contra eas analyſes vide in *Journ. des Savans* . 1708.

Cl. LANGRISH per analyſes diverſitatem principiorum urinæ hominis ſani & febrientis exponit.

J. HENRICUS POTT Miſc. Berol. T. VI. analyſin lotii habet, & acidum ejus experimentis confirmat.

Practicos ſcriptores alibi dicemus.

Ad ſcriptores de phoſphoro in phyſicis recenſos adde.

JOURNAL DES SAVANS. 1677.

HELMONTIUM de homin. morb. *

HOMBERG Anciens Mém. vol. X. *Miſc. Berol.* T. VI. VII. *POTT lithogeognoſ. LEIBNITZ Miſcell. Berol.* T. I. *HENKEL kleine ſchriften* p. 601.

SECTIO V.

De Adenographia, ſeu Glandularum deſcriptione.

HIſtoriam de glandulis poſtpoſui viſceribus, ex hac ratione, quia inventione glandularum antiquior eſt viſcerum cognitio.

Hæc hiſtoria vocatur *adenographia*, quia ἀδὴν Græce ſignificat *glandulam*, & γράφω *ſcribo*.

De glandulis legendi ſunt (*a*), primo, eminentiſſimus ille anatomicus, THOMAS WHARTON (*b*), graviſſimæ auctoritatis in anatomia, & bonæ fidei, laudiſque optimæ, non magnus ratiocinator, ſed unice fidens cultro anatomico. Scripſit *Adenographiam*, qui Liber editus eſt in 8. Londini anno 1656. quæ editio optima eſt propter figuras; iterumque Amſtelodami in 12. an. 1659. quæ editio ſatis bona eſt, niſi quod figuræ non tam bene exaratæ ſint. Nullibi plura de generatione animalium, de teſtibus, veſiculis ſeminalibus & proſtatis reperies, quam apud WHARTONUM; hinc qui de iis rebus publice & cum laude dicere & ſcribere vult, meliorem non poteſt conſulere Auctorem.

 Po-

(*a*) Veteres ante *GALENUM* non peſſimam glandularum cognitionem attigerant. *HIPPOCRATICIS* equidem Libris inmiſtus Liber περὶ ἀδένων, ſpurius dictus *GALENO*, in quo invenio veſtigia glandularum meſentericarum, quas in omento ponit Auctor, capſularum renalium, glandularum in articulis, quas credo eſſe inguinales & alares. Doctrina de catarrhis ei ſimilis eſt, quæ exſtat in Libro *de locis in homine*.

Deinde *GALENUS de ſemine* L. II. ex *MARINO* manifeſto repetit eam diſtinctionem glandularum rararum, conglomeratarum, ſecretoriarum, a conglobatis ſive denſis, ut vocat, quæ diviſionibus vaſorum adſident, quæ longo abinde tempore a *FRANCISCO SYLVIO* de le *BOE* propoſita eſt in *Diſſertatione medica* V. qui conglobatarum glandularum bene plenum catalogum dedit.

B. EUSTACHIUS meſentericas, meſocolicas, aliaſque expreſſit iconibus. Neglectæ tamen ſunt pleræque glandulæ, maxime quod *VESALIUS*, ignobili attributa utilitate, eas contemtim habuerit. Quas ipſi tribuunt dorſales *EUSTACHIUS* etiam habet.

(*b*) Sed primus utique *T. WHARTON* proprio opere *adenographia*, Lond. 1656. 8. Amſtel. 1659. 12. Veſaliæ 1671. & alias edito, eas rimatus eſt, quo libro plenior enumeratio glandularum, & multa ad pondera reſpectiva & incrementa thymi, thyreoideæ, ſalivalium continentur. Sed ex vitulis pleraque deſumpſit, icones ſatis malas, & paſſim dedit obſervationes parum fidas, & ex nervis liquida pleraque ſecerni non bene ex conjectura docuit, cui multi crediderunt, Angli maxime. Laudat auxilium *GLISSONII*.

Poſtea (*a*) videatur Epiſtola MALPIGHII *de glandulis conglobatis* (*b*) ad Societatem Britannicam. In ea epiſtola exactiſſima habetur deſcriptio, & puto plus quam decies editam eſſe.

Poſt hæc legatur *Adenographia* ANTONII NUCKII, edita Lugduni Batavorum in 8. an. 1692. (*c*), non quod putem (*d*) NUCKIUM præſtitiſſe aliquid, cum tentat refutare MALPIGHIUM: verum hac occaſione nova aliqua detegit, quæ a WHARTONO & MALPIGHIO omiſſa erant.

Tunc MALPIGHII *caſtigatio ad* NUCKIUM poteſt videri (*e*).

Et laudatus tractatus GUILIELMI COWPERI *de glandulis* Lond. editus (*f*)

Denique FRIDERICUS RUYSCHIUS in ſuis *Obſervationibus anatomico-chirurgicis*, *theſauris & epiſtolis* (*g*).

Glan-

(*a*) *NICOLAI STENONIS* Filius *in ſpecimine obſervationum de muſculis & glandulis* Hafn. 1664. 4. & in priori Libello *de glandulis oris*, Leidæ 1662. 12. 1680. 12., qui natus eſt ex inaugurali Diſſertatione habita Leidæ 1661. 4. & in appendice *ſpeciminis myologiæ* multa invenit in hoc genere, ductum, quem laudabimus, glandulas mucoſas narium, palati laterales linguæ, ceruminis, cutaneas mucoſas animalium, oculares glandulas. Diſtinctionem *SYLVII*, qui glandulas conglobatas & conglomeratas fecerat, primus propagavit.

(*b*) *MARCELLUS MALPIGHIUS* magnam ſuarum laudum partem a glandulis habet. Omnia viſcera, certe cerebrum, hepar, lienem, renes glandulis fieri primus docuit, quæ ſecretum ex arteriis, per earum membranas diſtributis, liquorem per ductum excretorium ad proprium locum amandarent. In Libro *de externo tactus organo* & in *poſthumis* glandulas ſebaceas diligenter deſcripſit. Deinde in Epiſtola *de glandulis conglobatis* (quibus fibras muſculares & vim ſimilem tribuit), Londini 1689. 4. & alias edita, & Leidæ 1690. 4 recuſa, multa de meſenterii, ventriculi, inteſtinorum glandulis pulchra & utilia addidit. Eadem epiſtola cum operibus omnibus prodiit, & in *Diario Parmenſi* an. 1689. p. 285. recuſa eſt.

J.J. WEPFER tubulos in ventriculo avium, ſive glandulam ſimplicem evidentiorem egregie deſcripſit.

FRANCISCO MARIA GILIO (*NIGRISOLIO*) *dell' anatomia Chirurgica delle Glandole*, Ferrar. P. I. 1681. P. II. 1682. Nunquam vidi.

JEREMIÆ LOSS Diſp. *de glandulis in genere*, VVittemb. 1683. Congregatas, conglobatas veriores, conglomeratas, ad quas refert lymphaticas, conglutinatas denique glandulas ponit, accuratius quam *SYLVIUS* aut *MALPIGHIUS*, omneſque fieri vaſis, glutine (celluloſa) connexis, acute vidit. Recuſa eſt in *Coll. Diſp.* T. II.

FR. SCHRADER de lymphis & glandulis, Helmſt. 1686. 4.

NEHEMIAS GREW in *Coſmologia ſacra* recte docet, glandulas conglomeratas, ut in teſticuli exemplo, fieri fibris & vaſis (p. 20.)

J. PHIL. EYSEL de glandularum natura & uſu, Erfurt. 1694. 4.

(*c*) *ANTONII NUCK Adenographia curioſa* (cum qua nova uteri anatome conjuncta eſt) Leid. 1691. 8. 1723. 8. Catalogum glandularum copioſiorem propoſuit, fabricam *muſcoſarum* glandularum ſive conglobatarum demonſtravit, lymphatica maxime perſecutus eſt.

(*d*) Mihi quidem videtur *A. NUCKIUS* aliqua in melius mutaſſe, cum v. gr. mediam cavitatem ſive acinum in conglobatis glandulis ſua injectione mercuriali deletum expunxerit.

(*e*) Nempe in *poſthumis* glandularum conglobatarum involucrum carnoſum extus glandulam ambiens, & fibras intus reticulatas carneas repetit.

(*f*) Vide ſupra *de part. genit. viril.*

(*g*) *F. RUYSCHIUS* glandulis in univerſum iniquior fuit. Cum enim in viſceribus variis caveas Malpighianas non inveniſſet, non de viſceribus ſolum rejecit, falſam utique glandularum imputationem, ſed de univerſo fere corpore nomen deletum voluit, & omnium ſimpliciſſimas glandulas *cryptarum* nomine reformare conatus eſt. Acinos viſcerum non negat, ſed ad glomeres valde cohærentium vaſorum refert. Icones dedit glandularum nonnullarum & inprimis meſentericæ cum ſubtilibus vaſis.

Hanc

Glandulæ vero nonnullarum partium, ut glandulæ palati, ad loca illa ſitæ, ubi membrana SCHNEIDERI eſt, videri poſſunt apud SCHNEIDERUM. Glandulæ uteri apud MALPIGHIUM deſcribuntur, & apud eos, qui de utero

Hanc *RUYSCHII* ſententiam ex omnium primis defendit *J. GOD. BERGERUS* in Diſſ. *de natura humana*, & in Diſp. *de ſecretione* 1712. & cum eo *BERNHARDUS ALBINUS* Libro *de poris*. Nunc ubique obtinuit.

GODOFRIDUS BIDLOO in *opuſculis*, inque expoſtulatione in *COWPERUM* ad glandulas conglobatas, & vaſa lymphatica eas glandulas prætervehentia varia addidit. In Diſp. inaug. quam defendit *GUILIELMUS MYLIUS*, Leidæ 1698. habetur novus catalogus glandularum conglobatarum, earumque fabrica deſcribitur, nimis, ut vereor diſtincta, muſculoſa duplex dicitur, dilatans folliculum & conſtringens, & tendinea, cum folliculo & vaſis lymphaticis, quæ tranſire ſecundum glandulas, abque ipſis ramos ſimplices accipere vult, dicitur, non autem in eas glandulas dividi, aut eo ſuum liquorem deponere.

J. CHRISTIAN. WOLF Epiſtola de glandulis, Lipſ. 1699. 4.* *PL.*

J. WILH. PAULI de abſtruſiſſima glandularum ſtructura & *differentia*, Lipſ. 1709. 4.*

LAUR. TERRANEUS in jam laudato opuſculo glandularum receptis claſſibus novam adjicit *diſgregatarum*, quo nomine ſimplices glandulas intelligit, quas utique a lymphaticis & conglomeratis merito ſeparat cum *J. FANTONO* & olim *MALPIGHIO*. In morbos etiam earum glandularum inquirit.

ADAMI FRIDERICI KREMER de ſtructura & officio glandularum, Vienn. 1716.*

HERMANNI BOERHAAVE & *FRIDERICI RUYSCHII* epiſtolæ *de ſtructura glandularum*, Leid. 1722. 4. *PRÆCEPTOR* ornatiſſimo primo ſermone doctrinam *MALPIGHII* exponit, & propriis experimentis uſus, longam ſimplicium glandularum ſeriem per univerſum corpus humanum perſequitur, adjecta humorum deſcriptione. Glandulas ex ſimplicibus compoſitas, parum notas, proponit. Denique fabricam viſcerum glandulоſam ex inſectorum anatome, morbis, aliiſque rationibus defendit, quam tamen theoriam ſub vitæ ſuæ finem deſeruit. *RUYSCHIANAM* etiam artem fraudis alicujus & nonnaturalis mutationis viſcerum ream facit.

J. B. MORGAGNUS magnam glandularum minorum vim paſſim aut invenit, aut accuratius deſcripſit, in epiglottide, larynge, lingua, pene, urethra, vaginæ muliebris orificio, articulis, mamma, cute, alibi. Vide ubique & inprimis *Adv.* I. III. IV. V. Pro glanduloſa fabrica viſcerum, & pro *MALPIGHIO* erudite, ut ſolet, & morbis inprimis uſus diſputavit in *Epiſtolis* ad *VALSALVAM* datis, & ipſe *VALSALVA* in *Epiſtola* III.

NANNIUS in *Comm. Bononienſibus* I. fabricam etiam glanduloſam tuendam ſuſcepit: tum *JOSEPHUS POZZI* in *commercio epiſtolico*, & *J. FANTONUS* in *anat. differt.*

B. D. MAUCHART de vera glandulæ appellatione, Altdorf. 1718. 4. ſententiam *CL. PRÆCEPTORIS* ſui *HEISTERI* defendit, nempe ab habitu definiendam eſſe glandulam.

J. JAC. GRAMBS de glandulis quæ præter neceſſitatem in corpore humano ſtatuuntur, Altdorf. 1719. 4. *HEISTERI* videtur opus eſſe.

JO. NIC. WEISS de viſcerum & glandularum & ulcerum analogia, Altdorf. 1729. 4.

C. G. STENZEL de glandularum in plurimis viſceribus abſentia, VVittemb. 1731. 4. Sententiam Ruyſchianam defendit.

LAURENTIUS HEISTER Compendio ſuo *adenographiam* adjecit, qua univerſalia aliqua ad glandulam & compendium glandularum corporis continetur.

W. CHESELDENIUS glandulas conglobatas a muſculoſa functione removit, cum fibris eam perfecturis deſtituantur.

THEOPHILUS LOBB. in *rational method of curing feavers*, Lond. 1734. 8. fabricam glandularum ſimplicium ex theoria definivit, ut vas eſſet ex rubro ortum valde flexuoſum, ex cujus flexionibus orta lymphatica vaſa humorem tenuiorem traherent. Conglomeratas ex hujusmodi ſimplicibus congregatis fieri poſuit.

J. F. CRELL de glandularum in cæcas & apertas diviſione (quam refutat), Helmſtad. 1741. 4.

C. GOTTL. LUDWIG de glandularum differentia, Lipſ. 1740. 4. Nobiſcum glandulas conglobatas ſeparat a ſimplicibus, cum quibus neſcio quomodo conjunxerunt *BOERHAAVIUS*. Eam

utero ſcripſerunt; hinc non opus eſt, ut de his ſeorſim agamus. Glandulæ inteſtinorum apud PEYERUM, & illos, qui de illis partibus ſcripſerunt, habentur (a).

Eam nos obſervationem in *commentariis* noſtris feceramus, paſſim etiam forte ad hiſtoriam glandularum aliqua addideramus, ad thymum, conglobatas.

SERVAAS. van de *COPPELLO de fabrica & actione glandularum*, Leidæ 1743. 4.

A. de *HUGO de glandulis in genere & thymo*, Gotting. 1743. 4.

(a) Subjungemus Auctores, qui de glandulis ſigillatim dixerunt, deinde alios, qui ſecretionem, abſque glandularum memoria propoſuerunt, alios denique qui liquores varios corporis humani, in ſuperioribus nondum tactos, conſideraverunt. Ad pleraſque equidem glandulas jam Auctores citavimus, addemus qui ſuperſunt.

Salivales ductus inferiores invenit *EUDEMUS*, unde ad *GALENUM*, & Arabes omnes, & *JACOBUM BERENGARIUM*, & *AL. ACHILLINUM* tranſierunt, apud quos viros deſierunt nominari. Suſcitavit antiquum inventum *THOMAS WARTON* loco citato & ex vitulo deſcripſit, cum ſatis mala icone, & proportionem indicavit ejus glandulæ cum thyreoidea, thymo, aliiſque glandulis.

JAC. SEIDEL de ſaliva, ſputo & muco, Gryphsvvald. 1588. 4. *

JULIUS CASSERIUS ligamenti meminit in buccinatore, quod videtur eſſe ductus Stenoniani reſecti ſuperſtes radix, & venarum nomine eos ipſos ductus expreſſiſſe videtur. Id ligamentum in medio buccinatore an. 1648. repertum pro re nova deſcribit *MOULINS* in *Muſculor. hiſtor.* p. 17. Sed neuter ejus naturam totam perſpexit. Eum ductum ergo invenit juvenis adhuc *N. STENONIS*, & deſcripſit ex brutis animalibus, non tamen optime, in Diſſ. *de glandulis oris*, Leidæ 1661. 4. *GERARDUS* vero *BLASIUS*, ſibi tribuit diſcipuli præſtantiſſimi inventum, in *præf. ad medicinam generalem*, & de eo apud *BARTHOLINUM* litigavit (in *Epiſt.*) Verum præter *NICOLAUM HOBOKEN*, cujus exſtat *ductus ſalivalis Blaſianus*, Ultrajecti 1661. 12. excuſus, & qui teſtimonia trium diſcipulorum pro *BLASIO* adjecit, atque *DEUSINGIUM* infenſum *STENONI* vix quemquam ſequacem invenit. Nam & imperfecte valde loco citato deſcripſit, & magnæ laudes alia *NICOLAI* faciebant, ut ab eo, qui adeo multa inveniſſet, plura facile exſpectarentur. Ipſe ſe tuitus in Libro *de muſcul. & gland.* Neque *NEEDHAMIUS*, qui ſibi idem adrogabat inventum, conſenſum ullum expertus eſt.

J. von *HORNE de ductibus ſalivalibus*, Leidæ 1656. 4. *Vol. Diſp. ſel.* I. Tres diſputationes ſunt, omiſſæ in editione *PAULIANA* operum *HORNII*. Primus ductus novos *WHARTONII* ex homine deſcripſit.

Apud *M. AUR. SEVERINUM* multa ſemina inventorum reperiuntur, quæ alibi laudavi, ad glandulas inteſtinales, bronchiales.

F. SYLVIUS, *STENONIO* teſte, invenit glandulas buccales.

In *Collegio Amſtelod.* obſervationes utiles exſtant.

CAROLI RAYGER de ſaliva natura & vitiis, Argentor. 1667. Diſp.

NICOLAUS STENONIS filius, præter priores laudes, etiam buccarum glandulas deſcripſit in Diſſ. & Libro *de muſcul. & gland.* Glandularum ſublingualium oſcula primus vidit, ſed ad perfectionem inventum non deduxit. Plura deinde excretoria oſcula princeps *RIVINUS* in corollario diſputationis *de dyſpepſia*, Lipſ. 1679. 4. unum autem grandem ductum, ſimilem VVhartoniano, *CASPAR BARTHOLINUS* deſcripſit *de ductu ſalivali novo*, Hafniæ 1684. 4. Ultraject. 1685. 8. ſibi vero inventum tribuit *J. M. HOFMAN* Diſp. *de guſtu* p. 34. *J.* de *MURALTO*, qui ſibi in Libello, quem *Vademecum Anat.* inſcripſit ductus ſublinguales tribuit, neminem conſentientem invenit. Porro *ALBINUS* pater in Diſſ. *de ſalivatione mercuriali*, Francof. Viadr. 1689. ductus ſublinguales deſcripſit paralelos VVhartoniano, fere uti *BARTHOLINUS*. Propius ad verum acceſſit *J. B. MORGAGNUS*, cujus de ductulis ſalivalibus, foramine cæco, &c. obſervationes legere oportet. Deinde *A. F. WALTHERUS* in Libro *de lingua*, Lipſ. 1724. 4. Harlemi 1745. 8. & in *Diſſ. ſelect.* vol. I. & tenues glandulæ ſublingualis ductus obſervavit, & alios majores, ſimiliores Bartholinianorum. Contra eum equidem objectiones aliquæ motæ ſunt in *A. E.* 1725 ab *anonymo*, qui *WALTHERIANOS* ductus a *MORGAGNO* jam deſcriptos fuiſſe ſuſpicatus.

tus eſt. *J. DOM. SANTORINUS* eodem loco aliqua addidit, & *MORGAGNIANOS* ex ſublinguali glandula vere oriri teſtatur. Sed *WALTHERUS* ad eas objectiones reſpondit in *A. E.* 1727. & aliqua addidit. Idem glandulam VVhartonianam continuari ſublinguali, nec diſtinctam eſſe, recte monuit, & ductum Coſchvvizii refutat. Et certum eſt, perpetuo multa earum glandularum oſtia adeſſe, etſi minime rarum ſit, ductum aliquem grandem inde naſci, ſimilem deſcriptioni *C. BARTHOLINI*.

T. BARTHOLINUS thymi ſuccum & cavitatem lacteo ſucco plenam vidit. Eam etiam *AMADEUS BOURDON*, & *J. G. DUVERNOI*, & alii viderunt. Ductus vero excretorius Thymi quem *DAN. TAUVRY*, & anonymus in *Breslav. Act.* 1718. & *Fr. BELLINGER* in Libro *of the nutrition of the fetus in the womb.* Lond. 1717. 8. & olim *RUYSCHIUS* & alii aliquando crediderunt ſe inveniſſe, is quidem hactenus latet.

GEORG. BALTHASAR. MEZGER hiſtoria anatomico-medica thymi, Tubing. 1679. Diſp. *

Pituitariam glandulam dixerunt *WILLISIUS*, *LOWERUS*, & inprimis *J. C. BRUNNERUS* in Diſp. propria, Heidelb. 1688. habita, in qua pro conglobata habet, & vaporem cerebri credit reſorbere. De ea etiam legi poteſt *CL. LITTRE* in *Mémoires de l' Acad. des Sciences* 1707. *MORGAGNUS Adv.* VI. aliique.

J. M. HOFMAN de ſalivæ natura, uſu & effectibus, Altdorf. 1676. Diſp.

JEREM. LOSS de natura & uſu ſalivæ, VVittemb. 1677. 4. *

G. FRANK de vaſis ſalivalibus, Heidelb. 1673. Diſſ. *

F. SCHRADER & *COLLINSIUS* foramen cæcum, & folliculos ſimplices linguæ deſcripſerunt.

ANT. NUCK de ductu ſalivali novo Librum ſcripſit, Leidæ 1686. 12. quem ex glandula quadam brutis animalibus peculiari deduxit, in homine nondum repertum, ſed in cane a *B. ALBINO* viſum & ſibi vindicatum. Sed idem in *ſialographia*, Leidæ 1690. 8. adjecit reliquos prius notos ductus ſalivales, & ſatis mediocriter depinxit, ſalivæ vero analyſin dedit.

AUG. HENR. FASCH parotides, Jenæ 1683. 4. *

BERNHARDUS ALBINUS in Diſputatione *de poris* habita Francof. ad Viadr. 1685. p. 27. ductum molarem ſive palatinum haud longe a Stenoniano apertum invenit. *IDEM* an. 1688. 4. Diſp. edidit *de maſſæ ſanguineæ corpuſculis*, quam recudi curavi, ob analyſes liquidorum humanorum.

CONTULUS in *ACT. LIPS.* 1699. enormem glandularum cutanearum dedit iconem.

Sic *J. PHIL. VERHEYEN* in *ſupplemento* ſalivæ & fere omnium liquidorum humanorum analyſes dedit: tum *C. DRELINCOURTIUS de lienoſis*: *HERM. BOERHAAVE* in Diſſ. inaugurali *de excrementis* quam *CL. HAYMANNUS* excudi curavit: *JOSEPHUS DUVERNEI* in hiſtoria *DU HAMELIANA*: *JOH. ASTRUC de digeſtione*: *GEORGIUS BAGLIVUS*: *CHRISTIANUS DEMOCRITUS von Krankheiten des animaliſchen lebens*: *T. ZWINGER* in collectis Diſp. quarum una eſt *de ſaliva ſana & ægra*.

G. BAGLIVUS, quem ibi citavimus ad ſalivæ & liquidorum C. H. analyſin, de eo argumento egit in diſſertationibus II. Peruſiæ editis cum tractatu de fibra motrice.

J. VIRIDET in Libro *de prima coctione*, Genev. 1691. 8. & Pariſ. 1735. 8. in ſaliva, ſucco gaſtrico, & enterico experimenta fecit, & acidum ineſſe credidit.

F. HOFMAN de ſaliva ejuſque morbis, Hall. 1694. 4. *Diſp. & progr.* 1698. glandulas in muſculo buccinatore ſitas deſcripſit.

F. ROPER de ſalivatione critica, Hall. 1702. 4.

GUIL. COWPERUS in *anthropographia* ſalivales ductus & ſebaceas glandulas paſſim glandulas varias per occaſionem icone expreſſit.

Sed etiam *A.* van *LEEUWENHOEK* glandulas ſebaceas faciei earumque ſmegma in epiſtolis phyſiologicis deſcripſit.

JOH. ERN. SCHAPER de glandulis mucilaginoſis, Roſtok 1698. 4. *

J. C. BARCHUSEN poſt *Acroamata* ſupra laudata ſalivæ habet analyſin.

J. W. PAULI in præf. ad microcoſmum *JHO.* van *HORNE* glandulas buccinatori incumbentes deſcribit.

J. W. PAULI ibidem citati etiam eſt programma *de glandulis conglobatis*, Lipſ. 1717. 4.

ANTONIUS MARIA VALSALVA glandulas ſebaceas cum *J. B. MORGAGNO* inter primos conſtituit. Idem ductus Stenoniani iconem non optimam dedit; ex homine tamen.

JOS.

JOS. LANZONI de ſaliva, Ferrar. 1702. 8. & in operibus omnibus.

RAIMUNDI VIEUSSENS Traité des liqueurs du corps humain, Toloſæ 1715. 4. ſalivæ etiam & aliorum liquorum humanorum habet analyſin. Multa repetit & late *BERGERI* inprimis loca deſcribit.

J. SIG. HENNINGER de ſaliva Diſſ. I. & II. Argentor. 1705. 6.

J. ADR. SLEVOGT ſpicilegium circa tonſillas, Jen. 1704. 4. ſuo loco omiſſum.

WILH. HENR. MULLER (diſcipulus *BIDLOI*) *de thymo*, Leidæ 1706. 4. & *J. PHIL. VERHEYEN reſponſio ad exercit. anatomicam de thymo*, Lovan. 1706. 4. Non magni momenti, etſi acerba ſatis controverſia.

JACOBI VERCELLONI de glandulis œſophagi conglomeratis, humore vero digeſtivo, &c. Aſtæ 1711. 4. Deſcribit glandulas œſophago incumbentes, bronchiales etiam, dorſales, & alias neſcio quas, ductus excretorios adſcribit, non valde probabiles, ramoſos, inde vero & inprimis ex thyreoidea fermentum vitale, nempe vermes ad ventriculum deſcendere ſupponit. Contra eum *JOHANNES HAGERUS*, VVittembergæ an. 1721. Diſſ. *de glandula thyreoidea* edidit, tum *J. W. PAULI* ſcripſit in progr. ad *RIVINI* filii *de auditus vitiis* Diſſ. demonſtravit glandulas bronchiales lymphatici generis eſſe, œſophageas ipſas magis ad ductum thoracicum pertinere.

JACOB GELLETIN de excerniculis capitis recentioribus inventis anatomicis illuſtratis, Hall. 2712. 4. habet glandulas ſalivales, pituitarias.

J. BAPT. GASTALDI de ſaliva in *Act. Trivultinis* 1715. eam habet pro fermento ventriculi. *

THOMÆ SCHWENKE de ſaliva, Leidæ 1715. Diſp.

CHRIST. ADAM GORN de pituita, Lipſ. 1718. 4. Utilis Diſputatio cum experimenta chemica varia contineat, facta cum pituita, & variis chemicis ſalibus commiſtis.

BENED. STÆHELINUS in *ſpec. anat. bot.* 1724. Baſileæ edito, glandularum ſubcutanearum in homine repertarum habet exemplum.

J. G. a BERGEN de parotidibus, Francof. ad Viadr. 1717. Diſp. *

MARTINI SCHURIG ſialographia, Dreſd. 1723. 4. De ſaliva & ductibus ſalivalibus brevis compilatio. De hydrophobia & morſu animalium rabidorum fuſiſſime.

BARTHOLOMÆI BOSCHETTI de ſalivatione mercuriali, Diſſ. Venet. 1722. Ofenbac. 1732. Venet. 1744. 4. Naturales etiam & præternaturales ſalivæ dotes conſiderat.

A. VATER de ductu ſalivali in lingua, VVittemb. 1720. 4. recuſ. 1721. 4. & 1723. 4. præter alia inprimis glandulas ſimplices ad poſteriorem partem dorſi linguæ poſitas pro una glandula conglomerata deſcribit, cujus ductus excretorius eſſet in linguæ foramine cæco, rami etiam ad glandulam thyreoideam irent. Contra eum ductum *L. HEISTERUS* monuit in *Annal. Jul.*

G. D. COSCHWITZ de ductu ſalivali novo, Hall. 1724. 4. ductum ſalivalem ex ſublinguali, maxillari aliiſque glandulis ortum, a dextris & ſiniſtris in parte poſteriori linguæ in arcum coëuntem, ramis ſuis in ſuperficiem linguæ diſtributum deſcribit ex unica obſervatione, & in *continuatione obſervationum de ductu ſalivali*, Hall. 1729. 4. eum defendit. Eum etiam ductum induſtrius alias *J. A. KULMUS* crediderat ſe vidiſſe.

J. G. DUVERNOI de ductu ſalivali novo, Tubing. 1725. 4. & *A. HALLER* experimenta & *dubia circa ductum Coſchwitzianum*, Leidæ 1727. 4. In priori Diſſ. ex brutis animalibus, in iſta ex hominis cadavere demonſtratur, non fuiſſe verum ductum, quem deſcripſerat *COSCHWITZIUS*, ſed venas, rete facientes ante epiglottidem. Porro *ILL.* olim *WALTHERUS*, & *L. HEISTERUS*, & *CL. BEHR* in *phyſiolog.* & alii contra eum ductum dixerunt. Nunc obſolevit.

SANTORINUM ubique legere oportet. Habet glandulam impoſitam ductui Stenonis, cujus ductum excretorium primus ni fallor deſcripſi, & depinxi (icon. art. fac.)

A. F. WALTER de lingua humana, Lipſ. 1724. 4. Harlem. 1745. 8. Egregium opus, quo & ſalivales ductus, glandulæ, aliique vicini fontes, etiam de thyreoide ductu excretorio ſuſpiciones continentur.

A. F. WALTHERI l. c. Harlemenſis editio annexas habet illas jam dictas anonymi cum *WALTHERO* controverſias.

WILL. CHESELDEN in Anatome ſua præter bonam iconem thymi, aliaque id genus; diverſas etiam ſecretiones ab attractionibus variis, &c.

J. G.

J. G. GMELIN de actione glandularum meſenterii retardatoria, Tubing. 1725. 4.

JAC. SWART de ſaliva, Leidæ 1731.

ACHILLIS FRANC. FONTAINE an a ſaliva digeſtio, Pariſ. 1732. 4.

In *Actis Petropolitanis* de Thymo exſtant obſervationes *CL. DUVERNOI*, & de ſalivalibus ductibus *D. JOSIÆ WEITBRECHT* T. IX.

Thymum etiam *JOSEPHUS POZZI* deſcripſit, & *HENRICUS BASS*, in *obſerv. anat. chirur.*

LAURENTIUS HEISTER glandulas bronchiales & thyreoideas in E. N. C. *Cent.* VII. VIII. tonſillas in *Cent.* III. IV. deſcripſit. Oeſophageas incertas eſſe recte monet, in *compendio*, & thymi iconem dat, & glandulæ molaris, quæ pars eſt palatinarum.

ANTONIUS DEIDER in Libro *des tumeurs* ſalivam alcalinam eſſe per experimenta proponit, ſecretiones ex fibris & poris reſpuentibus explicat.

FRIDERICUS RUYSCHIUS glandulas naſales, palatinas, thymum, meſentericas aliaſque obſervationibus illuſtravit. Ejus exſtat epiſtola in *L. D.* de *WESTHOVEN de angina*, in qua liquorem peculiarem in thyreoidea glandula parari, & in ſanguinem venoſum recipi ſuſpicatur: ſimilia etiam in thymo & liene fieri adfirmat.

CHRIST. JAC. TREW de vaſis Linguæ ſalivalibus epiſtola ad *A. HALLER*, Norimberg. 1734. 4. Ad ſalivæ ductus, ſublinguales maxime, refutandum *COSCHWITZIUM*, &c.

JOH. JUNKER Diſp. *de ignobili muco*, Halæ 1739. 4.

A. KAAU plurima in Libro *de perſpiratione* egregia huc pertinentia habet, ad glandulas in univerſum, ſed inprimis ad ſimplices cutis, faucium, ventriculi, &c. tum ſalivales aliaſque.

J. OSTERDYCK SCHACHT de ſaliva, Ultraject. 1741. 4. *PL.*

PETRI JOH. BURETTE. Ergo canalis inteſtinorum glandula primaria, Pariſ. 1741. Diſp.

VOLPRECHT de ſaliva ejuſque ortu ex Parotide, Lipſ. 1741. 4.

J. C. KUCHLER de ſaliva non temere exſpuenda, Lipſ. 1741. 4.

CL. LIEUTAUD ad ductus ſalivales legi poteſt, qui bonam ſublingualium deſcriptionem habet. *EJUSDEM* exſtat in fine ſpeciminum Diſſ. *de ſecretionis animalis mechaniſmo*.

J. GEORG. LAUTH de glandula thyreoidea, Argent. 1742. 4.

NIC. FRID. WILH. PRÆTORIUS de ſaliva, Leidæ v742. 4.

In *HAYMANNI* commentario *BOERHAAVIANO* analyſis ſalivæ *GAUBIANA* exſtat. Alias habet etiam in commentario *G.* van *SWIETEN*.

AUG. LUD. de *HUGO* in Diſp. *de glandulis in genere & de thymo*, Gotting. 1746. 4. habet icones thymi cum cavitate, & duas diverſas glandulas eſſe confirmat.

In ſuis ad *HALESIUM* acceſſionibus *FR.* de *SAUVAGES* habet tabulam cohæſionum in variis liquoribus humanis.

R. BROCKLESBY de ſaliva ſana & morboſa, Leidæ 1745. 4.

AUG. GOTTFR. KURELLA de ſaliva vera ſecretione, Hall. 1748. 4.

Claſſes humorum animalium conſtituit *CL. J. GOD. WALLERIUS* in *hydrologia*, p. 79.

Nunc de ſecretionis modo agamus.

CARTESIUS de formatione fetus explorare cœperat ſecretionem per figuras pororum, quæ unice tranſmitterent humorum particulas figuræ ſuæ reſpondentes. Similia habent *J. A. BORELLUS* adjecta amplitudine, *J. D. GUILIELMINI*, *J. P. VERHEYEN*, *THEOD. CRAANEN*, *J. H. VOGLI hiſt. fluidorum*, aliique.

MORLANDUS in *Phil. Tranſ.* n. 283. de ſecretione animali minime malas cogitationes protulit. Diametros cæterum oſculorum ſecretoriorum diverſitatem ſecreti liquidi facere credit.

GUIL. COLE in Libro *de ſecretione* animali, Oxon. 1674. 12. Hagæ 1681. 12. Amſtelod. 1698. 8. & alias paſſim recuſo fermenta humores in loca ſecretionum pellentia in ſpiritibus animalibus quæſivit. Omnem ſecretionem glandulis tribuit, glandulas ubique adeſſe poſuit.

J. M. HOFMAN ſciagraphia ſecretionum, Altdorf. 1695. Diſp. & cum eodem fere titulo 1707.

J. M. HOFMAN citati libelli editio anni 1695. *ſciagraphia* eſt *ſecretionis animalis*, altera vero anni nempe 1707. vocatur *ſpecimen ſecretionis animalis*.

C. BARTHOLIN de ſecretione humorum in corpore animali, Hafn. 1696. 4.*

LAUR. BELLINUS inter *opuſcula*, aliqua etiam de glandularum fabrica habet, & de arteriarum minimarum ſtructura, retardatione quæ a plicis fit, ſeminis ſecretione in teſte,

FRANCISCI SROLETI Diſſ. II. *quarum* altera eſt *de ſecretione bilis*, Venet. 1686. * Bilem ſecerni, quod craſſiſſimis particulis fiat, in tanto motus lentore ſe comprehendentibus. Sed motum humorum in minimis accelerari admitti nequit.

J. KER de ſecretionis animalis efficiente cauſa & ordine, Leidæ 1697. 4. *

BERNARDUS CONNOR poſt *de evangelio Medici* edidit *tentamen epiſtolare de ſecretione animali*, Lond. 1697. 8. Glandulæ deſcriptionem habet, qualem MALPIGHIUS: ſecerni vero in quolibet viſcere eum liquorem, qui a primis initiis ibi a Deo eſſet concreatus, & cujus adfinis liquor unice per glandulam fluat, uti oleum per filtrum aquoſum nunquam decedit. Nervos vero vi tonica regere glandulas addidit, & nullas præter eas, quæ requiruntur, particulas tranſmittere. Sententia de filtro placuit P. S. REGIS, J. G. BERGERO, WINSLOWO, J. A. HELVETIO (*éclairciſſement ſur la maniere dont le ſang*, &c. & In *œcon. anim.*) D. VERDIER, CRAZENSTEINIO & aliis.

Cum *JAC. GAVETI novæ febris idea* prodiit etiam explicatio *ſecretionis humorum*, Genev. 1700. 4.

RAIMUNDUS VIEUSSENS in *Epiſtola qua nova aliqua inventa exhibentur*, Lipſ. 1704. 4. & in *novo vaſorum ſyſtemate* vaſa ſecretoria & mediate ex vaſis rubris, & immediate ex vaſis lymphaticis oriri fuſe deſcribit, tum in *Traité des liqueurs*. Sed ejus vaſa minora videntur fibræ cællulloſæ fuiſſe. Fermentationes defendit.

Ex *Acad. Reg. Scientiarum Pariſinæ monumentis* huc pertinent:

J. B. WINSLOW de ſecretione & glandulis 1711. 1712. Ponit ibi villos exhalantes in ductus excretorios aut cavitates glanduloſas.

Zibethicæ felis folliculi eorumque glandulæ ſimplices deſcribuntur 1728. & ratti moſchati. 1711.

ASCANII MARIÆ BAZZICALUVE *novum ſyſtema medico-mechanicum*, Parma 1701. 4. vide alibi ubi de vaſis rubris agetur.

J. ADR. HELVETIUS *an quilibet humor ope ſibi congeneris ſecernatur*, Pariſ. 1708. 4. EJUSD. *Ep. de ſtructura glandularum* ad WINSL. 1728. 8. eſt excerptum quoddam epiſtolarum Boerhaavii & RUYSCHII. Utitur adtractione humorum homogeneorum.

JAC. KEIL *account of animal ſecretion*, Lond. 1708. 8. Latine recuſum in tentaminibus. Hypotheſin protulit, qua ſecretionem quidem in genere refert ad attractionem particularum ſimilium, quæ ſibi cohærent, vi motus progreſſivi retardata: diverſitates fere a diametris cum MORLANDO explicat.

CHRISTOPH. MART. BURCHARD *de ſecretione humorum in genere*, Kiel. 1708. Diſp. A magnitudine oſtiorum excretoriorum ſecretionum diſcrimen ducit.

ARCHIBALDUS PITCARNE in Diſſ. *de modo, quo ſanguis per minima*, &c. theoriam poriſticam mathematice refutavit, quod etiam G. E. STAHLIUS fecerat in progr. *de paralogiſmo proportionis figuræ pororum ſecretoriorum*, Hall. 1702. 4.

FRIDERICUS RUYSCHIUS, præter priora, ſecretionum diverſitatem a diverſa fabrica vaſorum minimorum ſecretoriorum deduxit, quæ aliter & aliter in ſingulis corporis partibus ſe habent.

In D. WAINEWRIGTH *account on non naturals*, Lond. & ſæpe alias excuſo, etiam de ſecretione aliqua exſtant. Glandula ipſi eſt arteria complicata. Motum lentum viſcida generare, & ea pelli ad canales longos vel cæcos, velocitatem ſanguinis augere ſecretiones fluidas, aliaque propoſuit.

J. B. BIANCHI ſyſtema ſecretionum exſtat poſt Librum de *hepat. hiſt.* in qua a velocitate diverſitates ſecretionum deducit, bilem credit ſanguine craſſiorem eſſe, ideoque a ſanguine ſecedere. Contra eum ſcripſit LANCISIUS in *tertia Diſſertatione*. BIANCHUS etiam in *proluſione* ſibi glandulas omentales adſcribit.

LUD. FRID. JACOBI *de ſecretione animali*, Erfurt. 1711. Diſp.

LAUR. BLUMENTROST Diſp. *de ſecretione animali*, Leid. 1713. 4. *

P. ANTONII MICCHELOTTI *de ſeparatione fluidorum*, Venet. 1721. 4. Mathematica principia, & velocitates Leibnizianas in ſecretionem introduxit, leges ſecretionis, claſſes humorum propoſuit, poros contra PITCARNIUM defendit, contra diverſitatem ſecretionum a velocitate pugnavit, & pro diametris.

M. LISTERI *de humoribus* Liber huc pertinet omnino, Londin. 1709. 8. Amſtel. 1711. editus,

editus, quo omnes in corpore liquores conſiderantur, multis adſperſis, quæ ex variaeru-ditione conquiſivit, ſecretiones omnes ex chylo deducit. Spiritus animales negat, pitui-tam in cerebro parari credit. In ſingulis experimentis utilis, aſper. cæterum in adverſa-rios, & *DRAKIUM*, *RUYSCHIUM* aliosque.

GEOR. CHEYNE theory of acute and slovv feavers, London 1722. 8. Bellinum ſequitur, fe-brem explicat a ſanguine per canales liberos, dum alii obſtructi ſunt, celerius fluente, a rugis plicisque retardationem deducit, quæ fit (per paralogiſmum) ad totam velocitatem deſtruendam liquidi, uti unitas ad numerum plicarum, ſecretiones denique a magnitudine pororum explicat, & a velocitate fluidi. Vires corporis æſtimat a copia ſanguinis.

CHRISTOPH. DANIEL METZGER de modo ſecretionis humorum, Regiomont. 1722. 4.

JOH. de GORTER de ſecretione animali, Leid. 1727. 4. Præter theoriam vaſorum minorum *BOERHAAVIANAM*, varia etiam utilia ad ſecretionem monita habet.

THOMÆ MORGAN philoſophical principles of Medicine, Lond. 1725. 8. & *philoſophical prin-ciples of practice*, ibid. In priori inprimis Libro ſecretionem tractat, *KEILIANO* more, & explicat ab adtractione particularum tenuiorum in ultimis vaſis, ubi impulſio & calor minora ſunt, & tenuiora liquida a paucioribus complicationibus, a pluribus craſſiora & tenacia ſecerni credit. Glandulas pro glomere vaſorum habet.

GIUSEPPE DUCCINI ſopra la natura de' liquidi del corpo umano, Lucca 1729. 12. Fermen-tationes aliasque chemicas hypotheſes dudum obſoletas revocat, totum corpus in chemi-cum laboratorium mutat. Rudis omnino, qui quinque oſtia facit ductus chyliferi.

J. HENR. GEELHAUSEN de differenti fluidorum in corpore animali ſecretione, Argentor. 1730. 4. & *J. DANIEL KUNTSCHKE* in Diſſertatione *de ſecretione in genere*, VVittemb. 1746. 4. theoriam *HAMBERGERIANAM* propoſuerunt, qua docet fluidi particulas, quæ ſolido aliquo leviores ſunt, omnino non abire in vaſa minora, eo vero ferri leviores par-ticulas, motu ex adhæſione, & progreſſivo motu compoſito: inde ſecretiones ita varias fie-ri, ut in viſcere ſpecifice graviori graviores humores ſecernantur, neque id fiat niſi in iis partibus, ubi cordis motus eſt imminutus. Sed hanc theoriam audio Auctorem nu-per propoſuiſſe, quæ falſo nititur fundamento, fluida graviora ad ſolida, leviora non adhærere, falſo iterum altero, liquida graviora in ſpecifice gravioribus viſceribus para-ri, *&c.* Cæterum calumnia eſt, ægre excuſabilis, quando ait, *BOERHAAVIUM* ejuſque ſequaces poros triangulares & quadrangulares pro ſecretionum fondamento poſuiſſe, cum *PRÆCEPTOR* eam hæreſin fuſe refutaverit.

Iis, qui theoriam *HAMBERGERIANAM* de ſecretione propoſuerunt, adde *ANDREAM GUTSCHE de ſecretione humorum*, Leid. 1749. 4.

JOH. OSTERDYCK SCHACHT de ſecretione animali, Leid. 1726. Diſp.

PETRI RIDEUX conſpectus in humores ſecretionum in genere, Menſpel. 1731. 8. Variæ con-ditiones, quæ ad ſecretionem pertinent, more fere *BOERHAAVIANO* exponuntur.

ADOLPH. FRID. HOFMANN in *novis hypotheſibus de rebus phyſiologicis*, Erfurt. 1731. 4. habet pondera ſpecifica liquidorum humanorum, ſecretiones ab anima ope ſphincterum nerveorum gubernari docet, *&c.*

PHIL. CARON & de *DAVAL liquida omnia in organo ſuo naſci quod incolunt*, Pariſ. 1732. Theſ.

JOSEPHUS del *PAPA de præcipuis humoribus qui in corpore humano reperiuntur*, Florent. 1733. 4. Leid. 1736. 8. Secretionem a magnitudine pororum explicat. Recentiorum Aucto-rum ſententias repetit, vix ullo proprio uſus experimento.

D. PAYEN Pariſ. 1734. *varium motum requiri ad varietatem ſecretionum*. Craſſiora re-motiſſime a corde & contra generari, *&c.*

HENR. FRANC. BOURDELIN Ergo variis ſecernendis humoribus varius ſanguinis motus, Pariſ. 1735. 4.

J. H. SCHULZE de mechanico excretionis fundamento, Hall. 1736. 4.

F. QUESNAY in III. Tomo ſuæ *œconomiæ* varia habet, & inter alias cauſas diverſæ ſecretionis, etiam ſenſibilitatem oſtiorum, ut v. gr. mollioribus particulis orificia ſe non aperiant.

CLAUDII BRUNET Ergo a diverſo glandularum ſitu ſecretiones diverſæ, Pariſ. 1737. 4.

E. MARTINE de animalibus ſimilibus, refutat opinionem, quæ a molecularum & orificiorum diametro ſecretiones explicet, cum in animalibus ejuſdem generis liquida in ſenioribus eaſdem quas in adultis naturas habent, pori vero inſigniter augeantur, neque tamen mutentur ſecre-tiones.

LUD. ALEX. VIEILLARD ab imminuta ſanguinis velocitate in capillaribus facilior ſecretio: Pariſ. 1740. Theſ.

EJUSD. VIEILLARD & *CANTWELL an diverſitatis ſecretionum cauſa multiplex*, Pariſ. 1741. Theſ. Recte non unam, ſed multas cauſas eſſe variarum ſecretionum.

LUDOV. GUILL. LE MONNIER Ergo ex vaſorum figura & origine facilior aptiorque fluidorum diſpenſatio 1741. Pariſ.

CLIFTON WINTRINGHAM in *experimental inquiry in ſome parts of animal ſtructure* varia obſervavit ad ſecretiones facientia, inprimis autem firmiores eſſe arterias, quæ ad organa ſecretoria ferantur, ut etiam vena portarum de eo privilegio participet.

ANT. FIZES de Liene varia huc habet. Secretiones depauperare ſanguinem fluidioribus particulis recte monet.

CORN. GOESSEL de organis ſecretoriis & ipſa ſecretione in genere, Marpurg. 1746. 4.

FLORENTII CAROLI BOLLOT an quo lonſtius a corde diſtat organum ſecretionis, eo humor ſecretus ſubtilior, Pariſ. 1746. 4. *B. PL.*

Inter *CL. LAMURE* diſſ. exſtat etiam *de ſecretionum mechaniſmo* diſp., Monſpel. 1749. ni fallor.

BENJ LUD. LUC. de *LAUREMBERT*, *ergo a diverſo glandularum ſitu ſecretio diverſa*, Pariſ. 1749. 4.

S E C T I O VI.

A N G I O L O G I A,

Sive vaſorum proprie ſic dictorum deſcriptio.

C A P U T I.

De vaſis rubris.

VAſa corporis proprie vocantur *Canales* 1. qui ducunt humores a corde acceptos ad quodlibet internum & externum punctum corporis, *&c.* 2. qui liquores referunt ab hiſce punctis iterum verſus cor; & tum 3. qui humores ibi & delatos & ſecretos in ſe ſtagnantes aliquamdiu continent, quos alii ſinus, veſicula alii aut folliculos vocant, ſed nihil refert. Ergo vaſorum nomine continetur omne arteriarum, omne venarum, veſicularum, folliculorum, ſinuumque genus (*a*).

De arteriarum ortu, natura, diſtributione, & uſu, duo quæri poſſunt, 1. in uſum chirurgicum nempe, 2. in uſum theoreticum. Chirurgis enim magnæ arteriæ notæ eſſe debent, ut eas vitare queant, quando aliquas corporis partes ſecant, & curare eaſdem in vulneribus.

Qui noſſe vult arterias, per totum corpus diſtributas, inſpiciat 1. Tabulam VESALII in *Libro* III. *pag.* 483. (*b*). Ea tabula fidiſſima omnium eſt, quæ editæ ſunt; non

(*a*) *BOERH. INST. n.* 131.

(*b*) Angiologiam in tres partes dividemus. Dicemus primo arteriarum hiſtoriam, ſecundum magnos truncos, qui ex corde per omnes corporis partes pergunt. Inde ſubtilem arteriarum

non ideo perfecta (a), id enim ſperari ab eo tempore non poteſt, ſed tamen optima, etiam cum ſuis vitiis.

Ve-

rum hiſtoriam ſive ultimas diviſiones, & quæ eo pertinent. Deinde ſanguinem proſequemur, paulum mutato ordine *PRÆCEPTORIS*: denique venas. Ergo arteriarum hiſtoria, poſt pauca *ARISTOTELIS* rudimenta, & *RUFI*, incipit omnino a *GALENO*, qui in Libro *de arteriarum & venarum diſſectione*, cujus propriam editionem habemus interprete *ANTONIO FORIOLO*, Baſil. 1529. 8. plenum ſyſtema vaſorum dedit, in Libro *de utilitate partium*, *an ſanguis in arteriis contineatur*, & alibi ſparſim arterias deſcripſit, cujus apud *ORIBASIUM* etiam compendium ſupereſt. Nihil ibi finiti exſpectabis, habet tamen utique multa utilia, ut ipſam v. gr. bronchialem arteriam receptam ab *ERASISTRATO*.

Librum *de arteriarum & venarum diſſectione GALENI*, hoc loco dictum, ipſe auctor citat in L. *de propriis libris*, & ait pro tironibus ſcriptum eſſe.

Ex *GALENO* Arabes omnes de more aliquid angiologici & imprimis etiam arteriam bronchialem conſervarunt.

(a) Inde *VESALIUS* L. III. arterias & venas deſcripſit. Quem virum mallem certe laudare, qui ejus admiror in tanta juventute induſtriam, robur animi, peritiam. Sed omnium minime angiologiam laudare licet, cum arterias carotides per aliena foramina in ſinus cerebri duxerit, arteriam meningeam pro vena habuerit, arterias omentales poſteriores (ſive *meſocolicas*) ex ſplenica prodeuntes finxerit, & in univerſum aliqua etiam *GALENO* nota omiſerit. Cæterum loca a *PRÆCEPTORE* citata ſunt ex editione 1555. Icones autem *VESALII* a *VALVERDO*, *PLATERO*, *CASSERIO*, *BARTHOLINO* & fere ab omnibus Anatomicis receptæ ſunt.

Quare *VESALII* loco laudo *EUSTACHIUM*, quem miror hic prætermiſſum fuiſſe. Is, ut videtur, correcturus *VESALIUM* minutiſſime vaſa rimatus eſt. In ſceletis, quos dedit vaſorum uterinorum, meſentericorum & cœliacorum, brachialium, hepaticorum, cruralium, pulmonalium, renalium, ſummam induſtriam adhibuit. Idem utiliſſimo inſtituto in T. XXV. & XXVI. arterias cum venis in ſitu, inter ſuos muſculos expreſſit, quo modo fere ſolus uſus eſt, multo certe meliori, quam illo *VESALIANO*, quem omnes, etiam ipſe *COWPERUS*, ſunt imitati, in quo vaſa exemta corpore, abſque viciniis, in uno plano, ſatis, ni fallor, inutiliter exprimuntur.

Nomina arteriis impoſuit *JACOBUS SYLVIUS*, *GABRIEL FALLOPIUS* multa in arteriis, ſed inprimis arterias capitis emendatius propoſuit, tum renales, aliaſque in *obſervationibus*.

THOMÆ MOSTELII Synopſis arteriarum & venarum ex Veſalio, VVittemb. 1558. 8. Reſpondet titulo.

VIDUS VIDIUS Fallopianas obſervationes non valde bonis iconibus illuſtravit. Cæterum ſæpe miratus ſum, qui fieri potuerit, ut *VIDUS*, & *COLUMBUS*, & *VESALIUS*, & *J. P. INGGRASSIAS de oſſibus*, cæterum non valde in arteriis curioſi, adeo minutos tamen ramos recenſeant, qui cranii canales, & exempli cauſa canalem pterygoideum percurrant.

COLUMBUS etiam arteriam penis ſibi tribuit inventam, & vertebralem inter os occipitis, & primam vertebram cranium dicit ſubire.

J. CÆSAR ARANTIUS aliquas obſervationes de arteria lienis ſerpentina, & de vaſis ſpermaticis habet.

JULIUS CASSERIUS aortæ bonam figuram in Libro de *org. vocis* dedit, quæ apud *VESALIUM* & reliquos mala erat. Laudem etiam merentur icones, quas in cerebro exhibuit. Plurimas etiam in magno opere dedit arteriarum tabulas, ſed fere, forte ſculptoris vitio, confuſas, ut paſſim venæ cum arteriis videantur confundi.

F. PLAZZONUS de partium genitalium vaſis aliquas obſervationes habet.

C. HOFMANN de uſu arteriarum & venarum meſaraicarum, Norimb. 1615. 4. Theoria.

EJUSD. de uſu venæ arterioſæ & arteriæ venoſæ 1618. *

Angiologia *RIOLANI* non reſpondet famæ viri, ramos tamen principes aortæ reſtituit, turbatos a prioribus.

JOH.

JOH. CASTELLANI phylacterium phlebotomiæ & arteriotomiæ cum figuris venas & arterias totius corporis repræſentantibus, Argentin. 1628. 8.*

G. HARVEIUS nomina reformavit arteriæ & venæ pulmonalis, cum omnis antiquitas venæ arteriæque nomen in hypotheſin commutaſſet. Vim pulſificam arteriæ experimento refutavit.

JOH. LEONCENÆ, qui *VESLINGIO* pro miniſtro fuerat, quem *Profectorem* vocant, tabulæ vaſorum corpore exemtorum extant in *Phil. Tranſ.* 280. Paſſim vitioſæ ſunt, & multo deteriores *EUSTACHIANIS*. Vertebralem ſiniſtram ex trunco aortæ deducit. *T. BARTHOLINUM* ſimili inſtituto vaſorum ſyſtemata diſpoſuiſſe ex corpore exemta, ipſe teſtis eſt *Anat. reform.* p. 584.

In *JOH. RHODII mantiſſa*, quæ cum hiſtoriis *BARTHOLINI* prodiit, obſervationes aliquæ habentur rariorum fabricarum, & ramus a coronaria arteria ad hepar.

R. LOWERUS arterias carotides earumque ad cerebrum iter, & arcum aortæ emendate pinxit.

D. de *MARCHETTIS* varia angiologica habet, & arteriam hepaticam a meſenterica primus vidiſſe videtur, & bronchialem poſt veteres renovavit, & a meſenterica cœliacam ſeparavit, quæ pro ejus ramo habebatur.

NATHANAELIS HIGHMORI grandes icones clanculum ad *VESALIANAS* ſunt imitatæ.

GUERNERI ROLFINKII inter *anatomicas diſſertationes*, Jenæ 1656. 4. etiam V. VI. de venis & de arteriis ſunt, ex lectione librorum, quam ex proprio experimento, magis natæ.

J. J. WEPFERI de apoplexia Liber Scaphuſ. 1658. 8. & auctius 1675. 8. & Amſtelodami 1728. continet bonam deſcriptionem arteriarum cerebri, qualis eo tempore haberi poterat. Rete mirabile, popularem eum errorem, proſcripſit. Sed in eodem opere etiam *T. WILLISIUS* verſatus eſt in Libro *de cerebro*. Idem in *Pharmacopæa rationalis* T. II. icones tunicarum arterioſarum, minus tamen bonas dedit. Erroneam glanduloſam introduxit, quam *VIEUSSENIUS* & *VERHEYENIUS* conſervarunt, & fibras longitudinales intimæ. Vaſa medullæ ſpinalis etiam habet *IDEM* & *G. BLASIUS*.

Circa hæc tempora inventa, aut reſtituta, in Belgio, vaſorum repletione, via ad Angiologiam aperta eſt. Et *SWAMMERDAMIUS* quidem *GRAAFIUSQUE* unice in genitalium partium vaſis verſati ſunt, quæ multo ornatius depinxerunt prioribus, & ille quidem anaſtomoſin ſpermaticarum cum epigaſtricis per ligamentum teres notam habuit.

Ligatæ arteriæ experimentum, quo motus muſcularis deſtruitur non a *N. STENONIS* ſolo, ſed a *BRUNNERO* poſt Librum *de pancreate*, *D. BROWNE LANGRISCH lect. on muſcular motion*, n. 93. *JOH. ASTRUC* in Diſſ. *de motu muſculari* aliiſque repetitum eſt.

In *F. GLISSONIO* deſcriptio vaſorum ad partes chylopoieticas euntium habetur.

GER. BLASIUS in *miſcellaneis* aliqua non incommoda habet, ut phrenicam a lumbali.

H. MEIBOM de motu ſanguinis, arteriarum valvulas, a quibuſdam propoſitas, recte refutat, & unice limbos prominentes eſſe oſtendit.

MATTHIÆ TILING de vaſe brevi, Rinteln. 1676. 12. ſupra citatus eſt.

PARISINI non incommodas angiologias animalium, maxime avium, dederunt in ſuis nimalium diſſectionibus.

GOD. BIDLOO icones vaſorum ex omnium vitioſiſſimis ſunt.

A. de *MARCHETTIS* in *Phil. Traſ.* n. 307. & in n. 29. *FAIRFAX* de vaſis ſpermaticis obſervationes habet, & n. 415. *C. MORTIMER*, & *LEAL LEALIS*, etſi minus bonam defendat hypotheſin, legi poteſt.

Chinenſes ridiculas angiologias habet *CLEYERUS* in l. *de medicina Sinenſium*.

RAIMUNDUS VIEUSSENS omnino ad vaſa capitis etiam ſubtilia illa, quæ nervos olfactorios, acuſticos, alioſque comitantur, & medullæ ſpinalis arterias, legi meretur in *Neurographia*. Idem in *novo vaſorum ſyſtemate* non bene expungit muſculoſam, a maceratione deluſus, quæ ſimilis & a natura alieniſſima eſt *SCHELHAMMERI* adfirmatio in *Analectorum Diſſ.* IX. & olim *I. N. PECHLINI de purg.*

JOSEPHUS DUVERNEY arterias umbilicales in adulto apertas manere, & dare veſicales ramos invenit.

In *Acr. Reg. Scient. Gallicæ* angiologica pauca exſtant. Huc tamen an. 1725. *HELVETII* cal-

Verum poſt hanc tabulam adjungenda eſt *tabula tertia* GUILLIELMI COWPERI, in *Appendice ad* BIDLOIANUM *Opus magnum* (*a*), in editione Londinenſi. Ibi enim ex fetu, cera injecta, repleto, ſtotum ſyſtema arteriarum adcuratiſſime depictum habetur.

Clariſſimus RUYSCHIUS per partes etiam hujuſmodi edidit tabulas (*b*).

Hi

calculus, quo rationem trunci aortæ ad ſuos ramos æſtimavit, anno 1735. Varietates ſatis mirificas ramorum magnorum aortæ ſuppeditat *D. HUNAULD*.

Sic *RIDLEYUS* etiam aliqua de arteriis duræ matris minoribus, & de flexione vertebralis addidit. Arcum Aortæ etiam ad vivum pinxit.

J. GOD. de *BERGER* in *Act. Erud.* 1698. p. 295. de vertebrali ex arcu aortæ nata exſtat obſervatio.

(*a*) Tabula III. quæ etiam paulum emendata eſt XX. *DRAKIANI* operis, paſſim & in *CL. BURGGRAVII* lexico recuſa. In abdomine aliqua, & circulum magnum arteriæ meſentericæ habet, & in brachio arterias recurrentes & flexionem externam carotidis. Cæterum longiſſime a perfectione abeſt. *IDEM COWPERUS* in *Phil. Tranſ.* n. 280. iconem carotidis dat, eamque ad cranium dilatari obſervat, & vertebralem, & alibi ſplenicam, aliqua etiam ad recurrentia ea vaſa, & ad circulationem ſanguinis habet, & in *Philoſ. Tranſ.* n. 290. de peculiari fabrica Aortæ in animale Opoſſum. Idem conſideravit lentorem ſanguinis in arteria ſpermatica, & in *myotom. parva* vaſa penis deſcripſit, in *magna* vaſa faciei pinxit T. XXII. & alibi alia dedit, quorum hic uſus eſt. Icones etiam vaſorum pulmonalium, & arteriæ venam excedens magnitudo ad ipſum pertinent, quæ ſunt apud *DRAKIUM*.

J. PHIL. VERHEYEN icon arteriarum multa meliora habet, in aortæ arcu, vaſis manus, aliiſque partibus.

JOS. de la *CHARRIERE* in ſua capitis anatome etiam vaſa tradidit.

ALEX. THOMSON de motu arteriarum elaſtico egit, quo ſanguinem in minima credit urgeri.

Arterias minimas ſanguinem ſibi a corde pulſante ſubmiſſum elaſtica vi retropellere obſervavit *H. BOERHAAVE de uſu ratiocinii mechanici in Med.*

(*b*) *F. RUYSCHIUS* arterias optime cognitas habuit. Verum, dum ad conſervandas partes omnem induſtriam impendit, potius aliquas minores particulas arteriarum quam ſyſtemata deſcripſit. Bronchialem arteriam renovavit, & œſophageam ſupremam, vaſa mammarum, ſcroti, cordis, pericardii, hepatis, oculorum, tympani, oſſiculorum auditus, narium, aliaque delineavit.

J. B. MORGAGNI obſervationes de arteria aorta & ejus principio ſinubuſque cum *VALSALVÆ* de iiſdem hypotheſi exſtant in *Epiſt. poſthumis*. Arcum aortæ emendavit in *Adv.* I. & alia paſſim utilia addidit.

J. H. KELLNER de vaſorum elaſticitate, Leid. 1711. 4.

J. JAC. RAVII minime contemnenda angiologia exſtat in *M. B. VALENTINI zootomia amphitheatro*.

J. MARIA LANCISIUS in Libro *de motu cordis & aneuryſmate*. Fuſus eſt in fabrica arteriarum, maxime aortæ. In eodem Libro vaſa cordis, & carotides, earumque flexum externum expreſſit.

A. CANT in *impetibus* cordis & aortæ ſitum, arteriaſque faciei & carotidem, ſed eas minus bene expreſſit.

J. E. WREDENS arteriologiſche tabellen, Hannov. 1721. fol. Minus, quam merentur, notæ ſunt, quibus multa contineantur, quæ ab aliis prius inventa putaram, ut cœliacæ bona deſcriptio.

STEPH. HALES experimenta de robore arteriarum exſtant in *hæmaſtatiks*. Aliqua jam *KEILIUS* habuerat, tum de ratione arteriarum ad venas.

In *WILH. STUKELEY deſcription of the ſpleen* arteriarum tabulæ parum fideles reperiuntur.

G. van *SWIETEN de arteriarum fabrica*, Leid. 1725.

H. A.

Hi tres Auctores optime ſatisfaciunt ad hoc quæſitum. Optandum quoque foret,

H. A. NICOLAI de directione vaſorum, Argent. 1725. 8. ſatis erudita, neque abſque obſervationibus aut propriis eſt, aut a *SALZMANNO* acceptis. Arteriam hepaticam a meſenterica ortam dixit in *Comm. Nor.* 1732.

Unicam membranam veram arteriæ relinquit *CL. J. DOUGLAS* Libro *de peritonæo*.

Hactenus miris modis languerat arteriarum hiſtoria. Nunc incepit reviviſcere *J. B. WINSLOWI* ope, cujus in *Expoſitione*, etſi in compendio, optima tamen exſtat arteriologia earum quas habemus, & unice hactenus eo nomina digna. Inventa ſingulatim recenſere impoſſibile videtur. Ex eo viro pleraque habet *BOUDON* ad *PALFYN*, *VERDIER* & *GARENGEOT*, & *SYLVA* in *Traitè de la ſaignée* in quo multa ſubtiliora de vaſis capitis, & bronchialibus habentur.

W. CHESELDENIUS multa habet eo pertinentia. In editione III. arteriarum capitis internarum non mala icon exſtat, & hepatis & meſentericarum. In Editione VI. arteriæ brachii, maxime in ſede venæ ſectionis pinguntur.

T. MORGAN mechan. pract. omnes arterias ex celluloſa fabrica fieri acute vidit p. 338.

Vim arteriæ contractilem mechanice conſiderat *JOH. QUINCY* poſt Librum *de perſpir.*

A. F. WALTHER ſolitariis ſcriptis hanc medicinæ partem illuſtravit. Huc ergo ſpectant *Tabula cœliaca*, Lipſ. 1729. 4. & in *ACT. ERUD.* 1730. Progr. *de vaſis vertebralibus*, ibid. 1730. & Progr. I. & II. *de vena portarum*, Lipſ. 1731. ubi inprimis diligentem ſe, etiam in thyreoideis inferioribus & aliis minus notis arteriis ſe geſſit. Sed etiam in Progr. de *aneuryſmate aortæ* ejus arteriæ membranas deſcripſit.

J. R. C. GARENGEOT in *ſplanchnologia* & alia & inprimis rariorem, & male pro conſtante venditam, habet iconem arteriarum intercoſtalium, quas omnes ab aorta deducit.

LAUR. HEISTER præter ea, quæ in compendio ſunt, dedit etiam obſervationem arteriæ brachialis in humero fiſſæ, quam frequentem reperimus, in Diſſ. *de act. crural. vulner.* & in *obſſ. anatomicis* quas defendit *D. MOEBIUS*. Ea obſervatio etiam exſtat apud *PALFYNUM*, *HEBENSTREITIUM* Progr. ad *Diſſ. inaug. CL. HAHNII*, *TREWIUM Comm. Litt.* 1737. *CL. PETSCHE* l. l. c.

J. F. CASSEBOHM ſubtilem angiologiam auris perfectiorem dedit, quam *DUVERNEYUS*: & fabricam arteriæ in univerſum in poſtumis.

In *Actis Edimburgenſibus* Vol. II. Tab. II. habentur arteriæ communicantes brachii, quæ ad latus humeri utrumque ab arteriis cubiti ad humeralem aſcendunt. Ibi etiam *CL. MONROI* de arteriæ fabrica Diſſ. exſtat, in qua tendineam ex numero membranarum expungit. In V. Tomo de vaſis ſpermaticis obſervationes *MONROI* reperiuntur.

In *H. FRANCISCI LE DRAN parallèle de la taille* & in *FOUBERTI* Obſ. in *Academ. Roy. de Chirurgie*, aliqua ſunt ad vaſa partium genitalium & ani.

In *Commercio Litterario Norico ILL. TREW* exſtant variæ obſervationes de vaſis brachii l. c. de vaſis pelvis annis 1733. 1734. 1737 1738. 1743. Varietates aortæ expreſſæ ſunt an. 1737. In Libro etiam *de præcipuis hominis non nati differentiis* & in Ep. ad me *de vaſis ſalivalibus* data *VIR. CL.* multa ad arteriarum hiſtoriam habet.

J. PARSONS arterias umbilicales in Tractatu *of the bladder* depinxit.

LUDOVICI BELLOT Ergo attenuando ſanguini motus arteriarum, Pariſ. 1735.

B. S. ALBINI de vaſis inteſtinorum obſervationes alibi laudavimus. Plurima etiam huc pertinentia paſſim exſtant apud ejus diſcipulos in diſputationibus Leidenſibus.

HIER. LUDOVICUS BACCHETTONI in *Anatomia medicinæ miniſtra*, Oeniponti 1740. 4. vaſorum ex corpore extractorum & ſiccatorum tabulas habet, fere uti *LEONCENA*, ſed haud paulo deteriores.

De arteriarum fabrica legatur etiam *J. FR. SCHREIBER* in *Elementis*.

Huc pertinent *CL. HEBENSTREITII de arteriarum confiniis* 1739. *de vaginis vaſorum* Lipſ. 1740. 4. *de flexu arteriarum* 1741. 4. *de vaſis ſanguineis oculi* 1742. 4. quibus varia nova & rariora continentur. Exſtant in Coll. Diſp. mearum T. II. & IV.

In *CL. PETSCHE obſervationum ſylloge*, Hall. 1737. 4. Plurima egregia ad arteriarum flexiones & varietates pertinent, inprimis rara aortæ in abdomine duplicis obſervatio.

CLI-

ret, ut figuræ COWPERI ederentur in uſus communes, pro iis nempe rerum a-
Vuu nato-

CLIFTONUS WINTRINGHAM in *experimental enquiry into ſome parts of animal ſtructure*, Lond. 1740. 8. duritatem arteriarum per varias partes humani corporis per experimenta perſecutus eſt, & in minoribus vaſis majorem eſſe, verſus uterum inſigniter minorem, majorem in ſecretoriis organis, majorem, quod mirum, in arteriis quam in venis reperit.

C. G. LUDWIG Diſſ. *de tunicis arteriarum*, Lipſ. 1739. 4. & in Coll. noſtra T. II. cellulofitatem arteriæ pro tendinea tunica habitam, fibrarum in arteriis diviſionem, muſculoſam membranam in arteriis cerebri, & alia utilia demonſtravit.

CL. LIEUTAUD in *Eſſais* omnino legi meretur, ad arterias pelvis aliaſque.

Vaſa capitis in icone inſerta *Traité des ſens* depinxit *CL. NIC. LE CAT*.

CL. PHIL. A. BOEHMER Progr. *de quatuor & quinque ramis aortæ*, Hall. 1741. 4. varietates nonnullas ex *CASSEBOHMII* præparationibus adduxit. Coll. noſtra T. II.

J. GOD. GUNZ de arteria maxillari interna, Lipſiæ 1743. 4. edidit Diſſertationem, quam etſi aliquando minus nobiſcum convenerit, minime abſque laude oportet dimiſiſſe, ut in re difficili. In Diſſertatione *de mammis* arterias mammarias deſcripſit.

JOSEPHI EXUPERII BERTINI hiſtoria carotidis jam, niſi fallor parata, cum ejus ſanitate intercidit. Vindicabat ſibi, dum ſecum mens ipſi fuit, *CL. GUNZII* obſervationes.

J. STEPH. GUETTARD Theſ. *an ex vaſorum figura & origine facilior fluidorum diſpenſatio*, Pariſ. 1741. Arterias cum *BELLINO* cylindricas facit.

JOH. JAC. GRAMBS Anweiſung ... zur... Angiologie, Francof. 1741. 8. Breves ſunt arteriarum venarumque tabulæ.

CASIMIRI CHRISTOPH. SCHMIEDEL de varietatibus vaſorum Diſſ. Erlang. 1745. 4. varia rariora habet de arteriis brachialibus recurrentibus cubiti, arteriis pelvis, earum communicatione cum veſicalibus.

In *ſyllabo partium corporis humani*, Petropol. 1743. edito, T. XVI. fol. 2. & 6. habentur vaſa circa cor.

MICH. ALBERTI de arteriarum dubia ſyſtole Diſp. Hall. 1743. 4.

In *J. NICOLAI WEISS de arteriis viſcerum propriis*, Altdorf. 1744. 4. & varietates aliquæ, fabricæ internæ ſecretoriarum mollioris obſervationes.

DOMINICUS TABARRANI in *memorie de' Valentuomini* T. II. etiam arterioſas varietates de brachialibus aliiſque habet.

AD. BERNH. WINKLER de arteria brachii, Gotting. 1745. 4. Diſputatio diligenter, uti notum, ad naturam elaborata.

In *CL. MOLINELLI* Libro *de aneuryſmatibus* recurrens radialis & arteriæ magnæ brachii exprimuntur T. II. fol. 3.

GEORG. AUG. LANGGUTH de arteria efficacia ab officio cordis remota, Wittemb. 1745. 4. Arterias nihil ſua contractione ad ſanguinis circulationem conferre defendit. *IDEM* in Diſp. *de fractura patellæ* promittit, ſe in ejus oſſis vaſa inquiſiturum.

HENR. WESSELING ſpecimen de arteriis hominis, Leid. 1747.

HENR. WESSELING in citato *ſpecimine* motus cordis *BOERHAAVIANAM* theoriam [refutat.

J. FRID. MECKEL in nuperrima Diſſ. *de Quinto Pare nervorum Cerebri*, Gotting. 1748. iconem dedit multorum vaſorum ſubtiliorum capitis, ſtylomaſtoideæ arteriæ, dentalis anterioris, aliarum: laqueos etiam arteriæ temporalis meningeæ, arterias receptaculi deſcripſit.

Angiologiam in ſua *anatomie en couleurs* incepit edere *GAUTIER*.

CL. SENAC & cordis arterias & arteriarum venarumque fabricam, & cylindricas arteriarum longitudines atque diametros, & de elatere arteriarum cogitationes & alia protulit in Libro de corde.

PHILIP. CONRADI FABRICII de cognitionis anaſtomoſeos vaſorum inſigni uſu, Helmſtad. 1750. 4.

Qui de oſſibus ſcripſerunt, occaſione foraminum cranii, plerumque etiam aliqua habent de vaſis, quæ per ea foramina migrant, plura inprimis *MONROUS*, tum *POUPARTUS* in compendio Chirurgiæ, quod ſub nomine *Chirurgie complete* jam an. 1695. 12. prodiit.

Ego

natomicarum curioſis, qui ejus magnum Opus non habent; conſtat enim ingenti pretio.

Præter hos etiam legatur ANTONIUS LEEUWENHOECKIUS in *Tomo tertio obſervationum ſuarum*, ubi optime fines & exitus arteriarum in venas delineat (*a*).

In

Ego vero multum ab omni tempore hac in parte anatomes laboravi, & integram hiſtoriam arteriarum humani corporis nunc maxime molior. Præter ea ergo, quæ ſparſim in *Commentariis Boerhaavianis Primis lineis phiſiologiæ de fetu monſtroſo*, ad arterias pertinent proprie Progr. edit. 1643. quo *baſeos cerebri icon* habetur, in qua icones arteriarum receptaculi & minorum arteriarum duræ matris, & ophthalmicæ exſtant. Tum in Diſp. *de arteriis & venis bronchialibus œſophageis*, Gotting. 1743. 4. oſtendi, multo plures & bronchiales & œſophageas eſſe, quam plerumque credebatur. In Diſp. *de nervorum in arterias imperio*, Gotting. 1744. 4. inprimis laqueos deſcripſi, per quos arteriæ tranſeunt, & a quibus reguntur. Arteriæ carotidis Icon I. quæ pertinet ad arteriam maxillarem internam an. 1745. prodiit in *Faſciculo* II. qua majores trunci hujus arteriæ in icone, reliqua in deſcriptione habentur.

Arteriæ Thyreoideæ inferioris T. I. & II. eodem anno prodierunt, cum ſuis ad duram matrem ſpinæ dorſi, ad aſperam arteriam & œſophagum ramulis, & cum vertebrali, occipitali, bronchiali arteria anaſtomoſibus. Occipitalis etiam ea occaſione deſcribitur.

Arteriæ Cœliacæ T. I. & II. anno 1745. editæ. Cœliacam, primum a WALTHERO deſcriptam, per ramos minores perſequitur, rami pancreatico-duodenalis anaſtomoſes cum meſenterica & duodenali ſuperiori, aliaq; minuta exprimit. Altera vitio Sculptoris non placet.

Arteria Carotidis T. II. Prodiit in *Faſciculo Iconum* III. qua pharyngeæ arteriæ non deſcriptæ, ſubmentalis, palatinarum, tympani continentur.

Arteriæ Carotidis internæ T. III. ubi icon arteriarum faciei habetur, & oculi cum novis ciliaribus anterioribus deſcribuntur, una cum priori prodiit.

Arteriæ Meſentericæ Tabula in Faſciculo etiam III. expreſſa eſt cum ramis pancreaticis cæcalibus anterioribus, poſterioribus.

Arteriæ anteriores pectoris, parvæ illæ thymicæ, comitis nervi phrenici deſcendentes & aſcendentes, mammaria ejuſque rami phrenici, hepatici aliique, & anaſtomoſes cum thoracicis externis, phrenicis, intercoſtalibus, eodem anno deſcriptæ ſunt.

Arteriarum bronchialium ſuperiorum & inferiorum numerum diverſum, & varietates œſophageas copioſas, in eodem Faſciculo dedi.

Arteriarum renalium & phrenicarum Tabula, arcum diaphragmaticum, arteriam phrenicogaſtricam, arterias a capſularibus ad hepar, capſularium claſſes tres, & adipoſarum, & uretericarum & ſpermaticarum varietates continet.

In eo qui nunc recentiſſime prodiit Faſciculo IV. exſtant arteriarum pelvis T. V. Reliquas, ſi DEO videbitur, ſubjiciam, & paratæ ſunt arterioſæ tabulæ.

In V. Faſciculo, qui nunc prodit Arteriæ artus infimi deſcribuntur & depinguntur. In VI. cujus icones paratæ ſunt, brachii vaſa pingentur, & in VII. quo opus abſolvetur, arteriæ cerebri & medullæ ſpinalis.

(*a*) De vaſis nunc minoribus ſive ſubtili angiologia dicendi locus eſt. Ea tota ad Anatomicos recentiores pertinet, & debetur arti injiciendi, ut vocant, & microſcopio. Nam, etſi veteres de anaſtomoſibus inter arterias & venas non debiles conjecturas habuerint (loca vide apud *HARTMANNUM perit. anat. v. t. ſpec.* p. 66.) quas experimentis ſuis *RIOLANUS* (in reſp. ad *HAR.* p. 53.), ſed parum firmis, aliis *M. A. SEVERINUS* in phoca, alii aliis confirmare conati ſunt, non tamen multum ultra conjecturam ſunt progreſſi, cum inprimis parenchyma non organicum ex concreto ſucco inter arterias & venas ponerent. *EDMUNDUS KING* in *Phil. Tranſ.* n. 18. 52. ut alibi dixi, hoc parenchyma organicum fecit & vaſculoſum, quæ ita auxit *D. DUVERNEY*, ut omnia ſolida corporis humani ex vaſis & veſiculis inter vaſa mediis componi doceret in *Anciens Mémoires*, & *LISTERUS* omnino nihil præter vaſa in corpore relinqueret, expuncto omni intermedio inter arterias venaſque corpore *Exerc. Anat.* II. Hæc opinio celeriter increvit,

& ſola

In omnibus etiam ſuis operibus depingit vaſa ſanguine diſtenta, ita ut ibi videamus, quo modo in ipſis animalibus vivis ſe habeant.

Pariter ad titulum de Microſcopiis in Actis Societatis Londinenſibus ſupra hac re continentur plurima, in appendice etiam ad opera BIDLOIANA (a).

Sed & FREDERICUS RUISCHIUS arterias cera implevit, quæ frigefacta præbuit videndos fines antea incognitos (b).

Si diſtributionem arteriarum ultimarum cognoſcere quis velit, videatur BELLINUS in *Opuſculis poſtremis* ſeu *Epiſtola ad* PITCARNIUM (c).

In

& ſola diu viguit. Deinde microſcopia ad ſcrutanda vaſa minima in pulmone ranino, & inprimis in ranæ meſenterio adhibuit *MARCELLUS MALPIGHIUS*, cujus curioſa certe eſt obſervatio, in *poſthumis*. *ANTONIUS* vero van *LEEUWENHOECK* inprimis anaſtomoſes arteriarum & venarum tum per ramos tranſverſos, tum per circumflexos & redeuntes parallelo itinere truncos expoſuit plurimis locis. *RAIM. VIEUSSENS* in *novo vaſor. Syſtemate* ſimilia utique docuit, & vaſculoſa viſcera eſſe, quæ pro glanduloſis habebantur, per experimenta propria evincere conatus eſt. Ea quidem omnia prius a ſe demonſtrata fuiſſe *RUYSCHIUS* objecit, arte certiſſime ſuperior, & perinde tempore, ſi numeros annorum accurate ſubducamus, quibus theſauri & epiſtolæ prodierunt.

(*a*) *GUILIELMUS COWPERUS* in *Phil. Tranſ.* n. 280. & 281. 285. tum *S. MORLANDUS* n. 283. diviſiones & ramos vaſorum capillarium microſcopio obſervarunt.

STEPHANUS HALES in *hæmaſtatiks* ramorum minimorum angulos, conjunctiones varias, & celeritates conſideravit.

THOMAS SCHWENKE in ſua *hematologia* huc pertinet, qui recte obſervat, arterias minimas frequenter cylindricas eſſe, *&c.*

(*b*) Verus Auctor angiologiæ ſubtilis *RUYSCHIUS* eſt, cum *SWAMMERDAMII* aut perierint opera, aut adtentio unice ad inſecta converſa ſit. Is vir induſtria felici, totis fere 70. annis per experimenta conſumtis, omnium partium corporis humani vaſa, amnio humano & allantoide & arachnoidea exceptis, ſebo replevit, & magna ex parte depinxit, & varietates fabricæ, in ſingula parte variæ, fideliter expreſſit. Sed totum oportet legere. Adde autem *ADMIRALII* vaſa perioſtei acetabuli & duræ matris ad *RUYSCHII* præparationes picta, & edita Amſtelod. 1738. Quæ poſt eum præſtiterunt *B. S. ALBINUS*, & *J. N. LIEBERKUNHN*, ea nondum deſcripta ſunt.

(*c*) *BELLINUS* equidem in Opuſculis de arteriarum diviſione, figura inter ramos cylindrica, ramis reticulatis, hujuſque fabricæ utilitatibus multa habet, ſed a theoria potius, quam ab experimento repetita.

Ad id ſtudium pertinent etiam *ARCHIBALDUS PITCARNE* in Tractatu *de circulatione ſanguinis per minima*, *BOERHAAVIUS* ipſe, *J. F. SCHREIBER* in *elementis*, *J.* de *GORTER* in pleriſque ſcriptis, Libro *de ſecretione*, *Compendio med.* & alibi. Huc etiam refero eos, qui de vaſorum minimorum habitu ex theoria inprimis dixerunt. Huc ergo

G. FRANK in *Anaſtomoſi detecta*, Hafn. 1705. 4. *M. LISTERUS* in *Exerc. Anat.* I. II. & III. *VIEUSSENS* in *nov. ſyſt.* & Tr. *des liqueurs*. *J. G. BERGER* in Libro *de natura humana*, & Diſp. *de inflamm.* *J. S.* de *BERGER* in Diſp. *de tranſitu ſang. per vaſa min.* ad *J. E. HEBENSTREIT de venis communic.* qui omnes arterias cum venis abſque medio corpore conjungi docent. Neque tamen deſunt, qui etiam nunc, fruſtra reclamante injectione, transfuſione, infuſione, intervalla inter arterias venaſque tueantur, ut *STAHLIANA* ſecta, & *CL. SENAC* in *comm. ad Heiſt.* p. 458. (quod experimentum unice exhalationem facilem in celluloſam telam demonſtrat), & olim *BOHNIUS* ſimili argumento, & *KERKRINGIUS*, quod aer viam in venas non inveniret, & ipſe *STAHLIUS de motibus humorum ſpaſmodicis*, Hall. 1707. 4.

RAMUEL STEK de vaſorum minimorum natura & efficacia, Leid. 1712. Diſp.

J. KEIL non quidem primus ramorum lumen trunci lumine majus eſſe vidit, nam id in Epiſtola ad *D. BOURDELIN* video obſervaſſe *D. BUSSIERE*, longius tamen eam con-

 ſide-

In his habetur, quidquid ad hoc negotium deſiderari poteſt.

Si diſtributionem venarum cognoſcere quis velit, is quærat apud VESALIUM *paginam* 450. in *Libro tertio* (*a*), ibi habetur tabula quæ exhibet omnium in corpore venarum diſtributionem, nec meliorem novi apud Auctores. Verum, ſi arteriarum, & venarum conjunctionem ſimul, ubi per corpus decurrunt, videre velimus, tam adcurate ac in cadavere reperiri poteſt, tunc id ſpectandum habe-

ſiderationem provexit, & conſiderata frequente repetitione ejuſdem diviſionis demonſtravit, inſigniſſimam in ultimis vaſis ex ea ipſa fabrica retardationem ſequi. Aliqua ſimilia *THOMAS MORGANUS* habet in *Philoſ. princip. of Phiſ.*

CLIFTON WINTRINGHAM, dudum laudatus, hic omnino repetendus eſt. Ejus tamen *Enquiry into the exility of the vaſſels of human body*, Lond. 1743. 8. potius de ſtaminibus corporis humani minimis & perpetuis agit, quam de vaſis.

W. CHESELDENIUM video obſervaſſe angulos ramorum ad cor maximos ſenſim minores fieri, ut celeritas in ultimis ramis minima ad circulationem ſufficeret. Rete etiam arterioſum & venoſum pictum dedit, & hoc ut verum eſt, craſſius fecit. Idem non totum corpus vaſis fieri, pro ſuo quo pollet judicio, monuit.

G. MARTINE in *Edimburgenſ. Act.* Vol. III. diviſiones ſucceſſivas vaſorum & diametri trunci ad ramos rationes, & dilatationem, ubi ramos producit, deſcribit, & ramos minores majoribus angulis oriri obſervat, ut modo ex *CHESELDENIO* citavi, & alia lia, ut tamen neceſſe ſit cum *ALBINO* monuiſſe menſuras vaſorum ab *EUSTACHIO* minus accurate ſumi, cum vir optimus, unice de obſervationibus ſuis ſollicitus, minimam in aliis ferum, quas pingebat, proprietatibus curioſitatem adhibuerit. Recte etiam obſervat *MARTINE*, vaſa in celluloſitate membranarum inprimis decurrere. *IDEM* in Tractatu *de animalibus ſimilibus & animalium calore*, Lond. 1740. 8. eandem truncorum ad ramos proportionem fuſius repetit, adhibitis etiam *EUSTACHII* tabulis & *KEILII* menſuris, ſcopus vero princeps eſt comparare animalium ſimilinm vaſa, diametros, velocitates liquidorum ſimplici calculo neque inutili.

SAM. THEOD. QUELMALZ de venis abſorbentibus, Lipſ. 1732. 4.

CHRISTOPH. ANDR. KOCH de proportione ſolidorum ad fluida, Gotting. 1737. 4.

PETRI ARCELIN, *Ergo dantur vaſa abſorbentia*, Pariſ. 1745. 4.

(*a*) Venæ multo veteribus notiores fuerunt, quam arteriæ, ob venæ ſectionem, ob dubium an omnino aliquid, præter ſpiritum, ineſſet arteriis, ob molem forte. Nomen etiam venæ multo eſt antiquius, ſub quo ipſo arteriæ apud veteres diu latuerunt. Venæ percuſſum adhuc *PLINIUS* dixit L. VII. c. 51. Huc ergo pertinet ille *HIPPOCRATICIS* inmiſtus Libellus περὶ φλεβῶν, qui in vetuſtis editionibus Libro περὶ ὀςῶν continuatur. In eo valde paradoxa venarum corporis humani deſcriptio habetur, & quatuor venarum principum paria ponuntur, quæ nuſpiam in corpore humano reperiuntur. Alibi tamen veræ venæ, etiam ſubtiliores & mammariarum cum epigaſtricis anaſtomoſis, vena ſine pare, nervique non male deſcribuntur.

De venis paſſim *ARISTOTELES* agit & maxime in *hiſt. anim.* L. III. c. II. ex *DIOGENE APOLLONIATA* & *SYENNESI* Cyprio vaſa corporis humani venas deſcribit.

GALENUS etiam in Libro *de venarum & arteriarum diſſectione* ad venas magis reſpexit cum peculiari ſtudio alibi venas cerebri, aliaſque deſcripſit, quæ hiſtoriæ bono ordine digeſtæ exſtant apud *ORIBASIUM*.

Arabes ad inſignem utilitatem venas reduxerunt, cum ex hypotheſi alias aliis ſalubrius crederent ſecari. Inde vena *ſalvatella*, *ſeilem* aliæque. Vide *RHAZEM* L. I. c. 4. L. VII. c. 21. *AVICENNAM* & reliquos.

Sub tempore reformatæ anatomes *J. BERENGARIUS CARPENSIS* in *Iſagoge* icones dedit venarum brachii pediſque, quæ vulgo ſecantur, nominibus ad Arabum doctrinam expreſſis p. 66. ſeq.

Sed & *ALEXANDER ACHILLINUS* eaſdem venas deſcribit, & *NICOLAUS MASSA* in *Iſag. anat.*

Fuſius

habetur iterum apud VESALIUM pag. 505. Libro tertio (a). Ex illis tabulis poterunt tirones animo ſuo vaſorum ideam ſatis claram inſculpere.

Sed ſi valvulas adcurate deſignatas in venis videre cupias, vide HIERONYMUM

Fuſius C. *STEPHANUS* adjectis etiam iconibus idem præſtitit. Idem *Apophyſes membraneas factas ne ſanguis in hepar regurgitaret, fere uti in corde valvulæ* in p. 185. deſcripſit, primus, niſi fallor, valvularum Auctor.

JACOBUS SYLVIUS in *Iſagoge* venis nomina impoſuit, & recenſuit omnes, ramos a renalibus ad lienales euntes dixit, & varietatem azygæ in cor inſertæ, & aliquid ſimile valvulis in azyga, jugulari, brachiali, crurali, cava, ſed is potuit habere a *J. B. CANNANO*. In *calumniarum depulſione* azygæ deſcriptionem *GALENICAM* cum ſumma ſervilis ingenii infamia defendere conatus eſt.

(a) *ANDREAS* vero *VESALIUS* utique Libro III. venas fuſius, & paulo quam arterias melius dixit, & expreſſit icone univerſali ſive ſceleto venoſo p. 450. & alia tabula venas cum viſceribus conjunctas pinxit p. 505. cui aliæ minores figuræ peculiares ſunt additæ. Membranam porro venarum adſcititiam dixit, fibras carneas vix admiſit & eminentias intra venarum corpus, quod conparare ſtuduit membranis, quæ in oſtio aortæ ſunt (p. 443.), quas tamen in *examine* pro craſſitie tantum protuberante non pro valvulis admiſit p. 83. ubi refert *J. B. CANNANI* experimentum, qui valvulas in initio azygæ, emulgentis, iliacæ repererat, iis ſimiles quæ ſunt in cordis arteriis, non nimis tamen credulus amico.

IDEM proprium Libellum ſcripſit, quo docet *venam axillarem dextri cubiti in dolore laterum ſecandam*, Baſil. 1539. 4. impreſſum, qui deeſt in nupera editione operum *VESALII*. In eo Libello iconem dat venæ ſine pari, & deſcriptionem, quod crederet eam venam, ut propriorem dextræ baſilicæ, inflammationes intercoſtalium ſpatiorum melius levare. Idem denique in Libro *de radice Chinæ* cavæ inferioris truncum a *GALENO* in thorace deſcriptum, & venæ ſine pari inſertionem in pericardio redarguit.

G. FALLOPIUS in *inſtitutionibus anatomicis*, *obſervationibus* & in *obſſ. de venis* quæ cum operibus ſunt editæ & prius prodierunt Venet. 1570. 4. cum titulo *expoſitio in GALENUM de oſſibus, cui acceſſerunt obſervationes de venis cum aliquot earumdem figuris a FR. MICHINO de S. ARCHANGELO ex fideliſſimo codice editæ* *, deſcripſit & pinxit inprimis venam ſine pari, ejus cum vena cava inferiori communicationes, truncos tres brachiales, inter quos profunda eſt, venarum dextri & ſiniſtri lateris communicationes, aliaque. Valvulas & in vena ſine pari & alibi rejecit. *VIDUS* cogitata *FALLOPII* iconibus expreſſit.

AMATUS LUSITANUS in *Curatione* 52. C. I. & in *Cur.* 70. L. V. oſtiola azygæ defendit, quæ nihil ex ea vena in cavam admittant, & ea occaſione anaſtomoſes cum mammariis adjicit. Teſtem citat *J. B. CANNANUM*, manifeſti tamen erroris reus, poſtquam via ſanguinis in circulum detecta eſt.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS in deſcribendis venis eminuit. Ejus Liber *de vena ſine pari*, qui an. 1564. cum Opuſculis prodiit oppoſitus *VESALIO*, habet hujus venæ anatomen, per omnia fere animalia excultam, & minimas quaſque ejus proprietates. Valvulas illas *AMATI* repudiavit. Iconem etiam dedit valvulæ coronariæ, ut de Euſtachiana taceam, & tres (non duas) venas brachii. Deinde vaſa renum jam alibi laudavimus. Deinde in magno opere ſceletos venarum ſubtiliſſimos dedit artus ſuperioris, in quo correxit *VESALIUM*, artus inferioris, colli, viſcerum chylopojeticorum, hepatis, uteri, etiam noſtro ſeculo admiratione digniſſimos. Deinde venas ſuperficiales & profundas multis tabulis in ſitu cum ſuis muſculis, unico fere exemplo, exhibuit, ita ut arterias una pingeret, magis tamen venarum hiſtoriæ ſtuderet.

JOACH. GARCÆI de origine venarum, Francof. Viadr. 1587. *PL.* *

AMBROS. PAREUS Libro II. *anat.* aliquas ſuas obſervationes paſſim profert de vena portarum, renalibus aliiſque.

J. B. CARCANUS in Libro I. *Anatomiæ* negat valvulas venæ ſine pari, & Germanum Medicum, qui ſibi præſenti eas voluerit demonſtrare, ſe refutaſſe adfirmat.

MOSTELIUM citavi.

(a) *HIE-*

MUM FABRICIUM AB AQUAPENDENTE in Libello de Venarum valvulis (*a*).

Abſol-

(*a*) *HIERONYMUS FABRICIUS* ab *AQUAPENDENTE* valvulas venarum non invenit; ut adparet ex prioribus, ſed certe reſtituit an. 1574. eaſdemque proprio Libro *de venarum oſtiolis*, Patav. 1603. fol. 1625. fol. & alias edito, deſcripſit & magnifice depinxit, per ſingulas fere corporis partes, utilitatem tamen veram non attigit. Adrogabat ſibi inventas valvulas *SARPIUS*, ſed vindicat *FABRICIO B. S. ALBINUS* & *MORGAGNUS*.

NICOLAUS SAMMICHELIUS Novocomenſis invenit venam bronchialem, quod inventum an. 1568. *H. F.* ab *AQUAPENDENTE* approbavit (*HENR. BOTTERO* teſte ad *HORSTIUM* Ep. p. 460.) Sed ea vena omnino figmentum eſt, ut ex deſcriptione video, magnam enim a vena cava inter cor & diaphragma venam in pulmones ire, quis videt aut credit?

FR. MICHINI de Caſtro *S. ANGELI* de azyga obſervationes apud *MARCELLUM DONATUM* laudantur, quas, niſi Fallopianæ ſunt, non novi.

SALOMON ALBERTI, edoctus a *FABRICIO*, valvulas in ſua partium hiſtoria, & in appendice orationum deſcripſit, utilitatem adſignavit, ut velocem ſanguinis motum tardarent. De vena azyga in inferiorem cavam inſerta & vaſis renalibus obſervationes habet.

Aliqua habet *ARANTIUS*, & jugularem externam cum humeraria negat miſceri: venam azygam cum axillaribus communicare monet.

A. LAURENTIUS varia monet non aliena, & rete vaſorum brachii non male pingit p. 231. f. 2.

BALTH. GISLERI de venarum & arteriarum genuino ortu, Lipſ. 1615. 4. *

C. HOFMAN de venarum origine ſecundum Ariſtotelem, Altd. 1615. 4.

JUL. CASSERIUS icones, ut dictum, angiologicas plurimas dedit, & venas capitis aliaſque.

J. RIOLANUS angiologiam totam dedit. Valvulas venæ ſine pari ex proprio experimento confirmat, tubulos ex venæ ſubſtantia pronatos deſcribit, & in ortu venarum renalium valvulam, aliaſque, (p. 346. &c.) *IDEM* in *novis opuſculis* habet Tractatum proprium *de venarum valvulis*.

C. BAUHINUS in *T.* VII. app. mirificam dedit tabulam perfectæ duplicis azygæ.

G. FABRICIUS HILDANUS in Libro *vom nuzen der Anatomie* hiſtoriam venarum brachii propriam protulit.

N. HABICOT inter aliam communicationem vaſis brevis cum ſiniſtra phrenica deſcribit & ſibi tribuit Dec. I. Lect. II.

A. SPIGELIUS venæ ſine pari anaſtomoſes cum renalibus, venam dorſalem ſuperficialem a ſummo dorſo ad imum decurrentem, quæ utiliter ſecari poſſit, deſcripſit, vix dictam recentioribus, ſed apud *RONDELETIUM* notatam.

LUD. du GARDIN manuductio per omnes medicinæ partes, ſive *Inſtitutiones medicæ in tres Libros digeſtæ*, Duaci 1634. 4. *DOUGL.* *a* Habet venas quæ a Medicis ſecantur.

G. HARVEI veram utilitatem valvularum detexit.

J. SALZMANNUS in *epiſt. ad HORSTIUM* varietates venarum ad pectus, ad renes pertinentium, a ſe ipſo obſervatas, tum in *obſſ. anatomicis*.

WERNERUS ROLFINKIUS doctam collectionem habet, valvulas venæ ſine pari tanquam proprio experimento inventas ſibi adſcribit.

T. BARTHOLINUS varias fabricas venarum vidit, aut ex aliis recenſuit. Ita ex *FALCOBURGIO* duplicem venam cavam refert *Cent.* II. *hiſt.* 84. ex *PAVIO* de venæ azygæ cum emulgentibus conjunctione, ex *RHODIO* varietates renalium vaſorum adducit. Valvuloſum circulum in venarum hepaticarum inſertione, & in emulgentibus, & meſentericis ſibi viſum in *anatome* deſcribit.

T. WILLIS, *R. LOWER* & *G. BLASIUS* cum cerebri & medullæ ſpinalis hiſtoria ſinus venaſque conjunxerunt. *WILLISIUS* præterea fabricam venarum deſcripſit, fere primus.

M. A. SEVERINI ſeilo-phlebotomia caſtigata prodiit, Hanoviæ 1654. 4. Francof. 1668. 4. ſed dedicatio data eſt an. 1635. Venas brachii deſcribit, & ex *VESALIO* pingit, nullam autem venæ aut ſalvatellæ, aut ſeilem eſſe prærogativam docet præ reliquis in corpore humano venis, nihil manui cum liene peculiaris commercii, &c.

D. de

D. de *MARCHETTIS* & hic & ubique utiles habet obſervationes.

J. LEONCENÆ Tabula venoſa cum arterioſa exſtat in *Phil. Tranſ.* n. 2. 280. ubi *COWPERUS* ſuam de utilitate venæ ſine pari hypotheſin protulit. In iiſdem *Tranſactionibus A.* de *MARCHETTIS* n. 307. aliqua de vena portarum habet.

THEOD. KERKRING tubulos illos *RIOLANI* nomine piriformium valvularum, a *RUYSCHIO* utique inventos deſcribit, tum varietates valvularum nonnunquam quintuplicium.

FRANC. BAYLE in Diſſ. *ſur quelques queſtions de phyſique & de médécine*, Toloſæ, 1688. 12. habet etiam quæſtionem de utilitate valvularum venoſarum.

P. PERRAULT in *Eſſays* III. & in Tractatu *de motu periſtaltico* valvularum officium mechanice explicavit.

H. MEIBOM de valvulis venarum earumque ſtructura, Helmſt. 1682. 4.

THEODULI KEMPER de valvularum in C. H. natura, Jen. 1683. Diſp. Valvulas venæ cavæ valde numeroſas tribuit.

J. M. HOFMANN de vena portarum, Altdorf. 1687.

J. PHIL. VERHEYEN iconem venæ cavæ emendatiorem dedit, & quæ hactenus, poſt *EUSTACHIANAS*, optima eſt.

J. JAC. DOEBEL valvularum, vaſorum lacteorum lymphaticorum, ac ſanguiferorum dilucidatio, Roſtoch 1694. 4.

G. E. STAHL de vena portæ, Hall. 1698. 4. anaſtomoſin vaſorum hypogaſtricorum cum meſentericis deſcripſit.

RAYM. VIEUSSENS in *novo ſyſtemate* habet etiam venarum fabricam & membranas.

G. W. WEDEL de valvulis animalium ſemilunaribus, Jenæ 1698. proportiones valvularum ad diametrum venæ pro numero variabiles exprimit.

In *Acad. Reg. Scient. Pariſ.* huc pertinet an. 1738. C. N. Le *CAT.* azygos bifurcata. Vena coronaria in ſubclaviam inſerta.

P. JAC. HARTMANN in Diſſ. *de bile* lienalibus adhuc venis valvulas relinquit, uti *N. HIGHMORUS* aliique.

In *J. DRAKE Anthropologia nova*, Lond. 1707. 8. venæ pulmonales pinguntur, & aliæ.

J. J. RAU in *Amphitheatro in appendice* jam citata *VALENTINI* venam bronchialem dextram invenit.

J. SALZMAN de vena portæ, Argentor. 1717. 4. negavit anaſtomoſes Stahlianas.

A. MAR. LANCISI de vena azyga ad *MORGAGNUM* epiſtola exſtat cum Adv. V. cum icone & deſcriptione. Confirmat ſphincteres azygæ.

J. B. MORGAGNUS in *Epiſt.* XV. de hiſtoria valvularum ſuas inquiſitiones profert, *SARPIO* laudem inventi & merito, ut puto, negat, ſuas de valvulis, & inprimis azygæ, obſervationes proponit.

J. DOMINICUS SANTORINI de venis, inprimis penis, iiſque quæ inter ſinus cerebri & venas capitis externas mediæ ſunt, obſervationes habet.

J. BAPT. BIANCHI venæ portarum deſcriptionem, & non bonam iconem dedit in *hiſt. hep.*

J. A. WEDEL de valvula venæ ſubclaviæ ductui thoracico impoſita, Jenæ 1714. 4. hanc valvulam ad eam venam non ad ductum thoracicum pertinere adfirmat. Sed certum eſt eum ductum ſua propria oſtiola habere.

J. KEIL venarum proportiones ad arterias expreſſit, tum *B.* de *MOOR* in *inſtaur. med.* & alii.

W. STUKELEY venam portarum pictam dedit, ſed vereor non ad naturam.

H. A. NICOLAI ut arteriarum ita venarum dedit obſervationes.

W. CHESELDEN in *Phil. Tranſ.* n. 337. unam obſervationem azygæ in auriculam cordis inſertæ habet. In *anatom. ed.* VI. venam portarum integram, & venas brachii depingit. Venarum ad arterias numerum majorem recte obſervat. Fibras earum muſculares reſtituit.

PETRI GERIKE de valvulis venarum progr. Helmſtad. 1733. 4. *

STEPHANI HALES experimenta de robore venarum ſuperius jam citata ſunt.

J. F. CASSEBOHM de venis bronchialibus obſervationes exſtant apud *GLASSIUM de ſanguinis circuit.* de aliis vero vaſis venoſis in codice, quem poſthumum reliquit, methodi ſecandi. Valvulam inter hepar & diaphragma deſcripſit in Libro *de ſectione viſcerum*.

J. BEN.

Abſolvi hoc thema, & certus ſum, eum qui præſcriptos Auctores ordine legerit, inventurum ea omnia, quæ in hac anatomes parte neceſſaria ſunt (*a*).

J. BEN. WINSLOW hanc hiſtoriam primus fere contexuit. Inter rariora etiam ramos inter iliacam & azygon communicantes, ramos extrorſum a vena pulmonali euntes habet.

F. RUYSCHIUS valvulas dixit ſingulares, ad ortum venarum minorum poſitas. Ramos venoſos a cava vena ad inteſtina in ſenectute deſcripſit, quas tamen alii, & nuper *CL. HAYMANNUS*, pro ramis venæ portarum, nos pro ramis venarum ſpermaticarum in venas portarum inoſculatis habemus.

J. CHRIST. LISCHWITZ de origine venarum, Kiel. 1736. Diſp.

C. J. TREW cum arteriis linguæ ſocias venas deſcripſit.

CLIFTONUS WINTRINGHAM vires comparativas venarum magnas eas, & præter conſuetam hypotheſin, duritiem ad uterum majorem & alia habet.

CL. PETSCHE in ſua Diſp. toties laudata miras habet de venarum, etiam ipſius cavæ, varietatibus obſervationes.

In *Acad. Reg. Scient.* 1738. *LE CAT* habet azygæ in auriculam inſertæ obſervationem ex ſue.

A. F. WALTHER de vaſis vertebralibus, Lipſ. 1730. & *Act. Erud.* 1731. *de vena portarum* I. & II. 1739. 1740. cujus vaginam refutavit, & *de vena bronchiali* 1731. egregia programmata reliquit, quæ in collectione noſtra recuſa ſunt.

A. F. WALTHERI etiam eſt *de erubeſcentibus & venarum capitis ſubitaneo tumore*, Lipſ. 1739. 4.

CL. HEBENSTREIT de venis communicantibus, Lipſ. 1740. multa utilia proponit, ut azygæ ad capſulas adipoſas ramulos, in renalem venam inoſculatos. Eam etiam obſervationem & alias de azyga *J. A. KULMUS* habet in *tabulis anatomicis*, & Bresl. 1718. Idem *CL. HEBENSTREITIUS* recte negat valvulas venæ cavæ inferioris & in univerſum venarum profundarum.

B. S. ALBINUS de antiquitatibus valvularum dixit in *præf.* ad *HIER. FABR.* ab *AQUAP.* opera, & eam laudem *FABRICIO* vindicavit. Aliqua etiam *ALMELOVEENIUS* habet *novantiqua* p. 228.

CL. C. C. SCHMIEDEL, loco nuper citato, anaſtomoſes venæ azygæ cum iliacis & ſpermaticis deſcripſit.

CL. TABARRANI de venis bronchialibus, occipitalibus, aliiſque obſervationes habet, in *Memor. di Lucca* T. II.

HUYBERS de valvulis quæ in inteſtinis ut & quæ in ſyſtemate venoſo occurrunt Diſp. Leidæ 1744. 4.

CL. MECKELII de venæ facialis & temporalis laqueis a nervo buccinatorio & a duro factis obſervationes exſtant in ſæpe laudata Diſputatione.

Qui in oſteologicis foramina cranii recenſent, ſolent venas una enumerare, & antiqui & recentiores. Neque ſyſtematum ſcriptores repeto.

A venarum deſcriptione dudum me abſterruit earum inconſtantia, quæ facit, ut ex cadaveribus paulo numeroſioribus unam communem deſcriptionem concinnare vix poſſibile ſit. Venam tamen bronchialem dextram & ſiniſtram conſtitui, negatam a *RUYSCHIO* aliiſque: in progr. *de arteriis bronchialibus* & de vena ſine pari, portarum vena, adipoſis aliiſque obſervationes protuli.

(*a*) Nunc de ſanguine dicam, qui arteriis & venis continetur, & cujus particulæ elementales per microſcopium, per hydroſtatica experimenta, & per chemicam analyſin exploratæ ſunt. Etſi enim ad anatomen non valde proprie pertineat hoc omne ſtudium, ob nexum tamen naturalem, & ob ordinem Medicis receptum hic repetere viſum eſt.

Et Veterum equidem modica in his rebus ſunt merita. Quatuor humores primigenii apud *HIPPOCRATEM* reperiuntur περὶ φύσιος ἀνθρώπȣ & περὶ χυμῶν. Fibras ſanguinis habet *ARISTOTELES hiſt. animalium* III. c. 19. & analyſin aliquam in quatuor humores ubique *GALENUS*. Huc ergo inprimis pertinent *de temperamentis* L. III. ſeorſim excuſi ex recenſione *D. SEBASTIANI SINCKELER*, Baſileæ 1538. 8. & Liber *de humoribus* ſeorſim Argentor. 1557. 8. qui cum *Commentariis ARCHANGELI PICCOLHOMINEI*, Pariſ. 1556. 8. * (*RIV.*)

cum

cum aliis *C. LOPEZ* Conpluti 1665. * fol. cum aliis *L. FUCHSII*, Pariſ. 1554. * cum aliis *H. JEREMIÆ THRIVERII* Brachelii, Lovanii 1535. 8. * cum aliis *ACCORAMBONI*, Romæ 1590. fol. * & cum *J. B. MONTANI periochis*, Hanoviæ 1595. 8. * prodierunt. Verum in his omnibus parum omnino veri experimenti eſt, & atra bilis penitus commentitia, flava valde precaria, ſanguinis partibus eſſentialibus adjectæ ſunt.

Huc etiam pertinet *GAL.* Liber *an ſanguinis arteriis natura contineatur* contra *ERASISTRATUM*, quem de *l. propr.* citavit.

Commentarius in tertium Librum *GAL. de temperamentis* extat *F. VALESII*, Franc. 1645. fol. & *J. B. MONTANI periocha in L. de temperamentis & de atra bile*, Venet. 1560. 8. Eos III. Libros citat in *l. de ordine leg. ſcript.*

De colore ſanguinis ex doctrina medica Perſarum prodiit Leid. 1745. 8. libellus cura *J. S. BERNARDI* ex codice M. S. bibliothecæ academicæ Leidens.

J. CORVINI de ſanguine dialogi VII., Lugdun. 1562. 8. *SYLVII* diſcipulus, in I. dialogo ad ingenium veterum egit de ſanguinis eſſentia, & quatuor humoribus. Dial. II. de judicio ex ſanguine emiſſo.

JOH. CORVINI de ſanguine dialogi, Hanov. 1605. 12. *LEHM.**

Coagulari ſanguinem in fervida in ſpeciem jecoris *FABRICIUS* vidit *form. ov.* p. 55.

JAC. SCHEGK de ſanguificationis inſtrumentis L. I. Argentor. 1581. 8.*

PHIL. SCHERBII de temperamentis, Altd. 1586. 4.*

J. JESSENII de *JESSEN de ſanguine ex vena miſſo*, Prag. 1618. 4. (*LIND.*) & Nuremb. 1668. 12. cum notis *J. PANCRATII BRUNONIS*. Sanguinem ſponte coire, & a ſeri diverſa copia varias indicationes deſumi poſſe vidit.

J. RUD. SALZMANN de natura ſanguinis, Argentor. 1618.*

SCIPIO PORTIUS in *opere phyſiologico*, Meſſan. 1618. 4. edito, Quæſtione V. egit de ſanguinis temperamento, quod calidum facit.

M. HOFMAN de ſanguine, Altd. 1622.*

M. HOFMAN ſunt etiam *fundamenta medica prudentia ex ſanguine*, Altdorf. 1690. 8. phyſiologiam etiam ſanguinis continent.

HERMANNI CONRING de ſanguinis generatione naturali, Helmſt. 1643. 4. Leidæ 1646. 8. Theoretice. *EJUSD. de calido innato*, Helmſt. 1647. 4. Ignis in corde habitantis theoria.

J. B. HELMONTIUS quatuor humores, hactenus quaſi canonice receptos, induſtrie certe & per experimenta refutavit in Libro *Scholarum paſſiva deceptio atque ignorantia* & alibi.

G. ROLFINCK de chylo & ſanguine, Jenæ 1652. Diſp.

HENRICI CITTADINI de homœomeria maſſæ ſanguineæ. L. II. Pariſ. 1659. 8.*

J. PANCR. BRUNONIS de fermentatione ſanguinis Diſp. Altd. 1663.

JOH. BETTI de ortu & natura ſanguinis, Lond. 1669. 8. Pauca experimenta habet & theoriæ flatulentæ plurimum. Ad finem ſubjecta ſectio ſenis deſcripiti *THOMÆ PARRE*.

M. HOFMANN de ſanguine & ejus obſervatione, Altdorf. 1660. Diſp.

ANT. DEUSING exercitatio phyſ. anat. de chylificatione, motu chyli, ſanguificatione, &c. jam dictæ ſunt.

CASP. POSNER de ſanguine, Jen. 1666. 4.

GEORGE THOMPSON αἱματίασις or the true way of preſerving the blood in its integrity, Lond. 1670. 8. * *PL.*

In *WILLISII* variis Libris de ſanguine nonnulla habentur, ut in Libro de fermentatione & febribus, in quo aliqua ſanguinis analyſis exſtat, & in Libro *de accenſione ſanguinis.*

HENR. MARTINI de natura ſanguinis & generationis modo 1671 4. *PL.**

T. BARTHOLINI de ſanguine vetito, Francof. 1673. 8. Theologice ſanguinem in cibum adſumi non licere, neque unquam ab Eccleſia conceſſum eſſe demonſtrat. In *anatome* etiam aliqua huc habet pertinentia, & in Libro *de hepatis deſperata cauſa* aliqua ad elementa ſanguinis.

A. QUIR. RIVINUS de ſanguificatione, Lipſ. 1678. 4.

C. VICT. SCHNEIDER de ſanguine, Wittemb. 1679. diſp.

FRID. SLARE de effectibus liquoris cujuſdam cum ſanguine miſti Phil. Tranſ. n. 196.

CONR. VICT. van *SCHNEIDER de ſanguine corporis parte principe*, VVittemb. 1679. Diſp. *RIV.*

In *RICHARDI LOWERI* opere de corde integrum caput *de colore ſanguinis* reperiuntur, quem a nitro admiſto derivat, quæ etiam *MAYOWII* fuit, ut notum, opinio.

OTTO TACHENIUS in *Hippocrate Chemico* c. XII. aliquam analyſin ſanguinis ejuſque ſalem fixum habet.

HIERONYMUS BARBATUS de ſero & ſanguine, Pariſ. 1667. 12. Francof. 1667. 12. & nuper cum *JOS. PAPA*, Leidæ an. 1736. in 8. docet ſerum ſanguinis omnium ſecretionum materiem eſſe, in igne coire, ſanguini ſupernatare, &c.

Primus autem qui aliquid ſerii in ſanguine præſtitit *MALPIGHIUS* fuit in Libro *de polypo*, qui cum *Exerc. de viſcerum natura* prodiit, ſæpe citato. Rete ſanguinis deſcripſit, & fila & aliqua ad elementa & phænomena cruoris cum variis liquoribus miſti. Polypos ab acido cogi credit. In *poſthumis* fibras ſanguinis, negatas a *J. A. BORELLO*, tuetur.

NEHEMIAS GREW ſanguinis ſalem, & ejus cum acidis effervefcentiam deſcripſit (*phytologia*. p. 251. 2.)

Deinde *ROBERTUS BOYLE* in *apparatu ad hiſtoriam ſanguinis humani*, Londini 1684. 8. primus fere, omiſſis ſteriliſſimis theoriis, ad verum laborem acceſſit. Pondera ſpecifica ſanguinis & ſeri expoſuit, ſed ea quidem a recentioribus mutata. Phænomena miſti cum chemicis liquoribus ſanguinis recenſuit. Deinde analyſin chemicam & elementa, quæ ſanguis fundit deſtillatus, docuit, maximum vero laborem poſuit in ſpiritu ſanguinis alcalino. Principiorum proportiones non inveniri poſſe faſſus eſt.

Membranam ſanguinis *MERRETUS* vidit poſt *BOYLEUM* de frigore, & analyſin etiam habet *BOYLE Chemiſt. ſceptic.* P. I. *de utilit. philoſ. exper.*, &c.

In *Phil. Tranſ.* de ſanguine experimenta ſunt, n. 29. 69.

ALLEN MOULIN de pondere ſanguineæ maſſæ in variis animalibus, n. 191.

VIEUSSENS de ſanguinis analyſi, n. 241.

COWPER de globulis ſanguineis, n. 260.

Medici Romani de acido ſanguinis, n. 264. contra *R. VIEUSSENS*.

LISTER de copia ſanguinis, quam octo libris æſtimat, n. 270.

ADAMS ſanguinem ramoſum eſſe, non globuloſum, n. 325.

Infuſoria experimenta *COURTEN*, n. 335.

De ſanguine *MUYS*, n. 339.

JURIN de globuli ſanguinei diametro, quem $= \frac{1}{3240}$ unciæ æſtimat n. 355. *EJ.* de pondere ſpecifico ſanguinis & analyſi n. 361.

Serum album in ſanguine, n. 442.

De globulis ſanguinis, microſcopio *LIEBERKUHNII* viſis, *BAKER* n. 458.

ANTONYUS vero van *LEEUWENHOEK* globulos ſanguineos an. 1673. vidit 15. Auguſti. Vid. *Tranſ.* n. 102. 106. 108. 117. 145. *Phil. Collect.* 1678. *Tranſ.* n. 280. 293. 375. 377. 380 & *Act. Hafn.* III. n. 3. quibus locis, deinde in operibus ſuis eos globulos deſcripſit, diſſiliente, elaſticos, compreſſiles, &c. Contra eos *NICOLAUS HARTSOEKER Extrait critique* n. 5. monuit, non proprios ſanguini, ſed a liquoribus heterogeneis commiſtos, uti etiam parum globulis tribuit *J. Z. PLATNERUS* Diſp. *de ſuppuratione cohibita* p. VI. & *MUSSCHENBROEKIUS* fere omnia liquida craſſiora globulis componi obſervat.

Globulos etiam ſanguinis poſt *LEEUWENHOEKIUM* vidit *PHIL. BONANNUS micrograph.* *BIDLOO* T. 23. *COWPER Phil. Tranſ.* n. 280. *BAKER* in *micrógr.*, &c.

OL. BORRICHIUS de ſanguine ejuſque ſale (inter Orationes) & in *Act. Hafn.* V. II. narrat experimenta ſua infuſoria, & eventus a vario genere liquorum injectorum.

FRID. WILHELM KRAUSS de fermentatione in ſanguine non exſiſtente, Jenæ 1682. 4.

PHIL. JAC. HARTMANN de ſanguine alimento ultimo, Regiomont 1684. Diſp.

CHRISTIAN HELWICH de ſanguine, Gryphiſvvald. 1685. 4.

B. ALBINUS de maſſa ſanguinea corpuſculis, Francof. ad Viadr. 1688. & in T. II. Diſp. noſtrarum.

ANT. de *HEYDE* ad ſanguinis cum ſuccis chemicis miſti phænomena legatur, tum *M. ETTMULLER* in Diſp. *de Chirur. infuſoria*, & ad pondera partium ſanguinis *MONCONIS* in *Itinerum* Tom. IV.

J. CHRISTOPH. WENZEL de purpura ſanguinis, Jenæ 1689. 4.

CL. BOHNIUS & in *progymnaſmate* & in *A. E. Ann.* I. proportiones ſanguinis & ſeri habet, fibras refutat.

J. PHIL. VERHEYEN in T. II. analyſes ſanguinis chemicas habet, & in Chemia ſua *LEMERY*, & alii eo pertinentes ſcriptores.

G. E. STAHL multa habet quæ huc pertinent, uti Diſſ. *de ſanguificatione in corpore ſemel formato*, Jenæ 1685. 4. *EJ.* Diſſ. qua *temperamenta phyſiologice, phyſiognomice, pathologice, mechanice enucleantur*, Hall. 1697. 8. qui idem Libellus ſub titulo *lehre von den temperamenten*, Lipſ. 1723. 8. recuſus eſt, ubi ex aqua, ſulfure & terra, horumque elementorum contemperatione, & ex ſtricto & laxo habitu pororum, & vaſorum eam theoriam deducit. *EJUSD.* de *ſanguinis temperie optima* Diſp. prodiit 1711.

RAYMUNDUS VIEUSSENS in *Phil. Tranſ.* n. 241. *Epiſtola ad Lipſienſes de ſanguinis ſpiritu acido*, Lipſ. 1698. 4. & in *JOUR. DES SAVANS* 1698. n. 5. *EJ. deux Diſſertations touchant l'extractions du ſel acide du ſang, & touchant la quantité de ſes principes ſenſibles*, Monſpel. 1698. 8. & in Tractatu *des liqueurs* ſuper citato, habet experimenta, quibus perſuadetur inveniſſe ſe veras proportiones aquæ, ſpiritus, ſalis, terræ, olei, in ſanguine: ſalem etiam acidum ſanguinis & invenit, & defendit, cum a Romanis Medicis bolo imputaretur, eum autem etiam abſque bolo parari poſſe, neque a ſale marino oriri oſtendit, cum perinde ex ſanguine vituli obtineatur.

J. CHRISTIAN SCHELHAMMER de temperamentis, Kiel. 1700. 4.

EJUSDEM ſententia de temperamentis habetur in *JOURN.* de *TREVOUX*, Novemb. 1709. Ab oleo, ſale acri, Phlegmate & acido ea explicat, uti quodlibet eorum dominaretur.

JAC. GYSI de temperamentis, Baſil. 1704. Diſp.

DOM. de *SANDRIS de naturali & præternaturali ſanguinis ſtatu*, Bonon. 1696. 4. Francof. 1721. 8. Potius phyſiologia aliqua totius corporis, quam ſanguinis hiſtoria eſt, aliqua tamen phænomena habet cum reagentibus, ut vocant.

In *Monumentis Academiæ Regiæ antiquis* apud *DU HAMEL* ad analyſin & phænomena ſanguinis cum variis liquoribus aliqua exſtant, & in *projet pour l' hiſt. des ph.*, &c.

PARENT de rete ſanguinis 1711. Analyſis ſanguinis *HOMBERG* 1712. quem ex ſale alcalino & acido commiſtis componit, ut neuter alteri repugnaret.

Phoſphorus ex ſanguine *LEMERY* 1714. quem dudum reperio apud *CARDANUM de ſubtilitate*.

PETIT de grumo & coagulo ſanguinis an. 1731. 1732.

REAUMUR de frigore, quo ſanguis cogitur.

CAROLUS DRELINCOURTIUS ſanguinis cum chemicis liquoribus phænomena habet in *Bibl. Manget.* I. p. 951. & de copia ſanguinis experimenta in *Caniciditis*.

J. H. SBARAGLI de reticulo ſanguinis ſcripſit, fibraſque negavit in Libro *de mentis & oculorum vigil.*

DOM. GUILIELMINI de ſanguinis natura & conſtitutione, Venet. 1701. 8. Ultraject. 1704. 8. & in operibus. Theoreticus potius quam per experimenta.

FRID. HOFMAN de temperamento fundamentorum & morborum, Hall. 1705. Diſp.

J. C. BARCHUSEN in *Acroamatibus ad Jatrochemiam & phyſicen ſpectantibus*, Ultraj. 1703. 8. habet etiam analyſin ſanguinis chemicam.

In *BAGLIVI* Diſſ. IV. phænomena injectionum, & ſanguinis cum variis chemicis liquoribus miſti, & alibi de ejus coagulis morboſis aliqua exſtant. Aliqua etiam habet *J. BROEN de duplici bile veterum*.

C. NIEWAART de ſanguine, Leidæ 1710. Diſp.

PAUL HENRICH VOGEL de ſanguificatione in homine ſecundum & præter naturam, Erfurt. 1710. 4.

FR. PETIT in *Lettres d' un Médecin* ſæpius laudatis plurima habet in Epiſt. II. ad ſanguinis cum variis liquidis commiſti phænomena; injectionem liquidorum variorum, &c.

In *DEIDER phyſiologia* exſtat analyſis ſanguinis. Idem in Libro *des humeurs* habet aliqua experimenta injectoria, & filamenta ſanguinis defendit, quæ etiam *HECQUETUS* variis locis, & *TEICHMEYERUS* in *anthropologia* & in Diſp. de *polypo*, & *SENNAC*, & alii admittunt.

HERMANNUS BOERHAAVE globulos ſanguinis & ſeri & lymphæ, & alios decreſcen-

tium ordinum ſtatuit, quem plurimi clari viri ſecuti ſunt, *JOHANNES* de *GORTER de ſecretione* & alibi; & *J. F. SCHREIBER* in *elementis*; *ILL. ROSEN* in *Compend. Anat.*; & *KINNEIR eſſays on the nerves*, Lond. 1739. 8. & alii. *IDEM PRÆCEPTOR* in *Elem. Chem.* T. II. egregiam analyſin ſanguinis propoſuit.

F. HOFMANN in *medicina ſyſtematica* aliqua etiam ad pondera ſpecifica pertinentia habet, & *J. ARBUTHNOTH de aëre* & J. *B. MAZINUS mechanic. morb.* T. I. ad analyſin aliqua, tum *IDEM HOFMANNUS* in obſſ. chemicis.

Olei animalis *DIPPELII encheireſis* exſtat *BRESL.* 1718. Jan.

JACOBUS KEIL in *account of the quantity of blood*, Londini 1708. 8. & in eodem Libello, inſerto *tentaminibus phyſiologicis*, quantitatem ſanguinis partim ex computatione facta & æſtimatione cavi luminis arteriarum ad earum ſolidas membranas, partim ex parca reſidui ſolidi poſt diffiata fluida copia æſtimat, valde magnam. Globulos ſanguinis in Diſſertatione de motu muſculari habet pro bullulis aëre plenis.

JOH. FREIND in *Emmenologia* plurima phænomena habet ſanguinis cum variis ſuccis & medicamentis compoſiti.

FRID. MENTZ de temperamentis, Lipſ. 1712. 4.

ARCHIBALD PITCARNE in *elementis medicinæ* phænomena habet ſanguinis cum variis ſuccis commiſti. In Diſſertatione *de opera quam præſtant acida & alcalica* acidum ſanguinis ſali marino vel bolo tribuit.

J. M. LANCISIUS in Diſſ. poſt *MERCATI metallothecam* & in *Diſſertatione* IV. de acido ſanguinis agit contra *VIEUSSENIUM*.

DANIEL de *SUPERVILLE de ſanguificatione*, Trajecti 1718. Diſp.

JAC. LUFNEU de ſanguinis calore naturali ac præternaturali, Leidæ 1718.

JUSTI VESTI de temperamentis, Erfurt. 1718. Diſp.

JOH. TABOR in *exercitationibus medicis* ſæpe citatis rationes ſeri ad rubram partem ſanguinis, & magnitudines globulorum & pondera ſpecifica dimetitur.

J. J. à BRUNN de ſanguine, Duisburg. 1723. 4.

ANT. DEIDIER quæſtio de temperamentis, Monſpel. 1726. *

CHR. STENZEL de veritemperamenti in corpore humano abſentia, VVittemb. 1727. 4.

Ad analyſin aliqua habet *ERMEL* in *compendio*, qui etiam de oleo animali agit, & *ROHTIUS* in *Chemia* toties recuſa Germanice, & Gallice; & *C. NEUMANNUS* in *oper. Chem.* p. 1242., & *CL. P. GERIKE* in *Chemia*, & *J. F. CARTHEUSER* in *Pharmaceutice*, ubi etiam oleum animale deſcribit; & *CL. POTT* in *Miſcell. Berol.* T. VI. ubi acidum ſanguinis defendit, & *PINELLI de podagra*.

THOMAS MORGAN in *philoſophical principles of Medicine* varia habet ad ſanguinis hiſtoriam. Negat globulos ſanguineos aëre plenos eſſe, cum ponderoſiores ſint ſero, diametrum æſtimat ad $\frac{1}{1000}$ pollicis.

An eſſay on the tranſmutation of blood, Lond. 1725. 4. A chemicis colorem ſanguinis deducit, & eum in pus mutari contendit.

THOMAS KNIGTH in *vindication of a late eſſay on the tranſmutation of blood*, Lond. 1731. 8. Aliqua de ſanguine habet, & globulos pro veſiculis aëreis cruſta viſcida a chylo unitis, ruborem eſſe a ſulfure cum alcali miſto docet, quod cum acido albeſcat.

GUIL. OSTENS de ſanguine, Leidæ 1728. 4.

F. RUYSCH membranam ex ſanguine parare docuit, quem *CL. TEICHMEYERUS*, & *LOESCHER ſpecim. anthropol. experim.* & in muco *B. S. ALBINUS* ſunt imitati.

DAN. de *MEZA* de αἱματώσει, Leidæ 1731. 4. Diſp.

MICHAEL PROCOPE COUTEAUX E. ſanguinis partes tenuiores in venis quam in arteriis, Pariſ. 1732. Diſp.

MICHAEL ALBERTI hæmatologia phyſico-medica, Hall. 1736. 4. *EJ. de differentia ſanguinis arterioſi & venoſi*, Hall. 1737. 4.

F. QUESNAY quatuor humores radicales veterum renovare ſtuduit, lympham diverſam ab humoribus gelatinoſis, atram bilem mucoſam, acidum in ſanguine contentum defendit. Sed fuſus eſt & legi poteſt in *Oeconomia animalis* nova editione T. II. & III. Similia fere leges in *Mémoires de l'Académie de Chirurgie*.

ANDR. PASTA de motu ſanguinis poſt mortem & de polypo cordis in dubium revocato, Bergomi

gomi 1637. 4. Polypos habet pro cruſta ſanguinis, quæ pro vario ſitu corporis innatans varie adhæreat.

STEPH. HALES in *vegetable ſtatiks* calorem ſanguinis comparativum, aerem ſanguinis demonſtrat. In *Hæmaſtatiks* pondus ſpecificum, magnitudines globulorum aliaque.

J. H. SCHULZE, & *J. M. OTTO de ſanguinis humani conſtitutione naturali & præternaturali*, Hall, 1735. 4.

VISSCHER de Cholepoieſi, Leid. 1735. analyſin ſanguinis habet.

Auctoribus, quos ad analyſin ſanginis citavimus, addendus eſt *STANCARI* in *Act. Bon.*

PH. AD. BOEHMER de præcavenda polyporum generatione, Hall. 1736. 4. Habet de fibris ſanguinis quas defendit, & membrana inde nata, minime inutiles obſervationes.

G. W. MUYS in *fabrica muſculorum* ſanguinis piſcium particulas fuſe deſcribit.

BROWNE LANGRISCH in pulcherrimo Libro *modern practice*, Lond. 1738. 8. diverſas analyſes ſanguinis, & variabiles quantitates ſeri, cruoris, ſalis, terræ, olei pro varia ætate, pro morbis, definit, & cohæſionis in ſanguine gradus varios.

C. AUG. a *BERGEN de judicio medico ex ſanguine per venæ ſectionem miſſo*, Françof. ad Viad. 1740. 4. Pondera globulorum & ſanguinis habet, & de ſanguinis exhalatione experimenta.

De S. *LEGER an proxima, qua corpus alitur, materies a rubro ſanguine diverſa*, Pariſ. 1740. Theſ. Albam partem ſolam alere, & ſecedere in partem fibroſam, gelatinoſam, & aqueam: rubram partem forte inutilem eſſe. &c.

THOMÆ SCHWENKE hæmatologia ſive *ſanguinis hiſtoria*, Hagæ 1743. 8. Dignum omni laude opus, quo plurima de calore ſanguinem cogente, & reſolvente, de globulis, de grumo ſanguineo & ſeroſo, de analiſi, de ponderibus ſpecificis ſanguinis & ſeri, & alia perutilia habentur.

J. STAM de *αἱματοποιήσει*, Leidæ 1743. 4.

J. H. SCHULZE phiſiologiam ideo cito, quod fateatur non dari temperamenta. *EJUSDEM* exſtat Diſp. *de temperamentorum exiſtentia illorumque uſu in medicina*, Hall. 1734. 4.*

MARTIN. SCHURIG hæmatologia, Dresd. 1744. 4. Compilatio.

ALEX. MONROO in *Actis Edimb.* II. de grumo ſanguinis obturante vulnus fibroſo. *G. MARTINE* ibid. de globulis diverſarum ſerierum ſanguinis, de ponderibus ſpecificis, de temperamentis a globulorum numero variis, de analyſi. In T. V. *STEVENSON* pro motu ſanguinis inteſtino ſcripſit, a quo ſuſcitetur cordis motus.

J. BOECLER an nitrum ſanguinem ſolvat, Argent. 1741. 4.

In *Miſcell. Berol.* T. VI. globuli ſanguinei ranini motabili figura aliaque utilia deſcribuntur.

JAC. FRANC. le *CHAT* de la *SOURDIERE*. *Ergo non ubique corporis ſanguis idem*, Pariſ. 1743.

B. D. MAUCHART de oleo animali, Tubing. 1745. Utilis Diſp. De eod. *Comm.* Lit. Nor. 1731. 1734. 1741. & *D. LOEBERI* me Præſide habita Diſputatio. Gotting. 1747. 4.

CL. de *SAUVAGES* in *Mémoires de l'Acad. de Montpellier*, 1743. ſanguinem carotidis arteriæ ſpecifice leviorem facit. Idem in Libro *de inflammatione* ad pondera ſpecifica ſanguinis aliaque ejus phænomena obſervationes ſuas attulit.

In *CL. KNOLLE* Diſſ. *von der verdickung des geblütes* ſanguinem arterioſum venoſo denſiorem & ponderoſiorem eſſe defenditur.

CLAUDII BOURDELIN. de la *MOULIERE*. *Ergo in quacunque corporis parte hæmatoſis*, Pariſiis 1745. 1745.

CL. CHRISTOPHORI ANGREÆ MANGOLD in nuperis ſuis *Chymiſche Erfahrungen*, Erfurd. 1748. 4. de oleo animali bona experimenta habet.

In Tomo II. operis Swieteniani de cruſta & pelle ſanguinis, & de coagulatione in morbis acutis aliqua reperiuntur.

De ferro in ſanguine contento egregiæ obſervationes *VINCENTII MENGHINI* exſtant in *Comment. Bonon.* II. P. 2. & aliquæ *JOSEPHI BADIA* in *opuſculis ſcientif.* T. 18.

C. LUD. LEBRECHT LOESEKE de motu ſanguinis inteſtino, Hall. 1747. 4. Eum motum generari negat a repulſione globulorum, &c.

J. G. BRENDEL progr. I. II. Hotting. 1747. 4. demonſtrat globulorum ſanguineorum & minorum progreſſiones non poſſe reſpondere deſcriptioni *BOERHAAVII* & *LEEUWENHOEKII*.

ROB.

ROB. DOUGLAS of the generation of heat, Lond. 1748. 8. De globulis & eorum ad generandum calorem aptitudine.

FRID. GOTTLOB. JACOBI Diſp. *de colore ſanguinis*, Lipſ. 1748.

P. GERIKE de temperamentis, Helmſtad. 1748. 4.

SAMUEL ANDR. TRESSELT de olei animalis faciliori præparatione & modo agendi, Præſide *J. H. LUDOLF. ERFURT.* 1748. diſp.

Multa de ſanguine, lympha, ſero, muco, habet *SENACUS*, & globulos ſanguinis lenticulares eſſe oſtendit.

E. A. NICOLAI de ſpiſſitudine ſanguinis, Hall. 1749. 4.

J. PETR. EBERHARD de ſanguificatione, Gall. 1749. 4.

J. EICHEL Experimenta circa ſanguinem humanum inſtituta, Erfurt. 1749. 4.

CAPUT II.

De Vaſis lymphaticis.

PRiuſquam de ſcriptoribus agam, qui hanc vaſorum pellucidorum deſcriptionem dederunt, opus eſt aliquid dicere de ſententia, quam ſuper hac re foveo, & quam credo omnibus placituram (*a*).

Medici quidem vocant vaſa lymphatica, „ Vaſcula oculo nudo conſpicua, „ in quibus liquor limpidus deprehenditur „. Et primo omnia vaſa, hactenus apud Auctores deſcripta, ſunt hujuſmodi, ut oculo nudo diſcerni poſſint. Si ſufficeret ſcrutatori anatomes hæc ſcire, promtum opus foret ex ſequentibus Auctoribus ea addiſcere. Verum ii nihil nos docent, niſi in corpore quædam vaſa eſſe ſatis magna, quæ talem lympham ferant: atqui hæc vaſa omnia tantum venæ ſunt, quod demonſtrabo.

Vena eſt canalis liquorem motum continens, qui movetur iterum verſus majores venas, & cor, adeoque venæ ferunt liquidum redeuns a communi fonte verſus

(*a*) Hoc ſyſtema vaſorum minorum ſuperſtructum hinc arteriis minorum generum a *RUYSCHIO* repertis, inde globulorum in ſanguine ſeriebus decreſcentibus in *LEEUWENHOEKII* experimentis, maximo *PRÆCEPTORI* honori fuit, & ab omni fere Medicorum ordine hactenus receptum eſt, ut arterias minores, tenuiorem ſanguine liquorem ferentes admittant. Prima vero hujus theoriæ ſtamina non ſolum apud *ERASISTRATUM* (*CELS.* in præf.) arterias ſtatuentem ſpirituoſas, in quas tranſeuns ſanguis inflammationem faceret, ſed inprimis etiam inter recentiores apud *RAIMUNDUM VIEUSSENIUM* reperiuntur, qui paulo ante *BOERHAAVIUM* in *novo vaſorum ſyſtemate* fuſe & ubique deſcripſit „ vaſa neurolymphatica ſecretoria, ab arteriis orta, inſerta venis, aut excretoriis ductu- „ bus. Ipſum denique *errorem loci* ſive inflammationem ex ſanguine in vaſa minora aberrante manifeſto deſcripſit p. 109. 110. & in Tractatu *des liqueurs* p. 129. Imo ſubtiliter trium generum vaſa minora ſtatuit, primum ex arteriis rubris ortum, alterum ex primo genere, tertium ex ſecundo. Et ea quidem vaſa inflammatio, melius vero repletio vaſorum rubrorum demonſtrat, unde in toto corpore humano vaſa continua rubris pellucida prius, & inviſibilia, aut ſucco decolore cœruleo, fuſcove plena conſpicua fiunt. Inde non male *ANTONIUS FIZES* inventum vaſorum minorum generum *VIEUSSENIO* vindicat, *de tumoribus* p. 10. Neque diſſimulandum, vulgaria lymphatica vaſa ex arteriis deduxiſſe, & per eas repleviſſe varios Auctores, *COWPERUM*, inprimis *TYSONEM* in *Anat. of a pigmy*: & ductum thoracicum atque lymphatica per cœliacam injeciſſe *CL. BORRICHIUS* apud *BARTHOLINUM*, ut nuper *CL. TARINO* in lacteis ſucceſſiſſe legimus & multo prius *CL. MANGETO Theatr. anat.* II. P. 168.

verſus cor. Nunc dico omnia vaſa lymphatica, hactenus ab anatomicis deſcripta meras venas eſſe.

Sic demonſtratur. 1. Omnis canalis in corpore, qui ex anguſtiis deducit verſus ampliora ſpatia, vena eſt: ſed omnia vaſa lymphatica, hactenus deſcripta (videantur omnes figuræ, legantur omnes Auctores) ſunt vaſa, quæ ex minoribus ramis in ampliora ducunt, ergo, &c.

Verum 2. vena eſt, quæ per laterales canales recipit liquidum, ſeu canalis, in quem alii canales minores ſe exonerant: nam omnis vena, gracili orta ramuſculo, grandior fit per novum canalem ad latus inſertum: ſi nunc omnia vaſa lymphatica, hactenus deſcripta, conſideravimus, omnia a radicibus inviſibilibus incipiunt, & majora ſenſim fiunt, acceptis lateralibus vaſis, quæ ſe in majorem truncum exonerant. Ex majori vero trunco in lateralia vaſa nihil omnino derivari poteſt. Ergo omnia vaſa lymphatica, hactenus ab anatomicis deſcripta, quæ oculis apparent, ſunt meræ venæ, & nobis tum demum apparent, quando plures graciles venæ in unum magnum vas evacuarunt.

3. Omnia vaſa lymphatica habent valvulas (loquor de illis hactenus deſcriptis). Verum nullibi in corpore in arteriis valvulæ reperiuntur, niſi in arteria aorta, & arteriæ pulmonalis initio, quas, ſi ſedulo intueri lubuerit, conſtabit eas non proprie pertinere ad ſubſtantiam harum arteriarum, ſed ad cordis carnem. Ergo in arteriis non ſunt valvulæ, eæ vero in venis ſunt, & ubicumque metus eſt, ne præcedens ſanguis impediat liberum tranſitum ſubſequentis ibi maximæ valvulæ ſunt, nec alia ratio eſt omnium valvularum in corpore; venæ enim in initio tenuiſſimæ ſunt, poſtea majores fiunt; ſed demonſtrant mathematici, „ ſi liquidum perpendiculariter adſcendere debet, tunc totam ſe-
„ riem perpendiculariter obſtare motui inferioris liquidi, hinc cum venæ fa-
„ cile comprimantur, non tranſiret ſanguis pondere impeditus columnæ ſuperioris. Ergo ne liquidum preſſum, ubi major eſt vena, ſanguinem per omnes venas minores fluentem impediat, valvulæ ibi ſunt. Videatur RUYSCHIUS.

Hinc in venis ubique valvulæ ſunt, & vix per unciam progredimur, quin valvulas inveniamus, ob neceſſitatem mox dicendam.

Verum 4., vena eſt vas, quod ab extremis liquidum in majus infuſum verſus cor reddit; arteria contra a corde ad extrema ducit. Vide nunc omnia lymphatica vaſa a RIDLEIO in cerebro picta, vide omnia lymphatica vaſa a LOWERO detecta in externo & interno capite, quæ ad glandulam pituitariam reddunt ſuum liquidum venis jugularibus, vide omnia vaſa lymphatica thoracis, quæ ſe exonerant in ductum PECQUETIANUM, in venam ſubclaviam, in ſinum venoſum, in venam ἄζυγον, videantur demum BARTHOLINUS, LOWERUS, MALPIGHIUS de vaſis lymphaticis abdominis, omnis certe ea lympha, quam hi clari viri viderunt, unice verſus ciſternam fertur; hinc in ductum PECQUETIANUM, ut ipſa NUCKIO picta vaſa lymphatica femoris, ad ſuperiora eant & in venas lacteas majores ſe evacuent. Ita videmus, hæc omnia vaſa lymphatica mediantibus vaſis lacteis variis liquorem ſuum cordi reddere. Ergo concludimus, omnia vaſa lymphatica, hactenus exarata & deſcripta, meras eſſe venas.

Sed

Sed nulla eſt vena, quin debeat habere ſuam arteriam, hoc eſt nullum vas poteſt deferre verſus cor, quin ab alio vaſe liquidum ſuum deferendum receperit. Quod enim liquidum verſus cor movetur, id debet prius liquidum a corde accepiſſe. Ergo vena ab aliis vaſis ſuum liquidum habere debet. Et ex eadem ratione vaſa lymphatica, quæ verſus cor reducunt, debent ab aliis vaſis ſuum liquidum accepiſſe. Neque ea alia vaſa venæ eſſe poſſunt, nam venæ recipiunt, quod attulerunt arteriæ. Ergo lymphatica vaſa ſerum ſuum debent accipere a quibuſdam arteriis, uti omnes venæ ab arteriis recipiunt; hinc, uti videmus, venas lymphaticas eſſe: ſic etiam neceſſe eſt dari lymphaticas arterias inviſibiles, a quibus venæ lymphaticæ liquidum accipiant. Neque enim ex ſanguinea arteria vena lymphatica oriri poteſt, tunc enim per eam ferretur liquor craſſior, ſanguineus, qui ſemper ruber eſt, docente microſcopio. Ergo arteria ea, unde prima vena lymphatica oritur, debet eſſe vas, quod ex arteria cruenta recipiat liquidum tenuius, quam eſt ſanguis; ergo debet eſſe vas minus quam arteria cruenta, hoc eſt lymphatica arteria. Verum ubi cruenta arteria ultimo deſinit, ibi non eſt conſpicua; ergo longe minus hæc arteria lymphatica conſpicua erit. Si nunc quæſiveris, cur arteria illa lymphatica conſpicua non ſit, reſpondebo, quia liquorem pellucidum vehit. Ita in pediculo, ubi a poſteriore novimus infinita eſſe vaſa, tamen ob pelluciditatem nobis ea videre haud licet.

Hæc ergo ſententia noſtra eſt „ ad omnem locum, ubi tranſmittitur ſanguis „ ruber ex arteria in venam, ibi oriuntur canales infiniti, ad minimum decu- „ plo minores diametro arteriarum rubrarum. Docent hoc globuli liquidorum pellucidorum per microſcopia inſpecti, nam globuli ſanguinis rubri non intrant in illa vaſa lateralia, & ſi comparentur cum globulis lymphaticis, ingens erit differentia, dum enim ſanguis ad ea vaſa lateralia applicatur, exprimit in eas liquidiſſimam partem liquoris ſui, qua orbatus tranſit recta in venam. In hanc vero lateralem arteriolam, inquam, tranſit liquidiſſima pars, eamque voco *arteriam lymphaticam*, & certum eſt, ferri per eam liquidum motu arterioſo, hoc eſt, ex lato in anguſtum, neque eam aggregari ex minoribus in majus vas, ſed ex majoribus ferri in minora, tunc deſinere prolongatam in venam lymphaticam, quæ ſolitaria non conſpicua eſt, ſed aggregata ex minoribus conſpicua fit, tuncque ibi demum incipit initium venarum lymphaticarum.

Neque hoc ſolum, ſed id etiam mihi probabile fit, arterias lymphaticas, ubi in venas tranſibant, dare laterales canales tanto minores ſe ipſis, quanto ipſæ minores erant ultima arteria rubra, ex qua oriuntur. Hæc vaſa vocantur mihi *lymphatica ſecundi generis* (a), & ſic porro. Quouſque vero hæc progreſſio

(a) Cum *PRÆCEPTOR* videret *LEEUWENHOECKIUM* plures nonnunquam globulorum ſeries reperiſſe, ut etiam flavus globulus in lymphaticos pellucidos divideretur, neque viderentur ultimæ parvitatis arteriolæ commode ex ipſa rubra arteria poſſe provenire, in id ſyſtema incidit, quod vide *INSTIT. MED.* CCXLV. CCXLVI. Ab eo tranſiit ad *SWIETENIUM*, *HELVETIUM*, *GORTERUM*, *MARTYNUM CLIFTONUM WINTRINGHAM* patrem *de podagra* p. 28. alioſque. Nam *HELVETIUS*, qui ſibi hoc ſyſtema tribuit in *Mém. de l' Acad. des Scienc.* & cui le *TELLIER* eum honorem defert in critica *Emmenologiæ FREINDINÆ* p. 75. poſt *BOERHAAVIUM* omnino ſcripſit quodcumque huc referendum edidit. Dubia vero mea contra id ſyſtema propoſui, & pleraque vaſa minorum generum ex arteria rubra oriri, per experimenta oſtendi in *comment.* ad CCXLVI. & apud *CL. C. A.* a *BERGEN* Diſp. *de inflammatione ſanguinea*.

greſſio pertingat, ignoramus, id tamen novimus, eouſque pertingere, ut (nervi) (*a*) vaſa lymphatica ſint omnium minima.

Dantur ergo arteriæ lymphaticæ & veræ lymphaticæ, deinde rami arterioſi lymphatici arteriarum lymphaticarum, & harum iterum aliæ propagines. Uti nunc ſanguis redit in ſanguinem, ſic lympha primi generis redit in venam lymphaticam primi generis, lympha ſecundi generis in venam lymphaticam ſecundi generis, & ſic porro, hacque ratione omnia derivantur ex arteriis a corde in venas & redeunt in cor.

Objici poſſet, quæri omnino an hæc fabrca neceſſaria ſit in corpore. Reſpondeo omnino eſſe. Advertat rerum gnarus animum ad cutim, tendinem, membranam, oſſa, loca glanduloſa, vix ſanguinis rubri aliquid in vaſis adeſſe reperiet, & tamen creſcit hujuſmodi pars nihilo ſegnius, quam pars rubra. Imo, quod majus eſt, in initio fetus omnino non reperitur ſanguis ruber in ipſis partibus, quæ poſtea rubræ fiunt, & tamen eo tempore celerius, quam in alio æquali tempore creſcunt. Verum ut creſcant eæ partes, oportet eas, hoc eſt vaſa quibus conſtant, impleri. Deinde debent nutriri, hoc eſt, debent liquido repleri, & applicari ex eo liquido tantum, quantum fuit perditum, quod non fieri poteſt, quin ad omnia puncta corporis applicetur hoc liquidum. Verum docent microſcopia, maximam partem corporis ſanguine carere. Si pes ranæ ad lentem inſtar grani ſabuli magnam applicetur, in mediis locis non reperietur ſanguis ruber, & tamen ibi nutritur illa pars pedis; ergo ibi eſſe debent vaſa, quæ recipiunt, receptum propellunt, ſed hæc vaſa tantum poſſunt eſſe arteriæ, hoc eſt conferunt liquorem ſuum ex lato in anguſtum; ergo arteriæ lymphaticæ requiruntur. Sed tertio debet corpus humanum flecti, nec flexibile manere poteſt, niſi ex partibus infinite parvis conſtet. Nunc vaſa, quæ ſanguinem rubrum ferunt, non ſunt partes minimæ, minora enim dantur, quæ liquidum tenuius quam ſanguinem ferunt; videamus v. gr. in cute, quæ omnium maxime flexilis pars eſt, ibi vix vaſa ſanguifera, ſed minora reperiuntur. Si corpus haberem, quod conſtaret ex partibus tam magnis, ac quinque mei digiti ſunt, ſimul ſumti, non poſſet flecti hujuſmodi corpus abſque ſeparatione partium quarumdam, hoc eſt abſque ruptura. Verum, ſi conſtaret idem corpus ex partibus tam tenuibus, ac unus meus digitus eſt, tunc poſſent partes adhuc in contactu manere, licet flecteretur corpus; hinc quo vaſa ad majorem tenuitatem reducuntur, eo facilius flecti poſſunt; hinc requiruntur vaſa, quorum membranæ infinite tenuiores ſunt, quam membranæ arteriarum; hujuſmodi autem ſunt vaſa lymphatica.

Ex his vero vaſis totum corpus conſtat; nam membranæ majores flexiles ſunt, quia membranis minoribus conſtant; & hæ minores membranæ ſunt flexiles, quia ex minoribus canalibus conflantur, & illi canales ſunt flexiles, quia ex minoribus adhuc canalibus componuntur. Si vero quæras quotuplicia hæc vaſa ſint, hoc ignoramus, majorem tamen crederem eſſe ſubdiviſionem, quam facile imaginemur.

(*a*) *Inſtit. Rei Med.* n. CCCII. Eam conjecturam ita intelligere oportet, ut arteriæ æque parvæ, ac ſunt nervi, etiam intra cerebrum oriantur, non ideo aut ſenſus capaces futuræ, aut motus. Habet etiam eas arterias *CL. WINTRINGHAM* L. c. p. 33.

Omnes hactenus anatomici dixerunt, corpus ex arteriis & venis conſtare; nihil de lymphaticis dixerunt: nunc & arteria & vena lymphatica demonſtratæ ſunt. Sed pergit diviſio, donec omnes partes æqualiter parvæ, & liquida æqualiter diviſa ſint; hinc puto, hæc omnia tandem deſinere in vaſa tam parva, quam origo nervi eſt, nam neque tenuiora liquida ſpiritibus, nec vaſa nervis tenuiora haberi poſſunt.

Hoc ſenſu nervi ubique ſunt, & oriuntur non ex cerebro tantum, ſed ex ultimis arteriolis ubique (*a*), & a quibuſdam lymphaticis naſcuntur etiam lymphatica ubique, ubi plexus vaſorum aperiuntur, hoc eſt, ubi arteriæ in venas fiunt.

Ultima arteria lymphatica deſinit duplici loco. 1. Partim extra corpus in vacuitates aliquas. 2. Partim in venas corporis. In vacua ſpatia ſe exonerat, ut extrorſum ad cutem, & intus in cavitates corporis. Si quæras, ubi illa iterum, quæ

(*a*) Vaſorum lymphaticorum antiquitates habet *P. T. HARTMANNUS de peritia veterum anatomica* II. c. 5. qui pene perſuadet, aliquam eorum vaſorum cognitionem apud veteres fuiſſe. Fibras certe inter arteriam venamque medias, ex natura ſua ſaniem continentes *ARISTOTELES* dixit *hiſt. anim.* L. III. c. 6. Vaſa vero lactea *ERASISTRATO* atque *HEROPHILO* nota fuiſſe, vulgo nunc ex *GALENO* ſcitur Libro *Admin. anat.* VII. c. ult. de *uſu partium* L. IV. c. 19. Lactea autem de lymphaticorum eſſe genere, notiſſimum eſt.

GABRIEL FALLOPIUS in *obſſ. de venis* vaſa lymphatica hepatis deſcripſit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS ductum thoracicum, omnium lymphaticorum vaſorum maximum, deſcriptum dedit in Libro *de vena ſine pari*, originem tamen ignoravit.

GASPARIS ASELLII Liber *de lactibus* ſive *lacteis vaſis*, Mediolani an. 1627. 4. Baſil. 1628. 4. Leidæ 1640. 4. & cum *SPIGELIO* an. 1644. 4. prodiit. Cum alia quæreret in vivis animalibus, in vaſa lactea incidit, ea ab inteſtinis ad hepar uſque perſecutus eſt, quo ire credidit, ut videtur, a lymphaticis deluſus, & deſcriptionem dedit eruditam, etſi poſthumam, cum an. 1626. mortuus ſit, icones vero artificioſas tribus coloribus diſtinctas, ſatis vitioſe paſſim recuſas; reſtaurator adeo vaſorum lacteorum, quorum etiam valvulas non ignoravit. Male ejus inventum celebris ex libris doctor deriſit *C. HOFMANN Apol. pro Galen.* L. II. c. 133. neque hic laudari poteſt *HARVEIUS*, cujus eadem fuit opinio in Libro *generat. animal.* & in epiſt. ad *HORSTIUM*, ut lactea vaſa ſolam lympham revehere crederet. *ADRIANUS* vero *SPIGELIUS*, quando chylum rubrum ſæpe ſe vidiſſe dicit L. V. c. 3. videtur aliquid de lymphaticis olfeciſſe. Brevi poſt *ASELLIUM* lactea ſe demonſtraſſe *ROLFINKIUS* ſibi ipſi teſtis eſt *Diſſert. anat.* p. 909. ubi ea vaſa deſcribit.

P. GASSENDI varia, *de nutritione animalium, ubi & de venis lacteis*, &c. Lugd. 1649. fol. cum Opere *de Philoſ. Epicuri* edita ſunt.

MENTELIO inventæ an. 1629. ciſternæ laudem tribuit *CAROLUS* le *NOBLE*, non ſatis tamen ea fama confirmata eſt.

JOH. VESLINGIUS in *poſthumis* vaſa lactea ita auxit, ut etiam in thoracem uſque ſit perſecutus ibi ductum thoracicum viderit, ſive lymphatica vaſa. Ex humano etiam corpore primus lacteorum iconem dedit.

MAURITIUS etiam *HOFMANNUS* jam 10. Mart. 1643. ſe canalem inter ſepti crura ad thoracem adſcendentem vidiſſe, anno vero 1649. a *VESLINGIO* percepiſſe, vaſa ſibi ſub pancreate apparuiſſe, unde rami ad hepar & thymum, & ad cor abirent, ipſe refert.

N. TULPIUS primus aut inter primos vaſa lactea in homine vidit.

JOH. WALÆUS de chyli motu & natura egregiam epiſtolam ad *BARTHOLINUM* anno 1641. ſcripſit.

JOSEPH PECQUET experimenta anatomica quibus incognitum chyli receptaculum & ab eo per thoracem ad ſubclavios uſque ramos lactea deteguntur, Pariſ. 1650. 4. & auctius 1654. 4. & Anglice, Londin. 1653. 8. & alias prodierunt. Dieppenſis Medicus, an. 1647. cum venam

quæ in cavitates effunditur lympha, maneat. Porro ubique vaſa eſſe abſorbentia, uti BELLINUS demonſtrat, & uti tota cutis perſpirat juxta SANCTORIUM, ſic tota cutis inſpirat juxta BELLINI experimenta: verum ſicut in cute, ſic in omnibus membranis interioribus ubique.

Yyy 2 Hæc

venam cavam in cane lacteum humorem ſtillare vidiſſet, inquiſivit, ampullam vidit cui lactea ſe infererent, & unde ductus duplex adſcenderet, inque utramque axillarem ſe multis oſculis infereret, & receptaculum ſuum juvenis, necdum Doctor, demonſtravit Monſpelii (*BINNINGER* Obſ. l. n. 30.). Hæc quidem fabrica valde ab humana, ad quam paſſim traducta eſt, aliena videtur. Inde concluſit in Diſſ. *de chyli motu & circulatione*, chylum nec ad hepar ire, neque ibi coqui. Adjecta eſt Diſſ. de thoracicis lacteis contra *RIOLANUM*, qua non bene invidentem novo invento doctum cæterum ſenem refutat: tum *HY-GINI THALASSII SANGERMANI* perſonati acris contra *RIOLANUM* invectio, & gratulationes variæ ad *PECQUETUM MENTELII*, *D. AUZOUT* & aliorum.

J. PECQUET experimenta anatomica &c. recuſa etiam ſunt, Amſtel. 1700. 12.

EJUSDEM PECQUETI nova communicatio ductus thoracici cum venis lumbalibus & cava habetur & inter *PERRALTI Eſſays de Phyſ.* T. III. & in *Journal des Savans* 1667. n. 7. & 1672. n. 1. & in *Anciens Mèmoires de l' Acad.* T. X. valde certe mihi incredibilis. Receptaculum Chyli ibi ex homine pingitur. Finem vitæ fecit valde ſingularem, cum ſpiritu vini ſolo ſe optime ali perſuaſus ejus liquoris abuſu ſe enecaverit.

Pro *PECQUETO* ſcripſit etiam *GUILIELMUS* de *HENAULT Clypeum, in quo* tela in *PEC-QUETI cor a* CAR. *le* NOBLE *conjecta infringuntur*, Rothomag. 1655. 12. *

J. van *HORNE* Diſp. *de ductu chylifero*, Leidæ 1652. 4. & jam in collectione operum *PAULIANA* exſtat. Habet ductum thoracicum ex homine, ſibi primum viſum. Idem experimenta pro definiendo motu lymphæ inſtituit.

F. SILVII Diſp. VIII.

PETRI GUIFFART utrum chylus vel ſanguis ſit lactis materies, Rotomag. 1652. 4. De receptaculo chyli aliqua habet. Inde ad placentulas ductus ire, liquorem amnii ſecernere credidit.

JOH. RIOLANI opuſcula nova, Pariſ. 1652. 12. In iis *commentatio adverſus novum de venis lacteis commentum* habetur, qua elevat *PECQUETI* inventum vanis, ut ſolent, ex theoria captiunculis contra experimenta uſus. *IDEM*. Pariſ 1653. 8. edidit *opuſcula nova anatomica*. *Judicium de venis lacteis lymphaticis BARTHOLINI refutatur*. *Dubia anatomica reſoluta*. Anno vero 1655. 8. *Reſponſiones duas, primam ad experimenta nova PECQUETI, alteram in duos Doctores Pariſinos Pecquetianos adverſus ſanguificationem in corde: acceſſit Ejus judicium de vaſis lacteis & CAR.* le *NOBLE obſervationes de lacteis thoracicis* *.

OL. RUDBEK Roſtochienſis *Nova exercitatio ductus aquoſos exhibens & vaſa glandularum ſeroſa*, Aroſiæ 1653. 4 Leidæ 1654. 12. (*LIND.*) In editione Aroſiana, quam debeo *ILL. ROSENIO* pauciores icones ſunt, & obſervationes, quam apud *HEMSTERHUYSIUM*, ubi 14. obſervationes noviter acceſſerunt, & tabulæ 13. *RUDBEKIUS* anno 1650. vaſa lymphatica vidit, & ea certe longius *BARTHOLINO* per varia viſcera perſecutus eſt, & propria manu depinxit in teſte, pulmone, corde, utero, variis animalibus uſus. Præclaræ etiam obſervationes ſunt, quas addidit de fetu, de vomitu, &c. Exſtat pro an. 1650. teſtimonium *L. ROBERG recent. invent. anatom.* p. 18. ubi adjectum eſt, etiam in artubus ovis Leidæ eumdem virum anno 1654. oſtendiſſe lymphatica. *EJUSDEM de ſero ejuſque vaſis* Diſp. Upſal. edita 1661. 4. a nemine fere viſa eſt. Continet tres tabulas lymphaticorum cordis, ſepti tranſverſi, colli, linguæ, &c. Eam in ſupplemento Diſſertationum edam.

Inſidiæ ſtructæ ductibus aquoſis a THOMA BARTHOLINO, Leidæ 1654. 8. prodierunt. Contra *BOGDANI* Libellum ſcriptæ ſunt, qui proxime ſequitur, & quem non inmerito ex dictione multum de Præceptore habere ſuſpicatur *RUDBEKIUS*. *IDEM* famam ſuam maſcule tuetur & Aprili M. 1652. Reginæ ſe demonſtraſſe ductus ſuos adfirmat, cum Majo menſe nihil adhuc de iis innotuiſſet *BARTHOLINO*; argumento ſilentii, quod egit in *lacteis thoracicis* eo menſe editis. *EJUSDEM epiſtola de vaſis ſeroſis* ad *T. BARTHOLINUM*, Upſaliæ 1657. 12. dicitur a *MERCLINO* prodiiſſe. Et certum eſt *THOMAM*

paucos

Hæc præmittenda putavi, antequam de Auctoribus dicamus, quia apud eos illa nullibi inveniuntur, ſed hæc edocti eo melius nos eorum inventis uti poterimus.

Agamus ergo de Auctoribus, qui ſcripſerunt de vaſis lymphaticis, quæ nos jure ac merito venas lymphaticas vocamus.

LU-

paucos ductus & vix uno modo deſcriptos, *RUDBEKIUM* pleroſque & eorum valvulas inveniſſe.

THOMÆ BARTHOLINI D. de lacteis thoracicis in homine & brutis nuper obſervatis; Hafn. 1652. 4. Excitatus *HORNII* experimentis, in homine ductum thoracicum vidit, & depinxit. Glandulas lumbales, quæ utique aliquid dant ad receptaculum, pro receptaculo habuit, inſertionem inſolitam, ab inferioribus furſum, & triplicem depinxit. *EJUSDEM vaſa dubia de lacteis thoracicis & an hepatis funus inmutet methodum medendi*, Hafniæ prodierunt 1653. 4. Reſpondet *RIOLANI* obſervationibus. Vaſa lactea mammarum deſcribit. *EJUSDEM vaſa lymphatica nuper in animalibus inventa*, Hafn. 1653. 4. edita ſunt. Eos ductus, dum inquirit in lacteas hepatis, menſe Decembri 1651. invenit in hepate, axilla, pelvi. Hic doctam, ut ſolebat, addidit deſcriptionem, & cadere inde hepatis officium ad ſanguinem coquendum facile vidit. *EJUSDEM vaſa lymphatica in homine nuper inventa*, Hafniæ 1654. Diſp. Ea vaſa in hepate vidit, eodem anno menſe Januario, & fuſe de hydrope agit, & eorum obſtructione orto. Nomen ſeroſorum vaſorum refutat, quod impoſuit *RUDBEKIUS*.

Defenſio lacteorum & lymphaticorum & dubiorum anatomicorum contra RIOLANUM, Hafniæ 1655. 4. Erudita eſt & acris naſcentis viri contra ſenem magna in auctoritate viventem defenſio. *HARVEIO* etiam, ad lactea incredulo, reſpondet. *EJUSDEM ſpicilegium* I. *ex vaſis lymphaticis ubi Gliſſonii & Pecqueti ſententia expenduntur*, Hafniæ 1657. prodierant, 1658. 4. (*MERCL.*) & in collectione anni 1670. *ſpicilegium* II. *ubi Backii*, *Courvei*, & *aliorum ſententia expenduntur*, Amſtelodami 1661. 12. editum eſt cum priori & 1661. 12. * & in eadem collectione recuſum. Theorias nuper natas, abſque novis experimentis, theoreticus ipſe, expendit. *EJUSDEM opuſcula nova anatomica de lacteis thoracicis & lymphaticis vaſis*, Hafniæ 1670. 8. edita habent priora, & aliqua alia opuſcula, ut *examen judicii novi quod de lacteis protulit RIOLANUS*, deinde aliqua, quæ infra dicemus, in *BILSIUM* dicta. In *anatome* ſua *BARTHOLINUS* varia etiam bona habet, & plurima notatu digna reperiuntur in *epiſtolis* a *N. STENONIS F. OLAO BORRICHIO* aliiſque ad *BARTHOLINUM* datis. Laudem inventi ipſe cæterum cum *LYSERO* communicavit, quo Profectore uſus eſt (de *vaſis lymph.* p. 8.)

Filius *THOMÆ CASPAR* in Libro de *diaphragmate* fuſe de chylo ejuſque motu egit.

MARTINI BOGDANI Rudbekii inſidiæ ſtructæ vaſis lymphathicis T. BARTHOLINI. Francof. & Hafniæ 1654. 4. Inanis & cavillator, *RUDBEKIUM* duriſſime habet, qui ſibi vaſa feroſa tribuat, & ipſi numeros dierum confuſos objicit.

M. BOGDANI apologia pro vaſis lymphaticis Bartholini adverſus inſidias ſecundo ſtructas ab OLAO RUDBEK, Hafniæ 1654. 12. Acerbe & grammatice adcuſat noſter civis *RUDBEKIUM* plagii, quod ridiculum eſt. Etſi enim prior deſcriptionem typis edidit *BARTHOLINUS*, decies tamen plura ſunt experimenta *RUDBEKII*; etſi obrutus eloquentia *BARTHOLINI* gloria inventi ſpoliatus eſt, ut recte monet *DETHARDINGIUS*. In Præf. negat. *BARTHOLINUS*, ſe id Opuſculum ſcripſiſſe.

Cæterum præter *RUBEKIUM* & *BARTHOLINUM* alii etiam ſibi inventa lymphatica adrogarunt. Iſta *JOLIVIO*, non aliunde noto, tribuunt Angli bene multi, *GUALTHERUS CHARLETON Exerc. de lymph.* *PLOT Oxfordshire* p. 301. & alii. *F. SYLVIUS* de le *BOE* ſe vaſa lymphatica hepatis flava ante 25. annos (1635.) vidiſſe ſcribit in *Diſſertationibus* ſuis. Idem vaſa lactea lymphaticis adfinis eſſe accurate vidit Diſſ. VIII. n. 12. *C. V. SCHNEIDERUS*, eruditus cæterum vir, qui in Libro *ſpecialiſſimo de catarrhis* ſibi idem tribuit inventum, applauſum nondum invenit.

TH. BARTHOLINI de lacteis thoracicis &c. opuſculum recuſum eſt Lond. 1652. 12. Pariſiis 1654. 8. Genev. 1654. 8. Utrecht 1654. 12. Leid. 1654. 12.

EJUS-

LUDOVICUS DE BILS, *Dominus de Koppendam*, nobili ſtirpe natus, a primis ſane ephebis ſe dedit ſtudio anatomico, & maxime diſſectioni animalium vivorum. Sed hoc ejus laudibus obfuit, quod operam neque literis, neque lectioni Auctorum dederat. Edidit anno 1661. & iterum an. 1669. Roterodami Tractatus exiguos *de labyrintho atque ductu ſuo rorifero dicto*, & dedit figuras æneas, prout moloſſi vivi anatome ipſi ſuppeditaverat. Liber ipſe eſt rarus adquiſitu, tamen aliquando invenitur; deſcribit ſatis bene vaſa lymphatica thoracis. Verum BILSIUS putabat ea vaſa vehere rorem, & eſſe originem ductus chyliferi, & ex his vaſis lymphaticis, tanquam centro, per totum corpus & ad ipſas mammas vaſa tranſire, chylum vero per venas recta via ire in ſanguinem. Verum deceptus fuit BILSIUS, ut poſtea demonſtratum eſt.

Alter Auctor, qui bene de lymphaticis ſcripſit eſt OLAUS RUDBECKIUS, Suecus Upſalienſis (*a*). Ejus quatuor Opuſcula de vaſis lymphaticis habemus. Primum Opuſculum eſt *nova exercitatio anatomica ductus aquaticos hepaticos exhibens tabulis tredecim delineatos*. Sic ſcripſit titulum, Liber hic eſt editus Lugduni Batavorum an. 1654. in 12. Alter tractatus, licet eriſticus ſit, & contra THOMAM BARTHOLINUM unice ſcriptus, egregius etiam eſt, & vocatur *Inſidiæ ſtructæ ductibus aquoſis hepatis a* TH. BARTHOLINO. Editus eſt etiam Lugduni Batavorum an. 1654. partim in 8. partim in 12. Tertius Tractatus vocatur, *pro ductibus hepatis contra* THOMAM BARTHOLINUM, etiam Lugduni Batavorum editus an. 1654. in 8. Quartus vocatur *Epiſtolæ ad* THOMAM BARTHOLINUM *de vaſis ſeroſis*. Ea eſt omnium optima, Upſaliæ edita an. 1657. in 12. Sunt hi egregii Tractatus, qui raro habentur, in quibus tamen optime ſcripſit. Sed emendus eſt Liber dictus *Meſſis aurea anatomica collecta ab* HEMSTERHUYS in 4. (*b*) in eo enim Libro illa RUDBECKIANA habentur, ut & BARTHOLINIANA & BILSIANA; atque adeo, ſi hunc Librum habuerimus, non indigemus opuſculis antecedentibus.

Sequi-

EJUSDEM BARTHOLINI eſt etiam *examen lacteorum contra HARVEIUM & RIOLANUM* Hafn. 1655.

EJUS ſpicilegium II. primum Hafn. excuſum eſt 1661. 12.

In *J. DANIELIS HORSTII decade obſervationum & decade epiſtolarum*, Francof. 1676. 4. aliqua de lymphaticis cordis exſtant, tum *GUILIELMI HARVEII* etiam de *generatione animalium* lacteis contrarii, contra vaſa lactea, & pro iis *T. BARTHOLINI* epiſtolæ.

CAROLI LE NOBLE obſervationes raræ & novæ de vaſis lacteis meſentericis & thoracicis, Rothomagi 1654. 1655. 8. * Pariſ. 1655. 8. Obſervationes ductus thoracici & vaſorum lacteorum habet, deſumtas ex quatuor cadaveribus humanis.

CAR. LE NOBLE l. c. mirum in utramque ſubclaviam inſertum ductum deſcribit, & magnam partem chyli per venas meſentericas ad hepar venire defendit, inque ductu thoracico ſæpe limpidum chylum eſſe monet. Adjecta eſt epiſtola *RIOLANI*, cum falſo experimento de venis lacteis per venam portarum inflatis. Non multum chyli per ductum thoracicum adſcendere adfirmat.

JAC. ISRAEL lymphaticorum nuper inventorum obſervationes, Heidelberg. 1654. 4.*

(*a*) Vide ſupra, p. 447.

(*b*) *Meſſis aurea a SIBOLDO HEMSTERHUYS* collecta, Leid. 1654. 12. * Heidelbergæ 1659. 8. continet *PECQUETI* experimenta cum icone abſque reliquis diſſertationibus: *RUDBEKIUM.*

Sequitur THOMAS BARTHOLINUS. Habetur nempe in ejus Libello *de vaſis lacteis & lymphaticis* apud *Blaeuvv*, Amſtelodami edito anno 1661. in 8. (*a*) opuſculum quod vocatur *vaſa lymphatica nuper Hafniæ in homine inventa*; verum quoniam & ille Liber non ita facile proſtat, ematur iterum *Meſſis aurea* HEMSTERHUYSII, nam in eo Libello etiam invenitur.

Legendus porro eſt princeps in hoc ſtudio GLISSONIUS an. 1654. editus. In eo nempe Tractatu *de Hepate* ad finem habetur Tractatus de vaſis lymphaticis (*b*). Præter

BEKIUM, uti diximus, auctiorem; & *BARTHOLINI* Libellos de *lacteis thoracicis vaſis lymphaticis & dubia de lacteis thoracicis*. Alia collectio *de venis lacteis thoracicis & lymphaticis ſylloge*, prodiit Genuæ 1654. 4.

(*a*) Vide p. 448. 357.

LUDOVICI de *BILS aan de liefhebbers der anatomie*, Roterodami 1659. 4.

EJUSDEM Epiſtola qua verus hepatis uſus in chylum & ductus chyliferi uſus docetur, Roterod. 1659. 4. *EJ. vvaarachtig gebruik der Giyl buys*, Roterod. 1658. 4. *EJ. ad epiſtolam T. ANDREÆ reſponſio, qua oſtenditur verus uſus vaſorum hactenus pro lymphaticis habitorum*, Marpurg. 1658. 4. *

NICOLAI ZAS den daau der dieren ende vellen des vvaters, Roterod. 1660. 12. Continet iconem & theoriam *BILSII*, chylum nempe per venas, vaporem per vaſa rorifera (lactea) reſorberi, venire ad cor lymphaticum labyrinthum, inde ad alendum per vaſa lymphatica ad totum corpus.

J. van *HORNE VVaarſchouvving aan alle de liefhebbers der Anatomia*, Leidæ 1660. 4 *HOUFFWENIUM* ad certamen anatomicum provocaſſe *BILSIUM*, & alia ad hiſtoriam pertinentia refert.

PAULI BARBETTE aanmerkingen over de ſchriften van de Bils, Roterod. 1660. 8. & *tegens de verleyding van de Bils*, ibid. Negat reſorbtionem chyli in venas, &c.

L. de *BILS kort berigt over de vvaarſchouvving van J. van HORNE*, Roterod. 1660. 4 & Lat. 1661. 4. Hic primum celebris ille canis, centies repetitus adparet, quo labyrinthus ductus thoracici exprimitur, quæ mera videtur varietas.

EJUSD. LUD. de *BILS ſpecimina anatomica*, Roterod. 1661. 4. *EJUSD. epiſtola apologetica ad BARTHOLINUM de calumniis* L. *BILSIO inpactis* 1661. 4. *accedit altera reſponſio contra BARTHOLINUM*. In univerſum parum utilitatis in omnibus his eriſticis reperio. Provocabatur L. de *BILS* ad certamen, ut oſtenderet labyrinthum, & anatomen incruentam, ſed nunquam conveniebatur de horis. Roterodamenſes amici *BILSII* laudes extollebant, reclamabant alii, Leidenſes inprimis, neque unquam lites potuiſſent hac ratione componi Juncta denique *BILSII* opera prodierunt Amſtelodami 1692. 4. cum hoc titulo L. de *BILS inventa anatomica antiquo nova cum Clariſſ. virorum epiſtolis & teſtimoniis, ubi adnotationes JOHANNIS ab HORNE & PAULI BARBETTE refutantur, interprete GIDBUENIO*.

N. STEPHANI (*T. BARTHOLINI*) *caſtigatio epiſtolæ maledicæ BILSII*, Amſtel. 1661. 8 & in orationibus *BARTHOLINI* prodiit. Acris utique Profeſſoriorum honorum, contra *BILSIUM*, nobilitati ſuæ nimium tribuentem, defenſio.

N. STEPHANI caſtigatio epiſtolæ maledicæ BILSII primum prodiit Hafn. 1661. 8.

T. BARTHOLINI Epiſtola *de eſperimentis anatomicis Bilſii*, Hafn. 1661. 8. Narrat, noluiſſe oblatam a *MOINICHENIO* pugnam ſubire *BILSIUM*.

T. BARTHOLINI addenda eſt *reſponſio ad novas obſervationes Bilſianas*, Hafn. 1661. 8 Belgice Amſtel. 1661. 8. *

ANTONIUS EVERARDUS in *monſtri anatome*, Medioburg. 1661. 12. vaſa lactea, repugnante anatome, ad uterum duxit, niſi lymphatica vidit.

(*b*) Et ipſe omnino & *THOMAS WHARTON* multa de lacteis in *Adenographia* habet; & de lympha & lymphaticis.

N. STE-

Præter hunc Auctorem, de lymphaticis etiam ſcripſit egregie, præſertim contra BILSIUM, JOHANNES HENRICUS PAULI (a). Titulus eſt *Anatomes Bilſianæ anatome circa vaſa meſaraica, ductus Bilſianos roriferos*, editus Argentorati ſeu Strasburgi anno 1665. Rara Opuſcula ſunt, & ſcripta ea tempore vigente fervore anatomico.

Videndus eſt pariter Clariſſimi FREDERICI RUYSCHII (b), nunquam ſane ſatis laudandi, Liber *de Lymphaticorum vaſorum valvulis*. Gloria illi debetur ejus inventionis. Libellus editus eſt Hagæ Comitum an. 1665. & fuit primum Opus ejus anatomicum.

MAR-

N. STENONIS in *ſpecimine obſervationum anatomicarum*, Hafn. 1664. 8. & ubique in ſuis Operibus plurima bona habet de faciei, axillæ aliarumque partium vaſis lymphaticis, tum in *Act. Hafn.* II. Obſ. 97. & in Libro *de glandulis oris*. In cerebro & plexu Choroideo lymphatica vidiſſe teſtis eſt *BARTHOLINUS Anat. reform.* p. 475.

In *Phil. Tranſactionibus* pulchra experimenta huc facientia exſtant. Ita *CL. MUSSGRAVE* n. 166. & 275. & *CL. LISTER*, n. 95. 143. & 270. experimentum deſcripſerunt, quo tinctus liquor ex inteſtinis in vaſa lactea ſucceſſit.

G. NEEDHAM, n. 85. reſorbtionem chyli in venas & novum inventum *PERRALTI* refutavit.

A. de *MARCHETTIS* ciſternam negat, vaſa lactea hepati tribuit, & meſocolo, n. 307.

R. HALE ſyſtema lymphaticum late perſecutus eſt, n. 364. Felix expugnator maniæ, & ex donatoribus Collegii Medici *orat. Harv.* an. 1735.

J. SWAMMERDAM lymphaticorum icones egregias dedit in *BLASIANO* Syntagmate Veslingii, & varia eo pertinentia habet, & in Libro *de reſpiratione*, & in *prodromo de partibus genitalibus* chylum venis meſentericis reſorberi, lacteis vaſis lympham ferri adfirmavit. Valvulas tamen minime ignoravit, & in iis Libellis deſcripſit & depinxit.

(a) *J. HENRICI PAULI Anatomes Bilſianæ anatome*, Argentor. 1665. 8. Non reſorberi in venas meſentericas chylum, neque moveri lympham a corde lymphatico ad partes reliquas, & *BILSIUM* multa nimis ornare in icone ſua demonſtrat, cui aliam magis naturalem opponit, eruditus diſputator.

ANT. DEUSING in *Exercitatione de admiranda anatome BILSII*, Roterod. 1661. 4. ſuum in eum virum favorem teſtatus eſt. Idem *examen anatomes anatomiæ BILSIANÆ* eddidit, Groning. 1665. 12. Non ſua ſed aliena adverſus *J. H. PAULI*, ex *MOINICHENII* confeſſione, novis publicis aliiſque fontibus pro *BILSIO* & lymphæ motu a corde illo ad partes argumenta attulit.

(b) *FRED. RUYSCH dilucidatio valvularum lymphaticarum*, Hagæ 1665. 8. (*MERCLIN*), Leid. 1687. 12. etiam Belgice verſa a *GOD. BIDLOO*. Egregius Liber, quo valvulas vaſorum & lacteorum & lymphaticorum non ſolum argumento aliquo, ſed ſubtiliſſima præparatione exhibet, & *BILSIUM*, qui nunquam ex eo prælio convaluit, penitus refutat. Ciſternam chyli negavit.

L. de *BILS reſponſio ad* L. *TOBIÆ ANDREÆ*, Roterod. 1669. 4. Fatetur valvulas lymphaticorum, victus a *RUYSCHIO*, ſed per mediam cavitatem ſolum fermentum contendit fluere, rorem vero in muſcoſa fabrica (celluloſa) inter duas tunicas.

CL. DRELINCOURTIUS in *canicidiis* plurima experimenta ſuſcepit, quibus demonſtraret, omnino ab inteſtinis ad ductum thoracicum lac fluere, non contra. De lacteis eorumque ex inteſtinis ortu etiam obſervationes habet.

GUALTHERUS NEEDHAM de vaſis lymphaticis, & motu vero chyli in Libro *de formatione fetus* ſcripſit.

R. LOWER plurima de ductu thoracico, ejus valvula, receptaculo, vulnere, & motu, bene & utiliter ſcripſit in Libro *de corde*.

In *EPHEMERIDIBUS NAT. CUR.* multa huc pertinent.

ELSNER de lympha in vaſis lacteis viſa *Dec.* I. *ann.* 1. *Obſ.* 61.

Vaſa lymphatica thymi E. N. C. *Dec.* II. *ann.* 5. teſtis ibid. *ann.* 7.

Vas

MARCELLUS MALPIGHIUS *de glandulis conglobatis*, & in *Operibus poſthumis* pariter plurima detexit (*a*).

Tum Clar. NUCKIUS, inprimis in Tractatu *de anatomia uteri*, & in *Adenographia* (*b*) plura de vaſis lymphaticis habet.

Hi

Vas lymphaticum princeps Coli *SCHELHAMMER* E. N. C. *Dec.* III. *ann.* 3.

HENNINGERI icon ductus thoracici, *Cent.* III. IV.

Lactea vaſa in recens nato E. N. C. *Vol.* VIII. 48.

In Opere ſæpe citato *D. CHAILLOU* duo etiam, ut in *PECQUETO*, receptacula & ductus thoracici deſcribuntur.

In J. de *MURALT vade mecum* varia de ductu thoracico ex propriis experimentis proſtant, & in *Obſ.* XXX. *KERKRINGII* aliiſque.

SAUVAGES des valvules des veines lactées cum anat. *GELE'E*, Pariſ. 1683. 8. *B. PLATN.**

J. J. WEPFERUS vaſa lymphatica animalium utero inferi vidit, in venas, ut credit, hypogaſtricas.

THEOD. KEMPER in Diſſ. *de valvulis* olim citata, etiam lacteorum & lymphaticorum valvulas deſcribit.

J. DAN. DORSTENII de ductu thoracico chylifero Diſp. Marpurg. 1678.

In *F. SCHRADERI* obſervationibus etiam ductus thoracicus deſcribitur.

GRUBEL de ductu Chylifero Pecquetiano, Jenæ 1674. 4.

J. C. BRUNNER de pancreate fuſe de lympha agit, & obſervationes eo pertinentes habet in lymphaticis colli, *&c.*

GUNTH. CHRISTOPH. SCHELHAMMER de lympha ortu, Helmſtad. 1683. 4. abſque experimento proprio. Idem in Delphino, & Xiphia vaſa lactea vidit (in *phyſiol. poſthum.* p. CXXI.) In Diſſ. *de voce* lymphatica laryngis deſcribit.

(*a*) *MARCELLUS MALPIGHIUS* vaſa lymphatica coli, lienis aliorumque viſcerum, & glandulas lymphaticas deſcripſit.

Ductus thoracici mirificam iconem dedit *THEODORUS CRAANEN* in Libro *de homine*.

FASCH de circulatione lymphæ & catarrhis, Jenæ 1682. Diſp.

J. ZELLER de vaſis lymphaticis, Tubing. 1687. 4. & in coll. Diſp. T. I. egregia & per plurima experimenta nata.

P. J. HARTMANN in Diſſ. *de vet. perit. anat.* ſpec. II. lymphatica vaſa urſi deſcripſit, & phocæ in ejus animalis anatome.

J. C. PEYER varia ad lymphatica ventriculi & alia eo pertinentia habet in *Merycologia*.

G. BLASIUS lymphatica in ſuis operibus paſſim in rene aliiſque viſceribus deſcripſit.

J. G. BERGER de chylo, VVittemb. 1690.

(*b*) *ANTONII NUCK Adenographia & anatome uteri*, Leid. 1691. 8. Optime meritus de his vaſis, ea per totum corpus, poſt *RUDBECKIUM* primus perſecutus eſt, ope microſcopii membranarum fabricam demonſtravit, ſingulari artificio uſus. Cum eo viro ſpes integram angiologiam lymphaticam videndi fere exſpiravit. Ductum etiam thoracicum ejuſque valvulas deſcripſit, & humana lactea.

JOSEPHUS etiam *DUVERNEY* integrum vaſorum lymphaticorum ſyſtema in vacca demonſtravit (*GEUDER de ferment.* p. 123.) ſed nihil ea de re edidit.

AME' BOURDON in magnis tabulis vaſorum lacteorum & ductus thoracici iconem dedit, vaſa pulmonis lymphatica deſcripſit.

MAURITIUS van *REVERHORST* in Libro *de circulatione chyli* lymphatica hepatis habet.

G. BIDLOO in Diſſ. *de hydatidibus* modum demonſtrat, quo ex vaſis lymphaticis inter duas ſtricturas tumentibus hydatides generentur, & ea vaſa ligato ductu thoracico exhibere docuit. *IDEM* in *MYLIANA* Diſſ. cum glandulis conglobatis etiam lymphatica vaſa deſcribit.

GUIL. COWPER vaſa lymphatica penis, thymi, aliaque per viſcera per arterias repleta, depinxit, ductus thoracici ex homine iconem dedit in *anthropographia*.

H. RIDLEY vaſa lymphatica cerebri habet.

J. RI-

Hi ſunt; qui de hac re primarii, ſed nihil inveniemus, niſi veras lymphaticas,

J. JAC. HARDER de chyli ſecretione & diſtributione, Baſil. 1690. 4.

S. FANTON lactea humana & brutorum animalium vidit & deſcripſit.

AL. de *MARCHETTIS* paradoxa opinio de vaſis lacteis in capite, ad teſtes & alibi viſis, & in avibus etiam repertis exſtat in *CAMERARII. Ep. Taurin.* & apud *DES NOUES*.

J. B. MORGAGNUS ductum thoracicum, lactea ex homine, vaſa lymphatica lienis, pharyngis, uteri humani, pedum in *Epiſtolis* & *Adverſariis* variis locis deſcripſit.

In *AC. REG. SCIENT. PARIS. DUVERNEY* in *anciens Mémoires* T. I. varia huc pertinentia habet.

In novis lymphatica hepatis *FERREIN*, 1733.

Vaſa lymphatica pulmonis 1734.

C. J. LANG in Gallo Indico, contra anatomicorum opinionem, vas pellucidum, in meſenterio viſum, inteſtina concomitans deſcripſit (in *Phyſiolog.* p. 99.)

J. GOTTSCHED de viis & circulatione chyli, Regiom. 1702. 4. in urſo villos lacte plenos vidit.

G. BIDLOO de organis chyli R. EVERTZEN, Leid. 1706. 4. Diſp. cum figura ductus thoracici ex *BOURDONO*.

MART. LISTER de humoribus, de chylo caput habet, quod eſt XXIII.

J. SIGISM. HENNINGER de chylo, Argentor. 1709. 4.

J. SALZMANN nova encheireſis ductus thoracici, Argentorati 1711. 4. & auctius in noſtra *Coll. Diſp.* T. I. Quærere docuit ductum per venas incumbentes venæ renali ſiniſtræ, & nitide depinxit, niſi quod in latere ſiniſtro vertebrarum eum ductum poſuerit.

MENH. CARL. EULER de meſenterio, Argent. 1714. 4. & in *collect. Diſp.* T. I. *KIESLINGII* opera uſum eſſe teſtatur *CL. BEHR phyſiol.* p. 238. Ductum thoracicum replere docet per vaſa lactea ſecundi generis, & depictum dedit.

CL. VIEUSSENS paſſim vaſa lymphatica deſcripſit, & hepatis pellucida vaſa in Tractatu *des liqueurs*.

ARENT CANT in *impetubus anatomicis* iconem ductus thoracici *ALBINIANAM* in thorace integro ſculptam dedit, & inſertionem recte deſcendentem expreſſit.

J. DOMINICUS SANTORINUS aliqua de receptaculo habet, & de lacteis humanis.

L. HEISTER vaſa lactea depinxit ex homine in *compendio* & in *Cent.* III. IV. E. N. C. coli vero lactea in equo vidit. *Cent.* V. VI. Ipſi etiam inveniendi in thorace ductus thoracici artificium inventum tribuit *C. P. PEPORINUS* p. 62.

EDUARD PETER WIUM de via alimentorum & chyli, Hafniæ 1717. 4. & in *ſupplem. noſtr.* ſingularem ductus thoracici duplicis iconem dedit, Pariſiis paratam.

J. B. BIANCHI in *hiſtoria hepatica* iconem ductus thoracici & lymphaticorum hepatis dedit, ſatis, vereor, dubiam. Idem vaſa lactea medullæ ſpinalis deſcripſit.

J. AD. KULMUS ductum thoracicum denuo depinxit, varias inſertiones obſervavit in azygam, *&c. BRESLAVIENS.* XVI. *Verſuch.*

ABRAHAMUS VATER an. 1722. edidit programma, in quo vaſa lactea cum ciſterna chyli die duodecimo chylo turgentia demonſtravit. (Vit.)

G. D. COSCHWITZ vaſa lymphatica circa linguam obſervavit, tum *J. G. DUVERNOI* in ſcriptis de ductu ſalivali. Ibi & ego vidi, & icones paravi.

BERN. de *JUSSIEU* & la *RIVIERE*, *Ergo lympha ſuus ut ſanguini propria vaſa circuitus*, Pariſ. 1728. 4.

PAOLO GERONIMO BIUMI eſamina di alcuni canaletti chiliferi che del fondo del ventricolo per le toniche dell' omento ſembrano penetrare nel fegato, Mediol. 1728. 8. Obſervationem 20. prius annis factam ex memoria repetit *CL. AUCTOR*, nobis paradoxam. Sed experimenta experimentis unice refutantur.

Vulnera vaſorum lymphaticorum obſervaverunt in artubus *NUCKIUS* in *Experim. Chir. SOLINGEN*, *HEUCHERUS* (p. 317. op.) & *J. ADOLPHI* de *vinculis Chirurg.* Ductus thoracici vero *R. LOWER*, *MONROO Edimb. T. V. ZARINI* de *V. S. COL.* de *VILLARS* Traité *des playes* p. 49. *MAUCHART* de *inſpect. Med. leg. RUYSCH Obſ.* XLI. &c.

quomodo nempe ad glandulas ferantur, ex iis oriantur, & quæ plura quidem ſcitu

A. F. WALTHER de *ductu thoracico bipartito* Progr., Lipſ. 1731. 4. & in *Collect. Diſp.* V. I.
Lactea in fetu recens edito vidit *DENYS amt van de Vroedmeeſters en Vroedvrouwen*.
ALEX. MONROO apud *CHESELDENIUM* ductus thoracici deſcriptionem dedit: & ipſe *CHESELDENIUS* ea vaſa in thymo vidit, uti *COWPERUS*.
J. G. DUVERNOI pulchram iconem vaſorum lymphaticorum artuum abdominis & ductus thoracici, rara felicitate repletorum, dedit in *Actis Petropolit.* T. I. & de ortu lacteorum conjecturas protulit.
J. R. C. GARENGEOT ductus thoracici iconem dedit.
J. G. SCHERB de calculo receptaculi chyli cauſa hydropis, Leid. 1729. 4.
In *Comm. Lit. Nor.* an. 1732. 1736. 1739. obſervationes exſtant huc pertinentes.
Lymphatica ani vidit *AUERBACH* Diſſ. *de ani procidentia*.
ILL. WINSLOWUS inter alia craſſorum inteſtinorum lactea vidit & *P. C. FABRICIUS* in *Anat. pract.*
J. PALFYN ex *ALBINI* obſervationibus ductus thoracici iconem exhibuit in *Anatomie chirurgicale*.
CL. LOESCHER in *Obſerv. ex homine* vaſa lymphatica ex homine deſcribit, ciſternam negat.
SCHUSTER de aqua pericardii 1740. 4. Vaſorum lacteorum in homine recens nato obſervationem habet.
A. PHIL. QUEITCH anatomiſche nachrichten von der groſſen ſpeiſeſaft röhre, Franc. Viadr. 1740. 4. & in variis tomis *ſelectorum Francofurtenſium* ex homine & animalibus ductus chyliferi icones propoſuit, & præparandi modos indicavit.
J. CHRISTOPH. BOHLII via lactea corporis humani, Regiomont. 1741. 4. & in *Coll. Diſp.* T. I. egregiam dedit deſcriptionem vaſorum lacteorum & thoracicorum cum icone. Multas ibi *RUYSCHII* epiſtolas videas, aliaque lectu digniſſima.
J. B. BIANCHI de lacteorum vaſorum poſitionibus & fabrica, Turini 1743. 4.*
FR. NIC. NARCISSI de generatione & receptaculis chyli, Leid. 1741. 4. & in *Coll. Diſp.* T. II. varietates aliquas ductus thoracici cum propriis iconibus dedit, & vaſa lactea ampulloſa.
HAMPACHER de tubulor. capillar. &c. Hall. 1742. 4. Explicat reſorbtionem chyli in lactea vaſa.
CONR. HENRICI VELSE de mutuo inteſtinorum ingreſſu, Leid. 1742. 4. Vaſa lactea deſcripſit, & ductum thoracicum, & varietatum icones dedit.
HENR. PAUL. JUCH de viis & motu chyli, Erfurt. 1744. Diſp.
CL. la PEYRONIE (*Journ. des Savans* 1742.) in rene & pulmone vaſa lymphatica invenit.
CL. J. N. LIEBERKUHN originem vaſorum lacteorum ex ampulla chyloſa villorum inteſtinalium deſcripſit in Tractatu de *Villis inteſtinorum*.
W. CHESELDENIUS etiam lactea humana pinxit, & deſcripſit, & in *Comm. Bononienſibus LEPROTTUS*, & *SCHAARSCHMID* in *Berliner Nachrichten* T. II.
ABRAHAM KAAU paſſim varia huc pertinentia habet, & poſſidere ſe modum demonſtrandorum lymphaticorum omnium teſtatur, in Libro *de perſpir. Hipp.*
J. J. HEBENSTREIT de venis communicantibus & alibi ductum thoracicum azygæ inſertum deſcribit.
CL. FERREIN in Theſ. *an actio pulm. temp. expir.* Pariſ. 1738. 4. deſcribit lymphatica pulmonis.
C. C. SCHMIEDEL de habitu naturali venarum lymphaticarum in hepate, Erlang. 1747. 4. cum icone, abſque nodulis.
CL. J. F. CASSEBOHM ductum thoracicum in poſthumis varie ſe habentem deſcripſit, & in *viſc. Diſſ.* da lacteis egit.
Vas lymphaticum a teſte ad veſiculas ſeminales euns ſibi viſum deſcripſit *CL. J. H. SCHULZE* in *phyſiolog.*

In

ſcitu neceſſaria ſunt. De arteriis lymphaticis altum ubique ſilentium eſt (*a*).

Zzz 2 Enu-

In *Actis Bononienſibus* lymphatica meſenterii deſcribuntur T. II. P. I. & bilis in lacteis humanis, & in T. III. iter chalybis per venas meſentericas.

CL. TARINUS nuper per arterias meſentericas ſyſtema totum lactiferum replevit.

J. FRANC. PARIS an chylus in canalem thoracicum quaſi ſuctu trahatur tempore inſpirationis, Pariſ. 1747. 4.

De ductu thoracico ego an. 1741. Diſſertationem edidi brevem cum varietatibus nonnullis, quarum longe plurimas theatrum noſtrum nunc addidit.

(*a*) Nunc de ſero ſanguinis ſive lympha Auctores aliquos excitabimus, inter quos plerique jam dicti ſunt, cum de ſanguine ageremus, ſeorſim tamen aliqui de ſero ſcripſerunt.

J. B. HELMONTII huc pertinent Libelli *latex humorum neglectus: catarrhi deliramenta* aliique.

J. THEOD. SCHENK de ſero ſanguinis, Jenæ 1655. Collectio.

GEORG. SEGER de quidditate lymphæ Bartholiniana, Hafniæ 1658. 4. Lympham ex ſpiritibus animalibus generari, *&c.*

F. SYLVIUS in *Diſp. anatomicis*, Amſtel. 1663. 12. Lympham acidam facit.

HIERONYMUS BARBATUS de ſanguine & ſero ſerum ſanguinis lento igne cogi primus a *GOLZADIO* Patavino didicit (quod quidem dudum *HARVEIUS* viderat *de generat. anim.* p. 161.) Liquida humana ex lympha fere omnia generari credit.

J. C. BRUNNER de pancreate habet integram Diſſ. *de lympha*. Secretiones in corpore humano pleraſque ex lympha deducit.

De acido glandularum ſucco *CHRISTIANUS DEMOCRITUS* in *Krankheit des animal. lebens* theoriam renovavit, quam editor verſionis Francof. 1736. recuſæ refutat.

De lympha bona exſtat Diſputatio *JEREMIÆ LOSSII de languore lymphatico*.

JOH. de *SAINCTLO de ſero ſanguinis*, Argentor. 1705. Diſp.

DE VANDENESSE & *URBANI LEAUTE' an lympha omnium ſecretionum mater*, Pariſ. 1741.

F. QUESNAY in *œconomia* lympham contra ſenſum receptum vocis a gelatina diſtinxit. Aliqua etiam in hanc ſententiam exſtant in T. II. *Acad. Chirurg.*

Analyſes lymphæ habent *BOYLE de hiſt. ſang.* & *frig. hiſt. VERHEYEN* L. II. du *HAMEL* in *Hiſt. Acad. Reg. Scient. MALPIGHIUS* in *poſthumis* & in Diſſ. *de Polypo*; *VIEUSSENS Traité des liqueurs*. *BAGLIVIUS*; *LANCISIUS de Cord. de veſic. PETIT Epitre* II. *LANGRISH.* l. c. *SCHWENKE* l. c. *SANDRIS*, l. c. *BOERHAAVE* in *Element. Chemiæ* & aquas hydropicas (lymphæ nempe ſpeciem) *MALPIGHIUS* l. c. *GMELIN Comm. Lit. Nor.* 1745. hebd. 52. du *VERNEY Acad. des Sciences* 1701. *LITTRE* ibid. 1707. *BOHN de lethal. vuln. PEYER de method. anat. Phil. Tranſ.* n. 472. *PINELLI de podagra*; le *THUILLIER* in *conſilior.* T. III. & aliqua de ſero; *PECHLIN Obſ.* p. 147. *BARTHOLINUS* variis locis; *BELLINUS de motu cordis*; *LOWER de corde*; *BOHN de menſtruo univerſali*; *LISTER de cochl.* p. 95. (in ſucco cochleæ ad copiam ſeri & pondus ſpecificum; *J. TABOR* (p. 64. *&c.*); *PETIT Acad. des Sciences* 1732. 1733. *LISTER de humoribus*; *HELVETIUS éclairciſſement*; *SYLVA* de *V. S.* *SAUVAGES de inflammat. SENAC du cœur*, &c.

In chylo aliqua *EISSON de funct. anim.* Diſſ. VII.

Porro de humoribus corporis humani in univerſum egerunt.

J. FRID. SCHROETER de omnibus corporis humani humoribus, Patav. 1582. 4. Omnes omnino conſiderat, etiam inviſibiles, ſed ex veterum placitis.

J. LEONH. AGRICOLA de omnibus corporis humani humoribus, Lipſ. 1592. 4. *PL.* *

ANDR. MÆVIUS de humoribus corporis humani naturalibus utilibus alimentariis, Lipſ. 1628. 4. *RIV.*

J. THEOD. SCHENK hiſtoria generalis humorum, Jenæ 1663. 4. Collectio.

CHRISTOPHORI SCHELHAMMER de corporis humani humoribus, Jenæ 1652. Diſp.

JEAN PASCAL nouvelle découverte des fermens dans le corps humain, Pariſ. 1681. 12. Aliqua bona habet, & fermenta acida viſcerum deſtruit.

CONR. STISSER de lympha ejuſque morbis, Leid. 1688. 4. *

Enumerandi ſequuntur Auctores, qui de ſingulis partibus ſcripſerunt, quæ viſcera vocari nequeunt.

ADOLPH. CHRISTOPH. BENTZ de pituita vitrea inſipida, Altdorf. 1690. 4.
FRANCISCI AFFORTY an in homine amarum, ſalſum, acidum &c. Pariſ. 1718.
PHIL. CARON Ergo humoribus quibuſque ſedes eadem & origo, Pariſ. 1732. 4.
GERH. ANTON. GAYMANS de fluidorum corporis humani natura, uſu & receſſu, Leid. 1744. 4.
JOSEPHI DEL PAPA de præcipuis humoribus qui in humano corpore reperiuntur, de eorum hiſtoria, qualitatibus & officiis, Florent. 1733. 4. Leid. 1736. 4. Propria experimenta vix habet.
J. SILBERLING de humorum corporis humani gravitate ſpecifica, Argentor. 1749. bona diſputatio.
Reliqui habentur in Tractatu *de ſanguine* & de *ſecretionibus*.
Ad varias præterea partium fluidarum corporis humani analyſes paucos Auctores citabo. *GALENUS* equidem jam dictus eſt. Ad vires viſciditatis humorum *SAUVAGES*. Ad oſſa & carnem *FRIDERICUS SLARE Phil.Tranſ.* n. 157. *RIVIERE* de dentibus foſſilibus *Acad. Monſpel. Extrait de l'Aſſemblée de* 1708. *ST. FRANC. GEOFROY Acad. des Sciences* 1732. *CASP. NEUMAN* in *opp. omn.* p. 1248. J. de *GORTER* in *Chirurgia*. *J. C. BARCHUSEN* poſt *Acroamata*. *DIONISIUS PAPIN art d'amollir les os* quodam modo.
Ad carnem *GEOFROY Mémoires de l'Acad.* 1710. 1732.
BROWNE LANGRISH l. c. & *de motu muſculari*.
CHIARESCHI Giorn. di Parma 1687.
De jure carnium variorum animalium in *Comment. Bononienſ.* II. P. I.
Ad tendines *BARCHUSEN* poſt *Acroamata*.
LANGRISH l. c.
Ad cerebrum *VIEUSSENS des liqueurs*. *HENSING Cerebr. analyſ. chem.* Gieſſ. 1719. 4.
Ad pinguedinem *BARCHUSEN* l. c. *GRUTEMACHER de oſſium medulla*.

SECTIO VII.

CAPUT I.

De Oculo.

PLEMPII *Ophthalmographia*, quæ habetur & in operibus ejus, & ſeorſim edita Lovanii in folio, anno 1659. (a) Egregium certe Opus.

Tum

(a) *PRÆCEPTOR* ab oculo ſejunxit ſcriptores phyſiologicos. Id conſilium mihi non duxi imitandum, ne labor meus abſque utilitate lectoris creſceret. Quo magis enim conjunctæ diſtrahuntur materiæ, eo difficilius ſcriptoris officium eſt.
Inter *HIPPOCRATICOS* Liber eſt περὶ ὄψιος, ſpurius equidem & chirurgicus, celebris tamen ob primum veſtigium raſionis palpebræ.
HEROPHILUS ſubtiliorem anatomen oculi primus adgreſſus eſt, ut adparet ex quibuſdam apud *GALENUM* conſervatis fragmentis.
IDEM GALENUM L. X. *de utilitate partium* oculi anatomen habet, & puncta & ductus lacrumales.
EJUSD. exſtat ſpurius *de anatome oculorum* Liber, & in Libro VII. *de Hipp. & Plat. decret.* c. 5. 6. varia *ORIBASII*, quæ de oculo habet, bono ordine ſcripta ſunt, neque abſque curioſitate.
Cæterum *VETERES* & theoriam viſionis non bonam ſecuti ſunt, quæ ſedem hujus ſenſus in lente cryſtallina ponit, & in ſimplicioribus atque cognitu facilioribus ſubſtiterunt.

Leva-

Levatorem palpebræ (p. 13.) non ignoravit *AVICENNA*, nec ductus ad nares Lib. III. *Fen.* V. Tr. I. c. 2. Et ipſe & Arabes omnes motum Iridis cognitum habuerunt.

Inter Arabes huc pertinenti *JESU HALI de oculis*, & *CANAMUSALI* de *BALDACH de oculis*, qui ſæpe cum collectione chirurgorum prodierunt. Mea editio eſt Venet. 1499. fol. Uterque autem proprie ad medicos pertinet & chirurgos.

Seculo 13. exeunte, circa annum 1280. aut 1295. (*MANNI* p. 73.) inventa ſunt conſpicilla. Auctorem habent *SALUSNUM* de *ALMATIS*, ſecundum *DOM. MARIAM MANNI* in *Opuſc. Scientif.* T. IV. & in proprio Libello *degli occhiali da naſo* edito Florent. 1738. 4. ubi pro teſte producit hujus Viri epitaphium p. 65. Nam *ALEXANDER* de *SPINA* quem *REDUS* in Epiſtola ad *CAROLUM DATUM*, Florent. 1678. 4. pro inventore propoſuerat, ea vitra inventa ab alio unice ex ingenio ſuo imitatus eſt, ut ex alia *REDI* epiſtola adparet. In Libro ſuppoſititio *EROTIS* Magiſter *GERALDUS* citatur, qui ſpecillis vitreis uſus fuerit, & legerit litteras minutiſſimas. Pro myopibus vero perſpicilla minutas litteras reddentia adhibuit *C. GESNER Epiſt.* p. 136. b. & obſervavit, conſtantes eſſe myopum oculos, neque ætate lædi.

* *BENEVENTUS GRARSUS de oculis eorumque ægritudinibus & curis*, Venet. 1500. 4.

J. CARPUS puncta lacrumalia habet, & pinguedinem, quæ tarſum humectet (*Iſag.* p. 58. b.) quo nomine videtur glandulam lacrumalem ipſoſque ferte ductus intelligere.

ANDREAS VESALIUS oculos animalium unice ſecuit, unde multiplex confuſio, & muſculus ſeptimus provenit, quem ne monitus quidem in *Examine Obſerv. Fallopii Ob.* 126.) deferere voluit. Muſculos tamen oculi a dura membrana deduxit, porum nervi optici negavit, argumentum attulit, ut doceret eos nervos non ad alternos oculos venire. p. 538.

GABRIEL CUNEUS glaucum colorem a capſula lentis mutata fieri poſſe, aut a lente ſiccata ex ſenio, monuit in *Apologia pro VESALIO* p. 42.

GUILIELMO RONDELET trochleam oculi inventam tribuit *RIOLANUS* in *SPIGELIUM* p. 740.

* *SIMON PORTII* Lib. *de coloribus oculorum*, Florent. 1551. 4.

J. FRANCISCI de oculorum fabrica & coloribus carmen, VVittemb. 1556. 8.

REALDUS COLUMBUS innominatam membranam, ex coaleſcentibus muſculorum tendinibus factam, ſibi tribuit, muſculos mirifice deſcripſit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS ſubtiliter oculum diſſecuit, ut ex Tabula XL. adpareret, ubi expreſſit vaſa choroideæ & retinæ, & punctum centrale nervi optici, & circulum album choroideæ ex quo ea membrana provenit. Muſculos etiam a membrana, quidem nervi optici ortos, in T. XXXIX. recte exprimit, ut *VESALIUM*, ut videtur corrigat. Neque aut trochleam, aut levatorem palpebræ, ignoravit, quem ipſe *VESALIUS EUSTACHIO* tribuit, cum ait, Romana ſe diligentia excitatum eum muſculum reperiſſe *Exam. obſ. Fall.* p. 48, Nervos, quos T. XVIII. propoſuit, alibi laudavi. Fabricam nervi optici ex lamellis factam in piſce breviſſime deſcripſit.

GABRIEL FALLOPIUS in eo felicior fuit *BARTHOLOMÆO*, quod ipſi contigerit ſuas obſervationes edere. In iis ergo palpebræ levatorem, & muſculorum veras origines & inſertiones, & puncta lacrumalia, indeque ad nares patentes vias proponit, quæ ab eo videntur repetiſſe *TAGLIACOTIUS*, *FRANCO* (*de herniis*) p. 227. *GUILLEMEAU de oculorum morbis* L. VII. c. 4. & alii. Sed inverſum iter lacrumarum docuit *FALLOPIUS*.

VIDUS VIDIUS, diſcipulus *FALLOPII*, cartilaginis (p. 76.) nomine palpebram tertiam *MORGAGNIANAM* deſcripſit, & trochleam primus, ni fallor, depinxit, & palpebræ levatorem.

J. BAPT. DOLÆ in anatomen oculorum humanorum tabulæ a GAL. &c. collectæ, Bonon. 1568. fol. *

CONSTANTIUS VAROLIUS de nervis opticis in Neurologicis laudatus eſt.

J. C. ARANTIUS ſibi inventum an. 1548. levatorem palpebræ tribuit.

J. B. CARCANUS in L. *anatomicorum* II. *quo de muſculis palpebrarum & oculorum diſſeritur*, Turin. 1574. 8. deſcribit muſculum orbicularem palpebræ, & levatorem & trochleam, & paſſim *VESALIUM*, *COLUMBUM*, *FALLOPIUM* etiam corrigit. Glandulam lacrumalem humiditatem generare obſervat, puncta lacrumalia deſcribit, & meatus coeuntes, & viam ad nares.

FRI-

FRIDERICI PETRI doctrina de oculo & modo viſionis repetita & illuſtrata, Lipſ. 1576. 8. (*BL. LEHM.* & *RIV.*)*

FELIX PLATER primus, cujus nomen mihi notum ſit, veram utilitatem retinæ adſeruit, & ſedem viſionis eſſe confirmavit, abrogata lentis dignitate. Sed *VESALII* jam tempore aliqui fuerunt, qui organum viſus in retina ponerent, etſi id minime placeat *VESALIO* p. 517. 806.

GEORGII BARTISCH augendienſt, Dreſdæ 1583, fol. & alias. Figuras & anatomen oculi habet, pro ſeculi genio.

SALOMON ALBERTI in Diſſ. *de lacrumis* quæ exſtat cum orationibus VVittembergæ 1590. 8. excuſis, & recuſa in meis Diſſ. vol. IV. multa accuratius docuit de punctis lacrumalibus, eorum *helicibus* in ſinum communem euntibus, via ad nares craſſiorem partem lacrumarum deducente.

NIC. PRÆTORII determinatio phil. med. de viſu, viſus organo & ejuſdem nocumentis, ſuffuſione maxime & curatione ejus dogmatica, Baſil. 1590. 4.*

JULIUS CASSERIUS glandulas, quæ vulgo dicuntur a *MEIBOMIO*, in iconibus oculi depinxit, membranam *COLUMBI* innominatam refutavit, de oculo, uti notum, integrum in *pentaſtheſyo* librum ſcripſit.

ANDREÆ LAURENTII diſcours de la conſervation & de l'excellence de vue, Rotomagi 1615. 12. (*WOOLH.*) recuſus ab *ÆMILIO PARISANO* cum adjecto *ſetaceo* ſive obſervationibus criticis, Venet. 1638. fol. *PARISANUS* ibi docet humores oculorum excrementa eſſe, viſionem fieri radiorum emiſſione, *&c.* Prodiit etiam *LAURENTII* opus Anglice 1599. Londini.*

Citatum *LAURENTII* opus prodiit Monachii 1618. 12. verſum a *J. THEOD. SCHOENLINO* cum titulo *diſcurſus de nobilitate viſus ejuſque per diætam & medicamenta conſervandi vera methodo*. *RIV.* Anglice autem anno quem diximus, prodiit cum titulo *of the preſervation of ſigth*. *AMES*.

J. B. PORTA a *BARTOLO de ſono* p. 88. *FABRO* ad *HERNANDEZ* p. 473. aliiſque habetur pro auctore teleſcopiorum, neque caſu, ſed per philoſophica tentamina inventorum. *FRIDERICUS CÆSIUS*, & *JOH. FABER* pariter Lyncei, ille teleſcopii nomen, hic microſcopii invenit (ad *HERNANDEZ* p. 473. 474.)

J. B. CORTESIUS apud *ALDROVANDUM* in *Ornithol.* I. p. 226. habet in aquila oſſifraga membranam nictitantem, & præterea uveæ membranam tenuiſſimam & pellucidiſſimam, rudimentum, ni fallor, membranæ pupillaris.

HIERONYMUS FABRICIUS ab *AQUAPENDENTE de viſione, voce, auditu*, Venetiis 1600. fol. (*DOUGL.*) Francof. 1614. fol. cum iconibus. In oculis nihil, quod nunc occurrat, invenit.

LÆLII a FONTE de modo viſionis, Francof. 1609. 8. *

* *JACOBI SCHALLINGII ophthalmographia*, Francof. 1615. fol.

JACOBI SCHALLINGII l. c. prodiit etiam Erfurt. 1615. fol. Auctor de ſecta roſeæ crucis fuit, mirus homo, anatomen etiam cum iconibus *VESALII* & uſum partium tradidit.

JOH. KEPLERI in *Paralipomenis ad Vitellionem Opus*, in quo viſionis modus & humorum oculi uſus contra vulgares opticos & anatomicos defendit, Francofurti prodiit, 4. 1604. Poſt *PLATERUM* veritatem ſuſcitavit, in retina nempe pingi, tamquam in charta, objectum viſionis, cryſtallinum autem corpus lentis convexæ munere fungi. *IDEM* ſcripſit *Dioptricam*, quæ prodiit Auguſtæ Vindelic. 1611. 4. *WOLFIO* teſte, & alias, nam editionem legi Londinenſem 1653. 8. quæ cum *GASSENDI Aſtronomia* prodiit. Ad naturam presbyopiæ & myopiæ, vireſque refractiles humorum propius acceſſit, focum lentis definivit, oculum mutabilem eſſe a priori oſtendit, proceſſus ciliares retinam a lente removere oſtendit.

J. KEPLERI Dioptrica prodiit etiam Lond. 1683. 8. quæ mea eſt editio.

CHRISTOPHORI SCHEINER Oculus ſive *inſtrumentum opticum ... quo ex oculi anatome radius viſualis eruitur, ſua viſione in oculo ſedes decernitur, anguli viſorii ingenium aperitur*, Oenipont. 1619. 4. Pulcherrimo Libro *KEPLERI* veſtigiis inſtitit, ſedem viſionis in lente, & cataractæ in capſula lentis fixit, presbyopiæ & myopiæ cauſas a lentis figura & ſitu deduxit, refractiones definiit, anatomen etiam oculi, præter Geometrica, dedit. Mutabilem

natu-

naturam oculi in figura & ſitu lentis *IDEM* evicit. Unicum uno tempore objectum adparere minime ignoravit. Experimento, nunc notiori, docuit, pingi in retina imaginem.

JOH. MANELPHI de fletu & lacrumis, Romæ 1617.

J. THEODORI SCHONLIN de viſus nobilitate & conſervandi modo, Monachii 1618. 16.*

J. SARDI GUIGONII P. de oculo I. Autopſiologia, Turin. 1619. * (*TAYL.*)

G. F. HILDANUS inter primos, ſi aliqui vetuſtiores ſunt, oculum artificialem deſcripſit *Epiſt.* XVIII.

JACOBI CARANTA de natura viſionis, Savigliani 1623. 4. ad Platonis ſenſum emiſſione viſum fieri contendit.

J. B. RUSCHI de viſus organo, Piſis 1631. 4. *

MARTINI HORTENSII oratio de oculo, Amſtel. 1635. 4.

DANIEL MULLER theoria duorum interiorum ſenſuum viſus & auditus ſpecialis, Lipſ. 1638. (*B. RIV.*) *

FELICIS PLATERI puto junioris, *theoria viſus* Baſil. 1639. 4.

J. DANIEL HORST de oculo, Marpurg. 1641. 4.

P. M. SLEGEL ophthalmographia, Jenæ 1640. 4. (*B. RIV.*) *

J. B. HODIERNA dell' occhio della moſca, Panormi 1644. 4. Microſcopica contemplatio multiplicium in inſectis cornearum.

JOH. MICHAELII de oculi fabrica & uſu, Leid. 1649. 8. Viſionem in lente, ſed magis tamen in ventriculo anteriori cerebri fieri docet.

RENATI DESCARTES in *Dioptrica*, & *de meteoris*, variis annis excuſo libro ad mutationes oculi, refractoriam vim lentis, oculi functionem varia attulit.

JOH. RIOLANUS aliqua hic auxit, orbicularem palpebrarum, ut nuper *JACOBUS PARSONS*, in tres muſculos diviſit, carunculam lacrumalem a glandula vera ſeparavit, &c.

NICOLAUM a *PEIRESC* ex *vita* adparet varia de viſione experimenta inſtituiſſe, menſuras cepiſſe convexitatis lentis in variis animalibus, propria manu multos oculos ſecuiſſe. Ibi etiam *GASSENDI* exſtat opinio, quæ multis placuit, uno nempe oculo nos videre, qui inter duos melior eſſet.

ATHAN. KIRCHER ars magna lucis & umbræ, Rom. 1646. fol.

VOPISCI FORTUNATI PLEMPII Ophthalmographia, Amſtelod. 1632. 4. Lovan. 1638. & 1648. fol. & 1659. fol. Huic editioni *GUTSCHOVII* animadverſiones acceſſerunt. Etſi annos demum 18. natus ſcripſerit eum librum (p. 281.) minime tamen ingloriùm edidit, etſi minus anatomicus ſit. Multum uſus eſt *KEPLERO* & *SCHEINERO*.

THOMÆ BARTHOLINI de luce animalium L. III. Leid. 1647. 8. & Hafn. 1669. 8.

PETRI BORELLI de vero inventore teleſcopii & centum obſervationes microſcopicæ. Hagæ 1655. 4.

CONR. VICTOR. SCHNEIDER Diſp. *de lacrymis*, VVittemb. 1656. 4.

J. THOMASII de viſu talparum Diſp. Lipſ. 1659. 4. Altemburg. 1671. 4.

PETRI PETITI de lacrymis. Pariſ. 1661. 8.

MAUR. HOFMAN Diſp. *de lacrymis*, Altdorf. 1662. 4.

ROB. BOYLE de coloribus, Londin. 1665. 8. Laudavi inter phyſicos ſcriptores. Hic aliqua habet etiam noſtri fori, tum ad chemiam, ubi ex colorum mutationibus ſales definit, tum ad phyſiologiam, ubi refert exemplum viri, qui tactu colores diſtinguebat, &c. *IDEM* in app. ad Librum *de cauſis finalibus* habet obſervationes de morbis oculorum, viſione nocturna, viſione abſque lente cryſtallina, viſione quæ uno oculo fit, viſu cum oculo immobili, viſione in tenebris, oculo felis: In Libro *de frigore* oculum bovis coagulatum & humores in eo coactos deſcripſit.

ROB. HOOKE in *micrographia* oculos muſcarum earumque vires, fabricamque, & aranearum oculos; aquæ, & ſpiritus vini vires refringentes habet: in *experimentis* antiquitates vitrorum, in *poſthumis* fabricam oculi, vires confringentes corneæ, olei terebinthinæ, ſpiritus vini, aquæ, picturam in oculo artificiali, minimum angulum viſibilem, lucis naturam, &c. pro ſuo, quo pollebat, acumine determinavit.

HONORATI FABRI Synopſis optica, Lugduni 1667. 4. & in Tractatu *de homine* legi meretur.

J. DAN. MAJOR oculi declaratio anatomica. Kiel. 1667. 4.

J. B. GRIMALDI Phyſico-matheſin de lumine, coloribus & iride, Bonon. 1666. 4. jam laudavimus in phyſicis.

GUERNERUS ROLFINK in *Diſſertationibus* ſuis *anatomicis* ipſam lentem deprimi in morbis, nervos opticos ſuum latus adire obſervavit, non alternum. *CL. QUARRE'* lentis incraſſationem eo tempore primum introduxerat (*BARTHOLIN.* apud *SCULTETUM* p. 63.) Alii inventum tribuunt *D. LANIER*, & in *hiſtoire de la Chirurgie* legimus p. 204. theſin ejus viri exſtare publice defenſam *an cryſtallino viſio an transfixo fiat meatu*. Annum ignoro.

J. THEOD. SCHENK Ophthalmographia, Jen. 1667. 4. (*B. RIV.*)

HENRICI POWER Experimental Phyſic. Lond. 1664. 4. habet varia de oculis cochlearum, inſectorum, congelatione oculi, lentis nucleo.

In *Philoſophicis Tranſact.*

N. 37. 39. 40. Viſus ſenilis ope tuborum nigrorum reſtitutus: de myopia, &c.

N. 37. 373. 381. 284. Cataractæ in lente cryſtallina exempla.

N. 108. 117. contra porum opticum *ANTONII* van *LEEUWENHOECK Obſ.* & *EJUSD.* n. 108. de humore aqueo, lente, cornea.

N. 147. 159. 166. *G. BRIGGS* de viſione.

N. 164. *TUBERVILLE Obſ.* de oculis.

N. 165. de lentis fabrica.

N. 205. de focis vitrorum omnis generis *EDMUNDI HALLEY.*

N. 240. de oculis cantharidum.

N. 273. *LEEUWENHOEKII* de microſcopiis.

N. 284. tres oculi minores muſcarum.

N. 390. oculus Opoſſi, qui ſole alto minus videt.

N. 293. fabrica lentis in balæna *LEEUWENHOECK.*

N. 322. Vaſa corneæ.

N. 325. *ADAMS* de microſcopiis.

N. 448. &c. experimenta pro *NEWTONO J. PH. DESAGUL.*

N. 361. Teleſcopia unici vitri pro myopibus *DESAGUL.*

N. 399. Cataractæ membranaceæ exemplum.

N. 412. *CHESELDEN* de viſu in juvene, cui cæco nato cataracta depoſita fuerat.

N. 437. de ductubus lacrumalibus *CL. HUNAULD.*

N. 456. de lentibus microſcopicis *LEEUWENHOEKII*. Sed vis earum nimis parva ponitur.

N. 476. de concavitatibus & convexitatibus e microſcopio inverſis.

NIC. STENONIS filius meatus glandulæ innominatæ invenit anno 1961. (*BARTH. Ep.* III. n. 85.) quos *Amſtelodamenſi* ex bove deſcripſerunt. *IDEM* ductus lacrumales bene deſcripſit, quos etiam habet *BORRICHIUS* de *hermet. medicina*, & humorem aqueum in lamellis corneæ contentum (*de muſc. & gland.*), & vorticoſa vaſa Choroideæ.

HENRICUS MEIBOM in *Epiſtola de vaſis palpebrarum novis*, Helmſtad. 1666. 4. *invenit*, aut certe conſtituit, glandulas & ductus ſebaceos palpebrarum. Iter lacrumarum, inverſum a *FALLOPIO*, emendavit.

EDMUNDUS MARIOTTE anno 1668. 4. edidit *nouvelles découvertes ſur la vue*, recuſas in *anciens Mémoires* 1669. p. 102. & Pariſ. 1682. 4. cum epiſtolis *PERRALTI* & *PECQUETI*, & reſponſionibus *MARIOTTI.* Experimento ingenioſo conatus eſt oſtendere revera cæcam eſſe retinam, atque in choroidea ſenſum viſus exerceri, id experimentum a *D. PICARD* paulum mutatum eſt ſine eodem.

JOSEPHI BURRHI de artificio humores oculi reſtituendi, Hafniæ 1669. 4. Mirus homo; Alchemiſta, ſed abſque vera peritia. profugus, quod ex Maria virgine *DIVINIS* perſonis quaternitatem faceret (*DEUSING. append. ad nutrim. elaborat.* p. 355.) neſcio quo arcano, ex Chelidonio compoſito, humores oculi, & in junioribus ipſam etiam lentem reſtituere ſuſcepit, & magno cum plauſu artificium exercuit, donec a *F. REDO* aliiſque demonſtratum eſt, humores oculi abſque ulla Medici arte ſponte renaſci.

Sectæ & novi ordinis caput fuit, a Viennenſibus traditus Pontifici in carcere Caſtelli Sancti Angeli mortuus eſt, ut tamen ei uſus laboratorii permitteretur. *CONNOR deſcr*

Polon.

Polon. I. pag. 139. Cæterum contra *BURRHIUM* ſcripſit *J. DAN. MAJOR conſiderationem phyſiologicam occurrentium in duabus epiſtolis BURRHI*, Kiel. 1669. 4. non valde inutilem.

ANTONII MOLINETTI Diſſertatio anatomico phyſica de ſenſibus, Patav. 1669. 4. Pleraque hic de oculo ſunt. Retinæ adduci lentem a muſculis externis, removeri a proceſſibus ciliaribus: lentis circumferentiis ellipticas eſſe docet. Muſculum peculiarem, inſertum trochleæ a *FRANCISCO BALDUINO* demonſtratum habet, repetitum ab *ALBINO*. In Diſſertationibus *anat. patholcgicis* iconem etiam oculi dedit, & de eo organo fuſe egit, atque eum muſculum omiſit.

J. OTT. cogitationes phyſico-mechanica de natura viſionis, Heidelb. 1670. item *de propriorum oculorum defectibus ad leges mechanicas revocatis*, Baſil. 1671. 4. Promittit potius.

J. A. BORELLI in *oſſ. intorno alla virù ineguale degli occhi GIORN. de' LETTER.* apud *TINASSIUM* ed. p. 1669. p. 11. oculos demonſtravit plerumque inæquales eſſe, ut alter diſtinctiora & majora objecta videat. Præfert ſiniſtrum. Eum autem acutius videre certum eſt. Nempe minus calloſus eſt, cum dextro utamur.

P. de *GOTTYGNIES* in *eodem Diario* p. 139. 140. negat pulchros illos oculos inſectorum eſſe veros oculos, habere enim alios, duos, quos in cimice campeſtri deſcribit.

In *B. N. C. Dec.* II. *Ann. REISELIUS* de multiplici cornea. Obſervationes habet & varia alia in eo *Diario* latent.

PAULI MANFREDI novæ *obſervationes circa uveam oculi & aurem*, Romæ 1674. 4. * & in *MANGETI Bibliotheca anatomica*.

IS. BARROW lectiones opticæ, & geometricæ Cantabr. 1674. 4. In phyſicis laudatur.

GUILIELMI BRIGGS ophthalmographia, ſive *viſionis theoria*, Cantabrig. 1676. 12. Londini 1685. 8. & alibi. Princeps inſtitutum auctoris eſt, oſtendere cur viſus in duobus oculis ſimplex ſit: nempe chordas in nervo optico alias longiores, alias breviores, adeoque diverſo modo tenſas eſſe, ut aliquæ cum aliquibus in utroque oculo conſentiant, diſſentiant aliæ. Tunc ergo unum objectum adparere quando id objectum in fibris homologis utriuſque oculi pingitur.

J. VALENT. SCHEID de viſu vitiato, Argentor. 1677. 4. Erudita Diſſ. *EJUSDEM de viſu* Diſp. alia, Argentor. 1684. 4.

MARCI MAPPI de oculi humani partibus & uſu, Argentor. 1677. 4.

P. CHERUBIN la viſion parfaite, Pariſiis 1677. fol. Fuſe negavit, contra *GASSENDUM*, hominem uno oculo in videndo uti. *IDEM* in *dioptrique oculaire*, Pariſiis 1681. cum priori operi opere excuſa varia habet non abs re v. gr. non in unum punctum imaginem retinæ radios coire, corneæ refractionem eſſe tandem, quæ aquæ, uti per experimentum invenerit.

J. B. VERLE anatomia artificialis oculi humani, Florentiæ 1679. 12. (*Journal des Savans.*) Amſtelodami 1680. 12. Deſcribit oculum vero ſimilem ex vitro, ebore, & membranis factum.

DAN. B. SCHERERS beſchreibung eines kunſt-auges, Nuremberg. 1680. 4.*

SEBASTIEN le *CLERC diſcours touchant le point dans lequel il eſt prouvé que les choſes qu'on voit diſtinctement ne ſont vues que d'un œil*, Pariſ. 1679. 12. Celeberrimus ſculptor oſtendit nos unico oculo videre, cum alioquin in ſpeculo imago ſub diverſis angulis deberet duobus oculis incidere, neque adeo in puncta correſpondentia incidere, neque ſimile objectum adparere. Neque poſſe nos ita videre demonſtrat, ut unus axis opticus ſit alterius director, neque ullum radiorum in oculis penicillum admittit, &c.

A. M. nempe *ALLEN MOULIN anatomical deſcription of the elephant burnd at Dublin together vvith a relation of nevv anatomical obſervations in the eyes of animals*, Lond. 1682. Deſcribit ex bove ligamenta peculiaria oculi in media ſclerotica orta, & in corneam inſerta, quæ pupillam dilatare, lentem retrorſum verſus retinam pellere poſſent.

ALLEN MOULIN l. c. vaſa a ſclerotica in choroideam hinc in vitreum humorem & & lentem euntia deſcribit.

In *JOURNAL DES SAVANS*. Obſervations extant *P.* la *HIRE* an. 1678. (& in *Anciens Mémoires* T. X. p. 610.) An. 1680. Abbas *CATALAN* tres oculos inſectorum minores deſcripſit. An. 1681. Libellæ oculi deſcribuntur. Ibid. an. 1684. *MERY* in fele ſubmerſa viva retinæ vaſa vidit (& in *Anciens Mémoires* X. p. 656.) An. 1685. exſtat methodus, qua oculorum

Tum NUCKII obſervationes de *Ductibus aquoſis & humoribus oculi*, Lugd. Batavorum editæ 1686. in 12. (*a*).

Tum

bonitas aut myopiæ & presbyopiæ gradus inveniri poteſt. An. 1689. Monachus tres oculos inſectorum *CATALANI* negat.

GUENELLON in *nouvelles de la République des Lettres* 1686. glandulas & ductus adnatæ piſcium, cellulofitatem humoris vitrei, membranam inter choroideam & retinam, quæ impediat omnem a retina ad choroideam radiorum commeationem, contra ſyſtema *MARIOTTI* valide pugnantem, fibras radiatas retinæ, & alia utilia deſcripſit.

P. ANGO l'optique diviſée en trois livres, Pariſ. 1682. 12. Pro retina in choroideam dixit. *

J. DUVERNEY in *Journal de Médecine* 1686. glandulam lacrumalem inferiorem ex homine relegat ad animalia, quibus tres palpebræ ſunt: Idem in *Anc. Mém.* X. muſculos palpebrarum ſatis peculiariter deſcribit.

AUG. QUIR. RIVINI de viſu, Lipſ. 1686. 4. fig. *EJUSDEM an emittendo an recipiendo fiat viſio* 1675. *

ANT. le *MOINE an viſionis primarium inſtrumentum retina*, Pariſ. 1681. 4. *PL.*

ANTONII le *MOINE* & *EMMERETZ*, *Ergo viſionis primarium inſtrumentum eſt retina*, Pariſ. 1681. fol.

F. JOH. ZAHN oculus artificialis teledioptricus, Herbipoli 1685. fol. 2. vol.

P. PERRAULT du mouvement des yeux quod eſt inter *eſſays de phyſique* T. IV. oculos immobiles eſſe contendit. Alibi in *Mécanique des Animaux* oculos avium & palpebram tertiam deſcripſit mobilem. In epiſtola contra *MARIOTTI* opinionem adtigit, qua ad arteriolam centralem nervi optici experimenti *MARIOTTIANI* conatus refertur.

SAM. COLLINS ad nervos opticos in animalibus decuſſatos & non decuſſatos omnino legi debet.

(*a*) *ANTONII NUCK de vaſis aquoſis oculi*, Leidæ 1685. & *ductuum aquoſorum anatome nova* cum ſialographia edita an. 1690. 8. Ductus ex Carotide ortos, ſecernentes humorem aqueum deſcribit, & in poſteriori Libello defendit.

J. DAN. DORSTENII de oculo, Marburg. 1687. 4.

J. H. MEIBOM de fluxu humorum ad oculos naturali & præternaturali, Helmſt. 1687. 4.

J. DAN. MAJOR de oculo humano Chamæleontis & aliorum animalium, Kiel. 1690. *

ANDR. PETERMANNI de viſu, Lipſ. 1690. 4. * (*B. RIV.*)

ZACHARIÆ TRABER nervus opticus, Vienn. 1690. fol. nempe optica, catoptrica & dioptrica, & oculi brevem fabricam.

WARNER CHROUET de trium humorum oculi origine, formatione & nutritione Ed. II. Leodii 1691. 12. Ductus aquoſos *NUCKII* arterias eſſe, & docet, & defendit contra poſteriorem *NUCKII* Libellum. Multa præterea utiliter vidit, celluloſam fabricam humoris vitrei, analyſes lentis & humoris aquei, membranam, quæ iridem claudit, in catulis recens natis vidit.

Contra *CHROUETUM* equidem *defenſionem ductuum aquoſorum*, Leidæ 1691. 8. edidit *NUCHIUS*, cum *ſolutionum apologeticarum* (*CHROUETI*) *everſione* per M. van *REVENHORST*. Sed ea theoria nunc exolevit.

In *BERNARDINI GENGA anatome chirurgica* deſcribitur muſculus peculiaris depreſſor palpebræ.

J. N. PECHLIN in obſ. 33. *L.* II. vidit ex cæcis lentes opacatas gypſeas extractas fuiſſe.

P. VERHEYEN oculis gelatis ad humores exprimendos uſus eſt apud *PALFYN anat. Chirur.* Ed. II. p. 392.

G. W. WEDEL de nyctalopia, Jen. 1693. 4. obſervationes habet etiam proprias.

PHIL. de la *HIRE de divers accidens de la vue*, Pariſ. 1694. fol. Etſi oculum immutabilem faciat, hactenus a noſtra opinione alienus plurima tamen pulcherrima habet de myopia, presbyopia, ejuſque cauſis, de menſura virium oculi, de judicanda diſtantia.

P. de la *HIRE* l. c. prodiit recuſus nuper cum *Mémoires de l'Acad. avant le renouvellement*.

C. HU-

Tum Clariſſimus HOVIUS in diſſertatione inaugurali Ultrajecti habita *de oculo*

Aaaa 2

C. HUGENIUM de la lumiere laudavi in phyſicis, hic inprimis repetendum.

G. COWPER oculorum muſculos & in priori & in poſteriori myologia depictos dedit, in officia noviter inquiſivit.

G. BIDLOO in magna anatome proceſſus ciliares aliaſque oculi partes pinxit. In Libro *de oculis*, Leidæ 1715. 4. anatomen comparatam oculorum animalium, & talpæ, & inſectorum habet.

MARCELLUS MALPIGHIUS in Libro *de cerebro* dixit de faſciculis medullaribus nervi optici, in *poſthumis* imaginis in retina depictionem deſcripſit.

Glandula nova lacrumalis *HARDERI* ex cervo deſcribitur in *A. E.* 1694. n. 2. Eam *HEUCHERUS* etiam habet & *HORSTIO* tribuit; tum *J. M. HOFMANNUS*, cum ductu excretorio circa initium membranæ nictitantis aperto *Idea mech. hum.* p. 268.

NICOLAI HARTSOEKER omnino laudabilis *dioptrica* anno 1694. 4. Pariſ. prodiit, cum obſervationibus microſcopicis.

J. C. STURM de viſionis organo & ratione genuina, Altdorf. 1676. 4. *PL.* EJ. *oculus theoſcopus* 1678. *EJUSDEM tergeminum par problematum de ſenſu unius geminato*, Altd. 1686. 4.* *de loco imaginum a ſpeculo repræſentatarum* 1693. *de presbyopibus & myopibus* 1697. 4. *de ſenſu viſionis nobiliſſimo*, Altd. 1699. 4. Multa utilia habet de loco imaginis viſæ, de motu, magnitudine, figura. In Diſſ. *de oculi comparatione cum camera obſcura* aliqua de motu ligamentorum ciliarium habet, de imagine in retinam incidente.

WOLFG. ERN. WAGNER de oculo, Altd. 1698. 4.

WOLFG. ERN. WAGNER de oculo delicatiſſimo machinæ humanæ organo, Altdorf. 1698. Diſp.

J. MERY in *Journ. de Med.* 1697. in caruncula lacrumali multas parvas glandulas cum ductubus ſecretoriis detexit.

In *Journ. des Sav.* 1699. burſa lentis cryſtallinæ avium deſcribitur. (& in diſſectionibus animalium).

BAYLEUS in ſuo *corpore animato* mutationem oculi pro objectis varie diſtantibus ex machina pro oculo artificiali inſerviente demonſtrat. Muſculos corneam convexionem facere credit.

In *Mémoires de l' Académie des Sciences* huc pertinent

In *Anciens Mémoires* tapetum ſive membrana Ruyſchiana in Leone, palpebra avium tertia. Burſa uti diximus.

In *recentioris Acad.* Monumentis an. 1699. *MARIOTTE* de coloribus poſt viſum ſolem apparentibus.

1704. & 1710. *MERY* de iride.

1706. De lente cryſtallina.

La *HIRE* de oculi immutabili indole.

1707. La *HIRE* de refractione vitri.

1708. La *HIRE* optica & de viſu.

1709. *IDEM* contra *MARIOTTUM*.

1711. *MERY* de organo viſus & nervi optici fabrica & 1712. de iride felis ſub aqua merſæ denuo. An. 1713. *EJUSDEM* obſervationes de cataracta, experimenta in nervo optico, obſſ. de glandulis in circumferentia exteriori iridis.

J. B. WINSLOW de muſculis oculi & iride 1721.

1722. *MORAND* de duobus generibus cataractæ.

J. L. PETIT de cornea 1722. menſura camerarum oculi 1723. *EJUSDEM* anno 1725. obſſ. de cataracta. An. 1726. deſcriptio oculi hominis & animalium nonnullorum, de adnata, de cornea obſſ. An. 1727. *EJUSDEM* de oculorum cum nervo intercoſtali nexu, de viſu infantum, ganglio ophthalmico. An. 1728. de oculorum fabrica, cornea, &c. muſculis. An. 1730. de lente cryſtallina. An. 1735. de oculo galli Calecutici. An. 1737. de oculis teſtudinis.

J. L. PETIT de lacrumarum reſorbtione & viis.

1738. & 1741. *FERREIN* de vaſis lymphaticis uveæ. Contra ea in *lettre ſur la formation de la*

de la voix monet *BERTINUS*, quæ citabitur dudum nota fuiſſe, ſed reſpondet in epiſtola *D. MONTAGNANT*.

1739. *LE CAT* de oculo obſervationes.

1741. *DES MOURS* de fabrica cellulari humoris vitrei, de cornea.

1743. *BUFFON* de cauſa ſtrabiſmi, de coloribus accidentalibus qui ante oculos verſantur.

LAUR. ROBERG in Diſſ. *de inventis anatomicis recentiorum & eorum in medicina uſu*, Upſal. 1700. 4. Iconem propriam, microſcopio auctam dedit, glandularum & ductuum ſebaceorum palpebræ. In Diſſ. *de cataracta* 1722. 4. pro membrana cataracta pugnat.

JOS. de la *CHARRIERE* in *anatomie de la tête* de ſenſibus & de oculo fuſe agit.

P. G. SCHACHER de cataracta, Lipſ. 1701. 4. primus, quantum novi, habet ganglion ophthalmicum.

JOH. GOTTSCHED de luce & coloribus, Regiom. 1701. *EJUSDEM de viſus modo finiendi* 1702.

CONR. JOHRENII de viſu integro & corrupto, & in ſpecie de gutta ſerena, Francofurti ad Viadr. 1701 4.

D. PUGET in *Journ. de Sav.* 1702. 1704. 1706. multiplices oculos inſectorum ex muſcarum genere deſcribit.

WILH. ULR. WALDSCHMID de coloribus objectis coloratis non inexiſtentibus, Kiel. 1703. 4.

J. H. SBARAGLI in *oculorum & mentis vigiliis* aliqua habet de inverſione cavi & convexi, quæ a lentibus vitreis oritur.

CHR. WARLITZ ſcrutinium lacrumarum, VVittemb. 1705. 8. Nihil præter titulum huc pertinet.

J. B. MORGAGNUS plurima in oculis invenit, correxit, in *Adverſ.* I. IV. VI. *Epiſtolis* XVI. XVIII. XIX. Palpebram tertiam, carunculæ lacrumalis glandulas, vias lacrumarum ad nares, exiguitatem cameræ poſterioris, refutationem ductuum conſpicuorum innominatæ glandulæ, vires muſculorum oculi, cataractæ veram ſedem declaravit & alia. Anulum moderatorem nervi optici, propoſitum a *VALSALVA* in *Diſſ. poſth.* II. veri amantiſſimus deſeruit. Pro nova de cataracta opinione etiam *VALSALVA* experimenta habet.

GUILIELMI COWARD ophthalmiatra, Lond. 1706. 8. Nihil legi, niſi acerbam cenſuram *WOOLHOUSII*. Videtur arcana amaſſe.

J. A. SLEVOGT de oculis. Jen. 1706. 4.

ANTONII MAITRE-JAN traité des maladies de l'œil, Troyes 1707. 4. Pariſ. 1741. 12. Notum eſt, primum aut inter primos cataractæ ſedem in cryſtallina lente poſuiſſe ab hominum memoria, cum *REMIGII LASNIER* & *QUARREI* opiniones exoleviſſent. Deſcriptionem etiam dedit oculi, in qua membranam paradoxam, nobis ignotam propoſuit. Lentis flavedinem vidit, fibras deſcripſit.

F. HAWKSBEE vires refractrices lentis, & aquei in *Phil. Tranſ.* 328. deſcripſit, refractionem radii a vacuo in aerem illapſi defendit, &c.

J. BRISSEAU de la cataracte & du glaucome. Tornaci 1706. 24. * Pariſ. 1709. 8. Liber anno 1705. ſcriptus eſt. Cataractam non viſo Libro *ANTONII*, in lente poſuit, & oculum deſcripſit.

G. ERN. STAHL. de fiſtula lacrumali, Hall. 1707. ubi *ANELLIANORUM* ſiphonum certe idea habetur.

ALEX. le *FRANCOIS poteſtne ſtare viſio abſque cryſtallino?* Pariſ. 1708. 4. *

GEORGII BERKLEY (poſt ea tempora Epiſcopi) *Eſſay tovvard a nevv theory of viſion*, Dublin. 1708. 8. Lond. 1709. 8. 1733. 8. Gallice & Italice verſus 1732. Cum *DEUM* aiat arbitrarium nobis cum rebus mundanis feciſſe quaſi ſermonem mutuum, plurima habet valde ſingularia. Viſibilia a tangilibus ſeparat, negat illa ſolita de angulo viſorio, diſtantias a ſola debilitate objectorum, magnitudinem & erectionem ab experimento judicari docet, &c.

HERMANNI BOERHAAVE de Morbis oculorum lectiones poſthumæ editæ, Gottin. 1746. 8. Satis corruptum & vitioſum exemplar, neque ita tamen abſque utilitate, ſive phyſiologiam oculi, ſive curationes reſpexeris. Cataractæ veram ſedem inter primos recepit cum eas prælectiones an. 1708. habuerit.

A brief treatiſe of the Eyes by *WILLIAM CROSSE*, Lond. 1708. 12. Anatomen oculi habet; ſed compilatio videtur, ex cenſuris. *

Inter

culo, ubi plura egregia habet, quamvis non omnia admittantur (*a*).

FRE-

Inter *G. A. HAMBERGERI* diſſertationes exſtat *de opticis oculorum vitiis*.

J. PALFYN ad verſionem operis *MAITREJEANI* varia anatomica adjecit, quæ inprimis a *DUVERNEYO* habuit.

In *Miſcellaneis Berolinenſibus* varia huc pertinent ut in T. III. *CL. LUDOLFI* hiſtoria cataractæ, quæ *VIGNOLIO* ſponte delapſa fuerat, qua occaſione etiam agit de viribus refractricibus humorum oculi. Tum in Cent. III. *A. VATERI* de ductubus ſebaceis oculorum obſervationes & de viis lacrumarum, quas ſubtilibus foraminibus etiam alia, quam communi via, in narium cavitates credit ſtillare. In T. VI. cataractæ membraneæ depoſitio habetur.

AUG. FRID. WALTHER de lente cryſtallina, Lipſ. 1712. 4. & in *Coll. Diſp.* noſtra Vol. IV. egregia habet de viribus refringentibus humorum oculi experimenta.

SEB. le *CLERC* citatum ibi opus nonne idem eſt, quod recenſuimus ad annum 1679.? in *addendis*.

SEBASTIEN LE CLERC ſyſtême de la viſion, Pariſ. 1712. 8. Uno nos oculo videre, & unicum punctum, unico radio, nec oculum mutari pro diſtantiis, nec radios oculos ſubire, ſed unice ferire corneam, &c.

DOMINIQUE ANEL nouvelle méthode de guérir la fiſtule lacrimale & recueil de diverſes pieces, Turin. 1713. 4. Hiſtoriam quidem ductuum lacrumalium, eo tempore minus cognitam, ſatis accurate propoſuit, & poſt aliquas cogitationes *STAHLII*, ſubtilia inſtrumenta ad curationem invenit. Verum lites, quas aluit cum *D. SIGNOROTTI* tædium faciunt. Scripſit autem *SIGNOROTTI lettera nella quale il S. riſponde a M. ANEL*, Genova 1715. & *critiche della critica convinta* ibid. 1713. 4. & alios Libellos.

PETRI KENNEDY ophthalmographia, Lond. 1713. 8. & *ſupplement to his ophthalmographia*, 1739. 8. Anatome non optima eſt, niſi quod circulum uveæ ex *RAVIO* habet. In poſteriori volumine varia contra *D. PORTERFIELDS*, *JURIN*, *SHARP*, *CHESELDEN*, *BRAKEN* & alios objicit.

C. SIG. GAKENHOLTZ de viſione per cataractam impedita, Helmſt. 1713. 4. Non abſque experimento ſcripſit, & contra *PITCARNIUM* oſtendit, objecta proxima omnino repræſentari in oculo, confuſius equidem.

ARCHIBALDI PITCARNE Diſſ. II. *de theoria morborum oculi*. Vitia humoris aquei negat in retina impreſſionem facere, calculo geometrico adducto.

EL. HOPPE de palpebris, Baſil. 1715. 4.

ANDR. WEBER veſtigia ſapientiæ divinæ in oculo conſpicua, Amſtalt. 1715. *

AUGUSTIN GRISCHOW Polychreſta ophthalmographiæ methodicæ, Jen. 1716. 4. *

G. W. WEDEL de viſione qua fit oculo gemino, Jen. 1714. 4. & in *Collect. Diſp.* vol. IV. varia utilia habet, & utroque oculo nos uti demonſtrat.

In *W. DERHAM Phyſical Theology* multa ad teleologiam oculi & ejus anatomen comparatam pertinentia exſtant.

In *VIEUSSENII Traité des liqueurs* p. 271. utique exſtant ea, quæ ſibi tribuit *FERREIN*, vaſa lymphatico-nervea uveæ etiam uberius deſcripta, & ſphincter circulus, ut audit, uveæ. Lentem etiam frequentius in cataracta vitiari expertus confirmat.

(*a*) *JACOBI HOVII de circulari motu humorum per oculos apologetica epiſtola ad RUYSCHIUM*, Leidæ 1615. 8. Barbara dictio, experimenta ſuſpecta, ut hiſtoria ductuum aqueum humorem adferentium, quinque laminæ membranæ choroideæ, vaſa corneæ, vitrei humoris, & cryſtallinæ lentis, adeo conſpicua. Invenit tamen, ni fallor, circulum venoſum iridis. Contra *RUYSCHIUM* acriter deſcripſit. Vide in eum criticam *HEISTERI* in vindiciis p. 156. ſeq.

LAUR. HEISTER de Choroidea, Hardervici 1708. 4. & nuper, Helmſtadii 1746. 8. In hac poſteriori editione contra experimentum *MARIOTTI* ſuas obſervationes adtulit, vaſa oculi deſcripſit, &c.

EJUSDEM de cataracta in lente cryſtallina, Altdorf. 1711. 1712. 1713. tribus diſſertationibus, & auctiori Libello *de cataracta, glaucomate & amauroſi*, Altdorf. 1713. 8. collegit

experi-

FREDERICUS RUYSCHIUS in *obſervationibus* ſuis & in *Theſauris* plura; & egregia, nullibi certe reperiunda habet de oculorum tunicis (*a*).

Tum etiam Clariſſimi BRIGGS *Ophthalmographia* in 12. legi poteſt (*b*).

Hi principes ſunt, qui de hac parte videri merentur, nam reliqua apud collectores facile inveniuntur (*c*).

experimenta, quæ demonſtrant, in lente ſedere cataractam. Eam opinionem primus in Germania defendit, & encheireſes addidit. *IDEM* in *apologia ſyſtematis ſui de cataracta*, Altdorf. 1717. 8. in *vindiciis ſententiæ ſuæ de cataracta* ibid. 1719. 8. fuſe contra *NICOLAI ANDRY cenſurarum medicarum* in *Journal des Savans* auctorem, & contra WOOLHOUSIUM, membranaceæ cataractæ patronum novam ſententiam defendit, & longe frequentiores cryſtallinæ lentis morbos, quam membranaceas ſuffuſiones eſſe oſtendit. *IDEM* in *Compendio* oculorum congelatorum icones dedit, cameram poſteriorem minorem eſſe demonſtravit. In Diſſ. *de fiſtula lacrumali* & in *Chirurgia magna* habet icones vaſorum lacrumalium.

CÆL. COCCHI in epiſtola *de lente cryſtallina vera ſuffuſionis ſede*, Romæ 1720. 8. pro nova ſententia argumenta propoſuit.

J. B. BIANCHI de ductibus lacrumalibus novis, Turini 1715. 4.* Leidæ 1723. Enormiter amplos ductus, ſaccum, & naſalem canalem pingit, cum valvula imaginaria, quæ omnia *MORGAGNI* cenſuram meruerunt.

CL. WOOLHOUSE Diſſ. *de cataracta & glaucomate contra ſyſtema Briſſæi, Antonii & Heiſteri*, Francof. 1719. 8. Varia ſunt opuſcula, Epiſtolæ duæ ad *P.* le *BRUN* contra *BRISSÆUM*; aliæ cenſuræ ex *Mercurio Gallico* an. 1707. 1708. 1709. contra *ANTONIUM*, alia contra *HEISTERUM*: epiſtola ad *PALFYNUM*: carmen ad *HOVIUM*: *DANIELIS GEISLER* epiſt. ad *LE CERF* de membranacea cataracta Norimbergæ viſa: cenſura in Librum *HOWARDI*, & programma de 40. operationibus chirurgicis quas in oculo ſuſcipit *WOOLHOUS*. Summa rei eſt, clamore artibuſque non optimis defendere cataractam membraneam in utraque oculi camera, ut in lente raro & immedicabili cum morbo ſit. *IDEM* variis locis varia alia ſcripſit. Ita an. 1718. *GEISLERI* experimentum edi curavit. Anno 1725. 4. dedit *diſquiſitions phyſiques & anatomiques ſur l' expérience de M. HEISTER, qu' il avoit trouvé plus d' humeur aqueuſe*, &c.* Experimenta conglaciationis *HEISTERIANA*, ut in cadavere animalis facta refutare conatur. Anno 1726. de cryſtallina lente obſervationes & an. 1728. muſculi pathetici diviſionem in duos tendines deſcripſit. *IDEM* an. 1726. edidit *obſervations ſur le Mémoire de M. MORAND touchant la cataracte*.*

HENRICI PEMBERTON de facultate oculi qua ad diverſas rerum conſpectarum diſtantias ſe accommodat, Leidæ 1719. Credit ipſam lentis ſubſtantiam fibras continere, quæ figuram mutent pro diverſa objecti diſtantia.

H. PEMBERTON citata diſputatio recuſa eſt in *collect. Diſp.* Tom. VII.

PETR. BECKER de duplici viſionis organo, dioptrico & catoptrico, Roſtoch. 1720. 4.

(*a*) *FREDERICUS RUYSCHIUS* pro magna ſua induſtria multa in oculo invenit & inprimis in Ep. XIII. & Theſ. II. propoſuit papillas & vaſa palpebrarum, circulum uveæ venoſum & arterioſum, arteriolarum reptatum per Choroideam, per eam internam ejus faciem, quam Ruyſchianam vocavit, aliaſque oculi ſubtiliores particulas.

(*b*) Jam citatus.

(*c*) *J. W. PAULI* ope ſiphonis ſui corneam in 16. laminas ſeparavit.

J. H. FREYTAG de cataracta, Argent. 1721. 4. Pro membranacea cataracta.

D. PINSON in *obſervations ſur la cataracte & le glaucome faites a Tubingue*, in *JOURNAL DES SAVANS* 1722. M. Julio recenſis, exemplum habet cataractæ membranaceæ.

L. P. THUMMIG in *verſuch einer gründlichen erklärung*, &c. Hall. 1723. 4. agit de viſu nocturno a læſione oculi, cum ejus ſanatione evaneſcente. In II. *Verſuch* hiſtoria viſus per nares, habetur, qualis a *SENNERTO* etiam deſcribitur.

A. VATER de duobus vitiis viſus rariſſimis, VVittemberg. 1723. 4.

J. DOM. SANTORINI experimenta contra decuſſationem nervorum opticorum profert.

In *J. Z. PLATNER* Diſp. *de fiſtula lacrumali*, Lipſ. 1724. 4. deſcribuntur ductus & ſaccus lacrumarum.

J. A. KULMUS poſt Tractatum *de monſtro* & in *Breslavienſibus collectionibus* 1722. deſcripſit ſecundum muſculum trochlearem ſibi viſum.

ANTON. EMANUELIS a *ROSSET de viſu*, Baſil. 1725. Diſp.

JAC. GERING praxis vitia partium oculi cognoſcendi & curandi, Meiſſen 1725. 4. * *PL. EJUSDEM de diſtantia lentis convexa ab oculo, in qua objectum ſub maximo angulo apparet*, Meiſſen 1726. 4.

CL. NOGUEZ in ſuo *compendio* ganglion ophthalmicum habet.

In *Diario TRIVULTIANO LE MAIRE* an. 1727. microſcopicas de oculo obſervationes propoſuit, neſcio quas catenas pendulas lentis, & ejus vaſa pellucida, papillas uveæ deſcribit. Anno 1733. diſſertatio habetur, an poſſit capſula ſeparari ſine deſtructione lentis, quod negatur. An. 1739. varia objiciuntur contra *NEWTONI* experimenta & fixum colorum numerum.

De *S. YVES Traité des maladies des yeux*, Pariſ. 1723. 8. Habet anatomen oculorum *WINSLOWIANAM*.

CL. BOUGUER Eſſai d'optique ſur la gradation de la lumiere, Pariſ. 1729. 12. Lucis debilitationem, dum per aërem, vitra, & media varia tranſit, cauſam opacitatis, ſolaris lunariſque lucis rationes docet.

F. PETIT Lettre I. & II. dans laquelle il eſt demontré que le Cryſtalin eſt fort près de l'uvée, Pariſ. 1729. 4. Et *troiſième Lettre ou réfléxion ſur les découvertes faites ſur les yeux*, Pariſ. 1732. 4.* quæ videntur eædem eſſe cum *Lettres de M. PETIT contenant des réfléxions ſur les découvertes ſur les yeux*, Pariſ. 1735. 4. nam neutras legi. Cum *WINSLOWO* de quibuſdam inventis pugnat. *IDEM* in *Epiſtolis* illis an. 1710. editis analyſin dederat humorum oculi. Circulum, uti notum eſt, lentis cryſtallinæ, veras dimenſiones camerarum oculi, & alia ſubtilia in oculo primus detexit.

P. PETIT in *lettres* I. & II. reſpondet *HECQUETO*, dat oculi menſuras, oſtendit in recepta adminiſtratione ſemper perforari lentem & deſtrui, docet aperire capſulam lentis, eamq; per ejus rimam eximere, deponere in anteriorem oculi partem. Cameram poſteriorem breviſſimam eſſe oſtendit.

J. PALFYN in ſua *chirurgia DUVERNEYUM* ait vaſa adducentia humoris aquei demonſtraſſe.

J. BUXTORF de viſu, Baſil. 1728. 4.

C. G. MOEHRING de viſu, Leidæ 1729. 4.

C. G. MOEHRING in citata diſp. ex *ALBINO* duas laminas retinæ deſcribit, ſcleroticam a dura membrana oriri negat, &c.

J. CASP. SCHOBINGER de fiſtula lacrumali, Baſil. 1730. 4. habet deſcriptionem viarum, & de novo muſculo ſacci lacrumalis conjecturam.

BENEDICTI DUDDELL treatiſe on the diſeaſes of the horny Coat, Lond. 1729. 8. Oculi deſcriptio brevis, cum ganglii tamen ophthalmici memoria. Epidermidem conjunctivæ demonſtrat, & corneæ opacitatem, quæ poſt 16. annum accedit.

BEN. DUDDELL. l. c. membranam cryſtalloidem ab arachnoidea ſeparat, quod tantum anteriorem partem lentis tegat, &c.

Inter *LANZONI* Diſſert. exſtat 13ma. *de viſione*.

In *Comm. Bononienſium* T. I. *CL.* viri *ZANOTTI* & *ALGAROTTI* experimentis confirmaverunt theoriam *NEWTONIANAM*: *CL. STANCARI* nervos opticos tot eſſe in oculis inſectorum, quot corneas, eſſeque adeo veros oculos oſtendit. *IDEM* in *ſcholis mathematicis* (vid. *GIORN.* de' *LETTER.* T. XVIII.) ad experimentum *MARIOTTI* reſpondit. In iiſdem *GIORN.* de' *LETTER.* Suppl. I. *RIZZETTI* ſyſtema refractionum habetur, oppoſitum *NEWTONIANO*.

In T. II. P. I. habentur variæ utiles *P. P. MOLINELLI* ad ductus viaſque lacrumarum obſervationes. Motum periſtalticum ductulis lacrumalibus tribuit.

In *Petropolitanorum* T. I. *D. BERNOULLI* ſubtiliori modo repetiit experimentum *MARIOTTI* in T. VII. *JOSIAS WEITBRECHT* de muſculo orbiculari palpebrarum egit, & *IDEM* in *ſyndesmologia* T. 26. ligamentum palpebrarum expreſſit.

In *Edimburgenſium Actorum* T. III. *ALEXANDER MONROO* de viis lacrumarum egit. In Tomo IV. *CL. PORTERFIELDS* fuſe de oculi morbis ſcripſit, mutabilem eſſe oculum adſeruit, non tamen ab externis muſculis, ſedem macularum conſideravit, multum uſus a *HIRIO* & *REGIO*. In T. V. Cataractæ in lente hiſtoria exſtat.

CL.

CL. DES MOURS in ſua editione *Actorum Edimburgenſium* T. I. varia bona ad oculum attulit; & inter alia experimentum, uno oculo diſtantias male æſtimari. Uveæ fibras nervoſque deſcribit.

J. F. SCHREIBER de fletu, Leidæ 1728. 8. Lipſ. 1729. 8. ſupra laudatus eſt.

Inter *PHIL. HECQUETI* opuſcula cum Libro *de la digeſtion & des maladies de l' eſtomac*, Pariſ. 1733. edita, exſtat *Lettre V. ſur les maladies des yeux*.

DAV. PARADIES de oculorum fabrica, Leidæ 1731. Diſp.

JOSEPHUS POZZI vidit exemtis humoribus oculi omnibus renatum vitreum & aqueum, non lentem, & obſcuriorem viſum rediiſſe.

PLACIDI de *PUZZOLIS de organo viſorio diſſertationes anatomico philoſophicæ*, Romæ 1738. 4. *EX BRIGGSIO*.

ANTONIUS FERREIN an. 1738. Pariſiis diſputavit de quæſtione *non ergo fiſtulæ lacrumali cauterium actuale*, & vias lacrumarum deſcripſit. *IDEM* Monſpelii 1732. 4. *duodecim quæſtiones* defendit pro cathedra Regia de duplici viſu, de luſcitate ab inæqualibus lentibus cryſtallinis, &c. *IDEM* apud *HENKELIUM* in *Chirurgiſche Anmerkungen* II. retinæ cum capſula lentis nexum ſubtiliter rimatus eſt.

CL. SENNAC in *nov. edit. comm. in HEISTER* foramina corneæ, lentis vaſa ex equo, adnatam corneæ obductam, & alia deſcripſit.

GEORG. THOMSON of the four ſenſes, Lond. 1734. 8. cum aliis anatomicis edita tractatio parum plena eſt.

P. C. van der *MARK de oculorum fabrica* Diſp. Duisburg. 1738. *

JEAN TAYLOR méchaniſme du globe de l' œil, Pariſ. 1738. 8. Pars prima anatomica eſt, & ad recentiſſima inventa conformata. Negat ligamenti ciliaris efficaciam. Contra retinam pugnat pro choroidea, eo inprimis argumento, quod a luce nimia iris claudatur, continua choroideæ. Arterias oculi male deſcribit, & Bibliothecam ſubjecit deterrimam, ubi v. gr. *VAROLII* de nervis opticis Epiſtola ſub titulo *NEROBI* habetur. *EJUSDEM* Traitè *ſur l' organe immédiat de la vue*, Pariſ. 1735. 8. Londini ſub titulo *impartial enquiry into the immediate organ of ſight*, Lond. 1743. 8. recuſus, eandem de ſede cataractæ opinionem defendit. *Conf. diſeaſes of the chyſtalline humour*, Lond. 1736. 8. Situm retinæ mutari concedit, figuram negat.

JEAN TAYLOR primo loco citatus libellus anglice prodiit 1737. ni fallor & Germanice nuper Francof. 1750. 8. recuſus, adjecta brevi anatome oculi, longa vero ſerie morborum.

EJUSDEM etiam eſt *verſuch über die bevvegung der maüslein der augenkugel*, Luſitanice 1740. 8. *über die beſchaffenheit und ſchönheit des auges*, Anglice L. 1744. 8.

JEAN BANIERES de la lumière & des couleurs, Pariſ. 1737. 12. Deſcribit etiam oculum & viſum. *

JAC. de *MAFFE' de oculi conſtructione*, Leid. 1737. 4.

J. ZACH. PLATNER de motu ligamenti ciliaris in oculo, Lipſ. 1738. 4.

ROBERT SMITH compleat ſyſteme of optiks cum notis *JURINI*, Cantabrig. 1738. 4. In I. Libro *populari* facili & laxa demonſtratione utitur ad lentium functiones declarandas, &c. In notis *JURINI* varia ſunt de viſu, qui fit duobus oculis, de judicio diſtantiarum, de paradoxo *BARROWII*. *EJUSDEM JURINI* ſubjectus *SMITHIO* Liber *of diſtinct viſion* extendit limites hujus viſionis a 5′ ad 14′ 5′. & invenit non ſufficere vulgo notas mutationes oculi, hinc advocat ſphinctērem, qui corneam conſtringat, convexam reddat. Lentem vero a ligamentis credit complanari, ob aquam ſub lentis capſula mobilem. Corneæ refractionem recte magnam facit. Muſculum vero priorem optat potius quam demonſtrat. Cæterum & hic & alibi apud optimos Auctores erectio imaginum tribuitur experimento, non bene, cum animalia recens nata, homo, cui nuperrime cataracta depoſita eſt, continuo omnia in vero ſitu videant. Contra hoc ſcriptum *BENJAMIN ROBINS*, Londini 1739. 8. edidit *remarks on . . . . Smiths c. ſyſteme of optiks and on Jurins Eſſay upon diſtinct viſion* *. Reſpondit *J. JURIN* in *reply to ROBINS remarks on the eſſay on diſtinct viſion*, &c. ibid. eod. anno *.

DOMENICO MARIA MANNI degli occhiali da naſo, Florent. 1738. 4. Veteres conſpicilla augentia literas ignoraſſe, *ALEXANDRUM* de *SPINA* autem jam inventam artem calluiſſe, verum autem inventorem eſſe *SALVINUM* de *ARMATIS* docte demonſtrat.

BENJAMIN MARTIN a compendious ſyſtem of optiks, Londin. 1740. 8.

CLIFTON WINTRINGHAM in *experimental enquiry on ſome parts of animal ſtucture*, Lond. 1740. 8. refractorias vires humorum oculi adſignat, in lente potentiam confringentem exiguam facit, in cornea magnam, eam credit convexiorem reddi poſſe. Robur corneæ, capſulæ lentis cryſtallinæ, & denſitates definit.

RICHARD HELSHAM courſe of lectures in natural philoſophy publiſhed by BRYAN ROBINSON, Lond. 1739. 8. In opticis diſtinctus, & facilis, & inter compendia mihi præſtare viſus eſt. Focos vitrorum, refractiones humorum, per experimenta perſecutus eſt.

De *RICH. HELSHAM* addimus, elegantiſſimos viri mores, & inſignem artis peritiam laudare *HIFFERNAN of man* pag. 22.

CL. NIC. le *CAT Traité des ſens*, Amſtel. 1744. 8. ſolo fere in viſu verſatur. Membranam novam, quæ piæ matri continua eſt & ſcleroticam ſubtendit, veram omnino, invenit, & in *Comm. Ac. Reg.* 1739. etiam deſcripſit. Experimenta optica plurima habet, tum ad erectum vel inverſum, ſimplicem vel duplicem viſum, tum ad radiorum refractiones, in quibus fuſe demonſtrare ſuſcepit, non eſſe in ratione reflexibilitatis radiorum refrangibilitatem. Pro choroidea ſentit. Septem colores ſe non potuiſſe demonſtrare, nec *NOLETUM* nec du *FAY* alioſve Gallos, miror poſuiſſe. Animam inverſa videre credit. Plurima propria habet aut paradoxa.

CL. NIC. le *CAT* citatus liber primum prodiit Rouen 1740. 8. Melioratus vero, Amſt. 1744.

W. CHESELDENIUS apud *VOLTAIRIUM* habet ſingulares obſervationes in cæco nato, cui cataracta depoſita fuerat. Nervum opticum non ad alternum oculum ire confirmat.

SEBASTIANI MELLI il pro e contra delle fiſtole lacrimali, Venet. 1743. 8. Deſcriptionem ſatis minutam habet viarum lacrumarum, ſed neſcio quæ exigua foramina ex ſaccu lacrumali in naſum addit, valvulam etiam depinxit. In practicis *ANELLIUM* refutat. Adjecta eſt *SIGNOROTTII* deſcriptio ductuum lacrumalium valde aliena a vera.

GER. FITZGERALD de viſu, Monſpel. 1741. 8.* *PL.*

G. AUG. LANGGUTH de luce ex preſſione oculi, VVittemb. 1742. 4.

G. J.'s GRAVESANDII & *P.* van *MUSSCHENBROEK* elementa phyſica etiam oculi bonam deſcriptionem & multa notatu digna continent. Et 's *GRAVESANDIUS* inprimis optimi compendii pro opticis vice fungi poteſt.

In *Comm. Lit. Nor.* 1737. corneæ vis refringens defenditur. An. 1733. 1735. & 1745. cataracta in lente viſa recenſetur.

P. C. FABRICIUS in *idea anatomes practica* laminas duas choroideæ etiam in humano oculo demonſtrari poſſe docet.

DEN. APPEL de oculi humani fabrica, Leidæ 1714. 4. Vaſa lentis ab *ALBINO* demonſtrata recenſet.

PETRI IDEMA ontleed en naturkundige verhandeling van't oog, Leeuvvaarden 1741. 4. Adnatam obduci corneæ negat: Retinæ jura defendit, tum cataractam membraneam. Cameram poſteriorem majorem facit.

CL. BURCHARD DAVID MAUCHART plurimum laboris poſuit in oculi morbis. Scripſit ergo Diſſ. *de cornea oculi tunica*, Tubingæ 1743. 4. aliam *de ungue* 1742. 4. *de mydriaſi* 1745. In prima lamellas corneæ fibrillis conjunctas deſcribit, corneæ diametros definit, & in ea vaſa rubra vidit. In altera eandem corneam poroſam lamellatam, & a ſclerotica diverſam deſcribit. In ultima fibras circulares iridis confirmat.

ANTONIUS FIZES de cataracta, & in lente & in membrana ſedem eſſe poſſe mali, ſed eas, quas deponi vidit, ſemper fuiſſe in lente, cautus docet.

CL. LOBE' de oculo humano Diſp. Leidæ 1742. *ALBINIANA* inventa habet, pro retina pugnat: fibras circulares iridis defendit, choroideam negat duplicem eſſe, aut ſcleroticam a dura oriri, arteriam habet a retina per vitreum ad lentis tunicam euntem, & duas retinæ arterias.

J. E. HEBENSTREIT de vaſis ſanguineis oculi, Lipſ. 1742. 4. & *de oculo lacrymante*, an. 1743.

CL. SHARPE in chirurgia ſua pinxit oculum & ductus lacrumales.

In *ſyllabo partium corporis humani* edito Petropoli habentur ad oculum f. 7. 8. & 13. T. 21. & T. 19.

P. ARCELIN, Ergo ſtare poteſt viſio abſque cryſtallino, Pariſ. 1743. 4.

JOS. MARIA de la *SONE* theſis. *Ergo ſtare poteſt abſque cryſtallino viſio*, Pariſ. 1743. 4.

SYLV. ANTONII LEMOINE theſis. *Ergo obliqui oculorum muſculi retinam a cryſtallino removent*, Pariſ. 1743. Negat figuram mutari poſſe.

CL. LIEUTAUD modum ſecandi oculi deſcripſit, & ſollicite fabricam expreſſit: albugineam ex membrana muſculorum oculi ſuper corneam extendi credit, ductus glandulæ innominatæ deſcribit, & plexum ciliarem valde ſingulari modo in conjunctione ſcleroticæ & corneæ exponit.

E. A. NICOLAI vom thränen und vveinen hic unice repeto, quod etiam ductus lacrumalis glandulæ hic indicati habeantur.

LEONHARDUS EULER in *Mém. de l'Acad. des Sciences de Berlin* 1745. & in *opuſculis*, novam theoriam de lumine propoſuit, quod cum ſono comparavit, ut eſſet tremor elaſticus ætheris, & colorum diverſitas a numero tremorum intra datum tempus penderet, &c.

THOMIN inſtruction ſur l'uſage des lunettes ou conſerves, Pariſ. 1746. 8. De presbyopibus & myopibus varii generis laudabiles obſervationes habet.

THOMIN libro citato oſtendit ut facile quiſque poſſet vitra ſibi aptiſſima eligere fili ope, quo diſtantia viſionis diſtincte menſuratur. Strabonum vitium tribuit fere nimiæ convexitati corneæ & remedium docet &c. *EJUSDEM* etiam eſt *traité d'optique méchanique dans laquelle on donne les regles pour faire toutes ſortes de lunettes d'aproche, microſcopes*, &c. Pariſ. 1749. 8. *

CL. KRUGER in *phyſiologia* contra *MARIOTTUM* pugnat, experimentum maculæ in retina pictæ ex catulo recenſet.

BAKERUS in *microſcope made eaſy* vim microſcopiorum dimenſus eſt.

J. F. SAUVAGE in Diſſ. *de ſuctione vaſorum capillarium corporis humani*, Monſpel. 1744. vim attractricem palpebrarum verſus puncta lacrumalia demonſtravit.

CL. J. G. GUNZIUS in Libro *de humoribus* deſcribit ductus Meibomii; ſaccum lacrumalem etiam per poros inſpirare vidit, &c.

In *Stokholmienſibus Actis* 1745. depingit *D. RIBE* ductulos lacrumales glandulæ innominatæ ſex ſeptemve.

KLAUHOLD de viſu duplicato, Argentor. 1746. exempla collegit, & propria etiam habet.

CL. MONTAGNAT in epiſtola ad *J. E. BERTIN ſur un nouveau genre de vaiſſeaux découverts dans le corps humain*, Pariſ. 1746. 8. gloriam detectarum arteriarum pellucidarum uveæ adſerere conatur *FERREINIO*; ſed ea certe *RUYSCHIO* debetur.

CAMPER de viſu. *IDEMQUE de oculorum partibus*, Leidæ 1746. 4. Lentis phænomena in aqua, arterias ejus (ab *ALBINO* petitas), canalem *PETITI* ejuſque utilitatem, fibras ciliares deſcribit, & retinæ jura defendit. Uveæ fibras circulares demonſtraſſe dicitur a *DE LA METTRIE ichthyolog.* II. p. 37. in *Machiavelliſmo*.

JACOBUS PARSONS in Tractatu *of human phyſiognomy* qui cum *Phil. Tranſ.* conjunctus prodiit, Lond. 1747. 4. orbicularem muſculum palpebrarum deſcripſit, &, fere ut *RIOLANUS*, diviſit, de motu oculi fuſe egit, & de animi adfectuum ſignis ex eo motu petitis.

CL. V. F. HENKELIUS an. 1738. epiſtolam *de ſingularibus circa Nervum opticum* edidit. Hall. 1738. 4. & anno 1744. Diſſ. *de cataracta cryſtallina vera*, Francof. an. 1747. verum in II. collectione *der Chir. und Medic. Anmerkungen* obſervationes de cataracta propoſuit, quæ in capſulæ opacitate reſidet.

C. AUG. a *BERGEN de maculis in oculo*, Francof. ad Viadr. 1747. 4. Contra *PITCARNIUM* opaca in aqueo humore corpora in retina ſui imaginem dare oſtendit, & focum radiorum viſoriorum in retina eſſe, &c.

CL. CASSEBOHM in *poſthumis* ductus etiam innominatæ glandulæ deſcribit, retinam deducit ad marginem lentis cryſtallinæ, &c.

Ego omnino parum in oculi fabrica profeci. Membranam tamen, quæ pupillam claudit, poſt aliqua ſparſa veſtigia, v. gr. in *LUCÆ* relatione itineris Tartarici, ubi Tartaros cæcos naſci ſcribit, poſtque *CL. PETSCHE* Diſp. ſæpe laudatam, ubi iridem in pullo incubato pupillam claudere confirmat, & poſt *CL. WACHENDORFII* experimenta (quæ exſtant in *Comm. Lit. Nor.* 1740.) conſtituit; ut perpetua in fetu ſit, & claudat pupillam, & vaſcula habeat, continua iridis vaſculis. Eam in *Actis Upſalienſ.* 1742. deſcripſi, in *Iconum* vero *faſciculo* III. vaſa ciliaria nova, proxime corneam ſcleroticam perforantia, & ſe

demit-

demittentia in circulum uveæ vaſculorum deſcripta dedi. Sedem albam choroideæ, niſi fallor, inveni; quam etiam ad *EUSTACHIUM* habet breviſſime *B. S. ALBINUS*. Nervos etiam & vaſa deſcripſi & pinxi.

Deſcriptio quam dedi membranæ pupillam claudentis, recuſa eſt in *Act. Stokh.* 1748. P. III. icone vero aucta & emendata in *opuſcul. Anat.* nuper editis.

CAR. FRID. RIBE tal om ögonen, Stokholm 1748. 8.

J. HENR. MOELLER nonnulla obſſ. circa tunicam retinam & nervum opticum, Hall. 1749. 4. & in *collect. Diſp.* Tom. VII. deſcribit arteriam opticam; medullam nervi optici non uno ſed multis poris choroideæ album circulum perforare docet, vaſculoſam membranam retinæ deſcribit, vidit arteriam lentis cryſtallinæ.

AMBROSII BERTRANDI diſſertatio *de oculo*, Turin. 1748. 4. Rete fibrarum corneæ, vaſa pellucida a choroidea ad retinam & humorem vitreum euntia, venas reducentes ex lente lymphaticas, fibras lentis & alia deſcribit.

In Tom. III. operis *BUFFONIANI de oculo* agitur: & in propria diſſertatione de viſu inverſo infantum quem tactus corrigit, de diſtantiarum judicio, myopia & presbyopia, viſione diſtincta & clara, &c.

LEANDRI PEAGET & *GRANDELAS*, *Ergo immediatum viſus organum choroidea*, Pariſiis 1749. 4.

Infinitum opticorum ſcriptorum numerum neque exhaurire ſperavi, neque utile foret.

CAPUT II.

De Aure.

DUo Auctores legi merentur (*a*).

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS Lugduni Batavorum editus in 8. anno 1717. (*b*).

Tum

(*a*) *ALCMÆON* Pythagoræus, uti notum eſt, cochleam invenit. Cæterum ultra membranam tympani vix profecerunt veteres. *RUFUS* externa nomina auriculæ habet.

MARINUS apud *ORIBASIUM* nervi duri non malam deſcriptionem dedit, qui eum per foramen vulgo cæcum dictum tranſire monuerit, & miſceri cum nervo III. (nempe Quinti tertio ramo), &c. Ea cæca foramina nervos etiam tranſmittere *RUFUS* dixerat.

JACOBUS BERENGARIUS Carpenſis non quidem invenit oſſicula priora duo, & neminem inventorem nominat *NICOLAUS MASSA Epiſt.* V. p. 55. b. ubi temporibus *ALEXANDRI ACHILLINI* inventa fuiſſe refert, & ſatis demonſtrat *JACOBUS* (in *MUNDINUM* p. 477.) aliorum eſſe inventum. Primus tamen deſcripſit.

GABRIEL FALLOPIUS ſtapedis inventi laudem equidem *J. PHILIPPO INGRASSIÆ* reliquit, multa vero in aure perfecit, veſtibulum, canales ſemicirculares, foramen cæcum, quod dixit *aquæ ductum*, & ejus hiatum, ipſum tympani nomen, feneſtram utramque, muſculos auriculæ.

(*b*) *BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS* in præſtantiſſimo tractatu *de auditus organo* cum reliquis edito, Venet. 1563. 4. deſcripſit tubam, cui nomen inpoſuit, male pro meatu nervum & vaſa ducente habitam a *VESALIO* aliiſque. Muſculum internum, chordam tympani, ſtapedem ipſum, primus invenit: de quo cum *INGRASSIA* certat, & niſi fallor facile vincit, cum neque *R. COLUMBUS*, neque *INGRASSIAS* aliquid in aure invenerint, unde credas, ſubtilius eam partem ab ipſis eſſe examinatam. In magnis tabulis hæc omnia varie depinxit *EUSTACHIUS*, tum muſculos auriculæ.

A. VESALIUS in *Examine obſſ. Fallopii*, varia ex brutorum anatome ad cellulas maſtoideas, promontorium aliaſque particulas adduxit, nervi etiam duri cum Quinto plexum obſervavit.

A. PAREUS curva cruſcula ſtapedis depinxit.

VOLCHERUS COITER proprio Libello *de auditus inſtrumentis*, qui exſtat cum obſervationibus, inventa fere *FALLOPII* propoſuit.

CONSTANTIUS VAROLIUS muſculum ſtapedis indicavit.

J. MATHESII de admirabili auditus inſtrumenti fabrica, VVittemb. 1577. 4.*

FELIX PLATERUS varia minuta in organo auditus animadvertit, oſtium amplius canalium ſemicircularium, eorum diverſum poſitum, & forte longiorem mallei proceſſum, qui Folianus dicitur.

SALOMON ALBERTI cochleæ iconem dedit, & in *Orat. de diſcipl. anat.* p. 90. ſulcum deſcripſit nuclei cochleæ, nervo refertum.

V. ALDROVANDUS diligenter avium organum auditus deſcripſit in Oto.

JULIUS CASSERIUS de vocis & auditus organo hiſtoria anatomica, Ferrar. 1600. fol. Princeps laus eſt iconum, deſcriptiones enim minus plenæ ſunt. Icones autem, per omnes animalium claſſes, pictæ pro ea ætate nitidæ, & numeroſiſſimæ ſunt. Muſculum externum mallei an. 1593. invenit, & ligamenta auris & ſtapideum. Eædem tabulæ repetuntur iiſdem cum verbis in *Pentaſtheſejo*, Venet. 1609. fol.

HIERONYMUS FABRICIUS ab *AQUAPENDENTE de oculo aure & larynge*, Venet. 1600. & Franc. 1614. fol. Muſculum eundem, quem *CASSERIUS* ſe inveniſſe ait an. 1599. icones dedit non bonas, & in plerifque infra *FALLOPII* induſtriam ſubſtitit, qui v. gr. canales ſemicirculares innumerabiles fecerit. Proceſſum longiſſimum pinxit.

J. JESSEN a *JESSEN* aquæductum cum tuba confudit, in quo errore plurimos habuit ſequaces, *RIOLANUM* (in C. B. p. 721.), *FRANCISCUM BAYLE* (p. 448.), *ANDREAM O. GOELICKE hiſt. anat.* p. 212. *JOH. QUINCY dictionar.* p. 31. *JOSEPHUM DUVERNEY*.

H. F. HILDANUS, uti dictum, oſſicula auditus picta dedit in *Epiſt.* ad *PAWIUM*.

J. RIOLANUS in *Enchiridio* muſculos varios auriculæ deſcripſit a maſtoideo proceſſu, a frontali muſculo, a cutaneo, ab occipitali ortos. Meatus auditorii in fetu naturam & mutationes deſcripſit in *iſag. anat.*

Ad ſonos multa repeti poſſunt ex *Cent.* I. & II. *ſylva ſylvarum VERULAMII*.

DAN. MYLLER theoria duorum ſenſuum interiorum viſus & auditus ſpecialis, Lipſ. 1738. 4. (*B. RIV.*) *.

J. B. CORTESIUS in *miſcellaneis* aliquas icones organorum auditus dedit.

N. HADICOT ligamenta quatuor oſſiculorum, duo ad malleum & ſtapedem euntia, duo ad pedes incudis vaſaque tympani indicavit L. X.

NIC. PAPINII περὶ τῆς κυψέλιδος, ſive *de cerumine*, Salmur. 1684. 12. * *PL.*

V. F. PLEMP in *fundamentis* p. 108. exemplum memorabile adducit duarum membranarum tympani, quæ etiam ſpatio diſtarent.

FRANCISCUS SYLVIUS de la *BOE* oſſiculum quartum invenit, cui certe viro *LINDANUS* & *C. BARTHOLINUS* eam gloriam adſignant, & *ALBERTUS KYPER Anthropol.* p. 185.

CÆCILIUS FOLIUS in *delineatione auris internæ*, Venet. 1647. 4. & in *Coll. Diſp.* noſtra T. IV. tum in epiſtolis *BARTHOLINI*, proceſſum, qui etiam nunc ejus nomen fert, accuratius deſcripſit, depinxit, muſculum addidit, organum auditus totum melius delineavit. Semicircularem canalem ſuperiorem & poſteriorem in unum oſtium conjungi vidit. Proceſſum *FOLIANUM* etiam *VESLINGIUS* pinxit T. 8. f. 6.

MARINUS MERSENNUS harmonicor. L. fol. Pariſ. 1648. & in *harmonia* 1644. 4. & in *Comm. ad Geneſin* plurima ad ſonos, eorum velocitatem, vibrationum numerum, cauſas diverſitatis tonorum attulit.

ATHANASII KIRCHERI Muſurgia univerſalis, Romæ 1650. fol. & ejus compendium Campiduni editum 1673. fol. *Phonergia* nomine. Varia de Echus natura & itinere, ſoni reflexi multiplicato robore, tuba ſtentorea, quam ſibi tribuit inventam, aure Dionyſii habet. Sonos fortes velocius propagari male docuit. Conſonantiam inſtrumentorum ſimilium experimento didicit. Habet icones *CASSERII*. *A SCHELHAMERO* id elogium retulit: primum a *KIRCHERO* ſe ſoni naturam didiciſſe (*Phyſiolog. poſthum.* p. CCCVIII.) In *Phyſiologia KIRCHERIANA*, quæ per *J. STEPH. KESTLERUM*, Amſtelodami 1680. fol. edita eſt, hypotheſis eſt, qua ſoni cum certis coloribus, cœruleo rubrove, &c. comparantur.

M. A.

M. A. SEVERINUS lapillos auditorios piſcium dudum dixit, eorumque alterum cum malleo comparavit (*antiperipat.* p. 95.)

G. ROLFINK de oſſiculo quarto ad latera apicis ſtapedis poſito aliqua habet (p. 285.), diverſa, ut videtur, a *SYLVIANO*. Muſculum *CASSERII* non eſſe niſi membranam recte monuit.

MICH. LYSER de auditu, Lipſ. 1653. 4. Idem in *cultro* novam dedit oſſis petroſi deſcriptionem.

J. ANTONIDES van der *LINDEN* in *medicina phyſiologica* quartum oſſiculum minutius deſcribit.

LUD. BILS van het gehoor, Brugg. 1655. 4. organum auditus in quatuor partes per ſuturas reſolvit, (quod novum eſſe fatetur *JOHANNES V. HORNE* in *vvaarrſchouvving* p. 12.) idemque depinxit.

N. STENONIS f. in Libro *de glandulis oris*, tum *DRELINCOURTIUS* in *Præludiis* glandulas ceruminoſas auditorii meatus viderunt. Sebaceas vero Amſtelodamenſes in *Colleg. anatom.* p. 31.

In *WILLISIO* nervi duri deſcribuntur.

In *Phil. Tranſactionibus*.

HOLDER de ſurditate, & experimentum hominis, qui non audiret, niſi conjuncto magno externo ſtrepitu, n. 35.

WALLIS de tremore harmonico inſtrumentorum diverſi generis. n. 134.

MORLAND de tuba ſtentorea, n. 79. 141.

NARCISSUS de ſono, n. 156.

MOULIN de capitibus avium eorumque ductibus acuſticis & auditus organo, n. 199. 206.

Auriculæ mobiles, n. 133.

WALLIS, n. 243. effectus illos fabuloſos muſices merito caſtigat Titillatio Chinenſium in auditorio meatu, n. 246.

WALKER de ſono, n. 247.

VIEUSSENS de organo auditus, n. 258.

HAWKSBEE ſonum educto aere debilitari deinde deſtrui, n. 297. 321. aeris vero copia in ſpatio aliquo aucta ſani robur intendi. *ID.*

G. GRANDI nova hypotheſis, corpora ſonora tremula hyperbolica eſſe, & ſonos ad ambitum ſecundum hyperbolicas circumferentias moveri, n. 319.

Sonus in aqua profundior fit. *ID.* 321.

Organum auditus, cellulæ, cranium celluloſum Elephanti, n. 327.

BLAIR organum auditus elephanti, n. 358.

ARDERON contra auditum piſcium n. 486.

Echo Mediolanenſis 56ᵉˢ. repetens, & camera ſonos ad oppoſitos parietes propagans, n. 480.

FLORENTINI in *Acad. del Cimento* ſoni celeritatem metiri adgreſſi ſunt.

ROBERTUS BOYLE in *experimentis phyſico-mechanicis* ſonum in vacuo ſpatio extingui obſervavit, & columnas ipſas & ligna cum certis, nec aliis tonis contremiſcere (*of languid motion*), & vibrationem in ſcyphis vitreis deſcripſit.

Muſica ſpeculativa del MENGOLI, Bolon. 1670. 4. Valde paradoxam habet auris anatomen. *

SAM. MORLAND deſcripſit, ſibique tribuit, ſtentoream tubam *ſpeaking trumpet*, Lond. 1671. 8.

J. A. FRIDERICI de aure, Jenæ 1670. 4* *B. RIV.*

G. BRANK de auribus mobilibus, Heidelb. 1676. 4. Collectio.

DAN. GEOR. MORHOF de paradoxis ſenſuum, Kilon. 1676. 4. *EJUSDEM ſtentor hyaloclaſtes* 1672. 4. & Kil. 1683. 4. Occaſionem operi dedit experimentum cauponis, qui certo vocis tono, altiori per diapaſon, quam tonus naturalis vitri, ſcyphos frangebat. Ea occaſione multa curioſa de vibratione particularum in omnibus corporibus, & criſpatione vitri, de ortu & natura ſoni, & vocis humanæ adfert, *&c.*

In Mantiſſa ad *G. CHARLETON Onomaſticon Zoicum* oſſicula auditus aſelli, manati, ranæ piſcatricis, in propria veſicula incluſa deſcribuntur.

PAULI MANFREDI novæ obſervationes circa uveam oculi & aurem, Rom. 1674. 4. & in *MANGETI bibliotheca* Tympanum ſtapedis habet *PAULUS*, tum *A. MOLINETTUS*.

A phi-

Tum Clar. JOSEPHUS DUVERNEY in ſuo Tractatu *de l'ouye*, edito in 8. Pariſiis (*a*). In Germania quidem in linguam latinam translatus eſt; verum quoad figuras peſſime deſcivit a prima editione, & ne textus quidem omnino auctorem adſequitur, hinc emenda eſt illa editio Pariſina. Perfectiſſimus eſt ille Libellus. De aquæductu quidem FALLOPII (*b*), & diſtributione nervorum in aure, unum & alterum vitium habet, cæterum optimus eſt. Vir enim con-ſumatus in Anatomia, & dolendum eſt, quod invidia adverſariorum ſuppreſ-ſa fuerint ea ſcripta (*c*), quæ de reliquis organis ſenſuum digeſſerat, dixit e-nim ipſe, ſe de quinque organis ſenſuum ſcripſiſſe.

Poſſu-

A philoſophical eſſay on muſick, Lond. 1677. 4.

J. BOHN de auditu, Lipſ. 1677.

R. PLOTT & in Oxonienſis comitatus hiſtoria, & in Staffordienſis deſcriptiones Echus rariora exempla deſcribit.

P. PERRAULT Traité du bruit in *Eſſai de Phyſ.* T. III. & organum auditus deſcripſit, & depinxit, ſed rudius paulum, & theoriam ſonorum propoſuit, atque particulas mi-nimas omnes in tremorem agi monuit. Laminam ſpiralem cochleæ pro organo immediato auditus primus habuit.

J. HENR. GLASSER fiſſuram in anulo detexit.

DANIEL BARTHOLO del ſuono e de' tremori armonici, Bonon. 1680. 4. Ultima] pars Libri anatomica eſt, deſumta ex *BARTHOLINO*, *RIVA*, alliſque, etiam iconibus adjectis. Cæterum vir ingenioſus fuit, & in experiendo diligens, & acutus in concludendo. Prin-ceps ſcopus eſt demonſtrare a corpore ad corpus conſonans harmonicos tremores non per aerem, ſed per corpora ſolida interjecta, propagari. De frangendis vitris per vocem hu-manam differt a *MORHOFIO*, & per uniſonum ſcyphos ſe rupiſſe refert, plenus cæterum utilibus experimentis. Ita dudum vidit, non tantum uniſona inſtrumenta contremere ſi-bi, ſed in alia etiam quacumque ratione, & inſtrumenta etiam diverſiſſimis gene-ris. Tremores chordarum, aquæ, mercurii, diligenter obſervavit. Sonos magnos non celeriores eſſe contra *GASSENDUM* & *KIRCKERUM* docuit. Auris Dionyſianæ miracu-lum fere ad nihilum reduxit. Non a numeris pendere gratam naturam tonorum jam eo tempore monuit.

(*a*) *JOSEPHUS GUICHARD DUVERNEY Traité de l'organe, de l'ouïe*, Pariſ. 1683. 12. Norimb. 1684. 4. Leid. 1731. 12. Germanice etiam, Berolini 1732. 8. & Anglice. Prælu-dia hujus operis reperiuntur in *JOURN. des SAV.* n. 17. Icones inprimis pulcherrimas ha-bet, manu *SEBASTIANI CLERICI* ſculptas. Plurima invenit aut perfecit. Glandulas ce-ruminoſas meatus auditorii, tympani chordam, muſculum ſtapideum, fabricam cochleæ, canales quos a ſitu definivit, nervos molles, duroſque, fabricam auris in fetu expoſuit. De morbis egregiam tractationem addit.

JOSEPHI GUICHARD DUVERNEY citatum ibi opuſculum recuſum eſt Pariſ. 1718. 12.

(*b*) In nomine tubæ (quam tamen bene cognitam habebat) aberravit, proceſſum lon-giſſimum prætervidit.

(*c*) Spes eſt aliqua prodituros aliquando latentes codices *DUVERNEYI*, quos edendos ſuſceperunt *WINSLOWUS*, *PETITUS* & *MORANDUS* (*Anc. Mém.* T. III. P. III. *Præf.*) Acerbum vero judicium in *DUVERNEYUM LAMY* (*préface au traité de l'ame ſenſitive*) nemo aut credit aut probat. Quare vero nihil prodierit de tam multis in infectis, & in reliqua anatome, viri nonagenarii laboribus, cernere eſt in vita, quam ſcripſit *FONTE-NELLIUS*. Infatiabili enim ardore ferebatur in novas inquiſitiones, & ex ipſis laboribus, in novos labores ſe ſinebat duci, omiſſis prioribus.

GUNTHERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMER Librum *de auditu* ſingularem edidit, Leidæ 1684. 8. Multum refutationum ibi reperies, contra recentiſſimum inprimis *DUVER-NEYUM*, cui neglectum muſculum *CASSERII* exprobrat, ipſe non valde anatomicus, qui

& mu-

& muſculos auris externæ, & chordam tympani præfracte negat. Cæterum ſonum, per radios propagari, & in meatu auditorio colligi in focum quemdam, inprimis ſumpſit demonſtrandum. In muſculo interno vidit oſſiculum.

M. MAPPUS de aurium cerumine, Argentor. 1684. 4. De fumo per aures eunte agit; additq; *D. COLLE* ſtatuere foramen in membrana tympani, ſe vero fidem non facile adhibere.

S. COLLINS in T. II. fig. 14. proceſſum longiſſimum mallei depingit.

A. LAMY explication de l'ame ſenſitive des organes des ſens, des paſſions &c. *& deſcription exacte de l'oreille, ſeconde edition augmentée*, Pariſ. 1687. 12. Ipſe quidem *LAMY* utebatur unice experimentis & induſtria *MERYI*. Phyſiologica ſatis mira propoſuit, aerem per aurem reſpiratum circulum obire a feneſtra ovali nempe per veſtibulum, anulos & cochleam, in tympanum per foramen rotundum redire, indeque exire per tubam.

Quod *MERYI* opuſculum attinet, videtur id aliquamdiu ineditum manſiſſe, & eſſe *DUVERNEYANO* vetuſtius, cum *PERRALTUM* carpat, non nominet *DUVERNEYUM*, & privilegium datum ſit 1677. Habet diligenter præparatam cochleam, oſſe petroſo undique remoto, ut nuda ſuperſit, qualem nos præparare ſolemus; ſcalarum foramen communicans; laminam ſemioſſeam; tres interſectiones auditorii meatus; ſtapedis membranam; icones pulchras. Rudes errores retinuit. De molli nervo quidquam cochleam ſubire negavit, chordam tympani pro muſculo incudis deſcripſit, noluit ullam eſſe in veſtibulo anulisve membranam, aut perioſteum oſſiculorum. quod etiam *DUVERNEYUS* negavit.

GUILIELMUS COWPER in *Myologia* parva oſſiculum in ſtapideo a *D. ADAIR* viſum memorat, dat organi auditus iconem. In *app.* ad *BIDLOUM* fol. 8. de apertura in ſuprema parte meatus auditorii agit, per quam fumus ore receptus effletur per hiatum, qui eo loco in anulo reperiatur. In *Myotomia* majori nitidiores icones oſſiculorum & muſculorum exhibet.

J. M. HOFMANN de auditu, Altdorf. 1684. 4.

G. WELSCH de ſono, Lipſ. 1690. 4.

L. F. MEISNER de auditu ipſiuſque vitiis, Prag. 1690. 4. fig. *

J. ANDREAS SCHMIDT auris θεόδεικτος, Jen. 1694. Diſp.

In *JOUR. des SAV.* 1694. n. 30. aliqua habentur de diſtantia, quam ſonus percurrere poteſt.

JOH. MUNNIK increbeſcentem nunc hiatum tympani confirmat.

GEMINIANI MONTANARI in *Galleria di Minerva* T. I. exſtat tractatus *de tuba ſtentorea*, cujus vim recte explicat per Echus plurimas cum ſono primitivo confuſas. *IDEM* liber recuſus an. 1715. 8. recenſetur in *GALLERIA* di *MIN.* T. VII. p. 286.

ISAACUS NEWTON cauſam ſoni & naturam tremoris elaſtici aperuit in *Princ. Phil. Natur.* L. II. Pr. 43. Celeritatem etiam ſoni per ipſas cauſas definivit.

In *Mémoires de l'Academie Royale des Sciences*.

In *Anciens Mémoires*.

Meatus auditorii in piſcibus minimi, per quos nervus auditorius diſtribuitur *DUVERNEY* T. I. p. 280. *IDEM* apud du *HAMELIUM* de chorda aliqua habet.

PH. de la *HIRE de la trompette marine*. Requiri tremores particularum ad ſonum. Apud du *HAMEL* celeritas ſoni a *CASSINO* ad 1094' intra 1'' definitur.

De circulis a raſione vitri duplicatis, quando ſonus octava adſcendit *BLONDEL*.

Echus explicatio T. X.

In diſſectionibus animalium teſtudinis organum deſcribitur.

In novis monumentis.

Sonus non tranſit per vacuum *MARIOTTE* 1699.

SAUVEUR de ſono fixo &c. 1700. 1701. 1702. 1707. 1711. 1713.

Effectus muſices in iis, quos Tarantula pupugit 1702.

Surdus & mutus aqua de aure effluxa ſponte ſanatus.

DODART de tonis, voce, & cantu 1706.

Requiri ad ſonum tremorem elementorum corporis ſonori; & Echo duodecies repetens 1710.

Surdus oculis audiens 1737.

MAIRAN de ſono. Particulas ſtatuit in aere diverſo gradu elaſticas, hinc ad hunc illumve ſonum recipiendum aptiores. Totum auditus mechaniſmum, etiam in aure perſequitur. 1737.

Expe-

Poſſumus adjungere Italum illum ANOTNIUM MARIAM VALSALVAM, ſed duodecim certe paginæ facile continerent ea omnia, quæ præter Duverneyana habet (*a*). Propter egregias tamen quaſdam obſervationes poteſt comparere ſibi illum tiro Medicus.

SCHEL-

Experimenta accuratiora ad definiendam velocitatem ſoni 1738. Eam autem majorem eſſe in regionibus calidioribus expertus eſt in itinere ſuo la *CONDAMINE*.

Sub aqua audiri *NOLLET*. 1743.

Lettre de Mr. de *HAUTEFEUILLE a Mr. BOURDELOT ſur le moyen de perfectionner l' ouïe avec deux Lettres de Mr. PERRAULT ſur le même ſujet*. Pariſ. 1702. 8. *

MART. NABOTH de organo auditus, Lipſ. 1703. Diſp. *

(*a*) *ANT. MAR. VALSALVÆ de aure humana* Liber, Bonon. 1704. 4. Ultraject. 1707. 4. & cum vita & poſthumis diſſertationibus atque doctiſſimis *MORGAGNI Epiſtolis*, Venetiis 1740. 4. In illo quidem opere *VALSALVA* ſubtiliter in multis verſatus eſt. Canalium ſemicircularium menſuras ſumpſit, & inde nomina repetiit. Muſculos externæ auris ſubtilius inveſtigavit. Tubam accurate contemplatus eſt. Glandulas ſebaceas conſtituit. Morbos aliquos deſcripſit. Nævos nodo fuſe perſequi. Proceſſum mallei longiſſimum ignoravit, zonas ſonoras non bene in theoriam intulit. Poſthumus codex, cui Auctor notas aliquas adjecit, non pervenit ad *MORGAGNUM*, neque poſt ejus exceſſum inventus eſt.

J. B. MORGAGNUS in *Epiſtolis* XI. prioribus in *VALSALVAM* commentatur, & multa de itineribus nervi mollis, veſtibulo, membrana tympani, ejus epidermide, tacta *KERKRINGIO*, muſculi a *VIEUSSENIO* confuſi, foramine fictitio tympani, tuba, nervulis minoribus ex hiatu aquæductus exeuntibus, *&c.* accurate definita & cum plurima eruditione adjecit.

NEHEMIAS GREEW in *Coſmologia ſacra* utiles aliquas de auribus animalium teleologias dedit p. 24.

CAROLUS PLUMIER in *Journal ds Trevoux* 1703. anatomen organi auditus teſtudinis dedit, & crocodili.

ERNEST HENRIC WEDEL de cerumine, Jen. 1705. 4

In *Lettres de DESNOUES & de GUILIELMINI* p. 204. continetur notiſſima *BARTHOLOMÆI SIMONCELLI* delineatio nervi auditorii, quæ nihil ſerii habet, præter nervulum ex hiatu aquæductus exeuntem. Confer *HEISTERI appendicem Compendii anatomici* & E. *CAMERARII Epiſtolam Taurinenſem*.

DEMEHERENC de la *CONSEILLERE de auditu*, Ultrajecti 1710. 4.

G. DERHAM in *Phyſicotheologia* multa ex anatome animalium habet. Vidit in talpa a motis oſſiculis nervum auditorium pulſatum fuiſſe. Avium organum auditus deſcripſit, De celeritate ſoni experimenta fecit, n. 313.

J. JAC. RAVIUS nihil quidem ſcripſit, ſed auditoribus proceſſum *FOLIANUM*, dudum obſoletum, demonſtravit, & in anatomen reduxit.

NICOLAUS HARTSOEKER in *Phyſicis* animam numerare undas aëris ante nuperos ſcriptores ſuſpicatus eſt.

A. Q. RIVINUS de auditus vitiis, Lipſ. 1717. 4. Cum dudum aliqua de foramine tympani fuiſſet memoria, apud ſcriptores varios, & *HILDANUS*, *SCHNEIDERUS de oſſe temporum*, *LINDANUS*, *MAPPUS PLUMERIUS Journal de Trev.* 1703. augm. aliique de eo verba feciſſent, & experimenta ipſa conſentirent *VALSALVÆ*, *GLASERI*, *MANGETI in theatro*, tandem diſertius id foramen adſeruit *RIVINUS*, poſuitque ad latus poſterius fere ſummi manubrii, & iconem dedit, dixitque ſphinctere clauſum eſſe, & inventum a ſe ipſo an. 1689. Favit invento *LEPROTUS* in *Bonon. Comment.* I. & *H. A. NICOLAI*, & *B. TEICHMEYERUS*, & *CHESELDENIUS*, & *J. J. RAV.* Nos cum *MORGAGNO* in *Epiſtola* V. *J. WILHELMO PAULI* (*præf.* ad *J.* van *HORNE*), *CL. FRIDERICO WALTHER*, *CASSEBOHMIO* aliiſque nunquam reperimus.

J. ANDREAS SCHMID de perioſteo oſſiculorum auditus ejuſque vaſculis, Leid. 1719. 4. ea

vaſa

vaſa pinxit negata *DUVERNEYO*, & proceſſum longiſſimum, de ejus vero iconis ruditate ipſe in *Orat. de Germanorum meritis in anatomia* conqueſtus eſt.

RAYM. VIEUSSENS jam in *Phil. Tranſ.* n. 258. dederat operis ſui prodromum, & *VALSALVAM* ſibi nonnulla præripuiſſe queſtus erat. Deinde an. 1714. Toloſæ edidit *Traitè ſur la ſtructure de l'oreille*, 4. Vitioſas dedit aut pallidas certe icones, quas vix adgnoſcas, confudit duos muſculos mallei in unum monogaſtricum, deſcriptiones dedit difficiles. Scyphum tamen nervi auditorii ſatis vere deſcripſit.

J. MATTHIAS HAASE de tubis ſtentoriis, Lipſ. 1719. 4. In conjunctione ellipſeos & parabolæ perfectionem hujus tubæ quæſivit.

J. MATTHIÆ HAASE citati libelli duæ editiones ſunt, brevior una cum titulo *de tubis ſtentoreis earumque forma & ſtructura fundamenta, praxes, exhibens*, 18. Mart. 1719. 4. Altera vero *Diſſ. phyſico mathematica de tubis ſtentoreis in qua de conſtructione & figura earum exponitur* &c. ibid. eodem anno prodiit, quæ plenior eſt. Oſtenditur contra F. de *LANA*, ſonum non progredi undarum modo, & contra eumdem adſeritur, radios ſonoros in altero foco ellipſeos colligi. Inde examinat hactenus propoſitas tubarum fabricas *MORLANDI*, *CASSEGRAIN*, *MULLERI* & *CONYERI*. Ipſe proponit tubam compoſitam ex ellipſi & parabola. Uni foco ellipſeos os adaptat, ut vox in altero colligatur. Is idem ſecundus focus eſt focus parabolæ, ut ex eo parietes ejus illapſi radii paralleli exeant. Non tamen expertus eſt.

ARENT CANT proceſſum longiſſimum mallei depinxit.

J. SALZMANN de aure humana, Argentor. 1719. Diſp.

J. DOMINICUS SANTORINUS in obſervationibus muſculos minores externæ auris, proceſſus helicis aliaque minute perſecutus eſt.

J. A. KULMUS de auditu, Gedan. 1724. 4. Idem pro hiatu *RIVINI* etiam teſtimonium dixit.

A. F. WALTHER de membrana tympani, Lipſ. 1725. 4. & in Vol. *Diſp.* IV. Foramina tympani *VALSALVIANA* pro arteriis facta eſſe oſtendit, de membrana tympani ejuſque imaginario foramine egit, *&c.* In *anatome muſculorum teneriorum* muſculos auris externæ repetiit. De ſonis in chorda tacta *Journal. de Trevoux* 1722.

GODOFREDI du *BOIS de ſono & auditu*, Leid. 1725. 4. docta Diſputatio.

In *Actis Petropolitanis* T. VII. *CL. WEITBRECHT* de muſculis minoribus auris egit.

L. HEISTERUS bonam mallei iconem dedit, proceſſum longiſſimum expreſſit, nonnunquam tendineum eſſe recte monuit.

W. CHESELDEN exempla hominum attulit, qualia *SCHNEIDERUS* & *WILLISIUS* habent, quibus auditus non perierat deſtructa membrana tympani, aliqua phænomena explicat ex aliorom nervorum cum duro conſenſu.

H. F. TEICHMEYER in *anthropologia* & *vindiciis quorumdam inventorum anatomicorum*, Jen. 1727. 4. Coll. noſtræ Vol. IV. hiatum *RIVINI* defendit, & valvulam habere teſtatur, oſſicula nova unum inter malleum & incudem, alterum in muſculo ſtapedis, denique ultimum in ramo incudis breviori deſcripſit.

In *Commercio litterario Norico* 1731. & *in E. N. C. Vol.* I. VI. *CL. TREWIUS* de epidermide & laminis tympani egit. An. 1743. vero exempla habet ſurdorum, qui ope dentium audierunt.

LEONH. FERDINAND. MEISNER de auditu ejuſque vitiis, Prag. 1726. 4. * An non eadem Diſſ. cum ea quam an. 1690. recenſui?

B. S. ALBINUS muſculos auris de integro recenſuit, noviter ordinavit, nomina impoſuit, depictos dedit. In *oſteologia* etiam nitidiſſimas oſſiculorum & organorum auditus icones exhibuit.

In *Academia Burdigalenſi*, inque Tomo I. *HAUTEFEUILLE* Diſſertationem dedit de Echo eamque defendit fieri radiis non parallelis ſed convergendo reflexis.

HAGEN de menſura ſoni articulati, Hall. 1731. 4.

J. B. WINSLOW de more in tympano, promontorio, cellulis maſtoideis, totoque eo organo diligentiſſime verſatus eſt.

F. RUYSCHIUS in *Epiſtola* VIII. perioſteum & vaſa oſſiculorum auditus, & laminas membranæ tympani invenit & conſtituit.

J. FRIDERICUS CASSEBOHM de aure interna dederat inauguralem Diſputationem Francof.

ad Viadr. 1730. 4. *EJUS Tractatus* I. II. & III. *de aure interna*, Halæ 1730. *Quartus* an. 1734. *Quintus & ſextus* prodierunt 1735. 4. Laborioſiſſimo opere inprimis organum auditus ex fetu deſcripſit, & cum adulto comparavit, mutationes ſucceſſivas conſideravit. Vaſorum organi auditus origines, cochleæ ſpiram, hamulum, & alia diligentiſſime perſecutus eſt. Zonas *VALSALVÆ* & foramen membranæ tympani refutavit.

J. JAC. SACHS & *SCHERTZ de ſono*, Argent. 1731.

G. M. BOE de hypotheſi ſoni PERRALTIANA, Lipſ. 1734. 4.

In *Journal de TREVOUX* 1734. proponitur machina, ex ſpeculis ligneis deauratis in parabolam fictis, in qua ſoni in uno foco pronunciati fortiſſime conſervantur & in alterum focum transferuntur.

FR. NICHOLLS de chorda tympani paradoxam opinionem protulit, in *compendio anat.* nempe muſculoſam naturam habere.

SENNACUS in novis ad *HEISTERUM* commentariis receptam theoriam oppugnat, qua lamina ſpiralis pro organo auditus habetur, eamque gloriam tribuit mediæ canalium ſemicircularium parti.

FRID. WILH. KUHN pars I. *ſcrutinii ſenſus auditus*, Regiomont. 1736. 4. *PL.* *

CHRISTIANUS WOLF in III. tomo *der nützlichen Verſuche* de ſono fuſe egit, deque tubis ſtentoreis, ſoni in vacuo ſpatio ſuffocatione, campanæ percuſſæ dilatatione & reſilitione, *&c.*

R. HELSHAM in Libro ſæpe citato naturam ſoni breviter & faciliter expoſuit, & cauſas gravium acutorumque ſonorum, celeritates, multiplicationem ab illiſu in corpora elaſtica, tubam ſtentoream propoſuit a logarithmica circa axin ſuum revoluta factam.

J. GORTERUS in *Chirurgia* membranam adſcititiam membranæ tympani & muci vim ad ſuffocandos ſonos conſiderat.

AL. MONROO in III. *Edimburgenſium* ejus etiam membranæ fabricam deſcribit.

R. COTES in *lectionibus* quas Gallice legi *ſur l'équilibre des liqueurs & ſur la nature & les propriétes de l'air*, de ſono aliqua habet, quæ legi merentur.

G. J. 's GRAVESANDE & *P.* van *MUSSCHENBROEK* capita de ſono & auditu merito leguntur, tum *CL. NOLLET* in *tertia parte Phyſices experim.* ubi ſonum per aquam propagari demonſtravit, & fumum tabaci per aurem exire falſum eſſe oſtendit, ſonometrum propoſuit.

CL. NICOLAUS LE CAT in *Traité des ſens* icones hujus organi non optimas dedit, & phyſiologiam ſoni. Auditus organum etiam in cochlea ponit.

LEONH. EULLER tentamen novum theoriæ Muſicæ, Petropol. 1739. Pleraque phyſica & mathematica ſunt. Suavitatis cauſam in parvitate numerorum poſuit, quibus tremorum proportiones exprimantur, deinde in ordine, quando cauſas ordinis facile prævidemus. Vibrationum numeros pro tota longitudine inſtrumenti determinavit, & ad ſonos in muſica receptos adaptavit, *&c.* In Diſſertatione *de ſono*, Baſil. 1728. 4. celeritatem ſoni a priori definivit, & propius, quam *NEWTONUS*, ad veritatem acceſſit. In *opuſculis*, Berolin. 1746. 4. contra *MAIRANI* particulas aeris diverſo gradu elaſticas objicit, non poſſe eas diverſitates diu ſupereſſe, & ſponte debere æqualitatem renaſci.

CL. CRAMER in *Journ. des Sav.* 1741. contra laminæ ſpiralis dignitatem in auditu objicit.

THEOD. PYL de auditu in genere Gryphisvvald. 1742. Diſp. Ex *ALBINI* experimento celluloſitatem membranæ tympani deſcripſit.

In *A. STOKHOLMIENSIBUS* 1741. *Trimeſt.* I. habetur Diſſertatio de diſtantiarum ex ſoni mora æſtimatione.

P. C. FABRICIUS anaſtomoſes nervi duri varias, perioſteum internum oſſiculorum auditus deſcripſit.

WILH. DAN. LILLIE de auditu, Leid. 1743. Diſp.

CL. LIEUTAUD organum auditus ſiugulari diligentia deſcripſit: quatuor laminas membranæ tympani: ligamenta quæ pro muſculis habita ſunt (nam ſolum admittit internum) & alia nova propoſuit; cartilagines tubæ accuratius enumeravit. Tympanum etiam feneſtræ ovali non bene tribuit.

J. T. KLEIN in *mantiſſa anatomica de ſono & auditu piſcium*, Lipſiæ 1746. 4. eum audi-

SCHELHAMMERUS poteſt addi, ſed qui DUVERNEYUM & EUSTACHIUM habent, facile reliquis carere poſſunt (*a*).

auditum defendit. Idem in *ichthyologicis* fuſe oſſicula auditus ex variis piſcibus depingit.

J. G. BRENDEL in duobus progr. *de auditu in apice cochleæ*, Gotting. 1747. 4. & in *Diſſ. noſtris* T. IV. Infundibulum inprimis furſum lateſcens deſcripſit in apice nuclei cochleæ, in quo uterque canalis convenit, & pro organo auditus propoſuit.

CL. J. GOTTLOB KRUGERUS in *phyſiologia* ſua, tum *C. G.* KRAZENSTEIN *bevveiſs daſs die feele den Körper baue* & *E. A.* NICOLAI *von der ſchönheit*: & in Libro *von der Muſic* EULERUM ſecuti ſunt, ut doceant animam numerare tremores aeris elaſtici, ſibique placere in iis, quorum harmoniæ numeris minoribus exprimuntur.

CL. J. F. MEKELIUS in Diſp. *de nervo Quinti Paris* chordam tympani ex duro nervo oriri, & a ſecundo ramo Quinti luculentum ramum accipere, primus oſtendit.

In CAROLI TAGLINI *lettere ſcientifiche* duæ huc pertinent, una de cantu fringillæ marinæ, altera de diverſis ſonis, quos una chorda edit.

J. T. KLEIN hoc loco citatus, audire piſces etiam in *PHIL. Tranſ.* & *Actis Gedanenſibus* confirmat.

GIAN. LUDOV. BIANCONI *due lettere al Marcheſe Maffei*, Venet. 1746.4. Altera de ſono agit.

GIAN. LUD. BIANCONI in citata epiſtola, quæ de ſono agit, obſervationes profert, quibus per experimenta cognovit, hyeme ſonum lentius, quam æſtate, progreſſum eſſe, in ratione 76. 78.

In III. Tom. *deſcription du cabinet du Roi* CL. BUFFONUS oſtendit quemlibet ſonum ex multis minoribus ſonis conſtare. Tonos differre credit, non ex numero ictuum, ſed ex eorum robore, ut debiliores ictus altiores tonos producant. Oſſicula auditus pene inutilia facit.

CL. DIDEROT in *mémoires ſur divers ſujets de mathématique* gratiam ſonorum ponit in uniformitate, in numero vibrationum intra quodlibet æquale tempuſculum natarum.

RAMEAU magni muſici, *demonſtration du principe de l' harmonie*, Pariſ. 1750. 8.

De *Olfactu*.

(*a*) *Olfactus* ſenſum hic omiſit Auctor codicis noſtri. Eum ergo ſupplere viſum eſt, etſi omnino pauci ſcriptores ſuum laborem ad has unice partes converterunt. Oſteologi equidem omnes, dum oſſa maxillæ ſuperioris deſcribunt, has etiam partes non potuerunt non hactenus recenſere. Sed eos tamen inprimis citare viſum eſt, qui peculiari cura & induſtria uſi ſunt.

CLAUDIUS GALENUS in Libro *de inſtrumento olfactus* & alibi, theoriam eam docet, ut aer per nares in cerebrum veniat, inque ventriculis anterioribus organum olfactus ſit, mucus vero a cerebro per foramina cribroſa in nares deſcendat.

Eadem ORIBASIUS repetit & reliqui medici: membranam IDEM continuam os, nareſque obducere & fauces, recte ſcribit.

J. BERENGARIUS CARPUS (*in Comm. in Mund.* p. CCCCX.) ſinus frontales primus, ni fallor deſcribit: nihil a cerebro in nares venire per os cribroſum dudum vidit. Eoſdem ſinus frontales *C.* STEPHANUS habet p. 250. & alii.

G. a ZERBIS olfactorium nervum primus in numerum recepit.

J. SYLVIUS in *calumniarum depulſionibus* ſinus ſphenoideos ſatis recte proponit.

A. VESALIUS & frontales, & ſphenoideas cavitates dixit (*Exam. Obſ. Fallop.* p. 32.), catarrhos per os cribroſum tranſire negavit. Neque ſinus maxillares ignoravit.

G. FALLOPIUS primus os cribroſum ſeorſim de integro deſcripſit, habitum ſinuum in fetubus obſervavit.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS in Tabula ultima f. 6. 7. oſſa narium, & inter ea os palati ſimpliciter ſed vere expreſſit, in Tabula XLI. vero muſculos.

Cellulæ ethmoideæ, niſi fallor, inventum ſunt PH. INGRASSIÆ.

CONST. VAROLIUS apertam aliquam viam a ventriculis anterioribus ad nervum olfactorium negavit.

JULIUS CASSERIUS in *pentaeſtheſeio* in Tractatu de naribus multa bona habet, muſculos narium noviter pictos, oſſa ſpongioſa omnino tria c. 16. T. 6. f. 7. ethmoideas cellulas T. V. f. 2. &c. & varia alia, etiam ex animalibus, ut omnino hic inter primos legi mereatur.

JOH. RIOLANUS in *Tr. iſagogico* & alibi, ſinus pituitarios abunde deſcribit.

J. B. HELMONTIUS catarrhos a cerebro per os cribroſum venire pariter negavit.

VOP. F. PLEMPIUS van de ſpieren motum narium in reſpiratione adſeruit.

DAN. MYLLER theoria trium ſenſuum exteriorum, olfactus, guſtus, & tactus, Lipſ. 1639. 4. *B. RIV.* *

PETR. SERVIUS de odoribus, Rom. 1641. 8. * *PL.*

NATHANAEL HIGMOR ſinuum varietates dedit, maxillarem, uti notum eſt; addita Chirurgica obſervatione ita ſibi proprium fecit, ut etiam nunc nomine ejus appelletur.

CONRAD VICTOR SCHNEIDER de oſſe cribriformi, VVittemb. 1655. 12. Princeps ſcopus eſt oſtendere, neque catarrhos a cerebro per os cribroſum deſcendere, neque aerem ea via in cerebrum venire. Ea occaſione etiam oſſa ſpongioſa nareſque variorum animalium deſcribit. De nervis per os cribroſum deſcendentibus dubius fuit, os ipſum diligenter conſideravit. *IDEM* in Libro *de Catarrhis* inprimis III. membranam pituitariam fuſe, maxime ex animalibus, deſcripſit, in ea mucum catarrhorum generari nihilque a cerebro accedere ita docte oſtendit, ut pleroſque ſequaces habuerit, *LOWERUM* inprimis, qui etiam experimenta eo ſpectantia fecit, quæ edita ſunt cum Libro *de corde*. Cæterum eruditiſſimus *SCHNEIDERUS*, etiam nimis, ſi id fieri poteſt, doctus fuit, nimis multas ſcriptorum oblivionem potius meritorum opiniones collegit, ita opus nimis amplum fecit, & difficilius lectu, cum rarius Auctor, frequentiſſime loquantur alii. Ita *PRÆCEPTOR* in prælectionibus ſcripſit.

T. WILLIS de cerebro ſinus frontales depinxit, de nervo olfactorio egit.

J. B. SEBIZ de inſtrumentis olfactus, Argentor. 1662. 4. *B. RIV.* *

NICOLAUS STENONIS F. in *ſpecimine myologiæ* ſpiralia oſſa ſpongioſa animalium: in Libro *de vaſis narium* glandulas ejus partis, & ſinus mucoſos animalium deſcripſit. Eo ductus ſibi etiam adſcripſit *G. NEEDHAM*.

In *Phil. Tranſactionibus*.

N. 139. *DUVERNEY* de naribus egit. Glandulas exiguas in naribus deſcripſit, & nares & laminata oſſa animalium ſagacium.

N. 326. Proboſcis Elephanti *BLAIR*.

N. 327. Laminæ oſſis cribroſi Elephanti *BLAIR*.

ANTONIUS MOLINETTI in Diſſertatione *anatomic. phyſiol. de ſenſibus*, Patav. 1669. 4. etiam eum ſenſum attigit.

P. COLLINS fuſe & diligenter organa olfactus deſcripſit, valde artificioſa, & in piſcibus, quæ laminis parallelis plena ſunt: & in avibus. Glandulas etiam narium muciferas habet.

In *R. BOILE* Tractatu *de mira efficacia effluviorum*, & altero *de origine qualitatum particularium* multa habentur experimenta, quæ ad odorum naturam faciunt.

C. BARTHOLINUS in *Actis Hafnienſibus* T. V. *Obſerv.* 16. & in ſcripto *de olfactus organo*, Hafniæ 1679. 4. & in *ſpecimine hiſtoriæ anatomicæ*, Hafn. 1701. 4. animalium ſpiralia & elegantes fabrefacta oſſa cribroſa depinxit.

CL. PERRAULT in *Eſſais de phyſique* T. III. varia obſervavit: Bruta animalia ſenſum olfactus a noſtro diverſum habere ſupponit, intra nares eſſe organum ſenſus olfactus demonſtrat *de l'odorat*, &c.

J. BOHNIUS etiam organa olfactus ex brutis deſcribit (in *circulo* p. 279. &c.)

J. M. HOFMANN de olfactus organo, Altdorf. 1680. 4. *IDEM* in ſua *C. H. idea* proceſſus mamillares cavos facit.

RAIMUNDUS VIEUSSENS cellulas ethmoideas; nervos olfactus per os cribroſum euntes; viam eo patentem pro injecto liquore tincto; membranam pituitariam ejuſque poros deſcripſit in *Neurographia*.

J. MERY in *progrès de la Médecine* nervos olfactorios ab officio removit, idque tribuit nervis Quinti paris, quod neque in nares deduci illi olfactorii queant, neque olfactus abfuerit, cum calloſi eſſent.

VERHEYENIUS etiam cellulas ethmoideas deſcripſit, & narium cartilagines.

J. G. BERGER de odoratu, VVittemb. 1698. Diſp.

ACADEMICI PARISINI in ſuis animalium deſcriptionibus multa ad oſſa ſpongioſa animalium addiderunt, glandulas narium dixerunt, refutaverunt conjunctionem nervi olfactorii cum ventriculis anterioribus.

In recentiori Academia huc pertinent.

MO-

MORAND de oſſibus ſpongioſis animalium 1724.

HUNAULD de lamina deſcendente ab oſſe ſpongioſo ſuperiori ad inferius 1730.

J. E. BERTIN 1744. nova oſſicula deſcripſit, quæ ſinuum ſphenoideorum partem conſtituant.

J. H. SBARAGLI in *oculor. & mentis vigiliis* aliqua ad nares adſperſit; negavit papillas.

J. PALFYN elegantes in oſteologia figuras dedit ad ſinus narium, ethmoideos, ſphenoideos.

J. B. MORGAGNUS in *Adverſario* VI. narium fabricam recognovit, tertium os ſpongioſum prioribus addidit, poros membranæ pituitariæ, ſinus, nervos olfactorios, in naſo muſculos deſcripſit (in explic. *EUST.*)

BENJ. EWALDT de olfactu, Regiom. 1708.

In *JACOBI DRAKE* iconibus a *COWPERO* communicatis, & in T. XVII. dedit icones narium, cellularumque ethmoidearum & poros narium.

J. A. SLEVOGT de proceſſibus mammillaribus cerebri, Jen. 1715. 4. & in *Coll.* noſtra T. II. revocavit antiquam ſententiam, cavos eſſe eos proceſſus. *EJUSD.* de *olfactus præſtantia* progr. Jenæ 1715. 4.

J. F. FLATO de narium fabrica, uſu & morbis, Leid. 1721. 4.

SEBAST. REININGER de cavitatibus oſſium cranii, Altorf. 1722. 4. jam laudatus eſt, *SCHULZII* procul dubio labor, ipſo vindicante in biogr. Altdorf.

J. DOMINICUS SANTORINUS in *obſervationibus* multa ſubtiliter rimatus eſt, nova oſſa turbinata propoſuit, oſſa ſpongioſa inferiora ad os palati, vomerem ad cribroſum revocavit cartilaginem naſi mediam cum lateralibus conjunxit. Muſculos narium externarum perſubtiliter auxit.

W. STUKELEY cellulas narium elephanti depinxit (*app.* I. *de Liene*).

In *Miſcellaneis Berolinenſibus AUGUSTINUS BUDÆUS* in *Cont.* II. bonas ad ſinus ethmoideos alioſque obſervationes propoſuit.

In *Cont.* IV. *VATERUS* a ſacco naſali in ſinum maxillarem viam eſſe invenit. *IDEM* in Diſſertatione *de polypo naſi* deſcripſit glandulas ſinus maxillaris.

H. BOERHAAVE in Tractatu *de fabrica glandularum* in mucoſos fontes narium inquiſivit, tum *KAAUVIUS* (*perſpir.* p. 239.), *CL. WALTHERUS*, *ALBINUS*, *LIEUTAUD*, *WEITBRECHT Act. Petrop.* T. IX.

FRIDERICUS RUYSCH ſparſim de naribus egit. In *Ep.* VIII. T. 9. & alibi vaſa ſepti narium pinxit: in ea epiſtola auxit numerum cartilaginum naſi. In *Theſ.* IV. n. 3. V. n. 30. ramos nervi olfactorii, a multis negatos, proſecutus eſt. In *Theſ.* VII. vaſa arterioſa mucoſa narium deſcripſit, & in *Theſ.* II. & III. *T.* 4. f. 5. ductum majorem ſepti narium, poroſque in *Ep.* VIII. delineavit.

J. OSTERLING de olfactu, Leid. 1731. Diſp.

ALEXANDER MONROUS in Libro de Oſſibus cellulas pituitarias diligenter deſcripſit.

H. van de *POLL de partibus quæ olfactui inſerviunt*, Leid. 1735. 4.

In *Syllabo Ruſſico*, ſæpe laudato, ſectio cranii & ſinus ſphenoidei atque ethmoidei ad naturam exprimuntur, & oſſis cribroſi novæ figuræ.

CL. GUNZIUS de humoribus p. 180. poros narium deſcripſit membranamque.

CL. NIC. LE CAT narium glandulas nimis, ni fallor, conſpicuas pinxit, villos papillares membranæ pituitariæ tribuit. Eas glandulas negavit *CL. SENAC*.

CL. NICHOLLS ſinus ſphenoideos ethmoideo oſſi tribuit.

LEONH. SPEISEGGER de olfactu, Leid. 1743. Diſp. Papillas narium ex obſervationibus *ALBINI* deſcribit.

W. CHESELDENIUS negavit nervos olfactorios ad nares deſcendere. In magno opere etiam narium ſectionem pinxit.

D. BOUILLET in tomo altero *Elémens de pratique*, Beziers 1746. 4. catarrhos per oſſis cribroſi foramina omnino defluere, eam viam apertam eſſe, aeremque per nares ad cerebrum venire nonnullis experimentis conatus eſt confirmare.

FRID. BOERNER de mirabili narium ſtructura, Brunſvvici, 1747. 4. *

Nos iconem narium ſinuumque pituitariorum, ni fallor, non malam dedimus, vaſa etiam deſcripſimus narium, uti nervos *J. F. MEEKELIUS* l. ſæpe citato.

In *CAR. TAGLINI litteris ſcientificis*, Florent. 1747. 4. exſtat epiſtola, in qua quæritur quare odores Veteribus grati nobis ingrati facti ſint.

CA-

CAPUT III.

De Lingua.

DUo Auctores notiſſimi ſunt; nimirum LAURENTIUS BELLINI *de guſtus organo* (a), Lugduni Batavorum 1711. editus, qui tamen nihil habet, ſi conferatur cum MALPIGHIO *de Lingua* (b), ubi ea pars adcurate deſcripta habetur.

Quæ FRACASSATUS addidit, multum molis ſed parùm nervorum habent (c). Nunc

(a) Ad fabricam linguæ veteres vix quidquam contulerunt, qui ejus carnem pro ſimplici & uniformi habuerunt, & eum ſenſum per varia loca diſperſum eſſe docuerunt, qualis adhuc proximo tempore ſententia fuit *NEHEMIÆ GREW* in *analyſ.plant.* qui valde curioſe in experimento verſatus eſt, & *THOMÆ WHARTONI*, qui linguam etiam pro muſculo adgnovit.

ARETÆUS de acut. paſſ. c. 7. linguam muſculum eſſe & nervos ſapienter ſcripſit. *THEOPHRASTUS de cauſ.* L. VI. c. 12. cognationem ſaporis cum odore vidit, ibidemque c. 2. vidmethod demus, jam *DEMOCRITUM* ſaporum diverſitatem per figuras particularum explicaſſe.

LAU. GRYLLI de ſapore dulci & amaro L. II. Prag. 1566. 4.

FALLOPIUS cruſtam villoſam linguæ deſcripſit, & villoſæ ventriculi ſimilem fecit.

J. BRAVI de ſaporum & odorum differentiis, Venet. 1592. 8.*

J. BRAVI lib. cit. collectio eſt ex veteribus abſque experimento.

Non alibi, quam in guſtu, brevior fuit *CASSERIUS*.

NICOLAUS STENONIS de muſc. & gland. fibras linguæ.

LAURENTIUS BELLINUS de guſtus organo ad M. MALPIGHIUM, Bonon. 1665. 12. Leidæ 1711. &c. Papillas ex aliquot nerveis fibris coëuntibus, corpus reticulare, & epidermidis vaginas deſcripſit, obſcuriori ſermone, ut ſolebat. Sapores nuſquam, niſi in lingua percipi, neque ibi niſi in papillis, per experimenta oſtendit. Salium figuras deſcripſit.

JOHANNI van *HORNE* papillas linguæ primum expoſitas neſcio an jure tribuit *W.* ten *RHYNE de bile veterum duplici* p. 78. 79.

(b) *MALPIGHIUS* in *Epiſtola de lingua* ad *J. A. BORELLUM*, Bonon. 1665. 12. deſcribit papillas linguæ triplices, nervos eo tendentes, corpus reticulatum, per quod papillæ tranſeunt, vaginas epidermidis in quas ſubeunt, fibras linguæ motrices variæ directionis, glandulas ad baſin linguæ & in œſophagi principio, ex ruminantibus animalibus omnia. Papillas pro ſede guſtus habet. Ante *BELLINUM* ſcripſiſſe videtur in Sicilia, cum in *Epiſtola de tactus organo*, quæ recentior eſt ea de lingua, *BELLINI* opus *ſub prelo eſſe* ajat p. 46. *edit. Neapol.* Ea vero, quam deſcripſit, fabrica, ut fere omnia *MALPIGHII*, avidiſſime ubique recepta & in libros tranſlata, multis erroris occaſio fuit, qui viſam in animalibus fabricam ad hominem tranſtulerunt, a quo longe abeſt.

(c) *CAROLUS FRACASSATUS* in Ep. *de lingua* ad eundem *BORELLUM* cum priori edita, papillas etiam, quo nervi perveniunt deſcribit: deinde ſe in varia diffundit, de ſalibus, ſaliumque figuris. Uterque amicus ſcripſit fere eodem tempore, non communicatis obſervationibus. Cum *MALPIGHII* operibus in editione Leidenſi recuſa eſt, tum in Bibliotheca *MANGETI*.

H. MEIBOMIUS apud *JUSTUM SCHRADER* in *obſſ. anat. Dec.* I. foramen cæcum linguæ invenit, & circumpoſitas papillas deſcripſit. O. 3.

J. BOHN. de guſtu, Lipſ. 1676. 4.

J. MAUR. HOFMANN gloſſographia linguæ ſtatum naturalem & præternaturalem .... exponens, Altdorf. 1677. 4. *EJ. de guſtu* 1689. 4. ib.

S. COLLINS foramen cæcum linguæ pinxit, tum papillas majores vicinas piſcium, & animalium aliorum deſcripſit. Palatum guſtare negavit.

F. REDUS Ep. *de ſalibus factitiis* huc legi meretur & conjungi cum *BELLINO*.

CL. PERRAULT pauca aliqua in *Eſſais* T. III. ex brutorum anatome de papillis retentricibus habet.

OL.

OL. BORRICH in T. II. *orationum* etiam *de natura dulcedinis* agit.

NEHEMIAS GREW in *analyſ. plant.* p. 280. ſapores fuſius & minutius, quam alii, diſtinxit.

A. LAMY vulgo receptam ex animalibus linguæ deſcriptionem ita correxit, ut unicam membranam craſſam, non reticulatam, unice pro papillis depreſſam deſcriberet (*Expoſition de l' ame ſenſitive*, p. 44.).

FREDERICUS RUYSCH linguæ papillas arcuatas, conicas & fungiformes, papillas buccales (*Theſ.* II. & X.) deſcripſit & pinxit, eaſque pro veris guſtus organis habuit.

DAVID ABERCROMBY in Opuſculis, Londini 1687. 12. editis, habet Tractatum *de modo cognoſcendi vires plantarum per ſapores*.

G. FRANK de guſtu, Altdorf. 1689. 4. Et in faucibus & in palato guſtum exerceri credit. De papillis linguæ ex ſue aliqua habet, & de papillis nerveis faucium & tonſillarum.

J. CHRISTIAN SCHAMBERG de guſtu, Lipſ. 1689. Diſp.

G. COWPER in *introductione* linguæ involucrum verius deſcripſit, molle, analogum epidermidi, tum ductus patulos exhalantes.

J. HIER. SBARAGLI in *apolog.* & in *vigil. ment. & ocul.* varia contra *MALPIGHIUM* objicit, & contra papillas, quæ deſint in piſcibus, in avibus paucæ ſint, & contra ſalium figuras. Contra *HORATIUS* de *FLORIANIS* confirmat papillarum ad guſtum neceſſitatem, & cum nervis nexum (p. 175.)

PARISINI Academici papillas duriores retentrices ex variis animalibus, linguæ elephantinæ fibras muſculoſas, genas Gazellæ (Dorcadis Afr.) papillas perforatas in Cameli lingua deſcripſerunt.

G. W. WEDEL theoria ſaporum medica, Jen. 1703. 4. Practica fere abſque obſervationibus phyſicis aut phyſiologicis. Medicamenta percurrit ex ordine ſaporum, & exponit, quid dulcia, quid amara boni faciant.

J. B. MORGAGNUS foramen cæcum, & papillas majores linguæ in *primis adverſariis* nitidiſſime depinxit. Iconem etiam ejus foraminis dedit *HEISTERUS* in *compendio*.

J. JAC. BAYER de freno linguæ, Altdorf. 1706. 4.

J. H. HEUCHER de organo guſtus, VVittemb. 1710. Diſp.

J. REINH. KUSTNER de lingua ſana & ægra, Altdorf. 1716. 4. Papillarum linguæ erectionem in guſtatione obſervavit.

ANTONIUS van *LEEUWENHOECK* plurima ad linguæ fabricam ex animalibus attulit. Huc ergo de lingua alba febrili. *Phil. Tranſ.* n. 312. 318. de lingua iterum n. 315. Ibi papillas porcinæ linguæ deſcribit.

ANTONIUS BIRRIUS in *ſpecimine* pro loco an. 1732. aliqua ad linguæ fabricam monuit.

CL. TREWIUS vaſa linguæ, & foramen cæcum, & alias partes dixit in epiſtola, quam ad me dedit anno 1734.

B. S. ALBINUS fibras vulgo receptas linguæ demonſtrari non poſſe monuit (*de deglutit.* p. 38.), fabricam veriorem linguæ, repudiato corpore reticulari perforato docuit, qualem vide deſcriptam apud *D. CORNELISSEN* van *EBO de fabrica & uſu linguæ*, Leid. 1742. & apud *J.* van *REVENHORST de fabrica & uſu linguæ*, Leid. 1739. 4. ubi epidermis & cutis linguæ, & papillarum varia genera, ſimplicium & compoſitarum, deſcribuntur.

A. F. WALTHER in Libro *de lingua* aliqua ad papillas & folliculos ſimplices adjecit.

G. W. MUYS in Libro *de muſculi fabrica* carnem linguæ deſcripſit, ſyſtema membranarum diverſum eſſe monuit, & credidit a numero muſculorum poſſe eximi.

A. KAAU obſervationes ad exhalantia vaſa buccarum & linguæ attulit (*de perſpir.* p. 113.)

CL. NIC. LE CAT docuit guſtum in œſophago & ipſo ventriculo etiam habitare, & famem eo pertinere, papillas in lingua reperiri fungiformes, lenticulatas, pyramidales, analogiam cum olfactu repetiit.

CL. LIEUTAUD papillas etiam linguæ, & pro ipſis perforatum corpus reticulare dixit.

CL. NOLLET, & *VERDIER* ſapores in palato percipi repetierunt, & iſte papillas ejus varias deſcripſit.

In *Phil. Tranſ.* n. 464. exemplum exſtat hominis, qui abſque lingua guſtabat & loquebatur. Simile exemplum exſtat in *Mémoires de l' Académie Royale des Sciences* 1718. & in E. N. C. *Dec.* I. ann. III.

In

In *poſthumo opere* CASSEBOHMII fuſe deſcribitur lingua vitulina, deinde humana.

Nondum prodierunt tabulæ poſthumæ SANTORINI, in quibus lingua humana depicta habebatur cum ſuis papillis. Laudatæ ſunt ab EUSEBIO SGUARIO in *præf.* ad editionem operum LANCISII.

CAR. FRID. WALTHER *de guſtu & ſaporibus*, Hall. 1743. 4.

ANDREAS CREUZBERGER Norimbergæ de guſtu & reliquis ſaporibus analogis, cum ſeptem coloribus, cogitata & ſimiles de ſonis hypotheſes nuper edidit 4.

BALTH. J. de BUCHWALD *de lingua humana*, Hafn. 1749. 4.

THEOD. ERN. JOS. MOERS *de organo guſtus*, Heidelberg. 1750. 4.

Ad ſenſum tactus neceſſe eſt ſcriptorum hiſtoriam adjicere. Veteres & hanc partem anatomes vix adtigerunt. HIPPOCRATES luculenter equidem excretionem ex vena calida notam habuit *Epidem.* L. VII. S. VI. περὶ τροφῆς Sect. IV. (& vide loca HIPPOCRATICA apud AB. KAAU *de perſpiratione* p. 403. ſeq. Neque perſpiratio ignorata fuit ARISTOTELI, qui cutem arteria, & vena, & nervo dixit conſtare, & ab hoc perſpirationem eſſe *de ſpiritu* c. 5. neque GALENO, cujus adeo frequens mentio fuit perſpirationis (*de uſu pulſ.* c. V. &c.), ut ejus loca a SANCTORIO paſſim exſcripta fuiſſe, monuerit T. SECKER, ſed neque CÆLIO ignorata fuit, qui ἄδηλον διαφόρησιν *occultam* reddidit *disjectionem Acutor.* L. II. c. 32. neque NEMESIO c. 23. 24. neque aliis veterum.

THEOPHRASTUS Chamæleontis prænomena deſcripſit, &, quod mirum, eamdem fere, quam VALISNERIUS rationem propoſuit, ſpiritum nempe eas mutationes facere, nam pulmonem ampliſſimum eſſe, & per totum corpus extendi, ut appareat inflando (*de animalibus quæ colorem mutant*).

Ad inhalationem cutis experimentum propoſuit CASSIUS Jatroſophiſta, n. 5.

N. MASSA tribuit ſibi inventum panniculum carnoſum *Iſagog. anat.* c. 3. Verum ante ipſum C. STEPHANI tempore & notus fuit, & ab eo Auctore refutatus L. III. 14.

Bulbos pilorum SALOMON ALBERTI dixit *quæſt. medic.* p. 42. EJUSDEM *de ſudore cruento*, &c. Diſp. 1582. 4.

EMANUELIS NONNII Liber *de tactu & tactus organo*, Ulyſſipone 1595. 8. (MERCL.) *

JUL. CASSERIUS in *pentæſtheſeio* potius muſculos manus depictos dedit, quam verum tactus organum.

J. JESSENIUS de JESSEN *de cute & cutaneis affectibus*, VVittemb. 1601. Diſp. *

MARCI ANTONII ULMI *Phyſiologia barbæ humanæ*, Bonon. 1603. fol. Fuſiſſima & inutiliſſima eruditio.

CHRIST. BECKMAN *de barbigenia hominis mere maris*, Jen. 1608. 4. *

BARICELLI *de hydronoſa natura*, ſive *ſudore humani corporis*, Neap. 1614. 4. *

SANCTORII SANCTORII *medicina ſtatica*, Venet. 1614. 12. (1612. CAT. ENDTER.) & infinitis aliis locis. LISTERI editio Londinenſis 1716. 14. nitida eſt. Aliam BAGLIVUS Italice eddidit, & addidit canones de *medicina ſolidorum*, Romæ 1704. 12., aliam adjectis notis & ſimilis argumenti Libellis DODARTII & KEILII auctam P. NOGUEZ, Pariſ. 1725. 12. Germanice translatus eſt a D. JOH. TIMMIO, Bremæ 1736. 8. Cum LISTERI & BAGLIVI comm. prodiit, Patavii 1713. 12. Opus ipſum aphoriſticum eſt, concluſionibus ab eventuum ſimilitudine in univerſales definitiones contractis, abſque ullo catalogo experimentorum, aut modi indicatione, quo hæc experimenta, ſæpe valde difficilia, facta ſint. Non dixerim, CUSANUM Cardinalem exſcriptum eſſe a SANCTORIO (ut ejus viri inimici ipſi exprobraverunt. Vide in I. Fen. *fin. Avicenn.* p.) 81. aut HIERONYMUM THEBALDUM, quæ OBICII fuit calumnia. Id autem negari nequit, multa videri ad veterum, & GALENI, placita ficta eſſe, multa etiam aut omnino non admitti poſſe, aut ad aliquam idioſyncraſiam pertinere, ut magna illa perſpirationis ad urinam ratio eſt, & nocturnæ perſpirationis copia.

SANCTORII SANCTORII liber recuſus eſt Venet. 1634. 12. Gallicam hujus libri editionem dedit etiam le BRETON, Pariſ. 1722. 8. Exſtat etiam editio cum *ſtaticomaſtige* OBICII & SANCTORII *reſponſione*, Leid. 1642. 8. 1713. 8. Italice SANCTORIUS verſus eſt a FRANCISCO RENIER CHIARI, Venet. 1743. Anglice excuſus eſt cum animadverſionibus, Lond. 1723. 8. Cum BAGLIVI & LISTERI comm. prodiit primum Patavii 1710. deinde anno; quo diximus.

HIP-

HIPPOLYTI OBICII ſtaticomaſtix : cujus editionem Lipſienſem pro prima citari video a *LINDENIO* 1614. 12. * aliam cum *SANCTORII* ſtatica junctim, Lipſiæ 1670. 12. & alias prodiiſſe novi. Objectiones varias abſque experimentis protulit. Paucis paginis reſpondit in editionibus poſterioribus opuſculi *SANCTORIUS*.

HIPPOL. OBICII liber cum *SANCTORII ſtatica* primum Leid. 1642. 8. prodiit, deinde Lipſiæ.

HIERONYMI SENIS (nempe *FABRICII* ab *AQUAPENDENTE*) *de integumentis corporis*, Patav. 1618. 4. Regiomonti 1672. (nam nullus fuit unquam *HIERONYMUS SENIS*, cui tribuit hunc Librum *LINDENIUS*.) Muſculum cutaneum erinacei, corneæ oculi epidermidem, duas laminas epidermidis vidit.

JOH. TARDINI de pilis diſquiſ. Turoni 1619. 8. In quæſtionibus ſubtilibus abſque proprio experimento occupatur.

JAC. HEYST diaſcepſis de pilis eorumque natura, Amſtel. 1646. 12. *

DAN. MYLLER theoria trium ſenſuum exteriorum olfactus, guſtus & tactus ſpecialis, Lipſ. 1639. 4. (*B. RIV.*)

JOH. FABER ad *HERNANDEZ* habet etiam Chamæleontis phænomena p. 723.

N. vero de *PEIRESC* ſuas de chamæleonte obſervationes in vita ſua propoſuit: tum in *Jatrologiſmis D. PANAROLUS*, & in *muſæo NEHEMIAS GREW* p. 70. qui cauſam ad tuberculorum mutationem retulit, & in itinere ſuo *SPONIUS*. T. I. & *GEORGIUS WHEELER* III. p. 260. & le *BRUYN* in itinere priori p. 162. ed. Belg. & *BANIERES* in Tractatu in phyſicis citato *de luce & coloribus*, qui cutem ſudantis animalculi pro ſpeculo habet.

J. RIOLANUS in *novis opuſculis* etiam *de unguibus & pilis* Tractatum habet, Pariſiis 1652. 12.

N. STENONIS panniculum carnoſum ex numero integumentorum corporis humani rejecit (*myolog. ſpecim.*) Idem ibidem glandulas cutaneas piſcium deſcripſit. Cuti inſertos tendines ejuſque involucri inde partem enatam obſervavit. In Libro *de ſolido intra ſolidum* teſtarum, quod tegumenti genus eſt, formationem deſcripſit. In A. H. II. 224. vim torpedinis in muſculis poni, qui ſe contraherent, pridem vidit.

R. HOOK in *micrographia* cutem ex filis fieri pro certa re ſcripſit, pilorum ſubtiliorem dedit anatomen, tum *POWERUS* in obſ. 50.

ROBERTUS BOYLE in *tentamine porologico* de pilis aliquas obſervationes habet, internam perſpirationem viſcerum ſplenis, jecoris, renum, &c. perſpicax prævidit. Experimenta inhalationis & in eo Libro & in altero protulit *de mira ſubtilitate effluviorum*.

J. van *HORNE* de glandulis cutaneis dixit inter primos in *Epiſt. BARTHOLINI 97. Cent.* III. tum de ſebaceis *CAROLUS DRELINCOURT* apud *PECHLINUM de purgantibus* p. 472.

JAC. BURLINUS de feminis ex ſuppreſſione menſium barbatis, Altdorf. 1664. Diſp.

MARCELLUS MALPIGHIUS epiſtolam *de externo tactus organo* ſcripſit an. 1664. & edidit Neapoli 1665. 12. In ea inventas in lingua papillas atque reticulare corpus etiam in reliquo corpore perſecutus eſt, & in Galli Indici pede, ungulis ſuillis, alibique invenit. Sedem nigredinis in eo ipſo corpore poſuit, quod *reticulare* vocavit. Glandulas ſudoriferas deſcripſit. *IDEM* in *poſthumis* de pilorum & unguium fabrica fuſe egit, tum de glandulis ſebaceis faciei humanæ, mucoſis piſcium. Papillas cutaneas labiorum, & glandis penis in Glire vidit.

In *Philoſophicis Tranſactionibus*.

Inhalationis per cutem experimentum in Jamaica, n. 27.

GODDARD experimenta in Chamæleonte, n. 137.

A. van *LEEUWENHOEK* de fabrica pilorum, in *Lectures & collect. HOOKII* 1678. editis. *EJUSDEM* de iiſdem pilis, n. 140. De pilis per urinam redditis, n. 323. De pilis Acari, n. 333. *IDEM* de ſudoris particulis, n. 106. *IDEM* de ſquamis cuticulæ, puero ſquamoſo, ſquamis in ore n. 159. 160. *IDEM* de cute Elephanti n. 335. Balænæ, n. 334. palati bubuli, n. 320. de callo manuum pedumque, n. 373. In epiſtolis etiam phyſiologicis de unguibus egit p. 416. & de pinguedine exhalante per cutim, de pilis, &c. Ejus ſquamas epidermidis negavit ſe reperire poſſe *HARTSOEKER* in *Extrait critique* p. 6.

M. MALPIGHII deſcriptio cornu quod ex latere Bovis prodierat, n. 160.

G. ENT. de Teſtudinis pondere hyberno & verno, & adeo de ejus perſpiratione, n. 194.

N. GREW. rugæ cuticulæ ſpirales & ſudoris pori, n. 199.

Puer cornubus undique ex cute efflorefcens, n. 230.

Nigrita maculis albis, n. 235.

Puella miro candore, ſolem ægre ferens, n. 307. Hæc eſt ea gens hominum, de qua CL. de *MAUPERTUIS* nuper ſcripſit.

BLAIR & *ALLEN* de cute & pilis Elephanti, n. 326.

A. VATER de puero ſquamoſo n. 440. & *MACHIN*, n. 421.

CL. LINING n. 470. 475. & 487. pulcherrimas tabulas dedit experimentorum circa perſpirationem inſtitutorum. Ex iis conſtitit, æqualem eſſe urinæ aut paulo majorem portionem, & perſpirationem ſequi caloris gradum, ut hyeme infra urinam ſit, æſtate ſuperet, &c.

MITCHELL de colore Æthiopum diſſertatio n. 474. Cauſam quærit in craſſitie majori cutis. Corpus reticulare negat ſuccum concretum eſſe. Epidermidem in nigritis etiam craſſiorem eſſe ait, & in duas laminas ſeparabilem.

Plica polonica in vetula Angla abſque ſordium ſuſpicione, n. 483. & longiſſimæ plicæ, n. 417. 426.

T. BARTHOLINUS de luce hominum & brutorum, Hafn. 1669. 8. Erudita collectio nata occaſione lucis viſæ in carnibus integris macelli. Plurima olim hujuſmodi exempla fuerunt, ut *JULUM* omittam. Carmelitam monachum, qui retrorſum ſe pectendo ignem excuteret *CARDANUS* habet *de rerum varietate* p. 320. mulierem *BARTHOLINUS Cent.* III. *hiſt.* 70. virum *PLOT Staffordshire* p. 116. *HEUCHER* p. 1083. in *oper.* Carnes vero lucidas *PLOT Staffordshire* p. 265. du *HAMEL* p. 156. *BOTTONI* in *pyroſophia*. Idem *BARTHOLINUS de uſu integumentorum partium corporis humani* Diſſ. dedit, Hafniæ 1654. Franc. 1656. 4. * Reſpondente *SEGERO*.

J. PANCR. BRUNO de ſudore ſanguineo, Altdorf. 1669. 4.

J. BOHN de tactu, Lipſ. 1677. 4.

F. GLISSON in Libro *de ventriculo & inteſtinis* tegumentorum communium fabricam, pilos quos in homine a natura ineſſe vidit, panniculi carnoſi abſentiam dixit.

J. LUDOV. HANNEMANNI ſcrutinium curioſum nigredinis Æthiopum, Kilon. 1677. 4. Compilatio.

JOH. NICOLAUS PECHLIN de habitu & colore Æthiopum, Kilon. 1677. 8. In reticulo ſubcutaneo unice ſedere atrorem vidit, bilem eo aliquid facere ante recentiores ſenſit, ſolis efficaciam negavit, poros ſudoriferos & ſucciferos in Æthiopibus detexit. Chamæleontis phænomena adjecit. De nigredine Æthiopum vide etiam *T. BROWNE error popul.* L. VI. c. XI. XII.

PARISINI in prioribus monumentis multa ad hiſtoriam integumentorum corporis attulerunt. Piſcem Torpedinum in effectu ſimilem ex Anguillarum genere deſcribunt, etiam *PETRO BARRERE* dictum *hiſt. naturelle de la France Equinoxiale*, & *ILLUSTRI* de la *CONDAMINE* in itinere ſuo. Tum Elephanti cutem, & in Struthione reticulum papillaſque, & Pelicani cutem, & unguem Leonis Urſique accurate delinearunt.

| De glandulis ſubcutaneis etiam obſervationes habet *PEYERUS*, & *HARDERUS*, in exercitationibus, & *BOHNIUS*.

J. P. BRUNO de tranſpiratione inſenſibili, Altdorf. 1680. 4. *de ſudore*, 1669. 4.

J. P. BRUNO etiam eſt *de fuliginibus humanis*, Altd. 1698. 4.

J. DUVERNEY paſſim de cute dixit, & de papillis apud *BLEGNY* in *Zodiac.* T. III. In *JOURN. DES SAVANS* 1689. deſcribit fabricam cornuum ex papillis natorum, & unguium qui cornubus valde adfines ſunt, & cutem, reticulare corpus & papillas quadrupartitas Elephanti exponit.

O. TACHENII experimenta de ſudoris analyſi huc refer ex *Hippocrate Chemico* C. XII.

A. E. RIVINI obſervationes circa poros in cute piſcium vid. A. E. 1687.

CL. PERRAULT multis locis hanc hiſtoriam attigit. In *Eſſays* T. III. fabricam unguium, cornuum, pilos, aculeos Hyſtricis, tranſpirationis naturam aqueam proponit, papillas negat, exemplo tactus, qui in partibus corporis internis exercetur, & cutis Elephanti, quæ ſit abſque papillis.

J. STEPHANI LORENZINI oſſervazione intorno alle Torpedini. Florent. 1678. 4. Lond. 1705. 4. A muſculis etiam ex veſicis compoſitis effectum interpretatur. Exſtat etiam in E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* IX. *F. REDUS* in *eſper. natur.* p. 26. 27. torpedinis anatomen habet.

J. J.

J. J. WALDSCHMIDT de colore Æthiopum, Marburg. 1683. Diſp. *EJUSDEM ſpecimen de ſenſibus*, Marburg. 1684. 4.

S. COLLINS ſquamas piſcium, glandulaſque eorum cutaneas dixit.

GRIENDL ab *AICHA* in *micrographia* pilos deſcribit.

G. BIDLOO in magno opere proprios ductus aquoſos inter cutem & cuticulam deſcripſit, & depinxit, quos nemo recepit, & refutavit *COWPERUS*, pilorum etiam paradoxas icones dedit.

J. M. HOFMAN de cuticula & cute, Altdorf. 1685. Diſp.

Cum *JAC. SYLVII noviſſima idea de febribus* prodiit diſſertatio *de inſenſibili tranſpiratione mechanice probata*, Dublin. 1686. 8. *

GUILIELMUS COWPER in opere *BIDLOVIANO* ad T. IV. epidermidem ex multis laminis compoſitam deſcripſit, & pilorum medullam, & ungues, & cutaneas glandulas. Pilos *IDEM* a morte creſcere adfirmavit, quod vulgo negant recentiores, experimento vero fulſit *PURMANNUS Lorberkranz* p. 228. Habet etiam glandulas ſebaceas penis.

CONR. PHIL. LIMMER de cute ſimulque inſenſibili tranſpiratione, ſudoribus, pilis & organo tactus, Serveſt. 1691. 4. *

EDMOND TYSON glandulas penis, & glandulas axillares internas peculiares in pygmæo invenit p. 25.

PIERRE CHIRAC Extrait d'une Lettre ſur le ſujet des cheveux, Monſpel. 1688. 12. cum operibus poſthumis nuper recuſa a *D. BRUHIER*. Fibras tendineas cutis pilum facere, medullam ineſſe ex glanduloſa membrana ſanguine ebria continuatam, quæ intus radici bulboſæ pili inſit, & alia invenit. Ungues a tendinibus deducit.

PLACIDUS SORACI in Diſp. *an pili partes corporis viventes*, Pariſ. 1703. 4. & in *Collect. Diſp.* vol. IV. deſcribit bulbos pilorum glutine plenos, quod continuetur in pili cavam, &c. Acriter de eo invento, etiam coram judice, depugnavit cum *PETRO CHIRAC PLACIDUS*, & *VIEUSSENIUS* in *réponſe à trois Lettres de M. Chirac*, Monſpel. 1698. 8. fuſè teſtimonia adfert plagii, cujus *CHIRACUS* reum facit.

HEIDENRYCK OVERCAMP nader verklaring over de ontdeckte doorvvaaſeming, Amſtelodami 1694. 4. ſive commentarius in *SANCTORIUM* Carteſianus.

GUILIELMI COLE diſquiſitio de perſpirationis inſenſibilis materie & peragendæ ratione, Lond. 1702. 8. cum conſilio de epilepſia. Perſpirabilem materiam a ſudore diverſam eſſe, & fieri ex halitu ſanguinis, ab aliqua inprimis parte ſucci nutritii, & a partibus ſolidis corporis humani docet. Explicat etiam, quomodo ſudor & diarrhœa perſpirationis defectum ſuppleant. Per theorias omnia.

M. E. ETTMULLER de tactu ſenſuum externorum moderatore, Lipſ. 1695. 4.

CHRISTIANI VATER de tranſpiratione inſenſibili C. H. VVittemb. 1695. Diſp.

G. FRANK onychologia, Jen. 1696. 4. Non abſque experimento. Et ejuſdem *de unguibus monſtroſis & cornuum productione in puella cornigera Islandica*, Hafn. 1716. 4. *

J. A. SLEVOGT de ſudoribus, Jen. 1697. 4.

CONTULI de podagra, Romæ 1699. 4. & in *Act. Erud.* dat iconem imaginariam cutis cum glandulis, vaſe excretorio, valvula.

FRID. WILH. CRAUSE de capillis, Jen. 1700. Diſp.

In *Mémoires de l'Acad. Royale des Sciences*.

An. 1700. & 1707. An aer ex cute exhalet, contra *HOMBERGIUM*.

1703. *LITTRE* de fabrica cutis, nigredine Æthiopum, glandulis cutaneis, &c. *DUVERNEY* de iiſdem ibid.

1714. *REAUMUR* de Torpedine. Muſculos etiam advocat, quos *LORENZINUS*.

1716. *REAUMUR* de ſquamis piſcium. De iiſdem *PETIT* in anatome Cyprini 1733.

1719. *ROUHAULT* de unguibus monſtroſis.

1724. De Nigritis & Mulattis.

1727. *MAUPERTUIS* lac acerrimum ſub cute Salamandræ vidit.

SARAZIN de aculeis Hyſtricis celluloſas hominis icti perreptantibus.

1728. & 1731. Pili accidentales ex materie moſchata facti, & a morte nati.

1740. Defectus epidermidis in una parte linguæ.

1734. & 1744. Nigrita albus iride roſea, idem de quo *D.* de *MAUPERTUIS*.

L. *BELLINI* in poſthumo *diſcurſo* II. exemplo maculæ in adtacto metallo foriferæ perſpirationem demonſtrat, manumque fumantem in loco obſcuro una candela illuſtrato, adducit.

J. H. SBARAGLI contra papillas ſcripſit in ſuis *mentis & oculorum vigiliis*.

J. B. MORGAGNI glandulas ſebaceas fere per totum corpus deſcripſit in *Adv.* I. IV. V. *epiſt.* III. De cute etiam Nigritarum ſua experimenta protulit, & cutem etiam aliquantum vidit infici. De epidermide etiam egit *Adv.* II. De pilorum ortu in cellulofa & ex glandulis ſebaceis vide *Adv.* IV.

J. GOD. BERGER de perſpiratione, ſpirituoſam & pulmonalem junxit cutaneæ.

JOH. FANTONUS de more utilia monita adſperſit, pilos, glandulas ſebaceas varias deſcripſit, ſudorem ex glandulis parari negavit. Vaſcula epidermidis repleta ex theſauris *BLANCHIANIS* citavit, in *novis diſſertationibus*.

G. BAGLIVIUS muſculum cutaneum hyſtricis deſcripſit in Libro *de fibra motrice*.

M. LISTER de humoribus. de ſudore & perſpiratione egit, illum morboſum eſſe ſcripſit, de glandulis ſubcutaneis egit, perſpirationem nimiam a *SANCTORIO* deſcribi, edoctus a *CRESSENERIO* monuit (*de cochleis*). *IDEM* commentarium in Sanctorium edidit, quem ſuperius citavi.

CL. WAINEWRIGTH in Diſſ. *of bathing* noxas nimiæ tranſpirationis conſideravit. Prodiit cum ejus diætetico Libro, quem alibi laudabo.

ANTONII VALISNERI de Chamæleonte opuſculum in claſſe phyſica laudatum eſt. Cutis tubercula, ſulcos, ſiphones aeris eo ex pulmone pertinentes, colorum veras in Italia mutationes deſcribit, & conjecturam habet colorum varietatem inprimis ab effuſo in ſulcos cutis aere eſſe.

J. D. SANTORINI ad Nigritarum etiam atrorem experimenta protulit. Bilem ad eum colorem conferre conjecturam habet.

H. BOERHAAVE ad fabricam pilorum in orat. *de certo in phyſicis*.

J. KEIL in *ſtatica Britannica* propria ſua, non tamen longiſſimo tempore capta experimenta protulit, urinæ plus, perſpirationis minus invenit, quam *SANCTORIUS*, & nocturnam minorem diurna, & in univerſum variabilem, ut inſigniter mutari poſſet & minui monuit, abſque evidente malo. Inſpirationem etiam, quæ nocturno & pluvio tempore fit, experimento confirmavit.

JOH. QUINCY ad *SANCTORIUM* commentatus eſt, cujus libri *quarta editio* penes me eſt, edita Londini an. 1728. 8. Titulus eſt *Medicina ſtatica*. Plus habet ratiociniorum quam veri experimenti. A balneo factam enormem quadraginta librarum perſpirationem memorat. Sudorem plus, quam perſpiratio, auferre fatetur; pro ejus materie habet, id quod fibram animalem irrorat & humectat, & ſpirituum partem perſpirari credit; magnam vim, qua perſpiratio contra aquæ pondus exit, ad calculum revocat. *Introductio* aliqua univerſalia habet de mechanicis corporum qualitatibus.

PAULI GOTTFRIED SPERLING de ſudore, VVittemb. 1706. 4.

GEORG. FRID. FRANCI meditationes de ſudore, Hafniæ 1707. 4. *B. RIV.* *

ERN. HENR. WEDEL de perſpiratione inſenſibili, Jen. 1708. Diſp.

Ad ſudoris analyſin aliqua attulit *PETIT Epiſt.* II.

HERMANNUS BOERHAAVE poros ſubcutaneos & varia ſebi genera in Ep. *de fabrica glandularum* plurimum illuſtravit.

PAULI DONS Diſſ. phyſiologica de tranſpiratione animalium, Hafn. 1713. 4. *B. RIV.* *

WILHELMUS DERHAM pilos animalium ad microſcopium deſcripſit in *phyſico-theology*, eorumque medullam.

JOH. FLOYER de aſthmate etiam experimenta fecit ad tranſpirationem, & ſenſibiles excretiones ſextuplo majores invenit inſenſibili, neque perſpirationem ante inſultum morbi minui, ut edixerat *SANCTORIUS*.

M. v. ROSSEN Diſp. *de functione cutis*, Leidæ 1719.

FREDERICUS RUYSCH infinita ad cutis hiſtoriam attulit, vaſa per repletionem inventa, papillas varias, Epidermidis vaſa, quæ *GARENGEOTUS*, *BLAIR*, *S. ANDRE'*, *BIANCHI*, *MIEG* in *ſpecim. Anat. Botan.* Baſil. n. 25. & alii ſe repleviſſe credebant, etiam pretio conſtituto expugnavit. Epithelii & epidermidis in os & inteſtina deſcenſum deſcripſit, ex papillis oriri credidit. Glandulas cutaneas negavit, cryptas eſſe dixit, oleum per poros exhalare de celluloſa docuit.

G. C. SHELHAMMER in *phyſiologia* meminit etiam chirothecarum epidermidis a ſe præparatarum, quales elegantes RUYSCHIUS & D. de la PEYRONIE detraxerunt. SANCTORII merita elevavit, & experimenta, neque ſatis certa, neque tanti momenti eſſe pronunciavit, ut vulgo quidem habentur.

BENED. STÆHELIN in *tentamine Anat. Botanico*, Baſil. 1721. 4. profert experimentum pro glandulis ſubcutaneis.

THOMÆ SECKER *de medicina ſtatica*, Leidæ 1721. 4. Diſſ. & in vol. *noſtr. coll.* III. Audaci inſtituto SANCTORIUM impugnare adgreſſus eſt. In multis GALENUM exſcribere dixit & imitari, & ex theoria aphoriſmos facere: eamdem eſſe perſpirationis materiem cum ea ſudoris, inſpirationem male negligi, aphoriſmos aliquos ſibi contradicere, &c. KEILIUM perinde inconſtantiæ arguit.

CROMWELL MORTIMER *de ingreſſu humorum in corpus humanum*, Leidæ 1724. 4.

HIERON. LUDOLF *de ſudore*, Erfurt. 1724. 4.

JOH. DE GORTER *de perſpiratione inſenſibili Sanctoriana*, Leidæ 1725. 4. & 1736. 4. In priori opere commentatur fere in SANCTORIUM, adjectis KEILII obſervationibus, & de motu muſculari etiam, urina, &c. fuſe agit, & ex Phyſiologia BOERHAAVIANA phænomena explicat. In altero multa auctius habet. In ſomno minus tranſpirari, reliquis æqualibus, recte monet, & in hyeme, ſi cum æſtate comparaveris. In Libro *de ſiti* etiam aliqua huc pertinent, ubi de *venis inhalantibus* agit. IDEM in Chirurgia ſua papillas molles rejicit, veraque tenuia tubercula conica ab iis diverſa deſcribit.

Statica medicina Gallica DODARTI (& Britannica KEILII) a P. P. NOGUEZ cum ſtaticis SANCTORII aphoriſmis edita eſt, Pariſ. 1725. 8. Experimenta DODARTI in unico homine capta, pauca, quorum initium factum erat 1668. continuata per 33. annos, multa tamen utilia habent. Excrementa viſibilia per ſenium minui, demonſtrant, & urinæ copiam majorem & perſpirationis minorem eſſe, quam fecerat SANCTORIUS; ſordes etiam cutis ad calculum revocavit.

CAROLI FRANCISCI COGROSSI *ſaggi della medicina Italiana*, &c. Padova 1727. 4. Vitam habet SANCTORII, ejuſque inventa celebrat, æolipilam ad morbos, pulſilogium anemometron, ſtateram hydroſtaticam, lectum penſilem, acum triquetram, aliaque.

SACRELAIRE *de corporis humani integumentis*, Leidæ 1727. 4.

STEPHANUS HALES perſpirationem humanam cum exhalatione plantarum comparavit.

Inter J. LANZONI Diſſertationes *prima de capillis* eſt.

J. R. C. GARENGEOT de epidermide Nigritarum aliqua experimenta attulit.

J. A. WEDEL *de tranſpiratione inſenſibili & ſudore*, Jen. 1728. Diſp.

JOHAN. AMMAN *de venis in corpore humano bibulis*, Leidæ 1729. 4.

J. FRID. HERELIUS *de primario uſu pororum in corpore humano*, Altdorf. 1732. Diſp.

CL. PASSAVANT *de inſenſibili tranſpiratione Sanctoriana*, Baſil. 1733. 4. Inhalationem merito conſiderat.

C. J. TREW in *Commercio litterario* 1731. de Æthiopis integumentis communibus aliqua habet. In *Comm. Lit.* 1739. analyſis ſudoris exſtat.

CHR. WOLF in *nüzliche verſüche* T. III. de pilorum fabrica agit.

JOSEPHUS POZZI in *Commercio Epiſtolico* de pilis & unguibus experimenta habet, quos ex tendinibus deducit.

CL. ARBUTHNOT perſpirationem eſſe exhalationis exceſſum ſuper inhalationem recte monuit *on air*.

J. H. SCHULZE *de ſudore*, Hall. 1733. 4.

P. HAGUENOT *de tranſpiratione inſenſibili*, Monſpel. 1733. 8.

A. VATER *de cuticula pueri Londinenſis* Progr. VVittemb. 1735. 4.

ALEXANDER MONROO in *Edimburgenſium* T. III. deſcribit cuticulam internam in ventriculo & inteſtinis, &c.

A courſe of ſtatical experiments and obſervations made by a curious perſon in a tvvelve-month, Dublin. 1734. 8. Nomen auctoris eſt RYE, qui experimenta ſua in epiſtola ad D. ROGERS tradidit. Perſpirationem lotio majorem invenit, & fæces 6. fere unciarum, quæ cum SANCTORIO ſatis conſentiunt. De ciborum perſpirabili indole aut inperſpirabili multa expertus eſt. Cibus & potus ipſi hyeme $4\frac{1}{2}$. l. fuit, æſtate ad 7. l. fuerunt.

In

In *J. DAN. GEYERI reiſeſtunden* diſſertatio habetur de nigritis, quorum primum *CAI-NUM* facit.

J. HENR. SCHAAF de organo tactus, Duisburg. 1734. 4. Papillas compoſitas vaſculoſas, ungues, epidermidem, ex *ALBINI* experimentis deſcribit.

BARTH. MURRY eſtne tranſpiratio hyeme perfectior, Pariſ. 1736. 4. Adfirmat.

CLAUDE de la *VIGNE* de *FRECHEVILLE*. *Ergo perſpirationi & ſudori cæteræ excretiones vicariæ*, Pariſ. 1737. 4.

BERNARD SIEGFRID ALBINI de colore Æthiopum, Amſtel. 1738. 4. Egregio labore reticulum, ut vocatur, mucoſum in cute & unguibus, papillas cutaneas & alia exponit.

A. ZAUNSLIFFER hiſtoria pilorum in homine, Leidæ 1738. Diſp.

C. A. a *BERGEN de perſpiratione viſcerum*, Francof. Viadr. 1738. 1739.

ABRAHAM KAAU integro Libro *de perſpiratione Hippocratica* egit, Leidæ 1738. 8. quo plurima equidem alia, ſed etiam huc pertinentia egregia experimenta habentur, ad exhalationem internam & externam, ad inhalationem utramque, ad fabricam cutis, glandulas, papillas, pilos, ungues, ſudorem, adipis percolationem, epidermidem viſcerum.

CHRISTIAN GOTTL. LUDWIG de cuticula, Lipſ. 1739. 4.

JAC. NIC. van *GENT de organo tactus*. Diſp. Groning. 1739.

MELCHIOR VASSENS de ſudore & inſenſibili tranſpiratione, Leidæ 1739. 4.

C. de *COURCELLES* papillas nerveas pinxit in Libro *de muſculis capitis*, in apice perforatas, inter eas pulpam, & arteriolas nervuloſque papillarum.

CHRISTIAN BERNHART von *SANDEN de cutis exterioris morbis*, Hall. 1740. 4. fuſiſſima Diſputatio, quæ ab ovo incipiat. Negat venas reſorbentes.

BRANDAN MEIBOM de pilis eorumque morbis. Helmſtad. 1740.

JAC. van *LINDER de integumentis hominis communibus*, Traject. 1740.

In *Diario Trivultino* anno 1737. *Jun.* & *Auguſt.* de cauſa nigroris Æthiopum agitur, & ea ex ola ambuſtione explicatur.

CL. NIC. LE CAT tactus ſenſum brevius attigit.

J. F. CARTHEUSER de neceſſitate tranſpirationis cutaneæ, Francof. ad Viadr. 1742. & ejuſd. *de habitus cutanei ſubita inflatione*, ibid. 1747. 4.

W. CHESELDEN papillas cutaneas negavit, de epidermidis fabrica egit.

P. BARRERE ſur la cauſe phyſique de la couleur des Negres, Pariſ. 1741. 12. Nigredinem Æthiopum a bile fieri, cutemque eorum perpetuo colore nigro ſudare, &c. Contra eum virum in *JOURN. DES SAVANS* 1742. Maj. objicitur, non a bile atrorem eſſe poſſe quæ flava ſit non atra, &c.

CL. HEISTERUS glandulas cutaneas rejecit.

VANDENESSE & *DES MOLES* in Theſ. Pariſ. 1742. *ergo a globuloſa ſanguinis ad cutem applicati parte Æthiopum color*.

CL. LIEUTAUD in *eſſais anatomiques* bulbos pilorum & in cute radicari & ſub ea; corpus reticulare non ubique reperiri, neque idem eſſe cum corpore mucoſo Æthiopum glandulas in cute nullas reperiri & alia utiliter monet.

H. THEODOR. BARON in propria theſi 1742. Pariſiis defenſa cum titulo. *Ergo humor tranſpirationis non excrementitius*, humorem perſpirantem non eſſe excrementitium oſtendit, ſed exhalare ſub cuticula, & maxima parte per venas iterum reſorberi.

DE RIET de organo tactus, Leidæ 1743. 4. Vaſa papillarum dixit.

M. R. Med. a Lyon *diſſertation ſur l' origine des Nègres* 1744. 12. *

Diſſ. *ſur un Nègre blanc* 1744. & 1746. 12. &c. Auctor anonymus, quem pro *ILL.* de *MAUPERTUIS* vulgo habent, deſcribit Nigritam album, lucem ægre tolerantem, novum genus hominum, quod pro varietate Europeæ ſpeciei habet. Tales lacteos Æthiopes heliophobos dudum *WAFERUS* in itinere ad *Iſthmum* aliique viderant.

PET. ARCELIN. Ergo dantur vaſa abſorbentia, in theſi, Pariſ. 1745.

CHRISTOPH. JACOB. HINTZE. Examen anatomicum papillarum, Leidæ 1747. 4. Bona & Albini & ſua experimenta attulit.

NATHANAEL JOH. B. CHESNEAU an a facili perſpiratione functionum libertas, Pariſ. 1747. 4.

BRYAN ROBINSON of the food and diſcharges of human body, Lond. 1748. 8. Egregio labore comparat inprimis experimenta ſua, & *LININGII*, & *KEILII*, & *DRYE*, inde utiles univer-

iverſales concluſiones & tabulas format, alternationem perſpirationis cum urina & iarrhœa demonſtrat, & proportionem inconſtantem urinæ ad perſpirabile ciborum ad ex- retiones oſtendit, & diurnam majorem eſſe nocturna, æſtivam hyberna, & alia huc per- inentia breviter & ſolide definit, multo certe præſtantior *SANCTORIO*.

CHRISTIAN. GOTTL. LUDWIG de unguibus, Lipſ. progr. 1748. Perioſteum, papillas, & tendines radici unguis adhærere, & unguem a nervis fieri vaſiſque adunatis, neque b epidermide proficiſci docet. *EJUSDEM de humore cutem inungente*, Lipſ. 1748. Diſput. ilos omnes ex celluloſa oriri, eorum foramina ſequi tranſudans unguen, bulbo vaginam ſemiunguinoſam circumponi, quæ id unguen ſecernat. Glandulas cutaneas non admittit, iſi ubi pili ſunt. Cutem etiam ejuſdemque internum ſtratum celluloſum deſcribit.

JOB. BASTER in E. N. C. vol. VIII. in pilorum ſedem inquirit, eorumque alios in ute, in celluloſa alios ſedere adfirmat.

CL. VIR. A BAECK in *Stockolm handlingar* 1748. p. I. agit de cute Nigritarum, cutem lbam eſſe, reticulum in aqua calente ſolvi docet.

J. H. KNIPHOF & KUCKIUS de tranſpiratione inſenſibili, Erfurt. 1748. 4.

G. AUG. LANGGUTH de pilo parte corporis humani non ignobili, VVittemb. 1749. 4.

CL. de *BUFFON* in Tom. III. operis ſui de tactu agit, ut primario ſenſu, cujus reliqui omnes unice ſpecies ſint, & cujus ope nos veram inprimis cognitionem corporum perci- piamus. In alia vero diſſertatione de variis coloribus hominum, alborum & atrorum hi- ſtorice inquirit, omnes ab uno primo parente derivat, & atrorem ſolis ardori tribuit.

J. PHIL. LAUR. WITHOFF de pilo humano, Duisburg. 1750. 4.

Utcunque huc pertinent ſcriptores electrici, qui vel halonem pro perſpirabili igneum viderunt, raro & felici ſpectaculo, vel alioquin perſpirationem ope machinæ electricæ uxerunt, ut *CL. VIRI G. M. BOSE*, *KRAZENSTEINIUS* (qui perſpirationem ad 3. un- ias in hora electricitate auxit), aliique.

Sed etiam medicos plurimos qui practice de *ſudore* ſcripſerunt, tum qui de *plica* huc oſſis referre.

V. F. PLEMP de affectibus capillorum & unguium, Lovan. 1662. 4. Plicam verum morbum eſse

THEOPHRASTI VERIDICI SCOTI Plicomaſtia, ſive *plica e numero morborum apoſpaſma*, Gedan. 1668. 4. Contra *V. F. PLEMPIUM*, & *THEODORUM SKUMINOVIUM* defendit *DA- VISSONIUM* (niſi ipſe eſt *DAVISSON*), & urget, quæ de plica circumferantur, ea fabu- loſa eſſe, & plicam abſque ulla noxa reſecari.

ONUPHRII BONFIGLI de plica polonica, Uratislav. 1712. 4. Cracov. 1720. 4.

HIERON. LUDOLF. de plica, Erfurt. 1724. Diſp.

In *ERNDTELII Warſovia phyſice illuſtrata* pro veritate plicarum pugnatur, &c.

Cum ſenſibus externis internos & alia in univerſum ad ſenſus pertinentia conjunxiſſe non erit alienum, ſomnum, animi adfectiones, & reliqua, quæ ad animæ hiſtoriam na- turalem pertinent, quibus nullum locum dedit in ordine ſuo *BOERHAAVIUS*. Parci ve- ro erimus, ut medici, & in iis Auctoribus ſubſiſtemus, qui medici fuerunt, aut certe hæc negotia majori modo illuſtrarunt.

Inter *HIPPOCRATICOS* Liber eſt *de inſomniis*, etiam cum *SCALIGERI* commentariis ex- cuſus, non certe indocti viri, qui varia inſomnia ad ſuas mechanicas cauſas in turbato corpore reduxerit. Cæterum *HIPPOCRATES* plurimis locis de natura ita ſcripſit, tam- quam principium aliquod ſapiens & motus in corpore humano dirigens ſtatueret, etſi eo ævo adeo ſollicite vocum pretia non ſtatuta fuerint.

ARISTOTELEM de anima ejuſque commentatores omitto.

GALENUM breviter tango, qui facultatibus animæ in Libro *de art. med.* c. 12. varias in regionibus cerebri ſedes definivit. Idem in Libro *de formatione fetus* in eam ſententiam incidit, quæ poſtea fuit *STAHLII*, nempe animam proprium ſibi corpus ſtruere. Utique huc referri videtur *HIERONYMI CARDANI metopoſcopia* 813. *iconibus faciei humanæ expreſ- ſa*, Latine verſa a *CLAUDIO MARTINO LAMENDIER*, Pariſ. 1658. fol. *

Poſſunt etiam huc referri *GALENI* libri *de dignoſcendis & curandis animi affectibus*.

H. CARDANI citata ibidem *metopoſcopia* Germanice verſa prodiit Norimberg. 1695 8.

ADAMANTII phyſiognomicon, *i. e. de natura indiciis cognoſcendis* Lib. II. Gr. Lat. ver- tente *J. CORNARIO*, Baſil. 1544 8.

J. B.

J. B. PORTÆ L. *de humana phyſiognomia* L. IV. Vici 1586. 4. Urſell. 1601. Venet. 1644. Italice 4. Contra nimios aſtrorum cultores.

A. CÆSALPINUS theorias Galenicas reformavit, & negavit diverſas ſedes eſſe imaginationis & memoriæ in *quæſtion. peripat.*

J. ARGENTERIUS de ſomno & vigilia, Florent. 1556. 4.

G. P. lib. *de memoria & de artificioſa memoria quam publice profitetur A. DISCONI vanitate*, Lond. 1584. 12. *AMES*.

RUD. GOCLENII de ſenſu & ſenſibus, Francof. 1596. 8. *

HIERONYMI PROVENZALII archiatri *de ſenſibus*, Rom. 1597. 8. *MANDOS*.

P. RAVENNATIS phœnix, ſive *artificioſa memoria*, Vicentiæ 1600. 4.

P. RAVENNATIS lib. citatus prius prodiit Vicentiæ 1541. 4. Mirus libellus quo ars reminiſcendi traditur fundata in aſſociatione idearum, & abſtractarum vocum conjunctione cum rebus viſibilibus, inprimis ejuſmodi, quæ gratæ recordationis ſint. Parabat ſibi locos in ædibus ſacris & monaſteriis, feneſtras & columnas. In ſingulum locum ponebat imaginem aliquam connexam cum ea re, quam retinere vult. Pro alphabeto litterarum loco homines, & formoſas inprimis virgines. Ita ex hominibus cum ipſa actione conjunctis ſyllabas faciebat, ut v. g. *BRA* eſſet *BENEDICTA* cum rapis &c. Teſtimonia autem profert admirabilis utique memoriæ.

J. CASSERII Placentini Pentaſtheſejon, Venet. 1609. Francof. 1610. 1612. fol. De auditu totus Liber recuſus eſt. Reliqua ſenſuum organa brevius tractata ſunt, quæ ſingulatim laudavimus, & muſculi extremorum artuum depicti.

T. FIENI de viribus imaginationis, Lovan. 1608. 8. Vim matris in fetum moderatius admiſit.

SANCTORIUS SANCTORIUS de ſomno, & de affectibus animi eorumque in ſanitatem & perſpirationem influxu, ſubtiliter diſputavit, in Libro *de perſpiratione*.

J. B. HELMONTIUM hic nominare oportet, qui in phyſiologiam novam machinam introduxit, nempe *Archæum*, qui omnium motuum principium ſit, & naturæ fere Hippocraticæ ſimilis, ut tamen & a corpore humano & ab anima differret. Vide ejus Tractum *imago mentis: demens idea: ſedes animæ: ſedes animæ ad morbos: Archæus faber*, & alios Tractatus. Hæc opinio in multos tranſiit, & *G. W. WEDELIUS* in Diſp. *de Archæo*, atque *J. J. WEPFERUS* in Libro *de cicuta aquatica* eo inclinarunt.

J. CÆS. CLAUDINI quæſtio de ſede facultatum principum, Turin. 1628. 4. *

FRANCISCI SANCHEZ de divinatione per 4. *ſomnia* in *ARIST.* & in *EJUSD.*ⁿ *phyſiognomica*, Roterodami 1649. 12.

CAR. PATIN, *Non ergo anima rationalis ſui domicilii architecta*, Pariſ. 1657. fol.

CÆS. CREMONINI Tractatus III. *de ſenſibus externis, internis, & facultate appetitiva*, Meſſanæ 1637. 4. * & cum adnotationibus marginalibus *TROYLI LANCETTÆ*, Venetiis 1644. 4. * Theoretica de more.

RENATUS CARTESIUS in Libro *de homine*, Leidæ 1662. 1677. 4. & in Libro *de paſſionibus animi* ſæpiſſime recuſo, animæ ſedem celebratam in glandula pineali poſuit, & modum mechanicum, quo ſenſus & motus in corpore humano perficerentur, ex ingenio conſtruxit. Non paucos tamen adſeclas habuit. Inſomnium definivit, quod in eo aliquæ partes cerebri ſpiritus acciperent, aliæ minime, & in eo adſenſum meruit *BOERHAAVII*. Idem pro explicanda unione corporis & animæ, loco ſyſtematis influxus, ſyſtema cauſarum occaſionalium introduxit.

J. FR. HELVETII alchemiſtæ, *amphitheatrum phyſiognomico-medicum*, Haag. 1664. 12. Amſtelod. 1676. 8. Minori parte huc facit, majori ad plantas.

PETR. MICH. ab *HEREDIA de ſomno & vigilia*, Lugdun. 1665. fol.

MARTINI CUREÆI de la *CHAMBRE traité des caractères des paſſions*, Pariſ. 1662, 4. Amſtel. 1658. 8. Germanice cum titulo *kunſt ud art die menſchen zu erkennen*, Francof. 1672.

In *Philoſophicis Tranſactionibus*.

Memoria inſignis *WALLISII*, n. 178.

LOKE Calculator illiteratus felix, n. 272.

Somnus diuturnus multarum ſeptimanarum, n. 304.

Perpetua agrypnia in maniaco, n. 317.

Opii

Opii vis in cane explorata *COURTEN*, n. 336.

De ſomnii cauſis *STUART*, n. 427.

HENR. SCHÆVIUS de quinque ſenſibus, Sedini 1665, 12. *

THOMAS WILLIS in *cerebri anatome* & in Libro *de anima brutorum*, Lond. 1672. 8. Oxon. 1672. 4. (Cat. Osborn.) Animæ facultates noviter diſtribuit, ut in corpore callo-ſo imaginatio & appetitus, in corpore ſtriato ſenſationum perceptio, inter plicas cerebri memoria ſederet. In Libro *de cerebro* nervos, arterias & vaſa circumligare, ſic pulſum ab animi affectionibus mutari perſpicax vidit. *IDEM* Auctor eſt diverſarum provinciarum, quæ in cerebello vitalibus facultatibus, in cerebro animalibus adſignantur, & ea quidem theoria innumerabiles adſeclas habuit, & inter alios *C. WOLFIUM*. *N. HARTSOEKERUM*, *H. BOERHAAVIUM*, *A. STUARTUM*.

DANIEL DUNCAN in *explication des actions animales*, Pariſ. 1678. 12. ſedem animæ fixit in ſepto lucido, memoriam in cortice, paulum a *WILLISIO* diverſus.

ANTONII MOLINETTI diſſertationes anatomico-phyſicæ de ſenſibus, Patav. 1669. 4. Præ-ludium quaſi majoris operis. In *diſſert. anat. pathologicis* multa mutavit & correxit.

J. B. du *HAMEL de mente humana* Libri IV. elegantiſſime, ut omnia hujus Auctoris, ſcripti exſtant in *operum* T. II.

LUD. de la *FORGE de mente humana ejuſque facultatibus & functionibus ſecundum principia R. DESCARTES*, Pariſ. 1666. 4.

CORDEMOI du diſcernement du corps & de l'ame, Pariſ. 1666. 12. Genev. 1679. 12. Non inelegans Auctor. Linguam affectuum animi docet.

NICOLAI HOBOKENI Liber *de ſede animæ*, Arnheim 1668. 12. Non in conario, neque in ſanguine, aut in ventriculis cerebri animam ſedere, ſed in toto cerebro, cerebello, & medulla oblongata.

ROBERTUS HOOKE in *poſthumous works*, Lond. 1705. fol. valde peculiare inſtitutum ſecutus eſt, omnem enim modum, quo anima ideas & recipit, & emittit, & corpori imperat, & reminiſcitur, mechanice explicat. Repoſitorium nempe facit idearum corporearum, aut a corpore ſuppeditatarum, aut ab anima generatarum, in quo ſecundum ordinem temporis ordinentur ideæ, ut remotiſſima ſit quæ vetuſtiſſima, & robur tum a propinquitate ſive novitate pendeat, tum a repetita animæ irradiatione in eandem ideam. Curioſa certe hypotheſis, in qua videas idearum in homine natarum numerum eſſe 3, 155, 760, 000. Idem vir in aliis poſthumis aliqua ad naturas relativas rerum habet aliaque hujus generis.

A. G. MORHOF de paradoxis ſenſuum, Kiel. 1676. 4.

TOBIÆ VOGEL mnemoſynologia ſeu de memoria libellus, Jen. 1676. 12.

HIERONYMI MARAFIOLI de arte reminiſcendi per loca imagines & per notas & figuras in manubus poſitas, Fr. kipſ. 1678. 8. * cum aliis ejus generis libellis.

CL. PERRAULT variis locis & inprimis in Tractatu *du toucher*, *du bruit*, *des ſens extérieurs*, *du gout*, *du mouvement des yeux*, egit de animæ in corpus imperio. Ad hunc certe virum pertinent, quæ vulgo ſolent *STAHLIO* tribui dogmata, cum anno 1680. *PERRALTUS* in Libro *du bruit*, anno demum 1685. *STAHLIUS* (*de motu tonic.* p. 27.) animam actionibus vitalibus præfecerit. Senſorium ponit in extremo fine nervi (quæ etiam *JOHANNIS TABOR*, *A. STUARTI*, & aliorum opinio eſt). Animam corpus ſuum regere, & vitales actiones gubernare, habere cogitationes confuſas eorum quæ ſibi longa conſuetudine nota ſint, motum ordinarium non percipere, ſed eum, qui corpus deſtruere conatur, & ad eam curam attendere, &c. Vitia & delirium internum eſſe ab anima ex magnitudine corruptionis in humoribus deſperabunda, accurate, ut *STAHLIUS*, ſcripſit.

JOH. BOHM de ſenſationibus in genere, Lipſ. 1675. 4. *de ſomno & vigiliis*, Lipſ. 1677. 4.

BULWER diſſertatio of the ſignificative muſcles of the mind, Lond. 1679. 8. * ap. *PARS*.

OL. BORRICH de ſomno, Hafn. 1683. *Diſp. de animantibus hyeme ſopitis* inter orat. T. I.

In *JOURN. DES SAVANS*, n. 33. prodigioſæ memoriæ homo.

J. J. WEPFER & in Libro *de apoplexia* & in *poſthumo* de morbis capitis legi meretur, ob raras & peculiares ſpecies alienatæ mentis, aut corruptæ a cauſis corporeis memoriæ.

ROBERTI BOYLE de ipſa natura diſquiſitio, Lond. 1687. 12. Liber quaſi contra *STAHLIUM* ſcriptus eſt, fuſus & acutus in refutanda natura humana corporis rectrice, morbo-

rum curatrice. Ejus etiam ſenſus eſt *J. C. STURMII*, cujus *idolum naturæ*, Altdorf. 1692. aliique Tractatus ad eum ſenſum exſtant.

J. A. BORELLUS (*prop.* 80.) voluntarios motus, quorum anima non ſit conſcia, & ipſum motum cordis eo pertinere, ante *STAHLIUM* etiam ſuſpicatus eſt; qui anno 1680. obierit.

J. H. GLASER de cerebro, Baſil. 1680. 8. ſenſuum etiam internorum animi adfectuum hiſtoriam habet.

B. ALBINI de adfectibus animi, Francof. ad Viadr. 1681.

G. FRANK quamdiu dormiendum, Heidelb. 1681. 4.

JAC. TAPP de ſomno naturali ejuſque cauſis, Helmſtad. 1684. 4.

A. LAMY explication de l' ame ſenſitive, Pariſ. 1687. 12

P. S. REGIS inter Carteſianos ad officia cerebri, & animæ functiones legi poteſt in ſuo curſu Philoſophico.

A. Q. RIVINUS in Diſp. *de ſpiritu hominis vitali* & alibi, Archæum recipit, & a corpore diverſum, & a mente, qui ſentiat, ideas componat, animi pathemata experiatur, motus omnes in corpore humano præſtet.

FR. BAYLE in phyſicis in T. I. *de ſenſibus* in II. de anima brutorum agit.

FR. BAYLE etiam hic addendus *tractatus de phyſiognomia* qui eſt inter diſſertationes phyſicas, Toloſæ 1681. 12. editas. Varia omnino & magni momenti continet, de mechanica corporis humani generatione ex ſucco, quem ſpiritus animalis informat, de imaginationis maternæ effectu, explicato ab alimento fetus, quod ſpiritus animales maternis ſimiles producat.

RAIMUNDUS VIEUSSENS in neurologia etiam habet anſas nervorum circa arterias, ut tardius vel celerius ſanguis fluere cogatur. De ſede animæ ſuas, diverſas a *WILLISIANIS*, theorias proponit.

P. MALEBRANCHE celebris fuit ſuo tempore Carteſianorum dogmatum & ſyſtematis cauſarum occaſionalium defenſor.

G. W. WEDEL de inſomniis, Jen. 1690. Diſp.

WEDELII etiam eſt diſp. *de archao*, Jen. 1678.

HERM. OSTERDIK SCHACHT de ſenſibus internis, memoria & imaginatione, Leidæ 1693. 4

JOHN. LOCKE eſſay concerning human underſtanding in 4. books, Lond. 1690. fol. & 1700 compendium vero, Lond. 1688. ab ipſo auctore concinnatum & varie Gallice verſum prodiit, Genev. 1738. 8. &c. ipſum autem opus Gallice redditum eſt ſub titulo *Eſſai ſur l' entendement*, ſæpe prodiit. Eſt hiſtoria naturalis animæ & modi quo cogitat, ſentit, reminiſcitur, judicat, acute ſed paulum fuſe ſcripta. Omnes ideas per ſenſus advenire tuetur. Cæterum magnum medicum fuiſſe, & *SYDENHAMIUM* adjuviſſe, atque contra utilitatem anatomes ſubtilis ſcripſiſſe lego apud *COCCHIUM dell' Anatom.* p. 20.

FRID. SCHRADER de idioſyncraſiis, Helmſtad. 1696. 4.

In *FERDINANDI SANTANELLI lucubrationibus ſecunda* eſt *de ſomno*, quem explicat per halitus a ventriculo ad cerebrum adſcendentes & obſtanter motui ſpirituum. In *tertia*, quam *organiſmum mechanicum* vocat, ſtatuit ſpiritus inter corpus & animam medios, æthereos, &c.

J. A. SLEVOGT de affectibus animi, Jen. 1695. Diſp.

G. E. STAHLIUS ſententiam *CAMPANELLÆ*, qui febres animæ eſſe opus, *GALENI*, *PERRALTI* & *BORELLI* renovavit, & ipſe *HIPPOCRATEM* & *GALENUM* pro Auctore theoriæ ſuæ attulit (*de antiqua verit. art. med.*). Infinitis autem Libellis ſuam ſententiam defendit, inprimis in *theoria medica*. Ea huc inprimis redit, animam rationalem ipſam corpus ſibi in utero matris ſtruere, eandem perpetuo corpus ſuum regere, motum circulationis pro impedienda putredine excitare, febriles impetus ad ſuperandam ſanguinis craſſitiem moliri, & in univerſum motus proprios opponere morborum cauſis, etſi non conſcia ſuæ actionis, ob conſuetudinem. Huc ergo refero *STAHLII* Diſſ. *de motu tonico vitali*, Jen. 1692. 4. Hall. 1702. 4. Ejus *poſitiones de mechaniſmo motus progreſſivi ſanguinis quibus motus tonici partium poroſarum neceſſitas demonſtratur*, Hall. 1695. 4. (Hæc motus tonici per fibras omnes corporis diſperſi theoria multum adfinitatis habet cum principio irritabili, niſi quod mentis conſilium addat *STAHLIUS*). Porro huc pertinet Diſp.

Diſp. de *paſſionibus corpus humanum varie alterantibus*, Hall. 1695. *de actu maris microſcomici*, Hall. 1696. 4. *de Autocratia naturæ*, 1696. *de differentia rationis & ratiocinationis*, 1701. 4. *de naturæ erroribus medicis*, 1703. *de mechaniſmi & organiſmi diverſitate*, 1706. 4. *de animi morbis*, 1708. Magnam autem famam, & adſeclas ſibi adquiſivit plurimos, quorum nomina integro Libro congeſſit J. CHRISTOPHORUS GOETZIUS, qui Norimb. 1729. 4. cum J. LUD. APINI *ſupplementis* prodiit. Inter eos in Germania MICHAEL ALBERTUS, J. SAMUEL CARL, J. DANIEL GOHL, ANDREAS OTTOMARUS GOELICKE, JOHANNES JUNKER, & JOH. ZACHARIAS PLATNER fuit, ſi credis GOETZIO. In Anglia D. PORTERFIELDS (in *Act. Edimb.* IV.), JOHANNES TABOR in *exercitationibus*, BRYAN ROBINSON in *Oeconom. anim.* Prop. XXI. Libro *of food and diſcharges* p. 80. T. MORGAN *princip.* p. 345. (ubi ſomnum voluntati animæ tribuit) RICH. MEAD. *de variolis* pag. 16. 17. F. NICHOLLS & alii. GEORGIUS CHEYNE, qui vitam & animationem a materia pendere negat, ſed principium eſſe rationale *or Engliſh malady* pag. 94. Idem celebre experimentum hominis voluntarie morientis, aut certe pulſum ſupprimentis & renovantis profert, in eodem libro. In Gallia CL. J. de SAUVAGES in Diſp. *de inflammatione: de febribus*, & alibi. In Belgio T. SCHWENCKE *hæmatolog.* p. 37. & NICOLAUS HARTSOEKER (*Diſſ. ſur les paſſions*), dogmata STAHLII aut omnia, aut præcipua ſecuti ſunt.

G. E. STAHLII hic citatum *de differentia rationis & ratiocinationis* programma præcipuum eſt, in quo objectiones mechanicorum ſolvit, diſtinguendo internam animæ voluntatem, quæ abſque conſcientia, ab externa, cum conſcientia. EJUS etiam huc pertinet *de paſſionibus animi corpus humanum varie alterantibus* 1719.

A. BUSSI *de imaginationis viribus medicis*, Leidæ 1698.

In ſuo *de Pathologia cerebri* Tractatu BARTHOLOMÆUS de MOOR fuſe egit de ſenſorio communi, idque ab anima non differre demonſtrare ſuſcepit.

J. N. PECHLIN affectuum animi hiſtorias medicas & effectus in corpus humanum recenſet in *obſervationibus* ſuis.

G. C. SCHELHAMMER *de natura ſibi & medicis vindicata*, Kiel. 1697. 4. & ejuſdem *naturæ vindicatæ vindicatio*, Kiel. 1702. 4. Uterque Liber contra STURMIUM & BOYLEUM ſcriptus eſt, & naturam defendit tamquam ens aliquod proprium, quod fere evaneſcit, ubi definitur (p. 104.) lex qua unumquodque ens juſſum eſt agere convenienter ad finem. Superſtitioſum, quod mireris, paſſim reperias. Ex praxi aliqua adſpergit. IDEM in præf. ad phyſiologiam poſthumam fuſe contra STAHLIUM dicit. EJUSDEM Liber *de humani animi adfectibus*, Kiel. 1710. 4. exempla copioſa habet efficaciæ adfectuum in mutando corpore.

JOSEPHUS PITTON de TOURNEFORT in propria inaugurali theſi *eſtne anima corporis facultatum principium*, Pariſ. 1695. PERRALTI opinionem, ſive STAHLII refutat.

In *Mémoires de l'Académie Royale des Sciences*.

1702. De Muſicæ vi ad Tarantularum morſum.

1707. Delirium a Muſica ſuſpenſum.

1709. VIEUSSENS theoria ſomni.

1711. Amiſſa memoria a febre.

1713. Somnus diuturnus.

WINSLOW de motubus ſimultaneis duarum manuum.

1741. LA PEYRONIE de ſede animæ in corpore calloſo.

C. FRID. PETZOLD *de memoria memorabili*, Lipſ. 1699. Diſp.

W. H. WALDSCHMIDT *de imaginatione hominum & brutorum*, Kiel. 1701.

In coll. diſputationum ZWINGERIANARUM varia huc pertinent: Diſp. *de ſomnambulatione: & de noſtalgia: & de antipathia humana*.

JOH. BRANCACCII *ars memoriæ vindicata*, Panorm. 1707. 12. & de BILLY *nouveau Traité de la mémoire*, Pariſ. 1708. 12. *

JONES *myſtery of opium revealed*, Lond. 1701. fuſe de opii vi etiam per experimenta agit.

HENRICUS RIDLEY aliqua in opere de cerebro habet, ad diverſas nervorum vitalium & animalium claſſes.

BESSE *des paſſions de l'homme* (*in Journ. des Savans* 1702.) mechanicam explicationem adfectuum animi tentavit.

AL. della *FABBRA* de *animi adfectionum phyſicarum cauſa*, Ferrar. 1702. 4.

AL. della *FABBRA* l. c. recuſus eſt Ferrar. 1712. 4.

P. CHIRAC Diſſ. *de incubo, de cauſis mechanicis* ſomni diſputat.

In *JOURNAL DES SAVANS* 1707. April. & *A. ERUD.* 1707. habetur etiam hiſtoria ſomni diuturni.

LUDOV. APINI de principio vitali Diſp. V. Altdorf. 1702. 1703. Pro *STAHLIO*.

LUD. APINUS diſp. citata animam vegetabilem ſtatuit.

J. GEORG. KULMI ὀνειρολογία, Uratislav. 1703. 4.

Circa hæc tempora *WILHELMUS GODOFREDUS LEIBNITZIUS* floruit, atque pro explicando corporis cum anima vinculo novam hypotheſin propoſuit, quæ ſatis ex mente *BOERHAAVII* fuiſſe videtur, ut nulla eſſet utriuſque in homine conjunctæ ſubſtantiæ ſimilitudo aut operatio mutua, ſed, ex æterna lege, motus aliqui corporis cum animæ definitis cogitationibus conjungerentur, & viciſſim. Infinitis libris hæc ſententia propoſita eſt aut impugnata. Duos unicos libros proponam. Pro compendio *G. BERNHARDI BILFINGERI* Liber *de harmonia animæ & corporis humani maxime præſtabilita*, Tubing. 1741. 8. Pro magno ſyſtemate *Pſychologiam rationalem CHRISTIANI WOLFII*, Hall. 1740. 4. & *empiricam* ibid. 1733.

Inter *THOMSONII* diſſertationes quinta de opio eſt, & vi ſomnifera.

BENJ. EWALDT de ſomno, Regiom. 1711. Diſp.

BENJ. EWALDT citata diſputatio utilis eſt.

S. DURY de motu vitali, Leid. 1711. 4.

CHRISTIAN WEISBACH de intentione & inventione animæ in adminiſtratione œconomiæ vitalis, Baſil. 1711. 4. *STAHLIANUS*.

J. GEORG. a BERGEN & *QUEITSCH de inſomniis*, Francof. ad Viadr. 1711. 4.

J. B. GUASTALDI queſtion de Medecine, Avignon 1713. De ſomnambulis.

POLYC. SCHACHER an anima rationalis ſit corporis vitale principium, Lipſ. 1715. Diſp. & ejuſdem vel Reſpondentis *AUGUSTI BEHRENS* Diſp. *de conſideratione animæ rationalis medica*, Lipſ. 1720. 4. Contra *STAHLIUM*.

J. MELCHIOR VERDRIES de commercio animæ & corporis, Gieſſ. 1713. & 1714.

J. MELCH. VERDRIES, jam citati, etiam huc pertinet *de æquilibrio mentis & corporis*, Gieſſ. 1716. 8.

JOH. MARIA LANCISII diſſertationes *de phyſiognomia & ſede animæ cogitantis*, Venetiis 1713. 4. In priori a debilitate manus & frontis ad vires animi & corporis exiguas, a profunditate, rectitudine & ſimplicitate ad robur utriuſque concludit. In altera ſedem animæ figit in calloſo corpore, & aliquas partes cerebri deſcribit.

MATTHÆI GEORGI de homine liber II. Genuæ 4. totus de anima agit ad modum Peripati.

J. CONR. KUNDMANN vom verſtande des menſchen vor und nach dem falle, Breslau 1720. 8. Multa de inſomniis propheticis, extaſi, guſtu fortunæ perfectioris, vi animæ ſtruente corpus, ciente hæmorrhagias, laxante cutis poros, ut acre de ſanguine diſſlari queat &c. ad *STAHLII* mentem.

J. LUD. APINI faſciculus diſp. maxima ex parte agit *de principio vitali*, ubi *STAHLII* cauſam agit, & animam etiam vegetabilibus tribuit, Altdorf. 1718. 8.

De muſculis faciei, qui in animi adfectibus agunt *CANTIUS*.

JAC. FOURNEAU. Ergo perturbationes motus cordis ſanguiniſque augent, & minuunt, Pariſ. 1721. 4.

D. FLEMYNG neuropathia, five de morbis hyſtericis & hypochondriacis carmen, Amſtelod. 1741. 3. etiam huc pertinet.

HENRICI JOSEPHI REGA de ſympathia, ſeu conſenſu part. hum. corporis, Halem. 1721. 8. *HENRICUS JOSEPH. REGA* l. c. inprimis ad pathologiam ſpectat, & collectanea tradit ex *BAGLIVO*, *HELMONTIO* aliiſque.

CHRISTOPH. MARTIN BURCHART de principio movente in animalibus, Roſtok 1723. Diſp. Sthal.

J. A. WEDEL de principio vitali. Jen. c. *STHAL.* 1721. *de vi naturæ Medica*, Jen 1723. 4.

MAR-

MARTIN GOTTHELF LOSCHER de natura ſenſuum externorum hominis, VVittemb. 1726.

GOTTFRID POLYCARP. MULLER theoria ſenſuum generalis, Lipſ. 1722.

J. ASTRUC de phantaſia & imaginatione, Monſpel. 1723. 8.

T. MORGAN in philoſophical principles of Medicine, Lond. 1725. 8. hactenus etiam ad Sthahlianam ſententiam accedit, quod ſomnum habeat pro voluntaria remiſſione dolorifici & incommodi laboris, quæ etiam *JOHANNIS TABOR* opinio eſt L. c. p. 304. Ad animi adfectus & eorum efficaciam aliqua addit, terrorem recte ſeparat a metu, &c.

P. HAGUENOT de ſenſationibus externis, Monſpel. 1728. 8.

G. DETHARDING ſcrutinium phyſico-medicum in quo indoles intellectus, animæ inſiti, & adventitii probe diſcernendi eruitur, Roſtok 1723. 4. Pro *STAHLIO*.

G. DETHARDING etiam eſt *ſcrutinium communionis animæ & corporis*, Roſtoch. 1714. 4.

DAVID VASSE'. Ergo anima non eſt corporis facultatum principium, Pariſ. 1723. 4.

EL. CAMERARII de efficacia animi pathematum in negotio ſanitatis & morborum, Tubing. 1725. 4.

EL. CAMERARIUS ibidem jam dictus, in *medicina electrica* contra *LA PEYRONIUM* dixit de animæ ſede.

JOH. de *GORTER* in *exercitationibus medicis*, Amſtel. 1737. 4. editis. Prima eſt *de motu vitali* quæ ſeorſim an. 1734. Harderovici prodiit. Omni fibræ humanæ attribuit vim ſe conſtringendi, cui contraria ſit vis extendens muſculoſa, unde a perpetua pugna perpetuus etiam motus oriatur. In II. Exerc. contra *BOERHAAVIUM* & *SANCTORIUM* demonſtrat, motus omnes in ſomno languere & minores eſſe, quæ etiam *MORGANI*, *SCHWENKII*, *STENZELII*, & olim *AVICENNÆ* opinio fuit. In III. IV. Exerc. *de fame & ſiti*, has adfectiones pro ſenſubus propriis habet, utilis cæterum Auctor. *IDEM* in Lib. *de perſpiratione* & in *Chirurgia* legi meretur, in qua de dolore egit, de mechanica ſenſus ratione.

JOH. de *GORTER* etiam eſt l. *de actione viventium particulari*, ubi oſtendit cuilibet parti Corporis Humani ineſſe propriam facultatem, cujus ope functionem ſuam perficiat, quæ neque a corde fit, neque ab elatere, neque ab adtractione elementorum, neque ab animæ arbitrio, cujus exempla ſunt motus periſtalticus, reſpiratio, vis pulmonis, lienis, glandularum, cerebri, placentæ, partium genitalium, mammarum.

In *Diario TRIVULTINO* 1729. Diſſ. exſtat, qua demonſtratur utique ſomnum eſſe a compreſſione aortæ.

JOH. FRID. SCHREIDER de fletu habet de dolore & adfectibus triſtibus cogitationes ſuas.

H. F. TEICHEMEYER de ſepto pellucido, Jen. 1729. 4. aliquot programmata edidit quibus ſedem animæ ibi & in corpore calloſo ponit.

MARTINI NAGY BOROSNAY de potentia & impotentia animæ humanæ in corpus organ. Hall. 1729. Diſp. Contra *STAHLIUM* plantas objicit, quarum fabrica abſque animæ ſuſpicione ſapientiſſima eſt.

P. GERIKE de ſenſibus inprimis externis, Halmſt. 1733 & de inſomnio ibid. 1742.

G. CLARKE de vi animi pathematum in corpus humanum, Leidæ 1727. 4.

P. GOTTL. WERLHOF in obſſ. *de febribus* contra Stahlianam ſectam dixit, objecit perſpicaciter, ut ſolet, plantarum exemplum, motum a morte.

J. HENRICI COHAUSEN Archeus febrium faber & medicus, Amſtel. 1731. 12.

F. HOFMANNI & *GEORG. WALTHER de vera perpetui mobilis in corpore humano idea*, Hall. 1731. 4. Contra *STAHLIANOS*.

PETR. CHRIST. BURGMAN examen hypotheſeos Stahlianæ de anima rationali, Roſtoch. 1731. & P. II. 1734. 8. Prior in *M. ALBERTUM*, poſterior prioris in eundem & *LONGOLIUM* & *HARTMANNUM* eſt defenſio.

J. DAN. LONGOLII de organica intellectus humani actione, Hall. 1709. Diſp. *ſyſtema Stahlianum de vita & morte corporis humani ab incongruis medicorum mechanizantium opprobriis vindicata* occaſione Burgmanniani ſcripti, Budiſſæ 1731. 8. & *mantiſſa ad vindicias ſyſtematis Stahliani examinans Stenzelii furorem*, Budiſſæ 1735. 4. iſta *STENZELII* pathologiæ pigrorum oppoſita. Acris, ut vides, *STAHLII* defenſio.

MICHAELIS ALBERTI pene infinitæ diſputationes ſunt, quæ huc pertinent. Ep. *de admirandis animæ præcipue humanæ adfectibus*, Hall. 1713. *de ſenſuum internorum uſu in Oeconomia vitali*, 1729. &c.

MIC.

MICH. ALBERTI epiſtola citata patibulum etiam in ovo gallinæ expreſſum admittit; *EJUSDEM* etiam huc pertinet libellus *verhandlung von der ſeele der menſchen, der thiere, und pflanzen* primum Hall. 1707. 8. recuſus eſt in collectione *der medicinischen und philoſophiſchen ſchriften*, Hall. 1721. 8. Animas brutorum animalium immortales & immateriales facit, & peccati capaces, & vegetabilibus ipſis animas adſcribit. Animæ noſtræ de antiqua excellentia veſtigia aliqua ſupereſſe, exemplo ſternutationis ante hoſpitum adventum perſuadetur. Demonſtrat animæ in corpus imperium, & ſolitam diſtinctionem λόγου & λογισμοῦ adducit. In eadem collectione eſt etiam diſſertatio *de energeja natura in actibus vitalibus ſine medico ſalutariter exercendis.* EJUS D. eſt *Mediciniſche betrachtung von den kräften der ſeele nach dem Unterſcheid des leibes und deſſen geſundheit und krankheit*, Hall. 1730. 4. continuatio *ſcriptorum philoſophicorum*.

In *Opuſculis ſcientificis* T. IV. exſtat Diſſ. *GUILIELMINI*, qua docetur omnes motus naturales & cordis ipſius eſſe a ſtimulo. In T. X. curioſa ſomnambuli hiſtoria habetur.

In *G. CHEYNE Engliſh malady* habetur celebre, ſi verum, experimentum Domini *TOWNSHEND*, qui ſolo voluntatis nutu pulſum & reſpirationem ſuppreſſiſſe & revocaſſe ante mortem dicitur.

JAC. van *EEMS de ſomno*, Leidæ 1734. Diſp.

WILH. NOORTWYK de natura humana, Leid. 1735. 4. recuſa cum libello *SOLANI LUQUES*.

Traité de la communication des maladies & des paſſions, la Haye 1738. 12. Omnia ad corpus refert, quæ animæ tribui ſolent, ipſam voluntatem, & adfectiones, quæ quam maxime ad animam videntur pertinere, ut ſuperbiam. Paſſiones animi a corporeis paſſionibus nihil differre, & omnem, etiam moralem voluptatem, a remiſſione fibrarum eſſe docet, &c.

In *D. PLUCHE ſpectacle de la nature* T. V. multa bona huc pertinentia legi. Imagines veras in memoria refutat. Quænam dimenſio odoris?

THEBESIUS de ſomno ut ſigno, Lipſ. 1740. Diſp.

A. O. GOELICKE de genuino corporis organici motore. Diſp. Francof. ad Viadr. 1740. 4. Pro *STAHLIO*.

P. van *MUSSCHENBROECK de mente humana ſe ipſam ignorante oratio*, Leid. 1740. 4.

ABRAHAM LEVIN de vi imaginationis in vitam & ſanitatem, Hall. 1740. 4.

CAR. AUG. a *BERGEN de organicorum & mechanicorum ſyſtematibus*, Francof. ad Viadr. 1740. 4.

JAC. von *VISVLIET de ſomni natura & cauſis*, Leidæ 1742. 4.

J. CASP. METZGER de ſomni natura & cauſis, Leidæ 1742. 4.

J. G. KRUGER de ſenſatione, Hall. 1742. Diſp.

J. A. SEGNER de ſenſibus in genere, Gotting. 1742. 4.

G. MICHAEL DUBINSKI de reminiſcentia vitali, Hall. 1743. Diſp. Hiſtoriolas aliquas pro ſententia Stahliana minus probabiles habet.

F. de *SAUVAGES* in Tractatu *de febre* & in *theoria inflammationis*, Bourg. S. Andeol. 1743. 8. recuſis cum *hæmaſtatiks HALESII*, acrem *STAHLII* diſcipulum ſe demonſtravit, qui docet febrem fieri ab anima contra obſtacula vires cordis augente, nulla mechanica neceſſitate, & demente de viribus muſculorum voluntariorum, ut vires cordis augeret, &c. Effectus adfectuum animi in pulſu mutando accurate obſervavit.

F. de *SAUVAGES* etiam eſt *nova ſomni theoria*, Monſpel. 1740. 4. *EJ. de motuum vitalium cauſa*, ibid. 1741. 4. eaſdem hic ſententias proponit, quas ibi excitavimus ex recenſito *EJUS* tractatu.

D. LIEUTAUD Diſſ. I. *de la nature & des uſages de l'eſprit animal* cum *Eſſais anatomiques* prodiit.

In *Elementis Nevutonianis's GRAVESANDII* reperias eadem quæ *BOERHAAVIUS* urget, de diverſitate inter ea, quæ in rerum natura vere exſiſtunt, & de iis quæ anima inde percipit.

J. ASTRUC an ſympathia a certa nervorum poſitione in ſenſorio. Pariſiis 1743. 4. Ingenioſa theoria.

ERNEST. ANT. NICOLAI von würkungen der kraft der Einbildung in dem menſchlichem körper, Hall. 1744. 8. Inſomnia explicat a ſimilitudine ideæ, quæ animæ obverſatur, & alterius

alterius adfinis, quæ in ſtatu corporis aut præcedente idea fundatur. Motus omnes in corpore a ſtimulo deducit. Stahlianos refutat. *EJUSD. vereinigung de Muſic mit der artzney-kunſt*, Hall. 1744. 8. De lingua affectuum animi, eorumque ſignis naturalibus agit, atque effectum animi paſſionum explicare conatur, quod ex oriantur in anima paſſiones, quarum lingua a muſico exprimitur. In nuperis *pathologicis Diſſ.* quæ Germanice prodierunt, de adfectubus animi eorumque in facie ſignis fuſe agit.

ERN. ANT. NICOLAI primo loco citatus libellus Hallæ recuſus eſt 1751. 8. *EJUS* etiam eſt *von der kunſt die krankheiten aus dem geſicht zu erkennen*, in *EJUS* collectione *bemü-hungen in der arzneyvviſſenſchaft*, Hall. 1749. 4. Satis ad mentem *PARSONI* ſcripſit; muſculos qui animæ adfectum exprimunt repetita actione robuſtiores fieri, ut etiam extra adfectum veſtigia aliqua ſuperſint.

Apud *J. G. GUNZIUM de humoribus* etiam collectio habetur ad effectus paſſionum animi.

J. FRID. MEYER von der ubereinſtimmenden harmonie, Hall. 1744. 8. & *IDEM von den Gemüths bevvegungen*, ibid. 1744. 8. In priori Libello refutat ſyſtema influxus, quod in omni actione quæ animæ cum corpore communis eſt, & anima agat & corpus, atque adeo, ſi actionis cauſa in anima foret, effectus actionis duplex foret. Deinde cauſas occaſionales refutat. In altero Libro animæ adfectiones, quatenus in anima habitant, & ex multis confuſis, ſimul præſentibus, ideis oriuntur, explicat. In ea parte, quæ ad corpus pertinet, brevior eſt. Temperamenta etiam explicat.

J. GOD. KRUGER grundriſs eines neuen lehrgebaüdes der arzeney gelahrtheit, Hall. 1745. 8. Proponit mediationem inter Stahlianam ſectam & mechanicam. Motus in corpore humano omnes vi ſtimuli alicujus fieri etiam in corde, & aliis partibus, & cum aliqua animæ obſcura ſenſatione conjungi docet, quæ unice laboret, ut ſe a ſenſationibus ingratis vindicet.

Anonymus *von den Gemüths bevvegungen*, Hall. 1746. 8. De temperamentis inprimis agit, eaque ex tenſione nervorum & mobilitate varia explicat, ut modo velociter, modo valide, modo lente, modo debiliter adfecti tremant. Etiam ſuperbiam & alias hujuſmodi adfectiones ex corpore interpretatur.

J. N. WEISS & *SCHÆFFER quod alia ſenſatio alium motum inferat*, Altdorf. 1745. Diſp.

CHRISTIAN GOTTLIEB KRAZENSTEIN bevveiſs daſs die ſeele ihren Körper baue, & Fortſetzung dieſes bevveiſes, Hall. 1745. 8. Exemplo polyporum, quibus novi artus reparantur, demonſtrare conatur, animam ſuum corpus ſtruere, cum nullo mechaniſmo adeo apti & prioribus congruentes artus reparari queant. Contra hunc virum *H. J. DELIUS* Baruthenſis nunc phyſicus, ſcripſit *Antvvortſchreiben auf den bevveiſs daſſ die Seele ihren Körper baue*, Hall. 1746. 8.

C. G. KRAZENSTEIN eſt etiam *theoria & fecundus in medicina uſus principii ſenſationum ſequitur motus ſenſationi proportionalis*, Erlang. 1749. 4.

CHRIST. GOTTFR. STENZEL περὶ ὕπνου, Gedan. 1745. 8. Raro exemplo Græca lingua phænomena ſomni explicat, cauſaſque. *EJUS* contra *STAHLIUM* ſcripta omittimus ob neceſſariam inſtituti noſtri brevitatem.

PETRI POISSONNIER & DUPRÉ. Ergo perfectior tempore ſomni χύλωσις, Pariſ. 1745. Diſp.

A. KAAU impetum faciens dictum Hippocrati, Leidæ 1745. 8. Non ſolum eruditiſſime de anima ex omni antiquitate egit, ſed de motu nervorum, ſomno, opio, phænomenis ab opio adſumto ortis experimenta utilia protulit. Omnes motus periſtalticos & alios, a ſomno frangi oſtendit.

LUD. ANT. MURATORI della forza della fantaſia umana, Venet. 1745. 8. Egregia hiſtoria naturalis imaginationis.

In *Edimburgenſium* T. V. de opii effectu in retardando ſanguine experimenta habentur pag. 154.

Hiſtoire naturelle de l' ame, Pariſ. Hag. 1745. 8. Auctor videtur de la *METTRIE*. Scopus eſt, demonſtrare animam materialem, hominemque de ſimiarum genere eſſe, neque ullas dari mentes incorporeas. Multum utitur noſtris, minime citatis, ad *BOERHAAVIUM* commentariis, de viribus autem animæ earumque in corpore fundata natura multa habet.

FRIDERICI WINTER de certitudine in medicina practica, Franeker 1746. fol. Cauſam motus animalis omnis ponit in irritabili natura fibrarum.

FRI-

FRIDERICI HOFMANNI comm. de differentia inter ejus doctrinam phyſico medicam & STAHLII medico organicam, Francof. 1746. 8. Poſthumus egregius Libellus, ſive *HOFMANNI* ſit, ſive nomen ejus unice præfixum gerat. Motum a corpore ipſo generari poſſe: mortem non eſſe ab animæ faſtidio: motus a venenis ortus a ſtimulo eſſe non a ſapienti mentis conſilio, &c. ſobrie, dilucide & docte demonſtrat. Non alius melior Liber *STAHLIO* objectus eſt.

J. A. UNZER vom einfluſs de ſeele in den Körper, Hall. 1746. 8. Defendit Stahlianum influxum, quod mutationes, quæ in corpore oriuntur, cum nullo alio ente arctius conjungantur, quam cum anima, atque adeo anima earum cauſa ſit. Imo vero cum fabrica corporis multo propius connectuntur.

JACOBI PARSONS human phyſiognomy explain'd, Lond. 1746. 4. Mutationes varias muſculorum faciei & oculorum deſcribit, quæ ab animi adfectibus fiunt. A frequentia horum adfectuum muſculos eos, qui regnanti adfectui ſerviunt, robuſtiores fieri, & magis conſpicuos, inde phyſiognomiam naſci demonſtrat. *LANCISIUM* refutat.

Lettres philoſophiques ſur les phyſionomies, La Haye 1746. 12. Omnem diverſitatem ingenii a varietate organorum & fabricæ pendere; eam, temperamenti nomine, in cute faciei & oculis adparere; eſſe temperamenta eaque immutabilia, neque poſſe temperamento reſiſti, &c. Multa acute dicta, alia per jocum.

PASCHASII BORIE & du *BOURG datur ergo etiam vitalium organorum ſomnus*, Pariſ. 1746. 4.

J. C. J. SUPPRIAN vom ſchlaffe und den traümen, Hall. 1746. 8. In vero ſomno nullas animæ repræſentationes offerri, in ſpurio, turbulento, aliquas, & eas eſſe inſomnia, vigiliarum partem; & ſenſum ubique in corpore aliquem exerceri, non in ſolo capite oſtendendum ſumit.

JOH. ANTONII BUTINI de ſanguinis circulatione, Monſpel. 1746. 8. Pro Stahlii theoria.

RICHARD MEAD mechanical account of poiſons, Londin. 1702. 1747. 8. Multa huc pertinentia habet. Somnum ad defectum ſtimuli refert, & opii vim ad voluptatem ex remoto omni incommodo. Tarantulæ hiſtoriam admittit.

HIERONYMI DAVID GAUBII de regimine mentis, quod medicorum eſt, Leid. 1747. 4. Corporis in animam imperium demonſtrat exemplo malaciæ, delirii febrilis, diætæ. Priora de conjunctione animæ & corporis ſyſtemata refutat. In fibra animali pro cauſa motus ἐνορμῶν ſive irritabile recipit.

F. QUESNAY in nupera editione ſuæ *Oeconomiæ* fuſiſſime de anima ejuſque functionibus agit, & de ſomno voluntario. Syſtema cauſarum occaſionalium ſequitur.

Eſſai ſur l'origine des connoiſſances humaines, Amſtel. 1746. 12. Egregius Liber ad hiſtoriam naturalem animæ.

J. BARKER in *Eſſai on the agreement betvveen the practice of Hippocrates ... and Boerhaave*, London. 1747. 8. Stahlianam animæ in morbis curam refutat, cum ſemper eodem invariabili modo, & ſæpe cum corporis ſui excidio, operetur.

L'homme machine, Leidæ 1748. 12. Iterum opus equidem de la *METTRIE*, ſed multo audacius, & truculentius, cum omnino diſerte *DEUM* ex rerum natura relegare conetur neque aliud ens in univerſo admittat, præter ipſam materiem varie modificatam. Irritabilitatis inventum ſibi perperam tribuit n. 18. 22.

L'homme plus que machine, Leidæ 1748. 12. Pro mente immateriali pugnare videtur.

BALTH. LUD. TRALLES de machina & anima humana prorſus a ſe invicem diſtinctis, Uratislav. 1749. 8. Et ipſe & Auctor anonymus de l'homme machine ſuos libros ad me ſcripſerunt, ſed *TRALLESIUS* multo, ut facile eſt creditu, gratior. Ingenuus admittit, quæ vera habet ille *DEI* inimicus, quæ autem præceps concluſit, aut nimia admiſcuit, ea perſpicax refutat, his inprimis argumentis, quod perceptiones non ſint eædem cum impreſſionibus ſenſuum, neque adeo cogitationes neceſſarii effectus mundi corporei in corporeum cerebrum impreſſi.

Contra optimi viri *B. L. TRALLES* citatum libellum anonymus aliqua in A. E. 1749 Jun. P. J. objecit.

JOH. LUPS de irritabilitate, Leidæ 1748. Diſp. ſyſtema *WINTERI* & *GAUBII* proponit, de proprietate nempe in omni & animali & vegetabili fibra reſidente, qua ab irritatione contrahitur.

Nunc addam breviter quinam Auctores ex iis, qui de univerſa anatomia ſcripſerunt, commendandi ſunt; nam non omnibus convenit omnes emere (a).

CL. FORMEY de inſomniorum generatione perelegans diſſertatio exſtat in *Mémoires de l'Acad. des Sciences de Berlin* 1746.

J. ANDR. ROEPER die wvürkung der ſeele in dem körper nach anleitung eines nachtwvanderers, Halberſtatt 1748. 4. *EX STAHLII* ſecta, ſatis aſper.

ANT. WILH. PLAZ de brutorum imaginatione, Lipſ. 1749. 4.

G. ERH. HAMBERGER de vigiliis, Jen. 1749. 4.

PHIL. JAC. VALCKENAER de conſenſione partium in corpore ſano & morboſo, Leid. 1749. 4.

J. WOLFGANG MANITII de idioſyncraſia ex diverſa ſolidorum corporis humani irritabilitate optime dijudicanda, Leid. 1749. 4. Ad mentem *ILL. WINTERI* agit de irritabili natura ſolidorum C. H.

CL. de *BUFFON* in Tom. II. aliqua de mente & anima, in T. III. de ſenſibus in univerſum protulit.

DAVID HARTLEY obſervations on man, his frame, &c. Londin. 2. vol. 8. huc inprimis pertinet, cum mechanicam explicationem proponat modi quo omnes corporis animæque functiones in homine peraguntur, per vibrationes primigenias & ſuperſtites a prioribus vibratiunculas: de ſomno, idearum generatione, motu muſculari, loquela, cogitatione, &c. Ediderat autem ſpecimen hujus ſyſtematis Bathoniæ 1746. 8. ſub titulo conjecturarum *de ſenſu motu & idearum generatione*, cum libello de medicamento *STEPHANIÆ*.

FRANCISCI ISEZ & MACMATIOIS Ergo decidit aliquid venuſtati diuturniori ſomno, Pariſiis 1749. 4.

J. MARTINI CHLADENII de celeritate cogitandi egregia diſp. Erlang. 1750. 4.

FRANC. NICHOLLS de anima medica, Londin. 1750. 4.

Ego vero præter alia paſſim ſparſa diſſertationem *de nervorum imperio in arterias*. Gotting. 1744. 4. edidi, quam video *CL. KAAUIO* (*impet. fac.* p. 434.) aliiſque claris viris placuiſſe. Ab anſis nerveis ſtringentibus magnas arterias, venaſque explicare conatus ſum modum mechanicum, quo nervorum adfectiones ſanguinis circulum aut incitant aut debilitant.

(a) Hoc loco ſcriptores anatomicos ſecundum temporum ordinem recenſere viſum eſt, tum eos, qui de anatome in univerſum ſcripſerunt, tum qui multa diverſaque ſcripta, tum qui de nonnullis ſubjectis, quæ in prioribus nondum tetigimus. *ÆGYPTIOS* hic omittimus, qui alibi monuerimus, quam ruditer & timide in inciſione corporum verſati ſint, quæ viliſſimis hominibus committebatur. Vide Ægyptiæ anatomes iconem apud *NARDIUM* in *Lucretii* editione T. V. f. 2. & confer *ANT. CÆLESTINI COCCHII* teſtimonium *dell' Anatomia* p. 45. 46. qui Ægyptiorum anatomiæ ſuum pretium ſtatuit & Græcorum laudes vindicat. Neque de rariſſimis illis diſſectionibus dicam, inciſo ab *ARISTODEMO* utero filiæ, *ANAXAGORÆ* ariete, *ALCMÆONIS* cochlea, aliiſque, quorum tenuis ad nos memoria pervenit, etſi & in univerſum Pythagoreorum philoſophorum, & inprimis etiam *EMPEDOCLIS* merita elevare nolim: neque *DEMOCRITI*, qui Chamæleontem in ſingula membra diſſecuit *PLINIO* teſte Lib. XXVIII. n. 29. & cauſas morborum in corporibus inciſis quæſivit. De monſtris theoriam eam propoſuit, contra quam nuper ſcripſimus, *ARISTOTELE* teſte *de gener. animal.* L. IV. c. 34.

In antiquiſſimis *HIPPOCRATIS* Libris multa habentur quæ ad anatomen pertinent. Et in genuinis quidem operibus parcior eſt, neque ſupra oſteologiam & aliquam Chirurgicam myologiam multum ſapit; ut certe, ſi verum oportet fateri, non male *GOELICKIUS* anatomen Hippocraticam parum utilitatis habere moneat *Hiſt. anat. antiq.* p. 11. Ergo huc pertinet μοχλικός Liber qui nunc vocatur περὶ ὀςέων φύσιος. Oſteologia brevis, non mala, nimis tamen pauca numerat oſſa, in capite octo, in toto corpore 111. Appendix illa *de venis*, ſeparata a *LINDENIO* jam dicta eſt, qua etiam nervi principes intercoſtales deſcribuntur. Liber περὶ χυμῶν habet theoriam de bile & ſanguine per æſtates creſcentibus, ſatis ſimilem ejus, quæ exſtat in Libro de natura hominis. Brevitas videtur eſſe Hippocratica. Edidit cum commentario *PETRUS GIRARDETUS*, Pariſ. 1631. tum *J. C. GUNZ*, Lipſ. 8. In L. περὶ ὑδάτων ἀέρων καὶ τόπων habentur aliqua de capitis figuratione ex moribus gentium, de urethra feminibre

breviori. Vertit nuper Anglice *FRANCISCUS CLIFTON*, Lond. 1743. 8. Librum περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον, de venis, oſſibus, oculis aliqua habet, pleraque vero practici ſunt argumenti. In eum exſtat comm. *FRANCISCI PERLÆ*, Romæ 1638. 4. *PL.* Liber περὶ τροφῆς genuino ſimilis, aliqua habet ad oſſa, ad perſpirationem, ad circulationem ſanguinis, ut paſſim creditur. *GALENUS* modo inter genuinos refert, modo ex eorum numero excludit. In Libro περὶ ἄρθρων uti paſſim alia oſteologica, ita etiam locus habetur de muſculo ex clavicula orto, unde concludas, certe aliquando corpora humana ab *HIPPOCRATE* ſecta eſſe, uti alibi dixi in progr. *quod corpora humana diſſecuerit HIPPOCRATES*, Gotting. 1737. 4. Si vero alterius & antiquioris *HIPPOCRATIS* ſunt, *Gnoſidiei* ſ. ut *GALENUS* in Comm. ad Librum *de fracturis*, habet, antiquiorem etiam apud Aſclepiadas anatomes cognitionem fuiſſe neceſſe eſt. Liber περὶ ἀρχαίας ἰητρικῆς contra anatomen, quam *AUCTOR* pictoribus putat relinqui poſſe, & contra qualitates primigenias Peripateticorum ſcriptus eſt, quod multo plura ſint in corpore humano activa principia acidum, amarum, ſalſum, *&c.* Liber περὶ ἀρχῶν ἢ σαρκῶν quem *DEMOCRITO LAERTIUS* videtur tribuere, & tribuit *H. CONRINGIUS*, acutiſſimus Libellus eſt, quo explicatur, quomodo ex calore & elementis mechanice corpus humanum fabrefactum ſit, & ex frigido & pingui oſſa, ex glutinoſo nervi & viſcera ſingulatim omnia nata ſint. Varia anatomica hic habentur, fibræ lienis, membrana tympani, oculi tunicæ, & nervus opticus. Videntur eſſe *HERACLITI* principia cum Peripateticis conjuncta. In eum commentatus eſt *HEURNIUS*. Liber περὶ γονῆς jam dictus eſt, naſci nempe puerum docet ex ſemine ab omni parte maris & feminæ deciduo, in medullam ſpinalem, hinc in renes, inde in teſtes, naſcique alterutrius ſexus infantes prouti maſculum vel femininum ſemen dominatum fuerit. Liber περί παιδίου φύσιος acute inprimis ſcriptus videtur. Ovum humanum, incubata ova in gallinis hic habentur. Mechanice etiam explicatur, quomodo ſemen calidum ſpiritum frigidum hauriat, inde calefactum iterum erumpat, ſic umbilicum generat, iterumque adtractum pelliculas ſtruat, ut placenta generetur, & alia nimis hic longa. Liber *de ſeptimeſtri & octimeſtri partu* jam dictus eſt, & Liber *de diæta primus*, quo doctrina panſpermica continetur. In eum *GALENI* exſtat commentarius. Liber *de hominis ætate* ſeorſim excuſus eſt, latine verſus a *JOHANNE LALAMANTIO* Lugd. 1571. 8. cum Libro *de ſeptimeſtri partu*. Liber περὶ φύσιος ἀνθρώπου mihi non genuinus videtur, cum quatuor habeat humores, febres ex varia bile diverſas natas, aliaque theoretica. Hic venæ illæ mirificæ deſcribuntur. In eum *GALENUS* commentatus eſt, & utrumque opuſculum edidit Colinæus, Pariſ. 1534. 8. tum *JACOBUS SCUTELLARIUS*, Parmæ 1568. & *BLAS. HOLLERIUS*, Baſil. 1562. 8. & *JOH. FRID. SCHROETERUS*, Jenæ. 1585. 8. & *JOH. HEURNIUS*, Leid. 1609. 4. & *SEBASTIANUS PAPARELLA*, Venet. 1551. * *PL. DEMOCRITI* Liber περὶ φύσιος ἀνθρώπου: Quæ de bile, de Liene habet, videntur poſteriorem ætatem ſapere. *De ſtructura hominis* ſpurius eſt; cum arterias venaſque & nervos adcurate diſtinguat. *JOHANNIS STEPHANI* notæ exſtant in eum Librum, Venet. 1633. 4. * Librum περὶ ἀνατομῆς detexit *J. CAJUS* edidit *CL. DAN. WILHELMUS TRILLERUS* cum *commentatione de nova HIPPOCRATIS editione adornanda*, Leid. 1728. 4. Certum eſt auctorem corporum humanorum anatomen tenuiſſe, & de induſtria comparaſſe cum animalium fabrica, & aliqua de quinquefido favi ſimili pulmone non mala habet. Doctus, fuſus & minime timidus commentarius eſt, quem dixi. *CL. GUNZIUS* arteriam cartilagineam, quam pro vena Cava habuerat *TRILLERUS*, ad pericardium refert, in progr. quo in Libro *Hipp. de diſſectione* commentatur Lipſiæ 1737. 4. In Libro περὶ καρδίης ſatis accurata anatome eſt, & nimis, pro temporibus *HIPPOCRATIS*, minuta. Potus tamen deſcenſum per aſperam arteriam retinuit. Supra jam laudatus eſt. De eo proprius exſtat *G. SEGERI* Libellus, Baſil. 1661. 4. Liber περὶ φυσῶν eloquens & acute ſcriptus eſt, maxime pathologicus. Liber περὶ ἀδένων theoriam de catarrhis habet eam, quæ etiam in Libro *de locis in homine* docetur. Glandulas varias habet, etiam in articulis, ſed eas forte alares. Liber *de dentitione* brevis & verax, etſi ſpurius. Liber *de inſomniis* acute, uti dictum, ſcriptus. In Libro II. *Epidemicorum* habetur eadem ridicula venarum deſcriptio, quæ in Libro *de oſſibus*. In Libro V. *Epidemicorum* arteriæ a venis diſtinguuntur, ut vix poſſit *HIPPOCRATIS* eſſe. In Libro περὶ νουσῶν IV. habetur ſubtilis ætiologia ſuperſtructa theoriæ quatuor humorum Peripateticorum: refutatur deſcenſus humoris per aſperam, qui in Libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν adfirmatur. In Libro περὶ ἱερῆς νούσε de cerebro agitur, & humanum cum brutorum cerebro

cerebro comparatur, experimentum etiam anatomicum diſſectarum caprarum & ovium adducitur. Liber περὶ ὄψιος jam dictus eſt, & ille *de ſuperfetatione*. Cæterum de editionibus *HIPPOCRATICORUM* operum alibi dicemus. Oſteologiam Hippocraticam dedit, uti dictum eſt, *RIOLANUS*.

Librum περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον hic citatum, non ante *ARISTOTELEM* ſcriptum, neque adeo genuinum *HIPPOCRATIS* eſſe, eruditiſſimi viri *T. REINESII* opinio eſt, *var. lection.* p. 75.

In commentarii *GALENI* L. II. (*de propr. l.*) & III. libro in *HIPP.* l. περὶ φύσιος ἀνθρώπου demonſtratur veram ſententiam *HIPPOCRATIS* etiam in aliis libris declaratam hoc opere contineri. Hunc librum *HIPP.* cum *GALENI* commentario edidit etiam *EUSTACHIUS QUERCETANUS*, Baſil. 1549. 8. ſeorſim vero prodiit *HIPP. de natura humana*, Brem. 1584. 4.

Phyſiologica potius ſunt, quam anatomica, quæ *PLATO* habet, & quæ recenſet *CL. J. H. SCHULZE*. In eum *ex philoſophorum & medicorum ſpatiis ſcholia MATTHÆO FRIGILLANO* collectore prodierunt, Pariſ. 1560. 4. *

De *DIOCLE* Caryſtio alibi dictum eſt. Primus de *adminiſtratione anatomica* ſcripſit.

Sed *ARISTOTELIS* opera negligere nefas eſt, qui corpora plurimorum animalium ſecuerit, aliquando ſatis ſubtiliter, ut in Chamæleonte, eo conſilio ut claſſes ex communitatibus conſtitueret: idemque icones anatomicas paraverit, etiam ſuis literis, ut nunc ſolemus inſcriptas (v. p. 51.) & corpora humana ipſa ſecuerit, ſi credis *CL. SCHULZIO*. Ita tamen legere oportet, ut magis prima ſemina opinionum & deſcriptionum ibi inquiras, quam accuratas aut fide undique dignas deſcriptiones. Huc ergo pertinent *de hiſtoria animalium* Libri XI. Prodierunt etiam cum *J. C. SCALIGERI* commentariis & nova verſione, Toloſæ 1618. fol. *EJUSD. De partibus animalium* Libri IV. *De generatione animalium* Libri V. *De ſpiritu* Liber I. *De reſpiratione* Liber I. *De ſomno* Liber I. *De inſomniis* Liber I. *De ſenſu* Liber I. *De memoria* Liber I. *De longævitate & brevitate vitæ* Liber I. *De juventute & ſenio* Liber I. *De inceſſu animalium* Liber I. *De motione animalium* Liber I. Paſſim aliqua ibi reperias nobilia, de ovi incubatione & fabrica, de piſcium diſſectione, de vaſis, de viſcerum in ſyſtemate animalium lato vel anguſto imperio. Errores intercurrunt ægre excuſabiles, ut ille celebris de tribus cordis ſinubus, &c. *EJUS* etiam *Problemata* non oportet omiſſiſſe quæ *M. ANTONII ZIMARÆ* opera, cum *ALEXANDRI* Aphrodiſiaci ſectionibus interprete *POLITIANO* prodierunt, Baſil. 1544. 8. (*PLATN.*) Ex Philoſophia *ARISTOTELIS* major pars theoriæ Galenicæ derivata eſt.

Anonymi Iſagoge anatomica. Videtur ex *ARISTOTELE* compilator recentiori paulum ævo, qui clitoridem habeat, elegans cæterum & boni ordinis. Edidit Gr. Lat. primo *PETRUS LAUREMBERG*, Leid. 1618. 8. nuper vero *JOANNES STEPHANUS BERNARD*, Leid. 1744. 8.

ARISTOTELICOS cæterum minutos ſatis anatomicos fuiſſe apparet ex auctione vitarum *LUCIANI*.

MARTIANUS ERASISTRATEUS ſcripſit duos libros *de anatome GAL. de propr. lib.*

HEROPHILUS Alexandriæ corpora, non tamen vivorum hominum ſecuit (*COCCHI* in oratione an. 1736. edita *de uſu artis anatomicæ*, Florent. 4. p. 14.) Scripta ejus perierunt. Vaſa tamen lactea vidiſſe, nervos in tria genera ſeparaſſe, ligamentorum, tendinum, nervorum, ſinus cerebri, tubas animalium, veſiculas ſeminales deſcripſiſſe ſatis notum eſt. *COCCHIUS* fragmentum ejus viri de ligamento terete edidit.

ERASISTRATUS ſecuit equidem *ANTIOCHI* favore corpora noxiorum hominum (conf. *COCCHI* l. c.) non tamen viva, alioquin non negaſſet ſanguinem arteriis contineri (*IDEM* p. 16.) uti neque crederem verum eſſe, quod ex *THEOPHANE* eodem loco legitur, *CONSTANTINUM*, *LEONIS* Iſaurici f. medicum vivo alvum & præcordia incidi juſſiſſe p. 18. Vaſa lactea in meſenterio vidit *ERASISTRATUS*, cerebrum ſubtilius rimatus eſt, candidus errorum revocator, paulo tamen nimius in *hypotheſibus*. Errorem loci, ſive aberrationem ſanguinis in vaſa aliena primus docuit. *CELSUS* in *præf.* Inventorem eſſe arteriæ bronchialis alias oſtendi. Duos Libros *anatomicorum de ſingulis paſſionibus* ſcripſit, in quibus tamen eum carpit *CÆLIUS acut.* III. c. 4.

LUCRETIUS in carmine ſuo *de rerum natura* phyſiologiam etiam habet, ad Epicureorum ſen-

ſententiam. Fines membrorum negat. Contra eum *BOYLEUS* dixit in *diſquiſitione about the final cauſes of natural thinges*.

CICERONE omiſſo, qui in Libro *de natura Deorum* aliquam phyſiologiæ adumbrationem dedit, ad A. C. *CELSUM*, tranſeo, theoreticum forte potius quam practicum anatomes cultorem. Oſteologiam ut diximus, breviter, ſed ſatis vere in Libro VIII. viſcerum vero quandam anatomen Libro IV. ab initio dedit. Anatomes cauſam oravit Libro I. c. 1.

PLINIUS ad generationis officium, ad rariora ſtaturæ, ætatis, &c. aliqua contulit.

CASSII Jatroſophiſtæ *problemata phyſica* apud *H. STEPHANUM* an. 1567. cura vero *C. GESNERI*, Tiguri 1562. 8. *ANDREA* denique *RIVINO* erudito viro edente Gr. Lat. Lipſ. 1653. 4. prodierunt. Placet *CASSIUS*, qui legitimas paſſim phænomenorum cauſas adferat. Celebris eſt ob explicationem reſolutionis latere non læſi in vulneribus cerebri. Methodicus fuit, qui *circulum metaſyncriticum* citet, & adſtrictionem meatuum & laxationem, &c.

ARETÆUS de cauſis & ſignis acutarum & diuturnarum paſſionum, & *de curatione utrarumque* alibi laudabitur. Interſperſa aliqua; ſed vera tamen anatomica habet, nervum olfactorium, vaſculoſam ſubſtantiam teſtis.

SORANUS EPHESIUS in exiguo Libello *de utero & pudendo muliebri*, qui cum *RUFO* prodiit, Pariſ. 1555. 8. jam laudatus eſt, longe *GALENO* melior, cum iſte ad animalia, *SORANUS* ad humanam fabricam deſcriptionem dederit. Reliqua, & non ſine damno anatomes, omnia perierunt. Non dubito potuiſſe tempore *TRAJANI* vivere, quæ *LAMBECII* ſententia eſt *de bibl. Vindob.* Libro VI. P. 2.

RUFUS pariter Epheſius fuit. *EJUS* pluſculi ſunt Libelli. Ad anatomen pertinent περὶ θέσεως καὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων, Libri III. ut tamen primus Liber parum diverſus bis exſtet. In iis Libris demonſtrat ſe *ERASISTRATEUM* eſſe, ut etiam ſpiritum in ventriculo ſiniſtro & arteriis contineri ſcribat. Fuſe de partium externarum nomenclaturis egit. Simiam juſſit diſſecare, quod homini proxima ſit p. 33. Inter viſcera inprimis partes genitales & tubas in animalibus proprio labore diſſecare adgreſſus eſt. *TRAJANO* florente vixit, teſte *SUIDA*. Sermonem ad filium direxit. Multæ ſunt editiones Græca Pariſina 1654. 8. *TURNEBI* opera: Græco Latina *CLINCHII* nitida ſed vitioſa, Londin. 1726. 4. Latina denique *PAULI JUNII CRASSI*, Baſil. 1581. 4. aliæque.

In *PLUTARCHI de placitis philoſophorum* Libris IV. & V. varia phyſiologica ex antiquis conſervata exſtant. Adeo ſibi ſimilia ſunt quæ hic *PLUTARCHUS* habet; & in Libro ſimilis fere tituli *GALENUS*, ut iſtum prioris plagiarium fuiſſe *COLLENUTIUS* non dubitaverit adfirmaſſe (pro *PLINIO*).

CLAUDIUS GALENUS ſolus fere ex antiquis anatomicis ſupereſt, ultimus eorum qui inter Græcos eam artem ornarunt. Legi omnino vel ideo opertet, quod quindecim fere ſeculis, ad *HARVEJUM* nempe, omnis phyſiologia, & parum abeſt, quin omnis etiam anatome ex eo communi fonte hauſta ſit. Deinde etſi dudum obſervatum eſt verboſiorem eſſe & ſæpe quam maxime neceſſaria obruere ambagibus phraſium, quæ inanitatem occultant; etſi corpora humana raro ſecuit, ut demonſtravit poſt *C. HOFMANNUM Apolog.* p. 291. *CLERICUS*; etſi deſcriptiones humani corporis ex antiquioribus ſumtas cum ſuis, quæ ſecabat, animalibus ſæpe obſcuriſſime miſcuit exemplo partium genitalium mulieris, oſſis ſacri, etſi in multis inconſtans eſt, & in alias & alias ſententias dilabitur, ut exemplo epiphyſeos, jejuni &c. demonſtravit *C. HOFMANNUS apolog.* c. 120., & in univerſum in *præfatione apologiæ*; etſi (neque alienum a vero eſt *SCHELHAMMERI* judicium in *additamentis* ad *CONRINGIUM*, & *P. J. HARTMANNI de perit. anat. vett.* pag. 23.) vaſorum & nervorum hiſtoria nimis brevis eſt, & in univerſum omnia a noſtri ſeculi perfectione remotiora; non tamen ideo non magnus & utilis fuit anatomicus. In animalibus enim vivis experimenta paſſim ſuſcepit, etiam nobis aut utilia, aut difficilia, ad vocem, reſpirationem, nervorum utilitatem. Multa minime ruditer deſcripſit, ut etiam nobis ſemina veri grata eſſe oporteat. Multa ex veteribus conſervavit, quæ alibi non exſtant, multa addidit ipſe, quæ expoſuit in *anthropographia RIOLANUS* p. 26. tum in *bibliographia DOUGLASSIUS*. Quare a me non ſine voluptate lectus ſæpiſſime, uti notum, excitatus eſt in *Commentariis BOERHAAVIANIS*. Neque certe omnino non corpora humana ſecuiſſe dici debet. Cum in Libro III. c. 2. de *compoſitione medicamentorum* medicos Romanos ipſe ſcribat ſecuiſſe barbarorum corpora, qui contra *M. ANTONINUM* pugnaverant. Numeroſiſſimi vero ſunt *GALENI* Libelli,

belli, qui de anatome agunt, neque tamen eos omittere licet, cum nimis frequens eorum apud recentiores ſit memoria ſeculo maxime XV. Cæterum editiones meæ ſunt Græca, Baſileæ 1538. fol. 5. vol. & Latina ibid. 1562. fol. De *CHARTERIANA* alibi dicemus. Ecce Libros eo ordine, quo in Geſneriana editione exſtant, omiſſis nonnullis phyſiologicis, ut numerum, quantum licet, minuamus.

Comm. in HIPP. Librum de natura hominis.

De optima hominis ſtructura.

De oſſibus, de quo alibi, & qui ex deterrimis & vitioſiſſimus eſt, genuinus tamen & paſſim a *GALENO* ipſo citatus. *ROLFINK Diſſ. anat.* p. 199. 200.

Liber *GALENI de oſſibus* citatur ab eo *de ord. leg. libr. de propr. libr.* Pro tironibus autem ſcripſit.

De muſculorum diſſectione jam dictus. Invenit autem *GALENUS* interoſſeos, platyſma myoides, lumbricales, rectum internum capitis. Eum Librum *JOHANNES CAJUS* edidit cum *Comm.* adjunctum Libris *de adminiſtrationibus anatomicis*, Baſil. 1544.

Sex Libros periiſſe ex iis, quos ſcripſit *GALENUS de adminiſtrationibus anatomicis*, patet ex ipſo *GALENO*, cum XV. citet *de propriis Libris*.

De nervorum diſſectione.

De venarum & arteriarum diſſectione jam dicti Libri, & cum fragmento *de iis quæ medica dicta ſunt* a *TIMÆO*, Lugd. 1550. 8. editi.

An ſanguis in arteriis contineatur contra Eraſiſtrateos.

De adminiſtrationibus anatomicis L. IX. cum ſex reliqui perierint. Hi lectu digniſſimi ſunt ob experimenta intermiſta, & deſcriptiones. Promiſerat reliquos libros *BARTHOLINUS*.

De vocalium inſtrumentorum diſſectione Latine tantum exſtat. Etiam experimenta habet.

De vulvæ diſſectione.

Lib. III. *de vulvæ diſſ.* citat *GAL. de ſcriptis propriis*. In juventute autem ſcripti ſunt.

De inſtrumento odoratus jam dictus.

De uſu partium corporis humani Libri XVII. haberi ſolent pro præcipuo *GALENI* opere. Non quidem valde ſubtilem habent anatomen, ſed minus tamen vitioſam, & teleologias atque phyſiologicas conſiderationes egregias, de cauſis cur ita, nec aliter, partes corporis humani ſtructæ ſint. Cordis etiam anaſtomoſes fetui proprias, & veram circulationem per pulmones, uſumque valvularum in his Libris aperuit. Commentarios addidit *CASPAR HOFMANNUS*, Francof. 1625. fol. ſed mererentur magis anatomicos, alios *JOH. LONICER*, Francof. 1550. 8. Quartum Librum ſeorſim *VITUS ORTELIUS* edidit, VVitemb. 1549. 8. *PL.*

Libri XVII. *GAL. de uſu partium C. H.* ſcripti ſunt per otium, cum *ANTONINUS* in Germania eſſet, *GALENUS* vero *COMMODI* valetudinem regeret (*de propriis ſcriptis*). Primus *BOETHO* dudum antea inſcriptus fuerat, *ID.* ibid.

De utilitate, & *de cauſis reſpirationis*, & *de pulſuum uſu* dicti ſunt, quos in Libro *de formatione fetus* ipſe *GALENUS* ſibi tribuit. Sed in adminiſtr. Lib. c. 2. juvenem ſe ſcripſiſſe fatetur, ſeque invito eſſe editos quæritur.

De *HIPPOCRATIS* & *PLATONIS decretis* Libri IX. præter alia, non anatomica, etiam cerebri inprimis & nervorum hiſtoriam habent, tum de corde, reſpiratione, primis viis. Multa hic veterum ſcriptorum memoria. Hos *CAJUS* invenit.

Libri IX. *GALENI de HIPP. & PLAT. decretis* eo tempore ſcripti ſunt, quo Libri *de uſu partium GAL. de propr. ſcript. de iis* etiam, *quæ medice ſcripta ſunt in TIMÆO. PLATONIS* libellus ſeorſim prodiit Lugd. 1550. 8.

De motu muſculorum Libri II.

De *motu thoracis*, *fetuum formatione*, *ſemine*, *ſeptimeſtri partu*, &c. jam dicti ſunt.

Libri III. *de facultatibus naturalibus* contra *ERASISTRATEOS* (*L. de propriis libris*) & *de ordine legendi libros*.

In Libro *de locis adfectis* egregia anatomica intercurrunt.

Spuriorum pauci nominari merentur, inter eos Liber *de anatomia vivorum*, *de voce & anhelitu*, *de motibus corporis manifeſtis*, *anatome parva*, &c.

Amiſſi ſunt bene multi ut L. *de HIPPOCRATIS anatomia*.

Lib. III. *de anatomia ERASISTRATI*, quos ipſe *GALENUS* ait (*de propriis libris*) curioſe ſcriptos fuiſſe.

Libri *de ſectione mortuorum* (*de ordine legendi libros*).

Libri II. *de ſectione vivorum*, ibid.

Libri *de iis quæ LYCO ignota erant in anatome*. Eum ſcripſit, ut ſe tueretur a calumnia, quod ſibi aliena inventa tribueret (*de libris propriis*).

Libri IV. *qui erant compendium librorum XX. anatomicorum MARTIANI*.

Et Libri II. *de anatomicis LYCI* (qui *QUINTI* diſcipulus fuerat) (*de propriis libris*).

In *CÆLII AURELIANI* practicis libris pauca ad anatomen pertinent. *Phyſiologiam* eo ſenſu ſumpſit, quo hodie ſolet, p. 22.

JULIUS POLLUX (Πολυδεύκης) *in onomaſtico*, quod *TIBERIUS HEMSTERHUYS*, cum *WOLFGANGI SEBERI*, *GODOFREDI JUNGERMANNI*, *JOACHIMI KUHNII* & *HENRICI LEDERLINI* obſervationibus ſplendide edidit, Amſtelodami 1706. fol. ejuſque Libro II omnino ad anatomen aliqua habet, nomina nempe partium, non abſque ineptis tamen erroribus. Quis crediderit ἰσχίον nomen eſſe ligamenti teretis?

MOSCHIONEM repeto, qui figuras citet & literas, & uterum, ut *SORANUS*, cucurbitulæ comparet. *EJUS mulicbrium* Græcus codex cum inedita præfatione exſtat in Vindobonenſi bibliotheca *LAMBEC*. Libro VI. P. I. neque bona eſt, quam dedit *CASPAR WOLFIUS*. Manifeſtum vero eſt, quod *IDEM* vir doctiſſimus confirmat, non ex Græco in Latinum, ſed ex Latino in Græcum ſermonem verſum eſſe.

ORIBASII anatomica ex *L. GALENI* cum verſione *J. BAPTISTÆ RASARII* nitide prodierunt nuper Leidæ 1735. 4. cura *GUILIELMI DUNDASS*, additis harmoniis locorum *GALENI*. In *collectione magna* efficiebant Libros XXIV. & XXV. Utilis certe ſynopſis, ordinata & libera illis infinitis litibus *GALENI*, aliqua etiam habet ex Libris deperditis.

ORIBASII anatomica prius Græce prodierunt Pariſ. 1556. 8.

Sed & reliqui ſcriptores Græci nihil habent, quod non ex *GALENO* ſit. *NEMESIUS* περὶ φύσεως ἀνθρώπου, ſive *de natura hominis*, Lond. 1636. 12. Anglice GræcoLatine & Antvverp. 1565. 1671. 8. Oxonii editus, Phyſiologiam Galenicam habet. Neque circulationem ſanguinis cognitam habuit, quidquid ajat editor Oxonienſis, neque alia de bile niſi quæ *GALENUS* dudum docuerat.

NEMESIUM, cujus librum hoc loco citavimus, vixiſſe ſeculo IV. credit editor Oxonienſis

MELETII περὶ φύσεως ἀνθρώπου, *de natura ſtructuraque hominis*, Venet. 1552. 4. Perinde compendium anatomicum & phyſiologicum, ex *GALENI* placitis. Miror p. 46. in hoc ipſo Libro *MELETIUM* citari. Rudis cæterum fuit, qui v. gr. feminis unam futuram eſſe ſcribat eamque circularem. Adjecti ſunt editioni modo citatæ Libelli varii *POLEMONIS natura ſignorum interpretatio*, *MELAMPI de navis*, &c. qui vix merentur nominari. Codex *MELETII* monachi plenior editis cum aliis Vindobonæ latet *LAMBEC*. Libro VI. P. II.

GREGORII NYSSENI de hominis opificio Librum Baſil. 1567. 8. editum nondum vidi.

PAULUS, *ALEXANDER TRALLIANUS*, *OCTAVIANUS HORATIANUS* vix quidquam habent cur inter anatomicos excites.

Θεοφίλυ περὶ τῆς τῦ ἀνθρώπυ κατασκευῆς Libri V. Græce, Pariſ. 1555. 8. Venet. 1536. 8 Baſil. 1539. 8. & in *FABRICII Bibliotheca Græca* Lib. XII. Gr. Lat. Dedit compendium Librorum *GALENI* de *uſu partium*. De Libro *de urina* alias dicetur.

JOH. ACTUARII Liber περὶ ἐνεργειῶν καὶ παθῶν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος Libri II. Græce 1557. 8. *GOUPYLI* ope prodierunt, tum Latine, Venetiis 1547. 8. 1554. 4. 1556. & in Principibus *H. STEPHANI*.

HYPATUS de partibus corporis humani Gr. Lat. Leid. 1744. 8. Catalogus eſt partium corporis humani externarum. Editor J. S. *BERNARDUS* tres earum partium antiquas icones addidit, ex Leidenſi bibliotheca ſumtas, cum nominibus non ſimillimis eorum quæ vulgo adhibentur.

ARABUM ſuccedit ſeculum, qui a diſſectionibus abhorruerunt quidem, cæterum anatomen ex Græcis repetitam, & ex *GALENO* inprimis fere omnes ſuis practicis Libris addiderunt. Et princeps *ABUBETER RHAZES* in *operibus exquiſitioribus*, quæ per *GERARDUM TOLETANUM*, *ANDREAM VESALIUM*, & *ALBANUM TORINUM* edita ſunt, Baſil. 1544. fol. & in *primo* Libro ad *ALMANZOREM* anatomen concinno ordine deſcripſit. Vaſa ſalivalia ſub lingua & hic, & in *ORRIBASIO*, & apud omnes Arabes habentur.

In

In *AVICENNÆ Libro Canonis*, Venet. an. 1555. fol. & alias edito, a principio habetur anatome, ad quam exſtant *V. F. PLEMPII commentarii*, Lovanii 1658. fol. editi.

In *decimo volumine AVERRHOIS*, *quo Colliget* continetur, Venet. 1552. fol. edito, habetur in primo Libro Colliget anatome ſimillima ejus, quam *AVICENNA* ſcripſit, ſp'anchnologiæ nempe compendium. In Libro II' phyſiologia traditur.

ALBUCASIS, ut vulgo vocatur, huc a *DOUGLASSIO* refertur ob icones oculi, viſcerum, venarum, & ſceleti. Sed eæ icones omnes videntur eſſe recentioris ævi, neque exſtant in editione Veneta anni 1520. fol. Sed unice in Argentoratenſi 1532. fol. Clitoris autem apud *SORANUM*, uti dictum, dudum habetur, & verba *ALBUCASIS* fere ea ſunt, quæ *AVICENNA* habet, & *PAULUS*.

Recentiorum primum ponimus *CONSTANTINUM AFRICANUM*, magnum Arabum exſcriptorem. Poſſis autem huc referre ejus Libros *de coitu*, & de *anima & ſpiritus diſcrimine*; ſed exigui certe momenti ſunt. De editionibus in practicis dicam.

ALBERTI Magni Liber *de ſecretis mulierum* ſæpiſſime prodiit. Eo infelici tempore, cum vix quiſquam præter clericos medicinam exerceret, anatome penitus exſtincta eſt, publicis etiam legibus *BONIFACII* VIII. proſcripta, quarum vi adhuc anno 1571. anatome *NICOLAO BUCELLO* interdictum fuit. *ROOLFINK diſſertation. anat.* p. 187.

ALBERTI Magni etiam eſt *de homine & animalibus*, Venet. 1498. fol. &c.

Italia uti reliquarum artium, ita anatomes in Europa reparatæ laudem ſibi vindicat. In Sicilia quidem, niſi fallor omnium primus, *FRIDERICUS* II. anatomen reſtauravit, ſancta lege, ne quiſquam ad Chirurgiam exercendam admitteretur, niſi anatomen didiciſſet. *MARTIANUS* vero protomedicus obtinuit, ut omni quinquennio anatome adminiſtraretur, quam omnes medici & chirurgi frequentarent (*P. CASTELL de peſte* p. 23.) Deinde Bononiæ *OTTUS AGERIUS LUSTRULANUS*, & *ARMUNDUS GUASCO* docuerunt, quorum poſterior an. 1151. primus anatomen aperuiſſe dicitur a *CL. GUILIELMINO* in *Orat.* Bononiæ habita anno 1735. Porro *MUNDINUS* Bononiæ circa annum 1315. Librum ſcripſit, varie inſcriptum, quem ſecta ab eo viro cadau era ita commendarunt, ut legibus in Italia ſanctum ſit, ne in alium auctorem Doctores prælegerent. Meæ editones ſunt, Venet. 1513. fol. ex ed. *JOH. de KETAM* cum perantiquis figuris, alia cum ampliſſimo Commentario *JACOBI CARPENSIS*, Bonon. 1520. 4. alia cum *MATTHÆI CURUII* commentariis Papiæ 1550. 8. Alias habet *DOUGLASSIUS*, Editionem Patavinam per *HIERONYMUM* de *MAFEIS* emendatam 1484. 4. Lipſienſem emendatam per *MARTINUM POLICHIUM* de *MELLERSTATT* 1505. 4. *DRYANDRI* editionem, Marburgi 1540. & 1541. 4. cum *MUNDINO* editam non vidi, cui titulus eſt *MUNDINI anatomia ad vetuſtiſſimorum codicum fidem collata*, nec Argentoratenſem 1513. 4. (*B. LEHM.*) nec Venetam 1638. 12. cum ſcholiis (*MERCLIN*). Cæterum rudis, ut ſermone, ita in deſcriptionibus auctor, nihil præter antiquitatem habet, quod valde commendes.

MUNDINIANI Libri hic citati editionem *DRYAND I*, quam tum temporis nondum videram, nunc vidi, ſed coram eſt Lipſienſis illa *MARTINI* de *MELLEFSTAD* abſque iconibus aut anni expreſſione, tum illa *J. DRYANDRI*, cui icones & ſcholia adjecta ſunt.

Vivos etiam quotannis canes diſſecabant Bononienſes, *ALDROVANDO* Auctore *Ornithol.* II. pag. 490.

Pariſiis *HENRICUS* de *HERMONDAVILLA* anatomen fere eodem tempore in tredecim figuris demonſtrabat (*GUIDO* de *CAULIACO* in *præf.*) Inde ad humana corpora acceſſerunt, & S. C. imperium cadaverum ipſis conceſſum eſt, atque an. 1564. Doctoribus penſio imperata fuit, ex qua duæ publicæ annuæ diſſectiones adminiſtrarentur *RIOLAN.* oper. p. 65. Paulo prius *JACOBUS SILVIUS* corpora humana ſecuit, & ante eum *CAROLUS STEPHANUS*, de quo continuo.

GUIDO de *CAULIACO*, *GUILIELMUS DE SALICETO*, *NICOLAUS NICOLUS*, *J. MATTHÆUS DE GRADIBUS*, *JOHANNES ANGLICUS*, aliique horum ſeculorum Medici & Chirurgi aliqua anatomica admiſcuerunt, *GUIDO* inprimis, qui integrum anatomes compendium dedit, tum *GUILIELMUS DE SALICETO*, qui nervos etiam voluntarios a neceſſariis diſtinxerit.

PETRI de *ABANO conciliator differentiarum Philoſophorum & præcipue Medicorum*, Venet. 1548. fol. & alias editus eſt. Ad phyſiologicas controverſias plurima huc pertinent. Op-

ponit

ponit fere *ARISTOTELEM* & *AVERRHOEM GALENO*, rationes contrarias utriuſque recenſet, tunc ſuis adlatis litem definit.

TURRIANUS anatomicus, qui corpora humana ſecuit, & errores *MUNDINI* demonſtravit, nihil, niſi fallor, ſcripti reliquit.

MAGNI HUNDT anthropologium de hominis dignitate, natura, & proprietatibus, &c. Lipſiæ 1601. 4. * Rariſſimus Libellus inter primos eſt, quos figuræ anatomicæ ornent. Proprio de eo Libello egit programmate *J. ZACHARIAS PLATNER*, & earum tabularum auctorem prædicavit, Lipſiæ 1734.

MAGNI HUNDT citatum librum inter primos eſſe, quos figuræ anatomicæ ornent, hoc loco dictum eſt, ſed eas figuras ruditate antiquitatem ſuam confirmare, nunc video, cum ipſe eum librum poſſideam.

JACOBI PEILIGK opus eſt, quod vocatur *compendioſa capitis phyſici declaratio principalium humani corporis membrorum figuras liquido oſtendens*, Lipſ. 1499. & 1518. fol. quæ editiones in *PLATNERI* bibliotheca, poſterior etiam apud me proſtat. Auctor cæterum anonymus eſt, habet autem viſcerum rudes icones & deſcriptiones ex Arabibus deſumtas, & ex *CONSTANTINO*. Icones & *HUNDTIANIS* vetuſtiores ſunt & *CARPIANIS*. *IDEM* an. 1505. Lipſiæ fol. edidit *ALBERI theſaurum veræ philoſophiæ & divinæ ſapientiæ*.

GEORGII VALLÆ de corporis commodis & incommodis, Argentor. 8. & inter annos 1520. & 1530. Mera fere enumeratio partium corporis humani eſt ad *POLLUS* morem. Alium titulum habet *JACOBUS DOUGLAS*, & *J.* vander *LINDEN*, *de humani* nempe *corporis partibus*, Baſil. 1627. (puto 1527.)

ALEXANDER BENEDICTUS Anatomiæ, ſive *de hiſtoria corporis humani* Libros V. ſæpe edidit. Editiones antiquiſſimas non vidi, cum prima anno 1497. videatur prodiiſſe, cum Liber ſcriptus eſſet anno 1483. Meæ ſunt Pariſ. 1514. (Venet. 1527. 12. B. *LEHM.*) & Argentinenſis 1528. 8. Recuſa eſt Venet. 1533. fol. in collectione operum, & Baſil. 1549. fol. in eadem collectione. Corpora equidem diſſecuit, qui theatri Veronenſis & Veneti deſcriptionem det, & de turba in theatro conqueratur. Bella etiam ſecutus eſt, & ſcripſit de *CAROLI* VIII. expeditione Italica. Non video multum ſuper priorum inventa addidiſſe. Chirurgica & Medica aliqua adſpergit. In magno etiam opere de omnium morborum *cauſis*, *ſignis* & *differentiis* aliqua partium corporis deſcriptio præcedere ſolet, quarum morbos explicat.

ALEX. BENEDICTI Anatomiæ Lib. V. nunc lego anno 1493. Venetiis 8. prodiiſſe.

GABRIELIS DE ZERBIS Veronenſis Liber *anatomiæ corporis humani & ſingulorum membrorum illius*, Venet. 1502. fol. valde incommodo typo, ut vix legi poſſit. Anatomen opprimit plurimis ex more ſeculi ratiociniis, & dictione barbara. *EJUSDEM anatomia infantis* cum *DRIANDRI* opere Marburgi 1517. prodiit. Furti reum agit, neque inventi alicujus, ſed vaſorum argenteorum, qua culpa exilium meruerit, filioſque addit in patibulo finem vitæ feciſſe *CARP.* in *MUND.* p. XVII. b.

COPHONIS eſt etiam, de quo nihil quidquam ultra mihi innotuit, *anatome porci*, una edita.

GALEOTTI MARTII de homine Libri II. Baſil. 1517. 4. Oppenheim 1610. 4. Baſil. 1617. 4. In editione, quam primo loco dixi, adnotationes exſtat *GEORGII MERULÆ*.

MICHAELIS SCOTI phyſiognomia, Pariſiis 1508. 8 mihi ignota eſt. Habet *DOUGLASSIUS*.

ALEXANDER ACHILLINUS Medicus & Philoſophus, notas dedit ad *MUNDINUM*, Venet. 1522. fol. *DOUGL.* *EJUS* etiam eſt Liber *de humani corporis anatome*, Venet. 1521. Neutrum vidi, ſed penes me ſunt ejus *anatomices adnotationes*, Bononiæ 1520. 4. editæ; quas non citat *DOUGLASSIUS*. Pleraque quidem valde rudia ſunt, nam an. 1502. quinque oſſa tarſi, an. vero 1503. novem ait ſe vidiſſe (p. XVI. p.) Habet tamen aliqua bona, nervum quarti paris, medullæ ſpinalis finem in lumborum principio. Opera omnia, ſed philoſophica, Venet. 1745. fol. prodierunt.

HANS V. GERSDORF genannt SCHYLMANS feldbuch der vvundarzney, Argentor. 1517 fol. Incipit ab anatome, habet icones ſceleti, & ſyſtematis viſcerum. Editionem habe *DOUGL.* Francof. 1551. 4. Cum alio practico libro Germanice edito] Argentor. 1519. fol edito anonymo etiam anatome prodiit.

JA-

JACOBUS BERENGARIUS Carpenſis ut in *dedic.* ipſe teſtatur, a patria vulgo *CARPUS* dictus eſt. Vir ſummus, inter primos auctores methodi fuit, qua hodie lues venerea expugnatur ope argenti vivi, hinc prædives, ut apud *ROLFINKIUM* legas, Chirurgico Libro *de fracturis cranii* etiam celebris, verus anatomes ex corporibus humanis inſtaurator, ne *EUSTACHIO* quidem diffitente, & *CORTESIO* in *miſcellaneis* II. qui *CURTIUM* æmulum Berengarii lingua, hunc ſcalpello valuiſſe, ait. Morum cæterum cum neſcio qua ſimplicitate turpium fuit, ut nefanda crimina pro innocentiſſimis haberet. *EJUS* exſtant *commentaria* cum ampliſſimis adnotationibus ſuper *anatomia MUNDINI cum textu ejus in priſtinum nitorem redacto*, Bonon. 1521. 4. Auctor ipſe & in diſſecando, & in legendo *GALENO* & *CELSO* ſuper morem ſeculi peritus fuit. Injectionem aqueam in renum vaſis tentavit. Præter theorias vanas multa utilia habet, de fine vero medullæ ſpinalis, papillis renalibus, &c. Icones paucæ & rudes ſunt. Anglice prodiit *Berengarius's anatomy of man's body* Lond. 1554. 12. *EJUSDEM Iſagogæ breves in anatomen humani corporis*, Bonon. 1522. 4. iterumque 1523. 4. 4. parum diverſæ & nitide prodierunt, tum anno 1535. Venet. minus ſpecioſe & Argentorati 1530. 8. Mirum *ALDI MANUTII* diſcipulum adeo barbare ſcripſiſſe. Sed memorabili uſus peritia, qui ultra 100. cadavera humana ſecuerit, errores multos priorum correxit. Ita rete mirabile, cellulas uterinas *MUNDINI* deſcripſit. Figuras etiam hic rudes dedit, quarum aliquæ in poſtrema Veneta editione omittuntur, uteri inprimis figuræ duæ. Muſculos cæterum abdominis & totius corporis, cor, ſceleton, artuum oſſa, venas brachii delineavit. Corpora hominum vivorum incidiſſe fabula eſt, ut demonſtravit *JOHANNES ASTRUC de lue venerea* p. 618.

JAC. BERENGARII Carpenſis *iſagogæ breves in anat. C. H.* prodierunt etiam Venet. 1527. 4.

JOHANNES GUINTER Andernacenſis Pariſiis an. 1530. Doctoribus adnumeratus, ſumtuum media parte condonata, (ed. Pariſ. 1536. *præf.*) cum applauſu ibi docuit. Ejus *inſtitutionum anatomicarum* Libri IV. Baſil. 1536. 8. * ibid. 1539. 4. cum *THEOPHILO*; Venetiis 1538. forma minima cum *A. VESALII* præfatione, VVittembergæ 1585. 8. * 1613. 8. (*PLATN.*) & alias editi ſunt: ſecuiſſe videretur ex præfatione, ſed negat *VESALIUS*. In notula tamen p. 109. de venæ humerariæ diviſione, in duobus cadaveribus obſervatio habetur, & adrogat ſibi *GUNTERUS* interoſſeos quatuor *GALENO* ignoratos. Cæterum compendium anatomicum eſt.

JOH. GUINTER deinde citatus vixit ad annum 1574.

JOACHIMI FORTII RINGELBERGII Liber *de homine*, Antvverpiæ 1529. 8. &c. * *DOUGL.*

ANDREÆ LACUNÆ anatomica methodus, ſive *de ſectione corporis humani contemplatio*; Pariſ. 1535. 8. * Adparet collectionem eſſe ex *GALENO* & optimis auctoribus factam. *COLUMBO* ſecanti adſtitit, *RIOLANO* teſte.

JOH. DRYANDER, vero nomine dictus *EICHMANN*, in Gallia Medicinæ operam dedit, Marburgi vero docuit. *EJUS anatomiæ pars prior in qua membra ad caput ſpectantia recenſentur & delineantur*, Marb. 1537. 4. prodiit. Primam anatomen an. 1535. celebravit, quod ſtudium propria oratione concelebrat. Icones dedit capitis, cerebri, oſſium, thoracis, pulmonis, cordis, vaſorum magnorum, paulo minus quam *CARPENSES* figuræ rudes, cæterum parum habentes veræ utilitatis. *GABRIELIS* de *ZERBIS* & *COPHONIS* opellas una editas citavi alibi, & dixi de editione, quam dedit *MUNDINI*. Neque *EURICII CORDI* judicium, neque *VESALII* p. 254. 255. valde favet famæ viri.

BENEDICTUS VICTORIUS in *Practica magna* habet *partium* anatomen. Sic *ARCULANUS* in opere practico, Venet. 1357. fol. excuſo.

NICOLAUS MASSA, Venetus anatomicus, qui frequenter cadavera humana ſecuit. Ejus eſt *liber introductorius anatomiæ*, *ſive diſſectionis corporis humani*, &c. Venet. 1536. 4. & 1559. 4. quæ editiones ſolo titulo differunt. *MUNDINUM* fere imitatur, & perinde ea organa deſcribit, quæ frequentius eo ævo demonſtrabantur, tres nempe ventres; artus vero breviter tangit. Non eſt abſque obſervationibus, quas ſuis locis pleraſque tetigimus. In *epiſtolis* etiam *medicinalibus*, Venetiis 1542. 4. 1550. 4. (*DOUGLAS*) & 1558. 4. 2. vol. excuſis, quæ mea editio eſt, aliqua ſparſim ad hiſtoriam anatomicam habentur.

NICOLAI de *SABIO viſcerum viva delineatio*, Venet. 1539. fol. Non memini me citatam vidiſſe. Duæ ſunt tabulæ, viri & feminæ. In utraq; viſcera abdominis ſecundum ſtrata,

ANDREAS VESALIUS, quo nemo carere poteſt (*a*).

2. REAL-

quæ ſibi ſuccedunt, delineata habentur, quod idem inſtitutum multis poſtea placuit; Cæterum rudes icones ſunt, hepar multilobe, *&c.*

LUDOVICI VASSÆI in anatomen corporis humani tabulæ quatuor, Pariſ. 1540. & alias fol. *DOUGL.* Venet. 1544. 8. quæ mea eſt editio. *JACOBI SYLVII* addictiſſimus diſcipulus; nihil invenit, & omnia in *præf.* ad Præceptorem retulit.

LUD. VASSEUM Gallice vertit *J. CANAPE* Lugd. 1542.

BASSIANI LANDI Patavini præceptoris Libri II. *de humana hiſtoria vel ſingularium hominis partium cognitione* jam Baſil. an. 1542. 8. prodierunt (*ALBINO* teſte ad *DOUGLAS* p. 75.) Mea editio Francofurtenſis eſt 1605. 8. Obiit an. 1562. a ſicario enectus, Galenica placita rhetorico more docuit. De *prodigioſis partubus* ſe ſcripſiſſe ipſe auctor eſt p. 207. In *Opuſculis*, Patavii 1552. 8. editis, exſtat Liber de motu. Sed philoſophicus omnino.

JACOBUS SYLVIUS Ambianus, vir doctiſſimus Græca Latinaque Lingua, cum ſummo adplauſu Pariſiis docuit, neque obſtitit viri famæ avaritia, quæ in eo ſumma fuit, ne vitæ quidem ſcriptore diffitente. Cadavera humana, ſed parcius, ſecuit, tum animalia aliqua. Sero ſcripſit & fere ad æmulationem *VESALII*. Inventa jam citavi. Ejus ſcripta ſunt *Veſani cujuſdam calumniæ in Hippocratis Galenique rem anatomicam depulſio*, Pariſiis 1551. 8. (*STOLLE*). Mea editio cum *HENERI* vindiciis *VESALII* prodiit Venet. 1555. 8. Hic Liber nonnunquam me conſolatur, quando me video hinc ob parciſſimum meum a *PRÆCEPTORE* diſceſſum, inde ob meum in eum ipſum Præceptorem amorem indignis modis diſcerpi. Inſanit *SYLVIUS*, & *VESALIUM* ipſum exſcribit, dum refutat, etiam ubi errat *VESALIUS*, ut in Carotidis deſcriptione. Frivolas pro *GALENO* excuſationes attulit, ſternum recentiorum hominum brevius fuiſſe, os inciſivum diſtinctum ſe vidiſſe, ſuturas illas falſas veterum ſe conſpexiſſe: ſinus tamen ſphenoideos deſcribit. In *HIPPOCRATIS & GALENI Phiſiologiæ partem anatomicam iſagoge* Libris III. prodiit Pariſ. 1555. *&c.* (*ALBIN.* ad *DOUGLAS*) Venet. 1556. 8. *B. PL.* mea editio eſt Pariſina 1561. 8. Compendium anatomicum, in quo vaſa & muſculi per totum corpus, ex *GALENO* inprimis, ſed tamen auctius diſponuntur. Singularia aliqua de muſculis, valvulis venoſis, alibi laudavi quæ hic exſtant. Adjectæ ſunt rariorum corporum diſſectiones tum hominum, tum brutorum, quibus inprimis laudem meruit. In poſthuma editione Genevenſi 1630. hæc repetuntur, tum *iſagoge in GAL. de uſu partium corporis humani*: & *epitome in tres Libros facultatum naturalium*. Reliquos Libros ſuis locis conſideravimus.

JOHANNES FERNELIUS, itidem Ambianus, matheſeos laude ſuperior *SYLVIO* moribuſque, praxi celebrior, non tamen perinde anatomicus. Ejus Libri *de naturali parte Medicinæ* VII. ſive *phyſiologia* (ut in mea editione vocatur) Pariſiis prodierunt 1542. *DOUGL.* & alias, & recuſi ſunt in editione nitida operum *FERNELII*, quæ prodiit Ultrajecti 1656. 4. Latiniſſime & nitidiſſime ſcripſit. Primus Liber anatomicus eſt, ſequentes phyſiologici. In Libro *de abditis rerum cauſis* multa phyſiologica admiſcuit. Jugum *GALENI* paſſim excutere cœpit.

G. HERMENII RYFF des menſchen vvahrhaftige beſchreibung oder anatomy, Strasburg. 1541. fol. (*B. PL.*) quæ eſt *deſcription anatomique de toutes les parties du corps humain*, Pariſ. 1545. fol. & Latine ibid. prodiit eod. anno *B. PL.* Icones ſunt, quas vetuſtas excuſat, arteriarum, venarum (quarum multæ exprimuntur ex cava inter cor & ſeptum ortæ, muſculorum viſcerum, ſceletorum.

Duæ tabulæ in folio magno Argentorati prodierunt anno 1544. quarum primæ titulus eſt *anatomia oder abconterfeytung eines manns leibs vvie er invvendig zu ſehen iſt*, alter *eines vveibs leib.* Strata viſcerum ſibi ſuccedunt, ſed alio modo, quam in Venetis tabulis, & viſcera ad latus aperta. Colores itidem vivi. Crediderim ſimiles eſſe illis, quas Ulmæ 1541. editas citat *B. PL.* ſed formam in 4. facit.

J. LONICER erotemata in GALENI de uſu partium L. XVII. edidit Francof. 1550. 8. quod eſt ejus operis quaſi compendium.

(*a*) *ANDREAS VESALIUS* verus anatomes inſtaurator, eo tempore incepit innoteſcere. Cum admirabili ardore in anatomen ferretur, & Lovanii atque Pariſ. per flammas & ignem ferε

cada-

cadavera quæreret, in prima ſua juventute meruit, ut annos natus 23. Patavium, deinde Bononiam Piſaſque vocatus hic inprimis enormi 800. coronatorum ſtipendio conductus doceret, & a ſuis diſſectionibus anatomicos tacitos diſcedere cogeret *præf.* ad Librum *de radice China*. Baſileæ aliquandiu vixit, & an. 1546. ſceleton ibi dedicavit (*MELCHIOR ADAM* p. 31.) quod interlapſum reſtituit *FELIX PLATER*. Sed id infeliciter accidit, & cum maximo damno anatomes, ut poſt paucos annos inter anatomicos labores conſumtos Cæſar *VESALIUM* avocaret ad aulam & expeditiones bellicas. Hinc poſt annum ætatis 29um. vix quidquam profecit *VESALIUS* cum editio II. magni operis a prima figuris nuſpiam, ſermone omnino parum differat. Eximius cæterum Chirurgus fuit, & *CAROLUM* infelicem illum Principem Hiſpaniæ ſanavit, cum caput lapſu illiſiſſet (*MELCHIOR ADAM* p. 134. *ROLFINCK Diſſert.* p. 38. 39.) Mortem Comitis Burani anginoſi ad horam indixit *M. AD.* p. 132. Cum *GALENI*, ſcholarum infallibilis eo tempore oraculi, deſcriptiones conferret cum humanis corporibus, facile ubique diſſenſum naturæ vidit. Cum autem eum diſſenſum publice aperiret, tantum in ſe ſuſcitavit Medicorum in tota Europa odium, ut inter perpetuas calumnias vitam moleſtam triverit, cum *J. SYLVIUS* non erubeſceret perpetuas ipſi indicere inimicitias, ſi quidquam a *GALENO* diſſentiret. *VESALIUS* (*de radice China*) *CAJUS* vero *VESALIUM* codices *GALENI* ſibi commiſſos corrupiſſe ſcripſerit, ut haberet quod carperet, *PICOLHOMINEUS* denique p. 207. ridicule minatus ſit ſe demonſtraturum, omnia, quæ *VESALIUS* bona haberet, ex *HIPPOCRATE* & *GALENO* ſumta eſſe. Ita certe virum fervidi ingenii in ordinem coegerunt adverſarii, ut *GALENI* opus ſuo labore emendatum flammis dederit, & infelicem vitæ finem fecerit anno 1564, ſive Hieroſolymitanam eam expeditionem ad expiandam vivi hominis cædem ſuſceperit, ut ex *HUBERTO LANGUETO THUANUS* & vulgo ſolent ſcribere, ſive ſponſione facta motus Palæſtinam petierit, ut *JOH. METEL* anno jam 1565. ſcripſit in *Epiſt. clar. Belg. ad CASSANDRUM*. Primus nitidas icones dedit, non *TITIANO* quidem, ſed magnis tamen artificibus uſus, qui naturæ robur & umbrarum vim exprimerent. Oſſa, artuum maxime, muſculoſque majores optime deſcripſit & depinxit. In viſcerum ſitu nexuque multa vidit ad *WINSLOWUM* uſque ignorata. Venas, arterias, nervos, muſculos ſubtiles, laryngem *COLUMBO* teſte, oculum (ipſo fatente *VESALIO*, & in Libro *de radicis Chinæ uſu*, & in *exam. obſ. Fallopp.*) renem (*EUSTACHIO* arguente), partes genitales muliebres (*ARANTIO* monente p. 104.) minus recte tradidit, cum ad abſolvendum opus ardore aliquo ferretur, & defectum humanorum corporum animalibus non bene ſuppleret.

VESALIUM ad expiandam vivi hominis cædem Hieroſolymitanam expeditionem ſuſcepiſſe, nomine tecto *PAREUS* etiam repetit *de la generation* p. 236. qui liber nono anno a *VESALII* exceſſu prodiit.

Opera anatomica, præter Librum *de vena ſecanda in pleuritide* jam citatum & *chirurgiam*, in qua ſceleti depinguntur, ea ſunt, quæ dicam. Edidit *ANDERNACI* inſtitutiones cum nonnullis additionibus marginalibus, Pariſiis 1539. 4. Propria eſt. *A. VESALII ſuorum Librorum de corporis humani fabrica epitome*, Baſil. fol. max. 1542. Germanice opera *ALBANI TORINI*, Baſil. 1543. fol. * tum, Pariſiis an. 1560. Coloniæ 1600. fol. *B. PL.* Leidæ 1616. 4. Amſtelod. 1633. 4. cum notis *P. PAVII*. In hac editione aliæ icones, & ipſæ tamen ex *VESALIO* decerptæ, habentur, cum nominibus muſculorum novis, & nonnullis explicationibus. Porro, Amſtelod. 1617. fol. & cum notis *NIC. FONTANI*, Amſtelod. 1642. fol. epitome recuſa eſt. Hæc ultima editio bona eſt, & icones aliquas novas, atque obſervationes ad anatomen inprimis practicam pertinentes habet. In iconibus etiam *PLANTINIANIS* exſtat inſerta, & in *GREVINI* opere citando, & in *JAC. BUWMANNI anatomia* & in *T. GEMINI compendioſa totius anatomes delineatione are exarrata*, Londin. 1545. fol. Anglice recuſa, 1553. 1559. fol. *D.* Brevis cæterum ſermo eſt, icones grandes, perpulchræ, ex magno opere ſelectæ, & ita ex diverſis figuris compoſitæ, ut numerus minuatur. Adjecta viri & feminæ ſtatura perpulchra.

De *corporis humani fabrica* Libri VII. Baſil. 1543. fol. & nitidius, ſermone etiam aucto, anno 1555. fol. Venet. 1568. fol. cum figuris parvis, iterumque Venet. 1604. fol. cum *RUFI* & *SORANI* fragmentis. Juſto hic volumine in folio ſermone puriſſimo omnem anatomes ambitum de integro tradidit *VESALIUS*, & omni fere poſteritati ad ſeculum uſque XVIII. Librorum materiem præbuit, neque ab ullo anatomico debet negligi, etſi, quæ

monui, vitia aliqua ſint, & paſſim *GALENUM*, cum quo perpetua ipſi pugna eſt, non abſque ſuis etiam erroribus impugnaverit. Hujus operis icones infinitis locis recuſæ ſunt. Eas habet *JACOBUS BUWMANNUS* in *anatomia*, *das iſt*, *eine kurze beſchreibung von der uſstheylung und abtheilung aller glieder des menſchlichen leibes*, Tigur. 1551. fol. 1573. fol. cum figuris æneis ſatis pulchris. Habet etiam, ni fallor, T. *GEMINI*, quem non vidi, *VESALIUS* vero valde accuſat, tum certo *JACOBUS GREVINUS*, cujus *anatomes totius are inſculpta delineatio*, Pariſ. prodiit 1564. fol. Ibi icones in minorem formam contractæ ſunt, additæ aliquæ *GREVINI* inutiles laciniæ, Eædem icones in *PAREI*, *VALVERDI*, *PLATERI*, *S. ALBERTI*, *INGRASSIÆ*, *T. BARTHOLINI*, *CASSERII* & quot non alia opera tranſierunt. Ex *VALVERDO*, qui aliquas adjecit, recepit *PLANTINUS* dixitque *vitas imagines corporis humani aneis formis expreſſas*, & edidit 1572. fol.

VESALII ſuorum librorum de C. H. fabrica epitomes, Germanica *ALB. TORINI* editio ibi dicta nunc penes me eſt, paulum diverſa a Latina, quæ plures icones minores viſcerum & oſſium ex magna anatome decerptas habeat. Cæterum titulum eſt *von des meſchlichen Körpers anatomey kurzer auſzug durch ALBAN ZUM THOR*.

VESALII hic citati Libri VII. *de C. H. fabrica*, Lugduni etiam recuſi ſunt 1552. 8.

Valde ſuſpicor huc pertinere mihi non viſam *Deſcription & démonſtration des membres intérieurs de l' homme & de la femme*, Pariſ. 1560. 4.

De *radicis China uſu*, Baſil. 1546. fol. Venet. 1542. 8. (ſi fides *NICERONIO*) verſus autem 1546. 8. & Lugd. 1547. 12. parv. Scopus princeps eſt demonſtrare, *GALENUM* non homines ſecuiſſe, ſed ſimias, ſæpe etiam abſque animalium diſſectionibus ex ingenio natas conjecturas cum anatomicis veterum deſcriptionibus miſcuiſſe. Facile vero demonſtrat in utero, cæco inteſtino, vena ſine pare, venæ cavæ parte quæ ſupra ſeptum eſt, cerebello, ventriculis cerebri, oſſibus pleriſque, *GALENUM* animalibus uſum eſſe. Legi etiam debet ad hiſtoriam ipſius *VESALII*.

Examen obſervationum Fallopii, Venet. 1564. 4. & Hannov. 1609. 8. Madriti datum eſt Decembri menſe 1561. tertio die poſtquam legerat impreſſas eo ipſo anno *FALLOPII* obſervationes. Quare cum & præceps ſcripſerit, & abſque cadavere, cum ne cranii quidem in Hiſpania copia eſſet, non potuit tanti viri experimenta refellere, ad oſſa tamen aliqua ex animalibus monet.

Paſſim etiam lego *GABRIELIS CUNÆI* Mediolanenſis anatomici *apologia FRANCISCI PUTEI examen*, Venetiis 1564. 4. excuſum *VESALII* opus eſſe. *PUTEUM* ibi lego famulaſſe invidiæ *ANTONII FOSSANI* archiatri Hiſpani, & ex aula etiam Cæſarea *SILVII* rabiem provocatam eſſe. Ad frigidum cæterum Libellum non utiliſſima refutatio.

Denique opera omnia anatomica & chirurgica viri ediderunt *H. BOERHAAVE* & *B. S. ALBINUS*, Leid. 1729. fol. 2. vol. Acceſſit egregia *ALBINI* præfatio, nomina muſculis adjecta ſunt, *FALLOPII* una recuſæ obſervationes & icones a peritiſſimo artifice VVandelaario exſculptæ.

Aliquas etiam *VESALII* tabulas ad muſculos inprimis pertinentes, ſæpe recuderunt pictores, & nuper Londini ediderunt ex *J. DOUGLASSII* correctione octo tabulas *VESALIANAS*, in quibus tamen clariſſimus editor varia correxit.

FRATER VESALII FRANCISCUS inſignis etiam anatomicus fuit, cum tamen juri ſe dediſſet, Ferrariæ corpora ſecuit. *AMATUS LUSITANUS Curat. Cent.* I. *hiſt.* 60.

ANGELI FORTII de mirabilibus vita humana naturalia fundamenta, Venet. 1543. 8. * *DOUGLAS*.

JODOCI WILLICHII Commentarius anatomicus, in quo eſt omnium partium corporis humani diligens enumeratio. Argentor. 1544. 8. Compendium anatomicum eſt, ex *GALENO* ſumtum cum etymologiis græcis. Adjectus dialogus *de locuſtis*.

JODOCI WILLICHII ſunt etiam *obſervationes in libellum LACTANTII FIRMIANI* qui *de opificio Dei inſcribitur*, Baſil. 1542. 8. Compendium quoddam anatomes, & breve & inane.

CAROL. STEPHANUS doctor Pariſinus Librum compoſuit, cui *RIVERIUS* Chirurgus icones adjecit, unde orta lite, ſermo Medico, figuræ Chirurgo tributæ ſunt. *Recherches ſur l' hiſtoire de la Chirurgie en France* p. 228. *ſecond Mémoire pour la faculté*, Pariſ. 1743. p. 305. Primum Latine prodiit ſub titulo *C. S. de diſſectione partium corporis humani* Libri III. *una cum figuris & inciſionum delineationibus a STEPHANO RIVERIO Chirurgo compoſitis*, Pariſ. 1545. fol. In præfatione legitur jam an. 1539. opus abſolutum fuiſse. Primus liber oſteo-

oſteologiam habet, hanc ſatis bonam, paulo minus vero utilis eſt vaſorum & nervorum hiſtoria, & muſculorum. Ubique late exſcriptus eſt *GALENUS*. In II. Libro viſcera ſunt, & organa maſcula, in III. organa feminæ propria & muſculorum ſingulares figuræ & modus ſecandi. Icones ligneæ ſatis magnæ, ſed ea pars de qua inprimis agitur minutiſſima eſt, quod fere ubique totum corpus depictum ſit. Gallica editio ſplendidior eſt, & titulum habet *la diſſection des parties du corps humain*, Pariſ. 1546. fol.

THOMAS VICARY the engliſh man's treaſure or the true anatomy of man's body, Lond. 1548. 1577. 8. 1633. *DOUGL.* & *ALB.* *

THOMÆ VICARI alium paulum quam quem nos dedimus titulum habet *J. AMES*, nempe *a profitable treatiſe of the anatomie of man's body compyled by T. VICARY St. ſurgeon reveievved and publiſhed by the Chir. of Barthol. hoſpital*, Lond. 1577. 12.

AMBROISE PARE' brieve collection de l'Adminiſtration anatomique, Pariſ. 1549. 8. Secabat in Scholis facultatis cum *THIERRY* de *HERY*, & legebat *GALENUM* ſibi a *D. CANAPE* Latine verſum. Cæterum compendium anatomicum eſt, ad modum *VESALII* fere, ſcriptum cum obſervationibus nonnullis, & præceptis de cæſarea ſectione & ſcelotopoja. *EJUSDEM* eſt *anatomie univerſelle du corps humain revue par AMBR. PARE'*, &c. Pariſ. 1561. 8. Non vidi, ſed ſuſpicor eam eſſe, quæ Latine exſtat in operibus, Pariſ. 1582. fol. editis ubi Libros II. III. IV. & V. efficit. Habet icones *VESALII*, anatomen brevem, propria pauca, chirurgica aliqua.

MATHÆUS CURTIUS in *explicatione in MUNDINUM*, Papiæ 1550. 8. Lugd. 1551. 12. Ex *GALENO* auctorem ſuum explicat & corrigit. Non tamen penitus abſque naturæ obſervatione eſt, maxime ad morbos. Ita lapillos in pulmone ter a ſe viſos recenſet. Editio Veneta 1580. 8. exſtat apud *PLATNERUM*.

JACOBI MILICHII oratio de ſtudio doctrinæ anatomicæ, VVittemb. 1550. 8. *DOUGL.*

PHIL. MELANCHTHONIS Liber *de anima*, VVittemberg. 1552. 8. phyſiologiam continet.

LEONHARDUS FUCHSIUS propria quidem opera vix anatomen coluit, & *VESALIUM* potius ſecutus eſt. *EJUS de corporis humani fabrica* P. II. ſive *de inſtrumentis nutritionis, propagationis ſpeciei, cordis, cerebri*, Lugdun. 1555. 8. Splanchnologiam continet. In *paradoxis Medicinæ* quorum Libri III. Baſileæ 1535. fol. prodierunt animadverſiones anatomicæ in *ALEXANDRUM BENEDICTUM*, *ARABES*, *MUNDINUM*, argumentis ibi inprimis ex *GALENO* ſumtis. De myologia & oſteologia diximus.

LEONH. FUCHSII inſtitutiones medicæ prodierunt Lugd. 1560. 8. Baſil. 1594. 8. quibus de more Phyſiologia continetur.

BERNARDINI MONTANA de hominis anatomia, Valleſoleti 1551. fol. * *DOUGL.*

G. RONDELETII nullo modo laudes omittendæ ſunt, cujus Libri *de piſcibus*, Lugduni 1554. prodierunt. Magnus enim anatomicus fuit, & propria manu ſecuit (*RIOLAN. anthrop.* p. 57.) adeo cupide, ut proprii filii viſcera ſit rimatus, & laudatas ſuperius obſervationes magni momenti in pulmonibus & aſperæ arteriæ cartilaginibus, in renibus, & in aliis corporis partibus factas reliquit. Verus etiam Auctor videtur valvulæ Coli, ut alibi oſtendi. Princeps omnino, poſt *ARISTOTELEM*, in animalium ſectionibus. Piſces ſiccatos poſteris reliquit, quos vidit *STROBERGERUS* in *hiſt. Monſpel.* Amphitheatrum anatomicum Monſpelienſe, ipſius ſuaſu, exſtructum eſt.

FRANCISCI MICHINI de *S. ARCHANGELO obſervationes anatomicæ*, Venet. 1554. 4. Nunquam vidi, neque fere citari reperio. Habet *DOUGLASSIUS*. Sunte forte *FALLOPII* obſervationes de venis quas *FRANCISCUS* edidit?

N. SELNECCER de partibus corporis humani, VVittemb. 1554. 4. *

JOH. LYGHÆI de humani corporis harmonia Libri IV. Pariſ. 1555. 4. *B. OSB.* * Compendium anatomico-phyſiologicum.

RENATI HENERI Apologia adverſus JACOBI SYLVII depulſionum anatomicarum calumnias pro ANDREA VESALIO, Venet. 1555. 8. Auctor Suevus Lindavii natus, Bolzani Librum dedit, diſcipulus *FUCHSII*. Ex *VESALIO* fere argumenta ſua repetit, & plauſum medicorum Monſpelienſium meritus eſt teſte *VESALIO*.

HENRICI PAXMANNI propoſitiones de partibus corporis humani & methodo, VVitteb. 1556. 8. * *DOUGL.*

2. REALDUS COLUMBUS (*a*).

3. SPI-

(*a*) *REALDUS COLUMBUS VESALII* diſcipulus (*VESAL. exam. obſ. Fallop.* p. 73.) & familiaris (*VESAL. de fabr.* C. H. L. I. c. 13.), deinde ejus ſucceſſor, quindecim annis anatomen docuit Patavii, Piſis & Romæ, ita diligens ut uno anno ad quatuordecim cadavera ſecuerit (*IPSE de re anat.* p. 256. lege 262.) at an. retro 1543. quo *CAJUS*, concurrente *COLUMCO* Patavii prælegit (*CAJO* teſte *de canib. Brit.* p. 163.), ut omnino nimis aſpera ſit cenſura *CARCANI*, qui ingratum *VESALII* diſcipulum, & pharmacopolam fuiſſe, & utriuſque linguæ imperitum, & male ſecuiſſe, nervos penis præter rem negaſſe adeo craſſos, & aliorum opera ad ſcribendum eguiſſe *COLUMBO* exprobrat. Sat grande opus ejus exſtat *de re anatomica* L. XV. Ven. 1559. fol. exaratum, repetitum Pariſ. 1562. 8. cum *FALLOPII* obſſ. & 1572. 8. (*B. PL.*) tum cum additamentis recuſum a *J. POSTHIO*, Franc. 1590. 8. & 1593. 1599. (*MERCL.*) Germanice etiam verſum cum titulo R. C. *Anatomia teutſch mit einer zugabe vvorinn ſceleta bruta begriffen durch JOH. ANDR. SCHENK*, Franc. 1609. fol. * Non diffitendum eſt, paulo audaciorem fuiſſe in carpendo non *GALENO* ſolo, ſed *VESALIO*, neque errores effugiſſe, etiam craſſiores. Sed multa tamen utilia habet, ut Librum XVI. de vivorum corporum ſectionibus, & Librum XV. de raris obſervationibus. Inventa etiam; quæ ipſi non ſunt nulla, ſuo loco laudavi. Obiit anno 1577. *GIORN.* de *LETTER. d'ITAL.* T. XIII. p. 213.

JOHANNES VALVERDE Hiſpanus, *COLUMBI* diſcipulus, vix ipſe ſecuiſſe viſus eſt; adeo & ſermone & iconibus *VESALIUM* exſcribit, pauciſſimis adjectis partim rariorum eventuum obſervationibus, partim figuris vaſorum cutaneorum. Quatuor alias tabulas muſculos repræſentantes editionis 1589. editor *MICHAEL COLUMBUS* adjecit. Editio Hiſpanica dicitur prodiiſſe Romæ 1559. fol. min. Italice vertit ipſe *VALVERDE*, adjuvante *TABO*, & edidit ſub titulo *anatomia del corpo umano compoſta per* M. G. V. Romæ 1560. fol. Deinde Latine edita eſt, cum titulo *anatome corporis humani*, Venet. 1589. fol. & 1607. fol. Prioris editionis 1560. & 1589. eædem, & meliores ſunt icones, poſterioris exſcriptæ, hinc mutatum dextrum & ſiniſtrum latus, ſermo idem, & paginæ reſpondent. In *B. PI.* exſtat editio Italica Veneta anni 1559. fol. ſed ea eadem cum Romana 1560. eſt, & in fronte Romam, in calce Venetias inſcriptas habet. Icones in *PLANTINIANAS* abiiſſe jam monui.

Editionis Hiſpanicæ *JOHANNIS VALVERDE* invenio etiam alium annum & titulum *Hiſtoria de la compoſizion del corpo umano*, Rom. 1556. fol.

JOH. CRATONIS ad artem medicam iſagoge & in Lib. GALENI de elementis: de natura humana: de bile, & de temperamentis & facultatibus naturalibus Periocha J. B. MONTANI, Venet. 1560. 8. *PLATN.*

LEVINI LEMNII de habitu & conſtitutione corporis, Antvverp. 1561. Erfurt. 1582. 8. Jen. 1587. 8. Phyſiologica aliqua habet de generatione, &c. *IDEM* in Libris IV. *de occultis naturæ miraculis*, Coloniæ 1581. 8. editis varia phyſiologica habet, ad generationem inprimis, monſtra, fabulas admiſit corvorum, qui adſpectu ſolo feminas inprægnent, &c.

GABRIEL FALLOPIUS vero nomine *FALOPPIA* non an. 1490. ſed an. 1523. natus eſt, cum an. 1528. quintum vel ſextum annum egerit (*de tumoribus* p. 83. b. ed. Venet. 4.) ut recte 39. vel 40. anno ætatis obiiſſe dicat *THUANUS*, & nondum quadragenarium *GUILANDINUS de papyro* (conf. *FANTON. Diſſ. anat.* 1745. *edit.* p. 51. 52.), & *MARCOLONI* præf. ad Librum *de aq. medic. Fallop.* Ea brevis vita publice utiliſſima fuit. Anatomen docuit poſt *COLUMBUM* Patavii, chirurgiam cum maximo plauſu exercuit, vir optimus, qui *GUILANDINUM* ſuo ære ex captivitate Mauritanica redemerit, neminemque in tanta auctoritate læſerit, unice *EUSTACHIO*, ſed forte non aliter merenti, paulo iniquior. Vivus edidit *obſervationes anatomicas*, Ven. 1561. 8. primum excuſas, deinde 1571. (*B. PL.*) & Pariſiis cum *COLUMBO* an. 1562. 8. Coloniæ 1562. 8. & alias recuſas. In ſyſtema redactæ ſunt, & in quinque Libros diſtributæ a *JOH. SIEGFRID*, Helmſtad. 1588. 8. Hoc eximio opere ſupplevit pleraſque *VESALII* lacunas, quod ipſi inprimis videtur propoſitum fuiſſe, ad corpus humanum unice factis deſcriptionibus. Omnia recenſere infinitum foret, laryngem certe, oculi muſculos, organa genitalia muliebria, a *VESALIO* parum bene deſcripta, ſolicite expoſuit. Angiologiæ & oſteogeniæ primus juſtus Auctor fuit, & a nemi-

nemine anatomes cupido debet unquam ex oculis omitti, merito hinc cum *VESALIO* recuſus ab *ALBINO*. Alia Opera ſunt *Exp. in Librum de oſſibus cui addita a F. MICHINO figura venarum*, Venet. 1570. 8. * *DOUGL.* Tum *de humani corporis anatome compendium*, Patav. 1585. 8.* *NICER.* Venet. 1571. 8. quæ mea eſt editio. Hæ eædem *ſunt inſtitutiones anatomicæ*, quæ in poſthuma operum collectione reperiuntur. *Lectiones de partibus ſimilaribus corporis humani a COITERO editæ* 1575. fol. Verum in *poſthumis* omnino non diſſimulare licet, editores codices ſuos M. S. prælectionum *FALLOPII* ſecutos eſſe, hinc rudem eſſe dictionem, omniaque longe minus rebus gravia, quam obſervationes fuerant. Collecta prodierunt opera Francofurti 1600. fol. Venet. 1584. fol. 1606. fol.

GABRIEL FALLOPIUS, anatomen Patavii docuiſſe diximus, cui addimus, intra annum ad ſeptem uſque cadavera humana ſecuiſſe, quod eo ævo rariſſimum fuit (*MELCH. ADAMI* p. 205.)

Eas ejus *inſtitutiones anatomicas* laudat *BARTHOLINUS* quæ in Veneta *FALLOPII* editione prodierunt anni 1606. rejectis iis, quas Francofurtenſes dederunt (*vindic. anat.* p. 3.) *FRANCISCI PUTEI apologia in anatome pro GALENO contra VESALIUM*, Venet. 1562. 8. Inutile opus.

VIDUS VIDIUS non longe debet removeri a *FALLOPIO*. Etſi enim ejus Opera an. 1611. demum prodierint, anno tamen 1547. jam Profeſſoris munere functus eſt, & obiit anno 1569. (*ASTRUC de morb. vener.*) *EJUS de anatome corporis humani* L. VII. Venet. 1611. fol. tum Francofurt prodierunt. Præter *VESALIANAS* icones & deſcriptiones plurimæ hic novæ occurrunt, tum ex *FALLOPIO* deſcriptiones, tum icones propriæ, maximo numero, & ſingularium fere partium, oſſiumque ſolutorum. Earum multas in ſua ſimplicitate utiles eſſe ſatis novi, plures tamen & ſyſtemata inprimis, magis ad illuſtrandam deſcriptionem excogitatas, quam ad naturam pictas eſſe video, exemplo vaſorum capitis, thoracis.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS omnium ante noſtra tempora anatomicorum princeps, Romæ his temporibus floruit, magnamque partem laboris ſui in refutando *VESALIO* poſuit, ut ea, quæ *VESALIUS* in *GALENO* reprehenderat, ex homine & animalibus ſummo ſtudio eruta in liquidum poneret. Maxima pars periit, vivus autem edidit opuſcula conjunctim an. 1564. Venet. in 4. aut 1563. edita, nam utraque inſcriptio reperitur. Singula jam recenſui, & moneo Venetam editionem emi debere, cum in Leidenſi 1707. 8. a *BOERHAAVIO* recuſa, adnotationes *PINI* deſint, quibus loca veterum & recentiorum auctorum indicantur, ad quæ reſpexit *EUSTACHIUS*, auctoribus non nominatis. Icones equidem fere in omnibus exemplaribus deſunt, ſed id demum detrimentum nunc in tabulis poſthumis ſartum habetur. Eas icones etiam *C. BAUHINUS* in *theatro* reddidit. Recuſa ſunt etiam opuſcula Venetiis an. 1574. & 1653. Magnum autem opus *de controverſiis anatomicorum* omnino periit abſque ulla ſpe reſtitutionis. Sed tabulæ æneæ poſthumæ, jam anno 1552. æri inciſæ (in *opuſc.* p. 68.) cum *AUCTOR* anno 1574. vitam obiret, ſupererant apud *PINUM*, amicum *EUSTACHII*, deinde in familia Rubiorum conſervatæ ſunt. Eas admirabili arte paraverat *EUSTACHIUS*, omiſſis literis, menſuris, ne fœdarentur tabulæ, earum loco adjectis. Eas icones non videtur auctor ad cadavera paraſse, cum manifeſto ſint, quæ omnino nulla arte in corpore humano cultro poſſint exprimi. Sed ex multis figuris peculiaribus in ſceleton, pro fundamento poſitum, congeſtis ſyſtemata conficiebat. In iis non curabat valde nitorem, neque minutiora alia, unice in id intentus, ut obſervationum ſuarum vim exprimeret. Eas ergo 38. tabulas primum notas, & octo priores, *JOHANNES MARIA LANCISIUS* ſagaciter detectas, fato ſubripuit (*Giorn. de' Letter.* XII. p. 448.) & continuo, communicato cum *FANTONO* & *MORGAGNO* conſilio, edidit Romæ 1714. fol. ſuis interpretationibus adjectis, quæ editio Romæ recuſa eſt 1728. fol. Habetur in his tabulis pars magna anatomes, myologia, (planta pedis, ſternocoſtalibus, dorſi muſculis ſubtilioribus & paucis aliis exceptis), angiologia, jam laudata, neurologia, de qua pariter diximus, viſcerum icones, & ad oſsa figuræ aliquæ; omnia ita divitia inventis, ita naturali in poſitione depicta, ut nemo iis carere poſſit. Cum vero *LANCISIUS*, in eo quod adſecutus erat faſtigio honorum, non poſset his minutiis tempus tribuere & ſcalpellum, *MORGAGNI* vero epiſtola aliquas tantum particulas attigiſſet, *WINSLOWUS* quidem operi ſuo adjecit tabulas quatuor literulis adjectis & in-

ter-

terpretatione. Deinde Romæ anno 1740. fol. omnes *EUSTACHII* tabulas edidit *CAJETANUS PETRIOLUS*, Medicus & Chirurgus, & addidit vitam *EUSTACHII*, tum *rifleſſioni anatomiche ſopra le note del S. LANCISI fatte ſopra le tavole dell' EUSTACHI*, poſtquam prius unicum folium cum hoc titulo publicaverat *Dubj anatomici conſiderati dal PETRIOLI circa le rifleſſioni aggiunte alle note del LANCISI ſopra la T.* 25. *d' EUSTACHIO* Genuæ. Commentarii alii Romani in quinque ſucceſſivas ſupplementorum ſeries valde incommode disjecti ſunt. Deinde *PETRIOLUS* ſæpe adeo paradoxus eſt ut quem demum tolerabilem ſenſum verbis inpertiam, invenire non poſſim. Quid ſignificat, arterias hepaticas in *EUSTACHII* figuris a ſplenicis venire? vaginam Gliſſonianam T. XI. fol. 4. depingi? & tot alia. Sed facile caremus eo interprete, ſiquidem habemus *BERNARDI SIEGFRIED ALBINI Explicationem tabularum anatomicarum EUSTACHII*, Leidæ 1744. fol. editam, in qua pro ſumma, qua pollet, & in cadaveribus ſecandis & in Librorum lectione peritia partim ex ſcriptis *EUSTACHII*, partim ex cadaveribus humanis interpretationem tabularum molitus eſt, deſcriptis abſque umbra iconibus & adjectis literulis. Ad finem animadverſiones in alios interpretes *EUSTACHII* adjecit, *WINSLOWUM* nempe, *MORGAGNUM*, *LANCISIUM*, *BOERHAAVIUM*. *PETRIOLUS* non videtur ipſi innotuiſſe. Cavendum eſt, ne tabulæ *EUSTACHII* legantur in editione Genevenſi 1717. fol. ubi varie truncatæ & literulis vitioſis pictæ ſunt. Tranſeunt etiam vulgo nunc in Libros anatomicos, ut in *SENACI* commentarios, alioſque.

CAJETANI PETRIOLI rifleſſioni anatomiche ad *EUSTACHIUM* dictas habeo etiam ſeorſim editas, cum eo titulo, quem hic dixi 1740. fol. ſed eæ terminantur ad p. 78. editionis meæ prioris, cum qua eo uſque accurate conſentiunt, & deficiunt adeo *ſpiegazione aggiunta alle predette ommiſſioni*, tum tabulæ ipſæ.

PROSPERI BORGARUCCI (diſcipuli *VESALII*) *della contemplazione anatomica ſopra tutte le parti del corpo umano* L. V. Venet. 1564. 8.

JOH. GORRÆI definitionum medicarum L. XXIV. Pariſ. 1564. fol. Francof. 1578. fol. & alias. Ut alias voces græcas medicas, ita anatomicas etiam interpretatur, ut una deſcriptionem aliquam addat, & loca veterum. Similia etiam, ſed pauciora habentur apud *ANUTIUM FOESIUM* in *Oeconomia*.

JOH. COSTÆI diſquiſitionum phyſiologicarum in primam primi Canonis AVICENNÆ ſectionem L. VI. Bonon. 1589. 4. * *DOUGLASSIUS* huc refert, & *adnotationes in AVICENNÆ canonem*, Venet. 1595. fol.

JOH. HALL a very fruitful and neceſſary brief vvork of anatomy, Lond. 1561. 4. *

THADDÆUS DUNUS, cujus de reſpiratione Librum recenſuimus, ſecuit omnino Tiguri corpora humana.

HIERONYMUS CARDANUS in *contradicentibus medicis*, Pariſ. 1565. 8. multa omnino phyſiologica tractat.

NIC. RORARIUS in *contradictionibus* alibi citatis utique anatomica etiam veterum conciliat.

CHRISTOPHORI WIRSUNG Praxis habet etiam deſcriptionem omnium externorum & internorum membrorum corporis humani, Heidelb. 1568. fol. &c.

VOLCHERUS COSTER FALLOPII diſcipulus, Groninga Friſius, juvenis obiit, ut quidem *RIOLANUS* habet (*Anthopogr.* p. 31.) in caſtris *J. CASIMIRI* Palatini principis, (*EYSSON* in præf. ad *COITERI* Librum *de oſſibus infantis*). Ipſe ſe exercuerat imprimis in brutorum animalium anatome, quorum multa apud *ALDROVANDUM* ſecuit, & ſceletos paravit, vivorum etiam inciſorum phenomena, incubationem & alia notatu digna obſervavit. In homine inprimis utiles ex morboſis corporibus obſervationes reliquit. In collectione ergo, quæ ſub titulo *Externarum & internarum humani corporis partium tabulæ atque anatomicæ exercitationes & obſervationes variæ* prodiit Norimb. 1573. fol. dedit methodum ſtudendi anatomen, tabulas, quæ anatomicum compendium ſunt, oculorum tabulas, obſervationes anatomico-chirurgicas, miſcellanea varia. Reliqua jam laudavimus. Alterum opus, quo *Lectiones FALLOPII de partibus ſimilaribus* continentur; & ſceleta variorum animalium, nihil ultra habet.

De *VOLCHERO COSTER*, cujus hic laudes recenſuimus, addimus, ſtatuam etiam eum paraſſe, in qua muſculi, venæ, oſſa & ligamenta ſunt, Norimbergæ in bibliotheca conſervatam, *BAIERO* teſte *adag.* p. 44.

HIE-

HIERONYMI MERCURIALIS L. VI. *variarum lectionum*, Venet. 1571. 4. editi varia argumenti anatomici habent.

In *C. PEUCERI* Libro *de præcipuis divinationum generibus*, VVittemb. 1572. 8. magna pars phyſiologiæ exſtat.

MICHAEL de *S. PIERRE anatomicæ tabulæ corporis humani methodice conſcriptæ*, Pariſ. 1571.

In *Chirurgia* ſua *L. FIORAVANTI* aliqua etiam anatomica habet, etſi anatomen ridicule contemnit, & chirurgo pene noxiam facit. Venet. 1679. 12. & alias.

JULIUS CÆSAR ARANTIUS Bononienſis Profeſſor, *BARTHOLOMÆI MAGGII* diſcipulus. Ejus de *humano fetu* Libellus dictus eſt. *Obſervationes* vero *anatomicas* ſcripſit anno 1586. die Matthiæ Apoſtoli (in *obſerv.* p. 119.), Venetiis 1595. 4. editas, quibus plurima utiliſſima tradit, quæ ſuis locis laudavi, cornu inferius ventriculorum cerebri, pedes hippocampi, ventriculum quartum, muſculi genioglоſſi officium verius, muſculos coracobrachialem, obturatorem externum, indicatorem, ſpincterem vaginæ, faſciæ latæ inſertionem in tibiam, ductus excretorios veſicularum ſeminalium, circulationem minorem, globulos valvularum aortæ.

CONSTANTII VAROLII de reſolutione corporis humani L. IV. a *J. B. CORTESIO* editi, Patav. 1573. 8. * *DOUGL.* Franc. 1591. 8. una cum Ep. *de nervis opticis*. Non valde crediderim an. 1573. Librum editum eſſe, qui in præfatione legitur a morte Auctoris a *CÆSARE MEDIOVILLANO CORTESIO* traditus fuiſſe. Obiit autem *VAROLIUS* anno demum 1575. Adeoque ſi aliqua, ut videtur, editio prior fuit Francofurtenſi, video ignorari. Cæterum phyſiologia eſt ſecundum quæſtiones propoſita, non pleniſſima propriis obſervationibus, habet tamen valvulam coli, uti dixi. Ob detectum veterum errorem, & demonſtrationem, ventriculos non ſpiritu ſed pituita plenos eſſe, multa a Galeniſtarum invidia paſſus eſt. Novum modum cerebrum incidendi invenit.

JULII JASOLINI Quæſtiones anatomicas ſingulatim diximus, quæ Neapoli an. 1573. 8. prodierunt & quibus *Oſteologia parva*, *de cordis adipe*, *de aqua in pericardio*, *de pinguedine in genere* Libelli continentur: tum *tertia quæſtio de aqua in pericardio & quæſtio de poris choledochis*, Neapol. 1576. 8. quæ omnia recuſa habentur, Hanoviæ 1654. 4. Francofurti 1665. 4.

CARCANUM etiam diximus. Sed apud *BARTHOLOMÆUM CORTE* alia adhuc ejus opuſcula citari lego. Nempe *felice ſucceſſo di Anatomia fatta queſt' anno 1585. nel meſe di Gennajo, nello ſtudio ſopraddetto.* (non addit an Ticini ſed credo Ticinum intelligi 1585.) 4. Deinde ejus *ſectio anatomica* Cardinalis *CAR. BORROMÆI* exſtat in *appendice* ad eum, quem citavi, *CURTIUM*.

SIMON SIMONIS de partibus animalium proprie vocatis ſolidis atque obiter de prima fetus conformatione, Lipſ. 1574. 4. *B. RIV.* *

Βεβαίωσις ἀγωνισμοῦ, *oder beſtaetigung deſſen das zänkiſch iſt, vvie die neue erfindung des harn probieren, gevvieſen iſt durch den inventorem LEONGARD THURNEISEN zum THURN*, Berolin. 1576. fol. Mirus Liber. Compendium anatomicum primo loco eſt, figuris partim ad *VESALIUM* imitatis, partim novis, ſectionibus nempe viſcerum horizontalibus variis. Tunc urinæ ſequitur analyſis. *EJUSDEM partium omnium corporis ut externarum & internarum pictura & icones ad vivum impreſſæ cum hiſtoria plantarum* editæ, Berol. 1578. fol. citantur a *DOUGLASSIO*. Meo Libro nihil hujuſmodi adhæret, ſed unice viſcerum & ſceletorum minimæ figure per Librum ſparguntur.

J. RIOLANI patris *Comment. in ſex phyſiologiæ FERNELII poſthumos & de rerum cauſis Libros*, Pariſ. 1577. 8. Antvverp. 1601. 8. Theoria mera.

J. RIOLANI patris ibi citati etiam eſt *univerſæ medicinæ compendium*, Pariſ. 1598. 8. edita & Baſil. 1601. 12.

JOH. BANISTER the hiſtory of man ſukked from the ſappe of the moſt approved anatomiſts in this preſent age, Lond. 1578. fol. parv. * *DOUGL.* cujus cenſura non multum boni promittit.

J. JAC. WECKERI medicinæ utriuſque ſyntaxis, Baſil. 1576. fol. In hac collectione etiam anatomica aliqua intercurrunt.

DOMINICI LEONI ars medendi humanos morbos a capite uſque ad pedes, Bonon. 1576. 4. D. anatomica continet.

DOMINICI LEONI artis medendi, &c. exſtat etiam editio Bonon. 1583. fol. Adde dein-

de: *ANDREÆ CÆSALPINI quæſtionum Peripateticarum* Liber V. ad phyſiologiam pertinet: Nervos facit ex corde oriri, & in corde animam ſedere. Cauſam reſpirationis diverſam a cordis motu eſſe credit, &c. Prodierunt 1571. 4. & 1593. 4. quæ editio una phyſiologica quæſtione ditior eſt.

HIER. XIMENES inſtitutiones medicæ, Epilæ 1578. 1596. 4. Toleti 1583. fol. *

GEORGII BULLEYNE little dialogue betvveen tvvo men concerning apoſtumations and vvounds, Lond. 1579. fol. *DOUGLASSIUS* Auctor eſt, multa anatomica hic contineri, & ſceleti figuram.

DAVIDIS CHYTRÆI de ſtructura humani corporis, Roſtoch. 1579. 8. * Ad modum Libri *de uſu partium GALENI*.

MATTHÆI DRESSER de partibus corporis humani L. II. VVittemb. 1581. *DOUGL.* Lipſ. 1586. 8. mihi. *PLATNERO*, Lipſ. 1597. 8. ſcripſit hunc Libellum, cum Gymnaſium Miſnæ regeret, quare unice apud eum reperias partium corporis humani Græcas vitioſas appellationes cum nomine Germanico & Latino.

REMBERTI DODONÆI tabulæ phyſiologico-medicæ, Colon. 1581. 8. *

NICOLAI TAURELLI de partibus corporis humani, Altdorf. 1583. 4. Philoſophus, non anatomicus.

J. FRIDERICI SCHROETER de natura & origine calidi innati, Jenæ 1583. 4. * ſuo loco amiſſa eſt.

J. FR. SCHROETER etiam eſt *commentarius in* Librum *HIPPOCRATIS* περὶ φύσιος ἀνθρώπου, ib. 1585. 8.

FELIX PLATER quinquaginta continuis annis anatomen docuit, botanicem exercuit, theſauros rerum naturalium collegit, in ſumma gratia vixit apud ſuos cives. Edidit, præter ea quæ ad muliebria pertinent, *de partium corporis humani ſtructura & uſu* L. III. *tabulis methodice explicatos iconibuſque accurate illuſtratos*, Baſil. 1583. fol. 1603. fol. Et deſcriptiones & icones ex *VESALIO* in univerſum deſumtæ ſunt. Non tamen pauca in deſcriptionibus minutius propoſuit, & icones etiam aliquas proprias habet, lentis cryſtallinæ, eamque bonam, organi auditus. Mire enim amabat a prima juventute anatomen, & apud ipſos laniones ſequebatur, teſte *MELCHIORE ADAMI*. *EJUS* etiam exſtat *Quæſtionum medicarum paradoxarum & endoxarum Centuria poſthuma*, Baſil. 1625. 8. & cum Praxi recuſa quæ aliqua phyſiologica continet.

SALOMON ALBERTUS vir doctiſſimus, *HIERONYMI FABRICII* diſcipulus, VVittembergæ docuit. Ejus plures Libelli huc pertinent. *Hiſtoria plerarumque partium corporis humani in uſum tironum edita*, VVittemb. 1585. 8. (*DOUGL.* 1583. 8.) & auctius 1601. 8. & 1602. 8. prodiit. In priori editione breve compendium eſt cum figuris *VESALII*, & Græcis nominibus, adjecta valvula coli, & papillis renalibus. In poſterioribus multa ſparſim acceſſerunt, tum inprimis de valvulis venarum, & varietatibus vaſorum emulgentium. *EJUSDEM tres orationes auctæ*, VVittemb. 1585. 8. prodierunt. Inter eas ultima eſt de diſciplina anatomica. Deinde adjecta eſt illa, a me recuſa, de *lacrumis* diſſertatio, adjectæ etiam icones valvularum venoſarum, valvulæ coli, raræ fabricæ ureterum. *EJUS orationes & miſcellanea*, VVittemb. 1590. 8. In prima inter has quatuor orationes ſyſtema Fallopianum de bilis motu defendit, in altera de ſudore cruento agit. Inter quæſtiones medicas habet *de lacrumarum utilitate in levando affectu animi*. *EJUSD. oratio de ſurditate & mutitate*; Norimb. 1591. 8. Habet etiam *DOUGLASSIUS* ejus *obſervationes anatomicas* 1620. 8. ſed de iis nihil unquam mihi innotuit.

SAL. ALBERTI Hiſtoriæ, &c. editio VVittemb. anni 1601. in titulo quidem auctior eſſe dicitur, ſed ea editio aucta non eſt.

J. BOKELII Anatome partium corporis humani, Helmſt. 1585. 1588. 8. Compendium anatomicum fere ex *VESALIO* ſumtum, multis tricis ſcholaſticis & phyſicis admiſtis. Proprii nihil invenio.

PETRI MONEDULATI de homine magno illo in rerum natura miraculo & partibus ejus eſſentialibus, VVittemb. 1585. 8. *

JACOBI SCHEGK Tractatus phyſicarum & medicarum T. I. quarum 3. ſpiritum in ventriculis cerebri non eſſe animalem ſed vitalem oſtendit, quarta de corde & ejus principatu eſt; Francof. 1585. 12. 1590. 12. *DOUGL.* *

PHIL.

PHIL. SCHERBII (Ariſtotelici) *de partibus ſimultaneis*, Altdorf. 1586. 4.

CHRISTOPHORI RUMBAUM de partibus corporis humani exercitationes quædam, Baſil. 1586.* Exſcriptionem vocat *DOUGLASSIUS*.

ARCHANGELI PICCOLHOMINI anatomicæ prælectiones explicantes mirificam corporis fabricam, Romæ 1586. fol. Fere ex ſchola phyſiologus, qui ex ipſa ſua intolerabili figurarum ruditate videtur corpora aut nunquam aut valde raro ſecuiſſe. Aliqua tamen phyſiologica primus propoſuit, quæ ſuis locis recenſuimus. In iis, quæ magis anatomica ſunt, qualia oſſa ſunt, omnino deficit.

MICHAELIS GAVASSETI L. III. quorum *ſecundus de præludiis anatomicis*, *tertius de exercitatione methodi anatomicæ*, Venet. 1587. 4. *CAPIVACCII* diſcipulus, nihil ſupra *GALENUM* ſapit. In III. L. muſculos & oſſa brachii recenſet, abſque experimento ſuo.

EUSTACHII RUDII de uſu totius corporis humani, Venet. 1588. 4. *

CASPAR BAUHINUS vir indefeſſus, & in colligendis inprimis auctorum deſcriptionibus inque unum opus ordinandis laborioſiſſimus, non perinde vero proprio ſcalpello exercitus, annis quadraginta quatuor anatomes curam geſſit. Pariſiis autem an. 1579. (*PINÆUS* p. 194.), & prius Patavii ſtudiis operam dedit. Ejus *de corporis humani partibus externis h. e. univerſalis methodi anatomiæ quam ad VESALIUM accommodavit* Liber unus prodiit, Baſil. 1588. 8. (*GOUGL.*): tum *ſecundus* Liber, *Anatomes partium ſpermaticarum tractationem continens* 1591. 8. & 1592. cum priori. Tunc an. 1597. Lugduni 8. Secuta eſt *Anatomica corporis virilis & muliebris hiſtoria* recuſa Baſil. 1609. 8. Inde integrum opus prodiit Baſil. 1609. 8. ſub titulo *De corporis humani fabrica* L. IV. iterumque cum titulo *Inſtitutiones anatomicæ*, Bernæ 1604. 8. cum iconibus *VAROLII* & *JASOLINI*, & Baſil. 1600. 8. Francof. 1616. 8. *Theatri anatomici* titulum induit, Francof. 1605. 8. cui icones acceſſerunt, idemque ultimo *Theatrum anatomicum infinitis locis auctum*, Francof. 1621. 4. prodiit, cujus icones ſeorſim etiam an. 1640. 4. ſecutæ ſunt. In hoc opere *VESALII* quidem deſcriptiones pro fundamento conſecravit, adjecit tamen & ſuis locis inſeruit *EUSTACHII* (a nemine præterea fere lecti), *FALLOPII* aliorumque obſervationes, cum ſuis parum numeroſis, & fidei non maximæ experimentis, argumento anaſtomoſeos inter venam pulmonalem & aortam deſcendentem, quæ omnino azyga fuit, hinc cavæ ad cor, inde ad lumbos inſerta. Icones ex *VESALIO* ſunt, adjectis *EUSTACHIANIS*, valvulis *FABRICIANIS*, paucis aliis. Egregii compendii anatomici, eo inprimis tempore, locum tuetur. Acerbam vide cenſuram J. *RIOLANI*, p. 734. *operum omnium*, ubi undique ſua invaſiſſe, nominatis fontibus nimis, credo, acerbus objicit. *Epiſt. anatomica curioſa*, Lipſ. 1673. 4. mihi ignota eſt, quam citat *DOUGLAS*, neque credo prodiiſſe. *Oratio de homine*, Baſileæ 1614. 4. excuſa eſt.

FRANCISCI ROUSSET de partu cæſareo, Baſileæ 1588. 8. & alias omnino inter anatomicos locum habet. Vide de peritonæo, de veſica, &c.

JACOB HORSTI vvunderbare geheimnüſſe der natur das VIII. *und* IX. *buch*, Lipſiæ 1688. 4. eſt anatome & phyſiologia, ex variis collecta, ut tamen neceſſaria vocabula ſatis apte germanice vertat.

BALDI ANGELI ABBATII de natura viperæ, Urbin. 1589. 4. Hagæ 1660. 12. Minime mala anatome hujus animalis. Ova vidit & nominavit in his animalibus: coitum deſcripſit.

ANDR. LEON de anatomia, Beſæ 1590. 4. Hiſpanice, D. *

ANDREAS LEON hic citati verus titulus eſt *definiciones de medicina differencias i virtudes del animo ANT.*

FRANCISCI VALESII controverſiarum medicarum & philoſophicarum Libri I. & II. ad phyſiologiam pertinent, antiquo more ſcripti Francof. 1590. fol.

JOHANNIS POSTII Poetæ, diſcipuli *RONDELETII*, viri doctiſſimi, *Obſervationes anatomicæ poſt B. COLUMBI de re anatomica* Libri XV., Franc. 1590. 8. & alias prodierunt. Inprimis ad myologiam pertinent. Valvulam Coli primus noviſſe videtur, inventam, ut probabile eſt, a *RONDELETIO*. Quam ipſi *mantiſſam anatomicam DOUGLASSIUS* tribuit, ea ad *RHODIUM* pertinet.

HIERONYMI MONTALTI de homine ſano Libri III., Franc. 1591. 8. *DOUGL.*

HIER. MONTALTI Libri III. dicti, phyſiologiam integram continent.

JOH. BORDINGI φυσιολογία (cum hygieine & pathologia), Roſtock 1591. 8. *

ALPHONSI RODERICI GUEVARÆ de re anatomica Liber Conimbricæ 1592. 4. (*DOUGL.*) *.

J. HEURNII Inſtitutiones medicinæ, accedit modus ſtudendi eorum qui medicinæ ſuam operam dicarunt, Hanov. 1593. 8. & Leidæ apud *Plantin.* 1609. 4.

J. HEURNIUS prodiit primum Leidæ 1592. 8. recuſus vero exſtat etiam ibid. 1662. 12.

HIERONYMI CAPIVACCII Methodus anatomica, ſive *ars ſecandi*, Venet. 1593. 4. & cum *TEUCRII ANNÆI PRIVATI* præf. *de anatomiæ laudibus* Franc. 1594. 8. Non ars ſecandi eſt, ſed anatomicum compendium ex *GALENO* ſumtum, retentis etiam rudibus erroribus, quos toties *VESALIUS* notaverat, v. gr. venæ cavæ ſupra diaphragma & infra cor longitudine. In operibus omnibus, *DOUGLASSIO* teſte, idem repetitur Liber, & adjecti ſunt de *fetus formatione & ſignis virginitatis Libelli*, Venet. 1606. fol. *

NICOLAI TAURELLI de facultatibus naturalibus corporis humani 1594. 4.

J. SIEGFRIED diſputationes anatomicæ XXIII. Helmſtadii ab an. 1595. ad 1602. 4.

DAVID KYNALOCH de anatome & morbis internis poëma, Pariſ. 1596. 4. * D. Amſtel. 1637. 12.

OTHONIS CASMANNI Antropologia, h. e. anatome corporis humani methodice deſcripta, Hanov. 1596. 8. *

THOMÆ ERASTI diſſertationes & epiſtolæ medicinales, Tigur. 1595. 4. aliqua, ut ex *DOUGL.* video, phyſiologica habent.

Poſt *THOMAM ERASTUM* adde: *Univerſæ medicinæ ſynopſis in quatuor tabulas collecta*, Venet. fol. Brevis phyſiologia eſt & oculi mala figura & inutilis collectio. Tabula ultima eſt à *GABRIELE CUNEO*.

IM. SEGARRA commentarii phyſiologici complectentes ea quæ ad partem medicam phyſiologiæ pertinent ad HIPPOCRATEM de natura humana & GALENUM de temperamentis, Valentia 1598. fol. *

De *SEVERINO PINÆO* diximus, reliqua enim anatomica, quæ multa habebat, & cum *LAURENTIO* communicaverat, hoc ipſo teſte (p. 21.) non prodierunt.

In *MARCELLI DONATI hiſtoria medica mirabili*, Venet. 1597. 4. multa adſunt argumenti anatomici.

JACOBI GUILLEMEAU Chirurgi Pariſini *Oeuvres de Chirurgie*, Pariſiis 1598. fol. & noviter, Rothomagi 1647. prodierunt. Anatomes Libri VIII. hac collectione continentur, quorum figuræ ad *VESALIUM* pertinent, utile aut proprium vix quidquam eſt, etſi Auctor in anatomicis ſe multum dicat exercitum fuiſſe.

JACOBI GUILLEMEAU ſunt etiam *tables anatomiques avec les pourtraitures*, quæ jam anno 1586. fol. prodierunt, perinde cum iconibus *VESALII*.

SAM. SATLER de ratione formali ſubjecti anatomici, quæ eſt motus voluntarius; Baſil 1599. 4. *B. RIV.* *

CAROLI RUINI eſquiſita anatomia del Cavallo, Venet. 1599. fol. ſub nomine *pferd anatomie* recuſa *PETRI UFFENBACI* cura, Francof. 1603. fol. non debet illaudata dimitti, qua tota corporis equini diſſectio, vaſa etiam & nervi & muſculi perpulchre delineantur & deſcribuntur.

ANDREÆ LAURENTII Regis Galliæ Archiatri *Hiſtoria anatomica corporis humani & ſingularum ejus partium*, Pariſ. 1600. fol. mag. & eodem anno minus ſplendide Franc. fol. minori prodiit: & in *operibus omnibus anatomico-medicis*, Franc. 1627. fol. Gallice vero Rothomagi 1661. fol. Alias editiones habet *DOUGLASSIUS*. Infinita vis eſt quæſtionum, controverſiarum, argutiarum, propriæ obſervationis parum. Ex *VESALIO* icones deſumptæ ſunt paucis exceptis, ut ſceletorum fetus, medullæ ſpinalis. Priorem Monſpelienſem editionem citat auctor, de qua nihil aliunde reſcivi, potuit adeo etiam prior Francofurtenſis exſtare quam vidi ad an. 1595. in Catalogis citari.

ANDR. LAURENTII hiſtoria anatomica prodiit Francof. jam 1595. 8. Hanov. vero recuſa exſtat 1601. 8. Lugd. 1605. 8. abſque iconibus.

HIERONYMUS FABRICIUS ab *AQUAPENDENTE*, patria ſua, nimis frequenter dictus, *FALLOPII* Diſcipulus, quinquaginta & ultra annis Patavii in ſummo ſplendore conſtitutus & ab an. jam 1600. novis honoribus ornatus docuit, ſero tamen ſcribere cœpit, quod legi alicubi ab ignorantia Latinæ linguæ profectum eſſe. *EJUS* viri in univerſum ſemper fere eadem fuit in ſcribendo methodus, ut præmiſſa partium anatome, deinde de actione & utilitate diſquireret. Libellos edidit numeroſiſſimos, quos omnes ſuo loco citavi, primum autem

an. 1600.

an. 1600. cum jam ante 26. annos valvulas venarum in venis totius corporis conſtituiſſet, & ob ætatem ſuffectus jam eſſet *CASSERIUS*, quæ ſine dubio cauſa eſt breviorum & minus plenarum deſcriptionum, quæ in *FABRICIO* reperiuntur, ut quæ non factæ ſint ad corpus humanum. Senilia ejus opera deteriora eſſe jam *RIOLANUS* ſenſit (p. 32. *anthrop.*) Figuræ in univerſum propriæ quidem ſed non optimæ ſunt, neque in anatome *PRÆCEPTORIS* faſtigium attigit, cum v. gr. tres canales ſemicirculares *FALLOPIUS*, innumeros *FABRICIUS* faciat. Prima collectio *de aure*, *omento*, *larynge* Oppenheimi prodiit 1613. alia *de formato fetu*, *locutione*, *loquela brutorum*, *venarum oſtiolis*; Francof. 1624. deinde Patavii 1625. fol. ſub nomine *novi operis anatomici*, *multis obſervationibus referti*, quo princeps labor *FABRICII de formato fetu*, & *ovi formatione*, *locutione*, *brutorum loquela & venarum oſtiolis* continetur. Deinde *J. BOHNIUS*, Lipſiæ 1687. fol. edidit opera anatomica omnia, rejectis præfationibus, neque ſemper Patavinas editiones ſecutus eſt. Denique *ILL. ALBINUS*, Leidæ 1737. fol. novam editionem procuravit, præfationes in caput Libri conjecit, ut paginæ Lipſienſibus reſponderent, eamque editionem procuravit, præfatione ornavit. Icones 300. quas vivis coloribus paraverat (præf. ad Libros *de voce & loquela*) ad *JOHANNEM* van *HORNE* pervenerunt, & niſi fallor ad *BOERHAAVIUM*. Poſthumus eſt Liber *de formatione ovi & pulli* (*FABER* in *Hernandez* p. 758.) hic aliquæ tabulæ abſq; explicatione editæ. Is autem & Liber *de venarum oſtiolis* eminent inter *FABRICII* opera.

JOH. SCHENCK obſervationum medicarum rararum, *novarum*, *admirabilium & monſtroſarum* Libri VII. Francof. 1600. fol. a *J. GEORGIO SCHENK* recuſæ & auctæ, & Francof. 1665. fol. omnino in ſigulis capitibus rara, & ad anatomen & phyſiologiam pertinentia habet.

HIPPOLYTI BOSCI de facultate anatomica cum quibuſdam obſervationibus, Ferrar. 1600. 4. *DOUGL.*

CHRISTOPHORI GUARINONI de natura humana ſermones 4. Francof. 1601. 4. *

JOH. JESSENII a *JESSEN* eruditus ſed infelix Pragenſis Academiæ Rector anno 1601. edidit VVittembergæ *Anatomiam Pragæ an.* 1600. *adminiſtratam*, compendium nempe anatomicum, concinnum, ex *VESALIO* inprimis excerptum, cum nonnullis obſervationibus. *IDEM* edidit *examen Obſſ. FALLOPII*, Hannov. 1609. 8. * Idem *de generationis & vitæ humanæ periodis*, Oppenh. 1610. 8. Librum dedit cum *GALEOTTO MARTIO* excuſum (*B. LEHM.*)

JOH. NICOLAI STUPANI partes corporis humani compendioſe enarratæ, Baſil. 1601. 4. Compendium anatomicum breviſſimum. *EJUSDEM Medicina Theoretica* ex *HIPPOCRATE* & *GALENO collecta*, Baſil. 1614. 8. etiam phyſiologiam continet.

MARTIN SCHROETER de partibus internis ventris medii, Jenæ 1602. 4. * *B. RIV.*

Sceletos & diſſectiones ſatis numeroſas *ULMI*, *COITERI* aliorumque ope adminiſtratas habet in ornithologia *ALDROVANDUS*.

BARTHOLOMÆI CABROL Chirurgi & Anatomici Academiæ Monſpelienſis *Alphabet anatomique*, Monſpel. 1603. 4. & Latine 1603. 4. Oportet vero anteriorem editionem eſſe, cum in *præf.* appareat, Gallice virum ſcripſiſſe, inde Librum Latine verſum eſſe. Utramque vero editionem noſtram curavit Genevenſis Bibliopola *CHOUET*. Compendium equidem exigui momenti eſt, ſed obſervationes egregiæ, cordati hominis, qui faſſus ſit ægrum ab alio ſanato fuiſſe, de quo deſperaverat ipſe ad functionem ventriculi, teſtis, aliaſque chirurgicas & anatomicas obſervationes habet. Hoc alphabetum recuſum eſt cum *JASOLINO*, Hanoviæ 1654. 4. Francofurti 1668. 4. Pulchriorem vero editionem dedit *VOPISCUS FORTUNATUS PLEMP*, cum titulo *ontleeding des meſchelyken lichaems*, Amſtelodami 1648. fol. iconibus ex *VESALIO*, *PAVIO* & aliunde collectis. Proprii equidem *PLEMPIUS* nihil addidit.

SEBASTIANI MEYER Inſtitutiones medicæ, Friburg. 1603. 12. *

JACOBI FONTANI reſponſio ... de uſu partium, Avenione 1603. 8. *

GEORG. GRASSEK Examen microcoſmici theatri, *ſive de fabrica corporis humani*, Argent. 1605. 8. Compendium collatitium.

WENCESLAI WINSENII compendium anatomicum diſputationibus triginta in illuſtri Franequerana propoſitum, Franequer 1605. 4. * *DOUGL.*

JULII CASSERII Placentini mors cadit in annum 1605. Hic ergo profector, *FABRICII* ſeneſcentis diſcipulus & vicarius, & æmulus, cæterum in diſſectione magiſtro major fuit, etſi,

etſi, forte quod *HIERONYMUS* ſenex fuerit, contra ſentiat *RIOLANUS* p. 33. Felix Chi rurgus fuit *CASSERIUS*, *THOMASINO* teſte (I. p. 336.) Priora opera laudavimus, de tabulis poſthumis vero hic dicere oportet, quas edidit a morte *DANIEL BUCRETIUS* Medicus Uratislavienſis, qui ut ex inquiſitionis carceribus ereperet religionem mutavit, denique monachus (diſſuadente præceptore *RIOLANO* p. 739. 229.) obiit an. 1621. (*SACHS Ocean.* p. 105. 106.) Ex 78. tabulæ magno labore auctoris ad plenam anatomen paratæ fuerunt, & pleræque ad corpus ipſum delineatæ, reliquæ & icones oſſium inprimis, ex *VESALIO*. *BUCRETIUS* viginti tabulas ſupplevit, non maximi momenti, ex *VESALIO* deſumtas, atque ex Pentæſthefejo *CASSERII*. Pulchriores mihi videntur, quæ ad cerebrum pertinent, & ad muſculos dorſi, & plantæ pedis, quos omnium optime ante noſtra tempora repræſentavit *JULIUS*. In vaſis & nervis vitia aliqua reperio, quæ emendaſſet forte auctor, ſi ſuperſtes fuiſſet. Multa nova habet, ut alibi oſtendi, glandulas Meibomii, muſculos interſpinales, tranſverſum pedis, levatores coſtarum, arachnoideæ cerebri primas icones. Sed pleraque non intellexit *BUCRETIUS*. Tabulæ, nunc quas laudo, prodierunt cum *SPIGELII* anatome, Venetiis 1627. fol. & Amſtelodami 1644. fol. In parvam formam in 4. contraxit *SIMON PAULI*, & Francofurti edidit 1732. 4. 1656. 4. recudi vero curavit *J. F. FICKIUS* eodem loco 1707. 4. cum verſione Germanica.

DUNCANI LIDDELII Ars medica ſuccincte & perſpicue explicata, Hamburg. 1607. 8. * Phyſiologiam continet.

DUNCANI LIDDELII l. c. an non *ID. univerſæ medicinæ compendium*, Helmſt. 1605. 4. 1620. 4. in operum omnium P. I. continentur phyſiologica Lugd. 1624. 4.

Cum *LUDOVICI MERCATI operibus omnibus* prodiit in I. tomo *phyſiologiæ ſyſtema*.

GREGORIUS HORSTIUS nunc ſcribere cepit. Edidit VVittembergæ *nobilium exercitationum de humano corpore & anima Librum* 1604. & correctius 1607. 8. Neque enim aliu fuit Torgenſis *HORSTIUS*, quem GEORGIUM vocat *DOUGLASSIUS*.

EJUS eſt *Scepſis de naturali conſervatione & cruentatione cadaverum, de ſomno*, &c VVittemb. 1606. 8. *DOUGL.* *

Secuti ſunt an. 1712. Francofurti (& 1607. 8. VVittemb. *DOUG.*) *de natura humana* Libri. Phyſiologiæ compendium eſt, pleniſſimum quæſtionibus ſcholaſticis. Icones ex *VESALIO* ſumpſit. *Anatome corporis humani an.* 1617. *inſtituta*, Gieſſ. 1617. fol. parv. *Obſervationum medicarum ſingularum* Libri IV. Ulmæ 1625. 4. editi ſunt, & ſubjectæ Epiſtolæ, multa continent anatomica ex *J. RUD. SALZMANNI*: *G. FABRICII HILDANI*: *C BAUHINI*: *HENRICI HOPHNERI*: *J. HORNUNG* aliorumque laboribus. Ibi etiam recuſa reperitur *HORSTII de natura motus animalis & voluntarii exercitatio ſingularis*, diſputatio nempe, Gieſſæ 1617. 4. habita, quam *J. MULLERI*, reſpondentis nomine, in myologicis recenſuit, cum nondum inter meos Libros eſſet. In ea oſtendit muſculum, dum figuram mutat & craſſeſcit, eandem tamen aream conſervare, & tanto breviorem reddi, quanto fit craſſior, & unicum tranſverſum abdominis eſſe. In operibus omnibus hæc etiam recuſa ſunt Norimbergæ 1660. fol. Goudæ 1661. 4. 4. tribus voluminibus, & Libri *de natura* transformati in partem primam *Inſtitutionum medicarum*. In *Inſtitutionum phyſicarum* Libro II. aliqua exſtant de anima. Reliqua jam recenſui. An alius *GREGORIUS HORSTIUS* fuerit, cujus eſt *ſpecimen anatomiæ practicæ in Academia Gieſſena*, Francof. 1678. 4.?

GREGORIUS HORSTIUS ibi dictus utique is eſt, cujus libros habeo.

JOH. RIOLANI ſchola anatomica recuſa eſt Genev. 1624. 8. iiſdem verbis & paginis.

TOBIÆ KNOBLOCH Diſſertationes anatomicæ & phyſiologicæ, VVittemb. 1608. 4. recuſæ 1612. 8. Medicus Onolsbacenſis, compendium compilavit, figuras ex *VESALIO* adjecit.

ANDREÆ LIBAVII Diſputatio *de partibus humani corporis in medio ventre contentis*, Coburg. 1608. *

JAC. WERENBERG de corporis humani fabrica Diſp. X. VVittemb. 1608. 4. 8. *

JOHANNES RIOLANUS nunc cœpit innoteſcere, totiſque quinquaginta annis auctoritate floruit, & magis floruiſſet, niſi in nova inventa & ſuccedentem laboribus juventutem, & in univerſum in omnes anatomicos fuiſſet iniquior, qui principis anatomicorum titulum quaſi ex merito reciperet. Eruditione cæterum eminuit, qui omnes fere anatomicos Auctores legerit, eorumque inventa in ſuccum converterit (ad *ſchol. anat. præf.*)

Ana-

Anatomen male relictam (*anthrop.* p. 57.) Chirurgis, ut ipſe queritur, Medicis quaſi ex poſtliminio vindicavit, & ab anno 1614. quadriennio in ſchola medica ſecandi munus obiit p. 64. uſus tamen etiam *JOHANNE RIOLANO* Chirurgo (*præf. ad ſchol.*) Iconum ꝓfor fuit (p. 52. 53.), antiquitatis vero accerrimus defenſor; hinc iniquus in *VESALIUM*, *HARVEIUM*, *PECQUETUM* inventores. Ejus *Scho'a anatomica novis & raris obſervationibus illuſtrata* prodiit Pariſiis 1608. 8. poſt octo annorum ſectiones, ſed auctoris 27. annos nati (*operum* p. 847.) Primum rudimentum eſt futuri operis.

Anatome corporis humani, Pariſ. 1610. fol. *DOUGL.* *

Eadem duplo auctior *Anthropographiæ* titulo edita eſt, Pariſiis 1618. 8. iterumque aucta 1626. 4. & denique cum reliquis operibus anatomicis 1649. fol. cui optimæ editioni G. *PATINUS* indicem adjecit. In hoc eruditiſſimo opere omnem antiquitatem in unum volumen ſtipavit, hiſtoriam anatomes præfixit, cum judiciis, fere triſtioribus. Non fuit abſque propriis obſervationibus, argumento filorum teſtis, muſculi ſui, &c. Sed magnam tamen partem anatomes numquam attigit, ut vaſa, in quibus, & in organo auditus certe, ſi dicere licet, quod ſentio, præter fidem erravit. Inter priora opera *Oſteologia ex veterum & recentiorum præceptis deſcripta*, Pariſ. 1614. edita non redit in collectione operum.

Eodem anno tam Pariſiis fol. quam Londini 4. prodierunt ejus animadverſiones in anatomicos ſui ſeculi, *ANDREAM LAURENTIUM CASPARUM BAUHINUM*, p. 33. *A. SPIGELIUM*, *C. BARTHOLINUM*, umbraticum ut ait anatomicum, qui ex *C. BAUHINO* & obſervationibus Patavinis quibuſdam ſua collegerit (p. 687.), *CASPARUM HOFMANNUM*, virum acutum, ſed qui ſanguine nimis abſtinuerit (p. 34. 793.), *VESLINGIUM*, quem tamen pro eorum habet doctiſſimo, contra qnos ſcripſerit (p. 806.), & *ÆMILIUM PARISANUM*, de quo ultimo dictum eſt. In primis autem a *C. BAUHINO* aliiſque ſe exſcribi variis locis queritur, p. 752. &c.

EJUSDEM enchiridion anatomicum, Pariſ. 1648. 12. prodiit Leidæ 1649. 8. (cui editioni bibliopola adjecit icones *VESLINGII*) & Pariſ. 1658. 8. *EJUS* partem ſecundam promiſerat in *Opuſcul. contra GUIFFART* p. 210. ſed ea nunquam prodiit. Hoc compendium & ſi breve, mihi tamen reliqui *RIOLANI* ſcriptis utilius videtur, pluraq; propria haberetum anatomica, tum adjectarum obſervationum practicarum, & merito, quod omnium noviſſimum prodierit. Incommodum eſt, quod oſteologia bis, & tamen diverſa occurrat, cum & I. & VI. Liber oſſibus dicetur. Gallicam editionem, Lugd. 1682. 8. dictam *DOUGLASSIO*, non vidi

EJUS enchiridion anatomicum recuſum etiam exſtat Lipſ. 1674. 8. etiam cum iconibus *VESLINGII*, ſed abſque alio additamento. Gallica etiam exſtat editio Pariſ. 1661. 8. Cæterum moneo, ut Pariſina editio 1658. 8. ematur, quæ multo plenior ſit priori, tum prætermiſſis adjectis, tum multis libellis de pilis, unguibus, valvulis venarum & de circulatione ſanguinis.

Porro *Opuſcula anatomica varia & nova*, *inprimis de motu ſanguinis ejuſque vera circulatione*, Pariſiis 1652. 12. edita præter ea, quæ de circulatione agunt, etiam continent *Enacephalæoſin HIGHMORI*, ſive operis ejus viri cenſuram: *Anatomen pneumaticam*: *De tranſpoſitione partium naturalium & vitalium in latronem Francœur.*

Alia Opuſcula anni 1653. & 1655. vide in Tractatu *de vaſis lymphaticis*. Atque adeo inter lites perpetuas depoſitus ſenex obiit *RIOLANUS*.

In *THOMÆ CORNACCHINI Medicina practica rationali & empirica*, Venet. 1607. fol. * aliqua anatomica reperiri monet *DOUGL.*

JUSTI CNUTII Compendium univerſæ medicinæ juxta doctrinam HIPPOCRATIS & GALENI Vicetiæ 1608. Patav. 1666. 8. *

AC. LAVELII compendium medicinæ, Venet. 1609. 8. 1610. 8. *

J. BAPT. DE GELLO de natura humanæ fabrica Libri X. Amberg. 1609. 12. *DOUGL.* *

NICOLAUS HABICOT, celebris Chirurgus, compendium in titulo *ſemaine anatomique* ante annum 1610. edidit, ſi fides *Recherches ſur l' hiſtoire de la Chirurgie en France*, p. 71. Recuſa eſt Pariſiis 1660. 8. & Belgice verſa ſub titulo *Anatomycke vveeke door vveie in 14. leſſen het middel om de partyen dens menſchelyken lichaams van een te ſcheiden an-evveezen vvert*, Hagæ 1629. 8. vertente *CASPARO NOLLENS*. Non quidem eruditus Auctor fuit, ſed multa corpora ſecuit, hinc multa ad naturam vivide & abſque nauſeoſa illa *VESALII* exſcriptione verius delineavit. Ligamenta hepatis lateralia, tria veſicæ ligamenta, ſeptum uteri, coracohyoidei originem veram, ligamenta oſſiculorum auditus, inter-

interoſſeorum in manu veram deſcriptionem, pharingis conſtrictorem, alia, primus dixit. Allantoideam membranam inflari poſſe adfirmat. Appendiculam cæci inteſtini ſolidam facit. Ductum ſeminalem per proſtatam euntem unicum eſſe, idque ſe inveniſſe monet. Muſculos uvulam negat habere. Hæc minus bene. Obiit an. 1624.

Liceat hic adjeciſſe Libellum quem nunquam vidi, habent vero Chirurgi in *Recherches* p. 271. *Paradoxe myologique par le quel eſt demontré contre l' opinion vulgaire tant ancienne que moderne que le diaphragme n' eſt pas un ſeul muſcle*, Pariſ. 1610. Nempe dextrum & ſiniſtrum vult eſſe, ut duo ſunt tranſverſi. De reliquis dictum eſt.

HENNINGII ARNISÆI Obſervationes anatomicæ aliquot, Francof. 1610. 4. & eum Tractatu *de partu* 1641. 12. *EJUS* ſplendidæ icones anatomicæ vivis coloribus & nativa magnitudine, *viginti quinque*, jubente *HENRICO JULIO* depictæ, conſervatæ Helmſtadii muſculorum ſunt. Quæ genitalia muliebria referebant, ob ineptum pudorem remotæ, nunc perierunt. Eas vidit & deſcribit *CONRINGIUS introd.* c. IV. Hortum etiam & laboratorium chemicum privata cura extruxit, ut ex Epiſtolis *HORSTIANIS* video.

HENRICI PETRAREI λόγος ἐγκωμαστικὸς *ſtudii anatomici*, Marburg. 1610. 4.

THEODORI ZWINGERI phyſiologia medica THEOPHRASTI PARACELSI dogmatibus illuſtrata, Baſil. 1610. 8. Syncretiſta, qui multa chemicorum dogmata recepit.

CASPAR BARTHOLINUS, Diſcipulus *FABRICII* & *PLATERI*, Medicinæ primo, deinde Theologiæ profeſſor. Ejus *Anatomicæ inſtitutiones corporis humani cum plurimis novis obſervationibus* VVittemb. prodierunt 1611. 8. (quæ eſt *Albiæ DOUGLASSII*), tum Argentinæ 1626. 8. Goslariæ 1632. 8. Compendium anatomicum eſt, quod idem cum additamentis filii recuſum, tandem in celebrem illam *THOMÆ BARTHOLINI anatomen renovatam* abiit. *EJUSDEM problemata*, &c. VVittemb. 1611. 4. Sunt decem exercitationes circa problemata quinquaginta antiqui ſaporis. *EJUSDEM Controverſiæ anatomicæ & affines notabiliores & variores*, Goslar. 1631. 8. nihil ſunt, niſi nova editio problematum, adjectis aliis quæſtionibus, ut nunc ſecundum ordinem partium corporis humani diſpoſitæ habeantur. Solet rationes adfirmantium & negantium proponere, ſuaſque addere, quæ de lite definiant. Aliquæ obſervationes inter multas obſoletas controverſias miſtæ ſunt.

NICOLAI NANCELII TRACHYENI Analogia microcoſmi ad macrocoſmum Pariſiis 1611 fol. *

PETRUS LOWE in ſuo *diſcourſe of the vvhole art of ſurgery*, Lond. 1612. 4. anatomica habere dicitur *DOUGLASSIO*. *

GERMANI COURTIN (qui notas etiam addidit *JACOBO GUILLELMEAU*) *Leçons anatomiques & chirurgicales*, Pariſ. 1612. fol. ſunt lectiones a 1578. ad 1587. factæ, a morte auctoris a Chirurgo *STEPHANO BINET* editæ.

GERMANI COURTIN lectiones dictæ nihil habent eximii aut proprii.

JOH. PISTORII Microcoſmus, ſive *Liber cephaleanatomicus de proportionibus utriuſque mundi*, Lipſ. 1612. 8. *DOUGL.* *

JOACHIMI OELHAFEN de partibus abdomine contentis, Gedan. 1613. 4. *

HIERONYMI PERLINI binæ hiſtoriæ phyſiologicæ, pathologicæ & therapeuticæ, quæ corpora muliebria & temperamenta & morbos ſpectant, Hanov. 1613. 4. *MERCL.* *. *EJUSDEM inſtitutiones medicæ, phyſiologicæ, pathologicæ & therapeuticæ* eod. anno 4. editæ. *

CASP. PAFFIUS de homine, Lipſ. 1614. 4. *RIV.*

JOH. PINCIER Otium Marburgenſe in VI. Libros digeſtum, quibus fabrica C. H. deſcribitur, Herborn. 2614. 8. Phyſiologia in verſus conjecta.

FRANCISCI TIDICÆI microcoſmus, h. e. deſcriptio hominis & mundi parallelus &c. Lipſiæ 1615. 4. * *DOUGL.*

J. REMMELINI Catoptron microcoſmum Aug. Vind. 1619. fol. *DOUGL.* Ulmæ 1639. Francof. 1660. fol. quæ mea eſt editio Aug. Vind. 1632. & 1661. fol. Germanice, & Amſtelodami 1667. fol. ſunt icones *VESALII*, ita ad modum *NICOLAI* de *SABIO* coaptatæ, ut ſeriem ſtratorum ſuo ordine repræſentent in tribus tabulis ex inventione *REMMELINI* excudente *MICHAELE SPACHERO*. Anglice reddidit, quod mireris, *CLOPTON HAVERS* Lond. 1702. fol. *IDEM* Liber etiam cum nomine excuſoris, rejecto *REMMELINO*, prodiit cum titulo *STEPHANI MICHAEL SPACHER Pinax microcoſmographicus ontleedingh der Kleenen vvaereld*, Amſtelodami 1634. fol. *ALBINUS* ad *DOUGLASSIUM* citat editionem 1645.

1645. fol. In hac editione invenies tabulam primam prioris operis, & vaſa cutanea; omiſſa tabula ſecunda & tertia.

CASPAR HOFMANNUS Altdorfinus, ab anno 1607. *TAURELLI* ſucceſſor (*praef. ad CAT. JUNG*) vir utriuſque linguæ peritiſſimus, *ARISTOTELIS* juratus defenſor, etiam contra *GALENUM*, iniquus ſatis coætaneorum cenſor, unde illæ pro patre in *HOFMANNUM orationes THOMÆ BARTHOLINI*, cæterum ex libris anatomicus. Plurima ſcripſit, quæ huc pertinent, quorum pleraque recenſui, ſed præterea Libros VI. *variarum lectionum*, Lipſ. 1619. 8. ubi varia loca *GALENI* & veterum critice & phyſiologice expendit, & *ARISTOTELEM* tuetur. *EJUSDEM de partibus ſimilaribus corporis humani*, Norimber. 1625. 4. *de facultatibus naturalibus* ibid. 1626. 4. * *Commentarius in* Librum *GALENI de uſu partium*, Francof. 1627. fol. *Relatio judicii acti in campis Elyſii: contra GALENUM*, Norimb. 1642. 12. * *Inſtitutiones medicæ Libris* VI. Lugd. 1645. 4. (inter quos Libros etiam phyſiologia habetur) earumque *epitome*, Pariſ. 1648. 12. *De partibus ſimilaribus Liber ſingularem defectum ſuppleturus Libri quem GALENUS ſe ait ſcripſiſſe*, Francof. 1667. 4. poſt mortem auctoris. *De veritate contra ARGENTERIUM alioſque*, Pariſ. 1647. 4. contra *GALENUM*, *PARISANUM*, *FERNELIUM*, pro *ARISTOTELIS* opinione de partium principatu. Sed inprimis huc pertinent poſthumæ *apologiæ pro GALENO* ſive *Chreſtomathiæ*. Libri III. 1668. 4. Hos perituros amici labores redemit *G. PATINUS*, & paulo ante ſuam mortem edidit. Nomen malum eſt. Nam vere *ARISTOTELEM* contra *GALENUM* tuetur, in iſtum iniquior, ut etiam *VESALIUM* laudet, & ipſi opponat (in *praef.*) In *praefatione* acerbe in *GALENUM* invehitur, qui anatomica ſua omnia ex aliis habeat, & inconſtantiſſimus modo huic, modo alteri autori adhæreat. In eodem Libro p. 1352. varia teſtimonia pro *ARISTOTELE* contra *GALENUM*, æmulum, ut credit, congregat. Multum græcæ lectionis, anatomes parum, niſi velis ſceleton cocti hepatis. Liber ſcriptus eſt an. 1935. *GALENI* quam paraverat editio, tempore J. J. *BAJERI* latebat apud *VOLCAMERUM* (*vit. Prof. Altdorf.*)

CASP. HOFMANNUS ibi citatus in *Epiſt.* ad *REINESIUM* paſſim anatomica tangit.

THOMÆ COLLADONIS Adverſaria ſive commentarii medici, &c. Genev. 1615. 8. 2. vol. *

THOMÆ COLLADONIS commentarii, quos diximus, parum utiles ſunt, recte monente *WELSCHIO Ven. medinenſ.* p. 275.

PETRI PAW oſteologica ſcripta, & *ſuccenturiatum anatomicum*, & epitomen *VESALII* diximus, valvulamque cæci primum negaſſe monuimus, in *Cent.* I. *Ep. HILDANI*. Obſervationes vero poſthumas *T. BARTHOLINUS* edidit in *Cent.* III. IV. quæ fere ex ægrotorum ſectionibus ſunt. Obiit an. 1617. factis in Galliam & Italiam itineribus, horto reparato, & theatro anatomico, melancholicus tamen cum acri ingenio & memoria valida (*NEANDER. MELCH. ADAMUS.*)

MICHAELIS POLL ſtructura anthropologica ſive ſomatologica, Francof. ad Viadr. 1616. 4. Compendium anatomicum eſt, octo diſputationibus incluſum, ſtudioſi medicinæ opus.

HELKIAH CROOKE μικροκοσμογραφία, a deſcription of the body of man, Lond. 1617. fol. quæ videtur prima editio eſſe: annum tamen 1615. ponit *DOUGLASSIUS*. Candidus fatetur auctor, eſſe compilationem ex *CASP. BAUHINO* inprimis, & *ANDREA LAURENTIO*. Nondum Anatome in Angliam penetraverat, cum Auctor in *praefatione* fuſo ſermone deprecetur quod de genitalibus partibus egerit aut figuras dederit. Ita *J. CAJUS* ſectiones apud Chirurgos vidit, cum eo tempore nullæ apud medicos haberentur (p. 171. opuſc. a *JEBBIO* editorum). In bene grandi volumine an aliquid proprium ſit, nondum novi, nihil certe inveni. Icones ex *VESALIO* ſunt, paucæ ex *PLATERO*, *CASSERIO*.

PETRI LAUREMBERG Proceſtria anatomica, Hamburg. 1619. 4. Eſt fere perpetua pugna contra Laurentium, abſque anatome, nihil enim præter boves diſſecuiſſe facile credo *RIOLANO* (*praef. in anim. in C. B.* p. 688. & in *Anthropogr.* p. 32.

EJUSDEM Collegium anatomicum, Roſtoch. 1636. 4. recuſum cum titulo *Anatomiæ corporis humani*, Francof. 1665. 12. Sunt duodecim diſputationes inaugurales, in quibus præter grammatica aliqua nihil invenio. Circulationem pro re nova propoſuiſſe monui.

JOH. VARANDÆI Phyſiologia & Pathologia, Hanov. 1619. 8. *B. RIV.*

FABRICII BARTHOLETTI Anatomica humani corporis deſcriptio per theſes diſpoſita, Bonon. 1619. fol. *

In *FABRICII BARTHOLETTI*, etiam eo loco dicti, *encyclopædia hermetico-dogmatica* pars I. eſt *phyſiologica*, Bonon. 1619. 4. *

In *MATTHIÆ LUDOVICI GLANDORP ſpeculo chirurgico*, Brem. 1619. 12. & Londini 1729. 4. edito, continetur compendium anatomes. In ejus etiam *Gazophylacio polypluſio fonticulorum & ſetaceorum*, Brem. 1633. 4. Londin. eod. anno recuſo venæ, & muſculi & alia anatomica, ſed breviter omnia, exhibentur. *SPIGELIUM* dicentem audiverat.

DANIELIS SENNERTI Inſtitutionum medicarum Libri V. VVittemb. 1611. 4. 1621. 4. 1631. & *Epitome Inſtitutionum*, VVittemb. 1631. 4. 1664. 12. & *tabulæ inſtitutionum*, VVittemb. 1635. fol. Phyſiologiam etiam habet, antiquo more, bono tamen ordine ſcriptam, ut omnia hujus auctoris.

J. GEORG. GROSS compendium medicinæ ex ſcriptura ſacra depromtum, Baſil. 1620. 8.

SALVATOR ARDEVINES ISLA fabrica univerſal y compoſicion del mundo major y minor, Mad. 1621. *

JOH. COLLE Elucidarium anatomico chirurgicum ex Græcis, Arabibus & Latinis ſelectum, &c. Venet. 1621. fol. Anatomica ex *LAURENTIO* & ſimilibus auctoribus collegit.

PAULI ZACCHIÆ Quæſtiones medico-legales, Liber I. Romæ 1621. 4. Liber II. ibidem 1625. Libri III. IV. ibid. 1628. Liber V. ibid 1630. Liber VI. 1634. Liber VII. 1635. recuſus pleniſſime Libris IX. primo *J. D. HORSTII* deinde *GEORGII FRANCI* cura, Francofurt. 1688. fol. 3. vol. Etſi practici viri omnino opus ſit, tamen ad anatomen & phyſiologiam pertinet, cum infinita habeat ad ætatem, pubeſcentiam ſexus, generationis in utroque ſexu negotium.

CHRISTOPHORI BREBIS fabrica corporis humani octo diſputationibus comprehenſa, Lipſiæ 1621. 4. *

GEORG. MILLER idea hominis, Lipſ. 1921. 4. *B. RIV.*

JOH. BURGOWER de corporis humani partibus Diſp. 1622. 4. * *MERCL. EJUS de ruminatione humana* Diſp. 1631. 4. *MERCL.* *

SEBASTIANI BLOSS diſquiſitio totius ſcepſeos anatomicæ Diſp. Tubing. 1622. 4. * *DOUGL.*

ROBERTI FLUDD Anatomiæ theatrum triplici effigie deſignatum, Francof. 1623. fol. Fanatici & parum ſani hominis.

ÆMILIUS PARISANUS Venetiis floruit ab omni anatome alienus, & tamen confidentiſſimus coætaneorum cenſor. Spiſſiſſimum volumen operum reliquit. Titulus eſt *nobilium exercitationum de ſubtilitate* Libri 12. acceſſit *par & ſanius* (Pariſanus) *judicium de ſeminis a toto proventu*, Venet. 1623. fol. *DOUGL.* mihi an. 1633. fol. Deinde *Nobilium exercitationum pars altera de diaphragmate ad J. RIOL. de ſeminis a toto proventu, & de ſtigmatibus, vita ARISTOTELIS, de calido innato, vita & ſanguinis motu* prodiit Venet. 1635. fol. *De microcoſmica ſubtilitate pars tertia*, eſt iterum *de ſeminis proventu & de viſione*. Venet. 1638. fol. *Quarta pars microcoſmi ſalus, coſmica ſubtilitas* ſerius prodiit. Iterum agit *an ſemen proveniat a toto, de GALENI & BOTTALLI placitis*, &c.

GUIL. FABRICIUS HILDANUS, ex Hilden pago Coloniæ vicino Paterniacum, inde Bernam venit, ibique in Phyſici functione finem finivit, celebris practicus & chirurgus in inveniendo felix, in tentando animoſus. Ad Anatomen pertinent paſſim variæ obſervationes per obſervationes & Epiſtolas diſperſæ. Sceletos Bernæ paravit, qui etiam nunc ſuperſunt, & ſcapulas a tortura lacerari obſervavit. *EJUS* Liber *de anatomiæ præſtantia* germanice ſcriptus eſt *vom nutzen und fürtreflichkeit der anatomie*, Bern. 1624. 4. Primo numeroſos caſus funeſtos habet, quorum infelicitas ab ignoratione anatomes profecta eſſet: deinde oſteologia varia, jam citata. Poſthuma varia reliquit, quæ in *Bibliotheca Bernenſi* vidi, volumen inprimis, in quo plurimæ monſtroſarum partium imagines & varia chirurgica continentur.

G. FAB. HILDANUS ſceleta tria Coloniæ dedicavit *nuz der anat.* p. 139.

ANTONII PONTII SANTA CRUZ Archiatri Hiſpanici *diſputationes in primum* Librum *AVICENNÆ*, Madriti 1624. fol. * *DOUGLASSIUS* multa huc facere ſcribit.

ANT. PONT. SANTA CRUZ nunc legi, cui titulus eſt in *AVICENNÆ primam primi*. Phyſiologica ſunt, de temperamentis, facultatibus, ſpiritibus. Arabes defendit contra *ARGENTERIUM* alioſque, & ſolis auctoritatibus pugnat.

GILBERTI PACCHÆI inſtitutiones medicæ, Leid. 1624. 12. Brevis phyſiologia.

STE-

3. SPIGELIUS in folio charta regia editus. (*a*)
4. JOHANNES RIOLANUS. (*b*)
5. BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS Romæ editùs. (*c*)

STEPHANI van *SCHOONEVELD Ichthyologia*, Amburg. 1624. 4. Diſſectiones varias piſcium continet.

MELCHIOR SEBIZ per multos annos Argentorati Profeſſor fuit. Numeroſas diſputationes anatomicas edidit, quarum collectiones ſubinde prodierunt. Aliquas recenſet *DOUGLASSIUS* an. 1624. & alias factas ut *Exercitationes medicas* 56. Argentorati 1672. 4. editas. Aliæ penes me ſunt, antiquo more omnes, & fere abſque experimento ſcriptæ.

J. BAPTISTÆ CORTESII Miſcellaneorum medicorum Decades X., Meſſan. 1625. fol. prodierunt, quem rarum Librum ex dono *ILL. MORGAGNI* poſſideo. Juvenis ſecuerat apud *ALDROVANDUM*, ediderat *VAROLIUM*, corpora animalium aperuerat. Inde in Siciliam vocatus vix duo vel tria cadavera viderat p. 3. 4. Quare 40. poſt annis fere inmutata edidit, quæ in cerebro elaboraverat. In *Decade* III. deſcriptionem dat artificii *TAGLIACOTIANI*.

Poſt *JOH. NEANDRI Tabacologiam*, Leidæ 1626. 4. exſtant epiſtolæ aliquæ anatomicæ.

(*a*) *ADRIANUS SPIGELIUS*, Patavinus Profeſſor, funeſto caſu rebus humanis ereptus, reliquit *de corporis humani fabrica* Libros X. quos *BUCRETIUS* ordinavit, ſed additis ſuis opinionibus etiam auxit & corrupit (*RIOLAN.* in *SPIGEL.* p. 735.) cum *SPIGELIUS* 24. tantum lectiones edere vellet (*VESL. præf. ad ſyntagm.*) *SPIGELIANUM* ergo codicem edidit *LIBERALIS CREMA*, Venet. 1625. fol. adjectum *CASSERIANIS* tabulis, & recudit *BLAEU*, Amſtelodami 1644. fol. Reliqua citavimus. Latine & pure ſcripſit *SPIGELIUS*, anatomica fere ex *VESALIO* habet, & practicas obſervationes interſperſit.

ADRIANI SPIGELII exſtat etiam editio Francofurtenſis 1632. 4.

(*b*) De *RIOLANO* dictum eſt, pag. 614.

(*c*) Et de *EUSTACHIO*, pag. 607.

F. GIROLAMO GERMANO Medico Franceſe, *Breve trattato intorno alle figure anatomiche* Neapol. 1625. fol. Non vidi uſpiam citari hunc Libellum, qui inter meos eſt. Duo ex homine ſceleti ſunt, deinde alii ſimiæ aliorumque animalium, adſcriptis frigidiſſimis horum animalium proprietatibus.

SANCTORII SANCTORII in I. *fen. AVICENNÆ comment.*, Venet. 1626. fol. Anatomica pauca habet, neque enim in iis excellebat, aliqua tamen; thermometra primus ad artem medicam adhibuit. Chirurgica inſtrumenta multa invenit.

CÆSARIS CREMONINI Opera Ariſtotelica & theoretica jam citavi; & *BRONZERII*, & *C. ASELLII*.

GODOFR. CUNDISI admiranda microcoſmi, ſive *collegium anthropologicum*, Lipſ. 1627. 4. *B. RIV.* *

MARTINI LEISCHNER de partibus corporis humani ſimilaribus, Stettin 1628. 4. & *diſſimilaribus* 1628. 4.

Huc refero ſcriptos *JOH. FABRI* Germani Bambergenſis, ad *NARDI ANTONII RECCHII hiſtoriam animalium commentarios*, Romæ 1651. editos fol. quos nemo abſque fructu leget, ob monſtrorum & animalium curioſam anatomen.

M. AURELII SEVERINI THURII CRATHIGENÆ TARSENSIS, ut amat ſe vocare, Profeſſoris Anat. Bot. Neap. *hiſtoria anatomica & obſervatio medica eviſcerati corporis*, Neapoli 1629. 4. *MERCL.* *EJUSDEM Zootomia Democritea*, ſive *anatome totius animantium opificii*, Norimbergæ 1645. 4. cura *VOLCAMERI* prodiit. Anatomen equidem animalium nimis, & ſupra humanam anatomen, non recte extollit: obſervationes in numeroſis animalibus ſane quam multæ, breves in univerſum, cum rudiuſculis iconibus. Varia tamen, quæ minime exſpectes, paſſim ibi latent, vas a capſula atrabilaria ortum Valſalvianum, glandulæ inteſtinorum, bronchiorum, &c. *EJUSDEM de vipera natura, veneno, medicina demonſtrationes & experimenta nova*, Patav. 1651. 4. Inter plurima inutilia bona diſſectio fabricæ viperarum *JOH. VESLINGII* & *J. B. HODIERNÆ*, & aliquæ aliæ utiles obſervationes. Icones poeticæ. *EJUSDEM antiperipatias*, ſive *de reſpiratione piſcium adverſus Ariſtotelicos diatriba*, *de piſcibus in ſicco viventibus Phoca illuſtratus*. *De radio Turturis marini*.

rini, Neapol. 1654. vel 1659. fol. Vita Auctoris præfixa eſt, acri ingenio viri magni Chirurgi, ad omnem neceſſariam crudelitatem confirmati, ſed paradoxi. In *Anat. Phocæ* vaſa cordis & anaſtomoſes arterioſas & venoſas hujus animalis deſcribit, & in univerſum de anaſtomoſibus agit. Circulationem ſanguinis non recipit.

HARVEIUM diximus.

JOH. MAGIRI phyſiologia, Francof. 1629. 8. *

JOH. MAGIRI phyſiologia, Francof. 1600. 8. primum prodiit, ad ſcholæ ſaporem ſcripta.

LEVINUS FISCHER .. *obſervationibus anatomicis locum verum affectus præcordialis vulgo hypocondriaci illuſtravit* 1631. 12. *

J. DOMINICI MAGLIOCCA Diſputationum medicarum phyſiologicarum, ætiologicarum, ſemeioticarum, therapeuticarum P. III. Neapoli 1631. fol. *LIND.*

GREGORII QUECCII Anatomia philologica P. I. *de præſtantia hominis*, Norimb. 1632. 4. Lipſ. 1654. 4. *MERCL.* *

DANIEL BECKER Anatome infimi ventris 12. *diſputationibus delineata*, Regiomonti 1634. 4. *

FAB. VIOLET la parfaite & entiére connoiſſance du corps humain, Pariſ. 1625. *

FRANCISCI SANCHEZ ſumma anatomica ex GALENO & VESALIO. Inter Opera omnia, Toloſæ 1636. 4.

DAVID HERMANN manuale anatomicum, Gedani 1637. 12. *

J. SOPHRONII a COZAK Anatomia vitalis microcoſmi, Brem. 1636. 4. *

HERM. BOCCO dubiorum anthropologicorum de principibus corporis humani partibus πλείαδες tres (Diſp. XXI.) Lipſiæ 1638. 4. *RIV.*

JOH. DANIEL HORST GREGORII f. *poſitionum anatomicarum decades* X. Marpurg. 1638. 4. *Progr. ad anat. canis gravidæ*, ibid. 1639. 4. *anatome corporis humani tabulis comprehenſa*, Argentor. 1639. 4. * quæ eadem eſſe videtur, *deutſche anatomie* an. 1639. *gehalten*, Marpurg. 1679. 4. *EJUSDEM Decas obſervationum & decas Epiſtolarum*, Francofur. 1656. 4. In obſervationibus varia utilia reperi, tum ex morbis ſumta, diætæ calidæ in variolis noxiam vim, alternæ partis in ulcere cerebri reſolutionem, cordis lymphatica. In *Epiſtolis* longa epiſtola *HARVEII* contra vaſa lactea continetur, & pro iis vaſis alia *BARTHOLINI*.

PETRI CASTELLI hyæna odorifera, Meſſan. 1638. 4. Francof. 1668. 12. Dubitat, num ſit hyæna veterum, deſcribit felis Zibethiæ folliculos, & ſceleton, & utrumque depingit.

PETRUS CASTELLUS hic dictus in *epiſtolis* digeſtionem ciborum ab acido docet pendere.

VOPISCI FORTUNATI PLEMPII fundamentorum medicinæ P. III. Lovan. 1638. 4. & altera editio aucta, Lovan. 1644. fol. cum *DANIELIS VERMOST brevi apologemate pro auctore*, Lovan. 1653. fol. Amſtelod. 1659. 4. * *SPIGELII* diſcipulus minime obtuſi ingenii, minus tamen anatomicus, magnus quæſtionum amator. Candorem tamen in amplectenda *HARVEIANA* veritate demonſtravit. Iconem dedit ductus panereatici, *WIRSUNGIANAM*. Quæ ad *CABROLIUM* adjecit, & ad *AVICENNÆ* anatomica, alibi dicta ſunt. Controverſias habuit cum *J. PRIMIROSE*, qui *deſtructionem fundamentorum PLEMPII* ſcripſerat, Roterodami 1657. 4. oportet autem priorem aliquam editionem fuiſſe. Repoſuit enim *FRANCISCUS PLEMP munitionem fundamentorum V. F. PLEMPII*, Amſtelod. 1649. 4. & *GER. BLASIUS impetum J. PRIMIROSII in V. F. PLEMPIUM recuſum* ibid. 1659. 4.

VOP. FORT. PLEMPII fundamenta med. prodierunt etiam Lovan. 1665. fol.

OLAI WORMII Inſtitutionum medicarum epitome Hafniæ prodiit 1640. 4. *Controverſiarum* vero *medicarum ſelectarum Exercitationes* XVIII. Baſil. 1611. 4. Ab utriſque minorem, quam, ex Runis & Muſæo laudem reportavit.

PETR TERRER MORANO flor. de anatomia .... Mad. 1640. 8. *

JOHANNIS VESLINGII Syntagma anatomicum, Patav. 1641. abſque iconibus, Francofurti 1641. 12. Patavii 1647. 4. cum iconibus. Germanice etiam prodiit interprete *BLASIO*, Leidæ 1652. 4. *B. LEHM.* Norimb. 1676. 8. & Anglice vertente *CULPEPERO*, Londini 1653. fol. Mindæ in Germania natus, per itinera in Ægyptum, Palæſtinam, & Mauritaniam celebris, ſummus ſuo tempore, meo judicio, anatomicus. Compendium anatomicum edidit breve, puriſſime ſcriptum, ordine quo *C. BAUHINUS*, ut omnes alicujus partis

in

6. THOMÆ BARTHOLINI Anatome, opus in octavo, Lugduni Batavorum editum anno 1680. (*a*).

7. PHI-

in corpore muſculos, & oſſa & viſcera conjungeret, ſervata ſitus ratione. Figuræ aliquæ non malæ, ut in aure, in fetu, aliæ minus ad archetypum. Obſervationes pauciores, aliquæ tamen, hymenis, indicatoris muſculi inſerti in os metacarpi, &c. *IDEM ſyntagma* primo Amſtel. 1659. 4. commentariis *GERARDI BLASII illuſtratum* prodiit, deinde 1666. 4. Patav. 1677. 4. * Germanice, Norimb. 1688. 8. * denique Latine, Ultrajecti 1696. 4 quæ editio non differt ab ea anni 1666. Parum eſt, quod addidit *BLASIUS*, ſi ab appendicibus receſſeris, in quos fere omnia nuperorum inventa conjecit, etiam *SWAMMERDAMIANAS* aliquas icones, quibus vaſa lymphatica exprimuntur, & quæ non alibi exſtant. Deinde cum *VESLINGIUS* an. 1649. ex morbo contagioſo obiiſſet. *BARTHOLINUS Obſervationes anatomicas* & *poſthumas epiſtolas* LXXIII. edidit, Hafniæ 1664. 8. quæ etiam nuper, Hagæ 1740. 8. recuſæ ſunt, & quas maximi facio. De generatione, incubatione ovi, de viperæ anatome, de vaſis lacteis copioſæ obſervationes, de ductu thoracico & vaſis lymphaticis lienis minime obſcura experimenta, aliaque lectu digniſſima hic reperiuntur.

De *JOH. VESLINGIO*, cujus hic laudes diximus, ſubjungimus, auditus & linguæ vitio eum laboraſſe. *ROLFINK diſſertatio anat.* p. 46.

NICOLAI TULPII Obſervationes medicæ Libris III. prodierunt, Amſtel. 1641. 8. quartus acceſſit 1652. 8. 1672. 8. & Leidæ 1739. 8. & alias. Doctiſſimi viri ſcripta, etſi pleraque practica ſunt, cum fructu tamen leguntur. De ſpina bifida, de valvula coli, lacteis humanis aliaſque obſervationes habet.

HENRICI REGII phyſiologia tribus diſputationibus propoſita, Ultraject. 1641. 4. *EJUS fundamentorum medicorum* Libri IV. Ultraject. 1647. 4. 1657. 4. 1664. 4. 1668. 4. *LIND.* Carteſianæ ſcholæ princeps in Belgio Auctor.

In *HENR. REGII* hic dicti *philoſophia naturali*, Amſtelodami 1654. 4. etiam phyſiologia exſtat.

In *ZACUTI LUSITANI hiſtoria medicorum princip.* ſub titulo *ſpicilegii anatomici* exſtat. Compendium.

ANTONII SANTORELLI de ſanitatis natura Libri XXIV. Neap. 1643. fol. Libri XX. ad phyſiologiam pertinent. Valde ſcholaſticus, & plurimum uſus *D. THOMA*.

ANDREÆ TRIMARCHI diſcorſo, o capriccio anatomico, Meſſan. 1644. 4. *

(*a*) C. *BARTHOLINI Inſtitutiones anatomicæ ex editione THOMÆ* filii, Leidæ prodierunt 1641. 8. maj. Hæc editio habet omnia priorum verba, quas jam ſupra enarravimus, additis inter hamulos augmentis, tum iconibus ex *PINÆO*, *ASELLIO*, *F. SYLVIO*, pleriſque tamen ex *VESALIO* ſumtis. Primum hic apparet *F. SYLVII* de cerebro epiſtola & epiſtolæ ſecundæ *J. WALÆI* ea pars, quæ ad ſanguinem pertinet. Eædem *inſtitutiones ſecundum locupletatæ* prodierunt Leidæ 1645. 8. * Deinde *tertium ad ſanguinis circulationem reformata anatome* recuſa fuit nomine patris omiſſo, Leidæ 1651. 8. 1669. 8. Hagæ 1655. 8. 1660. 8. 1663. 8. 1666. 8. *LIND.* Plenior editio eſt Leidenſis 1674. 8. cui titulus eſt *Anatome ex omnium obſervationibus maxime patris ad circulationem ſanguinis & vaſa lymphatica quartum renovata*. Huic editioni acceſſerunt fere omnia anatomica, quæ poſt priores editiones prodierunt *N. STENONIS*, *J. SWAMMERDAM*, *REGNERI* de *GRAAF*, ipſius *RUYSCHII*, Ipſe *BARTHOLINUS* parum addidit. Nam, quod dolendum, paucis annis anatomen exercuit, & novis inventis maximam auctoritatem conſecutus ad Libros, & honores alios ſeceſſit; adeoque viſcera fere meliora habet, muſculos, oſſa, nervos, valde imperfecte. Quæſtionum & controverſiarum abunde eſt. *GERARDUS BLASIUS* ſumma fide editionem procuravit. Nuperior *quintum renovata* Leidenſis etiam prodiiſſe dicitur 1686. 8. Germanice a *S. PAULI* verſa cum titulo *kunſtliche zerlegung des menſchlichen Leibes*, & Hafniæ prodiit 1648. 8. * Norimbergæ, interprete *WOLLNERO* recuſa 1677. 4. Belgice Leidæ 1653. 1668. 8. Gallice Pariſ. 1646. 4. in metrum etiam conjecta, & ab *HOSTILIO CONTALGENO* (quod nomen Arcadicum eſt) Florentiæ 1651. carmine expreſſa, denique ipſo *BARTHOLINO* in *A. HAFNIENSIBUS* Auctore Indice a *D. BERNIER* verſa eſt. Sola floruit, donec *VERHEYENIUS* ſucceſſit, ut iſti *HEISTERUS*.

C. BAR-

C. *BARTHOLINI tertium ad ſanguinis circulationem reformata anatome* recuſa etiam exſtat Hagæ 1651. 8. & Leidæ 1669. 8. Plenior autem editio *C. BARTHOLINI* ſub titulo *Anat. quartum renovat* recuſa eſt Lugdun. 1684. 8. Germanice vertente *SIMONE PAULI* Hafniæ prodiit 1648. 8. Belgice, Leid. 1653. 8. Haag. 1658. Leid. 1669. 8. Gallice, Pariſ. 1646. 4. Italice poëtice reddidit *HOSTILIUS JONTALGENUS*, Florent. 1651. 12. *

T. BARTHOLINUS eloquens & eruditiſſimus, etiam in diverſiſſimis ſtudiis homo, Europam univerſam peragravit, ubique diu & cum fructu moratus. Domum redux, & ad Anatomen admotus, forte ad aliqua *VESLINGII* indicia, adjutore *MICHAELE LYSERO* factis experimentis, ductum thoracicum in homine, deinde, uti dictum eſt, vaſa lymphatica. Inde per omnem Europam celeberrimus, ob ſua merita, ſocerique Conſulis Hafnienſis, qui *DOMUI REGIÆ* in obtinendo hereditario & illimitato jure magno adjumento fuerat, nobili prædio donatus, in beato otio vixit, cumque eruditis viris per omnem Europam commercia literarum aluit. Non ideo vivos homines incidit ad ductum thoracicum, uti excidit *CL. BEHRIO* io *phyſiolog.* p. 249. imo mortuos nimis paucos. Multa Opera recenſuimus, plura ſuperſunt. T. B. *Anatomica vindiciæ C. HOFMANNO, RIOLANO aliiſque oppoſitæ acc. Animadverſiones in Anatomica HOFMANNI*, Hafn. 1648. 4.

T. BARTHOLINI anatomica vindicia C. HOFMANNO &c. oppoſitæ ex melioribus hujus viri ſcriptis ſunt, in quo facile expertem anatomes adverſarium ſuperavit, non minor in literis.

EJUSDEM Collegium anatomicum Diſput. XVIII. *adornatum*, Hafn. 1651. 4. * (In Catal. poſt *Anat. Pract.*)

EJUSDEM hiſtoriarum anatomicarum Cent. I. II. Hafniæ 1654. 8. quæ eædem etiam eodem anno in Belgio excuſæ ſunt, ſi titulo credis, tum Germanice anno 1657. 8. Francof. *Centuriæ* III. & IV. anno 1657. V. & VI. anno 1661. 8. ſecutæ ſunt. Sua inventa, lymphatica, ductum thoracicum, pſoam parvum hic repetit, ductuſque mammarum. Satis etiam multas diſſectiones adjecit, ut felis zibethicæ, leonis. Deinde multa anatomica rariora, monſtroſa interſperſit: denique ſectiones corporum ægrorum copioſas. Multa tamen vel credula, vel inutilia admiſcuit, ut *pſeudo HIPPOCRATIS* Librum *de fiſtulis*.

EJUSDEM Ciſta medica, Hafn. 1662. 8. Ad anatomen varia pertinent, ut quæſtio: An lac in mammis virginitatis diminutionem demonſtret? De ſuperfetatione. Cadaverum nonnullæ inciſiones.

EJUSDEM epiſtolarum medicarum Cent. IV. Hafn. 1663. & 1667. 8. prodierunt. Amœniſſimum opus & merito recuſum, Hagæ C. 1740. 8. fere omnium eo tempore celebrium virorum hic epiſtolas reperias, ut *G. PATINI*, *SALMASII*, *VESLINGII*, *SEVERINI* deinde inter diſcipulos *BARTHOLINI*, *N. STENONIS*, *OLAI BORRICHII*, *PETRI SCHUMACHER*, (cujus infelix exitus celeberrimus eſt). *MOINICHENII*, *LYSERI*, *BODGANI*, & *BLASII*, demum & *DEUSINGII*. Nihil ab anno 1634. ad 1664. in anatome fere actum eſt, quod hic non recenſeatur, & infinita inventorum ſemina, aut peculiares obſervationes, hic latent.

EJUSDEM Orationes varii argumenti, Hafn. 1668. 8. Variæ quidem, medicæ, etiam poeticæ, multæ tamen anatomicæ ſunt, in *C. HOFMANNUM*, *RIOLANUM*, *BILSIUM*.

EJUSDEM De Cygni anatome ejuſque cantu, Hafn. 1668. 8. Erat diſputatio, nunc auctior a filio *CASPARO* recuſa. Sceletus avis ex *SIMONE PAULI* ſumta eſt ſterni cavea, per quam aſpera arteria incurvata tranſit, fuſe deſcribitur. Cantus Cygni non bene defenditur.

EJUSDEM Acta Hafnienſia T. V. Primus an. 1673. II. an. 1675. III. & IV. 1677. ultimus an. 1680. 4. Hafniæ prodiit. Continent plurimas utiles diſſectiones animalium, deinde anatomicas præſtantiſſimas obſervationes *N. STENONIS*, de generatione, lymphaticis vaſis, *C. BARTHOLINI* varia monſtra, aliaque, ut fit ex optimis Diariis. Ergo in T. I. exſtat anatome aquilæ, equi Regii, leonis, cercopitheci, erinacei, columbæ, leporis, rangiferi: in T. II. ululæ, ardeæ, pavonis, pſittaci, aquilæ: in T. IV. anatome ſalamandræ, gryllotalpæ: in T. V. ciconiæ, linguæ pici, torpedinis. *EJUSDEM Conſilium de anatome practica ex cadaveribus morboſis adornanda*, Hafniæ 1674. 4. Luget ſuas triginta annorum obſervationes ex anatome practica, quas omnes ignis deleverat. Laudat noſocomia, de eorum defectu in patria

patria ſua queritur. Obiit an. 1680. & in ejus obitum *WILHELMUS WORMIUS* atque *OLIGERUS JACOBÆUS*, Hafniæ 1681. 4. orationes ediderunt.

JOHANNIS WALÆI Epiſtolas de chylo & ſanguine ſæpe laudavimus, ab an. 1641. cum omnibus editionibus *BARTHOLINIANÆ* anatomes, & cum *SPIGELIANIS operibus* Amſtelodami recuſas. *WALÆI medica omnia* in lucem primum protulit *C. RIVINUS* Chirurgus Edimburgenſis, Londin. 1660. 8. Lectiones ſunt per totum ambitum medicinæ, etiam phyſiologiæ, quas præſtitiſſet non edidiſſe. Practicus feliciſſimus fuit. *GROSS* in Diſſ. *epiſt. de febre intermittente*.

FRANCISCUS SYLVIUS de le *BOE* hoc eodem an. 1641. inclaruit epiſtola ad *BARTHOLINUM* data, & in ejus *anatome* excuſa. Præter practicam laudem, qua floruit, anatomen etiam coluit, ipſique *BARTHOLINO* multa cadavera aperuit (*BARTH. de anat. pract.* p. 11.) & inprimis ſalutarem morem Leidæ introduxit, ut demortuorum in noſodochio ægrotorum corpora inciderentur. Huc autem pertinent, præter eriſtica jam deſcripta, *Diſſertationes medicæ*, quarum P. I. nempe decem diſputationes *cum Diſſertatione apologetica adverſus DEUSINGIUM* Amſtelodami excuſæ ſunt an. 1663. 12. Leidæ 1664. 12. Inter hæc monumenta induſtriæ dolemus vices viri, qui, cum chemiæ nimis indulgeret, inde cauſas actionum deduxit, & ad eas explicationes naturam ipſam flexit torſitque.

De cerebro & reſpiratione utiliter ſcripſit. Circulationem Leidæ adſeruit. Deinde in *Praxeos medicæ idea nova* plurima loca habentur, ubi, occaſione functionum læſarum, eædem integræ deſcribuntur.

Inter opuſcula varia, quæ in editione operum omnium, Trajecti 1695. 4. Genev. 1680. fol. edita ſunt, dictata habentur, ſed brevia, ad *inſtitutiones anatomicas C. BARTHOLINI*.

SIMONIS PAULI ſunt *Oratio de origine anatomiæ*, Hafn. 1643. 4. & *programma quo theatrum anatomicum auſpicatus eſt*, ibid. 1644. 4. & *carmen* ea occaſione ſcriptum. De modo dealbandi oſſa conſilia alibi citavi.

CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI diſſertationes hoc anno inceperunt prodire, pleræque equidem ſuis locis citatæ. Prima *de capite*, VVittemb. prodiit 1643. 8. alia *de corde* 1642. tum *de hepate*, omnes, ut ſemper ſolent hujus viri ſcripta, ſuis obſervationibus ornatæ. Sibi etiam vaſa lymphatica adſcripſit. Deinde in fuſiſſimo alio opere de catarrhis ad os cribriforme, vias ad nares, pharyngem, laryngem in Lib. I. glanduloſam narium tunicam Libro III. deſcripſit, & præter auctoritates ſuas etiam obſervatione attulit.

FORTUNII LICETI infinita opera non moror. Libri III. *de vita*, Genuæ 1607. 4. prodierunt, ſed perrexit ſcribere ad hæc tempora, abſque obſervatione propria.

ANTONII SANTORELLI de ſanitatis natura Libri XXIV. Neapoli 1643. fol. Phyſiologia eſt.

HERMANNUS CONRINGIUS corpora quidem rariſſime ſecuit, multa tamen ſcripſit phyſiologici argumenti, & maxime quidem diſputationes. Huc etiam revocari poteſt ejus Liber *de habitu corporum Germanorum antiqui & novi ejuſque cauſis*, Helmſtadii 1652. 4. Ibi quæritur, cur adeo uniformis fuerit indoles veterum Germanorum: cur procera ſtatura: cur alba cutis: oculi cærulei: capilli flavi: cur hæc omnia in nuperis Germanis mutata ſint. De commentario Burggraviano ſuo loco dicetur. Denique huc pertinet ejus *introductio in artem medicam*, qua ut aliarum medicinæ partium, ſic Anatomes hiſtoria & de ſcriptis judicia continentur.

T. BROWNE Pſeudodoxiam epidemicam, Lond. 1646. fol. & auctius 1673. editam poſſis huc referre. Inter errores enim, quos refutavit, etiam phyſiologicos varios tetigit.

CORNELII ab *HOOGHELANDE cogitationes de Dei exiſtentia & hiſtoria œconomica corporis animalis*, Amſtelod. 1646. 8. *CARTESIANUS*, & ignis in corde magnus Auctor.

FLORII BERNARDI de ultimo corporis alimento, Venet. 1646. 4.*

J. B. HODIERNÆ partium viperæ anatome, Panorm. 1646. 4.

AUGUSTINI BUCCI de principatu partium corporis humani cum epicriſi C. HOFMANNI, Lutet. 1647. 4.

JOHANNIS SPERLING anthropophyſica ſpecimen, VVittemb. 1647. 4. Non ſecuit ipſe, ſed *LAURENTIUM* fere & *SPIGELIUM* legit. Circa quæſtiones verſatur, quas ſcholaſtico more proponit, & ſæpe parum ſolide reſolvit.

PHIL. JAC. SACHS Anthropologia, Lipſ. 1648. 4. *B. RIV. EJUSDEM oceanum* diximus. *Gammaro-*

marologia, Lipſ. 1665. 8. edita varia ad colores, idioſyncraſias, aliaſque quæſtiones undique collecta habet.

THOMAS CORNELIUS CONSENTINUS a patria dictus, vir ingenioſus, Latine etiam doctus, veritatem novorum inventorum inter primos Italos perſpexit, quo tempore rariſſimi trans alpes erant, qui vel circulationem ſanguinis admitterent. *PHIL. TRANS.* n. 265. *EJUS progymnaſmata quædam phyſica* VII. Venet. 1663. 4. Francofurti 12. prodierunt, recuſa cum operibus poſthumis. Neap. 1688. 8. in qua editione progymnaſma de ſenſibus & poemata quædam adjecta ſunt. Suas obſervationes paſſim interponit, & de pulſu ab inferto tubulo intercepto experimentum *GALENI* refutat: glandulas ventriculi deſcribit, paulum pronior in ſcepticiſmum & de familia *LEONARDI DA CAPUA*. *EJUS phyſiologia rationis ponderibus ac momentis illuſtrata*, Jenæ 1683. 12. * procul dubio non differt a Progymnaſmatibus.

LAUR. EICHSTAD Collegium anatomicum, ſive quæſtiones de natura corporis humani Gedani 1649. 8. *

JOHANNES van *HORNE* nunc cepit ſcribere. *EJUS Exercitationes anatomicas I. & II ad obſervationes FALLOPII anatomicas & earumdem examen per VESALIUM addita ubique epicriſi*, Leidæ 1649. 4. non vidi. Diſſertationes de ductibus ſalivalibus & chylifero recenſui. Deinde an. 1660. Leidæ 12. edidit *Microcoſmum* ſive compendium anatomicum, cui concinna brevitas & inventa Stenoniana inſunt. Recuſum eſt Leidæ an. 1662. 12. 1665. 12. Lipſiæ 1675. 12. Germanice Halberſtatt. 1679. 12. &c. In controverſia Bilſiana ſcripſit Libellum cum titulo *Waarſchouwing*, uti dictum eſt. Denique cum præ ſuo amore anatomes qui ipſi inerat maximus, *SWAMMERDAMIUM* ſocium operarum ſibi adlegiſſet, cepit in partes genitales inquirere, ediditque *prodromum*, jam recenſum. Candidus vir, in parandis præparatis ſceletiſque, & iconibus indefeſſus, figuras pulcherrimas poſthumas reliquit, quæ inter *BOERHAAVII* Libros ſunt 4. Vol. f. & 2. Vol. 4. etiam *commentarium in VESALIUM* (*N. STENONIS* Diſſ. inaug. n. 14.), ſed is perinde periit. *BOTALLI* opera recudi fecit.

JOH. van *HORNE* compendium anatomicum recuſum etiam exſtat Leidæ 1675. 12.

CHR. WEBER de homine (an non Diſputatio), VVittemb. 1650. 4.* *B. RIV.*

ALEXANDRI READ manual of diſſection, Lond. 1650. 12. Compendium anatomicum nonditiſſimum.

NATHANAELIS HIGHMOR corporis humani diſquiſitio anatomica, in qua ſanguinis circulationem in qualibet particula typis novis perſecutus eſt, Hagæ 1651. fol. In dedicatione ad *HARVEJUM* legitur, opus octo integris annis latuiſſe. Ex animalium diſſectionibus fibras lienis, ductum teſtium excretorium, ex morboſo caſu maxillarem ſinum deſcripſit. Ratiocinii cæterum multum, deſcriptiones breves, icones malæ, quod notavit olim *RIOLANUS anacephalaeos*. p. 152. & ad *VESALIANAS* clanculum fictæ.

Arcana microcoſmi or the hid ſecrets of man's body diſcoverd in an anatomical duel betwee ARISTOTELE and GALEN, with a refutation of Browvn's vulgar errors : Lord *BACON natural hiſtory: and HARVEY'S book of generation by* A. R. Lond. 1652. 8. *

JOHANNES ANTONIDÆ van der *LINDEN medicina phyſiologica*, Amſtel. 1653. 4. Eſt omnino anatome, quæ ex ordine ventres, deinde artus, oſſa, nervos, vaſa, proponat. Plurimum eruditionis Græcæ in nominibus & vetuſtis controverſiis reperies. Inter anatomica aliqua tamen utiles obſervationes. Hypotheſes aliquas habet non bonas, v. gr. cor eſſe ſenſus & motus principium. In ejuſdem *Meletematibus medicinæ Hippocraticæ*. Leidæ 1660. 4. edita I. aduſque p. 136. tradit phyſiologiam, ex placitis fere veterum.

DOMINICI de *MARCHETTIS PETRI F. anatomia*, Patav. 1652. 4. (*MERCL.*) & 1654. 4. Eximium compendium, quod minus notum eſt, non ſine damno; obſervationes enim nova propriaſque copioſiſſimas habet. *VESLINGIUM* ſæpe contra *RIOLANUM* defendit.

Inter *D. PANAROLI Jatrologiſmos* exſtat anatome chamæleontis, & alia huc pertinentia.

JOH. GERHARDI anatomia corporis humani ſuccincta conprehenſio & recollectio in Diſp. V collecta, Tubing. 1652. 8. * *PL.*

GEORG GELMAN dreyfache chirurgiſche Blume, Francof. 1652. 4. anatomen etiam habet.

ISAACI CATTIER obſervationes medicæ rariores, Caſtris 1653. 12. recuſæ cum *BORELLI obſervationibus*, Lipſ. 1670. 8. huc poſſunt referri, ob tranſpoſitarum in latrone *FRANCOEUR* partium hiſtoriam, ductum thoracicum, & valvulam *EUSTACHII*.

PETRI

PETRI BORELLI *hiſtoriarum & obſervationum medico-phyſicarum centuria* IV. Caſtris 1653. 12. & Lipſ. a. c. arcana, monſtroſa & vana plurima ſubleſtæ fidei habet.

JOH. BARILII *Phyſiologia humana & pathologia per tabulas ſynopticas ex HIPP. & GALEN. &c.* Pariſ. 1653. MERCL. *

JOH. SCHMIDT *ſpiegel der Anatomie.* Francof. 1654. 12. (B. LEHM.) *

NELLANI GLACANI *curſus medicus*, cujus I. Tomus phyſiologiam continet, Bonon. 1655. 4.

GUERNERI ROLFINK *diſſertationes anatomicæ ſynthetica methodo exaratæ*, Norimb. 1656. 4. Vir eruditiſſimus Italiam & fere totam Europam viderat, & Auctor fuit horti, theatri anatomici & Chemiæ Jenenſis. Inſtrumentorum etiam Chirurgicorum magnum apparatum collegit (SCHENK Diſp. *de luxatione*). Libros rariſſimos coacervaverat, quorum multi penes me ſunt. Chirurgiam, & artem obſtetriciam cum magno plauſu exercuit. Diſſecuerat in Italia & an. 1635. in palatio CONTARENO neurologiam, & medullam ſpinalem demonſtraverat. Sed deficiente in Germania opportunitate numeroſorum cadaverum, lectione multo magis valuit, quam autopſia anatomica, & Libros ſuos ſtipavit locis græcis ex ARISTOTELE & GALENO deſumtis. Hoc cæterum Libro oſſa, muſculos, vaſa, nervoſque deſcripſit, & in Diſſ. I. programmata ſingulatim olim edita conjunxit, quæ ad laudem anatomes & hiſtoriam pertinent. Reliquos Libros citavi.

Ad GUERNERUM ROLFINK addimus, quod primus in Europa Chemiæ profeſſor fuerit.

ALBERTI KYPER *Inſtitutiones medicæ ad hypotheſin de circulari ſanguinis motu compoſitæ*, Amſtelod. 1654. 4. & alio titulo *Anthropologia corporis humani contentorum & animæ naturam ſecundum circularem ſanguinis motum explicans*, Leidæ 1660. 4. recuſa Amſteled. 1665. 4. eodem numero paginarum conſervato, in quarum editionum utraque eſt *reſponſio ad Pſeudapologiam* PLEMPII integra phyſiologia eſt, quæ ex SYLVIO & FALCOBURGIO aliqua, propria vero vix ulla habet. IDEM jam an. 1642. Leidæ in 12. ediderat *Medicinam recte diſcendi & exercendi methodum*, Leidæ 1642. 12. Prima editio *Reſponſionis ad Pſeudapologiam* V. F. P. edita fuit 1647. 12. Occaſio autem litis futilis fuit, cum PLEMPIUS in definitione Medicinæ KYPERIANAM carperet, quod corpus humanum pro objecto admiſiſſet, excluſis animalibus.

BARTHOLOMÆI BAUSNER *De conſenſu partium corporis humani* Libri III. Amſtelod. 1656. 8. Theologus, qui de medicina ſcripſit. Partes ſingulas corporis humani percurrit, earumque uſum, cumque aliis nexum.

ADRIANUS FALCOBURGIUS Leidenſis anatomes Profeſſor, ſæpe citatus, nihil ſcripſit. Valvulam coli negaſſe conſtat.

JOHANNIS RHODII *obſervationes anatomico-medicæ*, Patav. 1657. 8. aliæque cum BARTHOLINI *hiſtoriis* cum titulo *Mantiſſæ* recuſæ. Aliqua habet a D. de MARCHETTIS, MOLINETTO & aliis Profeſſoribus Patavinis, apud quos vir eruditiſſimus conſenuit.

GODOFREDI MOEBII *fundamenta medicinæ*, Jen. 1657. 4. Francof. 1678. 4. EJUSDEM *Epitome inſtitutionum medicinæ*, Jen. 1663. 4. In iſto opere totum ambitum medicinæ habet, brevemque adeo etiam phyſiologiam, non magni momenti. Priori vero, quod proprie phyſiologiam continet, aliqua tamen utilia ſparſim continentur & erudita ex aliis collectio.

THOMÆ WINSTON *anatomy lectures of Gresham college*; Lond. 1659. 8. Hoc tempore; vel paulo prius, ab Anglis ex Italia reducibus anatome in Angliam introducta fuit, exſtructum CUTLERI ope theatrum, HARVEII, GLISSONII, WHARTONI opera edita. WINSTONUS FABRICII & ALPINI diſcipulus fuerat, non certe indoctus, ſed in diſſecando minus exercitus. Circulationis ſanguinis nondum meminit: practicas vero obſervationes interſpergit.

JOHANNIS VIGIER *opera anatomico chirurgica*, Hagæ 1659. 4. continent encheiridion anatomicum, & hiſtoriam fetus. Non maximi momenti utrumque.

J. CHRISTOPH. GEILFUSS *inſtitutiones medicæ*, Aug. Vind. 1658. 12. PL. *

GUALTHER CHARLETON *Exercitationes phyſico-anatomicæ de œconomia animali novis anatomiæ inventis ſuperſtructæ*, Lond. 1658. 12. Amſtel. 1659. 12. & Anglice cum titulo *Natural hiſtory of nutrition, life and voluntary motion*, Lond. 1659. 4. Sunt *Exercitationes XI.* inter quas ultima eſt de motu muſculorum. Theoreticus cæterum & alienis obſervationibus uſus Auctor.

Ejus *de differentiis & nominibus animalium exercitationibus*, Lond. 1677. fol. editis adjecta eſt *mantiſſa anatomica*, in qua *GEORGIUS ENT* diſſectionem ranæ piſcatricis, galei piſcis, & ranæ vulgaris dedit. Librum *de catameniis*, *de cerebro* citavi.

Denique in *enquiries into human nature in VI. prælections*, Lond. 1680. 4. de nutritione iterum tres, de vita unam, & de febre & de muſculari denique motu ſingulas exercitationes edidit, diverſas á prioribus.

GUALTHER CHARLETON *Exercitationes* hic dictæ recuſæ etiam extant Leidæ 1678. 12.

J. CONR. WECHTLERI homo oriens & occidens, Franc. 1659. fol. Integrum ſyſtema phyſiologiæ & pathologiæ ad ſcholarum ſaporem, grandi volumine complexus eſt.

ANTONIUS DEUSING, Profeſſor Groningenſis, vir Arabice doctus, ab anatome alienior, numeroſiſſimos Libellos phyſiologicos edidit, quorum magna pars recenſa eſt. Addimus alios: *Idea fabricæ humanæ*, ſive *inſtitutiones anatomicæ* prodierunt 1659. 12. *Oeconomia corporis animalis* P. I. *de nutritione*, Groning. 1660. 12. P. II. *de nutrimenti in corpore elaboratione* ibid. 1661. 12. P. III. *de nutrimenti elaboratione ultima* 1660. 12. P. IV. *de motu animalium Exerc. anat.* 1661. 12. P. V. *de ſenſuum functionibus Exercit. tres* 1661. 12. *Oeconomus corporis animalis & ſpeciatim de ortu animæ humanæ* 1661. 12. *Oeconomus corporis humani reſtitutus* 1662. 12. *& apologeticæ defenſionis pro œconomo animali prodromus* 1662. 12. Reliqua jam citavi, & jam horum aliqua, quæ hic enumero.

PAULI BARBETTE anatomia practica, Amſtel. 1659. 8. In opere non magni momenti opinio ſingularis exſtat, os nempe petroſum mobile eſſe. Recuſa eſt in *operibus chirurgico-anatomicis*, Leidæ 1672. deinde in *operibus medicis omnibus* a *MANGETO* recuſis, Genevæ 1683. 4. 1704. 4. minus enim anatomicus quam practicus fuit.

HENRICI EYSSON, Profeſſoris Groningenſis, Diſp. *de obſervationibus rarioribus in cadavere*, &c. Groningæ 1660. 4. Diſſ. *de fetu lapidefacto & per 20. annos retento*, Groningæ 1661. 12. *EJUSDEM collegium anatomicum*, ſive *partium omnium corporis humani hiſtoria* 1662. 12. * Ubique utilis omnino & diligens Auctor.

ROBERTI BAYFIELD Exercitationes anatomicæ in varias regiones corporis humani, Lond. 1660. 12. * 1668. 12. (Sed in Belgio excuſæ). Non magni momenti.

JACOB van der *GRACHT anatomie van de uytterlyke deelen, vermeerderd met een verhaal van't hart*, Roterodami 1660. fol. * *B. PL.* Adjectus *HARVEII* Liber *de circulatione ſanguinis*.

THOMÆ WILLIS Liber *de fermentatione*, *febribus & urinis*, Lond. 1659. 8. 1662. 8. 1677. 8. Amſtel. 1664. 1665. 8. 1683. 12. In Libro *de fermentatione* unico capite de fermentis agit, eaque in totum fere corpus humanum introducit. In altero Libro *de febribus*, de ſanguinis analyſi, de nutritione, de efferveſcentia ſani & morboſi ſanguinis ſermo eſt. Contra hos Libellos ſcripſit *EDMUNDUS DE MEARA* Hibernus *Examen diatribæ T. WILLISII de febribus*, Lond. 1665. 8. in quo negat febrem ab efferveſcentia fieri, circulationem etiam ſanguinis & ſanguificationem a ſanguine ipſo rejicit, vetuſtatis paraſitus. Intercurrunt non inutiles obſervationes. Repoſuit *LOWERUS* pro amico Librum titulo *vindicationis diatribes T. WILLISII de febribus*, Lond. 1665. 8. quam phyſiologiam eſſe, ex judiciis invenio, nam ipſe non legi.

Opera *WILLISII* omnia, Genevæ 1680. 4. deinde, Amſtel. 1682. 4. cura *G. BLASII*, & Venetiis 1720. 4. recuſa ſunt. Erat utique in hoc viro hypotheſeos amor (quem ipſe conterraneus viri carpit *RICHARDUS MEAD de imper. ſol. & lun. in præf.*) Eum tamen amorem non ex noſtro ſeculo, quo valde exoſus eſt, ſed ex *WILLISII* temporibus metiri oportet, quo cuivis auctori ſyſtemata condere non licebat ſolum, ſed erat honori. Reliquos Libros omnes diximus.

MICHAEL SENNERT Diſſ. *anatomicæ miſcellaneæ*, VVittemb. 1660. 4.

MAUR. HOFMANNI ſynopſis inſtitutionum anatomicarum partium plerarumque vitam declarans, Altdorf. 1661. 8. 1681. 8. *MERCL.* * Patav. 1664. 8.

M. HOFMANNUS hic dictus theatrum Altdorfinum condidit & in eo primum anno 1655. ſecuit.

GABRIEL CLAUDER Epiſt. *de obſervatione practico-anatomica mirabili*, Patav. 1661. 4. *

DANIEL VOET phyſiologia, Amſtelod. 1661. 4. *

VALENTINI HENRICI VOGLERI Inſtitutionum phyſiologicarum Liber Helmſt. 1661. 4. *

CAS-

CASPAR a REYES elyſius jucundarum quæſtionum campus, Bruxell. 1661. fol. Franc. 1670. 4. Magna varietas eſt curioſarum quæſtionum, inprimis ex muliebrium hiſtoria, in *centum* titulos ſtipata.

JOH. THEODORI SCHENK Exercitationum anatomicarum Libri VI., Jenæ 1662. 4. Diſſertationes ſunt novem, quibus abdominis partes deſcribit, cum græcis fragmentis bene multis, & pauciſſimis obſervationibus. *EJUSDEM ſchola partium corporis humani*, Jenæ 1664. 4. Compendium anatomicum eſt, ex Libris collectum. Ipſum motum periſtalticum ex *HARVEJO* unice citat. Hymenem negat. De lacteis thoracicis & nervis, aliqua propria profert. Ex XI. diſputationibus coaluit. *EJUSDEM ſynopſis inſtitutionum medicinæ phyſiologicæ & pathologicæ*, Jenæ 1668. 4. * *EJUSD. de anatomes natura & ejus utilitate*, Jenæ 1657. 4. Diſp.

J. TH. SCHENK etiam eſt *commendatio anatomes*, Jen. 1656. 4. & *anatomes localis defenſio*, ibid. 1657. 4.

Oeconomia HIPPOCRATICA R. RESTAURAND, ne quis fallatur, eſt unice conſpectus editionis librorum phyſiologicorum *HIPPOCRATIS*, quos *RAYMUNDUS* cum ſuis commentariis edere conſtituerat. Prodiit Pariſ. 1662. 12.

RENATI DESCARTES Liber *de homine* ex editione *FLORENTII SCHUYL*, Leidæ 1662. 4. Pariſiis 1664. 4. gallice, & melius ad codices M. *S. CARTESII* (in præf.) cum addito Tractatu *de formatione fetus LUDOVICI* de la *FORGE*, Amſtelodami prodiit 1677. 4. & gallice Pariſ. 1677. 4. In priori opuſculo a *SCHUYLIO* Latine reddito, cum figuris ſatis nitidis, habetur poſthuma fabula, qua modus explicatur, quo poſſit machina ex neceſſitate mechanica omnibus actionibus vitæ humanæ defungi. Hic illa celebris pinealis glandula, *CARTESII* beneficio, cum omnibus in corpore humano nervis connexa, hic ignis cordis, & ſanguis ebulliendo in diaſtole exundans. Hic valvuloſi ductus inter muſculos communicantes. Altera editio *CLERSELERIO* debetur, icones *LUDOVICI* de la *FORGE* & *GUTSCHOVII* ſunt plures, & magis ad mentem *CARTESII*, ut fuſe oſtendunt, magis etiam intricatæ, quam *SCHUYLIANÆ*. Commentarius *LUDOVICI* unice ex ſectæ ſententia eſt. In altero opuſculo inſanit certe *CARTESIUS*, qui ex liquore viſcido, per ſolas leges mechanicas, generari vult corpus humano ſimile, modumque, quo ſibi cuticulas induat, vaſa formet & viſcera, fuſe explicat.

MARTINI KERGER de fermentatione Liber *phyſico-medicus*, VVittemberg. 1663. 4. Liber equidem phyſicus eſt & chemicus, digeſtionem tamen ventriculi & fere omnes in corpore humano functiones per fermenta explicat.

NICOLAI STENONIS f. pleraque inventa in hæc tempora cadunt. Librum *de glandulis oris*, *myologiæ ſpecimen*, *Libellos de cerebro*, *de ſolido intra ſolidum* citavimus. In *ſpecimine obſervationum anatomicarum de muſculis & glandulis*, Hafniæ 1664. 12. Amſtel. 1664. 12. edito, miſcellanei argumenti varia, & pulcherrima quæque continentur. Hic vaſa omphalo-meſenterica, deſcriptio muſculorum cordis, dorſique, vaſa lacrumalia, vaſa mucoſa cutis & narium, & multa alia egregie traduntur, cum Rajæ anatome. In *myologiæ ſpecimine* canis piſcis diſſectio eximia exſtat. In *Epiſtolis* etiam ad *BARTHOLINUM*, & in *Actis Hafnienſibus* multa perpulchra habet. Vir induſtrius, candidus, innocuus, & magnus inventor. In Italia ad religionem Romanam illectus, Epiſcopus Titianopolitanus & Vicarius Pontificius obiit Hanoveræ, ni fallor.

GERARDUS BLASIUS LEONHARDI F. quem per errorem ſæpe *GERARDUM LEONARDUM* vocant, præter editionem *VESLINGIANI* ſyntagmatis & defenſionem *PLEMPII* edidit, Amſtelod. 1661. 12. *Medicinam generalem*, nempe totius medicinæ compendium, cum phyſiologia. In *præfatione* ſibi ductum ſalivalem paroticum vindicat. An. 1665. Amſtelod. 4. *Medicinam univerſalem* dedit, grandius nempe compendium. Anno ſequente *medullæ ſpinalis anatomen*, eodem 1666. *anatomen contractam*, Amſtel. 12. breve omnino compendium. Anno 1673. *miſcellanea anatomica hominis & brutorum variorum fabricam exhibentia* excudi fecit, quibus canis, teſtudinis, columbæ, aliorumque animalium propriæ diſſectiones, ex humano etiam corpore minime malæ obſervationes habentur. Anno 1674. Leidæ in 8. edidit *obſervationes anatomico-practicas*. Anno 1676. 8. ibid. *Zootomiæ*, ſive *anatomes variorum animalium* Partem I., quæ auctior in ſplendidius opus abiit *anatomen*, nempe *animalium ex veterum, recentiorum, propriiſque obſervationibus*, Amſtel. 1681. 4. Magna pars

operis compilata eſt, ex *HARVEJO*, *SEVERINO*, *STENONIO*, *E. N. C. DRELINCOURTIO* (quæ optima), *MALPIGHIO*, ex ſex prioribus diſſectionibus Gallorum. Sua tamen adjecit non plurima, quæ etiam in *miſcellaneis* exſtant. Anno 1677. 8. & 1711. 8. prodierunt *Obſervationes medicæ rariores; acc. monſtri triplicis hiſtoria*. Rariora anatomica paſſim intercurrunt, cum parvis & malis figuris, ex vaſorum genere, ductubus, morbis, defectibus, exceſſibus. Adjecta monſtri deſcriptio ex *HEILANDO*. Diligens homo & ex brutis quidem magis exercitus, neque tamen in homine rudis. Nunquam Profeſſor Leidenſis fuit, ut in *GIORNALE de' LETTERATI* legitur T. VIII. p. 427.

GE. TOB. SCHWENDENDÖRFER Diſſ. qua *anatomen medicorum jure divino & humano licitam eſſe* oſtenditur, Lipſ. 1663. 4. Eruditi Juriſconſulti opus.

THEOPHILE GELE'E anatomie Françoiſe, Rouen 1664. 8. ſed vetuſtiores editiones dantur. Compendium eſt *RIOLANI*. Editionem novam an. 1683. 8. habet *B. PLATN.* cum appendicibus *SAUVAGEON de vaſis lacteis* & *GABR. BERTRAND de veritatibus anatomicis & chirurgicis*.

FRANCISCI REDI oſſervazioni intorno alle vipere, Firenz. 1664. 4. Pulcherrimus Libellus; partes etiam genitales animalis aliaque anatomica habet. Contra *CHARASSIUM* ſe tuetur in *lettere ſopra alcune oppoſizioni*. *IDEM* in Libro *degli animali viventi negli animali viventi* copioſiſſimas habet diſſectiones anatomicas, animalium, piſcium, de veſica aere, alimento, &c.

Pro *FR. REDO*, cujus hic libros recenſuimus, dixit etiam *PLATTIUS Giorn. de' letter.* T. IX. p. 80. ſeqq.

PEREONI anatomical lectures, Lond. 1664. 12. *

GUILIELMI RIPA tabulæ anatomicæ. Earum rariſſima collectio, nullo Auctore excitato, habetur in *B. GOTTINGENSI*, cum præfixa icone Auctoris, qui patria Aſtenſis, medicinæ Doctor & Chirurgus fuit, & an. 1676. obiit febre peſtilente, quod ſub arbore ſomniculoſus in agro Romano conſediſſet. *LANCIS. de nox. palud. efflu.* L. I. P. I. c. 20. Inter eas icones primæ 32., & ultra, procul dubio ad *RIPAM* ſpectant. Hæ varia jocularia continent, inter ea vero etiam anatomica, ad fetus monſtroſos, trigeminos, vaſa renum, omnino novas icones, multa præterea ad chirurgiam, ad morbos ſpectantia. Deinde ſequuntur tabulæ 27. una compactæ quæ nuper Romæ an. 1741. fol. cum commentario *CAJETANI PETRIOLI* prodierunt, & quibus inſcriptum nomen eſt *BERRETTINI*, celebris pictoris Crotoniatæ. Harum aliquæ a *VESALIO* & *CASSERIO* ſumtæ ſunt, oſſium, aliarumque partium, multæ vero propriæ, nervorum inprimis, ut alibi excitavi, unde luculenta conjectura eſt antiquiores eſſe, & ipſas *VESLINGII* figuras. *PETRI BERRETTINI* ætas utramque conjecturam fert, qui 60. annos natus, anno 1669. obierit & potuerit paulo ante mortem *RIPÆ*, trigeſimo vero anno ætatis ſuæ *VESLINGIO* inſerviſſe, qui anno 1649. obiit.

ROBERTUM HOOK ob *micrographiam*, ob *lectures phyſical, medical, geographical*, Londini 1679. 4. ob *poſthuma* de lumine & ſenſorio, huc poſſis referre; ſed in phyſicis jam recenſui.

PHILOSOPHICAS etiam *TRANSACTIONES* huc refer, & inprimis *ANTONII* de *MARCHETTIS PETRI F.* obſervationes in curſu anatomico propoſitas a *RAJO* notatas, n. 307. *CHESELDENII* varia, n. 337. & *RANBY*, n. 401. deinde anatomicas diſſectiones opoſſi utriuſque ſexus, elephanti, linguæ pici, &c.

MARCELLUS MALPIGHIUS Profeſſor Bononienſis ab anno 1666. Meſſanenſis anno 1665. & denique Archiater Pontificius anno 1991. his temporibus cœpit innoteſcere. Huic viro gloriæ omnino maximæ fuit, quod eo tempore ſubtilem anatomen partium corporis humani adgreſſus fit, quo nemo de ea cogitabat. Utebatur autem maceratione, divulſione, injectione atramenti aut colorati liquoris, lente vitrea, & inprimis comparativa anatome. Dictione uſus eſt impura, & difficili. Acidam theoriam, nimis extenſam glanduloſam fabricam & pauca alia vitia temporibus imputare oportet, & grata mente recipere eximia alia viri merita. Cæterum pleroſque Libros citavimus, *tetradem epiſtolarum* inter *M. MALP.* & *FRACASSATUM de lingua & cerebro*, Bonon. 1665. 12. deinde epiſtolam ad *RUFUM*, ad *SPONIUM*, Librum *de formatione pulli*, Tractatum pulcherrimum *de Bombyce*: Diſſertationes *de fabrica viſcerum & polypo*, Bonon. 1666. 4. Francof. 1678. 12. Jenæ 1677. 12. &c. Gallice Pariſiis 1687. 12. recuſas. In *Idea anatomes plan-*

plantarum aliqua ad dentium fabricam habet. Supereſt ut *poſthuma* excitemus, quibus I. *vita* Auctoris continetur cum brevi cenſura inventorum, quæ partim ab objectionibus defenduntur, partim novis experimentis ornantur & augentur. Multa ibi pulchra de dentibus, pilis, oſſibus, ſanguinis circuitu in vena, plantarum generatione. Altera pars eriſtica eſt. In ea duæ diſſertationes ſunt. Prima ſub nomine *PLACIDI PAPADOPULI* ſcripta reſpondet *M. LIPARO* Galeniſtarum defenſori: In altera *MALPIGHIUS* contra *HIERONIMUM SBARALEAM* ſe tuetur, quem collegam & inimicum expertus erat, ut ſæpe fit. Hos autem viros & *MINUUM MONTALBANUM*, *TRIUMPHETTIUM*, *BONANNUM* alioſque æmulos & adverſarios habuit, & multas in juventute ſua repulſas paſſus eſt. Cartas etiam omnes incendium delevit. *Epiſt. ad RED.* T. V. p. 122. Obiit an. 1694. Cæterum editiones *poſthumorum MALPIGHII* ſunt, Londinenſis 1697. fol. valde vitioſa, Veneta 1698. & 1743. fol. quæ eadem eſt, aucta præfatione & animadverſionibus *GAVINELLI* non maximi momenti. Opera reliqua prodierunt Londini 1686. fol. pariter valde inordinata, etſi nitida. In Belgio Opera omnia recuſa ſunt in 4. Leidæ 1687. & poſthuma an. 1698. paulum correcta, additis. *FRACASSATI* epiſtolis.

Scripſit autem contra *MALPIGHIUM J. HIERONYMUS SBARAGLI De recentiorum medicorum ſtudio Diſſ. epiſtolarem ARISTIDIS* Gottingæ (nempe Bononiæ, cui ſimilis utcunque eſt ſignificatio) 1689. (*poſthum.* p. 187.), Parmæ 1690. * Deinde *LIBANII ſecunda epiſtolaris Diſſertatio de recentiorum medicorum ſtudio*, Bononiæ 1693. prodiit, & *appendix ad ad phyſico-anatomicas diſſertationes epiſtolicas* in collectione 1701. Porro *ſcepſin de ortu viviparorum*, ſive *dubia contra viviparorum generationem* edidit *SBARAGLI*, Viennæ 1696. 8. Bononiæ 1701. 8. deinde *de vivipara generatione alteram ſcepſin*, Bononiæ 1693. 8. quæ omnia cum titulo *Exercitationum phyſico-anatomicarum* Auctore *J. HIER. SBARAGLI*, Bononiæ 1701. 8. recuſa ſunt. In prima *Diſſertatione epiſtolica SBARALEA*, tamquam *STAHLII* præcurſor, negat curioſam illam anatomen ad praxin utilem eſſe. Verboſa certe & parum utilis ea demonſtratio eſt. Altera *LIBANII* epiſtola etiam amarior videtur. De ſcepſibus alibi diximus.

Denique juſtum volumen, cui titulus *oculorum & mentis vigiliæ*, Bonon. 1704. 4. ſcripſit *HIERONYMUS* ſcepticus, plenus ratiunculis & cavillis, neque, ut credo, niſi laudis collegæ refutator. Diſſertatio una *critologica* eſt, inprimis contra *MALPIGHIANAS* glandulas ſcripta. Altera *apologetica*, inanis, qua Microſcopium cavillatus imponere, cava convexa repræſentare, &c. Paucas & rudiuſculas proprias obſervationes adducit.

Contra *MALPIGHIUM* etiam eſt Liber *de moralibus critices regulis monita, ad quorum normam exiguntur, tum controverſia inter MALPIGHIUM & SBARALEAM, tum Epiſtolæ quædam ab adſeclis ipſius nuper evulgatæ*, Colon. 1706. 4. (contra *FLORIANUM* nempe) ubi nihil nimium in *SBARAGLI* refutationibus fuiſſe, acerbe vero *MALPIGHIUM* & amicos adverſarium ſuum provocaſſe defenditur. Inde *D. STEPHANI DANIELLI epiſtola reſponſiva* ad *DOMINICUM GOTTI*, Bonon. 1710. 4. Secuta eſt, qua vita *SBARAGLI*, teſtimonia doctorum virorum, & apologia contra *HORATIUM* de *FLORIANIS* continetur. Denique *riſpoſta a TEOFILO ALETINO*, Bologna 1711. 4. *SBARAGLI* opus eſt.

Contra pro *MALPIGHIO* & contra oculorum & mentis vigilias repoſuit integrum Librum *HORATIUS* de *FLORIANIS* (nempe Auctor ignotus *GIORN.* de' *LETTER.* IV. p. 272.), cui titulus eſt *epiſtola, qua plus quam* 150. *errores in Libro inſcripto oculorum & mentis vigiliæ oſtenduntur*, &c. Romæ 1705. 4. Loco præfationis eſt epiſtola *LUCÆ TERRANOVÆ*, qui ait ſe ſurripuiſſe *HORATII* epiſtolas, eaſque ſupplet. Deinde ſequuntur epiſtolæ ipſæ *HORATII*, quæ acerbum & immitem *SBARAGLI* animum demonſtrant. Habentur etiam aliquæ ibi obſervationes ad nervos, papillas linguæ, fibras rectas cordis, de mamma oſſea, &c.

Pro *MALPIGHIO* etiam in *GAL.* di *MINERVA* T. VI. p. 283. contra idem *SBARAGLI* opus *dialogus* exſtat, quem *VALISNERIO* aliqui tribuunt, deinde *epiſtolæ* aliquæ. Contra *diſſertationem SBARAGLI*, *JOHANNES BOHNIUS* dixit in *prælectione therapeutica*, Lipſiæ 1691. recuſa cura ipſius *SBARALEÆ* in collectione, quam dixi. Contra diſputationem de moralibus criticæ regulis, *diſputatio critico moralis* repoſita eſt 1707. 4. inedita, ſed laudes merita auctorum *diarii*, quo modo dixi. Deinde ſecuta eſt alia *THEOPHILI ALETHINI epiſtola qua ex doctrina Libri de mor. crit. reg. demonſtrat, SBARALEAM fuiſſe*

adgreſ-

adgreſſorem fol. 1709. quæ epiſtola videtur *GUILIELMINI* fuiſſe, in cujus etiam operibu recuſa eſt.

J. JACOBI WEPFER dubia anatomica, Norimb. 5664.8.* & apud *J. HENRICUM PAULI* in *Anatomes Bilſiane anatome*, Argentorati 1665. Egregia varia continet. Non omnem chylum per ductum thoracicum tranſire ſagaciter ſuſpicatur. De tuſſi a gula in arteriam aſperam patente egregia obſervatio. Hepatis ſubſtantiam glanduloſam primus proponit. Id in reſponſo non vult admittere *HENRICUS*. De *apoplexia hiſtoria* dixi Liber *de cicuta aquatica*, Baſil. 1679. & 1716. 4. Leidæ 1733. 8. editus ex præcipuis anatomicis operibus eſt, ad negotium inprimis reſpirationis, digeſtionis ciborum, & cordis motum. Varia ad comparatam anatomen caſtoris, ciconiæ, aliæti, in E. N. C. diſperſa habet *WEPFERUS*. In Libro *de morbis capitis poſthumo* Scaphuſiæ nuper & Tiguri edito, de memoriæ & judicii vitiis multa memoratu digna occurrunt. Neque enim unice anatomicus, verum ſagax præterea cauſarum indagator fuit, & ſapienter ex phænomenis veritatem eruit.

J. JACOBI WEPFER etiam eſt diſputatio ſub *M. SEBIZIO ex GALENI* L. I. *de elementis*, Argent. 1641. 4.

J. DAN. MAJOR hiſtoria anatomes Kilonenſis prima, Kiel. 1666. fol. Magnus promiſſor fuit futurorum operum. Vir eruditus, qui vero ſe in nummos, in varios naturæ theſauros, & alia nimis diffudit. *EJUSD.* Diſp. *de anatome quovis litterato digna, medico cum primis neceſſaria*, Kiel. 1665. quam non vidi. *EJUSDEM memoriale anatomicum*, Kiel. 1669. 4. Experimenta infuſoria habet, anatomen melis. Reliqua botanica & phyſica, Programma *de anatome cygni* 1666. 4. unice præfamen eſt. *EJUSD. collegium medico-curioſum*, Kiel. 1670. 4. varia habet, mire varia, aliqua tamen ad finem noſtrum ſpectantia. *EJUSDEM Scholion anatomicum*, Kiel. 1675. 4.* *EJUSD. de nova anatome concipienda breve conſilium*, Kilon. 1677. 4.* *EJUSD. de ærumnis gigantum*, Kiel. 1689. 4. quæ ſyſtema phyſiologicum eſt.

J. D. MAIOR edidit etiam *auream catenam hominis*, Kilon. 1685. 4.

ACADEMIA PARISINA ANTIQUA optime de anatome meruit. *PERRALTUS* primo egregius delineator (*JOURN. DES SAV.* 1689. ubi ejus vita exſtat), & phyſiologicarum contemplationum Auctor: tum *JOSEPHUS DUVERNEY*, qui dexteritate anatomica famam ſibi comparavit, adjutor *PERRALTI*, inde *PHILIPPUS* de la *HIRE* & ipſe peritiſſimus artis pictoriæ, & denique *JOHANNES MERY*, regio juſſu plurima animalia exotica diſſecuerunt, ut ad fines phyſiologicos partium fabricam applicarent, ipſamque eorum animalium hiſtoriam firmiorem redderent. Primo prodiit *Obſervation ſur un Lion diſſequé dans la Bibliothèque du Roi*, Parlſ. 1667. 4. & *ſur un grand poiſſon diſſequé dans la Bibliothèque du Roi*, ibid. eodem anno. Deinde *deſcription anatomique de l'ours, du Caſtor, de la Gazelle, du Chaméléon*, Pariſ. 1669. 4. Maj. Inde *Mémoires pour ſervir a l'hiſtoire des animaux*, Pariſ. an. 1676. fol. magnificentiſſime excuſa, quæ in nupera editione operum antiquæ anatomes tertii tomi P. III. repetita & pulcherrima anatome elephantis aucta ſunt. Confer *conſilia phyſica* p. 105. Aliud volumen promittitur piſcium, a la *HIRIO* ſectorum, quod nondum prodiit, & obſervationum poſthumarum *JOSEOHI DUVERNEY*. In hac nupera editione (Pariſ. 1733., &c.) Cameli figura emendata eſt. Multa hic nova reperi, membranam nictitantem avium, glandulas inteſtinales, ante *PEYERUM*; pulmonem (& reſpirationem) avium, & teſtudinis, glandulas urethræ virili & vulvæ femininæ adſidentes, & alia. In Tomo X. *des anciens Mémoires* etiam plurima anatomica *JOSEPHI DUVERNEY, JOHANNIS MERY, PECQUETI* etiam & *GAYANI* continentur, vel propria Academiæ, vel ex diariis repetita.

HONORATUS FABRI de plantis & de generatione hominis Libri II. Pariſ. 1666. 4. Norimb. 1677. 4. Phyſiologiam tradit audax & argutus. De oculo inprimis fuſior eſt. Huic *REGNAULT origine ancienne de la phyſique nouvelle*, p. 134. circulationem ſanguinis inventam tribuit, quod de ea an. 1638, diſputaſſet; ſed *LAUREMBERGIUS* etiam an. 1636. fuſe de circulatione egit, uterque nuperior *HARVEIO*, cujus ſcriptum an. 1628. prodiit

JOH. ZEISOLD anthropologia phyſica ex fontibus Ariſtotelicis, Jen. 1666. 4. * Philoſophi de ſchola opus.

LAURENTII BELLINI de guſtus organo, de renibus, opuſcula anatomica, diximus. *De urinis*

urinis & pulſibus, Bonon. 1683. 4. * prodiit. alii ajunt Piſauri eod. anno, impreſſum eſſe, quam editionem nondum vidi. Et *de reſpiratione* omnia ſuis locis retulimus. *EJUS gratiarum actio ad Hetruriæ Principem*, Piſis 1670. 12. * aliqua anatomica continere dicitur. Opuſcula, quæ Piſtorii 1595. 4. * Leidæ 1696. prodierunt, varii ſunt argumenti, jam ſeorſim excitata, ad cor, arterias, circulationem, retia vaſorum, glandulas, frictionem, vim contractilem, vim ſtimuli, laryngem, ovum incubatum, &c. Opera ejus omnia etiam Venet. an. 1708. & 1732. junctim excuſa ſunt. Anno 1697. *Anatomen Etruſcam cum novis inventis* edidiſſe lego apud *LANZONUM* in *Galer. di Minerva* II. p. 58. A morte prodierunt *EJUS diſcorſi d' anatomia*, Florent. P. I. 1742. P. II. III. 1746. 8. Hi ſermones in conſeſſu Academiæ *della Cruſca* circa annum 1696. dicti ſunt, fluidi, eloquentes, dithyrambici. Magnam partem phyſiologiæ tetigit. Moniti ſunt, multumque monendi lectores, ne huic viro, alioquin ut ſuo tempore novas vias tentanti, non nimis prompti fidem adhibeant, neque niſi ponderatas ab eo opiniones recipiant.

J. ALB. SEBIZ problemata quædam anatomica, Argent. 1665. 4. *de variis corporis humani partibus*, 1671. 4. & aliæ diſputationes.

SAGGI dell' Accademia del Cimento, Firenz. 1667. fol. 1691. fol. habent experimenta ad ſonum, ad digeſtionem ciborum, ad aerem & vacuum.

COLLEGII PRIVATI AMSTELODAMENSIS obſervationes anatomicæ ſelectiores, Amſtelod. 1667. 12. Magni facio paucarum paginarum Libellum. Societas erat *DD. SLADI*, *BLASII*, *VEEN*, *F. RUYSCHII*, *QUINÆ*, *BODDENS*, *CORDES*, *SWAMMERDAMMII*, & *GODTKE*. Multa hic ex vivorum anatome ad motum cordis & medullæ ſpinalis pertinentia, multa de glandulis, ductubus ſalivalibus, &c., aut prima, aut unica. Altero tomo illibenter careo, qui ſecutus eſt, Amſtelod. 1673. 12.

JOH. RUD. SALZMAN obſervata anatomica edidit *THEODORUS WYNANDTS*, Amſtel. 1669. 12. Sero prodierunt, cum collectæ ſint inter annum 1610. & 1617. Inter ea varia non inutalia reperi, ut cartilagines valvularum arteriæ aortæ.

KENELM DIGBY of bodies and of man's ſoul vvith diſcourſes on the povvder of ſympathy, Lond. 1669. 4. Miraculorum, & ſympathiarum ſeminator.

His temporibus ſcripſit *BERNARDUS SWALWE* cujus *de pancreate*, & *de ventriculi querelis* Libellos recenſuimus, quos ſolebat laudare *BOERHAAVIUS*. Ejus *alcali & acidum*, Amſtel. 1670. 12. editum non legi.

LAURENTII STRAUSS conatus anatomicus aliquot diſputationibus exhibitus, Gieſſæ 1666. 4. & *EJUSD. μικροκοσμογραφία metrica*, Gieſſ. 1679. 8. brevia compendia ſunt. *EJUS exercitationes medicas ad G. HORSTII compendium inſtitutionum medicarum accommodatas*, Gieſſæ 1670. 4. editas non vidi.

JOHANNIS BOHN Exercitationes phyſiologicæ 23. Lipſ. 1668. 4. primum rudimentum fuerunt *Circuli anatomico-phyſiologici de œconomia corporis humani*, qui inde an. 1680. 4. * & an. 1686. 1697. 4. & 1710. 4. Lipſiæ recuſus eſt. Vir eruditus omnino, cautus, & in ſcepſin pronior, in brutis animalibus ſecandis multum exercitus, *MALPIGHII* ſectator, veri tamen amans. Solet omnes ſui ævi hypotheſes producere, eaſque convellere rationibus, plerumque anatomicis. *Progymnaſmata* ſunt, ut vocat, omnino 30. Adjectæ ſunt ultimæ editioni diſputationes aliquæ practicæ & chirurgicæ. In *Exerc. de aeris in ſublunaria influxu*, Lipſ. 1678. 8. 1696. 8. experimenta aliqua anatomica reperiuntur.

GOTHOFREDI VOIGT curioſitates phyſicæ, Guſtrov. 1668. 8. magna ex parte huc pertinent, ut de congreſſu & partu viperarum, chamæleontis vita, cantione cygnea.

CORNELIUS vander *VOORDE lichtende fakkel der Chirurgie* pro primo tomo *Anatomen* habet, per quæſtiones & reſponſa diſpoſitam, lucem in uſum tironum Chirurgiæ. Prodiit Amſtelodami 1668. 4.

CAROLUS DRELINCOURT collega & æmulus *F. F. SYLVII*, ut hic in chemicos pronior, ita ille in græcas latinaſque litteras, anatomicus tamen ſatis & nitidus & accuratus. Multa ejus ſcripta jam retuli. *EJUS Oratio in mortem J. van HORNE*, Leidæ 1670. 12. laudes viri ampullato ſermone & contortuplicato tradit, quo fere ubique *DRELINCOURTIUS* uſus eſt.

CAR. DRELINCOURTII præludium anatomicum prodiit etiam Amſtel. 1672. 12.

Præludium anatomicum ibid. prodiit 1670. 12. 1680. 12. oratio eſt, qua anatomicum mu-

munus ſibi demandatum capeſſivit. Hoc inter opuſcula eminet, & multa ſemina veri; & nova varia tradit, ad cerebrum, ſinus laryngis, vias lacrumarum, glandulas cerumi- nis. *Libitinæ trophæa*, Leidæ 1680. 12. Catalogus eſt hominum, qui ad definitum numerum eodem die perierunt. *Appendix ad libitinæ trophæa* eſt acerba invectiva in Sylvianam ſectam, uti viciſſim contra eam orationem anonymus acres *Aletophili extemporaneus obſervationes* edidit. *Experimenta anatomica* ib. 1681. 12. 1684. 12. edita ſunt per *ERNESTUM GOT- TFRIED HEYSE*. Hoc omnium inter Drelincourtiana optimum opuſculum eſſe perſuadeor. Continet *Canicidia*, in quibus ad cordis motum, & chyli, & diaphragmatis, omnino e- ximia experimenta continentur. Editor ſimpliciter & caſte *PRÆCEPTORIS* labores expreſ- ſit. Ad Diſputationem *de Lienoſis* filii ſui epimetra varia ad analyſes liquorum quorum- dam humani corporis, ad circulationem ſanguinis *HIPPOCRATI* notas adjecit. Alibi di- xi *Opuſcula medica omnia*, Hagæ an. 1727. 4. recuſa eſſe, procurante *BOERHAAVIO*.

Egregias animalium ſectiones aliquas apud *BLASIUM* reperiri etiam ſcripſi, quæ *DRE- LINCOURTII* ſunt.

NICOLAI HOBOKEN pleraque dixi. *EJUS cognitio phyſiologico-medica cum oratione de medicorum utilitate prodiit*, Ultraj. 1670. 4. 1685. 4. *

NICOLAI HOBOKEN citati hic libri editio anni 1685. titulum præ ſe fert *Medicina phyſiologica*. Meræ fere ſunt definitiones & diviſiones.

JOHANNIS SWAMMERDAM etiam pleraque recenſui, juvenis laborioſiſſimi, qui an. 1662. Pariſiis, hinc cum *STENONIO* vixerat, an. 1667. Leidam venit, pro gradu diſpu- tavit, ſatis timide, ut narrabat *BOERHAAVIUS*, ibi cum *JOHANNE* van *HORNE* in- jectionibus & experimentis anatomicis ſe dedit, *prodromum* ejus edidit, Leidæ 1668. 16. a morte *HORNII* inſectorum hiſtoriæ ſe fere unice tradidit, & exhauſtus marcore phthi- ſico atque nimis tenero religionis ſenſu, ante diem periit. *Biblia naturæ*, quæ in *phyſicis* p. 110. laudavimus, plena ſunt ſubtiliſſimis diſſectionibus ranarum, apum alio- rumque animalculorum.

JAC. PANCRATII BRUNONIS Dogmata Medicinæ generalia ad recentiorum privilegia ac- commodata, Norimbergæ prodierunt 1670. 8. *PLATN.* * Eorum compendium *Propylei medici*, ſive *epitomes medicinæ dogmaticæ elementa comprehendentis* nomine prodiit in 8. Altdorf. 1696.

CHRISTIANI FRIDERICI GARMANN de miraculis mortuorum, Chemniz 1670. 4. Li- pſiæ 1709. 4. Spiſſum & grande opus, quo varia & inexſpectata quæque continentur, & integra fere anatome, ſed unice per loca communia undique collecta & breviſſime citata. Unde indicis loco eſſe poſſet. In *epiſtolarum centuria* quam edidit *E. HENRICUS C. F.* filius, aliqua ad chirurgiam infuſoriam & ad ova muliebria pertinent.

THEODORI KERKRING ſpicilegium obſervationum anatomicarum, Amſtelod. 1701. 4. pro- diit, quæ nitida editio eſt. Sunt centum obſervationes varii generis, ſed pleræque ad a- natomen, ad excarnationes, ut vocabant viſcerum & ductuum ſceleta, monſtra, varieta- tes, inteſtina pertinent, &c. *Opera omnia anatomica*, Leidæ 1717. 4. recuſa continet hoc opus cum oſteogenia & anthropogenia. Præparationes, quas vocant, anatomicæ adhuc venales exſtant Hamburgi, & eorum catalogus prodiit, ſub nomine *D. VERBORCHTEN*. Lego cæterum, *KERKRINHIUM* fide mutata Hamburgi vixiſſe, cum titulo Legati M. D. Hetruriæ, ſuſpicionem incurriſſe occiſæ propriæ uxoris, ut ejus ſorore frueretur. In a- natomicis etiam aliqua mihi ſuſpecta habet, cor triventre, venarum ſpermaticarum de- fectum, obſervationes etiam aliquas nimias, ut illam contra polypum.

J. FERDINANDO HERTODT Opus mirificum ſextæ diei, ſive *homo phyſice, anatomice & moraliter in partes diſſectus*, Jen. 1676. 8. *

J. BAPT. du *HAMEL de corporum affectionibus tum manifeſtis tum occultis*, Libri II. Pariſ. 1670. 12. continet Tractatum de ſenſibus & de viribus medicamentorum. *EJUSD.* quatuor Libros *de mente humana* diximus. *EJUSD.* Liber *de corpore animato*, 1683. 12. eſt phyſiologica conſideratio ſenſuum internorum, externorum, & motus muſcularis, ex *WILLISIO* aliiſq; recentioribus ſumta. De hiſtoria *Acad. Regiæ* diximus in *phyſicis* p. 66.

EPHEMERIDES NATURÆ CURIOSORUM in eodem Libro laudavimus p. 65. 66. ple- nas obſervationibus ex animalium & morboſorum corporum ſectionibus. Aliquas ex pri- mariis excitabo.

WEP-

WEPFER anat. caſtoris *Dec.* I. *ann.* I.
MAJOR anatome phocænæ *ann.* III.
REISEL ſtatua humana circulatoria *ann.* IX. X.
J. M. HOFMANN monſtrum vitulinum ibid.
STEPH. LORENZINI obſſ. ex brutorum anatome ibid.
PEYER anatome rupicapræ *Dec.* II. *ann.* I.
SCHELHAMMERI anatome talpæ cui oculos negat ibid.
PEYER anatome ciconiæ *ann.* II.
HARDER anatomè muris alpini *ann.* IV.
MURALTI anatome taxi, capitis vitulini, ardeæ *ann.* V.
SCHELHAMMERI anatome ciconiæ, *ann.* VI.
PEYER de glandulis inteſtinorum, &c. ibid.
P. J. HARTMANN triginta ſectiones morboſæ.
J. J. WEPFER de ventriculo, *ann.* VIII.
P. J. HARTMANN ſectiones variæ, *ann.* IX.
PAULI MINI objectiones contra anatomen ſubtilem & *MALPIGHIUM*. ibid.
J. C. STURMII reſponſiones ibid.
J. MURALTI anat. lutræ, *ann.* X.
P. J. HARTMANN obſervationes ibid. & *Dec.* III. *ann.* II. III. IV. V. & VI. IX. X.
J. C. STURM contra *MINUM* *Dec.* II. *ann.* X.
HARDER de glandulis duodeni *Dec.* III. *ann.* I.
P. J. HARTMANN anatome xiphiæ, *ann.* II.
NEBEL de glandula *HARDRI*, *ann.* III.
ZAMBECCARI brutorum ſectiones, *ann.* IV.
SCHELHAMMERI anatome leporis, *ann.* V. & VI.
BRUNNERII aliqua ibid.
Et *J. C. STURM* denuo ibid.
G. C. SCHELHAMMER anatome phocænæ, *ann.* VII. VIII. & piſcium nonnullorum *Cent.* I. II.
LUDOVICI TESTI de ſaccharo lactis Centur. III. IV.
HEISTERI de tonſillis, tactus humani *Cent.* V. VI.
HENNINGER de ductu thoracico ibid.
DILLENII anatome hirudinis *Cent.* VII. VIII.
KULMI Anatome phocæ *vol.* I., &c.

FRID. HOFMAN patris *cardianaſtrophe*, Lipſ. 1671. 4. continet hiſtoriam hominis, cui viſcera in latus oppoſitum tranſiverant, ut dextra eſſent, quæ ſiniſtra fuiſſe oportebat.

REGNERUM de *GRAAF* laudavimus. *EJUS* in anatomicis præceptor (*GRAAF* p. 517.) *ISBRANDUS* van *DIEMERBROECK* *anatomes corporis humani* Libros X. edidit, Ultrajecti 1672. 4. vel 1671. 4. * neutram enim editionem vidi, tum Leidæ 1683. 4. qui in operibus omnibus, Ultraject. 1685. fol. recuſi ſunt, & Genevæ 1679. 4. 1685. 4. 1687. 4. Patav. 1688. 4. Gallice, Lugd. 1695. 4. Icones omnes ex variis collegit, muſculorum, oſſium, vaſorum hiſtoriam ex *VESALIO*, viſcerum ex recentioribus. Ipſe paſſim obſervationes aliquas adjecit, tum ex anatome, tum ex morboſis corporibus, & de litibus phyſiologicis fuſe egit.

J. FERDIN. HERTODT opus mirificum VI. *diei*, i. e. *homo phyſice, anatomice & moraliter conſideratus*, Jen. 1671. Exiguam ſpem nomen auctoris facit.

A. GUILIELMI ten *RHYNE meditationes in HIPP. de veteri medicina Textum* 14. hic debent recenſeri editæ Leid. 1672. 12. quibus plurima phyſiologica continentur, de bile circuitus ſanguinis cauſa, & alia.

BENJAMIN a *BROECKUYSEN œconomia corporis animalis*, Noviomag. 1672. 8. Amſtel. 1683. 4. & *œconomia animalis ad circulationem ſanguinis breviter delineata* abſque nomine Auctoris edita, Goudæ 1685. 8. (*JOURN. DES SAV.*) Phyſiologia Carteſiana ſemipoetica. Admittit ignem cordis, ſanguinem rareſcendo erumpentem, &c. *EJUSD. rationes philoſophico-medicæ*, Hag. Com. 1687. 4. ſunt editio tertia œconomiæ aucta & mutata.

MOYSE CHARAS Nouvelles expériences ſur la vipère. Vide *Phyſ.* Anatome viperæ, quæ egregia eſt, recuſa exſtat cum veteris Academiæ deſcriptionibus animalium.

MOYSE CHARAS Germanice prodiit Francof. 1679. 8.

ECCARDUS LEICHNER paradoxus ille oſor *HARVEII* edidit Erfurti an. 1674. 8. *Archaum ſynopticum*, ſive *XII. tabb. de legibus Reip. medica, fundamentaliter prima quaque artis principia conſtituentibus*. Cum *AMMANNI* paræneſin hoc Libello tetigiſſet *LEICHNERUS*, *AMMANNUS* acutum Libellum edidit, *Archaum* nempe *ſyncoptico ECCARDI contra Paraneſin ad diſc. oppoſitum*, recuſum Lipſ. an. 1674. & 1677. 12. * cum Paræneſi ſua. Eo Libello antiquos refutat, ipſumque Hippocratem, novorum amator. Reſpondit *ECCARDUS Epiſtola apologetica de principiis medicis pro archao ſynoptico contra Pſeudarchaum ſyncopticum*, Erfurt. 1675. 12. verboſa certe & inanis, idemque contra *SYLVIUM Epicriſin medicam analyticam ſuper* XI. *diſputationes medicas* F. de le *BOE* edidit, Erfurt. 1676. 12. Verum hæ controverſiæ parum e re medica fuerunt.

JACOB. BARNER chemici *Prodromus Sennerti novi, in quo quidquid ad hunc uſque diem de arte prodiit, ex principiis anatomico-chirurgicis examinatur*, Aug. Vind. 1674. 4. *

JUSTI SCHRADER obſervationum anatomico-medicarum Decades IV. quæ prodierunt cum *WILHELMI LANGLY* & *G. HARVEI obſſ. de generatione animalium*, Amſtelod. 1674. 12. bonæ ſunt, & obſervationes *RUYSCHII*, *JOHANNIS* van *HORNE* & *SWAMMERDAMMII* continent, utique utiles, de papillis linguæ, utero imprægnato, herniæ natura, &c.

JOH. MAYOW opera omnia anatomico-phyſica, Oxon. 1674. 8. Hagæ 1681. 8. Magnam partem phyſiologiæ tractat V. his Tractatibus, quos ſuo loco citavi, de fermento ventriculi, quod admittit, uſu lienis ad volatiles reddendos ſales fixos, &c. & hypotheſibus equidem paulum indulget, erecti tamen vir ingenii, & cui ſeculum pro excuſatione eſt.

PETRI ANTONII MOLINETTI diſſertationes anatomico-pathologica, Venet. 1675. 4. Librum de ſenſibus jam recenſum auxit *MOLINETTUS* & ſub hoc titulo edidit, ut eſſet integra anatome corporis humani phyſiologica, cum ſubjunctis partium morboſis adfectibus. Non abſque fructu legi, inprimis ob miſtas obſervationes chirurgicas.

GEORGII ENT Opera medico phyſicca huc repono, quod eo anno ejus *mantiſſa anatomica* prodierit 1677. fol. Duo inprimis Tractatus ſunt, unus pro circulatione, alter contra *MALACHIAM THRUSTON*, uterque ingenioſus, ſed paulo pronior in hypotheſin biolychnii, &c.

FRANCISCI WILLUGHBY Ornithologia Libri III. Londini an. 1676. in fol. a *RAIO* editi, multum habent anatomes, deinde de generatione & incubatione avium obſervationes.

In *hiſtoria piſcium* iterum a *RAIO* edita, & generis natatilis in univerſum, & multorum piſcium ſingulatim anatome exſtat. Oxon. 1686. fol.

JOHANNEM RAI & ob priores Libros editos, & ob *ſynopſin quadrupedum & ſerpentum*, Lond. 1693. 8. plenam diſſectionibus animalium, denique ob leporis, aviumque & piſcium nonnullorum in *Tranſactionibus philoſophicis* editas diſſectiones, a ſe ipſo factas, curſumque anatomicum jam laudatum, hic recenſeri æquum eſt. Inprimis huc pertinent *EJUS Wiſdom of GOD manifeſted in the vvorks of the creation*, Lond. 1691. 8. & octava vice 1722. 8. edita. Phyſiologia majorem partem operis occupat, ex qua, certe omnium evidentiſſima methodo, *DEI* creatoris ſapientiam deducit.

PAULI AMMANN Lipſienſis Profeſſoris *Paraneſis ad diſcentes circa emendationem Inſtitutionum occupata*, Lipſ. 1677. 8. ſceptico & critico Libello invehitur in hypotheſes maxime Galenicas, obſervationes tamen proprias majoris momenti vix addit. *EJUSD. Irenicum Numa Pompilii cum HIPPOCRATE, quo veterum medicorum & philoſophorum hypotheſes in corpore juris civili & canonico tranſſumta a praconceptis opinionibus vindicantur*, Lipſ. 1689. 8. * Contra *HIPPOCRATIS* phyſiologiam ſcriptum eſt, quantum ex recenſione video.

GALATHEAU de l'empire de l'homme ſur les animaux, Pariſ. 1677. 12. *ALANO LAMY* oppoſitus Libellus.

STEPHANI LORENZINI anatome torpedinis, Florentiæ 1678. 4. * & Anglice prodiit, Londini 1705. 4. cum titulo *curious and accurate obſervations on the crampfiſh*, recuſa etiam in E. N. C.

J. P. GIESWEIN ſyſtema univerſa medicina, Francof. 1676. 8.

ALANI LAMI diſcours anatomiques 1676. 12. * 1679. 12. mea autem editio an. 1685. prodiit. Juvenis & ingenioſi ſed parum anatomici ſermones phyſiologici ſunt, ad præparationes Chirurgorum pronunciati. Impius homo utilitates partium nobis notas eſſe negavit,

vit, aliquas partes inutiles eſſe, corpus humanum non optime ſtructum, imo vero ex ſpontaneo caſu, inter tot vices neceſſario aliquando eam fabricam ex particulis evaleſcere qualis eſt in homine & alia hunc in ſenſum docuit. Multa ipſi his de rebus cum D. *CRESSE'* concertatio fuit.

C. BARTHOLINI THOMÆ fil. Libellos de ductu ſalivali, ovario, olfactu, alibi dixi. In Libro *de diaphragmate*, Pariſ. 1676. 8. edito, cum Auctor eſſet annorum 22. obſervo multa de chylo, ſanguinis itineribus, nervis, injectione, adjecta eſſe. *EJUSD. methodus demonſtrationum anatomicarum* minime inutilis T. V. *Act. Hafn.* n. 32. & cum *LYSERI* poſterioribus editionibus recuſa eſt. *EJUS Exercitationes miſcellaneæ* Leidæ excuſæ ſunt 1675. 8. Pauca habet ad anatomen inter multa variæ eruditionis. De ſignificatione anatomica *fundi*, & de corde tamen aliqua profert. *EJUS ſpecimen hiſtoriæ anatomicæ*, Hafniæ 1701. 4. Amſtelod. 1702. 8. continet primo compendium anatomico-phyſiologicum, deinde analecta obſervationum, nempe viæ ſanguinis in circulum euntis, diaphragmatis, organi olfactus, ductus ſalivalis repetitas deſcriptiones. Ejus *Exercitationes anatomicæ de partium ſtructura & uſu* neſcio quam multæ prodierunt, inceperunt edi Hafniæ 1692. Provectiori ætate in aulam vocatus, equeſtri dignitate auctus, & a ſtudiis ſuis abſtractus, non valde dudum obiit, callidus uti alienis laboribus.

C. BARTHOLINI Exercitationum anatomicarum de partium ſtructura & uſu ibi dictarum, prima eſt *de anatomes ſubjecto & uſu*.

OLIGERI JACOBÆI Tractatus *de ranis*, Pariſ. 1676. 8. Anatome hic nondum valde accurata eſt. Adjecit autem *C. BARTHOLINUS* epiſtolam *de motu muſculorum*, ubi obſervationes de nervis non malæ & objectiones contra ſyſtema *WILLISII* exſtant, maxime quod ſublato corde & cerebro ranarum muſculi pergant moveri, & emortua membra facile ad motum revocentur. Deinde an. 1686. 8. Hafniæ idem Libellus plenius prodiit, abſque *BARTHOLINI* epiſtola. Ibi ranæ, lacertæ, ſalamandræ, teſtudinis anatome habetur. Cor non diligenter examinavit, icones non bonas dedit. Utilia tamen intercurrunt.

LEONHARDI FRANCISCI DINGHENS fundamentorum phyſico-medicorum VI. Libri Lovan. 1677. fol. Phiſiologiam etiam habet, in qua lac a ductu thoracico ait deſcendere ad mammas, &c.

JOHANNIS von *MURALT vademecum anatomicum*, ſive *clavis Medicinæ*, Tiguri 1677. 12. inprimis utile eſt ob copioſas animalium diſſectiones. Experimentum *HOOKII* habet, arteriam bronchialem ſibi tribuit, & venam ſociam deſcribit. Varia ex vivorum animalium ſectionibus addit. *EJUSD. Exercitationes medicas obſervationibus & experimentis anatomicis miſtas*, Amſtelod. 1688. 12. non vidi neque novi an a priori opere ſatis differant. *EJUSD. Collegium anatomicum* prodiit Norimb. 1687. 8. Condidit Tiguri theatrum anatomicum, & anatomen ibi introduxit, & ſociis ſuis ex Libris & ex animalibus, nonnunquam etiam ex hominibus anatomen prælegit. Cæterum ad hanc anatomen miro inſtituto & obſtetricias obſervationes ſubjecit, & plantas medicinales. In *parergis* phyſiologica concertatio eſt cum *PEYERO*; per glandulas enim chylum reſorberi volebat *MURALTUS*. In E. N. C. multas animalium ſectiones edidit.

CIACOPO MORO anatome ridotta all' uſo de' pittori e ſcultori, Vinegia 1679. fol.* *PLATN.*

J. JAC. HARDER Examen anatomicum cochleæ domiportæ terreſtris, Baſil. 1679. 8. & una editus *prodromus phyſiologicus*. Analyſes dedit ſuccorum corporis humani fere compilatitias, fermentationes admiſit, & epigeneſin in formatione fetus, quatuor humores in ſanguine defendit. *EJUSDEM* epiſtolæ *de partibus genitalibus cochlearum* prodierunt, Aug. Vind. 1684. 8. Penem & teſtem depingit, & contra animam vegetabilem *REDI* pugnat. *EJUSDEM* Diſſ. *de præcipuorum viſcerum ſtructura*, Baſil. 1685. 4. *EJUSDEM Apiarium obſervationibus medicis & experimentis refertum ſcholiis & iconibus illuſtratum cum reſponſione ad invectivam J. B.* de *LAMZWEERDE*, Baſil. 1687. 4. & cum novo titulo *theſauri obſervationum medicarum rariorum*, ibid. 1736. 4. Bonus Liber, ad centum capita plurimas obſervationes *HARDERI* aut amicorum habet; multum utilis anatomes comparatæ & anatomes practicæ. *EJUSDEM* & *J. C. PEYERI* ſive *Paeonis & Pithagoræ Exercitationes anatomicæ & medicæ familiares*, Baſil. prodierunt an. 1682. 8. *PEYERI* epiſtolæ itinerariæ pleræque Pariſiis, Monſpelii, Besnæ datæ, ad hiſtoriam medicam utiles ſunt. Aliqua paſſim ex anatome comparata, aliqua etiam ex anatome practica intercedunt. Valde ſuperat *PEYERUS*.

 JOH.

JOH. CONRAD PEYER Scaphuſinus, eximius vir. *Parergorum* anatomicorum I. II. & III. recenſui, IV. eſt hiſtoria virginis cæcæ, V. ſectio Aſcitici, VI. alia ſectio uteri aſcitici, VII. experimentum cordis reſuſcitati per inflatum ductum thoracicum. Diſſectiones variæ, etiam animalium, in E. N. C. exſtant.

JOH. CONR. PEYER Parerga anatomica prodierunt Scaphuſiæ primum, deinde conjuncta, Genev. 1681. 8. Amſtelod. 1682. 8.

GIACOPO MORO Anatomia ridotta ad uſo de' pittori, e ſcultori, Vinegia 1679. fol. ſunt tabulæ muſculorum *VESALIANÆ*, & oſſium, remotis umbris ſola peripheria exaratæ.

JAQUES CHAILLOU recherches ſur l'origine du mouvement du ſang, du cœur, & de ſes vaiſſeaux, du lait, des fièvres intermittentes & des humeurs, Pariſ. 1679. 1699. 12. *PECQUETIANA* & *HARVEIANA* inventa, tanquam nova docet.

De *ST. HILAIRE Anatomie du corps humain*, Pariſ. 1679. 8. 1684. 8. 1698. 8. 2. vol. 1723. 8. 2. vol. Nullius momenti.

GEORG. FRAMK polyhiſtoris, & collectoris *inſtitutionum medicarum ſynopſis*, Heidelb. 1672. 12. nimis fere brevis *varia collectio obſſ. de hymene*, &c. Heidelb. 1673. (Sat. I.) *de hominibus abſque hepate, liene, renibus*, &c. 1675. *de principiis anatomicis*, Heidelb. 1679. 4. *bona nova anatomica*, Heidelb. 1680. 4. *parva Bibliotheca zootomica*, ibid. 1680. 4. *de autopſia & iconibus anatomicis*, Heidelb. 1683. 4.* *de ſtudio anatomes*, ibid. eod. anno. Pleræque in unum collectæ volumen prodierunt, Lipſiæ 1722. 8.

JOHANNES ALPHONSUS BORELLUS celeberrimus phyſiologicus & anatomicus. *EJUS* princeps opus eſt poſthumum illud *de motu animalium* in cujus Parte II., Romæ 1681. magna pars phyſiologiæ tractatur, motus cordis, pulmonis, (de cujus viſceris actione cum *MALPIGHIO* diſputat), hepatis, renum, cerebri, nutritio. Etſi multa bona, poſthuma tamen ſunt. Præterea *EJUS* paſſim aliqua alia de vi oculorum inæquali, &c. excitavi.

JOH. ALPH. PORELLUS multa Piſis animalia ſecabat, etiam piſces, teſte *FRACASSATO* de cerebro pag. 357.

FRANCISCI BAYLE Problemata phyſica & medica, Toloſæ 1677. 8. 1681. 12. ſunt 119. diſſertatiunculæ ad quæſtiones phyſiologicas. *Diſſertationes medicæ* editæ Toloſæ an. 1681. 12. & alias, quatuor omnino ſunt, *de catameniis* quæ an. 1670. primum prodiit; de *conſenſu variarum corporis partium cum utero*; de *utilitate lactis*, ubi aliqua de alendo fetu, de lacte uterino, & de venæ ſectione in Pleuritide. *Diſſertationes phyſicæ ubi principia proprietatum in œconomia corporis animalis, in plantis & animalibus demonſtrantur*, prodierunt Toloſæ 1677. 1681. 12. Earum tertia agit *de phyſiognomia*, de generatione, nutritione fetus, quam mechanice explicat ex ſucco, quem ſpiritus animales fingunt, de vi imaginationis maternæ, a ſpiritibus ſimilibus. In *quarta* de viſione aliqua habet. In T. I. *Inſtitutionum phyſicarum* continetur Tractatus de ſenſibus & motu muſculorum; in altero de anima brutorum. *EJUS* etiam Libro *de corpore animali* vera nempe & juſtæ molis phyſiologia, iatromathematico more propoſita. In T. IV. operum omnium inter *diſſertationes phyſicomorales* V. nunc primum editas, duæ de *generatione animalium*, una de *voluptate & dolore* eſt.

G. *WOLFGANG WEDEL*, adfinis noſtri & avunculi, *Phyſiologia medica*, Jen. 1680. 4. 1704. 4. & *Phyſiologia reformata* ibid. & 1688. 4. prodiit. Mirum videri poſſet ILL. Virum duas phyſiologias ſcripſiſſe, & priorem recudi curaſſe, cum exſtaret poſterior; nempe diverſa opera ſunt. In iſta chemica autem principia & archæum ſequitur: In priori magis anatomica & medica & hiſtorica docet. *EJUSDEM* de phyſiologicis infinitæ diſputationes ſunt.

THEOPHILI BONNET Medicina ſeptentrionalis collatitia T. I. Genev. 1679. fol. T. II. 1686. fol. ſcopus fere idem eſt qui *SHENKII*, practica nempe, rariora, monſtroſa, etiam anatomica colligere. Sed *Academiæ* Anglicæ, Germanicæ, Hafnienſis, aliarumque commentariis inprimis uſus eſt.

NICOLAI BLEGNY Zodiacus medico Gallicus annis quinque comprehenſus, in phyſicis laudatus eſt. Multa hic anatomica, *DUVERNEY* de generatione, de cute; des *NOUES* de veſiculis mulierum; *PAULE'*, *CUCHOD* & alii de monſtris: aliqua etiam theoretica ex phyſiologicis interponuntur.

In *NIC. BLEGNY Zodiaco Med. Gall.* recenſito continetur etiam *SEIGNETTE* anatome balænæ.

EDMUNDI TYSON anatomy of the porpeſſe diſſected at the Greſham college, Lond. 1680. 4.

IDEM

IDEM in *Phil. Tranſ.* multas dedit animalium hiſtorias, lumbrici, viperæ caudiſonæ, opoſſi, porci moſcati. Vide in *Phyſicis* p. 106. ſeq. *EJUSD. orang outang or the anatomy of the pigmy* ibidem laudatus eſt, eximius Liber, cujus in anatome comparata vix ſimilis exſtat, cum viſcera, vaſa & muſculos exquiſite deſcripſerit, in iſtis a *COWPERO* adjutus, & maximam certe laudem meretur, ſi conſideraveris Librum ex unico cadavere natum eſſe. Philoſophica etiam opportunitate uſus, multa ſagaciter collegit, & ſuſpicatus eſt.

EDMUNDI TISON primo loco citatus liber bonus omnino eſt. Merito commendat diſſectiones animalium. Splanchnologiam piſcis cetaceorum minimi tradit, cum oſteologiæ parte, machina aquam expellente &c. Peculiare eſt ſtratum fibrarum ab ovario & tuba ortarum ad uterum euns.

PETRI GUENELLON de genuina medicinam inſtituendi ratione Epiſt. ad *MUNNIKIUM*, Amſtelod. 1680. 16. Commendat anatomen & zootomiam.

MARTINI SCHOCH de capite humano, Franc. ad Viadr. 1680. Diſp. *EJUS* certe ut videtur *de fermento & fermentatione: de ſignatura fetus* alioſque Libros jam recenſuimus.

MARTINI SCHOCH citatus Liber *de capite humano* male inſcriptus verius eſt *ISAACI SCHOKII diſquiſitiones hiſtorico-politico-medicæ de capite humano*, Franc. ad Viadr. 1680. 4. *

L. VELTHUSII Opera omnia, Roterodami 1680. 2. vol. Ex *CARTESII* ſchola.

JEAN PASCAL nouvelle découverte & les effets des fermens dans les corps humain, Pariſ. 1681. 12. magnus acidi defenſor.

ANDREÆ CLEYER ſpecimen medicinæ Sinicæ, Francof. 1681. 4. Præter pulſus mirificam obſervationem, & plus quam *HIPPOCRATICAM* angiologiam, omnium viſcerum etiam icones ex Chinenſium Libris habet. Eas manifeſtum eſt, ex animalibus ſumtas eſſe, argumento hepatis multifidi, lienis prælongi, &c.

G. C. SCHELHAMMERI Introductio in phyſiologiam, Jen. 1681. 4. *EJUSDEM de auditu* Liber jam dictus & *de pulſu*. *EJUSDEM programma valedictorium* Jenenſe 1695. 4. breve ſed multis obſervationibus anatomicis dives. *EJUSDEM analecta*, Kilon. 1704. 4. Sed non omnia poſſideo. Diſputationes anatomico-phyſiologicæ ſunt, plenæ objectionibus contra obvium quemque, erat enim Ariſtotelicus, eruditus, & acutus homo, paulo tamen moroſior, & cui nemo placeret: ipſe vero facile in opiniones parum probabiles tranſibat. *EJUSDEM adnotationes ad H. CONRING introductionem in artem medicam*, ad hiſtoriam anatomes etiam pertinet. *EJUSDEM anatome Xiphiæ ad Hottonum*, Hamburg. 1707. 4. & aliæ hujuſmodi, jam citatæ, diſſectiones. *EJUSDEM* poſthumum opus, quod VViſmariæ an. 1717. cum titulo prodiit *Artis medicæ univerſæ* vol. I. cum obiiſſet an. 1716. Hæc phyſiologia plena eſt judiciis contra contemporaneos, ſatis fortibus, cum neque Jatromathematicis, neque Sylvianæ, neque *STAHLIANÆ* ſectæ æquus ſit, & ab omnibus diſſentiat. His litibus ita inmoratur, ut totus Liber potius cenſura phyſiologorum ſit, quam phyſiologia. Ignem in corde defendit, omnium, ut puto, ultimus, & vagitum uterinum.

NEHEMIAM GREW laudavimus tum in anatome comparativa inteſtinorum, tum in *Catalogo Muſei*, ubi paſſim aliqua anatomica exſtant ad ſceletos, oſſa, animalium fabricam, teſtes, fetus præparatos, &c. p. 118. *EJUSDEM Coſmologia ſacra*, Londini 1701. fol. in primo Libro uſus partium in nonnullis animalibus declarat.

L. TOZZI medicinæ pars prior theoretica, Lugduni 1681. 8. eſt phyſiologia *.

L. TOZZI l. cit. recuſus eſt Venet. 1711. 4. Diximus jam, phyſiologiam eſſe, ſed undique collectam, ut nihil proprii habeat, nunc addimus.

RAYMUNDI RESTAURAND Magnus HIPPOCRATES Cous redivivus, Primus tomus, Lugd. 1681. 12. phyſiologiam tradit. * Sed a circulationis negatore quid exſpectes?

A. M. (*ALLEN MOULIN*) *anatomical deſcription of an elephant burnd at Dublin, together vvith a relation of nevv anatomical obſervations in the eyes of animals*, Lond. 1682. 4. Non vidi, ſed elephanti anatomen excerptam legi in *RAII* ſynopſi quadrupedum.

A. MOULIN utilis liber natus ex unius fere noctis laboribus. Multa obſervavit, cranium celluloſum, renes occultos, hepar abſque veſicula &c.

MATTHIÆ NALDII rei medicæ prodromi de præcipuis phyſiologiæ problematibus, Rom. 1682. fol. *

In *ANDREÆ CLEYER ſpecimine medicinæ Sinicæ*, Francof. 1682. 4. continetur utique appendix, qua ſplanchnologia Chinenſis traditur cum iconibus, quæ manifeſto ad bruta animalia factæ ſunt, vaſa vero ad hypotheſin depicta.

ANTO-

ANTONII NOVARINI Anatome curioſa Rotemburgi ad Tuberim 1682. fol. Germanice; Ultimi ordinis.

Anatomy of human body epitomized by a member of the college of phyſicians, Lond. 1682. nondum vidi, ſed videtur eſſe *GIBSONI* prima editio.

J. C. BRUNNER omnia diximus.

In *ACTIS ERUDITORUM LIPSIENSIBUS* ſparſim aliqua *BOHNII*, & nuper *WALTHERI* alibi excitata, & *BIDLOI* & aliorum intercurrunt.

CL. PERRALTI etiam ſingulatim laudes diximus, ejus autem opera medici argumenti & anatomici ſunt. Calumniam eſſe puto, quando *LAMY* in *præfatione* Libri de anima ſenſitiva *DUVERNEYO* crimini datur, quod ſibi ipſi hæc *eſſays de phyſique* tribuerit, quæ *PERRALTI* ſunt.

FRANC. STOCKHAMER microcoſmographia, Viennæ 1682. 12., cum titulo *Coſmopolitæ corporis humani anatomica delineatio*, Leidæ recuſa eſt an. 1686. 12. In *JOUR. DES SAV.* 1683. n. 7. cenſura acris in hunc Libellum reperitur.

J. BAPT. de *LAMZWEERDE Oeconomia animalis ad circulationem ſanguinis breviter delineata*, P. I. II. *EJUSDEM de generatione hominis ex legibus mechanicis*, Goudæ 1682. 8. * *EJUSDEM examen euchariſticum durioris Harderianæ apologiæ ſuper fraternas admonitiones in c.* 24. Tractatus *de molis uteri contentis* 1689. 4. *

AME' BOURDON nouvelle deſcription du corps humain, Pariſ. 1683. 12. Compendium anatomicum, in quo aliqua utilia & explicatio tabularum, quas dicemus. *EJUSDEM* tabulæ anatomicæ octo prægrandes paſſim ſubleſtæ fidei ſunt, aliquid habent hiſtrionici, & pleræque clanculum compilatæ ſunt, aliqua tamen propria. Prodierunt & tunc procul dubio, & Pariſiis atque Cameraci an. 1707. fol.

STEPHANI BLANCARD Carteſiaanſche Academie, Amſtel. 1683. 8. & 1691. 8. * germanice verſa & recuſa, Lipſ. 1690. 8. cum titulo *Carteſianiſche Academie oder grundlehre der Arzneykunſt*, phyſiologiam continet. Deinde *EJUS hervormde ontleedkunſt*, Amſtelod. 1686. 8. ſive *anatome reformata*, Amſtel. 1688. 8. auctius recuſa 1695. 8. cum tabulis 84. germanice etiam, Lipſiæ edita 1691. 4. Exſcriptorem eſſe conſtat. Vide *MALPIGHIUM* in *poſthum.* p. 321. 322. *GRÆTZ epiſt.* VIII. ad *RUYSCHIUM*. Omnia v. gr. quæ ad oſteogeniam pertinent, ea ex *KERKRINGIO* ſunt, non citato. *EJUSDEM anatomia practica*, Amſtelod. 1688. 12. ex cadaverum morboſorum diſſectionibus ſumta utilior eſt, germanice recuſa, Hanover. 1692. 8. In ſuis collectionibus annuis, cum titulo *jaarregiſter*, Amſtelodami ab 1680. ad 1682. editis, habet ſeptem centurias obſervationum, quarum multæ hujus loci ſunt, ex *RUYSCHII*, & chirurgorum Belgicorum obſervationibus deſumtæ. In *Operibus medicis*, Leidæ 1701. 4. editis habentur *Inſtitutiones medicinæ*, quibus tota phyſiologia repetitur.

STEPHANI BLANCARD primo loco citatus libellus Germanice recuſus exſtat etiam, Lipſ. 1693. 8.

FRANCISCI ZYPÆI Fundamenta medicinæ phyſico-anatomica, Bruxell. 1683. 8. & 1693. 8. quæ tertia editio penes me eſt. Multum tribuit *SYLVIO* & *CARTESIO*, non tamen ſervili obſequio. De ſuo vix quidquam habet.

THOMÆ GIBSON Anatomy of human body epitomized ſecunda edit, Londin. 1684. 8. quæ mea eſt, 1703. 8. 1716. 8. *READII* Liber pro fundamento eſt. Addidit *GIBSONUS* aliqua ex *TYSONI* obſervationibus, tum ex *GRAAFIO*, *WILLISIO*, aliiſque, ex quibus etiam figuras deſumſit.

PHILIP. JAC. HARTMANN Profeſſor Regiomontanus, vir & in veterum lectione, & in diſſecando exercitus, edidit an. 1683. *anatomen phocæ*, ſive *vituli marini*, Regiom. 4. deinde eruditas diſputationes I. II. III. & IV. eodem anno ibid. omnes *de originibus anatomes*: tum *de peritia anatomica veterum in genere* Diſſ. I. 1684. Diſſ. II. 1687. *de peritia veterum anatomicorum in ſpecie*, Diſſ. I. 1689. II. & III. 1693. Præter loca *ARISTOTELIS* & veterum ſagaciter conquiſita, habet etiam non contemnendas obſervationes proprias, maxime ex zootome, ad inteſtina, &c.

ANTONII de *HEYDE anatomia mytuli & centuria obſervationum medicarum*, Amſtel. 1684. 8. *EJUSQUE experimenta circa ſanguinis miſſionem, fibras motrices, urticam marinam*. Accedunt priora omnia ibid. 1686. 8. In priori Libello bonam comparatam mytuli anatomen, obſer-

obſervationes utiles de ſanguinis circulatione mutata per vaſorum vulnera, de callo, & alia ad rem noſtram reperio. In *altero* refutatio theoriæ Bellinianæ, de venæ ſectionis effectibus, multa de circulatione ſanguinis in ranis, de fibris muſcularibus, anatome etiam animalis gelatinoſi, valde ſimplicis fabricæ, &c.

In *l'école de chirurgie par* G. C. L. C. D. *de la Faculté de Montpellier* continetur compendium chirurgiæ pro tironibus, Lyon 1684. 12.

JOH. DOLÆI Encyclopædia medicinæ theoretica & practica, Francof. 1684. 4. Notiſſimus Archæorum nomenclator.

GODOFREDI BIDLOO Profeſſoris Leidenſis *anatome corporis humani*, Amſtel. 1685. fol. Tabulæ CV. nitidiſſime delineatæ a *LAIRESSE*, ſculptæ a van *GUNST*, ut omnino etiam propter artificium magni fiant, a *BIDLOO* editæ ſunt. Nervorum, vaſorum, fabricæ ſubtilioris icones pleræque fictitiæ aut vitioſæ. Contra meliores in muſculis, valde vividæ, etſi cura diſſectoris non valde minuta appareat. Oſſa pulchra, nimis levia, & fetus. Aliqua ad ſitus viſcerum utilia. Explicatio valde brevis. Certo *BIDLOI* ſunt, neque hic laudem meritus eſt *COWPERUS*, qui hunc qualemcunque honorem *BIDLOO* eripere voluit. Varia vero alia anatomica ſcripſit, quæ *operum omnium anatomicorum & chirurgicorum editorum & ineditorum* titulo conjunctim edita ſunt, Leidæ 1715. 4. Huc ergo *oratio de antiquitate anatomes*, Leid. 1694. 4. *Vindiciæ adverſus RUYSCHIUM*, Leidæ 1697. 4. Etſi *RUYSCHIUS* peritia anatomica longiſſime *BIDLOUM* excelluerit, & iſte poetici ingenii magis, præterea luxurioſi fuerit, non tamen poteſt diſſimulari, acerbius cum *BIDLOO* egiſſe *RUYSCHIUM*, qui diſcipulos ſuos ad epiſtolas ad ſe ipſum ſcribendas excitaverit, quæ unice eſſent de *BIDLOI* minus exquiſitis deſcriptionibus partium corporis: ut adeo captaret occaſionem refutandi adverſarium. Utrimque non temperatum eſt a conviciis. Porro *G. COWPERUM citatum ante tribunal* edidit *BIDLOUS* 1700. 4. ubi juſtiſſimam cauſſam defendit, cum nulla arte *COWPERUS* excuſari poſſet, qui tabularum *BIDLOIANARUM* trecentas impreſſiones emerit a bibliopola, nomen *BIDLOI* deleverit, ſuum repoſuerit. *EJUS de nervis diſſert.* I. & II. in decadibus *Exercitationum anatomico-chirurgicarum*, jam Leidæ 1708. 4. excuſæ ſunt. *EJUS de animalculis hepatis ovilli epiſtola* prodiit 1697. 4. De Tractatu *de oculis* dictum eſt. Obiit denique *BIDLOUS* an. 1713.

RAIMUNDI VIEUSSENS ſcripta tractavimus, quorum optima neurographia eſt. In ultimis operibus nimis in theorias animum inclinavit.

RAIMUNDI VIEUSSENS etiam eſt *réponſe aux trois letres de M. CHIRAC*, Monſpel. 1698. 12. Se plagiarium non eſſe, neque a *SYLVESTRIO* in nervis adjutum eſſe, in quibus anno 1671. jam laboraverit, neque ſanguinis analyſin a *D. FABRE* habere contra *CHIRACUM* adſerit.

JAMES COOKE mellificium vvith an anatomical treatiſe and inſtitutions of phyſick, Lond. 1685. 4.*

J. JACOBI WALDSCHMID fundamenta medicinæ, Leidæ 1685. 8. *Inſtitutiones medicinæ rationalis*, Marburg. 1688. 12. in collectione operum omnium, Franc. 1707. 8. recuſæ. *EJUSDEM & DOLÆI epiſtolæ in quibus in inventa anatomica, phyſica, chymica, &c. inquiritur*, Francof. 1689. 4. aliqua habent noſtri argumenti, *BRUNNERI* inprimis & aliorum amicorum obſervationes. Inter *diſputationes* etiam multæ huc pertinent.

SAMUEL COLLINS ſyſtema anatomicum, Lond. 1685. fol. 2. vol. Anatomen comparatam amavit, ut ipſe de ſe fatetur p. 355. hinc magna pars operis in zootome verſatur, cujus præcipuus certe Auctor eſt, & avium piſciumque inprimis copioſiſſimas figuras dedit, ad *PERRALTIANUM* fere morem. Ex homine icones pauciores ſunt. Anatomen practicam interponit, & phyſiologiam, anatomen, atque pathologiam conjungit.

WOLFERDI SENGUERD philoſophia naturalis, Leidæ 1685. 4. brevem etiam phyſiologiam continet ad *CARTESII* ſaporem. *EJUSDEM inquiſitionem experimentalem*, Leidæ 1690. 4. auctius recuſam, Leidæ 1699. 4. ſuperius citavimus, quæ fere unice ad reſpirationem pertinet.

Oeconomia animalis breviter delineata, tum generatio hominis ex legibus mechanicis, Goudæ 1685. 8. Nihil valde boni continet, & *CARTESIUM* ſequitur.

FRANCISCI MERCURII ab *HELMONT J. BAPTISTÆ* fil. *microcoſme or man*, Londini. 1685. 4. phantaſticum & mirificum phyſiologiæ compendium eſt.

MICHAELIS ETTMULLER fundamenta medicinæ vera, Lipſ. 1685. eundem forte Librum conſtituunt,

ſtituunt, qui in collectione operum omnium titulum gerit *inſtitutionum medicinæ*, & breve compendium phyſiologiæ ſemichemicæ continet. Diſputationes duas alibi laudavimus, quas neſcio an *ETTMULLERO* oporteat tribuere, an potius *reſpondentibus*. Repetuntur tamen in operibus omnibus, Francof. 1688. fol. & cura *CYRILLI* Neapoli recuſis 1734. 5. vol. fol.

J. MAUR. HOFMANN diſſertationes anatomico-phyſiologicæ ad HORNII microcoſmum, Altdorf. 1685. 4. ſunt duodecim diſſertationes phyſiologicæ junctim recuſæ. Aliqua ibi ex præceptoribus ſuis de *MARCHETTIS* & *MOLINETTO*. *EJUSDEM idea machinæ humanæ anatomico phyſiologica ad obſervationes recentiores conformata*, Altdorf. 1703. 4. Diverſæ a prioribus, viginti diſputationes, unice recuſæ, quibus compendium corporis humani cum oſteologia, neurologia, & phyſiologicis utilitatibus continetur. Adjecta programmata nonnulla. *EUSTACHIUM RUDIUM* de dentibus citat p. 299. cum velit *BARTHOLOMÆUM*. *EJUSDEM diſquiſitio corporis humani anatomico pathologica*, Altdorf. 1731. 4. Iterum viginti diſputationes ſunt, quibus ad ſingulas partes humani corporis primo breviſſima nomenclatura, deinde morbi continentur, hi fuſi, undique collecti. Subjecta *programmata anatomica*. *EJUSDEM ſciagraphia inſtitutionum medicarum a J. H. SCHULZE* an. 1742. 8. edita eſt *.

J. M. HOFMANNI ſciagraphia hic dicta, breve totius artis compendium eſt.

ANDREW SNAPE anatomy of the horſe, Lond. 1686. fol. Veterinarius regius ex familia natus, quæ dudum ei muneri præfuerat. Anatome mihi videtur humana eſſe, detorta ad aliquam equi ſimilitudinem, & de muſculis conſentit Auctor p. 150. Cerebri etiam, diaphragmatis, auris ejuſque muſculorum icones omnino hominem exprimere videntur, nec in vaſis aut nervis ſerii quid ſubeſſe credo. Oſteologia equina eſt.

CAROLI PATINI idea capitis humani, Patav. 1686. 8. *

Eſſays d'anatomie, Leidæ par M.* 1686. 12. 1695. 12. Anglice Londini 1696. 12. ſub titulo *Eſſays of anatomy*, & Italice vertente *BACCHINIO*, Parmæ 1687. & Venet. 1713. 12. titulo *ſaggi d'anatomia*. Auctor eſt *D. BEDDEVOLE* medicus Genevenſis, amicus *NUCKII*, Libellus autem compendium habet hypotheſium, per quas functiones corporis humani explicare ſuſcipit. Eas repetit ab alcali, acido, figuris particularum. Aliquæ obſervationes intercedunt de uvula & vaſis glandularum ſublingualium. Dictio grata & nitida.

SEBASTIAN CHRISTIAN a ZEIDLEREN ſomatologia anthropologica, Pragæ 1686. alibi lego 1687. 4. Vienn. 1692. fol. Non propriæ induſtriæ partus, & veteres inprimis ſequitur. *EJUSDEM inſtitutiones medicinæ*, Vienn. 1691. 4. *VESLINGII* diſcipulum ſe vocat in *præf.*

BERNARDINO GENGA Anatomia chirurgica, ſive *iſtoria dell' oſſa e muſcoli del corpo umano con la deſcrizione de' vaſi*, Romæ 1687. 8. & prius 1675. 8. * Medico-chirurgus Romanus, firmi & ſingularis ingenii, qui auſus ſit *HIPPOCRATEM* carpere ob infelices ægrorum curationes, ne in tirone quidem tolerabiles. Subjecit tractatum pro circulatione ſanguinis, quæ eo tempore in Italia nondum vulgo recepta erat. *EJUSDEM anatomia per uſo ed intelligenza del diſegno*, Romæ apud Roſſi 1691. fol. ampl. prodiit. *D. BERNARDINUS* cadavera præparavit, explicationes adjecit *J. M. LANCISIUS*. Oſſa ſunt & muſculi, & iſti in varios ſitus gladiatorios diſpoſiti, cum nonnullis melioris notæ antiquis ſtatuis

CORNELII STALPAERT van der WIEL obſervationes rariores anatomico-chirurgico-medicæ, Leidæ 1687. 8. 1727. 8. 2. vol. Auctor medicus, chirurgus, obſtetricator, & peritus anatomicus, fuit artis replendi & conſervandi probe gnarus, non ſolum ipſe 150. obſervationes adnotavit, ſed etiam aliorum utilium ſcriptorum parallelas hiſtorias in ſcholiis contulit, adjecta Diſp. de *monocerote*.

HENR. SCHÆVIS anatomiſcher abriſs des ganzen menſchlichen körpers, ſamt den darauf und darin ſich befindenden krankheiten, vermehrt und verbeſſert durch AVICENNA, Baſil. 1682. 8. * *B.PL.* *IDEM* vero *EMANUEL KOENIG*, qui inter naturæ curioſos Avicenna dictus eſt, edidit, Baſileæ 1682. 4. *regnum animale* recuſum 1698. 4. *IDEM* varia collectanea continet, cum quodam amore miraculi. In eo etiam *SIMONIS LESCOT*, qui primus artem injiciendi exercuit, (teſte *DE-VAUX* in *indice funereo* p. 574.) myologia, & *PETRI CHIRAC* nervorum hiſtoria continetur.

HENR. GERN. HELFELD philoſophicum hominis, ſive *de corporis humani machina*, Amſtelod. 1685. 8. Ex ſecta *CARTESII*.

GIOVANNI CALDESI oſſervazioni intorno alle Tartarughe, Firenz. 1687. 4. * Bonam anatomen continet, ſed nihil vidi niſi cenſuram in Parmenſi Diario.

GIO-

GIOVANNI CALDESI citatus liber eximius eſt & quantivis pretii. Non enim ſolum trium generum teſtudines diſſecuit, accuratius fere quam quiſquam alius, ſed de bilis vaſis aliiſque rebus phyſiologicis utiles interpoſuit digreſſiones.

CASP. PORTA medicina brevis exhibens hominis machinam cum morborum curatione, Leidæ 1688. 8. Exigui momenti.

CORNELII BONTEKOE Ontvverp van t'oud geſtel der medicyne Liber I. in quo vulgaria ante *CARTESIUM* placita refellit. Deinde *opbouvv der medicyne* pariter P. I. in qua anatome & phyſiologia traditur. *EJUSDEM dierige huys-houding*, ſive *œconomia animalis*, quæ etiam ſeorſim, Leidæ 1688. 8. Bremæ 1692. 8. & alias prodiit, compendium nempe phyſiologicum. *Diſcours op het leven, ziekte en den dood*. Notum eſt fuiſſe ex *CARTESII* ſchola, ut tamen ſedem animæ in pineali glandula non admitteret, omneſque morbos fere unice ex viſcido deduceret. Placuit magnatibus, & obiit archiater Brandenburgicus. Opera omnia, Amſtel. 1689. 4. edita ſunt.

In *CORN. BONTEKOE* ibidem recenſiti *ontvverp* P. I. huc pertinet, qua naturam, calidum innatum, quatuor humores, facultates, cambium, rorem, gluten, ſpiritus diverſarum claſſium dari negatur, & P. II. in qua anatomen ſuperfluam eſſe, nominaque inprimis Græca & futuras, muſculorum nomina fruſtra eſſe oſtendit. In *EJUS opbouvv der medicyne* P. I. quem librum etiam diximus, nihil fere boni aut proprii adeſt. *EJUSD. Kort denkbeeld van de œconomia animalis op een nieuvve van de phyſiologie* breviſſimum eſt compendium. *EJ. fundamenta medica ſeu de alcali & acidi effectibus*, Amſtelod. 1688. non legi.

Satis ſimilis *CORNELIO* fuit *DANIEL DUNCAN*, cujus *chymie naturelle* 2. & 3. *partie*, Pariſ. 1687. 12. ſecuta eſt, & praxin continet, & ejus verſionem Latinam, Amſtel. 1707. editam, ſive *chymiæ naturalis ſpecimen, quo plane patet, nullum in chymicis officinis proceſſum fieri, cui ſimilis aut analogus in natura non ſit*, jam citavimus. Huc autem pertinet *hiſtoire de l'animal ou connoiſſance du corps animé par la mécanique & la chymie*, Pariſ. 1687. 12. * nempe phyſiologia.

In *DAN. DUNCAN* citato *chymiæ ſpecimine* actiones corporis humani ad claſſes chemicas referuntur.

JOSEPH LANZONI animadverſiones variæ ad medicinam anatomicam & chirurgicam facientes, Ferrar. 1688. 8. & cum operibus omnibus recuſa, Lauſannæ 1738. 4. Sunt 150. animadverſiones, quarum decem aut duodecim huc pertinent, de ductu thoracico, a quo vaſa ad mammas euntia vidiſſe ſe credidit, ad arteriam bronchialem, generationem, menſes, &c. *EJUS de pericardio, ſaliva & dentibus diſſertationes* exſtant recuſæ in I. volumine *oper. omn.* Eruditus cæterum vir, ſed non ex profeſſo diſſector.

Varia de phyſiologia apud L. de *CAPOA*, chemicæ tamen ſectæ addictum hominem, reperias.

MELCHIORIS FRIDERICI GEUDER de fermentis ſpecificis & de ortu animalium, Amſtel. 1689. 8. Fermentum pancreatis, ventriculi, inteſtinorum cordis refutat.

JUSTI VESTI compendium inſtitutionum medicinæ, Erfurt. 1688. * Lipſ. 1731. *

FRIDERICI SCHRADER additamenta ad *JOH. VESLINGII ſyntagma anatomicum*, Helmſtad. 1689. 4. aliquot diſputationes ſed breviores ſunt.

DANIEL TAUVRY nouvelle anatomie raiſonnée, Pariſ. 1690. 12. 1698. 12. 1721. 8. ed. IV. Latine etiam verſa & *anatomes rationalis titulo* a M. F. *GEUDERO*, Ulmæ edita eſt 1694. 8. Ingenii omnino non mediocris Auctor, ſed ante diem fatis abreptus. In anatome plerumque alienis obſervationibus utitur, & figuras mediocres habet: in theoria autem proprias hypotheſes ſequitur, qualis illa eſt de motu muſculari.

DAN. TAUVRY libri citati editio IV. nihil aucta eſt, etſi promittatur, niſi quod acceſſerint 2. tabulæ *EUSTACHII*.

PIERRE DIONIS cours d'anatomie, Pariſ. 1690. 8. 1695. 8. 1705. 1716. quæ V. eſt editio, 1729. cum notis *D. DEVAUX*, Genevæ 1696. 8. Anglice 1703. pro Chinenſium etiam Imperatore tartarice verſa (*hiſt. de l'Acad. des Sciences* 1726.) Secuit in horto regio a 1672. ad 1680. ſub *D. CRESSE'*, ſcripſit tamen, quaſi ipſe demonſtraſſet, & a capite ad calcem corpus humanum explicavit. Aliqua habet Pariſinorum inventa, tum de generatione & corde, aliaſque obſervationes chirurgicas & medicas, ſatis utiles.

PIERRE DIONIS recuſus etiam exſtat Pariſ. 1694. 8.

THEODORI CRAANEN Archiatri Brand. Liber *de homine*, Amſtelodami 1689. 4. Neap. 1722. 8. 2. vol. Fuſa phyſiologia Carteſiana, icones anatomicæ ad hypotheſin pictæ, obſervationum parum. *EJUS œconomia animalis*, quam compendium eſſe crediderim, recuſa eſt, Amſtelodami 1703. 12. (p. 306.) Contra *CRAANENIUM* ſcripſit *DAVID GRÆBNER medicinam veterem reſtitutam*, ſive *paragraphen Hippocratico-Galenicam in T. CRAANEN* Tractatum *de homine*, Lipſ. 1695. 4. * & additamentum in *T. CRAANEN*, Lipſ. 1714. 4. Sed excuſat *CRAANENIUM TARGIRUS*, & culpam in imperitum editorem *THEODORUM SCHOON* rejicit.

HENDRYK OVERCAMP nieuvve beginzelen tor de genees en heelkonſt. Carteſianam phyſiologiam continent, & prodierunt Amſtel. 1694. 4. nam primam editionem ignoro, deinde germanice recuſa Lipſiæ cum titulo *œconomia animalis*, *oder bericht von der geburt und vvachſthum des menſchen*, Lipſiæ 1690. 8. vertente *D. SCHREYERO*.

JACOBI SINIBALDI Apollo bifrons, Romæ 1690. 4.* Diſſertationum collectio, Latina & Italica. Agitur ibi de uſu reſpirationis, adipe, ſudore, an parentum imaginatio ad generationem concurrat: quomodo fetus reſpiret: an aer in ſanguinem ſubeat: an poſſit animal vivere abſque aere: an urina ſecernatur per organorum configurationem: an ſomnus calefaciat an refrigeret? &c. (*CAT. ENDTER.*)

A. Q. RIVINI phyſiologicæ theſes, Lipſ. 1690. 12. *B. LEHM.* In diſputationibus, Lipſ. 1710. 4. editis, multæ etiam phyſiologici argumenti ſunt, quarum pluſculas citavimus.

OLAUS BORRICHIUS in omni elegantiori literarum genere verſatus eſt. *EJUS* epiſtolæ ad *BARTHOLINUM* multa ad hiſtoriam *BILSII* aliorumque anatomicorum continent. Inter *diſſertationes poſthumas* una de ſanguine, alia de alcali & acido, alia de animalibus hyeme ſopitis eſt, alia de dulcedine. In *A. HAFNIENSIBUS* glandulas ventriculi & veſiculæ felleæ fabricam deſcripſit. Attributa ei ſunt ſcripta aliqua *BLOTTESANDÆI* nomine in *DEUSINGIUM* edita, valde acria.

JOH. NICOLAI PECHLIN obſervationes medicæ, Hamburg. 1691. 4. Elegantiſſimus Liber multa ad phyſiologiam continet, ad adfectus animi, menſium & generationis rariora phænomena, arterias hepaticas & cyſticas, generationem oſſium, tranſpirationem & ſudorem, aliaque.

PHILIPPI BONANNI obſervatio circa viventia, quæ in rebus non viventibus reperiuntur, & micrographia, Romæ 1691. 4. In priori Libro, uti dictum, generationem æquivocam defendit: in altero opere ad ſales urinæ, pilos, aliquas obſervationes adfert.

P. S. REGIS cours de philoſophie, Amſtel. 1691. 4. in Libro VII. continet totam phyſiologiam, cum iconibus ex *VIEUSSENIO* aliiſque. Multum uſus eſt *BAYLEO*.

FRIDERICUS RUYSCH ex pharmacopolio prodiit, ſi fides *ULHOORNIO*, ſed plures forte, quam ullus alius mortalium, ad anatomen perficiendam opportunitates nactus eſt. Nam in populoſiſſima urbe Poliater, anatomices chirurgorum doctor, per totos 60. & ultra annos fuit, hinc corpora humana plurima, & rariſſimos quoſque caſus, nemini faciles, ſæpius vidit, ab anno 1665. quo primum Librum ſcripſit ad 1731. Deinde integerrima mente, etiam digitis & oculis valentibus pene ad mortem uſque uſus eſt. Idem ardore in anatomen ſummo fuit, & ſingulari patientia atque induſtria non ſolum injectiones & repletiones corporum, ſed inprimis etiam munditiem, ornamenta, & cultum artificioſe adminiſtravit, unde mire in ſe conciliavit oculos, cum in cadaveribus decimo a morte anno anatomen demonſtraret Theſ. VI. *proœm.* ſummo cum applauſu principum etiam virorum, *PETRI* maxime I. qui priores X. theſauros magno ære redemtos Petropolin aſportavit. Injectionem a *SWAMMERDAMIO*, amico ſuo, acceptam, ita excoluit, ut nova ars videretur, novaque inde corporis humani theoria naſceretur. Aliis etiam artibus in macerando, reſolvendo, indurando, inflando, ita uſus eſt, ut multa nemini viſa primus declaraverit. Scripſit ſimpliciter & ſine fuco, cum myſterio tamen, & corollaria inventorum plerumque aliis deducenda dimiſit, maxime *BOERHAAVIO*. Amabat autem partes ex corpore reſecare, & in *theſauros* vel ſiccas vel frumenti ſpiritu repletas conſervare, unde vix quidquam in ſitu ſuo aut conjunctione cum vicinis partibus repræſentavit. Candidus fuit ſuorum errorum revelator, ut thymicæ venæ pro vaſculo excretorio habitæ *epiſt. ad SCHELH.* p. 355. Primus, quem edidit Liber, fuit ille *de valvulis vaſorum lymphaticorum*, quem primo in flore ætatis & ingenii, & ex contentione in *BILSIUM* accuratior edidit,

7. PHILIPPUS VERHEYEN anno 1710., Bruxellis duobus voluminibus in 4. editus, ubi omnia inventa recentiorum compilata habemus, familiari ſermone expoſita (*a*).

edidit, & qui reliquis etiam *RUYSCHII* operibus mihi videtur præferendus. Laudes ejus jam diximus. Subjectæ ſunt obſervationes rariores variæ in quibus arteria bronchialis. Succeſſit an. 1691. 4. liber, cui titulus *obſervationum anatomico chirurgicarum centuria*, *accedit catalogus rariorum in muſeo Ruyſchiano*. In priori libro præter morbos raros, exſtant etiam anatomica varia, glandis penis anatome, menſes ex utero fluentes, &c. In poſteriori cellulofa inteſtinorum depicta datur, ligamenta tria coli renovata, appendices epiploicæ, deinde multa ad oſteogeniam. Succeſſit an. 1694. 4. reſponſio ad vindicias *BIDLOI*, acrior quam erat neceſſe, cum alioquin *RUYSCHII'S* in publicis *BIDLOI* demonſtrationibus, ipſo præſente, demonſtrationes Leidenſes refutaret. Inde an. 1696. cœpit Epiſtolas edere, quarum priores novem editæ ſunt an. 1696. decima an. 1697. 11ma. an. 1698. 12ma. an. 1699. 13^{a}. an. 1700. 14^{a}. an. 1701. 15^{a}. an. 1704. 16^{a}. an. 1713. In iis omnibus ſolebat *RUYSCHIUS* diſcipulos ſuos de aliquo *BIDLOI* errore commonefacere. Utiliter tamen in cerebri, oculi, inteſtinorum, penis deſcriptione verſatus & multo nunc, quam in prioribus, ſubtilius. *RAVIUM* cum voluerit privilegio diſſecandi exuere, certe neque bonam cauſam habuit, neque eam bene egit. Secuti ſunt *theſauri*, quos *RUYSCHIUS* publice certo pretio demonſtrabat. Primus an. 1701. ſecundus & tertius an. 1703. quartus an. 1704. quintus 1705. ſextus ni fallor an. 1706. ſeptimus an. 1707. octavus 1709. nonus 1714. decimus 1715. prodiit, undecimus, qui numerum compleret. Præter catalogum rariorum, in quo ſæpe cauſas requiras & uberiorem deſcriptionem, ejus quod eſt præcipuum, hic multa chirurgica exſtant, viſcerum etiam vaſculoſa fabrica adſeritur. *Theſaurus animalium* an. 1710. editus nullum habuit ſodalem, rariora vero animalia continet. Anno 1724. ſucceſſit theſaurus XI. ſive *maximus*, ſive *curæ poſteriores*, in quo vaſa illa a cava vena ad inteſtina, curemque ſollicite deſcripſit. Inde *adverſaria* ſucceſſerunt I. an. 1717. II. an. 1720. III. an. 1723. in quibus multa phyſiologica & practica & chirurgica egregii uſus continentur. De *fabrica glandularum* epiſtola ad *BOERHAAVIUM* an. 1722. 4. ſecuta eſt. Tunc epiſtola *de muſculo uteri novo* ab amico noſtro *J. C. BOHLIO* Latine verſa ex Belgico an. 1726. Propter hunc muſculum *P. HECQUET* & *A. VATERUS* epiſtolas gratulatorias ſcripſerunt, & reſpondit breviter *RUYSCHIUS* an. 1727. Inde *BOHLII* veteris noſtri ſodalis, an. 1727. ſequitur *epiſtola problematica*, ad quam eodem anno *RUYSCHII* reſponſio prodiit, cum icone partis corticis cerebri. *Curæ renovatæ*, ſive *theſaurus anatomicus novus* an. 1728. editus eſt, & inprimis anatomen vegetabilium continet. Aliquæ *RUYSCHII* epiſtolæ exſtant apud *SCHELHAMMERUM* in *epiſtolis* p. 99. in quibus de *VIEUSSENIO* conqueritur. Ad opera *RUYSCHII* laborioſum catalogum ſcripſit *D. YSBRAND GYSBERT ARLEBOUT* Amſtelodami excuſum an. 1725. Denique *vitam* ejus & in Actis Academiæ Pariſinæ 1733. & inprimis opera amici noſtri *J. FRIDERICI SCHREIBER* an. 1732. 4. Amſtelodami editam poſſidemus, in qua inventa inprimis veræque laudes viri enarrantur.

FRANC. MERCURII de *HELMONT paradoxical diſcourſes about the microcoſm*, Londin. 1685. 8. * *EJUSDEM de homine*, Amſtelodami 1692. 12. Paradoxæ omnino & mirificæ hypotheſes.

PETRI BURGER candidatus chirurgiæ oder erörterung . . . anatomiſcher fragen, Hanov. 1692. 8.

CHRISTIAN LUDOV. WELSCH. compendioſa ſtatus naturalis hominis hiſtoria, Baſil. 1692. 4. *

J. HELFRIC. JUNKEN fundamenta medicinæ modernæ eclecticæ, Norimb. 1693. 8. *

(*a*) *PHILIPPI VERHEYEN anatome corporis humani* Liber I. Lovanii 1693. 4. Bruxellis. 1710. 1726. 4. prodiit & alibi. Etſi non valde eruditus fuerit, acerbam ideo paſſus cenſuram *SCHELHAMERI* in *præf. ad analecta*, deinde non blandiſſimam *LAURENTII HEISTERI*, etſi in paupertate inter continua bella vixerit, omnino tamen non ſpernendus Auctor eſt, qui dictione plana & ſimplici uſus, frequenter etiam propria experimenta interpoſuerit, ut in oſſe ſacro, ſterno, coſtarum & dorſi muſculus, vaſis exhalantibus cordis,

Abſolvi quidem omnes ſcriptores (*a*) anatomicos, qui ita ſcripſerunt, ut fides & ho-

cordis, ſinubus pituitariis, muliebribus, quorum tamen pleraque in nuperis demum editionibus reperiuntur. *EJUS ſupplementum anatomicum*, ſive *anatome corporis humani* Liber II. Bruxellis prodiit anno 1710. 1726. 4. Phyſiologia eſt, & omnium in corpore humano humorum analyſin continet, de actionibus vero partium ſolidarum experimenta, ſano quodam & recto judicio & abſque ſecta ſcripta. Multum anatomes vivæ, maxime de reſpiratione, de generatione. Adjecta eſt controverſia cum *MERYO*. Hi duo libri recuſi ſunt Neapoli 1717. 4. 2. vol. Lipſiæ 1731. 8. 2. vol. Amſtelod. 1731. 2. vol. 8. Germanice Liber I. Regiomonti prodiit 1739. 8.

PHIL. VERHEYEN anatome corporis humani L. I. prodiit etiam, Lipſ. 1699. 8. &c. Belgice vero *ontleedkundige beſchryving van het menſchen lichaem*, Bruſſell. 1711. 8.

Cum in *VERHEYENIUM* cenſuram dediſſet in præfatione fui compendii *ILL. HEYSTERUS*; acriter contra eumdem pugnat *ZENGVARDINUS* in *obſervationibus chirurgicis* p. 41. *ſeqq.*

(*a*) *OLIGERI JACOBÆI compendium inſtitutionum medicarum*, Hafniæ 1694. 8. Paucarum paginarum phyſiologia. *IDEM* anno 1681. edidit *orationem* in mortem *T. BARTHOLINI*.

J. F. VALLADE idea generalis morborum. P. I. *continet principia ad conſtructionem hominis ſpectantia*, Roterod. 1694. 4. *

MARTINI LISTER de cochleis maxime terreſtribus & limacibus diſſertatio anatomica, Lond. 1694. 8. Anatome cochleæ accurata, maxime genitalium partium, hepatis, cordis. Magna adjecta eſt digreſſio de reſpiratione, uſu pulmonis, & lienis, quæ viſcera *LISTERUS* habet pro ſanguinis in majori copia aut velociore motu diverticulis. In *SWAMMERDAMIO* carpit penes flagelli ſimiles cochlearum coeuntium, eoſque rectos pingit. *EJUSDEM exercitatio anatomica* II. *de buccinis fluviatilibus & marinis*, *accedit Diſſertatio de variolis*, prodiit Lond. 1694. 8. Cochleas deſcripſit androgynas aliquas, alias ſexu diſtinctas, oviparas & viviparas; purpuram. De partibus corporis humani multis diſputat. Negat parenchyma inter vaſa poſitum: nervos facit ſolidos: defendit glandulas cerebri contra *LEEUWENHOEKIUM*: de aere vitali ſuo elatere ſanguinem exagitante ſcribit. *EJUSDEM conchyliorum bivalvium utriuſque aquæ Exercit.* III. Lond. 1696. 4. Tres partes ſunt opuſculi. In prima exſtat anatome mytuli, conchæ anatiferæ, margaritiferæ, pholadis, omnium ſexu diſtincto proditarum, quod valde ſingulare eſt. In altera aliqua ad loliginis anatomen pertinent. Tertia eſt Liber de calculo, & alibi citabitur. *EJUSDEM* de *humoribus* & alios Libros jam diximus.

J. CASE D. M. compendium anatomicum nova methodo inſtructum, Amſtelod. 1696. 12. Sed datum eſt Lond. 1694. Non magni momenti. Fuſe pro ovis Graafianis laborat, tabulam dat venæ ſectionum, &c.

FRIDERICUS HOFMANN F. fil. an. 1694. Hallæ in 8. edidit *medicinæ mechanicæ ideam univerſalem*, tum *fundamenta medicinæ ex principiis mechanicis expoſita*, eademque *emendata* anno 1703. 8. & alias excudi fecit. Hoc breve compendium eſt. Deinde an. 1718. prodiit *medicinæ rationalis & ſyſtematicæ* T. I. *Philoſophia corporis humani vivi & ſani*. Phyſiologia ſimplex & perſpicua eſt. Multa ubique *STAHLII* refutatio. Aliqua experimenta admiſta ſingularia ut inflatio ductus thoracici per vaſa deferentia. Sanguinis circulationem in minimus vaſis celeriorem eſſe credit. Senii naturalis cauſas fere habet quas *BOERHAAVIUS*, motuſque cordis. Mentem, & animam, & corpus, tria nempe principia hominis, admittit. Subjecta diæta eſt. Plurimæ diſputationes præterea ſunt quæ huc pertinent *de anatome publica* 1703. *de anatomia in praxi medica uſu* 1707.

FR. HOFMANNI addimus diſputationem *de atheo convincendo*, &c.

GEORGIUS ERNESTUS STAHL, collega & æmulus *FRIDERICI HOFMANNI*, chemicus inſignis, & experimentator, metaphyſicus præterea, & triſtioris paulum ingenii, parcus laudator alienæ induſtriæ. *EJUS anatomia anatomes* jam 1694. edita eſt. Diſputatio *de vita* prodiit Hall. 1701. *motus theoria medica* 1702. *de conſuetudinis efficacia generatim* 1702. *de motubus vitalibus* 1705. *ſciagraphia phyſiologiæ veræ medicæ*, Hall. 1711. 4. Hæc niſi fallor eadem eſt, quæ præficitur theoriæ medicæ. Sed ipſa *theoria medica vera phyſio-*

& honos illis habeatur. Verum quærere jam poſſumus, quinam ſint, qui optimam enchei-

phyſiologiam & pathologiam ſiſtens, Halæ 1708. 4. juſto volumine prodiit. *EJUS Sciamachiam*, Harl. 1720. 4. non legi. Notæ ſunt hujus viri opiniones, omnia nempe in corpore humano ex conſilio animæ fieri, quæ ad evitandam putredinem & conſervandum corpus ſuum, motus varios circulatorios, ſecretorios, &c. excitet, idque ope motus tonici in parenchymate latentis perficiat. Quare omnes in corpore humano motus, etiam febriles, cum ad uſus certos deſtinati ſint, merentur medici obſequium, &c. Hæc ipſa animæ, ut vocant, autocratia, fecit, ut *STAHLIUS* frigide anatomen commendaverit, & de organis corporis tanquam inſtrumentis meris mortuis minus ſollicitus fuerit.

G. E. STAHLII etiam eſt diſputatio *de diverſitate corporis mixti & vivi*, Hall. 1707. 4.

BARTHOLOMÆI de *MOOR cogitationum de inſtauratione medicinæ* Libri III. Amſtelodami 1695. 8. In medicina repurganda primum verſatur, ex qua proſcripta vult placita *F. SYLVII* & *CORNELII BONTEKOE*. Deinde preſſionem ſanguinis ex corde in pleniſſimas arterias pro vero fundamento omnium fere in corpore vel ſano vel ægro phænomenorum proponit. Sic motum muſcularem a ſanguine in arteriis per tenſionem tubulorum nervorum retardato explicat, ſomnum a particulis heterogeneis chyli ſanguini admiſtis tardius fluentibus per vaſa cerebri, id comprimentibus. In digeſtione laudatur actio diaphragmatis, eaque pro exemplo legitimi tractatus proponitur.

In *chirurgie complete*, quæ Pariſiis & in Belgio anonyma prodiit 1695. 12. & quæ teſte Academiæ Regiæ hiſtoria ad *POUPARTIUM* ſpectat, præfigitur anatome in qua aliqua ad foramina cranii non mala.

GUILIELMI COCKBURNE œconomia corporis animalis, Lond. 1695. 8. Aug. Vind. 1696. 12. & in *Bibliotheca MANGETI*. Vehemens accuſatio in Tractatu *de legibus hiſtoriæ naturalis* continetur, quæ cum *PITCARNII opuſculis* prodiit, *COCKBURNUM* nempe plagiarium eſſe, qui ex *BELLINO* & *PITCARNIO* omnia deſumſerit. Mihi vero omnino non ita viſum eſt, neque quidquam habet ſaporis jatromathematici, cum *PITCARNIUM* in Tractatu de ventriculo manifeſto refutet. Facilis Auctor, & qui plerumque verum novit diſtinguere.

HENRICI MAII phyſiologia medica novantiqua, Rintel. 1695. ſunt diſputationes academicæ.

J. JAC. STOLTERFOHT ſtudii anatomici deliciæ, Gryphiſvvald. 1695. 4.

ABEILLE anatomie de la tete (in *EJUS parfait chirurgien*), Pariſ. 1696. 12. exigui momenti.

J. B. VERDUC Traité de l'uſage des parties, Pariſ. 1696. 12. 2. vol. 1711. 2. vol. anglice etiam 1704. 8. editus ſub titulo *treatiſe of the parts of a human body*. Medicus poſthumi operis Auctor, chirurgus frater editor fuit. *BOHNIUM* cæterum eſſe, mutato ordine exſcriptum *FANTONUS* jam Auctor eſt in Diſſ. anat. an. 1745. editis p. 115.

LAURENTII VERDUC ſuite de la nouvelle oſtéologie contenant une myologie raiſonnée, Pariſ. 1711. 12. theoriam motus muſcularis, catalogum muſculorum ſabellis decoratum, & ligamentorum breve compendium continet. Chirurgi opus eſt, cum *fratres ſuos* chirurgos aliquos citet.

LAURENTII VERDUC etiam eſt *le maitre en chirurgie*, Pariſ. 1702. 12. tertia ed. Continet etiam myologiam, oſteologiam, phyſiologiam.

JOH. HARTMAN anthropologia phyſico-medico anatomica, Venet. 1696. 4. Videtur intercedendum Librum vitam reliquiſſe. Compendium anatomicum eſt, cum hypotheſibus phyſiologicis. Ita renales capſulas fingit ſerum ſeparare, quod adfuſum diluat ſanguinem ſuo ſero in renibus exhauſtum.

In *GUILIELMI COWPER anthropographia or anatomy of human body*, Leidæ 1697. fol. Leid. 1737. fol. max. edita, ad *BIDLOIANAS* tabulas adjecta eſt primo *introductio*, ſive compendium phyſiologicum. Deinde *COWPERUS* multas literulas tabulis adjecit, quibus varia explicantur, quæ neglexerat *BIDLOUS*. Sermonem etiam penitus novum tabulis adjunxit, multo meliorem, divitem anatomicis & chirurgicis propriis obſervationibus. Tandem quadraginta figuras, ſive novem inſignes tabulas ſubjecit de proprio. In iſtis muſculorum ſtrata prima, arterioſum ſyſtema, icones parvæ ſuæ myotomes, & icones ex

RYD-

encheireſin, hoc eſt, diſſectionem cadaveris docuerunt, ſive quinam optimi ſint Au-

RIDLEIANA cerebri anatome continentur. Reliqua opera *COWPERI* dudum excitavi. Inſignis certe anatomicus fuit, mercurio vaſa feliciter replevit, figuras nitidas propria manu delineavit, multa invenit aut perfecit.

JOH. FRID. ORTLOB hiſtoria partium corporis humani, Lipſ. 1697. 4. Diſcipulus & fidus adſecla *BOHNII*. Sinuum duræ matris circa ſellam equinam novam dediſſe iconem alibi monuimus.

JOHANNIS MUNNIKS Liber *de re anatomica*, Ultraject. 1697. 8. Brevis & Latinus omnino Libellus, aliqua peculiaria habet, foramen *RIVINI*, ſeſamoidea pollicis, urachum apertum. Amſtelod. an. 1740. Belgico ſermone recuſus eſt.

JOH. MUNNIKS Liber citatus belgice recuſus titulum habet *heel ontleed-en gezigtkundige wverken*, Amſtel. 1740. 4.

PETRI JENS tirocinium medicum, Hag. 1697. 8. Phyſiologia & pathologia ad mentem *STAHLII*.

JOHANNES MERY celebris chirurgus & anatomicus Pariſinus in *Progrés de la médecine*, Pariſ. 1698. 12. varias obſervationes edidit aut certe publicavit *BRUNETUS*, de ligamentis ovarii cavis, fine medullæ ſpinalis, penis erectione, muſculis, panniculo carnoſo humano, &c. Quanto amore anatomen proſecutus fit, in elogio teſtatur *BERNARDUS DE FONTENELLE*. Præparabat, inquit *LISTERUS*, non valde deterius *RUYSCHIO*, & integras neurologias exemtas paraverat. *Journy to Paris* p. 64.

BERNARDI CONNOR evangelium medici, Londini 1697. 8. ſingularem hypotheſin ſequitur, ut explicet, quomodo miracula explicari queant. Hominis partes ſolidas credit componi moleculis, quarum quælibet fiat ex maſſula ſulfurea, ex aquea, ex ſalina, & terrea in unam moleculam conjunctis. Generationem explicat per fermentum maſculum, quod ſtamen primigenium in femina latens excitet. Redivivum in reſurrectione hominem ſolis ſenſuum organis & corde conſtitutum, nec muſca forte majorem fore ſuſpicatur. Solida non mutari docet. Animam corpoream videri, neque ſemper & perpetuo cogitare. Subjecta eſt diſſertatio epiſtolica de *modo ſecretionis*, & *tabula nova œconomiæ animalis* perbrevis.

BERN. CONNOR recuſus exſtat Amſtelod. 1699. 8.

CHRISTIAN LUDOVICI WELSCH tabulæ anatomicæ Ed. II. Lipſ. 1698. fol. 1712. fol. Non inutilis certe Auctor, & ſuas & *RIVINI* peculiares obſervationes aliquas habet.

GEORGII BAGLIVI Raguſini, magnæ famæ viri, quam accuſatur fere editis alienis ſcriptis adquiſiviſſe, ut L. de traſmutationibus morborum *CASSALECCHII* Regienſis; *VAL. SALVAM* (*MORGAGN. epiſt.* XIII. n. 39.) *PACCHIONUM* (*BAZZANI Comment. Academ. Bonon.* T. I. p. 48.) alioſque. Ita ex *MALPIGHIO* obſervationem de ſanguinis in ranis circulatione exſcripſit. Edidit Romæ 1696. 8. Librum *de praxi medica*, cum quo Diſſertationes de experimentis per *infuſionem* excuſæ ſunt, tum *ſpecimina IV. de fibra motrice & morboſa*, Romæ 1702. Ultraject. 1703. 8. & ab eo tempore varia tum ad vivi ſectiones, tum ad duram matrem, tum ad liquorum chemicorum cum ſanguine commiſtionem, ſanguinis circulationem edidit, quæ omnia recenſuimus. Opera omnia ſæpiſſime collecta prodierunt, ut Lugduni 1715. 4. Baſſani 1737. 4. &. 1752. 4. addjecta ejus vita.

GEORGII BAGLIVI ſpecimina IV. *de fibra motrice & morboſa* primum prodierunt Pariſ. 1700. 4.

JOACHIMI TARGIRI medicina compendiaria, Leidæ 1698. 8. Phyſiologia primam partem occupat. In ea *AUCTOR* ſententiam ſuam abſque aliorum citatione proponit, boni ſenſus Auctor, & *BOERHAAVII* quaſi præcurſor. Fermentum tamen aliquod in ventriculo, & fermentationem lenem in corde retinet. Stahlianam ſectam refutat. Muſculorum actionem a ſola ſimpliciſſima congeſtione adfluentis in fibram ſpiritus explicat, &c.

FERDINANDI SANTANELLI lucubrationes phyſico-mechanicæ in VII. Tract. diviſæ. Venet. 1698. 4 ad phyſiologiam pertinent ſecunda de *ſomno*, quem ad adfundentes ciborum halitus refert, tertia *de ſpiritibus*, quos medios inter corpus & ſpiritum facit, quarta *de vitalitate vera & neceſſitate mortis*, & ſexta *de nutritione*, ubi chylificationem percurrit. Experimenta nulla.

J. PHILIPPI EYSEL compendium anatomicum, Erfurt. 1698. 8. per quæſtiones & reſponſa Nihil valde proprii.

J. PH.

Auctores, qui docent in diſſectione quomodo ſectio proſequenda ſit, ut prior ſectio non obſtet ſequentibus.

De-

J. PH. EYSEL recuſum extat *compendium*, Erfurt. 1710. 4.

JAMES KEIL anatomy of human body abrigd, Londini 1698. 12. primum abſque nomine, deinde cum nomine Auctoris, variis annis & ſæpiſſime recuſa eſt, ut an. 1710. 12., nuper undecima vice an. 1742. Varias menſuras vaſorum habet, aliaque phyſiologica, veram etiam nervi intercoſtalis originem. *EJUSDEM account of animal ſecretion, the quantity of blood in human body, and muſcular motion*, Lond. 1708 8. deinde auctius ſub titulo *eſſays on ſeveral parts of the animal œconomy*, Lond. 1717. 8. & Latine cum titulo *tentamina medico-phyſica* prodiit. Lond. 1718. 8. cum *ſtatica medicina*. Idem opus Leidæ 1725. 4. recuſum eſt. Tractatus ſingulos jam tetigimus. Adde nunc virum matheſeos peritum, eam cum medecina arctius conjunxiſſe; ad calculos ponendos primum logarithmis fuiſſe uſum: poſitiones anatomicas fere ex *COWPERO* repetiiſſe, viva tamen animalia etiam cum cura ſecuiſſe, hypotheſibus indulſiſſe, neque ſemper ſolicite ponderaſſe, quæ pro veris & ſolidis fundamentis adoptabat.

JAM KEIL anatomy of human body abrigd exſtat etiam Lond. 1714. 12.

MICH. BERNHARD. VALENTINI medicina novantiqua, Francof. 1698. 4. Eſt compendium medicinæ per omnes partes, etiam chemiam. Poſt *polycreſta exotica*, Francof. 1700. 4. novam matricis anatomen dedit, in qua glandulæ vaginæ deſcribuntur. *EJUSDEM phyſiologiæ biblicæ capita ſelecta*, Gieſſæ 1711. 4. prodierunt. * *EJUSDEM amphitheatrum zootomicum*, Francof. 1719. * & 1740. fol. Zootomiam compilatitiam cum pravis figuris continet. In *appendice* habetur codex manuſcriptus compendii anatomici *RAVIANI*, quo multa certe inventa continentur in myologicis, & alibi.

DANIELIS CLERICI & J. J. MANGET Bibliotheca anatomica (primum 1685. fol. edita) *illuſtrata & aucta*, Genev. 1699. fol. 2. vol. Collectio ſcriptorum ultimi ſeculi, qui fere ad fabricam partium pertinent, omiſſis reliquis anatomes partibus, ut myologia, & oſteologia, & omiſſis egregiis auctoribus ſeculi XVI. qui multo plura in partibus corporis majoribus invenerant quam recentiores ſeculi XVII. anatomici. Obſervationes adſperſit *MANGETUS*. Huic editioni *GAGLIARDUS* & *HAVERSIUS* acceſſerunt. Icones non valde nitidæ. Hanc Bibliothecam imitati ſunt Angli, Londini 1711. 3. vol. 4. Multa vero adjecta ſunt, chirurgica nempe ad ſingulas partes, minorum Libellorum ex omnibus Europæ linguis multo major copia inſerta maxime ex Anglia, neque adeo Libri integri, quam loci excerpti. Icones multo nitidius ſculptæ. Hic etiam, & in *SANCASSANI dilucidationibus*, & in E. N. C. exſtant *JOSEPHI ZAMBECCARI* egregia experimenta in brutis animalibus ſuſcepta, quibus periculum aut ſpes ab exciſo cœco inteſtino, liene aliiſque partibus æſtimata eſt.

Hac etiam occaſione non poſſum non laudare *THEOPHILI BONNETI ſepulchretum anatomicum* ejuſdem *MANGETI* cura an. 1700. recuſum 2. vol. fol. In eo equidem opere ſcopus practicus eſt, ſed plurimæ tamen inſunt morboſorum cadaverum diſſectiones, plurima etiam ibi ad phyſiologiam utiliſſime legi & didici.

DOMINICI SANGUINETI diſſertationes iatrophyſicæ, Neapol. 1699. * Ex cenſuris video ſyſtema alcali & acidi refutari.

ALESSANDRO PASCOLI, il corpo umano, * Peruſiæ 1700. 4. Venet. 1712. 4. 1727. 1735. 4. & Latine *ALEXANDRI PASCOLI de homine*, ſive *de corpore humano vitam habente*, Libri III. Venet. 1735. 4. Romæ 1738. 4. quæ ſplendidior editio penes me eſt. In Libro quolibet, primo anatome, deinde practica conſideratio morborum continetur. Figuræ ex *EUSTACHIO, VERHEYENIO* ſumtæ, ordo ſecundum ventres.

JAC. GAVET in ſua *febris idea* varia phyſiologica habet de fermentatione, generatione animalium, ſanguine, cordis motu, ſecretione, Genev. 1700. 12.

GIDEON HARVEY in *vanity of phyſick and philoſophy*, Lond. 1700. 8. varia phyſiologica habet, de digeſtione, quam perficiant animales ſpiritus, de ſanguine qui cor ipſe moveat, &c.

JACOBI le MORT fundamenta novantiqua theoriæ medicæ, Leidæ 1700. 8. & 1718. 8. continent etiam phyſiologiam ſeu theoriam hominis.

J. BAPT.

J. BAPT. FANTONI obſervationes anatomico-medicæ editæ & ſcholiis illuſtratæ, a *JOHANNE filio*, Turin. 1699. Venet. 1713. 4. In priori editione 31. in altera 37. obſervationes ſunt, ſatis & curioſæ & utiles, maxime ad cordis morbos. *EJUSDEM JOHANNIS FANTONI J. B. F. Diſſertationes anatomicæ* XI. Turini an. 1701. 8. prodierunt, quibus trium ventium anatome continebatur. Inter eas, quæ ventrem medium & imum deſcribunt, recuſæ ſunt ibid. 1711. 4. cum titulo *Anatomiæ corporis humani ad uſum theatri* P. I. In eo elegante Libro multa minutiora ex anatome & humana & comparata, ad glandulas & alias corporis partes ſpectantia, tum phyſiologicæ etiam cogitationes continentur, multa etiam ex *MERYO*, quem audiviſſe videtur *FANTONUS*, & Pariſinis animalium diſſectionibus. Diſſertationes ſunt 13. Deinde rejectis iterum diſſertationibus, quæ ad ventrem medium pertinent Turini 1745. in 8. Maj. recuſæ ſunt *diſſertationes anatomicæ ſeptem priores renovatæ de abdomine*. Multa iterum ibi ad hiſtoriam inventorum, ad zootomen, ad omnem anatomen partium ventris imi utilia. *MALPIGHIANAM* viſcerum fabricam paſſim tuetur. Hic ſolus ex anatomicis ſeculi XVII. ſupervivit, dum ſcribo. Epiſtola J. *FANTONI* ad *LANCISIUM* cum editione *EUSTACHII* prodiit. *EJUSDEM opuſcula medica & phyſiologica*, Genevæ 1738. 4. edita continent primo diſſertationes & animadverſiones fuſas, eruditas, & quibus novum ſyſtema ſolide refutatur. Adjectæ ſunt obſervationes paternæ cum ſcholiis, & aliæ auctoris noſtri ex anatome practica ſumtæ, egregiæ. Reliqua phyſici argumenti ſunt.

In *Monumentis Academiæ Regiæ ſcientiarum* obſervationes (inter hiſtorias) numeroſiſſimæ, deinde aliqua ex anatome comparata utilia exſtant. Ea fere in phyſicis citavimus p. 106. *ſeqq.*

LAUR. ROBERG inventa anatomica hujus ſeculi, Upſal. 1700. Diſp. *EJUS lyck refnings taſlor*, Upſal. 1718. 8. compendium Suecicum.

In *G. PASCHII de novis inventis quorum accurationes cultui faciem pratulit antiquitas*, Lipſ. 1700. 4. aliqua anatomica ſunt.

BESSE recherche analytique de la ſtructure des parties, Toloſæ 1701. 8. 2. vol. Diſcipulus *CHIRACI*, cujus ſcripta compilavit Auctore *HELVETIO*, in præf. ad *réponce à la lettre critique*. Miro inſtituto ex effectibus ad cauſas reſurgit, tamquam omnia planiſſima & certiſſima forent, aut a nobis ipſis corpus creatum eſſet. Fermentationibus omnia plena & fictitiis figuris partium, acido, alcali. Ipſius fetus formationem mechanice explicat, ut ex fermentatione ſtruatur. *IDEM* anno 1725. ſatis acrem edidit epiſtolam ſub titulo *lettre ſur le livre de l' œconomie animale de* M. H., Pariſ. 8. quam non vidi. Sed *replique aux lettres de M. HELVETIUS au ſujet de la critique de ſon livre de l' œconomie animale*, Amſtel. etiam (verius, Pariſiis) 1726. 8. eam quidem legi. Cum in priori epiſtola *BESSIUS* objiceret *HELVETIO*, quod theoriam inflammationis *BOERHAAVIO*, non citato, ſurripuiſſet, acriter vero reſpondiſſet *HELVETIUS*, & auctoritate uteretur ad ſupprimendas defenſiones *BESSII*, iſte furtim edita reſponſione ſatis vehementer priorem accuſationem repetiit.

JEAN BESSE lettre ſur le livre de l' œconomie animale de *M. H.* habeo nunc editionem Pariſinam 1723. 12. Practica ea eſt, & unice ad anatomen pertinent, quæ contra *HELVETIUM* dixit, ob diſſimulata ea, quæ *BOERHAAVIO* debebat circa errorem loci & arterias lymphaticas. Video *Oeconomiam animalem*, Pariſ. 1723. 3. vol. 8. recuſam eſſe.

ARCHIBALDUS PITCARNE Scotus, aliquo tempore Leidenſis Profeſſor, *BOERHAAVII* ſed brevi tempore præceptor, iatromathematicus, acris vir ingenii, ſed, ſi omnino legitima ſunt carmina, & mira illa *ARCHIMEDIS* epiſtola (ad *GELONEM* enormi anacroniſmo data) in religionem parum pronus. *EJUS* pleraque opuſcula ſingulatim recenſuimus. Collecta ſunt Roterodami 1701. 4. deinde Edimburgi 1713. 4. ubi 15. diſſertationes habentur, quarum pleraſque citavimus, reliquæ ſunt de curatione febrium, quæ fit per evacuantia, ubi ſudorifera contra purgantia extollit: de modo in ſanandis morbis quo agunt corpora acida vel alcalina; & *BOERII* epiſtola. In Roterodamenſi editione an. 1714. 4. acceſſit ſcriptum de legibus hiſtoriæ naturalis contra *R. SIBBALD* valde acerbum. Infenſus erat *SIBBALDO*, quod contra medicos mathematicos Libellum an. 1696. edidiſſet, lingua vernacula ſcriptum. Aliæ adhuc editiones horum opuſculorum in Belgio ſucceſſerunt, medica tamen nulla. *Elementa medicinæ phyſico-mathematica* a morte *PITCARNII*, Londini 1717. 8. prodierunt, recuſa in Belgio ad malum exemplar, a diſcipulis de-

ſcriptum, (*MARTINE de animal. ſimilib.* p. 30.). Prima pars eaque brevis phyſiologiam continet. Opera omnia etiam Venetiis 1733. 4. recuſa ſunt.

ARCHIBALDI PYTCARNE, *Elementa medico-phyſico-mathematica* ibi dicta continent ſyſtema ad *BELLINIANUM* ſaporem, quod multa promittit. Singularia aliqua, docet nutrire venoſum ſanguinem, animalcula ſpermatica duorum ſexuum dari.

MICHAEL ERNEST ETTMULLER corpus humanum ſympatheticum, Lipſ. 1701. Diſp. *JOH. WOLFGANG PREISER œconomia corporis animalis*, Vienn. 1701. vel 1702. 12. uterque enim annus in catalogis præfigitur. *

CHRISTIAN VATER macchina humana, VVittemb. 1700. Diſp. * *EJUSDEM phyſiologia experimentis & demonſtrationibus mechanicis, chemicis, & anatomicis inſtructa*, VVittemb. 1701. 4. 1712. 4. Phyſiologia humana in ſyſtemate univerſali phyſices continetur. *EJUSDEM inſtitutiones medicæ ſuccinctis aphoriſmis comprehenſæ*, VVittemb. 1702. 4. *

POLYCARPI GOTTLIEB SCHACHER de anatomia præſtantiſſimo totius medicinæ fundamento, Progr. Lipſ. 1701. 4. Eruditi viri plures adhuc ſunt hujuſmodi diſſertationes, ut *de anatomia & phyſiologia in genere*, Lipſ. 1715. 4. *de partibus corporis humani externis & internis*, ibid. 1715. &c.

In *D. SAVIARD ebſervationibus chirurgicis*, Pariſ. 1702. 8. multa bona habentur, & memoratu digniſſima.

PETRI CHIRAC pleraque circa hæc tempora ſcripta ſunt. Libellus de pilis recenſus eſt. *De incubo* Diſſ. Monſpelii prodiit 1692. quem morbum a fermentatione læſa explicat, *de volvulo* an. 1694. * in quo hoc malum ab introſuſceptione inteſtinorum explicatur, *examen analyticum de motu cordis*, an. 1698. ibid. quem a fluido proprio, neque nerveo, neque ſanguineo derivat. Sed inprimis lectionum ſuarum codices manuſcriqtos numeroſiſſimos diſcipuli circumtulerunt, in quibus theoria plurima, & eventuum ad cauſas mechanicas reductio reperitur. *EJUS* denique *lettres ou réfléxions préliminaires*, & ejus *réponſe a la réclamation du* P. C. acri ſtylo in *VIEUSSENIUM* ſcripta eſt, quem plagii, invidiæ & neſcio quot criminum reum agit. Hæ epiſtolæ cum poſthumis *PETRI CHIRAC* conſultationibus exſtant.

JOH. GODOFREDI DE BERGER phyſiologia medica, ſive *de natura humana* Liber *bipartitus*, VVittemberg. 1702. 4. Vir eloquens in ſchola *RUYSCHIANA* enutritus, & eorum omnium niſi fallor primus, qui hujus viri experimenta in theoriam medicam tranſtulerunt. In hac phyſiologia vocibus curioſe ſelectis pondere pleniſſimis, & judicio non vulgari uſus eſt, *BOHNII* ſæpe adverſarius. Novam editionem a collega meo conjunctiſſimo, erudito & avi ſimillimo, *JOHANNE GODOFREDO BRENDELIO*, ipſis auctoris obſervationibus ditiorem expectare licet. Interim *FRIDERICUS CHRISTIANUS CREGUT* aliam dedit, Francofurti 1707. 4. & diſſertationem *de anthropologia ejuſque præcipuis ſcriptoribus* præmiſit.

JOHANNIS FREIND ſcripta citavimus. Eruditionem variam, experimenta & mathematica principia conjunxit.

JOHANNIS BROEN, cujus Librum *de duplici bile* jam diximus, *opera medica* poſthuma Roterodami 1703. 4. edita ſunt a *PETRO* a *PELT*, amico *BROENII*. Phyſiologia ibi habetur ſatis Carteſiana, multum uſa æthere. *SYLVIUM* tamen & efferveſcentias paſſim refutat.

HENRICI RIDLEI obſervationes medico-practicæ, Londini. 1703. 8. præter ea, quæ ad foramen ovale pertinent, plurimas cadaverum diſſectiones continent.

JOSEPH de la *CHARRIERE* medici & chirurgi *anatomie nouvelle de la tête de l'homme*, Pariſiis 1703. 8. Varia continet, theoriam motus muſcularis, ſenſuum, oſſium fabricam, ſalivæ phænomena, oſſa capitis, capitis, cerebrum, viſus inprimis fuſam enarrationem, vaſa. Multum uſus eſt *VIEUSSENIO*.

BLANKEN catalogus antiquarum & novarum rerum anatomicarum in theatro Leidenſi 1703. 4. ſæpe recuſus.

ALEX. CHRISTIAN GAKENHOLTZ de principiis mechanicis phyſiologiæ applicandis, Helmſtad. 1703. 4.

A. CHR. GAKENHOLTZ habet aliqua ad motum muſculorum &c.

ANTONIUS MARIA VALSALVA Medicus, Chirurgus (ut ex nupero *MOLINELLI* Libro *de aneuryſmate* apparet) eximius, anatomicus artis ſuæ cupidiſſimus, ut conſtat ex anatome

cadaveris æſtivis ardoribus tabefacti decimo tertio die inſtituta (in vita *VALS.*). Præter Librum de auditu alibi laudatum reliquit tres diſſertationes annis 1715. 1716. & 1719. in academia lectas de oculi anulo moderatore, ſinubus aortæ, renum ſuccenturiatarum ductu excretorio, cum quibus aliqua de ligamento coli, ſedeque cataractæ in ipſa lente conjuncta ſunt. Poſthuma alia *VALSALVÆ* chirurgica promittit *ILLUSTRIS EDITOR*, de cujus labore continuo dicetur. Varia paſſim de ſchedis *VALSALVÆ* decerpta admiſcentur diſſertationibus *MORGAGNI*.

PETRUS MATTHÆUS Conſentinus, *CORNELII*, & *LEONARDI* a *CAPOA* diſcipulus, dialogos decem ſcripſit, jam citatos, ſub titulo *animadverſionum phyſico medicarum*, Neapoli 1704. 4. Experimenta in animalibus ſæpe valde paradoxa fecit: opiniones noſtro tempore omittimus. Phyſiologiæ magnam partem tractavit.

LUTHER de ppericardii, pulmonis & partium genitalium anomaliis, Kiel. 1704. 4.

CHRISTIANUS JOHANNES LANGE, *BOHNII* diſcipulus, multas phyſiologicas diſſertationes dedit ut *homo atomomatum*, Lipſ. 1694. &c. *EJUS opera omnia* poſthuma curavit edi *A. QUIRINUS RIVINUS*, Lipſ. 1704. fol. Hiſtoria ibi medica reperitur, paſſim vicioſa. *GUIDO* certe de *CAULIACO* non vixit ſeculo XV. Inde phyſiologia ſequitur, eo ordine, ut theſes præcedant, & ſequantur objectiones & earum ſolutiones. Diſſertationes ultimo loco ponuntur.

JOH. SALZMANN Diſſ. *de anatome jucunda & utili*, Argentor. 1704. *de ætatibus vitæ humanæ*, 1715. & alias diſputationes edidit, *STAHLIANUS*, qui dum vixit magna laude anatomes floruit.

J. ZELLER theſes inaugurales medicæ, Tubing. 1704. 4. Varia etiam ad glanduloſam fabricam contra *RUISCHIUM* defendit.

J. VAL. SCHEID Prof. Argentoratenſis *doctrina ſplanchnologica*, Argent. 1705. 4.

J. DOMINICUS SANTORINI primum inclaruit *quatuor opuſculis* anatomicis, quæ Venetiis 1705. 4. Roterodami 1719. & fere cum omnibus editionibus *BAGLIVII* prodierunt. Eorum tria, quæ phyſiologica, ſunt, de *fibra*, *nutritione*, & *catameniis* jam laudavimus. Deinde an. 1724. Venetiis edidit *obſervationes anatomicas* in 4. recuſas, Leidæ 1739. 4. In his obſervationibus anatomicum indefeſſum, in difficillimis partibus extricandis artificioſiſſimum, & pene nimis perſpicacem ſe geſſit, niſi omnino hic aliquid nimii locum habet, cum multos muſculos ejus viri nemo recentiorum perinde diſtinctos viderit. Pertinent autem hæ obſervationes ad muſculos faciei, auriculæ, naſi, laryngis, pharingis, ad cerebrum, ad oculum, naſi cartilagines, & oſſa, ad diaphragma, muſculos abdominis, ductum thoracicum, partes genitales utriuſque ſexus, in quibus inprimis diligentiſſime verſatus eſt. Promiſerat *commentarios anatomico-medicos*, ſed illi nondum prodierunt. *Iſtoria d'un feto* jam dicta eſt.

J. DOM. SANTORINI quatuor opuſcula prodierunt etiam Venet. 1740. 8

In *nouvelles obſervations ſur les os JOHANNIS JOSEPHI COURTIAL*, Pariſ. 1705. 8. Leidæ 1709. 8. aliqua de lymphaticis hepatis, aqua pericardii, aeris proprietatibus continentur.

ALEXANDRI THOMSON diſſertationes medicæ, Leidæ 1705. 4. datæ Montroſs. 1704. Auctor ingenii ut videtur recti & facilis, *BOERAAVII* vel preceptor vel diſcipulus, *DUVERNEYI* vero certior auditor. In præfatione ſectarum recentiorum patronos recenſet, nulli valde favens. De Diſſ. I. dixi. Tertia explicat mechanice rationem ferri, qua ſanguinem urget per minima vaſa ſcirrhumque diſſipet. In IV. argenti vivi, in V. opii agendi modum mechanice interpretatur, & in VI. de animi morbis, corpori valde noxiis agit.

HENRICI SNELLEN theoria mechanica delineatio, Leidæ 1705. 8. contra *BAGLIVUM* & theoriam fibræ ſolidæ & *FREINDII* emmenologiam ſcripſit, & fermenta tuitus eſt, & chemicas Theorias.

HENRICI SNELLEN etiam eſt *defenſio contra BARTHOLOMÆI de MOOR diſputationem de ſpiritibus animalibus igneis*, Leid. 1707. 8. ut videtur.

RAIMUNDI VIEUSSENS novum vaſorum ſyſtema humani corporis, Amſtel. 1705. 8. Continet fabricam plerorumque corporis humani viſcerum, per injectiones liquorum, microſcopia, & exſiccationes detectam, vaſa inhalantia ventriculi, morbos cerebri, &c. *RUYSCHIUS* de *VIEUSSENIO* querebatur, quod ſuis obſervationibus clam uſus eſſet, *epiſt. ad SCHELH.* p. 99. Id non ita videtur, ſed potius celluloſam fere ubique pro vaſis a *VIEUSSENIO* acceptam eſſe.

NICO-

NICOLAUS HARSTOEKER in *conjectures phyſiques*, Amſtel. 1706. 4. *ſuite des conjectures phyſiques* 1708. *ſeconde ſuite* 1712. *éclairciſſemens ſur les conjectures* 1710. & *ſuites dès éclairciſſemens* 1712. multa phyſiologica habet.

J. B. MORGAGNI inter anatomicos eruditione, veritate, numero obſervationum eminet, utinam diu! *EJUS adverſaria anatomica* I., Bonon. 1706. 4. *ſecunda & tertia* 1717. *quarta* eodem anno, inde tria reliqua an. 1719. Patavii prodierunt, ubi omnia etiam ſex nitide conjunctim eo anno recuſa ſunt. Prima edidit ex primis ſuis laboribus, ſecunda in *MANGET* theatrum inprimis, tria alia ad *BIANCHUM* pertinent. In quarto & reliquis hunc virum conciliatus relinquit, & redit ad *MANGETUM*, iconeſque priores defendit. Ubique & eæ dotes elucent, quas laudavi; ſextis & primis adverſariis etiam magis. Plurimos vulgo receptos in anatome errores primus expunxit. *EJUS nova inſtitutionum medicarum idea*, Patav. 1712. 4. Leidæ 1740. 8. prodiit, quam non vidi, eſt autem breviſſima. In editione *LANCISIANA EUSTACHII* epiſtola etiam *MORGAGNI* eſt, in qua aliqua difficiliora loca interpretatur. *EJUS epiſtolæ anatomicæ* II. Leidæ 1728. 4. prodierunt. Reconciliaverat *BIANCHUM* cum *MORGAGNO* communis amicus *LANCISIUS*. Eo mortuo in nova editione hiſtoriæ hepaticæ ſe defendere cœpit *BIANCHUS*. Ad tabulas *BIANCHI* in prima epiſtola valde miti ſermone reſpondit *MORGAGNUS*, & plurima addidit ad hiſtoriam anatomicam atque hepatis deſcriptionem. In altera vero epiſtola ob defenſiones *BIANCHI* commotior, & acrius *BIANCHUM* adortus eſt. Adjectæ ſunt *JANI PLANCI* & *JOS. POZZII* epiſtolæ, quibus tabula ductuum hepaticorum dilatatorum, quæ inter *BIANCHIANAS* eſt, plagii poſtulatur. Denique in operibus *VALSALVÆ* edendis ſummum laborem poſuit *MORGAGNUS*. Vitam nempe viri addidit, & præfationem, & diſſertationes anatomicas XVIII. quæ cum prioribus vigenarium numerum conficiunt. Edita ſunt Venet. 1740. 4. 2. vol. Incomparabilis hic eruditio, omnium auctorum cenſura ſolida, obſervationes ſæpe iteratæ & minuta cum cura, plurimæ ad organum auditus, cor, renes, ſuccenturiatos, colon, fabricam viſcerum, morborum ſedem, oculum, nervos. In *Commentariis Bononienſibus* epiſtola *MORGAGNI* de uvula ejuſque muſculis reperitur.

G. DESNOUES, per 13. annos Profeſſor (ut ipſe ait p. 29.) anatomiæ & chirurgiæ, & primarius chirurgus noſocomii Genuenſis fuit, notior ob cerea cadavera, quæ ære ſpectanda Pariſiis proponebat, de quibus etiam totus, quem dicam, Liber fere agit, qui inſcribitur *lettres de GUILL. DESNOUES à M. GUILIELMINI*, Romæ 1706. 8. intercurrunt tamen aliæ obſervationes, de monſtro fictitio, de nervis acuſticis, de glandulis in radice penis. In *Zod. Med. Gall. IDEM DESNOUES* glandulas cervicis uteri deſcripſerat.

Præter prius opus jam excitatum edidit *CHRISTIANUS STROEM vaticiniorum mechanicorum in medicina uſum vindicatum*, Leidæ 1707. 8. Defendit mechanicos, *PITCARNIUM*, *BAYLEUM*, *BOERHAAVIUM*. & recuſus eſt cum *PITCARNIO*, Venet. 1733. 4.

JOSEPHI DONZELLINI quæſtio convivalis de uſu mathematum in arte medica, Venetiis 1707. 8. & in collectione operum *GUILIELMINI*.

J. WILLHELMUS PAULI edidit Lipſ. 1707. 8. *opuſcula anatomica & chirurgica JOHANNIS van HORNE*, addiditque doctam præfationem, qua multa recentiorum anatomica inventa continentur; deinde ad ipſius operis paginas eruditas adnotationes, adſperſit ex *COWPERO* aliiſque Anglis & idoneis doctoribus ſumtas. *EJUS ſpeculationes & obſervationes anatomicæ* prodierunt, Lipſ. 1722. 4. * *PL.*

JACOBI DRAKE nevv ſyſtem of anatomy ... an animal œconomy ... and a rational of many diſtempers, Lond. 1707. 2. vol. cum titulo *anthropologia nova* recuſa an. 1727. 2. vol. & 1737. 8. Auctor in ipſa editione operis in flore ætatis de vita deceſſit. Multum hypotheſium non firmiſſimarum per opus diſperſum, de bilis utilitate ad menſes movendos, aeris ad cor dilatandum, ventriculi comparatione cum lebete *PAPINIANO*. Sed pretium habet a tabulis *COWPERI* ad viva corpora factis, exprimentes ſitum viſcerum, muſculos nonnullos, vaſorum ſceleton, arterias venaſque pulmonales, quarum illæ majores ſunt, narium denique bonam hiſtoriam. In appendice compilatæ ſunt variorum auctorum icones.

LE CLERC chirurgie complette avec l'oſtéologie, la myologie, Pariſ. 1702. 12. 1706. 12. 1739. 12. &c. In editione priori egregia quam jam laudavi, oſteologia eſt, in nupera myologiæ compendium, & *DUNCANI* adminiſtratio cerebri. De chirurgica parte alibi.

JOSEPHI GRANDI oratio, qua Italam anatomen cæteris præſtantiorem eſſe oſtendit, Ven. 1706. *

PETER PAXTON'S phyſico-medical directory, Londini 1707. 8. Brevis phyſiologiæ delineatio & reliquarum partium medicinæ. *

HERMANNI BOERHAAVE inſtitutiones rei medica, Leidæ 1708. (dat. 1707.) 8. 1713. 8. 1720. 8. 1727. 8. 1734. 8. 1746. quæ duæ ultimæ editiones non differunt, innumeris cæterum annis locisque recuſæ, etiam, ſi fides *ALBERTO SCHULTENS*, doctiſſimo viro, arabice. Non alius noſtro ævo plures vidit aut diſcipulos, aut admiratores ſui. Phyſiologia majorem partem hujus libri efficit, eaque inprimis famam viro peperit. Anatomicas deſcriptiones dedit fuſiores quam priores ex *COWPERO* inprimis ſumtas, & *VESALIO*, & *EUSTACHIO*, & *RUYSCHIO*. Hujus viri & *LEEUWENHOECKII* obſervationibus ſuperſtruxit ſyſtema vaſorum minorum per multas ſeries decreſcentium, huic inflammationum theoriam. *SYLVIANA* fermenta undique profligavit, acidum a corpore, & a febribus abeſſe oſtendit. Cauſas unius effectus multas collegit, quas priores fere dabant ſingulas. De commentariis alibi dicetur.

EJUS oratio *de uſu ratiocinii mechanici in medicina* prodiit Leidæ 1703. 8. 1709. 8. In univerſum reſpondet ad objectiones oſorum mechanices. Hic continetur celebre illud inventum arteria lymphatica, quam adeo ante *VIEUSSENIUM BOERHAAVIUS* vidit: ut nunc contra *GALLOS* & meipſum, male ipſis credulum, obſervo. Oratio *de certo in phyſicis* edita eſt Leidæ 1715. 4. Contra hypotheſes & eſſentias rerum, quas nobis ignotas, & ſola phænomena aliqua per ſenſus perſpecta eſſe oſtendit. In præf. ad *aphrodiſiacum* telam celluloſam, uti dictum, deſcripſit. Epiſtolam *de fabrica glandularum* jam citavimus. Ea & una opuſcula minora, Hagæ 1738. 4. prodierunt. Opera poſthuma a præſtantiſſimi nepotis *BOERHAAVIANI CL. KAAUII* cura & induſtria ſperamus.

In L. de viribus medicamentorum *BOERHAAVII* magna pars phyſiologiæ inprimis vaſorum continetur.

Contra orationem de uſu ratiocinii mechanici, ſcripſit *ANONYMUS ratiocinii mechanici abuſum in medicina & impotentiam* Friburgi (nomen fict.) 1719. 8. ſed eam ſatyram non legi. Objecit etiam *DEMETRIUS* (*ouvrage de Penelope* p. 131.) ex *PITCARNIO*, & clanculum quidem ſumtam eſſe theoriam, quod nimium eſt, nam etſi paſſim recepit *PITCARNIANA* & inprimis *BELLINIANA* theoremata, ab ejus tamen theoria tritus, nutritionis, aliiſque longe abfuit. Idem in *homme machine* iterum vitio dat, quod naturam non noverit, niſi per aliorum labores. Etiam hoc nimium eſt, cum, & viva corpora diſſecuerit & multum uſus ſit præparatis a *RUYSCHIO* corporis humani partibus. Cæterum viri æternitate digniſſimi vitam poſſidemus a quatuor auctoribus deſcriptam. Prima eſt *ALBERTI SCHULTENS*, continuo a morte edita, Leidæ 1738. 4. Altera eſt elogium in *Monument. Acad. Reg. Scient.* 1738. Tertia a *D. BURTON* ſcripta anno 1743. repetita eſt 1747. in 8. cum nonnullis ad *MORTIMERUM* epiſtolis & Diſſert. *BOERHAAVII* inaugurali. Quarta eſt *eſſai ſur le caractère du grand Médecin, ou éloge critique de BOERAAVE*, Leidæ 1747. 8. quæ *D. MATY* opus eſſe dicitur, & ea videtur ab omni aut nimis indulgente, aut pravo affectu remota eſſe.

JEREMIÆ WAINEWRIGHT mechanical account of nonnaturals, &c. Lond. 1708. 8. 1737. 8. Multa hic habentur conjuncta, phyſiologica, theoria ſecretionis, reſpirationis, ponderis aeris, digeſtionis & efficaciæ ventriculi, hepatis denique anatome & phyſiologia.

ANTONII DEIDIER phyſiologia tribus diſſertationibus comprehenſa eſt diſputatio inauguralis, quam *JOH. WYSS* patruus noſter & *J. B. CHOMEL* defenderant, Monſpelii 1708. 8. Prima pars phyſica eſt, altera phyſiologiam corporis humani tradit, ad chemica principia & fermentationes. Tertius Libellus eſt de vaſis, ubi rara obſervatio oſſeæ portionis in corpore ſtriato repertæ. Ejuſdem auctoris eſſe credo *anatomie raiſonnée du corps humain par M. DEIEIER*, Pariſ. 1742. 8. qua multa phyſiologica etiam valde paradoxa continentur, ut pulſum ab elatere ſanguinis arterioſi naſci, diaphragma ad inſpirationem *paſſive* ſe habere, nerveas fibras eſſe mera vaſa arterioſa, & quæ alia hujuſmodi. *Inſtitutiones medicina theoretica phyſiologiam & pathologiam complexas*. Pariſ. 1731. 12. non vidi.

ANTONII DEIDIER inſtitutionum medicina &c. citatam editionem Pariſinam latinam non vidi, ſed gallicam quæ titum habet *Inſtitutions de Médeciné contenant la phyſiologie* &c. Pariſ. 1735. 12. Phyſiologiæ nomine hic habetur nutritio, motus muſcularis, ſenſuum, vaſorum & temperamentorum theoria. Lympham negat a ſanguine differre niſi raritate. Vaporem abdo-

abdominis in inteſtina & veſicam reſorberi: capſulas renales veros renes eſſe, quorum ductus uriniferi ab incremento corporis eliſi ſint, ſpiritus nerveos nullos dari, & alia paradoxa docet.

ANATOMOPHILI tabulæ anatomico-anthropologicæ beſchreibung der theile des menſchlichen körpers in VI. tabellen, Dreſſden 1708. fol. Compendium inane in giganteam formam diſpoſitum.

JULII BARTHOLOMÆI BERINGER ideæ inſtitutionum medicinæ rationalium, VVurtzburg. 1708. 8. Breve compendium.

LAUR. TERRANEI præter Tractatum *de glandulis* alia opuſcula, *orationes* inprimis, citantur in *GALER. di Minerva* VII. p. 26.

CHRISTIAN SIGMUND WOLF Diſp. *de moralitate anatomes circa animalia viva occupata*, Lipſ. 1709.

J. SALZMANN ſpecimen anatomiæ curioſæ & utilis, Argentor. 1709. *EJ. theſes anatomicæ ſelectiores*, ibid. 1711. 4.

J. HE. FURSTENAU deſiderata anatomico-phyſiologica, Hall. 1709. 4.

GEORG. EMMERICH Diſp. *de inſpectione cadaveris*, Regiomont. 1710.

DOMINICI GUILIELMINI opera omnia, Genev. 1719. 1740. 4. Obiit autem an. 1710. Mathematicus, *MALPIGHII* diſcipulus, paulo in hypotheſin pronior. Liber *de ſanguine* dictus eſt. *Pro theoria medica adverſus empiricos* oratio dicta 1702. utcumque huc pertinet.

PETITI epiſtolas laudavimus.

In *Miſcellaneis Berolinenſibus* paſſim anatomica intercurrunt, ut *VATERI* de viis lacrumarum & glandulis *MEIBOMII*, *BUDÆUS* de oſſeſcentia diſſertatio, aliaque.

CHRISTIANI HENRICI ERNDL iter anglico-batavum, Amſtelod. 1709.* ni fallor & 1711. 8. legi poteſt ad *RAVII* & *RUYSCHII* inventa.

PATRICK BLAIR oſteographia elephantina, Lond. 1711. 4. inter anatomes comparatæ ſcriptores de meliori nota eſt.

J. HENRICI de *HEUCHER litigia circa inventa anatomica*, VVittemb. 1707. *ars magna anatome* 1709. 4. *de anatome practica*, 1709. *paria analyſeos mathematicæ & anatomicæ facta*, ibid. 1709. *de anatome ad praxin accommodanda*, 1710. *de ignorantia anatomicorum*, 1710. *ſelectiora anatomica*, numeroſæ nempe per omnem anatomen theſes, 1711.

ANT. MAR. VALISNERI conſiderazione intorno al cervello d' un bue impietrito, Patav. 1710. 4. Demonſtrat Francos academicos exoſtoſin pro petrificato cerebro habuiſſe.

In *EJUSDEM nuove oſſervazioni ed eſperienze intorno alla ſtoria medica e naturale* exſtat deſcriptio puellæ abſque cranio qualem & nos deſcripſimus.

Iſtoria del camaleonte africano e di varj animali d' Italia, Venet. 1715. 4. & auctius in operibus omnibus. Accurata omnino anatome, & multo emendatior, quam priorum, ut *DOMINICI PANAROLI*, Academicorum Gallorum. Cutis fabrica, pulmonis, genitalium legi meretur. Pipam demonſtrat non feminam eſſe, quæ ova in dorſo ferat, ſed marem, cujus in dorſum femina ova ponat.

In *raccolta di varie oſſervazioni ſpettanti all' iſtoria medica e naturale* varia etiam anatomici argumenti reperi, ut excifum ex catella lienem: an digeſtio ab acido: de acido in bile: de circulatione ſanguinis: de via aeris per teſtam ovi: & alia. De iis dixi quæ ad generationem pertinent.

J. JAC. FRANC. VICARII baſis univerſæ medicinæ, Argentor. 1710. 8. *

J. BAPTISTÆ BIANCHI hiſtoria hepatica, Turini 1711. 4. & multo auctius, Genevæ 1725. 4. 2. vol. In hac poſteriori editione habentur Diſſ. de circulationis impedimentis, & orationes aliquæ, inter quas eſt ea de Bononienſibus medicis, in qua *MUNDINIO*, qui venam cavam (κοίλη) *chyli* vocat, ductus thoracici inventionem adſcribit. In Tractatu *de vitioſa generatione* p. 278. 279. tæniæ anatome continetur. *EJUSDEM proluſio ad publicam anatomen*, Turini 1736. 4. Varia promiſit, ut diſſertationes XII. quibus anatome contineatur (*JOURN.* de *TREVOUX* 1728. p. 2351.) & nuper legi, incepiſſe prodire ejus tabulas: Earum aliquas in proluſione tetigerat, oculorum, cutis, auris, lacrumalium ductuum, cerebri. *IDEM* in *MANGETI theatro* obſervationes in *MORGAGNI* icones adſperſerat, quæ magno conſtiterunt utrique.

CHRISTOPH. HELWIG Lexicon anatomico-chirurgicum, Lipſ. 1711. 8. pro tironibus.

SAM. de *RY de motu vitali*, Leid. 1711. 4. habet fere totam phyſiologiam *BOERHAAVIANAM*.

SAM.

SAM. BATTIER Oeconomiæ corporis humani brevis deſcriptio, Baſil. 1711. 4. & eadem continuata 1721. 4. diſp.

L. H. RUNGE de differentibus actionibus quæ exercentur in corpore humano ab alimentis, medicamentis & venenis, Hardervic. 1712. 4.

J. HERMAN ALBRECHT de natura humana, Leid. 1712. 4.

PAULI HIERONYMI BIUMI ſcrutinio di notomia e di chirurgia, Milan. 1712. 2. Anatomen habet, phyſiologiam, cum fermentis, ideis plaſticis. Subjungit chirurgiam.

P. H. BIUMI etiam eſt *encomiaſticon lucis ſeu lucis encomia in phyſiologicis medicinæ novæ fundamentis e veterum tenebris erutis atque cultro anatomico autopſiaque caractere confirmatis*, Milan. 1701. *CORTE* *.

YVONIS GAUKES de medicina ad certitudinem mathematicam evehenda, Amſtelod. 1712. 8. Non legi.

YVO GAUKES Carteſianus eſt, qui etiam animæ in glandula pineali ſedem defendat, & ſanguinis fermentationem.

LOUIS BELLEFONTAINE médecine dogmatique mécanique en maniere d'inſtitution, Amſtel. 1712. 8. 2. vol. Neque hoc medicinæ compendium.

J. JAC. RAU Profeſſor Leidenſis, chirurgus alias & peritiſſimus lithotomus, an. 1713. edidit orationem *de methodo diſcendi anatomen*, Leidæ 1713. 4. *EJUS de dentibus* & *de ſepto ſcroti* Diſſertationem citavimus. Pulcherrimi theſauri in Academiæ Leidenſis theatrum anatomicum tranſierunt, eorumque catalogum dedit *B. S. ALBINUS*. Lectiones M. S. laudavimus apud *VALENTINUM*. Valde eum laudat *UYLHOORN in tweede vertoog (de ſpina bifida)*.

J. BAPTISTÆ GASTALDI Inſtitutiones medicinæ phyſico anatomicæ, Avenione 1713. 12. fere ex *CHIRACI* lectionibus.

PANCRATII WOLF Phyſica hippocratica, Lipſ. 1713. 8. Contra *STAHLIUM*, animæ conſiderationem repudiat. Acidum & alcali defendit.

P. WOLF l. c. plenus titulus eſt *Phyſica Hippocratica in qua exponitur humanæ naturæ mechaniſmus geometrico-chymicus*.

ANDREÆ OTTOMARI GOELICKE hiſtoria anatomica nova & antiqua, Hall. 1713. 8. Fere ejuſmodi ſtudium ſecutus eſt, quale nos hic profitemur, ſcripta recenſere, & judicia & inventorum memoriam addere. Sed multa utique tumultuaria ſunt. *PARTHENIUM*, imaginarium in carmine nomen, pro medico habet. *GEORGIUM ENTIUM* ad ſeculum XVI. & *GEMINI* tempora revocat, quem tamen ipſe addit ſcripſiſſe apologiam pro ſanguinis circulatione. *NICOLAUM HOBOKENUM* cum *NICOLAO HABICOT* confundit. *NICOLAUM SEVERUM* habet, cui aliqua *STENONIS* opera tribuit, imaginarium hominem. Subjectæ ſunt aliquæ obſervationes anatomicæ. Deindæ an. 1738. Francofurti ad Viadr. 4. edidit *introductionem in hiſtoriam litterariam anatomes*, ubi Auctores ex temporis ordine cum primariis inventis recenſet, & contentis ſcriptorum. Veteres eos errores ibi emendavit, *STOLLIO* cæterum cenſori ſuo reſpondit. *EJUS inſtitutiones medicæ ſecundum principia mechanico-organica reformata* Franc. ad Viadr. 1735. 4. Habet aliquam partem hiſtoriæ medicæ, de ſcriptoribus itinerum: & contra mechaniſmum pugnat.

MATTHEI GEORGI Liber II. *de homine*, Genuæ 1713. 4. Phyſiologia in primo tomo continetur, in qua *BELLINI* ingenium reperio, ordinem mathematicorum utcumque ſimilem, aliquid in Notione ingenti, & magno conatu evictum nihil. Corpus humanum ſecundum mechanicas leges generari docet: alimentum per triangularia ſpatia inter minimos nervos & minima vaſa moveri, &c. Alter Liber de anima eſt.

WILLIAM SALMON anatomy of human bodies, Lond. 1714. 8. Compendium anatomicum ſatis plenum, etſi nuſquam citatum vidi cum phyſiologia & iconibus. Proprias obſervationes non reperi.

DAVID de *GREBNER* ad *THEODORI CRAANEN* Librum *de homine additamenta* edidit cum aliis ſuis ſcriptis Lipſ. 1714. 4.

J. AD. WEDEL de œconomia animali, Jen. 1714. Diſp.

JOHANNIS BROWNELL inſtitutions of phyſick, Lond. 1714. 8. Phyſiologia etiam adeſt, aeri omnes in corpore humano motus tribuuntur.

CONR. LUDWIG WALTHER chirurgus in *theſauro obſervationum medico-chirurgicarum*, Lipſ. 1715. 8. multa bona ad monſtra & alias phyſiologiæ partes habet.

EL.

EL. CAMERARIUS variis opuſculis aut phyſiologiam aut anatomen tetigit. *EJUS ſpecimina medicinæ electica*, Francof. 1713. 4. edita continent in XI. prioribus diſſertationibus dubia & cenſuras in *VIEUSSENIUM*, *LAPEYRONIUM*, de ſede animæ & inprimis in *LEEUWENHOECKIUM* ejuſque ſemen pulicis, fibras lentis cryſtallinæ, ſquammas epidermidis, &c. *EJUSDEM conamina medicinæ conciliatricis*, ibid. 1714. 4. etiam phyſiologiam continent ſatis amplam, Bohnianam. Laxatis vero limitibus recentiores ſcriptores cum vetuſtis conciliare ſatagit. Cæterum in difficultatibus excitandis potius quam in propriis experimentis excellebat. *EJUSDEM ſyſtema cautelarum medicarum*, Francof. 1721. 4. aliqua de modo medendi, deinde ſyſtema phyſiologicum continet, & ex ordine compendia reliquarum medicinæ partium. In *epiſtolis Taurinenſibus* aliqua huc pertinent. *EJUS* etiam eſt Diſputatio *qua homo cum thermometro & barometro comparatur*, Tubing. 1721. 4.

JACOBI DOUGLAS bibliographia anatomica, Lond. 1715. 8. & libris nonnullis ex *B. S. ALBINI* bibliotheca auctior, Leidæ 1734. 8. Magni viri hæc minima pars laudum fuit, etſi & hic in raris libris detegendis, inque excerpendis melioris momenti inventis ſuper vulgus ſe extulerit. Videtur tamen multos ſcriptores ex *LINDENIO* recepiſſe, & dolendum eſt, quod cum *HARVEJO* operis finem fecerit. Præter alios jam recenſos libros magnum opus molitus erat *DOUGLASSIUS*, totam nempe anatomen cum novis iconibus, quarum multas paratas & ſupra fidem pulchras vidi. Excellebat etiam in præparationibus morboſis, quibus, qua erat humanitate, chirurgos lectores adjuvabat.

ANTONII SARRACENI anatomia del corpo umano, Padova 1715. 4. Ex gallico verſam eſſe additur, ſed gallicum archetypum non vidi. Nonne *BEDDEVOLE*?

GUILIELMI DERHAM phyſico theology, Lond. 1715. 8. Phyſiologiam teleologicam & multa alia ex anatome comparata continet.

FERDINAND CARL WEINHARD nucleus univerſæ medicinæ, Patav. 1715. 8. 1728. 8. pro prima parte habet phyſiologiam.

JOH. SIMON BAUERMULLER ſpecimen theoriæ medicæ, VVurtzburg. 1716. 8. Phyſiologiam Stahlianam etiam continet.

JOH. SIM. BAUERMULLER etiam eſt diſputatio *de uſu partium* VVürzburg. 1726. 4. *EJ. phyſica HIPPOCRATICA* ibid. 1729. 4. diſputatio eſt compendium theoriæ Stahlianæ.

AD. BRENDELII Decas I. II. & III. *obſervationum anatomicarum diſſertationibus tribus abſolutæ*, VVittemberg. 1715. & 1718. Non omnes apud me ſunt.

JOHANNES MARIA LANCISIUS multa ſcripſit, fere recenſa, *de corde*, *aneuryſmatibus*, *ſede animæ*, *EUSTACHII* editionem adornavit. Diſſertatio etiam ſecunda *corporis humani anatomicam ſynopſin* tradit, quæ primum prodierat Romæ an. 1684. Collecta opera primo Genevæ 1725. 4. prodierunt, deinde Venet. 1739. fol. Inde excuſæ ſunt diſputationes hujus archiatri, Romæ 1745. 4. & alia, quæ nondum vidi. Humanitate, eruditione, ſtili facilitate, judicio practico valuit, anatomen non potuit propria manu excolere, quantum juſſiſſet animus. In Libro *de ſubitaneis mortibus* & de *aneuryſmatibus* multa egregia ex practica habet anatome. Poſthuma adhuc latent *de motu cordis* ad *ZERILLUM*, *miſcellanea anatomica*, *de formatione fetus* (in *præf. editionis* 1739.)

LOUIS LEGER de *GOUEY la véritable chirurgie avec des nouvelles découvertes ſur la myologie, l'oſtéologie & un ſyſtème ſur la génération du fétus*, Rotomagi 1716. 8. Non vidi, ſed mirum hominem fuiſſe oportet, qui pro partu naturali eum habeat, quo pedibus fetus extrahitur.

MICHAELIS ALBERTI introductio in univerſam medicinam prodiit, Halæ 1718. 4. qua Stahlianum ſyſtema, etiam phyſiologiæ continetur. *IDEM* in *HEISTERUM* aliqua edidit, quæ olim lecta, neque cum voluptate, nunc non ſunt ad manus. *IDEM* numeroſas diſputationes argumenti phyſiologici edidit. *EJUS theoriam generalem motus partium ſolidarum corporis humani* & remediorum excitantium & ſedantium, Hall. 1730. 4. non legi.

MICH. ALBERTI hic dictus in ſuis *vindiciis STAHLIANIS* adverſus *HEISTERUM* acriter pugnat.

J. JAC. MANGET theatrum anatomicum, Genev. 1717. 2. vol. fol. grand. Contra hanc celeberrimam collectionem ſtrinxit calamum *MORGAGNUS*. Non idem erat, quod Bibliothecæ inſtitutum, & inventa aliorum in continuum potius ſermonem diſponere hic ſcopus fuit. Uſus eſt compilator oſteologicis tabulis *BIDLOJANIS*, myologicis *BROWNII*, ſplan-

ſplanchnologicis ex *RUYSCHIO* & ſeculi XVII. ſcriptoribus, vetuſtiores enim vix videtur notos habuiſſe. Ipſe ſparſim obſervationes addidit, tum *BIANCHI* animadverſiones in *MORGAGNI* icones, & de valvula coli, ſinubus cerebri, corde aneuryſmatico diſſertationes. Sumtibus non pepercit editor. Subjecta eſt corrupta editio tabularum *EUSTACHII*.

GEORGII THEODORI BARTHOLDI corporis humani deſcriptio anatomico-phyſiologica, Francofurti 1717. 4. * Parum placuit *HEISTERO*.

LAURENTII HEISTER compendium anatomicum, Altdorf. 1717. 4. 1719. 8. 1727. 8. 1732. 8. 1741. 8. prodiit, & ſæpe omnino recuſum eſt, latine Amſtel. 1732. & Germanice, Nuremb. 1721. 4. Uratislaviæ 1733. 8. & Gallice, vertente *DEVAUX* 1739. (ad editionem II.). Primordia Libri fuerunt in quatuor diſputationibus, quarum prima Altdorfi 1715. edita oſteologiæ compendium, altera & tertia 1716. *compendii anatomici ſpecimen*, quarta 1717. eodem titulo prodiit. In ultimis editionibus compendii duæ partes ſunt. Prima ipſum compendium continet, in quo ſplanchnologia fuſior, neurologia & angiologia breviſſimæ ſunt. In altera adenologia, cum reſponſione contra *GARENGEOTUM* exſtat, tum *notæ*, quibus multa in controverſiam vocata retractantur, & obſervationes auctori propriæ non paucæ adduntur, & tabulæ IX. In *præfatione* nævi *VERHEYENII* oſtenduntur.

LAUR. HEISTERI compendium anatomicum Venetiis etiam prodiit 1730. 8. bis Anglice recuſum eſt Lond. 1721. 8. Germanica editio alia exſtat etiam Nurembergenſis 1749. 8.

EJUS oratio de incrementis anatomes ſeculo XVIII. & *programma ad eandem orationem*; VVolfenbuttel. 1718. 8. Ad hiſtoriam anatomicam hujus ſeculi, Auctores per itinera ſua collectos, numeroſos; & eorum inventa & merita recenſet.

EJUSDEM Diſp. *de anatomes ſubtilioris utilitate*, Helmſtad. 1728. recenſet triſtia exempla mortium ex ignorantia anatomes ortarum, diſſectarum arteriarum a chirurgis, &c.

EJUSDEM & MOEBII egregia Diſp. in qua *obſervationes medicæ miſcellaneæ theoreticæ & practicæ* continentur, Helmſtadii prodiit 1730. 4.

EJUSDEM de anatomia in chirurgia majori quam in medicina neceſſitate, Helmſtad. 1737. 4.

JUSDEM Diſp. *de medicinæ mechanicæ præſtantia*, Helmſtad. 1738. Contra Stahlianos.

EJUSDEM compendium inſtitutionum medicinæ, Helmſtad. 1736. 4. 1745. 4. In poſteriori editione continetur brevis phyſiologia; & catalogus ſcriptorum, qui clariſſimo viro in omnibus medicinæ partibus utiliores viſi ſunt. *IDEM* in E. N. C. in *Annalibus* Juliis, in *chirurgia* ſua *magna*, (quæ nunc maxime recuditur), in Libris jam recenſis de *cataracta* multa anatomica habet. Vitam *HEISTERI* proprio Libro deſcripſit *CHRISTIANUS POLYCARPUS LEPORINUS*, Quedlinburgi an. 1725. 4. edito, ubi ſtudia viri & merita recenſentur.

In *SEBASTIANI MELLI chirurgo ſvegliato*, Venez. 1717. 8. anatome etiam exſtat.

H. CORAZZI diſſ. tres *de phyſiologicis animadverſionibus*, Bonon. 1717. 4. An huc faciant neſcio.

In Actis *URATISLAVIENSIBUS* multæ bonæ animalium diſſectiones reperiuntur, ut veſpertilionis *ſuppl.* IV. Alcis ibid. Erinacei ibid. Caſtoris *ſuppl.* I.

JOHANNIS LUDOVICI APINI faſciculus diſputationum Academicarum, Altdorf. 1718. 4. ad phyſiologiam & pathologiam pertinent.

FRANCISCI ARDINOIS Diſſ. *de fundamento totius medicinæ anatomico*, Leidæ 1718. propoſita eſt. Hujus viri pater theatro novo anatomico a *PETRO* Magno in Ruſſia exſtructo præfectus fuit. Sed & ipſum *PETRUM* anatome delectatum fuiſſe & urſum propria manu diſſecuiſſe legitur in *BUCHNERI miſcellaneis* 1729. p. 125.

GEORGII PHILIPPI NENTER fundamenta medicinæ theoretico-practica ſecundum STAHLII potiſſimum placita, Argentorat. 1718. 4. & 1721. 4. & *theoria hominis ſani*, ſive *phyſiologia medica*, ibid. 1714. & 1723. 8. Mitigatus Stahlianus eſt, & ſuccum nerveum admittit.

GEORGII DETHARDING Diſſ. *de anatome jucunda & utili*, Roſtoch. 1718. 4. *EJUSDEM paleſtra medica exhibens themata phyſiologica* XXX. *diſputationibus ventilata*, Roſtoch. 1720. 4. Stahlii præcepta ſecutus, vocibus laxius uſus eſt, ſales adſpergere ſategit.

PATRIK BLAIR miſcellanea obſervationes, Lond. 1718. 8. Anatomica in titulo recenſentur, ſed ea parciſſima ſunt.

J. CHRISTOPHORI SPROEGEL der ganze menſchliche körper nach ſeinen theilen. Hamburg. 1718. 8. Multa tamen in ſua brevitate nova, ex *COLLINSIO* etiam varia habet.

BER-

BERNARDUS SIEGFRIED ALBINUS BERNARDI F. RAVII ſucceſſor, Præceptor noſter celeberrimus, qui cognitione ſcriptorum anatomicorum & artificioſa diſſectione, & repletione, & figurarum pulchritudine perinde eminet. Scripſit an. 1719. *de anatome comparata* orationem, aliam vero an. 1721. *de via in cognitionem corporis humani* utramque Leidæ 4. forma excuſam. Inde an. 1725. *indicem ſuppellectilis RAVIANÆ* edidit, ibid. 4. qua vita etiam *RAVII*, & deſcriptio lithotomiæ continetur, quæ huic viro propria fuit. Eodem an. Liber *de oſſibus* prodiit. Eodem in *VESALIUM* doctiſſime præfatus eſt, & muſculorum nomina adjecit, & alia utilia. *IDEM HARVEII* utrumque immortale opus cum *præfatione* edidit. *IDEM oſſium fetus icones* dedit, Leidæ 1737. 4. jam laudatas, & *muſculorum hominis hiſtoriam* 1736. 4. & *icones* muſculorum nunc abſolutas, in fol. max. *IDEM* in *EUSTACHIUM* interpretationem dedit, Leid. 1744. fol. *EJUS* multa adhuc alia exſpectamus, tabulam ductus thoracici, tabulas VII. fetus in utero materno naturali ſitu poſiti, & *phyſiologiam* forte ab omni ſecta, ab omni male firma hypotheſi puram.

J. JACOBI PEYER obſervationes anatomicæ, Leidæ 1719. 8. Aliquæ hominum diſſectiones, multæ brutorum animalium, etiam vivorum, in quibus multa ad phyſiologiam utilia, ad motum cordis, pulmonis, &c.

HERMANNI FRIDERICI TEICHMEYER ſoceri olim noſtri *elementa anthropologiæ*, Jenæ 1719. 4. & ſex paginis auctius, paſſim tamen mutata 1739. 4. De ductuum bilariorum variabili natura, de poris veſicæ urinariæ, de hiatu membranæ tympani proprias obſervationes habet: parabat etiam icones ad plenius compendium anatomicum ex optimis auctoribus collectas, cui labori immortuus eſt. Huc etiam pertinet Diſſ. *de cadaveris inſpectione & ſectione legali*, Jen. 1742.

J. M. GLUSING anatomia ad vivum, Hamburg. 1720. fol. & *anatomia rationalis*, ibid. eod. an. 4. An ſani quid in hoc homine fuerit neſcio, qui cerebri arterias a temporali & bronchiali deduxerit: icones dederit partim quidem paſſim exſcriptas, partim ad *CARTESIUM* fictas, partim omnino mihi ignotas. Nomina Ruſſica adjecit.

J. HENRICI SCHULZE programma *de periergia in ſtudio anatomico vitanda*, Altd. 1720. 4 Diſp. *de juſta ſtudii anatomici æſtimatione*, Altd. 1720. 4. *hiſtoriæ anatomicæ ſpecimen* I. ib. 1721. 4. alterum 1723. *REININGERI* etiam de ſinubus cranii Diſp. ad eum pertinere videtur. *EJUS D.* eſt Diſp. *de anatomes ad praxin chirurgicam ſumma neceſſitate*, Hall. 1737. 4. *EJUS D. phyſiologia medica* poſthuma, Hall. 1746. 8. prodiit, in qua *BOERHAAVIUM* ſequitur, ſed timidior minuſque fidens hypotheſibus. Eruditiſſimus vir, utraque lingua, nummorum etiam antiquorum curioſus collector, ad anatomen equidem non adeo faventes habuit opportunitates, ut in ea parte magis eminuerit, quæ ex diligente Librorum lectione pendet.

GOTTLOB EPHRAIM BERNER P. Duisburgenſis Liber *de applicatione mechaniſmi ad medicinam*, Amſtelod. 1720. 8. Fuſiſſima dictio, anatomica nulla.

ARENT CANT impetus anatomici primi, Leidæ 1721. fol. max. Juvenem mors abripuit, qui cum *SERMESIO* ſenem *RUYSCHIUM* adjuvit, *ULHOORNIO* teſte *tvveede vertoog*. Bibliothecam inſignem collegerat, & delineabat probabiliter. Sex ſunt tabulæ, abſque literis ad *EUSTACHII* modum delineatæ, muſculorum faciei, pharyngis, duræ matris, cordis in ſitu, ductus thoracici, articulationum nonnullarum, ventriculi, oſſis palati, & mallei, ad naturam omnes.

ABRAHAMI VATER Ruyſchiani diſcipuli, & in arte replendorum vaſorum peritiſſimi, multa, ſed non magna opuſcula huc pertinent, cum aliorum magnorum virorum more vix ullum majoris molis opuſculum ediderit. Anno 1723. edidit programma *de anatomes utilitate in morbis*, programma vero *de laboribus ſuis anatomicis & botanicis* an. 1733. Anno 1736 dedit *Regii ad Albim muſei anatomici deſcriptionem*, ſive *catalogum præparata RUYSCHIANA & aliorum celeberrimorum virorum exhibentem*. *De lienis prolapſu* programma 1746. Varias invitationes ad anatomen variis annis.

AB. VATER in *catalogo præparatorum* &c. vocibus fere *RUYSCHII* utitur, & ſua breviter addit, & orationem de præcipuis Germaniæ muſæis. *EJUSDEM* omnium invitationum ad anatome nuper compendium Helmſtadii an. 1715. 4. cum ejuſdem *muſeo anatomico proprio* recuſum eſt, adjecto catalogo egregiorum laborum anatomicorum auctoris.

Nouvelles conjectures phyſiques par GAUTIER, Meaux 1721. Theoria eſt, omnia in homine unice evolvi, nihil novi generari, ne ſanguinem quidem.

In *ACTIS BEROLINENSIBUS* cadaverum ſectiones, & contra mechanicos & *STENZELIUM* ſcripta varia continentur.

In *A. LIT. SUEC.* multa anatomica ſunt, v. g. 1730. diſſectio teſtudinis terreſtris &c.

J. CASIMIR HERT de utilitate anatomes, Gieſſ. 1722. 4.

ANTONIUS van *LEEUWENHOECH* an. 1722. obiit, qui anatomes varias partes attigit. Non ſolum enim ſolidas fluenteſque partes corporis humani ſuis microſcopiis per ipſa elementa ſtuduit cognoſcere. ſed ſcalpellum etiam adhibuit, ut inprimis theoriam ovorum impugnaret. Sed pleraque ſingulatim tetigi, & ſcripta non repeto, quæ vide in P. *Phyſica*.

J. H. LAMPRECHT Diſp. *de mechaniſmo corporis humani*, Leidæ 1722. 4.

POLYCARPI LEYSERI prima linea ſyſtematis medici, Argentor. 1722. 4. Diſp. Circulationem in ſuo *novo* ſyſtemate negavit, polyhiſtor.

GEORGII CHEYNE eſſay on gout and Bathvvaters: *EJUSDEM theory on acute and slovv feavers*, Londini 1722. 8. Prior Libellus inprimis practicus eſt, & diætam vegetabilem laudat, rejicit tamen animales ſpiritus. Alter pertinet ad iatromathematicos & theoriam, uti diximus, *BELLINIANAM*. *EJUSDEM philoſophical principles of religion*, Lond. 1724. 4. Varia ad theoriam pertinentia habet.

G. CHEYNE philoſophical principles of religion Londini recuſus eſt 1736. 8. & ſimilia habet *DERHAMIANIS*. Animæ vim in corpus humanum neceſſariam adferuit, ſpiritus rejecit. *EJUS* etiam eſt *natural method of curing the diſeaſes of body and mind*, 1742. 8. Pars prima phyſiologiam continet.

MARTIN. GOTTH. LOESCHER ſpecimen anthropologiæ experimentalis, VVittemb. 1722. 4.

J. W. ALRUTZ (Medici Haarburgenſis) *vademecum anatomico-chirurgicum*, Hanoveræ 1722. 8. Breviſſimum compendium.

BENEDICTI STÆHELINI noſtri *theſes*, ſive *ſpecimina anatomico-botanica*, Baſil. 1721 1724. 1731. 4. omnia ſua prægnant utilitate, & propria experimenta continent. *EJUS* etiam illuſtre experimentum eſt, quo ſumma vi prementis aeris liquor rubro colore tinctus cogitur in cavum cranium ſubire. Exquiſitam etiam ſeriem figurarum ovi incubati & mutationum quæ in utero avium contingunt, optabile eſt, ne per debilem clari viri valetudinem amittamus.

J. AUG. TROEGER medicina inſtitutionalis aphoriſtica, Lipſ. 1723. 8. Germanice * *PL.* & *ſynopſis medicinæ univerſæ*, nempe prius opuſculum Latine verſum 1724. 8. *

WILHELMUS CHESELDEN celeberrimus chirurgus Anglus, jam an. 1711. 4. dederat *indicem partium corporis humani anatomicum*, qui etiam in poſterioris operis pleriſque editionibus recuſus eſt. *EJUS anatomy of human body* ſexies recuſa eſt Lond. 1713. 8. 1722. 8. 1726 8. 1730. 8. 1732. 8. 1741. 8. In hac ultima editione multæ novæ icones reperiuntur, oſſium inprimis, ex magno opere deſumtæ, novæ etiam muſculorum tabulæ, vaſorum, ut venæ portarum, ſceleti proprii & viſcerum in ſitu bonæ tabulæ. Nervi & vaſa lactea al *AL. MONROO* communicata. Multæ interſparſæ obſervationes chirurgicæ, multæ nequ vulgares, tum phyſiologicæ contemplationes de motu cordis, muſculorum. In poſterior editione aliquæ priorum editionum tabulæ omiſſæ ſunt, ut ſinuum cerebri. In Libro *on the high operation of the ſtone*, Londini 1723. 8. icones dedit veſicæ repletæ, ut ex pelv adſurgit.

Perinde eſt, quo tempore recenſeamus magnum virum *JACOBUM BENIGNUM WINSLOW*, qui potentia laboris, partium in ſitu conſideratione, ſitus definitione veriori, auxilio aquæ puræ, novam lucem univerſæ arti anatomicæ attulit. Multa paſſim ſparſa extant in *Actis Academicis*, pleraque jam citata, uti an. 1715. cordis ſitum, & ventriculi & alia alibi reformavit. Deinde cum ejus ſchedas anecdotas auditores certatim compilarent, dedit Pariſiis an. 1732. 4. & 8. *Expoſition anatomique du corps humain*. Id opus Anglice redditum a *GEORGIO DOUGLAS* excuſum eſt Lond. 1733. 4. Germanice vero editum Berolini 1733. 4. 8. Italice nuper impreſſum, adjecto *DRAKIO*. Latina editio eaque reliquis operibus viri eximii aucta, exſpectatur a *JOHANNE ASTRUC* & *D.* de la *SOURDIERE* genero *WINSLOWI*. Amſtelodami etiam Gallica editio paſſim emendatius recuſ. eſt. In oſteologia recenti & ligamentorum hiſtoria & primus & ſolus poſt veteres Auctor fuit. Neorologia & angiologia hactenus etiam fere unicæ ſunt. In ſplanchnologi infinita correxit, addidit. Omnia ſimpliciter & abſque fuco. Quare hunc o boni noctur-

na ver-

na verſate manu verſate diurna! Aliqua etiam in *MORANDI* Tractatu *du haut appareil de veſica* & peritonæo exſtant.

JAC. B. WINSLOW Italice prodiit Neapol. 1746. 4. 6. vol.

E. J. WACHENDORFF de natura ſolidorum & fluidorum eorumque mortua actione in variis ætatibus, Ultrajecti 1724.

J. CHRIST. HEBENSTREIT de corporis humani machina divinæ ſapientiæ & providentiæ teſte, Lipſ. 1725. 4.

CHRIST. HENR. KIRCHHEIM facies anatomica corporis humani diſmembrati Polonice, VVarſov. 1725. 8. *B. PL.*

CHR. HENR. KIRCHHEIM Germanice prodiit Dreſd. 1735. 8. ſub nomine *Vade mecum anatomicum*, quod breviſſimum pro tironibus compendium eſt.

JOHANNES ADRIANUS HELVETIUS in *Actis Academicis* varias diſſertationes edidit. Deinde Pariſiis 1722. 8. ſecuta eſt *idée générale de l' œconomie animale*, Anglice recuſa 1723. 8. qua inprimis theoria vaſorum minorum & inflammationis *BOERHAAVIANA* continetur, addito Libro de variolis.

CL. J. A. HELVETIUS in *lettre à M. BESSE* &c. purgat ſe ab intentata plagii accuſatione.

In *D.* le *FRANÇOIS reflexions critiques ſur la médecine*, Paris 1723. 12. etiam phyſiologia continetur.

J. AUG. TROEGER medicina inſtitutionalis aphoriſtica oder kurze einleitung in die ganze medicin, Lipſiæ (etſi Leidæ nomen adjectum ſit) 1723. 8. * & Latine 1724. 8. *

G. D. COSCHWITZ organiſmus & mechaniſmus Lipſ. recuſus exſtat 1741. 4.

Contra *D. BESSE* Librum ſuum & in *ACTIS ACADEMIÆ* defendit, & in *Lettre à M. BASSE contre l' idée générale de l' œconomie animale* (& les obſervations ſur la petite verole), Pariſ. 1725. 8. Defendit vaſa lymphatica non valvuloſa, proportionem ramorum ad truncos : : 64. 71. tuetur, & alia.

J. BAPTISTA MAZINUS nuper obiit. *EJUS* ſunt *mechanica morborum* P. I. Brix. 1723. 4. II. 1725. 4. III. 1727. junctim recuſa Offenbaci 1732. 4. Deinde *inſtitutiones medicinæ mechanicæ*, Brix. 1739. 4. *Mechanica Medicamentorum*, Brix. 1734. 4. ubi a particulis tetraëdris, rhomboideis, octaëdris, &c. Functiones medicamentorum explicat. Fabricam etiam partium deſcribit. *Opera omnia* ibid. 1743. 4. *in tres tomos diſtributa emndata & aucta* prodierunt cum mechanice pulſuum & urinarum, quam nondum vidi. Ad iatromathematicos pertinere videtur, ſed candide loquar & abſque invidia, ex eo genere quod nocet: Quis credat dulce lac eſſe, quia glandulæ mammarum ovales ſunt? ex definitis angulis ſalium gaſtricorum cibos digeri, ſemina parentum in ſpeciem cryſtallizationis, ut vocant, ſubſidendo figurari, & quæ non alia.

CHRISTIAN BERNHARD ALBINUS de anatome errores detegente in medicina, Ultraj. 1723. 4.

J. ANDREÆ SCHMIDT oratio de Germanorum in anatomen meritis, Helmſtad. 1723. 4.

AUGUSTINUS FRIDERICUS WALTHER Profeſſor Lipſienſis in omnibus, quæ moliebatur diligentiſſimus, matheſeos & anatomes perinde peritus, dictione paulum obſcuriore uſus eſt. *EJUS* huc pertinet programma *quoad orationem de uſu & præſtantia ſolidioris in anatomicis ſcientiæ invitat*, Lipſ. 1723. 4. cum auſpicaretur anatomes & chirurgiæ profeſſionem. *Hiſtoria ſuffocationis & obſervationes anatomicæ*, ibid. prodierunt 1729. 4. Reliqua jam laudavimus.

GEORGII DANIEL COSCHWITZ oratio *de ſtudii anatomici præſtantia & utilitate*, Hall. 1727. 4. cum novum theatrum conderet. *EJUS organiſmus & mechaniſmus*, Lipſ. 1725. 4. Stahlianum ſyſtema, in anatomicis, ut ſolet ea ſecta, breve. Obſervationes tamen aliquæ medicæ inmiſtæ. De temperamentis & motu tonico fuſus eſt, & vaſorum immediatam anaſtomoſin negat. Succum nerveum admittit. Ductum ſalivalem ſuum defendit.

D. NOGUEZ (ſed anonymus) edidit Pariſiis 1723, 8. *anatomie du corps humain en abregé*, qua continetur *KEILIANI* compendii quinta editio, nonnullis locis tamen aucta, ut in nervorum hiſtoria, & in refutatione ſententiæ *MALPIGHIANÆ*. Recuſa eſt cum iconibus 1726. 8.

WILL. STUKELEY anatomy of the ſpleen hic iterum citare viſum eſt, quæ Lond. 1723. fol. prodiit. Nam multas nervorum & vaſorum icones addidit, quas tribuit amico ſuo *SYMMONDS*,

MONDS, qui vaſa repleverit. Sed eæ certe ex *VESALIO* ſumtæ ſunt; lactea ex *ASELLIO* deſcripta, nervi ex *EUSTACHIO*. Subjecta eſt elephanti apud *SLOANEUM* ſecti ſatis bona hiſtoria, & diſſectio genitalium partium *DOUGLASSIANA*.

W. STUKELEY præter eam quam indicavimus elephanti diſſectionem, habet etiam aliam factam in *Fort St. George* Malabariæ.

Anatomie de HEISTER avec des eſſais de phyſique, Pariſ. 1724. 8. 1735. 8. & prior editio Anglice cum titulo *phyſical eſſais*, Lond. 1734. 8. Poſterior editio valde aucta eſt. Notæ, quas editor addidit, omnino ſunt compendium phyſiologicum, in prima editione totum *BOERHAAVIANUM*, in poſteriori paſſim mutatum & magis proprium. Icones ſelectas habet ex *EUSTACHIO* aliiſque bonis ſcriptoribus.

JOHANNIS TABOR exercitationes medicæ, Lond. 1724. 8. Ad jatromathematicos Stahlianos pertinet. Cordis fabricam vireſque deſcribit, illam præter anatomen, hanc nihilo melius, cum non majorem ponat vim, qua ſanguis ab aorta in valvulas repellitur. In motu muſculari multa bona habet, contractionis menſuram non ſufficientem. Convulſiones ab acri derivat.

JOSEPHI FERDINANDI GUILIELMINI DOMINICI F. de recto morboſorum cadaverum judicio, Bonon. 1724. 4.* *EJUSDEM de claris Bononiæ anatomicis*, ibid. 1735. 4.*

PETRI GERIKE Profeſſoris Helmſtadienſis *de ſtudio novitatis in anatome & phyſiologia*; Hall. 1724. 4. *EJUSDEM de anatomes præſertim practicæ uſu vero*, Helmſtad. 1736. *EJUSDEM corpus humanum machina naturalis*, Helmſtad. 1745. 4.

JOH. ADAM. KULMUS anatomiſche tabellen, Gedani 1725. Lipſ. 1741. Augſpurg. 1740. 1745. Nurembergæ 1740. Amſtelodami 1743. 8. & Latine Amſtelod. 1732. 8. &c. Compendium anatomicum eſt viri, qui plurimum ſe in diſſecando exercuerat, hinc in variis anatomes partibus melius, & plenius quam vulgo ſolent, ut in vaſis, ligamentis. Obſervationes etiam propriæ interſperſæ ſunt. Tabulæ 26. fere ex *VERHEYENIO*, propriæ paucæ. Alia *KULMUSII* Opera paſſim exſtant. Multa ad anatomen comparatam, caſtoris, &c. in *Breslauer Sammlungen* reperiuntur, quæ *KANOLDUS* edidit, alia in E. N. C.

THOMÆ MORGAN, irreligioſi, uti notum, hominis, *philoſophical principles of medicine*, Lond. 1725. 8. Ex *PITCARNII* grege fuit. In P. I. prop. XXXI. attractionem & effectum lunæ & ſolis in humores noſtros admittit. In P. II. inprimis leges motus liquidorum animalium habentur, & motus muſcularis explicatur. Velocitatem ſanguinis diminutam ex *KEILII* placitis explicat, tum ſecretionem. Vias ad veſicam peculiares admittit. De nervorum claſſibus & animi adfectibus peculiaris eſt theoria, quam proponit. Pars III. practica eſt. *EJUSDEM mechanical practice of phyſic*, Lond. 1735. 8. Principium mathematicum eſt. Unicam rationem diminutæ in arteriis celeratis a latitudine ramorum admittit. Refutat *BOERHAAVII* theoriam de motu muſculorum, nervos facit plenos & fartos, abſque ſpiritibus, negat alternum imperium cordis & nervorum, unde quies ſequeretur, carnes ex oleo coacto naſci ſcribit, &c.

JOHANNIS FRANCISCI van LEEMPOEL ſpecimen inaugurale exhibens anatomiæ originem, progreſſum & omnes ab ALCMAEONE ad HARVEJUM ſcriptores, Leidæ 1725. 4. Vide miros errores hominis. Epiſtolam *ARCHIMEDIS* ad *GELONEM* (Hieronem oportuerat finxiſſe), pro vera habet. *HIEROPHILUM* Carthaginienſem pro viro diverſo habet ab *HEROPHILO* Chalcedonio. Quinam ſunt barbari illi veteres anatomici *LITERUS*, *SITTERUS*, *ALARDUS*, *CHOSTUS*, *RIFUFUS*, *AVITUS*, *PIRALDUS*, *AMINDUS*, *LINDUS*? Ubinam, marium, hæc nomina piſcatus eſt? Quis eſt ille *ORIBASIO* antiquior *ORLANDUS*, *ALBISSUS*, quis ante *RHAZEM HERMANNUS ASTHNAR*? *DOUGLASSIUM* exſcripſit plerumque, utinam unice!

JOHANNIS IGNATII MAJER collegia anatomico-practica ad præſentiam cadaveris viriliſ ſecti an. 1724. Prag. 1725. 4. ſtilus, anatome, utilitates, ejuſdem ſunt ſaporis.

BERNARDI van NIEUWENTYT r'gt gebruyk der waereld beſchouing, Amſtelodami 1716. 1725. & alias, nuper libere Germanice verſum, & editum a *CL. J. ANDREA SEGNERO* affini noſtro & collega, Jenæ prodiit 1747. 4. Magna omnino ex parte phyſiologia eſt, cum iconibus *VERHEYENIANIS* & teleologiis. In nova editione calculus virium muſculorum fruſtra impenſarum & diaphragmatis deſcriptiones emendationes & alia meliora adjecta ſunt.

JOH.

JOH. WOODWARD idea of the nature of man, Lond. 1725. * Phyſiologia videtur. Omnia per ſales explicat fabuloſus. Hæc ex cenſura Diarii.

HENRICI ALBERTI NICOLAI obſervationes anatomicæ, Argentor. 1725. 4. diſputatio de meliori nota, contra foramen *RIVINI*, &c.

JOHANNIS PALFYN anatomie chirurgicale, Pariſ. 1726. 8. 2. vol. inſigniter aucta & mutata prodiit, ibid 1734. 2. vol. opera *D. BOUDON*, ut ſecundus inprimis tomus (quo oſſa, vaſa, muſculi, & nervi continentur) totus, & ad ductum inprimis *WINSLOWY*, retractatus ſit. Cæterum *PALFYNIUS* paſſim doctorum virorum *DUVERNEYI*, *ALBINI* aliorumque obſervationes collegerat, inter quas etiam eſt aliqua adumbratio ductus thoracici ex *ALBINI* obſervatione. Subjecta eſt (huic editioni) *RUYSCHII* centuria obſervationum, & *BRISSÆI*, hæ in chirurgicis notatu dignæ.

GIUSEPPE VOLPINI opere medico pratiche filoſofiche, Parma 1726. 4. Quæ phyſiologici argumanti ſunt, ea fere ad generationis hiſtoriam pertinent & jam cenſa ſunt.

Diſſertations en forme de lettres au ſujet des ouvrages de l'Auteur du Livre ſur les maladies de os, Pariſ. 1726. 8. *PETITUM* non ſolum oſſibus, ſed per omnem anatomen perſequitur ignotus ſed acris Auctor, niſi fallor *D. HUNAULD*. Diſſ. de potu *BOSSUETO* tribuit. Muſculorum uvulæ mentionem omiſſam culpat,tendinem hiſtrionis *Cochoix* ruptum fuiſſe negat.

S. THEODOR. QUELMALZ de inſigni anatomes in ſuperiores facultates influxu, Lipſ. 1741. 4.

STEPHANI HALESII vegetable ſtatiks, Londini 1727. 8. Pariſ. 1733. Gallice verſa a *D. BUFFON*, jam laudavimus, tum *hamaſtatiks*, Londini 1733. 8. & vertente de *SAUVAGES* Gallice recuſa, Genev. 1744. 4. In priori Libro de aere inprimis, ejus in reſpirando deſtructione, & reſpiratione verſatur. In iſta magnam partem phyſiologiæ per experimenta attigit, non vim ſolam cordis & ſanguinis, ſed reſpirationem etiam, robora perioſteorum & ligamentorum, vim ventriculi, motum periſtalticum, alia.

JOHANNIS de *GORTER* diſcipuli *BOERHAAVIANI* Profeſſoris Harderovicenſis multa ſunt opera ad phyſiologiam pertinentia. Liber *de ſecretione animali* & de *perſpiratione* jam dictus eſt. *Compendium medicinæ*, Leidæ 1731. 4. phyſiologiam utique habet praxi præmiſſam. In chirurgicis denique multa phyſiologica reperiuntur.

JOH. de *GORTER compendium* ibi dictum recuſum eſt Francofurti 1749. 4.

MATTHIÆ EMANUELIS BORETII de anatomia plantarum & animalium analoga, Regiom. 1727. 4.

GUI DE TYMOGUE nouveau ſyſtême du microcoſme ou Traité de la nature de l' homme, a La Haye 1727. 8.

GUI DE TYMOGUE hac pag. etiam citavi verum nomen eſt *EEME GUYOT* Verſalienſis, mirus homo, & magiſter tabellariorum.

CHRISTIANI FRIDERICI RICHTER hochſtnützliche erkenntnüſs des menſchen, Lipſ. 1727. 1729. 8. & alias, Continet phyſiologiam Stahlianam.

Nondum videram, cum de muſculis ſcripſi, *PETRI ANTONII MICHELOTTI apologiam*, qua *JOHANNEM BERNOULLIUM motricis fibræ inflatæ curvam recte calculaſſe defenditur*, & *RICHARDI MEAD*, (potius *HENRICI PEMBERTON*) *objectionibus reſpondetur*: *accedit rari ex utero morbi hiſtoria*, Venet. 1727. 4. Ipſe ſe hic *BERNOULLIUS* defendit.

JOH. FRIDERICI ERMEL phyſiologiſche und anatomiſche tafeln, Dreſdæ 1727. 4. Latine & Germanice. Ad phyſiologiam pauca pertinent, aliquæ tamen analyſes ſanguinis, phyſiognomiam & chiromantiam defendit. In partibus genitalibus & oſteologia paulo fuſior eſt.

A. BOYND de miranda Dei ſapientia conſpicua in C. H. fabrica, Harderovic. 1727. 4.

In *ACTIS PETROPOLITANIS* multa egregia anatomica ſunt, partim ad viſcera, monſtra, & oſſa jam laudata, partim ad anatomen comparatam elephantis, catopardi, ſciuri volantis, cameli, &c.

ACTA PETROPOLITANA plena ſunt eximiis anatomicis etiam animalium diſſectionibus, catopardi, elephanti, ſimii, cameli &c.

J. RENE' CROISSANT de *GARENGEOT* (ut amat vocari) *ſplanchnologie*, Pariſ. 1728. 4. 1742. 8. 2. vol. Germanice Berol. 1733. 8. Multa bona hic liber habet inprimis ex *WINSLOWO*, icones etiam, ut ut parvæ, ad naturam tamen delineatæ ſunt a *D. STOKHAUSEN* medico Magdeburgenſi. Nimius tamen ſui amator & medicorum iniquus hoſtis fuit. In arteria intercoſtali, cum aliquid vellet inveniſſe, erravit omnino, & icones varias malas dedit, ut ſepti tranſverſi, veſicæ, &c.

In

In *opuſculis ſcientificis*, quæ ab anno 1728. Venet. prodeunt, phyſiologica & anatomica varia habentur, *CAROLI GIROLAMI* anatome fetus, cui cranium deficiebat; *HYACINTHI* de *CHRISTOPHORO* & *GUILIELMINI* de motu cordis; Epiſtolæ duæ de evolutione fetuum; *ROSETTI* ſyſtema ſpirituum; *PETRI S. ROUHAULT* hiſtoria partus ventralis; *DOMINICI* de *MAURODENOJA* contra *ROSETTUM*; *CONST. GATTA* graviditas diuturna; *JOSEPHI BADIA* de ferro in ſanguine; *LUNADEI* fetus biceps; *MARTIALIS REGHELLINI* ſomnambulo; *COGROSSI* de mammis, atra bile; *NUVOLETTI* monſtrum; *VALISNERII* deſcriptio cloacæ viperinæ & epiſtola de impoſtore Pariſino, qui in ſanguine humano infecta demonſtrabat; *FANTONI* & *PACCHIONI* lites.

Anatomia completa del hombre MARTINI MARTINEZ, Madrit. 1728. 4. continet obſervationes rariores, & chirurgica. *

Hoc anno prodiit editio IV. *Commentariorum JOHANNIS QUINCY* in medicinam ſtaticam. Ei adjuncta ſunt *medico phyſical eſſais*, in quibus multa phyſiologica ad fibras, nervos, &c.

CHRISTIAN GODFRID STENZEL anthropologia ad pathologiam applicata, VVittemb. 1728. 4. & *medicina theoretico-practica*, Lipſ. 1732. 8. In priori opere integra phyſiologia habetur ex *BOERHAAVIO* & a bonis ſcriptoribus collecta, quæ prius diſputationum ſpecie prodierunt. Alterum nondum legi. Multa contra Stahlianos.

JACOBI LAZERME conſpectus mechanicus partium ſolidarum corporis humani, Monſpel. 1729. 8. Magnam phyſiologiæ partem continet.

THOMÆ SIMSON de re medica diſſertationes IV. Edimburg. 1726. 8. In III. & IV. morbos ſolidorum defendit, & vitia humorum elevat. Experimenta etiam adfert de bile atra, liene, vaſis bilariis.

GUILIELMI SCOTI proluſiones medicæ IV. *habitæ in Gymnaſio Patavino*, Patav. 1729. 8. Contra *PACCHIONUM* oſtendit, ſolidis corporis humani proprium motum non ineſſe. Nitrum aereum defendit, quod pulmones ſaliva dilutum ſubeat, &c.

SIMONIS ADOLPHI theſes anatomico-medicæ miſcellaneæ, Hall. 1730. 4.

W. GOERE'E natuurlyk en ſchilderkonſtig ontvverp der menſchkunde, Amſtel. 1730. 8. Edit. II. priorem autem ignoro. Varia ad muſculos & oſſa totius corporis, ad adfectuum animi ex facie adgnitionem, &c.

W. GOERE'E prior editio eſt 1683. 8. aut 1680. 8.

CHRISTOPHORUS JACOBUS TREU ACAD. NAT. CUR. DIRECTOR jam an. 1715. *de chiloſi fetus in utero* Altdorfi utilem diſputationem dedit, qua multa rariora deſcribuntur, ab *HEILTERO* etiam in *compendium anatomicum* recepta. Inde an. 1729 Norimb. 4. edidit *vertheidigung der anatomie*. Laborat, ut vulgi præjudicia removeat, & hiſtoriam fere dat anatomes. *IDEM* ab anno 1731. quindecim continuis annis *commercium literarium phyſico-technicum Noricum* quindecim voluminibus in 4. edidit, quo diario multæ aliorum, plurimæ *CL. VIRI* obſervationes continentur, ad monſtra, fetus, vaſa pelvis, cutem, uteri cervicem, alias corporis partes. Epiſtola *de vaſis linguæ*, *Oſteologia*, & Tractatus *de diſcrimine inter natos & non natos* jam dicti ſunt.

In *COMM. ACAD. INSTITUTI BONONIENSIS*, cujus primus tomus ibi an. 1731. tomi ſecundi partes tres ibid. 1745. 1746. & 1747. totidem voluminibus prodierunt, multa ad anatomen minime negligenda reperiuntur, *MORGAGNI*, *GALEACII*, *MOLINELLI*, *BAZZANI*, *BONAZZOLI*, *MENGHINI*, *JOSEPHI PUTII*, *POZZI*, *BALBI*, & ad phyſiologiam experimenta de ferri ad ſanguinem itinere *MENGHINI*. Ibi etiam *JANI PLANCI* molæ anatome accurata exſtat.

ADOLPHI FRIDERICI HOFMANN de rebus phyſiologicis novæ hypotheſes, Erfurt. 1731 legi merentur.

J. WILHELMI ALBRECHT P. Gottingenſis obſervationes anatomicæ, Erfurt. 1731. 4. *EJUSDEM paraneſis ad artis medicæ cultores*, Gotting. 1735. 4. primitiæ erant ardoris quo in verum ferebatur. Sed immaturum fatum abripuit.

Cartilla phyſiologica Galenica & ſpagirica per JUAN GIMENEZ de *MOLINA*, Murcia 1731. B. B.

JUAN GIMENEZ de *MOLINA* alibi invenio annum 1732.

HENRICI BASS obſervationes anatomico-chirurgicæ, Hall. 1731. 8. Multa ad anatomen pertinent, de thymi uſu, & glandularum renalium, & veſicularum ſeminalium fabrica de

de valvulis arterioſis aortæ, flexubus coli, muſculo glandulæ thyreoideæ, hymenis varietatibus, oſſibus ſeſamoideis.

EM. KOENIG theſes anatomico-botanica, Baſil. 1731. 4.

FRIDERICI ZWINGER theſes anatomico-botanica, Baſil. 1731. 4.

JOH. FRIDERICI SCHREIBER, qui etiam *DOUGLASSII* myologiam edidit, *elementorum medicinæ phyſico mathematicorum* P. I. Lipſ. 1731. 8. *BOERHAVII* diſcipulus, *BELLINI* amator, ſyſtema phyſiologicum methodo mathematica ſcribere aggreſſus erat. Parte I. medicinæ, ſanitatis, &c. definitiones dedit ſeveriores. Pars altera de fibra agit, de arteria & de ſanguine. Inde in Ruſſiam avocatus, ſummo ſtudio ſyſtemati pleniſſimo phyſiologiæ incumbit.

GARSAUT anatomie générale du cheval traduit de l' Anglois, Pariſiis 1732. 4. Nonne *SNAPPE*? *

ARNOUDT HELVETIUS korte Ontleedkunde van het geheel menſchelyk lighaam, Edit. II. Amſtelodami 1732. 8. Prima videtur prodiiſſe an. 1726. Compendium anatomicum in quæſtiones & reſponſiones diſpoſitum, ſimplex & collectitium.

JOSEPHI POZZI commercium epiſtolicum, Bonon. 1732. 4. cujus primariæ obſervationes exſtant in *COMM. BONON.* T. II. P. I. in commentariolo multa experimenta & paradoxæ ſæpe opiniones Auctoris exſtant de fabrica pilorum, unguium origine, capſula Gliſſonii (quam confirmat), glandulis viſcerum (quas tuetur,) pericardii, bronchialibus, cerebri in avibus magna mole, avium in oculo humoribus renaſcentibus, arteriarum ligatura, &c. Commoda multa & nova.

ANTONII FIZES duodecim quæſtiones, Monſpel. 1731. 4. pro loco diſputatæ. *EJUSDEM univerſæ phyſiologiæ conſpectus*, ibid. 1737. 8. *EJUSDEM opera medica* junctim a patre *NICOLAO* edita 1742. 4. reliqua autem jam citavimus. Multa cum *BOERHAAVIO* communia habet, de liene tamen propriam hypotheſin proponit.

HUGONIS GOURAIGNE phyſiologiæ conſpectus Monſpelii 8. prodiit, annum vero ignoro. Habet functionum epitomen, opinionem propriam aerem ſubire pulmonem ſua vi, non a pectoris dilatatione, fabricam muſculi ex *MUYSIO* &c.

BURCHARD ADAM SELII de anatomica hiſtoria ſcriptoribus, atque commentariis, Kiel. 1731. 4. Etſi juvenis, acute tamen errores in *GOELICKIO* vidit, aliqua etiam in *HEISTERUM* profert. Promiſit *hiſtoriam auctorum anatomicorum ſecundum titulos*, ſed ea non videtur.

FRANCESCO CANETTI la macchina umana, Veron. 1732. 8. Poema, quo phyſiologia traditur, non certe mala, ut ex Capite de ſomno judices.

CAR. GIANELLI Saggio di medicina teoreto-pratica, Venet. 1732. 8. Recentiores anatomicos ſequitur. Agit de morbis ſolidorum ex ſtricto & laxo, de ſolidorum formatione ex ſuccis, &c.

CAR. GIANELLI hic citatur liber ad praxin pertinet.

ANT. FERREIN quæſtiones medicæ toties laudatæ hoc anno Monſpellii prodierunt.

PHILIPPI HECQUET novus medicinæ conſpectus P. I. *phyſiologica*, Pars II. *pathologica*, Pariſ. 12. maj. *EJUSDEM médecine théologique ou la Médecine créée*, Pariſ. 1733. 2. vol. phyſiologia eſt, ſyſtemati ſolidorum ſuperſtructa, cui non ſolam ventriculi functionem, ſed omnem in corpore humano ſecretionem & ſanguinis præparationem adſcribit. Ratiociniis delectabatur amplis, vagis, remotis, & auctoritatibus, ab anatome ipſe alienior.

PHILIPPI HECQUET primo loco citatus liber prodiit 1722. 12. in quo pars prima phyſiologica eſt.

BRYAN ROBINSON treatiſe on animal œconomy, Dublini 1732. 8. & auctius cum reſponſione contra *MORGANI* refutationem 1738. 2. vol. quæ reſponſio etiam ſeorſim prodiit ſub titulo *an anſwer on MORGAN'S remarks on D. ROBINSON of animal œconomy*, Londin. 1737. 8. Fere major pars verſatur in hydraulica corporis humani. Alterum tamen de nervis caput eſt, eorumque æthere. Tertium de ſecretione. Quartum de excrementis & inprimis perſpiratione. Sed inprimis ejus Librum *on food and diſcharges of human body* huc oportet revocare, Londini 1748. 8. editum, ubi multa de bona proportione ciborum ad varii generis excrementa, & ad perſpirationem: deinde proportiones mutuæ corporis totius, hepatis, pulmonis, cordis ex variis animalibus per experimenta demonſtrantur.

BRYAN ROBINSON in nova *treatiſe on animal œconomy* editione, quam dixi, fibræ corporis humani robur pro varietate ætatis, pro inmerſione in varios liquores, per experimenta in capillis facta determinat. In altero volumine de pulſu, de oſcillatione fibræ, aliiſque phyſiologicis agit.

JAN van WYCK proeve der reedelyke heelkonſt, Roterodami 1732. 8. Continet etiam anatomes compendium.

JAN HOOGULIET Konſt om vvonden the ſchouvven, Amſtelod. 1732. 8. Dimidiam libri partem efficit œconomia corporis humani *BOERHAAVIANA*.

ANTON. CAR. GROSS verum univerſæ medicinæ principium in ſtructura mechanica partium reperiundum, Hall. 1732. 4.

D. GOTTL. THEBESII de principio rationis ſufficientis maximi in anatomicis uſus, Hall. 1732. 4.

ANT. BIRR de requiſitis in demonſtratione anatomica ſpecim. I. & II. Baſil. 1732. Eruditi viri criticæ obſervationes.

PAUL. JAC. MALOUIN. Ergo *in reactionis actioniſque æqualitate œconomia animalis*; Pariſiis 1733. 4.

ANDREW HOOK Eſſay on the practice of phyſic: or an attempt to revive the practice of the antients: *vvith ſome obſervations on animal mechaniſm* and materia medica, Lond. 1734. 8.*

G. M. BOSE ranæ anatome in vacuo mortuæ, Lipſiæ 1734. 4.

Eſſays of a Society at Edimburg. Tomus I. prodiit an. 1735. reliqui V. ad annum 1742. ſecuti ſunt. Egregia plurima hic habentur, & plura quam facile in alio diario. Pleraque tamen majoris momenti jam recenſui. *MONROUS*, *SIMSONUS*, *GIBSONUS*, *STEVENSONIUS*, aliique anatomicas diſſertationes ibi propoſuerunt, hiſtoria etiam valde plena habetur Librorum novorum & inventorum ejus temporis. Explicationem tabularum *EUSTACHII* & collectionem figurarum partium corporis humani omnium, promittunt T. V. P. II. p. 1036. nondum autem reſcivi, an prodierint.

Collectionem, quam *GEORGIUS THOMSON* cum *anatomy of human bones*, Lond. 1734. 8. edidit, jam recenſui. Senſus, muſcularem motum, digeſtionem, nutritionem, circulationem ſanguinis totidem Libellis conſiderat, fere ex ſcriptis.

Ineunte anno 1733. edidi Librum *de diaphragmate*: prius autem *contra COSCHWIZIUM diſſertationem* & paulo poſtea deſcriptionem fetus bicipitis. Inde, Gottingam vocatus, ab an. 1738. cepi edere *Commentarios in inſtitutiones BOERHAAVIANAS*, de quibus, qui judicia aliorum legere volet, evolvat *Trivultianos* 1745. p. 360. Tomi ſunt omnino VII. quorum ultimus an. 1744. in lucem exiit. Non ignoro numeros citationum paſſim, & ſæpe quidem typographi culpa, cui numerus cifrarum non ſufficiebat, partim mea, vitioſos eſſe, & aſperi nonnihil oriri ex nimis copioſis aliorum ſcriptorum locis. Verum certe ubique quæſivi, & nihil præter verum. Hanc ſolam culpam præterea fateor, quod *BOERHAAVIO*, venerabili Præceptori meo, nimis paſſim adhæſerim. Recuſi ſunt *commentarii*, Venetiis an. 1744. Turini an. 1743. & ſeq. 4. Vitioſam verſionem ſuo nomine dedit *JULIANUS OFFRAI* dictus *DE LA METTRIE*. *Prælectiones* ſolas Angli recuderunt Londini 4. 1742. ſeqq. Inde, ut ſubvenirem diſcipulorum deſiderio, edidi Gottingæ 1747. 8. *primas lineas phyſiologiæ*, ordine paulum mutato, & ad mea cogitata reformatas. Celluloſæ telæ hic dominium explicui, & alia paſſim paſſim aliter aut deſcripſi aut explicavi. Cadaverum copiam nactus, cœpi ab anno 1743. edere *icones anatomicas*, quarum bene multæ paratæ ſunt, præter eas quas edidi; erunt autem, ſi vitam *DEUS* conceſſerit, omnino triginta & ſex tabulæ. *Diſputationes* etiam *anatomicas* melioris notæ collegi, ad *BOERHAAVIANARUM* inſtitutionum ordinem digeſſi & Volumen I. anno 1746. II. an. 1747. III. an. 1748. IV. an. 1749. edidi Gottingæ apud *Vandenhoeck*. Tria reliqua continuo ſequentur. Phyſiologiam majorem de integro reddere, emendatis vitiis aut citationum, aut deſcriptionum laboro quidem, ſed futura quis certus promittat! In *Philoſophicis* etiam *Tranſactionibus*, *Commentario Norico*, *Actis Upſallienſibus*, paſſim aliqua mea opuſcula diſperſa reperiuntur.

De *Comment.* meis in *BOERHAAVII inſtitutiones* legi etiam poteſt judicium *GIANELLÆ de leg. libr.* p. 31. Cæterum dicti Commentarii recuſi etiam ſunt Altd. 1741. 1743. 8. Verſionem Pariſiis excuſam, quam dedit *DE LA METRIE*, liberam traductionem eſſe fatetur *Oper. om.* p. 235.

Colle-

Collectionis meæ *Diſputationum anatomicarum* T. V. anno 1750. T. VI. & VII. anno 1751. prodierunt.

GEO. FRID. WILPERT de neceſſitate utilitateque anatomiæ pathologicæ in facienda medicina, Leidæ 1733. 4.

J. BUXTORF theſes anat. bot. Baſil. 1733. & *FRIDERICI ZWINGER* eodem anno editæ.

Ubi *BUXTORFII* & *ZWINGERI theſes anat. bot.* citatæ ſunt, adde illas *J. HENR. RESPINGER* Baſil. 1733.

JOH. LEMKENII anatomiæ nucleus, Gryphisvvald. 1733. 4. * *B. PL. EJUSDEM de utilitate anatomes in theologia, juriſprudentia & medicina* 1733. 4. *

ILL. de *REAUMUR* hiſtoria inſectorum multis modis ad phyſiologiam pertinet, ob anatomen horum animalium, victum, ſomnum, oculos, polypos, &c.

JOSEPHI THOMÆ ROSETTI ſyſtema novum mechanico-hippocraticum de morbis fluidorum & ſolidorum, Venetiis 1734. fol. In principio Libri habet aliqua de ſpiritibus, ex aere, ſulfure & ſale compoſitis, in pulmone natis, naturali judicio motus pene omnes ad criſes dirigentibus.

JOS. THOM. ROSETTI l. cit. refutat. etiam *POMPEIUM SACCUM* & fermenta.

JOH. HOLLINGS ſtatus naturæ humanæ expoſitus in oratione coram medicis Londinenſibus in die feſto D. Lucæ, Lond. 1734. 8. *

JACOBUS NIC. WEISS Altdorfi erudita & boni uſus programmata edidit ab anno 1733. quorum quinque ad me pervenerunt.

J. J. HECHER edidit Halæ 1734. 8. *betrachtung des menſchlichen körpers nach der anatomie und phyſiologie*. *

VERDIER anatomie du corps humain, Pariſ. 1734. 1739. 8. 2. vol. & Germanice, Hamburg. 1744. 8. Inter melioris notæ compendia revoco, etſi in pleriſque *WINSLOWUM* ſequatur.

VERDIER lib. cit. Anglice prodiit 1750. 8. Ipſi etiam *VERDIER* tribuuntur *Nouveaux élémens d'anatomie raiſonnée*, Pariſ. 1749. 12. Brevis fuit & in iis manſit, quæ ad univerſam rem pertinent, fuſior tamen de dentibus & oſſibus. In pluribus *BOERHAAVIUM* ſequitur, & icones compilavit.

Pluſcula huc pertinent *ILL.* olim *PLATNERI* Scripta, ut *de damno ex neglecta anatomia in rem medicam redundante*, Lipſ. 1734. 4. *de notabilibus quæ in diſſectione cadaverum animadverſa ſunt*, ibid. 1736. 4. &c.

JOH. TIMM obſervationes anatomico-practicæ rariores, Brem. 1735. 8.

JOHANNIS JUNKER conſpectus phyſiologiæ, Hall. 1735. 4. Phyſiologia fere qualis *BOHNII* ævo, circumſpecta quidem, ſed ad *STAHLII* placita omnino ficta. Ita parenchyma inter arterias venaſque defendit, animam corpus ſibi ſtruere docet, & menſes ultimos abundantius propellere, bene gnaram, eam nunc ad eliminandam plethoram viam clauſum iri. Hujus operis compendium edidit Halæ 1745. 8. *THEODORUS CHRISTOPHORUS URSINUS* in quæſtiones & reſponſa conjectum.

SERVATII AUGUSTINI VILLERS phyſiologia & hygieine, Lovanii 1736. 4. Hygieine melior eſt. In Libro de *V. S. SYLVAM* ſequitur.

GEORGI HENRICI BEHR phyſiologia medica, Argentor. 1736. 4.

BURCHARD DAVID MAUCHART Diſſ. *de anatomia medico-legali*, Tubing. 1736. Omnia hujus viri ſcripta utiliter leguntur.

FRANCISCI QUESNAI œconomie animale, Pariſ. 1736. 12. Ex *BOERHAAVIO* pleraque deſcripſit, ut recte olim monuit *DEMETRIUS* in *Comment. BOERH.* I. p. 144. & *D. ANDRY* in *lettres de Cléon a Eudoxe*, deinde in *ſecond Mémoire pour le Doyen & les DD. Régens de la Faculté* p. 73. Vide gradus caloris evidentiſſime exſcriptos p. 30. 33. tum in nutritione, vaſorum ſeriebus ſimilem *BOERHAAVII* imitationem. In humoribus corporis equidem novam theoriam ſequitur, atram bilem revocat, & cum muco confundit. *IDEM* opus Pariſiis an. 1747. tribus voluminibus in 12. auctius prodiit. In theoricis de elementis, de igne, cauſa duritatis aliiſque fuſiſſimus fuit. Deinde chemica de ſalibus plurima, aliqua vero de analyſi & iis, quæ ignis de humoribus humanis ſeparat, ſubjunxit. Tertia pars phyſiologica eſt, agitque de humoribus, ſede animæ, nervis, ſecretione. Maxima pars omnino phyſiologiæ penitus in tam vaſto opere omittitur.

Catalogus von den anatomiſchen præparatis, ſo ſich auf dem Königl. Amphitheatro zu Copenhagen befinden, Hafniæ 1636. 8. *

CAVAN de anatomiæ præſtantia, utilitate, definitione, hiſtoria, Gryphisvvald. 1736. Diſp.

D. PETSCHE (*CASSEBOHMII* amici & profectoris) *obſervationes anatomicæ ſelectæ*, Halæ 1736. 4. Diſputatio eximia & quanti vis pretii.

J. ZACHARIÆ PETSCHE citata diſputatio recuſa eſt eſt in VI. Vol. *diſp.*

Cum *ERHARDI NORREN chirurgiſchen vvegvveiſer*, Nurnberg 1736. 8. compendium etiam anatomicum parum utile continetur.

HENRICI HENRICI Kurzer begriff und betrachtung des menſchlichen körpers, Zerbſt. 1736. 8. Aliqua phyſiologica ſunt de humoribus fibriſque.

FRANCISCI NICHOLS compendium anatomico œconomicum, Lond. 1736. 4. Viri acuti ingenii breve & in brevitate dives compendium, in tabulas digeſtum. Peculiares opiniones aliquæ, ut de motu cordis, cujus ventriculos alterne pulſare docet: de chorda tympani, quam pro muſculo habet; de muſculo pyramidali abdominis. Os palati bene deſcripſit.

Selecta Francofurtenſia, quæ hoc anno inceperunt, & cum IV. Tomo an. 1747. finem fecerunt, primo *GOELICKII*, deinde *A. P. QUEITSCH* opera, prodierunt, & anatomica, phyſiologica, etiam, eriſtica, varia continent.

JOHANNIS FRANCISCI le FEVRE phyſiologia medica in T. II. operum omnium, Veſuntione 1737. 4. editorum, vel potius in urbe *Veſoul*. *BOERHAAVIUM* fere ſequitur.

CHRISTIANI WOLF, celeberrimi Philoſophi, *vom gebrauch der theile in thiren und pflanzen*, Halæ 1737. 8. Phyſiologiam & theleologiam continet. In phyſica etiam experimentali T. III. de ſono, de microſcopiis, de animalibus in vacuo enectis experimenta habet.

D. KIRSTEN de phyſiologiæ ortu & progreſſu, Altdorf. 1734. 4.

J. FRID. CRELL obſervationes factas in partibus corporis humani morbidis, non tamen ad illuſtrandam ſani corporis œconomiam applicandas demonſtrat, Helmſt. 1737. 4.

J. FRID. CRELL etiam ſunt *obſervationes nuperæ ſectionis* &c., Helmſt. 1742. *EJ.* ad *ſectionem puellæ gibboſæ* progr, ibid. 1745. 4.

J. CHRIST. KUNDMANNI rariora naturæ & artis uſui eſſe poſſunt alibi laudata.

J. HIERONYMI KNIPHOFF de phyſiologia, Erfurt. 1737.

GIUSEPPE ZINANNI delle ova e dei nidi degli uccelli, Venet. 1737. 4. habet non ova ſolum, ſed etiam anatomen aliquam locuſtarum.

NICOLAI ROSEN compendium anatomicum eller beskrifning om de delar of hela mennis-kans kropp, Stokholm 1738. 8. Ad veram anatomen addidit *ILL. ARCHIATER* phyſiologicas obſervationes varias, & rariorum fabricarum obſervationes, ut omnino ex optimis compendiis ſit.

PETRI ARTEDI ichthologia poſthuma, Leidæ 1738. 8. a *LINNÆO* edita, plena eſt diſſectionibus piſcium anatomicis.

L. A. WESTERHOFF de cadaveribus auctoritate publica luſtrandis, Leidæ 1738. Diſp.

SAMUEL SCHAARSCHMID VI. Tomos diarii, cui titulus *mediciniſche und chirurgiſche nachrichten*, quorum primus an. 1738. prodiit 4. Berolini edidit. In iis non ſolum anatomiam practicam plurimam dedit, ſed varias partes phyſiologiæ propriis diſſertationibus perſecutus eſt.

J. MICHAEL SCHWARTZ de membranarum ac tunicarum corporis humani numero, Argentor. 1738. 4.

ANTON. FRANC. BARBAUT ſplanchnologie ſuivie de l' angiologie & de la neurologie, Pariſiis 1739. 12.

ANT. FRANC. BARBAUT l. c. compendium fere *WINSLOWI* eſt raro aliquid proprii habet, aliqua tamen addit vaſis umbilicalibus, placenta, theoria chylificationis.

RICHARDUS MEAD in egregio Libro *de venenis*, qui hoc anno Leidæ recuſus eſt 8. & nuper 1747. quarta vice auctius Londini editus, cum titulo *mechanical account of poi-ſons* egregiam anatomen viperæ caudiſonæ dedit, cujus glandula venenifera alibi reperta eſt quam vulgo quærebatur. Ea debetur *D. NICHOLLS*. Varia de ſpiritibus, &c. hic utilia reperiuntur. *EJUSDEM* Liber *de imperio ſolis & lunæ*, Lond. 1704. 8. & Londini an. 1746. 8. hic Gottingæ vero a me recuſus, multa ad phyſiologiam, reſpirationem, vim aeris, menſes, animi adfectus, utilia habet.

LIBER-

LIBERTUS de mechaniſmi in corpore humano abſentia, Erfurt. 1738 4. Acriter demonſtrat, muſculos non mechanice agere, animam per perioſtea & ligamenta artus movere, &c.

FRANCISCI JOSEPHI OBERKAMP ſyſtema theoretico-practicum, Norimb. 1737. 8. Continet phyſiologiam *STAHLIANAM*.

JOHANNIS ERNESTI HEBENSTREITII de uſu partium carmen, Lipſiæ prodiit 1739. 8. *IDEM* vir clariſſimus ab anno 1738. plura programmata anatomica perutilia dedit.

JOH. ERN. HEBENSTREIT etiam eſt *anatome hominis recens nati*, Lipſ. 1738. 4.

Sed amicus noſter *CHRISTIANUS GOTTLIEB LUDWIG*, pariter Lipſienſis Profeſſor, paſſim utiles etiam phyſiologicas diſputationes edidit. Ita *Decas quæſtionum* (ad Gallicum morem aptatarum) prodiit, Lipſ. 1740. & alia 1743. qua utraque magni momenti, quæſtiones utiliter penſitantur.

J. CHRIST. EUBELHUBER begriff von ſein ſelbſt erkenntnüſs, Regenſpurg. 1739. 8. Phyſiologia & pathologia eſt.

In *J. CHR. EUBELHUBER* lib. cit. phyſiologia, quam habet, brevis eſt, & ad *STAHLII* ſenſum.

JOH. HUTCHINSON Oeconomy of human frame upon the principles of the nevv philoſophy, Lond. 1739. 8 Maxime paradoxa theoria. Syſtema totum in vaporibus verſatur, quos Auctor ait erumpere in lactea vaſa, ad cor venire, exire per arterias, repelli a frigore & aere ambeunte, mutari in ſpiritus, &c. In œſophago valvulam fingit, ab anatome alieniſſimus.

HIERONYMI LEOPOLDI BACCHETONI anatomia theoreticæ & practicæ miniſtra, Nuremb. 1740. 4. Vitioſiſſimum compendium.

In *J. THEODORI KLEIN* hiſtoria piſcium, cujus miſſus quatuor an. 1740. & ſeqq. annis *GEDANI* edidit, multa etiam anatomica intercedunt.

DAVID de GORTER J. F. materia medica, Amſtelodami 1740. 4. Etiam phyſiologiam tradidit.

JOH. JAC. GRAMBS anvveiſung zur Oſteologie, & ſic ex ordine, *zur myologie*, *angiologie*, *neurologie und ſplanchnologie*, quinque Libellos Francof. edidit 1740. 8. cum brevibus deſcriptionibus in tabularem ordinem digeſtis.

B. J. de BUCHWALD anatomicarum obſervationum quadriga, Hafn. 1740. 4.

CAR. FRID. SATTLER de mechaniſmi in corpore humano veritate, Altd. 1740. 4.

Anatomicum Lexicon in *nucleo medicinæ quinquepartito A. CONRADI ERNSTING* continetur Helmſtatt. 1741. 4.

J. BOECLER & *PHIL. HENR. BOECLER theſes medicæ variæ*, Argent. 1741. 4. & *J. BARBENES* ejuſmodi theſes, ibid. 1742. 4.

J. BURCHARDI SCHLERETH inſtitutiones medicæ, Fuldæ 1741. 4. Stahlianam ſectam ſequitur.

CAR. AUGUSTUS a *BERGEN* Profeſſor Francofurtenſis ad Viadr. multas utiles ad anatomen diſſertationes edidit. Anno 1742. *anatomes partes plures eſſe hactenus receptas* in programmate docuit. An. 1743. dedit *pentadem obſervationum anatomico phyſiologicarum*, in qua multa bonæ notæ.

CAS. AUG. a *BERGEN* ibi citati eſt etiam *de perſpiratione viſcerum*, Francof. ad Viad. 1738. 4. *EJUSDEM* etiam ſunt *elementa phyſiologiæ juxta ſelectiora experimenta* &c. Genev. 1749. 8. Pleraque ad *BOERHAAVII* ſenſum ſunt, nonnulla tamen propria, ut de lienis inæquali diametro, de ſecretione, utilitate ſucci atrabilaris, nervis, materie ſpirituum.

Muſei Imperialis Petropolitani vol. I. P. I. Petropol. 1742. 8. continet catalogum præparatorum, ut vocant, theſauri *RUYSCHIANI* in ordinem redacti, cum nonnullis animadverſionibus.

Hoc anno 1742. obiit egregius anatomicus *HUNAULD*, qui nihil ſcripſit, quantum novi, niſi quæ in *monumentis Acad mia* ſunt, & epiſtolam forte quam citavimus.

PHILIPPI MAXIMILIANI DILTHEY obſervationes anatomico phyſico medicæ, Herborn 1742. 8. ſectiones fere medico legales.

D. LIEUTAUD Profeſſoris Aquiſextienſis, *eſſais anatomiques*, Pariſ. Compendium anatomicum uberius, in quo multa bona, & a *WINSLOWIANIS* diverſa ſunt; paſſim etiam adjectæ difficiliores encheireſes.

MEMORIE dè *VALENTUOMINI* quæ Luccæ eduntur, varia ad noſtrum finem habent; inprimis *PETRI TABARRANI* obſervationes anatomicas, & de vaſis bilis *CAJETANI TACCONI*.

F. C. LESSER inſectotheologie, & *TREMBLEY* atque *BAKER* de polypo, *C. BONNETI inſectologie*, Pariſ. 1745. 8. *TURBERVILLE NEEDHAM microſcopical diſcoveries*, *GEORGII ADAMI micrographia*, *GEORGII MARTINE eſſays*: *CLIFTONI WINTRINGHAMI* varii Libri jam dicti ſunt.

Vernünftige gedanken von der natur 1743. 8. *FISCHERI* Regiomontani Prof. opus. Adtingit etiam aliquam partem phyſiologiæ. Vermiculos & harmoniam præſtabilitam negat.

In *GEORGII BERNHARDI BULFINGER* viri illuſtris *variis*, Stutgardiæ 1742. 8. editis, habetur anatome elephantis petropolitana.

JOH. ASTRUC ergo ex ſubtiliori anatome ars medica certior, Pariſ. 1743. 4. Eximia theſis.

JOH. GOTTLOB KRUGER phyſiologie, oder zvveyter theil der naturlehre, Hall. 1743. & auctius 1748. 8. Ad omnem ſenſum motum in corpore humano oriri, qui ad eum motum proportionem habeat, pro fundamento ponit: motus ergo reſpirationis & cordis & reliquos vitales motus utique a ſenſu noſtri incommodi oriri docet, hactenus inter *STAHLIUM* & mechanicos medius, quod animam abſque conſcientia diſtincta admittat, ſtruere tamen animam corpus neget. Sanguinem non celerius, ſed lentius in pulmone docet circumagi, & refrigerari defendit, &c. *EJUSDEM Grundriſs eines neuen lehrgebaüdes der arzney-gelahrheit*, Hall. 1745. Hanc inprimis, quam citavi, de ſenſationibus doctrinam urget. *EJUSDEM Phyſicotheologiſche betrachtung einiger thiere*, Hall. 1746. 8. Teleologiæ. Penem ranarum in brachio poſt *MENZIUM* confirmat.

In *Memoires de l' Académie de Chirurgie*, Pariſ. 1743. 4. anatomica & phyſiologica aliqua ad humores corporis humani, & fabricam partium genitalium, & alias partes œconomiæ animalis ſpectantia habentur.

Syllabus, ſive *index omnium partium corporis humani*, Petropoli 4. anno omiſſo, niſi fallor tamen 1744. Compendium anatomicum eſt, in quo laborarunt duo chirurgi, a *MELLN* & *HANHARDT*, quorum hic incepit opus, ille perfecit. In tabulas *WINSLOWIANI* ordinis labor digeſtus eſt, ita brevis, ut fere a nomenclatore non differat, Icones adjectæ, multæ quidem ex *EUSTACHIO* & aliis claris viris, non paucæ tamen propriæ ſunt, oſſium inprimis difficiliorum, vaſorum cordis.

CHRISTOPHORI von *HELWIG anatomicum vivum*, Erfurt. 1745. fol. continet icones ad modum *REMMELINI*, nonnullis tamen recentiorum inventis ditatas.

Leidæ hoc anno in 8. quatuor diſputationes recuſæ ſunt, inter quas *L. HEISTERI de choroidea*. *ENSII de cordis motu*.

FRANCISCUS de *SAUVAGES* Profeſſor Monſpelienſis ex præcipuis noſtri ævi iatromathematicis eſt, in *STAHLII* ſententiam pronior. *EJUS commentarios* in *HALESIUM* laudavimus, *Phyſiologiæ mechanicæ elementorum* primam ſchedam vidi; in qua de fibris, vaſis & fluidis & eorum æſtimando motu agitur. Liceat ad inſignem meritis virum dubiorum aliquid proferre. Nonne longe magis elongatur fibra ventriculi flatu, quam parte ſeptima; nec tamen rumpitur? An conſentiunt cum *WINTRINGHAMIANIS* quæ habet de viribus arteriarum ad venas comparatis? An vere vaſa in fetu & adulto ſemper eamdem inter ſe proportionem habent? Quæ bona cum pace *VIRI* quærimus.

An eſſay on comparativ anatomy, Lond. 1744. 4. Quiſquis Auctor fuerit, valde certe placet, quo utiles comparationes fabricæ humanæ cum animali continentur, etiam propriæ obſervationes. Solet vero canem, vaccam, aviumque & piſcium fabricam conſiderare. Ipſe p. 64. proprias inquiſitiones citat, & p. 71. ſuorum in allantoide humana invenienda tentaminum meminit.

FRANCISCUS SALESIUS DANIEL PAULLIN ergo functiones aliæ ab aliis pendent, Pariſiis 1744. 4.

JO. LETHIEUILLIER ergo phyſiologiæ baſis mechanice, Pariſ. 1744. 4.

M. P. T. J. C. tabulæ ſciagraphicæ corporis humani, oder beſchreibung des menſchlichen körpers in tabellen, Görliz. 1744. fol. *

GERARDUS van *SWIETEN* in *comm. ad aphoriſmos BOERHAAVII* multa admiſcuit experimenta phyſiologica partiumque deſcriptiones, & vivorum animalium utiles diſſectiones.

JUSTI GODOFRIDI GUNZII comm. in Libr. *HIPP. de humoribus* laudavimus, Lipſ. 1745. 8. & varias diſputationes.

Theatrum anatomicum animalium, plantarum & aliorum corporum naturalium Auctore *D. ANTON* de *MONRAVA ROCA* D. & anat. Madrit. 174.... (*D. TRIV.*)

CHRISTOPHORI HENRICI KEILII compendiöſes doch vollkommenes handbüchlein, Lipſ. 1740. 1744. 1747., &c. Pro tironibus.

ANTONII COELESTINI COCCHI Mugellani viri doctiſſimi *oratio de uſu artis anatomicæ*, Florent. 1736. 4. Aliqua ad hiſtoriam medicinæ & anatomes habet. De vivorum hominum ſectionibus, quæ antiquis tribuuntur, calumnias refutat. *EJUSDEM diſcorſo d' anatomia*, Firenz. 1745. 4. ad inaugurandas prælectiones anatomicas in Noſodochio D. Mariæ novæ habitus. Ad hiſtoriam anatomes varia continet. De codice M. S. in quo *APOLLONII CITIÆI* comm. ad *HIPPOCRATIS* Lib. περὶ ἄρθρων aliqua monet. Ibi locus *HEROPHILI* novus. Promittit *CELSUM*. Sed heu occidit! Ex *ASCLEPIADE* etiam fragmentum edidit.

A. F. LAMBRECHTS D. Jur. & Med. *compendium anatomico-medico-practicum*, Hardervvyck 1747. 8. Quæſtionum modo proponitur, non maximi momenti.

JULIANI OFFRAI dicti *de la METTRIE inſtitutions de medecine de BOERHAAVE avec un commentaire*, Pariſ. 1743. ſeqq. VI. vol. 12. Dixi verſionem eſſe mei operis, & fatetur *JULIANUS* in *præfatione*, ſed adjecit varia, & inprimis rudes errores. Calculos corrupit, quoties aliqui adfuerunt *GIORN.* citat pro Auctore (quod eſt *GIORNALE* de' *LETTERATI*). Vim veſicæ metitur tribus pollicibus, cum oportuiſſet tribus unciis metiri. *BRESLAU* pro Auctore citat. Plurimum etiam eſt locorum in quibus nullus omnino ſenſus eſt, & innumeris locis longe alius reperitur, quam in meo autographo. Vide de eo *CL. MONTAGNAT lettre au ſujet d' un nouveau genre de vaiſſeaux.*

J. G. H. (*HEYMANN*) *quatuor tomos commentariorum in inſtitutiones BOERHAAVII* edidit, Leidæ ab an. 1744. Multum utitur diſſertationibus Leidenſibus, etiam noſtris commentariis, aliqua ab *ALBINO* utilia admiſcet. Videntur plurimi tomi ſucceſſuri eſſe.

J. G. H. (*HEYMANN*) *quatuor tomis commentar. in inſtit. BOERHAAVII* quos diximus, *quintus* acceſſit 1750. 8.

In *JAMESII* dictionario medico, quod nuper gallice verſum VI. vol. fol. prodiit, continetur tota anatome, fere ad *WINSLOWI* ductum. Multum etiam anatomes, etiam icones aliquæ in *J. P. BURGGRAVII* celeberrimi practici, *Lexico medico* eſt, cujus tantum A & B prodiit: Multa neque inutilia reperies, in *J. H. SCHULZII* editione Lexici *BLANCARDIANI*. *Lexicon* etiam *anatomicum* in ſuo *nucleo medicinæ quinquepartito* dedit *ARTHUR CONRAD ERNSTING*, Helmſtad. 1740. 4. Pro tironibus.

ANTONII le *CAMUS poema* in *Amphitheatrum* medici ordinis Pariſiis exſtructum, Pariſ. 1745. 4.

CHRISTIAN ALBRECHT GOTTHILF GRUNER conſilium bibliothecæ phyſiologicæ, Altdorf. 1747. 4.

AUG. SCHAARSCHMIDT edidit etiam catalogum theſauri anatomici Berolinenſis Berolini 1751. 8.

AUGUST. SCHAARSCHMIDT ſplanchnologiſche tabellen, Berolini. 1748. 8. Splanchnologia *WINSLOWIANA*.

JOHANN. THEODOR. ELLER phyſiologia, Schneeberg. 1748. 8. a *J. CHRIST. ZIMMERMANN* edita, Germanica lingua, ab ipſo *ILL. ELLERO* publice damnata eſt, quæ ſuppoſititia ſit, & nata ex male caſtigatis prælectionibus. Inprimis *BOERHAAVIO* & *WINSLOWO* utitur.

J. FR. HENKEL in ſuis collectionibus *mediciniſcher und chirurgiſcher anmerkungen*, quarum tertia nunc pars prodiit, editis, Berolini 4. 1747. 1748. omnino & practica anatomica, & alia ad uſus noſtros habet.

J. B. chirurgi *traité de cephalatomie ou deſcription anatomique des parties que la tête renferme*, Pariſ. 1748. 4. Plura quam titulus continet, ſyſtema oſſium, muſculorum, nervorum, humorum, cum iconibus pleriſque propriis.

JANUS PLANCUS de monſtris & rebus monſtroſis habet etiam aliqua ad os hyoides &c.

THOMÆ BIRCH the wiſdom of GOD proved from the frame of man, Londin. 1749. 4.

Bre-

Demonſtratores ſunt tres (*a*)

.1. MI-

Breviter ad ſenſum *DERHAMI* ſcripſit. Multum tamen acute contemplatus eſt, ut ſenſuum mediocritatem.

In nupera editione *Land en Zee chirurgie JOHANNIS VERBRUGGE* emendata habetur vetuſta illa anatome quæ in prioribus editionibus exſtat. Totam anatomen & conpendium phyſiologiæ adjecit *J. DANIEL SCHLICHTING* Amſtelod. 1750. 8.

Suis locis laudavi *BUFFONI* opus, ſed aliquo eorum tomorum qui ſequentur, integra phyſiologia continebitur.

ANTONII LOUIS poſitiones anatomico-chirurgicæ de capite, Pariſ. 1749. 4. ultra modum inanes.

AL. CANTWELL, Ergo microcoſmi vita motus mere mechanicus, Pariſ. 1749. 4.

CHRISTIAN EHREHFRIED ESCHENBACH anatomiſche beſchreibung des menſchlichen körpers, Roſtok 1750. 8. Libera verſio operis *WINSLOWIANI* cum animadverſionibus nonnullis *CL. VIRI*.

J. AUGUST UNZER philoſophiche betrachtung des menſchlichen körpers überhaupt, Hall. 1750. 8. Phyſiologia.

FONTONOO (nomen Arcadicum) *deſcrizione del corpo umano*, Florent. 1750. 8. in 2. tomo *diſſertazione e lettere* breve compendium anatomes.

In *Primitiis phyſico-medicis Poloniæ* varia habentur ad deglutitionem, arteriarum diviſionem ut cauſam ſecretionis, ſuperfetationem, velocitatem ſanguinis, &c.

CORNEL. THOM. SNELLEN de varia vitæ energia, Leid. 1750. 4.

WILL. GIBSON in *tractatu on the diſeaſes of hoaſes*, Lond. 1750. 4. hujus animalis anatomen dedit.

Porro obſervationum medicarum ſcriptores, & Auctores medicinæ forenſis omnes: & biographi, atque lexicographi medici, & phyſices ſcriptores plerique *ROUHAULT*, *SCHEUCHZER*, *MUSSCHENBROEK*, *'S GRAVESANDE*, *DES AGULIERS* & multi ſcriptores hiſtoriæ animalium habent, quod ad anatomen profit. Sed eos ſuo loco laudavi.

(*a*) Nolo huc referre condituram corporum Ægyptiam. Ea enim mero circumfuſo bitumine facta fuit, *POCOCKIO* teſte *hiſtory of Egipt* p. 230. ut etiam in cranium bitumen infunderent. *DIOCLIS* de adminiſtrationibus anatomicis Liber periit. Quare de methodo diſſecandi primus Auctor certe *GALENUS* eſt, cujus *adminiſtrationum anatomicarum* Libri IX. ad nos pervenerunt, ſeorſim interprete *GUINTERO* Pariſ. 1531. fol. excuſi. Earum enim aliquas, ut experimenta, ad vim influxus nervei demonſtrandam, valde ſolicite *GALENUS* deſcripſit. Inflabat autem tuba, qualis eſt aurificum, Libro IX. c. 2.

Inde in illa *parva anatomia COPHONIS* & apud *MUNDINUM* aliqua rudimenta methodi ſecandi reperiuntur: alia apud *NICOLAUM MASSAM*, *JACOBUM CARPENSEM* alioſque ejus ſeculi medicos.

Sed *ANDREAS* inprimis *VESALIUS* ubique ſuas encheireſes cum deſcriptionibus conjunxit. *REALDUS COLUMBUS* ſceleti parandi modum, ut in Oſteologicis dictum, expoſuit.

Eo tempore ars injiciendi jam aliqua fuit. *CARPENSIS* enim *BERENGARIUS* tentavit per arteriam ureterem replere p. CLXXVIII. b.

CAR. STEPHANUS adminiſtrationem deſcriptioni ſubjecit. Inflatoria ſpecilla ad membranas inflandas commendat p. 745.

JACOBUS SYLVIUS meminit injectionis liquorum diverſorum colorum, crocatorum, vinatorum aliterve tinctorum, quæ per tubulos fieret, & cui ipſe præfert inflationem in vaſa per tubulos factam *Iſag. anat.* Lib. III. p. 68.

AMATUS LUSITANUS vaſcula ſiphone, ſive ſyringa impulſo ſpiritu a ſe repleta citat *Cent.* IV. hiſt. 100.

BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS adeo artificioſe vaſa depinxit, in Tab. inprimis XIII. & XXVII., ut abſque injectione liquidi id fieri potuiſſe vix credibile ſit. In arteriam certe renalem injectam aquam in ureterem veniſſe diſertus auctor eſt *renib.* p. 135.

Neglectum autem eſſe hoc artificium ſatis conſtat, unde apud nuperiores, & *CASSERIUM*, vaſorum cognitio potius imminuta eſt.

AM-

1. MICHAEL LYSERUS, in *cultro* ſuo *anatomico* (*a*), edito in 8. Auctor ille per totam fere Europam peregrinatus erat, & in omnibus fere locis ſtipendium

AMBROSII PAREI briefve collection de l'adminiſtration anatomique, Pariſ. 1549. 8. Potius compendium equidem eſt quam culter anatomicus, adminiſtrationes tamen aliquas habet, etiam ad ſceleton parandum, ad ſectionem cæſaream.

PETRI BELLONII de medicato funere, Pariſ. 1553. 8. erudite ſed inprimis botanice ſcripſit.

In editione *LUCRETII*, quam *NARDIUS* dedit, antiqua conditure Ægyptiæ ratio exprimitur, uti dixi.

JOACHIMI STRUPPI de GELHAUSEN conſenſus medicorum de mumia genuina, Franc. 1574. 4.* & Germanice ibid. eodem anno 4. cum deſcriptione Ægyptii cadaveris.

MELCHIOR SEBIZ de balſamatione cadaverum humanorum, Argentor. 1649. 4.

ANDREÆ RIVINI de pollinctura, Lipſ. 1655. 4.

C. VAROLIUS, *F. SYLVIUS*, *T. WILLISIUS*, *DANIEL DUNCAN* (*Traité des actions animales*), *J. E. HEBENSTREIT de methodo cerebrum incidendi*, Lipſ. 1739. 4. aliique varias cerebri præparandi methodus propoſuerunt.

J. B. CARCANUS in ſuis opuſculis methodum ſecandi ſatis ſolicite tradidit.

Aliqua, ut ſupra monuimus, adjecit *HILDANUS*, & fere utique ſecandi modum ſubjecit *NICOLAUS HABICOT*. Excarnationis, ut vocant, artificia, quæ ſibi tribuit inventa an. 1617. *SEVERINUS*, in hepate primum tentata *zootom. Democrit.* p. 404. *HADRIANUS SPIGELIUS*, & alii eo tempore exercuerunt, & exemtas de corpore arterias venaſve paravit *JOHANNES ATHELSTEINIUS LEONCENA* (*BOYLE de util. phil. experim.* p. 120. *Phil. Tranſ.* n. 280.) *EJUS VIRI* tabulas vaſorum & nervorum etiam *BARTHOLINUS* habuit *hiſt.* 81. *Cent.* IV. *reſp. de exper. Bilſ.* p. 34. tum ſimilium a *FUIRENIO* paratarum exemplaria, & a *PETRO HOUFWENIO*, cujus cupreum ſceleton cum arteriis, venis, nervis, miris laudibus effert *J.* van *HORNE vvaarſchouvving* p. 22. 23. qui ipſe de eo artificio varia ibi conſilia dat.

F. GLISSONIUS injectione omnino uſus eſt, tubulum etiam delineavit in Libro *de hepate* p. 211.

Anatome pneumatica, ſive quæ aeris ope fit, non magni momenti eſt inter opuſcula nova *RIOLANI*.

ALEXANDRI READ manual of diſſection, Lond. 1650. 12.

(*a*) *MICHAEL LYSER* in brevi vita amatus præceptori diſcipulus fuit, qui cum ipſo gloriam inventorum vaſorum lymphaticorum communicavit (in *praf.*), & abſque quo nihil ſingulare inveniſſe *T. BARTHOLINUM RUDBECKIUS* criminatur, non tamen abſque alia in *PRÆCEPTOREM* invidia fuit, de qua a morte *LYSERI* queritur *BARTHOLINUS*. Artificia ſua, craſſiorum muſculorum ſectiones oſſiumque inprimis parandorum modum, in *cultrum anatomicum*, ſive *methodum humana incidendi cadavera* conjecit, qui Hafniæ an. 1653. 8. prodiit, inde cum obſervationibus *BOGDANI MOINICCHENII*, *SEIDELII* & aliorum recuſus a *T. BARTHOLINO*, Hafniæ 1665. 8. auctior vero tertia vice cura *C. BARTHOLINI ſpecimine demonſtrationum anatomicarum*, Francofurti 1679. 8. Leidæ anno 1726. 8. 1731. 8. Germanice vero a *J. TIMMIO* cum addita *C. BARTHOLINI methodo*, Bremæ 1735. 8. recuſus, Londini denique a *G. THOMSON* Anglice verſus prodiit anno 1740. 8. Nimis nunc increvit anatome, neque ullo modo ſufficit noſtri temporibus.

THOMÆ BARTHOLINI domus anatomica, Hafn. 1662. 8. Mechanica varia huc pertinentia habet, & catalogum præparatorum. *EJUS conſilium de anatome practica*, Hafniæ 1674. 4.

Injectione ſed atramenti & aliquorum coloratorum etiam *T. WILLIS*, (*de cerebro* p. 6.) *P. BORELLUS Cent.* III. *obſervatione* 6. *J. J. WEPFER* & *MARCELLUS MALPIGHIUS*, & *R. VIEUSSENS* uſi ſunt. Ceram tamen oleo terebinthinæ dilutam jam *WILLISIUS* laudat, quæ materia prope a perfectione diſtat (*pharm. ration.* II. p. 4.)

LUD. de *BILS* nobilis, ſed pene analphabetos homo, qui vix nomina partium noſſet, (*F. CRAANEN de homin.* p. 119.) magnum rumorem excitavit tum balſamo, quo condiebat cadavera, tum arte qua animalia viva abſque ſanguine ſecabat, arcanorum more gentis ama-

dium meruerat, ut profeſſor anatomicus. Domum tandem redux ſcripſit illum Libellum de diſſectionibus anatomicis cadaverum.

2. Ma-

amator, *TOB. ANDREAS* p. 85. Et illa quidem ars etiam adverſario placuit *JOHANNI* van *HORNE vvaarſchouvving* p. 31. ut *BILSII* balſamum ſupellectili argentea redimere voluerit. Flexilia enim membra manebant, aptaque diſſectionibus (*TOB. ANDREÆ* L. c.) Ea ars poſt plurimos Libellos tandem æterno ſilentio preſſa eſt. Nempe *L. BILSIUS aan de liefhebbers der anatomye*, Roterodami 1659. 4. & in *reſponſione* ad van *HORNE* & *BARBETTE*, Roterod. 1660. 4. 1661. 4. ſub titulo *kort bericht* & in *fuſiori codicillo*, Roterod. 1661. 4. & alibi venum expoſuerat hanc mercem, immenſo pretio. Defenderat *BILSIUM ANTONIUS DEUSINGIUS* in *exerc. de admiranda anatome LUD.* de *BILS*, Roterod. 1661. 4. & *BURCHARDUS WITTEBERGIUS* in *déclaration pour donner a connoître la nouvelle diſſection ſans effuſion du ſang*, Brugge 1657. 4. & *TOBIAS ANDREAS* in *bilance balſamationis Bilſiana & Clauderiana*, Amſtelod. 1682. 12. ubi & *BILSIANAM* laudat artem, & ſibi, qui cum *BILSIO* ſecuerit (p. 85.), pulchra præparata tribuit ſua arte facta p. 53. animalium inprimis integrorum, uteri ovilli, infantis demum recens nati, quem multis a conditura ſeptimanis accurate ſecuerit. Contra eam vero artem & nimia ejus pretia dixerunt *J.* van *HORNE vvaarſchouvving*, Leidæ 1660. 4. & *PAULUS BARBETTE aanmerkinge over LUD.* de *BILS*, Roterod. 1660. 4. *T. BARTHOLINUS de experimentis anatomicis BILSII* 1661. 8. *J. H. PAULI* in *anatomes BILSIANÆ anatome*, Argentor. 1665. 8. neque voluerunt anatomici immenſam vim nummorum ſuppeditare, centum nempe & viginti florenorum millia. Tandem Status Brabantiæ artem *BILSIANAM* haud mediocri nummorum vi redemerunt, 22000. nempe florenis (vide L. *BILSII reſp. ad TOBIAM ANDREAM*, Roterodami 1669. 4.) Sed corpora a *BILSIO* pro Lovanienſi Academia parata brevi computruerunt *BORRICHIO* monente *de hermetic. medicin.* p. 210. etiam ipſo Auctore fatente (ad *T. ANDR.* p. 40.), & tota res in fabulam abiit, cujus hiſtoriam deſcripſit *LUD. BILSIUS* in *Ep. ad TOB. ANDREAM* cum *ANDREÆ* Liber de balſamatione, & *ejus brevi extracto a ctorum in cadaveribus BILSIANA methodo preparatis*, Marburgi 1678. 4. recuſa.

CLAUDERUS præparata abſque balſamo facta fuiſſe, ſapore ſalino teſtis eſt: & *BILSIUM* ex putridis cadaveribus phthiſicum periiſſe, ſuumque arcanum ſepeliiſſe (p. 130. ſeqq.

Incruenta anatome aut vinculorum (*BORRICH.* ad *BARTHOL. epiſt.* 89 *Cent.* III.), aut injecti liquidi coagulantis ope (*GRAAF de uſu ſiphonis* p. 534.), aut ſalis mirabilis *GLAUBERIANI HEUCHER. ars magn. anat.* n. 45. aut alio arcaniori artificio nititur. Sed eam potentiam huic ſali omnino negat *J. F. CARTHEUSER* in *pharmac.* p. 413.

Circa ea etiam tempora plurima fama fuit infuſionis & transfuſionis. In illa ſcopus eſt varia medicamenta in ſanguinem infundere, quæ vim ſuam longe acriorem demonſtrant circulationem vero ſanguinis evincunt, quod in omnem corporis ambitum ſuam efficaciam circumferant. Eam *CHRISTOPHORO WREENIO* Angli tribuunt, ut *J. SPRAT* in *Hiſt. Soc. Reg.* p. 317. & Societas ipſa *Phil. Tranſ.* n. 7. 35. ut tamen *BOYLEUS* apparatus mechaniſmum propoſuerit. *J.* vero *DANIEL MAJOR in memoriali anatomico* n. 5. *JOHANNEM GEORGIUM* von *WAHRENDORF* adducit, qui an. 1642. in pago Luſatiæ Luche infuſionem per venatorem ſuum in canibus adminiſtraverit. Ejus artificis hiſtoriam & experimenta in *Phil. Tranſ.* legas n. 7. 29. 30. 35. 39. 191. 192. 210. 240.

J. D. MAJOR cujus experimenta circa infuſionem & transfuſionem inſtituta diximus de his etiam egit in *deliciis hybernis*, Kiel. 1667. fol.

CAROLUS FRACASSATUS ex primis hæc experimenta imitatus eſt *Epiſt. de cerebr.* p. 411. ſeqq. Et *J. D. MAJOR* in *prodromo inventa a ſe chirurgia infuſoria*, Lipſ. 1664. 8. & in *memoriali anatomico*, Kiel. 1669. 4. Obſ. I. felices ſuos in infuſoria chirurgia conatus laudavit. Idem in *chirurgia infuſoria*, Kiel. 1667. 4. de operatione, quam vellet inveniſſe, cogitationes aliquas tradidit & inſtrumenta, abſque experimento. (ipſo fatente *in occaſu & regreſſu chirurgia infuſoria*.)

J. SIGISMUNDUS ELSCHOLZ in *clyſmatica nova*, Berolini 1667. 8. (& prius an. 1661. infuſionis experimenta pluſcula habet, etiam in homine factæ, propria, & alia Gedani communicata, non incommode certe, alienorum vero compendium.

J. SIG.

2. Magnus VESALIUS poſt ſingula capita ſua docet, quo modo demonſtran-

J. SIG. ELSHOLZ clyſmatica nova Germanice verſa eſt *neüe clyſtierkunſt*, Berolin. 1665.8.

Infuſoriam etiam exercuerunt *O. BORRICHIUS* in orat. *de ſanguine* & in *BARTHOL. Ep.* 92. *Cent.* IV. *T. WILLIS pharmac. J. C. BRUNNER de pancreate, MALPIGHIUS de polypo, C. DRELINCOURT.* in *canicidiis, R. BOYLE de util. phil. experim. HARDER* in *apiario, MICH. ETTMULLER* Diſp. *de chirurgia infuſoria*, Lipſ. 1668. Academici Galli apud du *HAMEL* p. 58. *P. S. SACHSIUS* in *oceani microcoſmici fluxu & refluxu*; *R. GRAAFIUS, PEYERUS* in *exerc. ANTONIUS* de *HEYDE* in *exper. anat. F. PETIT epitre* II. *CAPREZZO* & *MASSUELI* in *Galer. di Minerv.* VII. p. 153. *COURTEN* in *Phil. Tranſ.* n. 335. *J. FREIND* in *emmenologia, GEORGIUS BAGLIVUS de abuſu veſicant.* & in Diſſ. VIII. *CHRISTIAN FRIDERICUS GARMAN* in *Centuria epiſtol.* n. 30. *PURMANNUS* in *chirurg. Lorberkranz* III. pag. 274. (qui in ſe ipſo operationem paſſus eſt p. 277.), *PINELLI de podagra* pag. 230. *A. PASTA de motu ſang. a morte*, & alii; Chinenſes demum, fraudulentiſſimi mortalium, in porcorum venas aquam infundunt, ut pondus augeant, *GEMELLI CARRERI* in itinere IV. p. 299.

Huc etiam ex hiſtoricis pertinent *ortus & progreſſus clyſmatiæ novæ*, Goth. 1667. 4. & *occaſus & regreſſus chirurgiæ infuſoriæ* ibid. 1667. 4. Prior Libellus commendat experimenta *ELSHOLZII*. In altero *MAJOR* pungit eumdem. Huc etiam *J. C. STURM transfuſi ſanguinis hiſtoria*, Altdorf. 1676. Diſp.

Nunc audio in Italia hoc ſeculo hanc quæſtionem renovatam fuiſſe. *PRIMITIUS GABELLO* ſub titulo Coloniæ ſcripſit *la Taccia ripreſa*, contra infuſoriam chirurgiam occaſione illuſtris perſonæ, quæ poſt infuſionem alexipharmaci obierat. Defendit infuſionem *VINCENTIUS RENZONI* in *difeſa del* D. V. R. Lucca 1716. 4. Sed reſpondit *D. BERNARDINUS MARIANI* in *riſpoſta alle cenſure del D. RENZONI* Lucca 1716. 4. Nihil horum ipſe legi.

RICHARDUS LOWER in fuſione prius exercitus, de *transfuſione ſanguinis* integrum in Libro de corde caput IV. habet. Eam ſibi tribuit, an. 1665. primum exercitam, prius tamen ab *HENSHAWO* an. 1658. tentatam *Phil. Tranſ.* n. 38. Nam qui *BILSIO* tribuit, *TOBIAS ANDREÆ*, nemini perſuadet. *ANDREAS LIBAVIUS* in *appendice* ad *ſyntagma chymicorum arcanorum*, Franc. 1615. fol. intra conjecturam ſubſtitit. Inventum, ex quo immortalitatem ſperarunt, ſanguinem de ſano animali in ægrum vel hominem vel animal transfuſo, vide in *Phil. Tranſactionibus* n. 19. 20. 22. 25. 26. 27. 28. 30. (experimentum in homine factum) 32. 35. 36. 37. 54.

MAURITIUM HOFMANNUM an. 1663. in *programmate* transfuſionem deſcripſiſſe auctor eſt *IRENÆUS VEHR*. Id ſcriptum nondum vidiſſe contigit.

Succeſſerunt ſcripta varia confertim edita. Ita *C. TARDY* an. 1667. Pariſiis edidit ſcriptum *de l'écoulement du ſang d'un homme dans les veines d'un autre*. Ubi probavit inventum.

Eam transfuſionem *J. D. MAJOR* ſibi tribuit & ad ipſum etiam gloriam inventi refert *MANFREDUS* c. I. 1. ſeqq.

DENYSIUS Medicus plurimum inprimis in transfuſione laboravit. Eam in cane tantatam retulit in *JOURNAL DES SAVANS* 1667. 14. Maj. n. 8. Deinde ſubjecit *lettre écrite à M. DE MONTMOR touchant une nouvelle manière de guérir pluſieurs maladies par la transfuſion du ſang*, Pariſ. 1667. 4. & *reſponſionem* conjunctam cum priori epiſtola, Lamy 1667. 4. & *lettre touchant une folie invétérée guérie par la transfuſion*, Pariſ. 1668. 4. (quem caſum *SORBERIUS* in *Giorn. de' Letter.* Romæ 1668. p. 23. cum laude recenſuit), in qua ſanguinem agni in virum feliciter transfuſum narrat, ope *D.* d'*EMEREZ*, & in juvene ſtupido, quem ſanatum fuiſſe credebatur, præter canes varios.

In Actis etiam Danicis felix eventus narratur III. n. 54.

PAULUS MANFREDUS in Libr. *de transfuſione ſanguinis*, Romæ 1668. 4. exempla & in homine felicia habet, & in canibus, & artem defendit, quam ipſe exercuerat.

Relazione dell' eſperienze intorno alla trasfuſione del ſangue, Romæ 1668. 4.

Ondervinding door de beroemſte geneesheeren van het leyden des bloeds uyt een gedierte in het ander, Leuvvaard, 1668, 12. *MEIB.* *

da & exponenda ſint omnia, & nullus eſt ſcriptor, qui cum eo comparari mereatur,

IRENÆI VEHR præſidium novum chirurgicum de methamo chymiæ, Francof. ad Viadr. 1668. 4. diſp.

Felicia habet in canibus exempla *IPPOLITI MAGNAGNI*, non tamen abſque incommodo, deinde collectionem eorum, quæ pro operatione & contra eam in Gallia ſcripta fuerant. Ea experimenta, Bononiæ apud *CASSINUM* facta, recenſentur etiam in *Journ. des Savans* 1668.

Contra transfuſionem autem, qua brutorum animalium ſanguis in hominem fundebatur, intra breve tempus plurimi ſcripſerunt. *PERALTI* ſcriptum *de la transfuſion* exſtat in *eſſays* T. IV. qui inventum ob coagulationem ſanguinis damnavit. *G.* de *MONTPOLLI* epiſtolam ſcripſit ad *BOURDELOTUM* ſub titulo *lettre touchant la transfuſion*, Pariſ. 1668. 4. ubi dubium experimentum eſſe, & ipſos aliquando canes periiſſe monet. *BARTHOLOMÆUS SANTINELLI confuſionem transfuſionis ſanguinis*, Romæ ſubjecit 1668. 8. (*MERCL.*) Sed inprimis *D. LAMY* in *Epitre* I. a *M. MOREAU contre l'utilité de la transfuſion*, Pariſ. 1667. 4. accuſavit transfuſionem ob nimiam copiam ſanguinis, quæ ſubito admittitur, ob ſanguinem animalis ab humano diverſum, &c. Eadem fere argumenta ſunt *EURYPHRONIS Pſeudonymi de curandis morbis per transfuſionem ſanguinis*, Pariſ. 1668. 4. Deinde *ſecundam epiſtolam* ad *M. MOREAU* ſubjecit *LAMYUS dans laquelle il confirme les raiſons rapportées dans la précedente*, ibid. 1667. 4. ubi iterum canem a transfuſione periiſſe refert, & *DENYSIO* mortem Sueci nobilis exprobrat. Neque non ſolum ſtultus ille, de quo gloriatus erat *DENYSIUS*, verum nobilis a *BONDE*, qui ex inflammatis inteſtinis laborabat, adminiſtrata transfuſione perierat. Is caſus finem attulit invento. Nam etſi *reſponſionem ad objectiones LAMYI* ederet *GADROYS* ſub titulo *lettre de M. GADROYS a M. BOURDELOT pour ſervir de réponſe à la lettre de M. LAMY*, Pariſ. 1668. 4. felicia in cane experimenta laudaret, & mortem *BONDII* excuſaret, publica tamen acceſſit auctoritas, quæ in homine transfuſionem fieri vetuit, ut in infuſione tamen pergeret *DENYS* (*DIONIS cours de chir.* p. 498. du *HAMEL* p. 21. 22.). In animalibus pauci poſt *DENYSIUM* tentarunt, ut *GRAAFIUS*, & *ANTONIUS NUCKIUS* qui ex theoria laudavit.

Auctorem ſub nomine *EURYPHRONIS* invenio nunc eſſe *PETRUM PETITUM*, celebrem virum.

Relazione dell' eſperienze fatte in Inghilterra, Francia, ed Italia intorno alla celebre e famoſa transfuſione del ſangue, Bologna 1698. 4. *

G. ABRAHAM MERCLIN de ortu & occaſu transfuſionis ſanguinis, Nuremberg. 1679. 8. Refutat operationem, ejuſque pericula demonſtrat, abſque tamen proprio experimento. Ægros duos *G. RIVÆ* per transfuſionem periſſe, etiam adlatis teſtibus, confirmat, ut a *PONTIFICE MAX.* prohiberentur medici, ne experimentum urgerent.

Interim in Belgio inprimis varia tentata ſunt ad præparationes anatomicas. *THEODORUS KERKRINGIUS* ſuccino, ut creditur, liquefacto partes corporis ſubtiles docuit præparare, & infantem eo bitumine circumfuſum adfuiſſe inter ejus theſauros *MORHOFIUS* teſtis eſt in *polyhiſtore* Lib. II. P. II. p. 293. In ſpiritu vini defæcato, cum pauco ſpiritu ſalis ammoniaci, circa ea etiam tempora excogitatum eſt conſervare animalia minora *BOYLE Phil. Tranſ.* n. 12. quam artem an. 1675. *N. GREWIUS* exercuit *cat. rar. muſ. Soc. Reg.* p. 58. qui modus brevi poſtea ad anatomica translatus eſt. Nunc ſpiritu frumenti, ſaccharive, vulgo utimur. Debilis ſpiritus moleſtam fecit renovationem ob ſordes quas deponit, colore etiam opaciori eſt. Fortiſſimum alcohol præter pretium valde conſtringit, ut olim obſervavit *P. J. HARTMANN de perit. vett. anatom.* I. p. 40.

Gypſo etiam & ſaccharo ſaturni in ſpiritu aceti ſoluto fuerunt qui vaſa replerent jam *BOYLEI* tempore de *utilit. phyſic. experiment.* p. 121. Idem Gypſum laudavit *THOMAS ALGHISI giorn. de' letter.* T. VI. p. 162. ſeqq. Et quidem calore non eget, non tamen ſatis eſt ſolubile.

THOMAS ALGHISI ad replenda vaſa gypſum etiam laudavit apud *VALISNERIUM* T. I. p. 304. *operum.*

REGNERUS de *GRAAF* injectorium ſiphonem primus delineavit, eoque uſus eſt ad injectiones colo-

tur, utileque foret inſtitutum, ſi VESALII de adminiſtratione præcepta in uno capitulo deſcripta haberentur pro tironibus in eorum uſum.

3. Ve-

coloratas, *de uſu ſiphonis*. Idem mercurio ad replenda vaſa perite uſus eſt, an primus, nondum inveni. Certe pulcherrimam repletionem vaſorum teſtis nulla alia arte perficere potuit.

JOHANNES SWAMMERDAM, cum ſumtibus *JOHANNIS* van *HORNE* ſublevaretur, excogitavit injectionem ſolidam, quæ non difflueret, & calide injecta frigore cogeretur, fic vaſa ad diſſectionem aptiſſima redderet. Ita ipſe in *notis ad prodromum* p. 37. *HORNII*, & luculentiſſimus teſtis eſt *RUYSCHIUS de muſculo uteri* p. 2. Sed *HUDDENIUM*, celebrem ob cognitionem matheſeos Amſtelodamenſium Conſulem, docuiſſe diverſi coloris liquores injicere, ut idem ait *SWAMMERDAMMIUS* L. c. p. 38. id quidem poſt priora fidem non retinet.

FRIDERICUS RUYSCHIUS, amicus *SWAMMERDAMII*, in injectionibus & præparationibus eminuit, & valde juvenis excelluit. *JOHANNEM* certe van *HORNE* anno jam 1664. lienes ſuos publice exhibuiſſe ipſe teſtis eſt *RUYSCHIUS obſ.* 100. Replebat enim vaſa ſubtiliſſima, ut ante eum nemo, arcana materie uſus. Ea, ſi ulla *RIEGERO* fides (*introd. in hiſt. natur. & arte factor.* artic. balſamatio) ſebum eſt. Ea replebat minutiſſima vaſa oculorum, cerebri, perioſtei, &c. Deinde callebat artem, partes corporis fluxas molleſque indurandi, ut ipſum cerebrum in ſpiritu terebinthinæ (epiſt. ad *SCHELHAMMER.* pag. 353.) Celluloſitates etiam flatu diſtentas conſervare primus adgreſſus eſt. Denique nemo ab eo pueros ſiccos dormientibus ſimiles conſervare potuit. Id enim, ut in liquido ſpiritu facile eſt, ita in aere difficillimum experietur, qui tentabit. Quantam admirationem autem conſecutus ſit induſtria ſua etiam *PETRI* Primi aliorumque Regum, nihil neceſſe eſt fuſius recenſere.

Contra *RUYSCHIUM* vero varia monet *CL. LIEBERKUHNIUS* ob mota de ſitu vaſa, nimis mollem materiem & nimis pinguem (in *monument. Berolin.* 1748.)

C. STALPART van der *WIEL* artem ſiccandorum artificioſe humanorum corporum invenit, *SWAMMERDAM prodr.* p. 36.

J. SCHRADER methodum balſamo condiendi edidit cum ſuis & *WILHELMI LANGLEY* obſervationibus.

SIMON PAULI epiſtolam ad *T. BARTHOLINUM* ſcripſit, ſive *modum oſſa dealbandi*, Hafn. 1673. quæ ars *Act. Hafn.* vol. II. redit.

Vaſa miro artificio corpore eximebat *ANTONIUS* de *MARCHETTIS PETRI* f. *C. PATIN* in *Lyceo Patavino* p. 63.

C. BARTHOLINUS poſt Librum *de diaphragmate* in app. ſiphonem deſcripſit, tum *ACT. HAFN.* vol. IV. n. 4. & in Libro *de præparatione viſcerum*. Bieruris erat, ut continuo & ſorberet aquam & expelleret. *IDEM* in *ACT. HAFN.* T. V. n. 32. dedit breve compendium, neque inutile, cultri anatomici, ſub titulo *methodi demonſtrationum anatomicarum*, quod a *TIMMIO* & a priori etiam editore, *LYSERO* adjectum eſt.

In *C. BARTHOLINI* ibidem dicti *epiſtol.* I. *cent. n.* 65. deſcribitur ſceletos Opuntiæ aqua parata.

CASPARI CLAUDER methodus balſamandi corpora humana, Altenburg. 1679. 4. Similia *BILSIANIS* ſe præſtiturum promiſit. Sed in eum *TOBIAS ANDREAS* ſcripſit, meraque muria uti exprobravit.

CASPARI CLAUDER Librum citatum nunc legi. Contulit omnia de ea re ſcripta, & ipſe experimenta varia fecit. Invenit mel non conſervare corpora, neque ceram, contra veterum teſtimonia. Ipſe uſus eſt ſpiritu ſalis ammoniaci tartariſato.

Statuam humanam, quæ circulationem ſanguinis exprimeret *J. REISELIUS* excogitavit E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IX. & X.

Et *de præparatione artificiali pro circulatione humorum vitali ſecretoria & excretoria* diſputavit *CL. STAHL*, Hall. 1710. 4.

Nunc & microſcopium adhiberi cepit. *FRANCISCUS STELLUTUS* eo in apibus uſus erat, dederat etiam aliquas obſervationes *PETRUS BORELLUS* in *obſſ. microſcop.* aliique, quos in phyſicis citavimus. Artificioſius adhibuit *M. MALPIGHIUS*, ut anatome planta-

Qqqq 2 rum,

3. Verum, qui linguam Britannicam callent, legant COWPERUM in demonſtrationibus ſuis in *myotomia reformata*; qui etiam adjunxit inventa ex FALLOPIO, aliiſque, & ex DUVERNEYO (*a*).

Nunc

rum, ovum incubatum, anatome ranæ in *poſthumis* argumento ſunt. Etſi vero aliqua contra attulerit *KERKRINGIUS*, & alii, & fallacem exprobrarent efficaciam p. 93. nemo tamen iis cavillis motus eſt.

J. SWAMMERDAMIUS pulcherrime microſcopio, ſed fere ad Inſecta uſus eſt.

ANTONIUS vero van *LEEUWENHOEK*, parum literatus civis, in ea arte eminuit, ut in phyſicis dictum eſt. In anatome circulationem ſanguinis in vivis animalibus (poſt *MALPIGHIUM*), vermiculos ſeminales (poſt *HAMMIUM*), fabricam dentium, lentis cryſtallinæ, muſculorum, infinita alia deſcripſit.

STEPH. BLANCARD de modo balſamo condiendi Libellum dedit in *jaarregiſter* I. n. 4. de quo neſcio an ſit idem cum ejus arte condiendi, quam in *anatome reformata* recudit, & Hanoveræ 1705. 8. ediderunt Germanice, cum titulo *neue und beſondere art körper zu balſamiren*.

F. SCHRADER de uſu microſcopii in anatome, Gotting. 1681. 8. Aliqua in itinere apud *LEEUWENHOECKIUM* viderat. Defendit microſcopium contra *KERKRINGIUM*. Seminis tamen vermiculos & ſanguinis globulos deſerit, & fatetur, colores ſub microſcopio expalleſcere.

J. C. PEYER methodus hiſtoriarum anatomicarum, Pariſ. 1678. 8. In univerſum quidem modum tradit, quo utiliter poſſit cadaver morboſum aperiri, ad eruendas morbi cauſas & utilitates phyſiologicas. Exemplar egregium dedit in ſectione juvenis, cujus cordi pericardium connatum erat.

LEONARD TASSIN adminiſtrations anatomiques, Pariſ. 1678. 12. Lyon 1696. 12. Pariſ. 1723. 8. & alias Belgice etiam recuſus an. 1730. 8. Rudis culter & parum utilis.

DIONYSIUS PAPIN oſſium reſolvendorum modum excogitavit, in phyſicis laudatum. Idem, & primus quantum novi, artem ope vacui injiciendi invenit *JOURN. DES SAV.* 1684. p. 92. quo anno etiam *SARRIOTI* experimenta, eodem modo, in replendo rene facta enarrantur n. 7. Id etiam artificium *CAMERARIUS* commendat in *præf.* ad diſſertationes II. III. Tubingæ editas an. 1694. 8.

ANTONIUS NUCK argentum vivum artificioſiſſime adhibuit, æque peritus demonſtrator angiologiæ lymphaticæ, quam alii in vulgaribus vaſis. Teſtis eſt *DOLÆUS* Ep. II. ad *WALDSCHMIDIUM*, & maximus alter *HERMANNUS BOERHAAVE prælect. acad.* I. p. 576. Antlia etiam uſum eſſe, & inſtrumentum ad antliam aptabile ſe apud eum vidiſſe *CAMERARIUS* auctor eſt l. c. In canibus experimenta chirurgica inſtituit, thoracem perforavit felici eventu.

Ad lymphaticorum etiam adminiſtrationem pertinet laudata alibi *JOHANNIS ZELLERI* Diſp.

E. CAMERARIUS de ſubſidiis pro arte medica ab antlia pneumatica petendis, Tubing. 1691. 4.

JOSEPH LANZONI de balſamatione cadaverum, Ferrar. 1693. 12. & in collectione operum. Ex variis ſua collegit.

JOS. LANZONI l. c. recuſus exſtat Genev. 1696. 12.

(*a*) *G. COWPER* bronchia plumbo replebat T. 25. fol. 10. Argento vivo ſatis artificioſe etiam uti norat, ſi verum eſt, in lactea & lymphatica penetraſſe. Quid a *DUVERNEYO* habeat ignoro.

MERYI præparata, & nervorum ſceletos laudat *LISTER Journy* p. 64.

G. BIDLOUS biſmutho pulmones repletos pingit T. 25. f. II. & artem, ſed difficilem, docet.

In Academiæ Regiæ Pariſinæ monumentis *HOMBERGIUS* an. 1699. docet vaſa replere ope antliæ & metalli fuſi ex æqua parte jovis, ſaturni & biſmuthi, quæ metalla in calore chartam unice rufo tingente nec amburente fluerent. Utebatur autem loco emboli vacuo Boyleano, nempe tubulum in libero aere immergebat catino, dum viſcus intra antliam ab aeris pondere liberabatur.

ROUHAULT de injectione anatomica 1718. ichthyocollam laudat.

WINSLOW de vitiis inflationis in partibus mollibus 1725. p. 329.

LOUIS PENICHER des embaumemens ſuivant les anciens & modernes, Pariſ. 1699. 12. Unice deſcribit plebejam conditaram, qua vulgo pharmacopolæ utuntur in magnatum cadaveri-

Nunc dixi de toto ſtudio anatomico dirigendo. Qui his præceptis inſtructus pergit in hoc ſtudio, non tam cito fateor, ſed tuto progredi poterit, nec facile in errores incidet.

Hinc

veribus, ubi ſcarificationibus carnes incidunt, cavitates pulveribus aromaticis replent, &c.

BARTHOLD KRUGER anatomicus theodidactos, ſive *methodus ſecandi Hipp. Democritea*, Brunſvvic. 1700. 4. Omnium cultorum anatomicorum pauperrimus.

THOMAS GREENHILL necropaideja, ſive *de arte balſamo condiendi*, Lond. 1705. 4.*

G. DESNOUES lettres a Mr. GUIGLIELMINI, Romæ 1706. 8. Anatomes cereæ vel inventor eſt, vel certe primus nitorem ipſi conciliavit famamque. Abbatem *ZUMBO*, qui in Academia Regia Scientiarum caput cereum demonſtravit, plagii accuſavit, quod a ſe edoctus magiſtrum deſtituiſſet. Cadavera cerea ipſe vidi, nitida, ſed malo & noxio inſtituto. Naturam enim deſerere, ad arbitrium operarii ſe tradere jubet anatomes cupidos.

THOMÆ GREENHILL quod citavimus opus, ſplendidum eſt, & inprimis ad artificia Ægyptiorum pertinet. Imo vero mera collectio, qua tota Ægypti hiſtoria continetur, ne verbulo quidem proprio, de pollinctura addito.

J. WILH PAULI progr. *de ſiphone anatomico*, Lipſ. 1721. 4.

J. DOUGLAS muſculorum ſectionem, ſed etiam artificioſam illam peritonæi exemtionem docuit.

J. H. HEUCHER ars magna anatome, VVittemberg. 1709. 4.

HARMAN van BLOEMESTEIN de genuina adminiſtratione anatomica, Leidæ 1712. Diſp.

J. B. MORGAGNI variis locis, & maxime ad pelvis muſculos, modum præparandi adjecit.

P. G. SCACHER de anatomica præcipuarum partium corporis adminiſtratione, Lipſ. 1710. 4. Deſcribit injectiones varias, etiam quæ vacui ope fiunt. Sebum laudat cum reſina, liquorem etiam balſamicum proponit.

CHRISTIAN HERTOG bericht von Egyptiſchen mumien, Goth. 1717. 8. Generalia aliqua de balſamis, deinde deſcriptionem habet mumiæ optimæ notæ, ubi credit aromata & opobalſamum, non ſolum bitumen adhibitum eſſe. *Mumiam* etiam *Uratislavienſem* ſcripſit *ANDREAS GRYPH*, Breslau 1662. 12.

JOH. G. HERLIN balſamirte maani nebſt anmerkungen, vvie die balſamiſchen concreta den menſchlichen leib vor der corruption bevvahren, Chemniz 1725. 8.

CHRISTIANUS WOLF in *nützlichen verſüche* T. I. n. 60. ex hydroſtatico experimento ſiphonem anatomicum deduxit, cavum, in quem tubulus exiguus inſeritur. Membrana, quam ſeparare volumus, ſupertenditur tubo, aqua immittitur, ita ſecedit in lamellas.

In *M. B. VALENTINI amphitheatro zootomico* artificia aliqua ad ſceletos parandos utilia habentur.

H. A. NICOLAI in Diſp. *de directione vaſorum* laudat ad injectiones ichthyocollam p. 71. Sed ea nimis in celluloſitates fugit, & deſerit vaſa, ut ſplendorem induat membranis, vero uſu deſtituatur.

B. S. ALBINUS præſtantiſſimus in arte replendi corpora, & ſceleta fetuum parandi, modum, quo celluloſæ telæ inteſtinorum parantur, docuit in *hiſtoria inteſtinorum tenuium*.

STEPHANUS HALES novum modum replendi cadavera excogitavit ope tubi longi, per quem ſolum pondus liquorem in arteriam replendam impellit p. 221. Materiem etiam injiciendam ex ſebo & reſina laudat in *hæmaſtat.*

De *ST. ANDRE'* famam ſibi paravit artificioſa mercurii injectione, ſed cuniculorum partus, & epidermidis ſpuria vaſa, eum omni fama & fide exuerunt.

In *Commercio literario Norico* plurima huc faciunt. Anno 1731. *ſpecimine* IX. de liquoribus balſamicis, & de modo quo præparata conſervantur, monita habet *TREWIUS*. An 1736. (in præf.) gummi anime & ſandarach ad injectionem laudat, & ichthyocollam. In *hebd*, 30. an. 1738. de cadaveribus quibuſdam integris præparatis agit p. 403. An. vero 1744. de liquoribus anatomicis, ubi præfert ſpiritum frumenti, ſalis ope paulum a phlegmate liberatum p. 272.

In *Actis Edimburgenſibus* III. n. 10. *ALEXANDER MONROO* methodum conſervandorum corporum habet. *EJUSDEM* Diſſ. ex Edimburgenſibus ſumta ſeorſim an. 1741. in 8. Leidæ prodiit, ſub nomine *tentaminum circa methodum injiciendi*. Ad exſiccationes aere faciendas, vel mercurio, nova aliqua habet. Adjectus ſipho *LIEBERKUHNII*.

THIE-

Hinc omnia, quæ requiruntur in Medico, abſolvi; ſed duo reſtant, ut ſcilicet de theoria & de praxi dicamus. Vocabula iſta in uſu ſunt, aliter diceremus de ſpeculatione & de facienda medicina, ſi ita loqui liceret.

THIESEN de materie coracea ejuſque injectione anatomica, Regiomont. 1731. Diſp.

J. NIC. WEISS de adminiculo aquæ in adminiſtratione anatomica, Altdorf. 1733. 4.

J. TIMMIUS, infelix literatus, edidit Bremæ 1735. 8. *Samlung zur vorbereitung des menſchlichen korpers gehöriger ſchriften*. Nihil proprii habet, ſed *LYSERI* cultrum, & *BARTHOLINI* methodum demonſtrationum.

ABRAHAMUS KAAU celluloſitates pleuræ, mediaſtini, multarum alium partium artificioſe præparare aperuit.

J. FRID. CASSEBOHM præter *methodum ſecandi muſculos* ſuperius excitatam, dedit *methodum ſecandi viſcera*, Halæ 1740. 8. Inter adminiſtrationes etiam peculiares obſervationes habet de valvulis venæ cavæ ſupra hepar: repletione ductus thoracici, ſepto lucido, nimis tamen hic brevis. Uterque Libellus Germanice ab Auctore verſus auctior prodiit eodem anno ibid. notis nonnullis auctior. *EJUS methodus ſecandi*, Berolini 1746. 8. Germanice edita inter opera huc pertinentia facile excellit, fuſe enim & patientiſſime exponit modum, quo præparabat muſculos, viſcera, vaſa, nervoſque. In eo *poſthumo* labore Oſteologia deficit, cujus præcepta in noſtro *CASSEBOHMIANO* codice etiam reperiuntur.

CL. LIEUTAUD artificioſas paſſim diſſectiones aperuit in *eſſays d'anatomie*.

PHILIPPUS CONRADUS FABRICIUS in *idea anatomes practicæ*, Wetzlar 1741. 8. multa commoda ad injectiones & diſſectiones conſilia dedit, & obſervationes anatomicas interſperſit.

CHRIST. FRID. SCHULZ de ſicca corporum animalium conſervatione, Lipſ. 1741. 4.

J. H. SCHULZE Diſſ. *de mumia*, Halæ 1737. *de ſicca corporum animalium conſervatione*, Hal. 1741. prodiit. Varias formulas habet, repletionis gummeæ & terebinthinatæ.

SZENT PETERI de conditione corporum. ibid. eod. anno.

J. E. HEBENSTREIT de vermibus anatomicorum adminiſtris, Lipſiæ 1741. programma.

DERCUM de anatomes cereæ præſtantia & utilitate, Würtzburg. 1743. 4. Docet modum, quo cerebrum, aliæque partes corporis cera imitari poſſis. Magnus etiam anatomes ceræ artifex eſſe dicitur *HERCULES LELLIUS*, qui pluſcula cadavera cerea in uſus Academiæ Bononienſis paravit *Bononienſ.* T. II. P. I. p. 44. Hujuſmodi etiam corpora demonſtrabat *J. B. BIANCHI*.

A. WESTPHAL ſpec. de injectionibus anatomicis, Gryphiſwald 1744. Diſp.

JOHANNES ALEXANDER MISCHEL inſtitutionem anatomicam edidit Hamburgi 1744 8. in qua inprimis etiam ſecandi methodos ex *D. LIEUTAUD* aliiſq; Auctoribus deſcripſit.

Inter artificioſæ injectionis magiſtros excellit *J. NATHANAEL LIEBERKUHN*, cujus præparata omnibus aliis præfert *BOHLIUS* noſter *de via lactea* n. XIII. *IDEM* machinam valde opportunam pro firmandis ad anatomen ranis invenit, & in *Act. Acad. Berolin* T. I. deſcripſit. *EJUSDEM* microſcopia alibi laudavimus.

J. NATH. LIEBERKUHN in *monum. Berolin.* 1748. revelavit ſuam methodum. replendorum vaſorum, tunc erodendarum membranarum in oleo vitrioli, de cera reſidua, deniſque imprimendæ in gypſum figuræ quæ argento poſſit repleri.

G. A. LANGGUTH de uſu ſiphonis anatomici parum anatomico, Wittemb. 1746. 4. Scopus eſt demonſtrare machinam *WOLFII* nimis vehementer agere, poros facere inorganicos, ab animalibus poris diverſos, laminarum numerum arbitrarium producere, vaſa obtenebrare, &c.

G. A. LANGGUTH citatam hic diſputationem recuſam dedi in *Coll. Diſp.* T. VI.

CL. DAUBENTON in III. tomo *hiſtoriæ theſaurorum regiorum* varia habet de conſervante liquore Tafia, de impedienda exhalatione, de anatome cerea adminiſtrata ab Abbate *ZUMBO*, cui potius quam chirurgo *DESNOUES* inventum debeatur (p. 172.), & a D de la *CROIX*, & de ſimilibus imitamentis, quorum etiam æneas icones dedit, dequemumiis denique.

Anthropotomie ou l'art de diſſéquer, Pariſ. 1750. 12. 2. vol. Satis diligenter ſcripta, cum iconibus etiam inſtrumentorum, & arte injiciendi, multa minime citata habet a *CL. MEKELIO* aliiſque.

M. O. der allerneueſte und leichteſte weg zur anatomie, Lipſ. 1710. 1747. 8. Cujuſcumque ſit Auctoris, antiquum jam, & ex *BARTHOLINI* patris temporibus eſt.

ME-

METHODI STUDII MEDICI PARS VIII.

DE USU PARTIUM, SIVE THEORIA MEDICA.

CAPUT I.

Fontes Theoriæ.

USus denotat nihil aliud, quam effectum, quem præſtat unaquæque res, ad utilitatem & ad bonum aliquod; itaque dicere de uſu partium noſtri corporis eſt proprie, explicare functiones, ſeu actiones noſtri corporis partium; nam omnes corporis actiones exercentur per ſua cauſas & inſtrumenta, quæ ſunt partes corpus conſtituentes; ergo, qui ſcit uſum partium, ſciet theoriam medicam de hac re.

Qui ex mathematicis, phyſicis, chemicis, botanicis & pharmaceuticis didicit actiones naturæ, quæ obtinent in omni corporum genere, & quæ exercentur legibus naturæ omni corpori communibus, ille inſtructus eſt generali ſcientia ad medicinam requiſita. Idemque inſtructus eſt & idoneus ad explicandas actiones, quæ in corpore humano fiunt.

Actio eſt motus, qui exercetur a parte aliqua definita, quæ concurrit ad conſtituendum corpus. Sed omnes illæ actiones fiunt primo loco ex iis, quæ communia ſunt omnibus corporibus, ſecundo ex illis, quæ noſtro corpori ſingularia ſunt.

Prima illa petuntur ex mathematicis, phyſicis, chemicis, botanicis & pharmaceuticis, quia illa nos docent in genere, quid in natura contingat.

Si nunc quis ſimul noverit corporis humani ideam & fabricam, quoad omnes partes, & hæc conferat cum generalibus illis ſcientiis, ille demum ſcire poterit, quid corpus humanum & ejus partes agant, & alios idem docere poterit. Qui præter hæc duo aliquid advehit, ſemper errabit; quod enim ſummi viri erraverint, eſt quod diſceſſerint ab his duabus regulis. Ita BORELLUS, nobilis BELLINUS, & JOHANNES BERNOULLI & magnus mathematicus KEILIUS, viri certe optime gnari methodi detegendæ veritatis non errant. Quam primum vero adſumunt, quod non demonſtratum eſt, ut ſalia oppoſita in ſanguine, ſtatim miſerrime errant. Ita BORELLUS omnia egregie demonſtrat de muſculis eorumque actione, ſed ea, quæ de cauſa actionis

muſcu-

muſculorum profert, certe vana ſunt, uti de omnibus Auctoribus, qui de hac cauſa ſcripſerunt, verum eſt, ne quidem ſyſtemate geometrico STENONIANO excepto. Sed BORELLUS vidit muſculum tumeſcere, palleſcere, & mole augeri dum agit, ergo dicit, aliquid adferri, quo propria ſubſtantia muſculi expandatur. Quum vero ignoraret, quid in hac expanſione ad muſculum accederet, adſumit ex generalibus ſcientiis oleum vitrioli, & ſalis tartari, quæ ſalia ſunt oppoſita, & miſta ſibi invicem, efferveſcentiam excitant, eademque, ſi vaſe flexili contineantur, id inflant. Nimium certe feſtinus cognitum in natura effectum adſumit, & applicat cauſæ incognitæ phænomeni cogniti; hinc totus ejus error oritur, quod ab anatomia deſciverit, & adſumſerit aliquid, quod in ea non invenitur (*a*).

Videatur nunc BERNOULLII Tractatus de *muſculorum motu*, qui in nova editione BORELLI reperitur. Adſumit ibi pro poſtulato in muſculis ſuccum nervoſum & arterioſum conjungi, ſed certe hoc eſt ſupponere aliquid, quod nuſquam demonſtratur, nam, ubi arteria effundit ſuum liquidum, ibi nervus ſuum liquidum infundere non poteſt, arteria enim cauſa eſt, cur etiam nervus prematur; ergo preſſio in vaſe arterioſo major eſt, quam in nervoſo, ergo nervus non poteſt premere in arteriam, ergo nimia licentia eſt hoc aſſumtum hujus viri poſtulatum. Dein adſumit idem ſpiritus ſic attenuare ſanguinem, ut aer liberetur ex ſanguine, ſicque ſe expandat. Verum nullus mathematicus hoc demonſtrabit (*b*).

Sic etiam KEILIUS, ubi explicavit metum muſculorum, adſumit partes liquidorum ſe mutuo attrahere, tuncque aerem inter partes ſanguinis minus premi, & ſe expandere. Ingens certe poſtulatum, quod nuſquam demonſtratum eſſe puto, neque demonſtrari poſſe (*c*),

Ergo in ſtudio theoretico condendo ſemper certum adſumere debemus argumentum, unde ratiocinemur, idque ſemper clare demonſtratum eſſe debet in mechanicis. phyſicis, chemicis, botanicis, anatomicis. Ita porro BORELLUS cum demonſtrare vult, tales ſales oppoſitos in ſanguine eſſe, fidem demum inveniet, ubi demonſtraverit.

Ubi hujuſmodi demonſtrata principia adſumimus, modo bene argumentemur, nunquam errabimus. Ergo juxta hæc ſex capita (matheſin, phyſicam, chemiam, botanicam, pharmaceuticam, & tandem anatomiam) dirigendum erit ſtudium medicum theoreticum de uſu partium corporis humani.

CAPUT II.

Auctores Theoriæ.

PErventum eſt eo, ut dicamus, quinam Auctores legi mereantur, pro explicandis actionibus animalium.

Dixi eam partem medicinæ, quæ hoc explicat, a multis vocari *theoriam medicam*, quod nomen tamen convenit omnibus partibus inſtitutionum medicarum Vo-

(*a*) Conf. *comment. BOERHAAV.* III. p. 434. Conjunxi Phyſiologos Anatomicis, qui plerique, inprimis priori ævo, & uſus partium docuerunt, cum anatomen ſcriberent, & de fabrica egerunt, dum phyſiologiam docent. Deinde laborem abſque fructu augent hæ partitiones, & repetitiones multiplicant.

(*b*) Ibid. not. 1. (*c*) Ibid. p. 435. not. *l*.

Vocatur etiam *phyſiologia*, hoc eſt ſermo de natura, ſeu naturalis expoſitio quorumdam phænomenorum naturalium. Sed neque hoc nomen accuratum eſt, quia non ſtricte phænomena corporis humani ſpectat; hinc cum GALENO vocabimus hanc medicinæ partem, tractatum *de uſu partium*.

Dicemus adeo, quinam Auctores ſic ſcripſerint, ut ex veris cauſis indubitatos proprios effectus bene cognitos deſcripſerint.

Difficile non erit magnam Bibliothecam eorum ſcriptorum colligere, qui ſuſceperint exponere actiones naturales & vitales, ſed paucos enumeremus, qui fidem meruerint.

Ratio cur aberraverint plurimi hæc eſt; omnes medici qui ante annum 1628. a CHRISTO nato, aliquid de uſu partium egerunt, nullibi bene ſcripſerunt; ſive conſulatur magnus ipſe HIPPOCRATES, ſive GALENUS, ſive ſchola Græca, ſive ſchola Arabica, nihil boni in hoc negotio præſtiterunt. Ratio hujus eſt, quod circulatio HARVEIANA nondum detecta eſſet: eam ergo ignoravere omnes. Atque ea eſt una cauſa princeps, unde deſumendi ſunt effectus in corpore humano noti omnes. Quid enim juvabit me ſcire ſtructuram partis, niſi ſciam perpetuo, & indubitato ordine, eo perpetuo deferri liquida? Sed hoc tantum cognitum fuit, poſtquam HARVEIUS circulationem demonſtravit; id autem illo anno modo citato factum eſt. Sumamus ergo ante HARVEIUM optimum phyſicum & theoreticum, puta DANIELEM SENNERTUM, videamus, quo modo explicet uſum partium, & mirabimur, quam frivolæ cauſæ adferantur effectuum notiſſimorum (*a*).

Verum altera eſt ratio non ſatis deploranda in medicina, quod nempe adjumenta, per quæ ars emergere poterat, detrimento fuerint. Requirebatur fabricæ liquidorum, quoad naturam, cognitio. Verum chemici, a quibus hæc cognitio expectabatur, omnes eo declinarunt, ut omnem actionem a chemica actione putarent pendere, unde omnes Libri ab HARVEII tempore vacillant ab hac parte. Sumatur enim optimus ex his Auctoribus, dicet hæc fieri per effervefcentiam, & per fermentationem, & præcipitationem, ad hæc tria capita referunt omnem actionem. Si nunc demonſtrari poſſet uno experimento, fermentationem non dari in ſanguine, totum ſuper hanc theoriam ædificatum opus nullius eſt momenti.

Tertius ordo ſupereſt eorum, qui ſubnixi anatomicis adſumtis propriis, mechanicam voluere actionem explicare, ſed illi plerumque CARTESIANI ſunt, & omnes confiſi huic viro totam phyſiologiam ejus methodo explicuerunt.

Si nunc propius videamus, quid CARTESIUS boni in artem introduxerit, reperiemus, eum totum hominem explicare voluiſſe in Libro, quem ſcripſit *de homine*. Comparetur ergo ille tractatus *de homine* editus *cum notis* Dn. *la* FORGE, videbimus adſumere CARTESIUM bullulam fermento plenam, quæ ex virga viri effunditur in uterum feminæ, & demonſtrare totum hominem inde fieri ex effervefcentia aſſidue enata ex propria ſeminis ſubſtantia: Nemo

(*a*) Vide inter Anatomicos. Chemica principia conjungebat cum Galenicis, anatomen ipſe non exercebat, non ergo mirum, meras inde theorias natas eſſe.

non poteſt non mirari, quo modo homo, qui præluxerat in mathematicis, uti certe eminuit CARTESIUS, adſumſiſſe ſuſtinuerit pro datis hujuſmodi principia, quæ repudiaſſet antea vel ſcholaſtica ipſa ſecta; videmus enim illum explicare functionem v. gr. cordis, dum hoc viſcus conſiderat, ut ollam, & lebetem, igni impoſitum, cui inſtillatur una gutta fermenti, unde expanſio & rarefactio oritur, ex ea vero cordis dilatatio, & expulſio ſanguinis ex corde, & ex ordine cauſæ omnium motuum per corpus. Deinde cum viderent adſeclæ, nihil inde effici poſſe ad ſecretiones & mutationes humorum explicandas, adſumſerunt poros. Verum non oportebat in medicina argumentari de poris, niſi demonſtrati ſint. Demonſtravit autem ARCHIBALDUS PITCARNIUS ex hoc ipſo loco, ex quo nunc doceo, poros ubique eoſdem eſſe, & flexiles; hinc eorum figuram nihil facere ad ſecretionem, quæ non tantum fit una particula ſimul perfluente, ſed fit ſecretio liquidi a liquido, hoc eſt plures particulæ tranſeunt ſimul, adeoque ſecretio non pendet a poris, ſed pori ſe accommodant tranſeunti liquido, nam idem canaliculus (ſive porus vocetur idem eſt), qui hodie tranſmittit tantum urinam, cras poterit accedente aliqua cauſa tranſmittere ſanguinem.

Verum præterea ſtatuerunt CARTESIANI, ætherem, hoc eſt materiem ſubtilem. Quando vero rogabantur cur æther locis definitis contineretur, & cur non potius vagetur ad loca, ubi facile tranſire poteſt, reſponderunt nihil, ſed ſtatuerunt cauſas & atrahentes & determinantes eo verſus, quas probare non poterant.

Itaque ante HARVEIUM nihil ſperare poſſumus in hac parte; poſt hunc habemus chemicos & Carteſianos, ſed utrique aſſumſerunt principia, quæ ſtatim exploſa fuerunt.

Proinde ad commendandos Auctores circa hanc medicinæ partem, hac opus prudentia eſt, ut eos ſolos dignos habeamus & lectu & perſcrutatú, qui pro datis adſumſerunt nihil, niſi quod ſenſibus certo exploratum eſſet, & pro principiis argumentandi nihil omnino, niſi quod á mathematicis phyſicam explicantibus demonſtratum ſit.

Nunc etiam præmonui, ſenſus nos docere vires corporum phyſicorum in genere, & corporis humani in ſpecie. Quidquid nunc ex phyſicis, quæ expoſui, nec non ex anatomicis, chemicis, botanicis, aliiſque jam expoſitis a me demonſtratum eſt ſemper obtinere, hoc datum ſit, hoc adſumatur libere, itidemq; recipiatur confidenter, quod in eo per experimenta receptum continetur, ita ut ſtatim inde fluat, adſumatur pro dato. Ergo in explicando aliquo phænomeno, ſemper adſumenda pro datis ea ſunt, & quæ primo data ſunt, & quæ in data propoſitione continentur, ita ut, ſi bene ea propoſitio conſideretur, ſtatim inde ſequantur. Hinc, ſi phyſiologiam quis velit condere, colligat ſtatim ea, quæ in natura demonſtrata ſunt, ſemper & indubitato contineri; ſed cum tanta res ſit, quæ hoc exponat, hinc colligat ſibi hæc omnia in adverſariis, quod ut facilius perficiat, legat modò Clariſſimum LOCKIUM *de adverſariis conſcribendis*, Amſtelodami editum cum gallico quodam Auctore.

Pro exemplis etiam hujuſmodi collectionum legatur VERULAMIUS in tractatú *de ventis & calore*, & in *ſylva ſylvarum*, ſeu *collectione experimentorum*,

rum, invenietur in his duobus tractatibus modulus, ſecundum quem poſſunt dirigi collectiones.

Alterum quod requirebatur in his Auctoribus, qui phyſiologiam condunt, eſt, ut, quando argumentantur, nihil adſumant, niſi de his, de quibus ſcrutatores optimi nunquam dubitarunt, atque hæc ſunt principia mechanica. Quod mechanicam nunc & hydroſtaticam adtinet, Auctores, qui demonſtrationes adeo claras dederunt, enumeravi, ut fidem unuſquiſque, qui modo intelligit, adhibere neceſſario debeat.

Ergo qui explicabit functiones, debet primo corporis humani fabricam non fingere, ſed ex anatomia deſcribere, deinde debet motum liquidorum deſcribere ad eam partem, non fingere, ſed partim ex anatomicis experimentis & injectionibus, partim ex vivorum animalium ſectionibus adſumere. Si vero ex his deducere cauſas abditas voluerit, poteſt adhibere, quæ mathematici & mechanici demonſtrarunt; & ſic libere poterit argumentari, & applicando hæc generalia ad ſpecialia non errabit.

Pro exemplo, demonſtrat anatomia arteriam conicam eſſe, &, quo remotior a corde eſt, eo anguſtiorem fieri, elaſticam porro eſſe, ut extenſa ſe retrotrahat; & continuo dare arterias laterales, quæ eodem modo ſe habent, & liquidum per eas arterias fluere continuo, ex latiore in anguſtum. De his omnibus nemo dubitat, qui anatomiam noverit: demonſtrat enim anatomia, ſanguinem pelli per arterias ex motu a corde accepto. Hæc ergo data ſunt. Si nunc Medicus velit expendere, quid ex hoc liquido in tale vas propulſo ſequatur, debet adſumere, quæ geometræ demonſtrarunt, nempe, unumquodque punctum vaſis iſtius tantum virtutis recipere, quantum momentum eſt lineæ liquidi in hoc arteriæ punctum ruentis, & idem valere in omni puncto iſtius arteriæ, quum perfecte plena ſit; &, quum arteria illa elaſtica ſit, eadem virtute illud liquidum retropelli omni momento. Hinc deducet nullam partem ſanguinis manere poſſe in eodem ſitu, ſed omnes moleculas continuo vario motu inter ſe moveri, quum varia arterias puncta vario modo retropellant, & hinc ipſa liquida vario modo in ſe mutuo ruere cogant. Hinc deducet, liquorem in noſtris arteriis ſanis non poſſe concreſcere, ſed contra fluidiorem reddi. In his omnibus errare non poterit. Nam licet geometræ motum hujus liquidi generaliter adſumunt, hoc eſt, ex quacunque cauſa ortum, idem tamen eſt, & certe liquidum illud movetur per hujuſmodi vas, & non poterit non fieri, ut in arteria linea liquidi in aliquod parietis punctum ruens retropellatur ab eo. Hoc exemplo videmus firmatas leges, ſecundum quas ſcribere oportet eum, qui functiones humani corporis deſcribere vult.

Ecce nunc Auctores phyſiologicos. Celebris ille Neapolitanus, JOHANNES ALPHONSUS BORELLUS in opere illo elaboratiſſimo de motu animalium omnino nominandus eſt. Ad hoc opus Auctor per tot annos omnes vires impendit, judicium vero noſtrum alibi exſtat. Ad calcem hujus libri adjectæ ſunt JOHANNIS BERNOULLI meditationes mathematicæ de *motu muſculorum*, (nempe in editione Lugduni Batavorum edita an. 1710.).

Commendare quidem nequeo hos Auctores, quod errore puri ſint, neque con-

tra duas leges præmiſſas peccaverint, peccarunt enim, ſed tamen hactenus ſunt optimi.

Peccavit enim BORELLUS contra primam legem, quando plus adſumit, quam anatomia demonſtrat, nempe adſumit ſpiritum animalem acidum eſſe, & effervеſcere cum ſanguine:

BERNOULLIUS vero adſumit, quod nullibi demonſtratum ſit ſpiritus ſcilicet & ſanguinem in unum vas effundi. Hoc ſuppoſitum non eſt adſumendum, quia nullibi datum adſumendum eſt, quin demonſtratum ſit.

Poſt hos viros ſequitur LAURENTIUS BELLINI *de urinis & pulſibus*, & miſſione ſanguinis, &c. Editio eſt in 4. Bononiæ an. 1684. edita, quæ optimâ eſt. Verum ea, quæ Francofurti & Lipſiæ per BOHNIUM eſt edita an. 1683. æque bona eſt, niſi quod charta paulo deterior ſit. Hic Auctor diſcipulus fuit MALPIGHII in anatomicis, BORELLI vero in mechanicis & mathematicis. Caſtiſſimus eſt Auctor, & raro contra has binas leges peccat, raro nempe adſumit ea, quæ in anatomia non demonſtrata ſunt. Verum tamen & in eo ſunt nonnulla, ubi ab his legibus deſcivit. A lege prima aberravit, quando expanſiones & rarefactiones in motu muſculorum adſumit, nam certe de iis mutationibus nulla demonſtratione anatomica conſtat; ſi vero adſumſiſſet vir ille, quod clare anatomia docet, nempe ſanguinem & liquidum nervoſum ad muſculum ferri, licet per diverſa vaſa, & tumorem oriri per aggregationem ſanguinis, errorem declinaviſſet. Verum pauca hujuſmodi in eo Auctore ſunt loca, & video ipſum erroris ſui conſcium fuiſſe ex lemmatibus, quæ habet in operibus ad PITCARNIUM. Sed raro palinodiam cantant eruditi viri: hinc credo ipſum tractatum intactum illum reliquiſſe. Legantur accurate ejus lemmata, quæ optime præmittuntur, hoc eſt, antequam ad textum lector veniat, ſcribit ibi breviſſime ea, quæ ſpectant ad motum muſculorum, reſpirationis, cordis, &c. ea enim exponit laconico textu lectu digniſſima, quæ ſæpe aliter prætervideri ſolent. Deinde legatur ejus rariſſimus tractatus *de motu reſpirationis*, quem ſcripſit ad FERDINANDUM, Magnum Ducem Hetruriæ. Eſt epiſtola exigua, edita anno 1670., nec ullibi apparens, niſi in *actis* ſeu *ephemeridibus germanicis* anno 1671. Tomo ſecundo. Legantur poſtea ejus viri *Opuſcula aliqua de motu cordis*, &c. *ad* PITCARNIUM *ſcripta*, Leidæ edita anno 1696. in 4. apud Bouteſtein. Eſt cygneus cantus ejus Auctoris; unde videmus privari nos ſpe alicujus operis promiſſi anatomici, nam ex REDO & MALPIGHIO compoſuerat opus, quo explicabat actionem partium. Id opus certe fuiſſet defæcatiſſimum, quantum patet ex opuſculis ejus ad PITCARNIUM, nam ibi non peccat contra leges a nobis in principio datas.

Sequitur cum ARCHIBALDUS PITCARNIUS in *Diſſertationibus medicis* collectim editis in 4. Roterodami anno 1701. Hæc ſcripta optima ſunt & perfecta, ſive legas diſſertationem de motu ſanguinis per pulmones, ſive alia opuſcula, ſive ultimum tractatum de opio.

Præterea habemus MATTHIÆ GEORGII *Elementa ſcientiæ naturalis*, Luccæ (*Lucques*) in Italia edito anno 1707. in 4. ubi principiis ſatis certis theoremata condit, quæ prodeſſe poſſunt in phyſiologia condenda.

Tum,

Tum, ſi quis intelligat Italicam linguam, videat alterum tractatum, quem ille idem Auctor etiam edidit, *della ragione vera, e temeraria nella medicina*. Editus eſt Genuæ an. 1709. in 8. ſcitiſſimus eſt ſane Libellus, & ad finem perductus.

Huic addatur ejus *Phlebotomia* edita in 4. Genuæ 1697. Hi Libelli ponderatim ſcripti ſunt, & quidem libertate philoſophica ex anatomia & principiis mechanicis, ſed iis non plus attribuit, quam ex effectu conſtat.

Poſt hunc ſequitur ASCANIUS MARIA BAZZICALUNE, cujus Liber editus eſt Parmæ in Italia an. 1701. Titulus eſt, *Novum ſyſtema phyſico mechanicum de Tumoribus*. Diſcipulus fuit BORELLI & BELLINI, ut patet, habentur ibi expoſiti effectus violentæ circulationis, & majoris attritus. Hanc ſententiam jam docui, ſed neſcivi tam egregium tractatum ſupra hanc rem ſcriptum eſſe, niſi ante aliquot menſes.

Tum GUILIELMUS COCKBURNE in *Oeconomia animalium* in 8. edita Londini. Ante aliquot annos in literis promiſit alteram editionem.

Verum omnino his, qui felicius verſati ſunt in mathematicis, commendo Clar. JOHANNIS KEILII Libellum *de ſecretione animali*, lingua Britannica editum; qui Liber continet pulcherrimum quod in mathematicis unquam vidi. Peccavit tamen contra primam regulam, ſed non obſtat, quin in hoc Libello duo incomparabilia dederit, nempe demonſtrationem, ex qua ex logarithmico calculo ſanguinis tarditatem in vaſis minimis ſupputare poſſumus, & explicationem ponderum, quibus premitur ſanguis in pulmonibus.

Poſt enarratos & jam notatos Auctores ſequitur nobilis ille Gallus PERRAULT in *Tentaminibus ſuis phyſicis*, *Eſſais de Phyſique*. Valuit vir iſte ingenio, excultus erat ſtudio mathematico, in chemia verſatiſſimus & uſus conſuetudine & demonſtratione maximorum virorum, ut LEMERII, DUVERNEII, PETITI. Scripſit autem de quinque ſenſibus, &c. Omnia ejus opera phyſica & mechanica edita ſunt duobus voluminibus in 4. Lugduni Batavorum an. 1721. quæ editio elegantiſſima eſt.

Pertinent huc diſſertationes anatomicæ una cum literis & adnotationibus ſuper hac re habitis Domini LAMY. Titulus eſt *Diſſertations anatomiques par LAMY, Docteur de la Faculté de Paris*, an. 1685. Hæc editio optima eſt & ultima. Hunc Libellum compoſuit omnino ea occaſione, quam probare nequeo. Nempe cum medicus ille LAMY, quem Rex conſtituerat, plures diſſectiones inſtitueret, DUVERNEIUS in eum invectus eſt, contra eum LAMYUS in parte poſteriori defenſionem habet. Liber eſt editus Bruxellis, & ſatis rarus eſt.

Recenſeri hic quoque meretur GUILIELMI COLE *de ſecretione animalium tentamen*, editum Oxoniæ in 12. an. 1674. iterumque inpreſſum Hagæ Comitum 1684. in 22.

Hi Auctores ſunt, quos lectu-dignos & ſatis fidos inveni, ad doctrinam de actionibus vitalibus animalium, adeoque totum opus phyſiologicum. Nihil enim poteſt addiſci niſi ex his ſcriptoribus.

Ne quis etiam miretur, quod phyſiologiam GALENI hic non recenſeam, rationem antea dedi; cum nempe functiones tantum ſint actiones circulantis liquidi, & cum ille vir ignoraverit lymphatica liquida horumque vaſa; hinc hiſce quæſtioni-

ſtionibus ſatisfacere non potuit. Nunc functiones quædam in phyſiologia a nonnullis ſingulatim exponuntur, ut:

De Viſu.

De objecto viſus, radiorumque, & colorum proprietatibus, unus modo vir bene ſcripſit, ut nunc patet omnibus, princeps nempe ille philoſophorum ISAACUS NEWTON in tractatu *de Coloribus*, & quidem in ultima editione, quæ lingua Latina proſtat, in priore enim editione lingua Britannica edita non ſunt ea, quæ ab Auctore ſuperaddita ſunt; ille ſolus in his ſufficit, nam quæ alii dixerunt, ea demonſtrat, non in re ipſa, ſed in imaginatione tantum conſiſtere.

Verum CHRISTOPHORI SCHEINERI *Oculus ſeu fundamentum* opticum editum Oenoponti (*Inſpruck*) in 4. anno 1619. & Wittembergæ 1660. omnino inſervit, ſi quis velit applicare hos radios oculo. Rarus eſt liber, ſed ſatis egregie explicat phænomena viſus, melius certe quam ab eo tempore expectaremus. Huc pertinet *Catoptrica* CARTESII & *Dioptrica* HUGENII. Illi pro hoc capite ſufficiunt.

De Auditu ſeu *de functione Auris.*

De natura ſoni ejuſque proprietatibus, ſi quis velit legere ſcriptores, legendus erit ATHANASIUS KIRCHERUS, in Libro qui in folio prodiit, titulo *Phonurgia*, & addendi duo egregii tractatus ejus de muſicis. Omnia ejus Romæ edita ſunt.

Poſtquam etiam ſic natura auditus intellecta erit, nonnulla experimenta addenda ſunt, quæ inveniuntnr apud MERSENNUM.

Tum ſuper hac re egit egregie NEWTONUS in philoſophiæ ſuæ principiis mathematicis, quibus experimentis determinatur, quanto tempore ſonus a puncto ſonoro uſque ad organum auditus perveniat.

Ubi attente jactum eſt hoc fundamentum ex mathematicis, ut applicetur, auris fabrica cognoſcenda eſt. Legantur ergo hi quatuor.

1. LAMY *Diſſertationes anatomicæ*.
2. PERRAULT *Eſſais de Phyſique*.
3. Tum inprimis Illuſtris JOSEPHUS DUVERNEI.
4. Tandem Clar. VALSALVA, cujus Liber Libro DUVERNEII in eo unice anteferri meretur, quod de theoria auditus adcurate egerit, quo modo ſcilicet ſonus laminæ ſpiralis applicetur.

De Guſtu.

Legendi ſunt in primis tres Auctores, nempe CAROLUS FRACASSATUS medicinæ Profeſſor Italus in epiſtola *de Lingua ad* MALPIGHIUM. Habetur ea in operibus MALPIGHII. Continet naturam eorum corporum, quæ proprie ſapida ſunt, & nullus Auctor meliora experimenta ſuper hac re habet.

Tunc, ſi hæc ad organum guſtus applicare velimus, legatur MARCELLUS MALPIGHIUS *de Lingua*.

Supperaddantur iſtis BELLINI *Experimenta nova de guſtu*, nunc Lugduni Batavorum nuper edita.

Ex hiſce Auctoribus omnia intelligentur, ſed addi poteſt illuſtriſſimus ROBER-

BERTUS BOYLE in tractatu de ſaporum productionibus. Eſt ferè ultimum magni viri opus. In Libro etiam *de mechanicis qualitatum productionibus* de ſaporum cauſis experimenta habentur.

De Olfactu.

Videatur *le* CLERC in *Oſteologia*, ubi habetur id, quod illuſtriſſimus DUVERNEI invenit, dat enim præſertim ſtructuram oſſium narium.

Poſt hunc virum pro intelligenda membrana ſuper hanc oſſeam fabricam extenſa, aptus eſt SCHNEIDERUS *de Catarrhis*.

Hiſce addatur JOHANNES PALFYN in *Nova deſcriptione oſſium*, quem ideo hic commendo, quia DUVERNEIANAM methodum ibi inveniemus.

De Tactu.

Qua ratione hic ſenſus exerceatur, legendus eſt ſolus MARCELLUS MALPIGHIUS in tractatu *de Cornubus*, de *Organo tactus*, de *Lingua*, de *Cute*.

Enumeravi Auctores, qui de functionibus phyſiologicis omnium optima tradiderunt, & caſte diſſeruerunt, hoc eſt manſerunt intra leges anatomiæ. Supereſt, ut enarrem, qui de generatione optime ſcripſerint.

De hiſtoria Generationis.

Quomodo mirabilis illa propagatio fiat, per quæ inſtrumenta, per quas actiones, per quam materiam, quo modo mutetur illa, noſtro ſeculo egregia multa dici poſſunt veteribus incognita.

Hinc, ſi accurate hoc negotium quis velit intelligere, legendi ſunt citati Auctores anatomici de Organis Generationis, v. gr. *de ovi in feminis origine, fabrica, materie, maturatione, diſceſſione & decerptu, tranſitu in tubas Fallopianas, tranſitu per haſce tubas, ingreſſu in uterum, mutatione in utero, excluſione ex utero*; de hiſce omnibus (quot capita ſingularia ſint) legi meretur maxime CAROLUS DRELINCOURTIUS in Libello in 12. Lugduni Batavorum apud Bouteſtein edito cum titulo *Conceptus de conceptu*, ille enim vir per totam vitam congeſſit, digeſſit, expolivit hunc Libellum, quem ſub finem vitæ ſuæ edidit, eruditiſſimus certe, perſpicax & candidus.

De ſeminis in viro ortu, ſecretione, collectione, maturatione, fæcundatione, expulſu legi debent, (non ut anatomicum hic conſidero, ſed ut phyſiologum) Clariſſimus LEAL LEALIS.

Tum Clariſſimus GUILIELMUS COWPERUS & FREDERICUS RUYSCHIUS, atque tandem LEEUWENHOEKIUS, habet enim elegantiſſima ſuper hac re experimenta, adeoque palmam præripuerunt fere omnibus.

De conjunctione, mutatione, maturatione ſeminis maſculini cum ovo femineo legendi ſunt clariſſimus HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE in tractatu ſuo *de pulli ex ovo generatione*, Patavii edito in folio. Tum MARCELLUS MALPIGHIUS in egregio tractatu de *Bombyce*, idemque in duobus tractatibus, qui omnibus de hac re ſcriptis præferendi ſunt, *epiſtolis* nempe *binis circa ovum incubatum*. Mihi certe viſum fuit, cum has epiſtolas legerim, me vidiſſe ultimum terminum, quo conſtans obſervatio hominum pervenire poteſt; ſimplex tantum eſt narratio, ac ſi oculos videret, ſed tædio nulli intelligenti erit: propria manu pinxerat figuras, ut per microſcopium viderat,

& tan-

& tantum laboris his impendit, ut totus exhauſtus emarcuerit ſuis obſervationibus.

Sed addendus eſt GUILIELMUS HARVEIUS, *de animalium generatione*, quem Librum jam commendavi in anatomia: verum majorem longe laudem in phyſiologicis meruit. Vir iſte, cui natura dederat ſublime ingenium, & ardorem communicandi cum aliis, quæ invenerat, totum ſe dederat diſſectioni equorum, damarum, &c. Iſta animalia primo duobus poſt coitum diebus, deinde variis ſubinde dierum intervallis aperiebat, ſicque abſolviſſet rem egregiam omnino, cum exorta calamitate regni omnia everſa fuerint, & chartæ combuſtæ, unde tantum parvum illud opus ſupereſt, ſed maxime egregium & incomparabile. Nam ex HARVEJO unice novimus ovaria eſſe, quæ veteres teſtes appellare ſolebant. Hoc opus per experimenta tantum, non per ratiocinia philoſophica rem tractat, ideoque eſt pretioſiſſimum.

Obſervationes etiam circa genituram, & omnia, quæ hactenus diximus, habentur congeſtæ in *Hiſtoria Academiæ Regiæ Pariſinæ* ubi LEMERII, & DUVERNEYI, & aliorum habentur obſervationes de fetubus hic & ibi repertis, modo adcretis ad teſtes ſeu ovaria, modo deprehenſis in media tuba, denique in hernia facta uteri, ubi tuba FALLOPIANA ingreditur. Adeoque, quæ poſſunt circa hoc negotium requiri, antea incognita, ibi reperiuntur.

En ſchema Auctorum, quos, ſi phyſiologiam medicam intelligere vult tiro medicus emat & legat.

FINIS TOMI PRIMI.

METHODUS
STUDII MEDICI,
TOMUS SECUNDUS.

HERMANNI BOERHAAVE,

VIRI SUMMI, SUIQUE PRAECEPTORIS

METHODUS STUDII MEDICI,

Emaculata, & Acceſſionibus locupletata

A B

ALBERTO AB HALLER,

Med. & Phil. D. Anat. Chir. Bot. in Georg. Aug. P. P. O. Conſiliario Aul. & Archiatro Reg. & Elect. Præſide Regiæ Societ. Scient. Gotting. Acad. Cæſar. Natur. Curioſ. nec non Regg. Socc. & Acadd. Britann. Boruſs. Svecic. & Upſal. Sodali, Reip. Bern. in Sup. Senatu CCviro.

EDITIO PRIMA VENETA,

Ab innumeris Amſtelodamenſis Anni MDCCLI. erroribus expurgata, in qua Additiones omnes Hallerianæ, quæ ad illius calcem legebantur, ſuis in locis poſitæ ad majorem Studioſorum commoditatem adinveniuntur.

TOMUS SECUNDUS.



VENETIIS,

MDCCLIII.

Ex Typographia Remondiniana,

SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

METHODI STUDII MEDICI

PARS IX.

Pathologia.

PATHOLOGIA apud medicos ſignificat eam partem medicinæ generalis, quæ docet generalia, quæ ſpectant ad cognitionem morborum, eorum præſentiam, differentias, cauſas, effectus. Illa nunc pars, quæ morborum naturam explicat in pathologia dicitur *Noſologia*, hoc eſt, deſcriptio morborum.

Quæ differentiam morborum explicat, etiam ad noſologiam refertur: verum, quæ cauſas explicat, *Aitiologia* dicitur, quæ vox occurrit apud bonos Auctores.

Pars porro quæ effectus explicat, *Symptomatologia* ſeu deſcriptio ſymptomatum.

Hiſce præmiſſis requiritur, ut enarrem medicinæ ſcriptores, qui hanc partem ita bona fide excoluerunt, ut legi mereantur. Ii vero admodum pauci (*a*) ſunt, ut perfectum fere nullum nominare poſſim. Et quamvis in inſtitu-

(*a*) Ad pathologiam referimus primo eos auctores, qui deſcriptiones morborum utiles dederunt. Ii denuo vel obſervationes ſuas in univerſales hiſtorias conjunxerunt, quos imprimis *Noſologiam* ſcripſiſſe dicimus: vel ſingularia morborum exempla & rariores maxime morbos deſcripſerunt, quos *obſervatores* vocamus. Utriuſque ſua utilitas eſt, & obſervatores quaſi materiem ſuppeditant, ex qua ſtructuram ſuam perficiunt pathologi. Aliud denique adhuc magis univerſale genus pathologorum eſt, qui neque ſingulares, neque

ſtitutionibus meis, pathologiam poſt phyſiologiam poſuerim, neutiquam mihi placere hic ordo potuit; nam, ut bene hæc digerantur, debet pathologia partis uniuſcujuſque poſt ejuſdem partis phyſiologiam ſequi (*a*). Nec in medicum plus laudis redundare poſſet, quam ex eo labore, quo veterum pathologiam redigeret ad neotericorum phyſiologiam; debet enim ſequi pathologia ex phyſiologia, & hoc ordine poni debet: atqui hoc nuſquam adhuc factum eſt.

Optimus (*b*) vero eſt in hiſce JOHANNES FERNELIUS, egregium lumen me-

neque etiam communes morborum hiſtorias dederunt, ſed abſtractas quaſdam de morborum claſſibus, cauſis, differentiis aliiſque conſiderationibus contemplationes ediderunt, quales innumerabiles olim fuerunt, ne ipſi quidem futuri inutiles, ſi ſuo officio rite defuncti eſſent. Hos autem ſcriptores omnes promiſcue recenſeo, quia ſæpe dubium eſt, ad quam claſſem ſcripta eorum magis proprie pertineant, plerique etiam utrumque laborem conjunxerint. Quare ſolam annorum ſeriem ſecutus ſum.

(*a*) Uti quidem in RIOLANI enchiridio, in J. A. MOLINETTI *diſquiſitionibus*, in J. M. HOFMANNI opere, cui idem fere titulus eſt, & paſſim alibi. Verum multi ſunt, quorum vera ſedes minime facilis eſt dictu. Febres ubi habitant? an in corde? an in nervis? an in ſanguine? an in eorum pluribus? Eadem de podagra quæſtio redit, & de tympanite, & de plurimis aliis morbis.

(*b*) Nos vero omnino ab HIPPOCRATE ordimur, quo nemo meliores morborum hiſtorias dediſſe fere in confeſſo eſt: adeo vero abſque ullo ſtudio ſcripſit, ut & medicationem ſuam omiſerit citare, & pleræque hiſtoriæ eventus triſtes nactæ ſint, & ipſe SENEX in eam calumniam inciderit, ut mortis meditationes eum ſcripſiſſe cavillati ſint. Ego vero HIPPOCRATEM pro omnium antiquiſſimo, & pathologiæ primi ordinis auctore habeo, cum ante eum CNIDII ſingulares ægrorum hiſtorias & propria ſymptomata propoſuerint, quaſi totidem diverſi morbi eſſent, neque artem tenuerint, qua multorum ægrorum congeneres morbi in unam communem denominationem & deſcriptionem uniuntur. Vide Librum περὶ νούσων, & confer HIPPOCRATIS cenſuram in Libro περὶ διαίτης ὀξέων.

In Libris vero Hippocraticis, hi quidem pathologici ſunt. Liber περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, qui mihi ſpurius videtur & recentior ARISTOTELE: A CONRINGIO ad Acronem, aut certe ad Empiricum refertur. Refutatur in eo theoria quatuor primariorum humorum, & demonſtratur alias eſſe, nihil cum iſtis commune habentes, morborum cauſas.

In *Aphoriſmis* multa huc ſpectant, tum ad morborum characteres & ſigna, tum ad eorum a temporibus anni, & a cœli ſtatu origines ad muliebria. Ad ſigna inprimis Libri IV. VI. & VII. pertinent. Commentatores in ſemeioticis recenſebo.

In Libro περὶ διαίτης *tertio* initia morborum deſcribuntur, ea imprimis, quæ ex nimio vel nimis remiſſo motu muſculari oriuntur. Suſpicamur eſſe HERODICI.

Liber περὶ χυμῶν, quem ego pro genuino habeo, continet ſparſa & diſſoluta ſigna morborum, eorumque fontes, vere & breviter, fere eodem modo quo in primo Libro *popularium*, uti etiam aphoriſmi non pauci hic repetiti habentur. Morbi ad tempeſtates & anni tempora pertinentes, metaſtaſes morborum, & theoria morborum ex bile & ſanguine hic recenſentur. In eum commentarius exſtat GALENI tribus Libris comprehenſus, tum cura LUD. DURETI Pariſiis 1631. 8. editus, recuſus, ut jam monui a CL. GUNZIO.

Liber περὶ ὑδάτων ἀέρων καὶ τόπων, genuinus & ipſe, continet ventorum, regionum, annique temporum, ſitus urbium, &c. vires ad hos vel illos morbos producendos. Nimium videtur his tribuiſſe SENEX. Quis credat abortiri omnes vere ſicco poſt hyemem pluviam? dyſenteriam vernum morbum eſſe? In eum commentarii exſtant HIERONYMI CARDANI Baſil. 1570. fol. * LAZARI a SOTO *animadverſiones medicæ & Comment. in* HIPPOCR. *de aëre, aquis*

medicinæ. Gallus erat, matheſeos peritiſsimus: atque inde promotus ad medicinam docendam incepit excutere GALENI ſententiam, vidit HIPPOCRATEM opti-

aquis & locis. Madrit. 1589. fol. * LUD. SETTALA Colon. 1590. fol. Francof. 1645. fol. (CORTE *Med. Mediolanen*. ANTONII PASIENI Brixiæ 1574. 4. * Anglice reddidit, & in ordinem redegit cum notis FRANCISCUS CLIFTON. Lond. 1734. 8. cum hoc titulo *Hippocrates upon air, vvater and ſituations, upon epidemical diſeaſes and upon prognoſtiks in acute caſes*. In ordinem HIPPOCRATIS ſermonem redegit translator, notas addidit, & deſcriptionem THUCYDIDEAM peſtis Athenienſis. Deinde ad *textum* 23. HIPP. *de aëre, aquis & locis, Diſp. iatrophyſicam*, &c. *in qua de calculorum cauſis & aquæ Tiberis ſalubritate agitur*, Romæ edidit BALDUS BALDIUS 1637. 4.

Liber περὶ τόπων κατ' ἄνθρωπον habet in ipſo initio theoriam catarrhorum & derivationum: ad catarrhos autem fere omnes morbos refert, hydropem etiam, & pleuritidem. Ipſas febres fere omnes explicat ab humore collecto in aliqua corporis parte, inde ſe conjiciente in aliquem locum minus reſiſtentem. Alios etiam morbos fere abſque pathologia deſcribit. Genuinus mihi videtur, etſi DURETUS eum, quod cum Coacis pugnare videatur, ad ſpurios releget. In eum commentatus eſt FRANCISCUS PERLA Romæ 1638. 4. * PL.

Liber περὶ φυσῶν a PHILELPHO olim verſus. Minime HIPPOCRATIS, ſed ingenioſiſſimi tamen hominis opus, ab ANAXIMENIS forte diſcipulo aliquo profectum. Eloquentia & ordo & theoriæ probabilitas ſingularis eſt, ut recentiorum mores & methodum referat. Omnium fere morborum a flatu originem derivat & explicat. Deſtillationis hiſtoriam hic contineri ait O. BORRICHIUS *de ort. & progr. chem.* pag. 92. Sed id non ſatis demonſtratum videtur.

Librum HIPPOCRATIS περὶ φύσων hic citatum edidit gallice verſum a D. LAVERGNE HECQUETUS cum *Médecine naturelle dans l'uſage des calmants*.

H. MERCURIALIS *Prælectiones* in Librum III. *Epid.* HIPPOCRATIS prodierunt etiam Francof. 1602. fol.

Liber περὶ κρισίμων ſpurius eſt, & exſcriptus ex Tr. *de internis adfectibus* quem Cnidiis tribuunt, nominibus tantum mutatis. Ita *craſſus morbus* II. & *tetani tres*, & alia hic ex eo Libro repetuntur. Peripneumoniæ deſcriptio bona eſt.

Libri *Epidemicorum*. Inter iſtos *primus* & *tertius*, & GALENO auctore, & manifeſto etiam ſuadente dictione, gravitate & fide, maxime genuini ſunt. In primo continentur temporum & tempeſtatum hiſtoriæ apud Thaſios, per annos tres, & conſtitutiones duæ, remittentium febrium & ardentium. Sequuntur ægroti XIV., fere ex poſteriori claſſe, plerique a morbo exſtincti. Medicamenta vix ulla adlegat AUCTOR, unde forte illa criſium regularitas, & illa *mortis exſpectatio* antiquitus HIPPOCRATI objecta. Alia eſt BARKERI explicatio (*agreement of ancient an modern phyſ.* pag. 44) ægros nempe, quorum hiſtorias deſcribit HIPPOCRATES non ab ipſo curatos fuiſſe. In hunc Librum ejuſque *ſectionem* I. *commentarium* ſcripſit J. BAPTISTA MONTANUS Venet. 1554. 8.

Liber III. olim cum primo continuabatur, GALENO teſte, ad cujus poſteriorem *ſtatum* ægri priores XII. manifeſto pertinent. Poſterior ſtatus peſtilentialis eſt, ita tamen, ut mihi non peſtis videatur, ſed ſtatus in quo omnes fere morbi diri & maligni eſſent, ut tuſſis etiam, & phthiſis, & angina, ægrotos omnes perimerent, & ab HIPPOCRATE in ſtatu morboſo recenſeantur. Neque ſignum veræ peſtis ullum ego quidem reperio, vel in generali deſcriptione morbi, vel in XVI. ægrotis. In hos Libros I. & III. exſtant GALENI *comment.* & inſignis in Græcis literis viri, HERMANNI CRUSERII, Pariſ. 1534. fol. (RIV.) Baſil. 1570. 8. LIND. Liber etiam I & III. Græc. & Lat. cum notis JOHANNIS FREIND 1717. 4. prodiit quem vide ſuo loco. Deinde in eoſdem libros, cum parva ad IV. appendice exſtant HIERONYMI MERCURIALIS *Prælectiones Piſanæ*, Venet. 1597. fol. *Demonſtrationem prognoſticorum* in Lib. I. & III. *Epidem.* HIPPOCRAT. HENRICUS COPE edidit Dublin. 1736. Seorſim vero *comment. on* 42. *hiſtories deſcribed by Hippocr. in the* I. *and* III. *books of Epidemics* dedit J. FLOYER Londini 1726. 8. & in 22. ægrotos H. CAR-

optimum eſſe ad fundamenta & obſervationes, GALENUM vero errare ratiocinando, incepit ergo rem deducere ad ſimplicitatem, ſed caruit lumine HAR-VEIA-

CARDANUS, Rom. 1575. 8. In III. *primi Libri Sectionem explanationes* J. BAPTISTÆ MONTANI *collectæ* prodierunt Venet. 1544. 8. RIV. *Medico-criticam* vero *epiſtolam* ad J. FREIND ſuper I. & III. *epidemicorum nuper ab ipſo editam* Rudolf. 1720. 8. eruditam, ut ſolet, TRILLERUS. ad quam reſpondit JOHANNES KING, in *epiſtola ad* J. FREIND, in qua D. VV. TRILLERI *Epiſt. Med. critica ad examen revocat*. Cantabrig. 1722. 8.

In octo libros *Epid.* HIPPOCRATIS STEPHANUS RODERICUS Caſtrenſis *commentarium* dedit, de quo alibi.

Denique *primum & tertium* Librum conjunctum Anglice vertit FRANCISCUS CLIFTON; & cum deſcriptione peſtis Thucydideæ edidit Londini 1734. 8. notis illuſtratum.

Liber V. *Epidemicorum* tribuitur HIPPOCRATI II. Nihil hic quidem ego reperio, quod indignum ſit magno viro, niſi forte non ſatis obſcurus eſt, & objicias, venas & arterias diſtingui. Sed veteres, CELSUS, PLUTARCHUS aliique ingenuam confeſſionem proprii erroris ex hoc Libro excitant, ex AUTONOMI hiſtoria. Obſervationes cæterum continet, ſive hiſtorias morborum ſingularium, maxime ex genere Chirurgico, etiam rariſſimas, qualis eſt riſus Sardonii ex vulnere ſepti tranſverſi: peripneumoniæ ex male judicata angina. Multa in hoc libro & in VII. repetuntur.

Liber VII. *popularium* omnino ejuſdem Auctoris eſt, & eandem methodum morbos deſcribendi ſingulares ſequitur, & multa etiam hiſtorica habet. Multa hic egregia de febribus acutis, phrenitide, hydrope, gravidarum morbis, multa etiam Chirurgica. Fetus per novem annos geſtati hic reperitur hiſtoria. Reliquis Libris hic amplior, & numeroſiſſimas & fuſiſſimas morborum hiſtorias habet.

Libri II. VI. & IV. minoris utilitatis ſunt. Et II. quidem a GALENO habetur pro opera THESSALI HIPPOCRATIS F. qui ex pugillaribus patris excerpſerit, unde alienæ aliqua admiſta ſint (*Comment.* II. in *Epid.* III.). In prima certe parte doctrinam criſium ſere meliorem habet & magis ordinatam, quam in ullo alio HIPPOCRATIS opere. In IV. ſcilicet habetur fabuloſa illa venarum deſcriptio, uti paſſim varia in hoc libro abſque ullo ordine miſcentur. In eum exſtat PETRI JACOBI STEVA *comment.* Valent. 1551. fol. * tum HIERONYMI MERCURIALIS *Prælectiones Bononienſes* Forolivii 1626. fol. LIND.

Liber VI. a GALENO eodem ordine cum *ſecundo* ponitur & ab eo commentario illuſtratus eſt, quem amiſimus. Tribuitur POLYBO, qui ex pugillaribus HIPPOCRATIS ſoceri ſui deſcripſerit. Varia miſta habet, obſervationes, prognoſes, aphoriſmos abſque ullo ordine. Multa in aliis HIPPOCRATIS Libris exſtant, multa abſque cautione admitti nequeunt. In eum librum exſtat *commentarius* PALLADII Sophiſtæ a PAULO JUNIO CRASSO editus Baſil. 1581. 4. Hunc etiam *latinitate donatum & luculentiſſima enarratione illuſtratum* edidit LEONHARDUS FUCHS. Baſil. 1537. fol. NIC.

Liber VI. *Epidemicorum* HIPPOCRATIS tribuitur etiam THESSALO GALEN. *meth. med.* Libri VIII.

Liber IV. meo judicio cedit omnibus. Sparſas habet hiſtorias morborum hiulcas, aphoriſmos non ſatis veros, ut prudente lectore egeat. GALENUS THESSALO tribuit, qui ex patris pugillaribus deſcripſerit.

In omnes *Epidemicorum* JOHANNIS ALEXANDRINI exſtat commentarius editus Venetiis 1483. fol. Tum FRANC. PHRYGII *comm. in hiſtorias epidemicas* Lugd. 1644. 4. FRANCISCI VALESII in libros HIPP. *de morbis popularibus Commentaria* Madrit. 1577. fol. & J. PETRI HYROLDTI opera Colon. 1588. fol. PL. & Turin. 1589. 8. & Neapoli 1621. fol. quæ etiam GAUDEUS AURELIUS recognovit & edidit Aureliæ 1654. fol. LIND. GEORGIUS vero FRIDERICUS LAURENTIUS *de notis* HIPPOCRATIS *in hiſtoricis epidemicis repertis & repurgatis* librum ſcripſit, quem *cum adnotatiunculis paradoxis, quas auctori extorſit* DIETERICUS, edidit Lubecæ 1666. 4. * PL. tum *obſervationes in* HIPPOCRAT. *epidemicos* Venet. 1621. 4. LIND. *Nucleum Epidemicorum* ſuadente BAGLIVIO *adornatum* prodiiſſe video Francofurti 1708. 12. *

Liber

VEIANO, hinc ceſpitat adhuc pluribus in locis. Morbus enim eſt tantum læſa actio, aut diſpoſitio lædens actionem, ſed actio prius integra haberi debet, ante-

Libri IV. περὶ νόσων. Crediderim CNIDIORUM eſſe, eo enim vitio laborant, quod ex peculiaribus morborum hiſtoriis morbi ficti ſint, hinc ſeptem vel octo pleurititides &c. Medicamenta etiam purgantia ab omni fere ſana ratione aliena ſunt. Liber I. compendium reliquorum eſt, & pathologiam habet ex pituita & bile deſumtam. In II. & III. deſcriptiones morborum habentur cum curatione. Mira hic morborum nomina, febris ſingultiens, febris interficiens, pulmo denſus, pulmo plenus. Melior tamen *tertius*, ubi Peripneumonia, Pleuritis & Empyema bene deſcribuntur.

In Libro IV, quem ad POLYBUM referunt, mira ſubtilitas eſt ratiocinii. Omnes ibi morbi a quatuor humoribus primigeniis, ſanguine, bile, pituita & aqua derivantur, & a cibo, ſubtilius quam vere. Sub finem alia quædam miſcentur, de hydrope, calculo, vermibus, & refutatur potus in aſperam arteriam deſcenſus. In hos 4. Libros egregii commentarii exſtant PETRI SALII DIVERSII Francofurt. 1612. fol. &c.

Liber περὶ παθῶν non recedit ab HIPPOCRATICA doctrina, licet ad POLYBUM referatur; cujus præfixum nomen eſt in editione, quæ ALBANO TORINO interprete Baſileæ prodiit 1544. 4. Multum hic bonæ obſervationis, parum ratiocinii, deſcriptiones morborum multæ, & denique egregia diætetica.

Liber περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν CNIDIUS omnino eſt, quod etiam CL. SCHULZIUS vidit; cum morbi ſubdiviſi per numeros diſtinguantur, a ſymptomatibus, quæ vix niſi in individuis obſervari potuerunt; adeo ſæpe paradoxe, ut quid ſentias neſcias, & morbi deſcribantur, quos nemo ab eo tempore mortalium viderit. Quis ferat in morbo craſſo IV. ægrum cadere ex odore pluviæ quæ terram contingit? Teterrima etiam hic cathartica commendantur, vinum nimium laudatur; potus in aſperam arteriam deſcendere dicitur. Aliqua cum Libro III. περὶ νούσων eadem ſunt.

In Libri περὶ διαίτης ὀξέων parte II. eximia habetur deſcriptio Pleuritidis, cum vera & immutabili ejus curatione. In IV. hiſtoriæ morborum variæ. In eum Librum etiam GALENI commentaria exſtant.

Liber περὶ ἱερῆς νούσου non eſt HIPPOCRATIS ſed egregii tamen viri. Epilepſiam demonſtrat non a DEO immiſſam eſſe, ſed vitio fieri cerebri humidioris, etiam experimentis anatomicis ex brutis animalibus excitatis, cum comparatione cerebri hominis & animalium. Dictio fuſa & Aſiatica. *Prælectiones Valliſoletanas* in hunc Librum dedit PONTIUS de SANCTA CRUZ Archiater Hiſpanicus, Madriti 1631. fol.

Liber περὶ αἱμοῤῥοΐδων. Non genuinus eſt, omnes enim ſanari jubet, cum unam apertam relinqui velit HIPPOCRATES. Sed utilitate minime deſtituitur.

Liber περὶ παρθενίων agit de furore uterino. In eum commentarium dedit J. BAPT. DONATUS Francofurti 1597. 8. editum, & alios J. STEPHANUS. Venet. 1653. fol.

Liber περὶ γυναικείων α & β ejuſdem Auctoris eſt cum Libro περὶ φύσιος τȣ̃ παιδίου, cum eum ipſum Librum ut ſuum citet. Cnidiam omnino manum adgnoſcere videor. Morbos mulierum plures, quam nullus recentiorum medicorum habet, fluores albos omnis generis, inflammationes &c. Medicamentis numeroſiſſimis luxuriat, ſæpe valde paradoxis. Prior de *morbis mulierum interprete* M. CORDÆO ſeorſim prodiit Pariſ. 1585. fol. C. WALTH.

Liber περὶ ἀφόρων fere ex prioribus exſcriptus eſt, tum Liber περὶ γυναικείης φύσιος, quo situs oris uteri varie mutatus fuſe deſcribitur.

Reliquos laudabo inter *ſemeioticos*, *practicos*, & *chirurgicos*.

Multos morbos HIPPOCRATIS, craſſum, phœnicium, alioſque ſeorſim illuſtravit propriis diſſertationibus G. WOLFG. WEDELIUS.

Eodem & paulo poſteriori tempore multum de eruendis morborum cauſis agitatum eſt. Ita DEMOCRITUS in viſceribus animalium cauſam maniæ quæſivit, ex fide perantiquæ epiſtolæ. IDEM in emproſthotono nervos laborare invenit. (CÆL. AUREL. *acut.* III. c. 14.) EJUS. erat Liber de *elephantiaſi*, quem citat CÆL. *tardor.* Lib. IV. c. I.

EMPE-

quam morbus intelligatur, actio vero pendet unice a circulatione humorum ad ea loca: verum hanc circulationem non cognoverunt veteres; hinc in patholo- gia

EMPEDOCLIS ἄπνȣς antiquiſſimæ obſervationis medicæ exemplum eſt, feminæ quæ triginta diebus abſque cibo & abſque reſpiratione fuit. Multi de eo caſu ſcripſerunt, & PAUSANIAS diſcipulus EMPEDOCLIS ſcripſit, dictatum ſibi ab eo Librum LAERTIO teſte & SUIDA editionis KUSTERI pag. 265. & HERACLIDES PONTICUS *Galen. de diff. reſpir.* L. I.

ALCMÆON ſanitatem ex contemperatione humidi, ſicci, dulcis, amari, calidi & frigidi & reliquorum deduxit, ut uno eorum dominante morbi ſequerentur (PLUTARCH. *plac. phil.* Lib. IV. c. 30.)

ARISTOTELES in Lib. *de adjutoriis*, quem CÆLIUS citat (*acutor.* Lib. II. c. 13.), Pleuritidem ad liquidorum coactionem retulit. Idem in problematibus varia pathologica tetigit.

THEOPHRASTI *de ſudore & de vertigine* etiamnum Libri exſtant, ſeorſim *cum interpretatione & notis* BONAVENTURÆ GRANGERII editi Pariſ. 1576. 8. B. HARL. PL. *De animi* etiam *deliquiis & de peſtilentiis* ſcripſit LAERTIO teſte Lib. V.

Ægypti Reges, (ſed procul dubio Ptolemæi, Herophili olim & ſcholæ Alexandrinæ patroni) in cadaveribus inciſis phthiſin cordis repererunt eſſe cauſam morbi epidemici PLIN. *hiſt. nat.* Lib. XIX. p. 168. ed. HARD.

Deinde DIOCLES Libr. *de mulierum morbis* ſcripſit (GAL. *Epid.* VI. Comm. II.) & librum *de paſſionibus, cum cauſis, curationibus* a CÆLIO ſæpiſſime citatum, ut *tardor.* III. c. p8. V. c. 1. 2. *acutor.* II. c. 7. 8. 20. III. c. 4. 8. 17. ubi venas pulmonum in peripneumonia pati dixit, in pleuritide pleuram Lib. II. c. 16. Tum Libr. *de lumbricis*, eodem teſte.

ERASISTRATUS per anatomen in ſedes cauſaſque morborum inquiſiverat, uti ex CÆLIO aparet *Acutor.* Lib. II. c. 28. A peritonæi paralyſi urinam ſupprimi, quod veſica non comprimeretur. IDEM reliquit CÆL. AUREL. *tardor.* II. c. 1. Hepar ſcirrhoſum hydropis eſſe ſedem poſt experimenta in cadaveribus auctor eſt opinionis adeo, quæ diu ſuperfuit. CÆL. III. *tard.* c. 8. Vomicam pernicioſiſſime ad cor rumpi idem docuit *tardor.* V. c. 10. Idem uti ex CELSO notiſſimum eſt, ex ſubtili omnino anatome explicationem febrium hauſit. EJUS Lib. *de podagra* citat CÆLIUS *Chronic.* Lib. V. c. 2.

Sed HEROPHILUS qui contra *prognoſtica* HIPPOCRATIS ſcripſit, ob omiſſam pulſuum obſervationem, quam ipſe ſubtiliſſime conſideraverat, etiam cupidior fuit cauſarum, ut ipſi inſtitutum ſcrutandarum cauſarum in morbis tribuat PLINIUS Lib. 26. c. 8. Neque dedecet magnum anatomicum ſedis pleuritidis adſignatio, quam in parte aliqua pulmonis, peripneumoniam in toto pulmone poſuit. Ita etiam ſectatores HEROPHILI ſtudium cauſarum urſerunt, ut GAIUS, qui hydrophobiam in cerebro & ejus membrana ſedem habere non male certe ſuſpicatus eſt CÆL. *Acutor.* Lib. III. c. 14. DEMETRIUS, qui ſubtiliter hæmorrhagiæ abſque inciſione cauſas diviſit in ſudationem, atoniam, anaſtomoſes, raritatem, CÆLIO teſte *tardor.* Lib. II. c. 16. & cujus Lib. XII. *de paſſionibus* idem citat CÆLIUS *Acutor paſſ.* Lib. II. c. 25. Verum brevem eſſe oportet, & lectorem ad CLERICUM remittere, qui placita veterum magno cum judicio collegit.

Paucos adeo nominabimus, cauſarum etiam & theoriæ amatorem PRAXAGORAM, cujus *de morbis* Lib. & *de peregrinis paſſionibus* (forte rariores intelligit) citat CÆLIUS, & *de curationibus acut.* III. c. 17. & alibi III. *de morbis* Librum *Chronic.* V. c. 2. PHILUMENUM, cujus aliqua exſtant apud TRALLIANUM de *rheumatiſmis* apud eundem Lib. VIII. c. 7. & *de diarrhœa* in Lib. VIII. minime mala. EJUS de apoplexia, inſania, cerebri inflammatione, tetano, medicamenta excerpſit ORIBASIUS in *ſynopſi* Lib. VIII. HERACLIDEM denique TARENTINUM, peritiſſimum Empiricorum, qui viri, pertæſi inutilium & incertarum hypotheſium, omnem cauſarum in morbis explicationem rejecerunt, artemque in ſola obſervatione poſuerunt. Et HERACLIDES quidem Hydropem κατὰ σάρκα & aſciten diſtinxit (CÆLIUS *tardor.* III. c. 8.) Scripſit autem quatuor Libros de *internis paſſionibus* (EODEM teſte *acut.* III. c. 17.)

AN-

gia hoc in caſu errarunt, non in obſervationibus, ſed, quoties pathologiam redigere ad aliquod ſyſtema conati ſunt. Editio FERNELII optima eſt Genevenſis

B 2 an-

ANTIGENES CLEOPHANTINUS *de febribus & tumoribus* ſcripta reliquit CÆLIO citata Lib. II. c. 10. *Acut.* APOLLONIUS GLAUCUS vero de *interioribus* (*Chronic.* IV. *c.* 8.). APOLLONIUS Citienſis *de epilepſia* Lib. II. edidit, & de eadem NICANDER ſcripſit, (CÆL. *Chron.* I. c. 4., cujus θηριακά ſive animalium venenatorum hiſtoriam huc omnino revocare poſſumus. APOLLONIUS MYS ex eadem gente fuit, cujus *de ſecta* HEROPHILI Librum 28. citat CÆLIUS *acut.* II. c. 13. ejuſque de ſede Pleuritidis opinionem: tum ANTIPHANES, cujus *periopten* idem excitat, ubi de vermibus præſagium habet, qui felicius deorſum quam ſurſum repant, NICERATUS denique qui de *Catalepſi* ſcripſit, CÆL. *tardar.* II. c. 5.

Denique ſub POMPEJI tempora ASCLEPIADES Rhetor novam theoriam condidit, morbos nempe oriri docuit a vitiata proportione elementorum ad poros, quibus trajiciendis deſtinantur, eique opinioni praxin ſuperſtruxit, cujus autem omnia ſcripta interciderunt. Ad ERASISTRATUM *contradictorios* Libros ſcripſit CÆLIO dictos *Acut.* Lib. II. *c.* 33. Sedes morborum definire conatus eſt. Phrenitidem, & epilepſiam in membrana cerebri ſedem habere poſuit (CÆL. AUR. *acutor.* Lib. III. c. 14.). In Theoria adeo ſubtilis fuit, ut a corpuſculis minimis quartanam, a parvis tertianam, a magnis continuam derivaret. Scripſit *acutarum paſſionum* Lib. III. CÆL. *Acut.* Lib. III. c. 21. *celerium* Lib. II. & *de febribus periodicis* II. *c.* 10.

PEDACII DIOSCORIDIS Libri *de venenis* cum materia medica conjuncti exſtant, ut qui ad cauſam morborum pertineant, huc poſſunt trahi.

Eo tempore nata eſt ſecta methodica, THEMISONE inprimis auctore, qui ſenſim, repurgata ut vocat ſecta (CÆL. I. *c.* 10. *Chron.* V c. 2.) eam theoriam in poſterioribus Libris perfecit, ſerius editis quam Lib. *de celeribus paſſ.* & poſt Lib. II. *de tardis*. In ea Theoria omnes, uti notiſſimum eſt, morbi ad ſtrictum, laxum & complexum genus reducti ſunt; & maximum compendium factum eſt diſcenti. Scripſit omnium primus *de tardis paſſionibus* Lib. III. (CÆLII præf. ad *chronica*, & cachexiam primus conſtituit *tard.* III. c. 6. Idem *de elephantiaſi* egit *tard.* IV. c. 1. & ſolus *de ſatyriaſi* egit ibid. Lib. III. c. 18. Libros etiam *de acutis paſſionibus* reliquit EODEM CÆLIO Auctore *de acut.* Lib. II. c. 9. & *epiſtolarum* Lib. IV.

THESSALUS methodicam ſectam perfecit, NERONE imperante, cujus *regular.* Libros paſſim CÆLIUS citat.

Ejuſdem ſectæ SORANUS fuit, vir egregius, HIPPOCRATI iniquior, ut ex CÆLIO apparet *acutor.* Lib. II. c. 19. & ex vita HIPPOCRATIS, quæ SORANO tribuitur. In αἰτιολογουμένοις incubum Deum non eſſe, merito defendit (CÆL. *tardar.* I. c. 3.) EJUS in hydrophobis obſervationes excitat CÆLIUS Lib. III. c. XI. qui SORANI *veriſſimas apprehenſiones* latino ſermone deſcribere laboravit (*acut.* Lib. II. c. 28.) An idem fuerit SORANUS EPHESIUS junior, qui περὶ γυναικείων Libros IV. ſcripſit, SUIDÆ dictus III. p. 354. & anatomen matricis, difficile eſt definire. Sed Methodici parum delectabantur Anatome. Eum SORANUM tempore TRAJANI vixiſſe, conjectura eſt LAMBECII *Bibl. Vindeb.* Lib. VI. c. 2.

CÆLIUS AURELIANUS Siccenſis Afer, *de morbis acutis & chronicis* reliquit Libros VIII. quos nuper edidit JOH. CONRADUS AMMANNUS, adjectis THEODORI JOH. F. ab ALMELOVEEN in CÆLIUM animadverſionibus, & lexico CÆLIANO Amſtelodami 1722. 8. & prius in quarto 1709. De eo viro alias fuſius, nunc ſufficiet dixiſſe, diligentem fuiſſe & in legendis ſcriptoribus, quos in *acutis paſſionibus* ſemper plurimos examini ſuo ſubjicit, & in ſignis morborum eruendis atque deſcribendis morbis, niſi ea potius laus fuit SORANI. Ita hæmorrhoides veſicæ, noſtro ævo adeo celebres, ſanguinem per intervalla fundentes, omnino notas habuit. *Chronic.* Lib. V. c. 14. Mira cæterum ſecta fuit, quæ lethargum ad *ſtrictum* genus morborum retulit (CÆL. *Acut.* Lib I. c. 6.) & hydropem plerumque ad ſtrictum, partim ad complexum pertinere docet, Lib. III. *tardar.* c. 8. Reliqui ejus viri Libri, *reſponſiones* nempe *de mulieribus vitiis*, & *chirurgumena* interciderunt.

Inter Methodicos etiam is fuit, cujus inter *muliebria* nomen eſt MOSCHION, cum *diatriton* & *circulum Metaſyncriticum* obſervet. EJUS Lib. I. *de morbis muliebribus* Græce cum

C. GES-

anno 1697. in folio. Adeo hic Auctor certe excelluit, licet in GALENUM ſcripſit eo tempore, quo pro GALENO certabant omnes, ut ipſo vivente in ſcho-lis

C. GESNERI Scholiis prodiit opera CASP. WOLFII. Baſil. 1566. 4. & cura WOLFII recuſus eſt in collectione *muliebrium* Baſilienſi 1586. 4. De eo inter practicos dicetur.

SEXTUS etiam, qui vulgo EMPIRICUS dicitur, & VINDICIANUS, & VALENS PHYSICUS, quem CÆLIUS citat *acutor.* Lib. III. *curationum* anginas in internas (cynanchen) externas (hyanchen) & paracynanchen ſive unius lateris diviſit.

ARETÆUS CAPPADOX inprimis ex pathologia & morborum bona deſcriptione laudem meretur. EJUS ſunt περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν Lib. IV. de quorum editionibus & Auctore inter practicos dicetur. Inter omnes autem veteres ſcriptores medicos bono ordine & ingenioſa dictione mihi videtur excellere. Aliqua tamen omnino ex falſa theoria repetiit. Ita inflammari venam Cavam ad lumbos, & ſanguinem in abdomen effundi, ita ſubitam mortem ſequi, ſcripſit *Acut.* II. c. 8.

RUFUS EPHESIUS cum anatomicis Libris reliquit Lib. περὶ τῶν ἐν κύστει παθῶν. Liber autem *de peſtilentia* (ſive ſtatu potius in quo morbi ſolito maligniores erant) ab ORIBASIO excerpitur *ſynopſ.* Lib. VII. c. 25. cujus etiam loca de renum ſcirrho (Synopſ. Lib. IX. c. 25.) & de diabetis curatione c. 36. IDEM excerpſit. Cæterum RUFUS imperante TRAJANO vixit, ut facile credo SUIDÆ. Eraſiſtrateam ſectam ſecutus eſt, & ſpiritum in arteria contineri dicit, ventriculum etiam cordis ſiniſtrum *pneumaticum* vocavit. Recentiores Græcos Ægypti incolas valde exagitavit, ob ignorantiam. Operum RUFI penes me tres editiones ſunt, Græca Pariſ. 1554. 8. Latina JUNII PAULI CRASSI Baſil. 1581. 4. & nupera Londinenſis GUILIELMI CLINCH, qui diſſertationem de ſcriptis RUFI, & aliam de medicamentis veſicantibus addidit. Uſus eſt ad Græcum *textum* ea, quam citavi, editione, ad verſionem Latinam, CRASSI opere.

CELSUS multa ex HIPPOCRATE habet & ſigna & præſagia, uti curationem fere ex junioribus medicis.

Veterinariæ medicinæ Lib. II. ſive *collectio Auctorum qui de morbis equorum ſcripſerunt* Græce edita Baſil. 1537. 4. & Latinæ RUELLIO interprete Pariſ. 1530. fol. utcumque huc referri poteſt: ut & P. VEGETII *Mulomedicina* ex recenſione JOH. SAMBUCI inpreſſa Baſil. 1574. 4.

In ea collectione APSYRTI, HIEROCLIS, THEOMNESTI, PELAGONII, TIBERII, EUMELI, ARCHEDEMI, HIPPOCRATIS (etiam LINDENIANÆ editioni inſertus) & HIMERII Libelli habentur.

CL. GALENUS ſi numerum molemque conſideraveris, & ſi infinitam ſeriem Medicorum, qui ejus dogmata receperunt, princeps eſt pathologorum. Et cauſas quidem morborum multo ſubtilius, quam medici priores, indagatus, plerumque ad humorum exceſſum in aliqua primarum qualitatum poſuit, humores ipſos ad imitationem ARISTOTELICARUM qualitatum quaternos fecit, & quatuor eorum qualitates. Solidarum partium tonum aut nimium aut nimis parvum, forte ob odium Methodicorum, omnino rejecit. In ſignis morborum nonnullis multo reliquis ſubtilior fuit, ut in pulſu, cujus infinitas diverſitates ex ſimplicioribus notis compoſuit. Hiſtorias morborum minus puras, aut ſimplices habet, bonas tamen paſſim obſervationes interſperſit, aut rariorum morborum, quos in ampliſſima illa Roma viderat, aut ſectionum morboſarum. Libros pathologicos, quorum plerique in tertia Claſſe GESNERIANÆ editionis continentur, unice præcipuos citabo. *De differentiis morborum* Lib. II. *de cauſis morborum* Lib. I. *de ſymptomatum differentiis* Lib. III. Græce ſeorſim prodierunt Antwerp. 1550. 8. in quos exſtat commentarius J. FRANCISCI ROSSELLI Barcinone editus 1627. fol. & J. SYLVII, in operibus omnibus excuſus & LAURENTII JOUBERTI. MELCHIOR vero SEBIZIUS *tres priores Libros in theſes contractos ad diſputandum* propoſuit Argentorati 1631. 4. & aliis annis. RIV. *tabulas* vero in eoſdem Libros condidit STEPHANUS de TEMPLE Lugdun. 1576. 8.

De differentiis febrium Lib. II. quarum quæ intermittunt ab humorum definito exceſſu explicat, calidas ex putredine, &c. Seorſim eos edidit, & *accurate*, ut ait, *recognovit* SIMON

lis in nullum Auctorem præter ipſum & HIPPOCRATEM prælectum ſit, & ſe una cum

SIMON THOMAS Lugd. 1548. 16. In eos Libros *commentarius* exſtat THOMÆ de GARBO Lugduni editus 1514. 4. LAURENTII LAURENTIANI Lugdun. 1550. 12. * alius PAMPHILI MONTIS Bonon. 1550. 8. alius CHRISTOPHORI a VEGA Compluti impreſſus 1552. 8. alius JACOBI SYLVII, qui in *operum* collectione exſtat, alius FRANCISCI VALESII Complut. 1569. 8. Colon. 1592. in collectione operum Francofurti 1645. fol. repetitus alius J. BAPT. NAVARRI Valentiæ excuſus 1628. 8. LIND. alius VICTORIS TRINCAVELLII Venetiis 1575. fol. editus; alius JOHANNIS BRAVI Salmanticæ impreſſus, 1585. 4. * LIND. alius SIMONIS a CAMPO Neapoli 1642. 4. editus. In Caput I. & III. ANTONIUS NUNNEZ Salamanticæ commentarium edidit LIND. abſque anni mentione.

LAUR. LAURENTIANI *commentarius* in Librum II. *de differentiis febrium* GALENI primum prodiit Venet. 1508. fol. cum NIC. LEONICENO.

De difficultate reſpirationis Libri duo ſunt fere in ægros aliquos HIPPOCRATIS, in *epidemicis* recenſos, commentarii.

De locis affectis Libri VI. Hoc nobis primarium GALENI opus videtur, tum ob ordinem & concinnitatem, tum ob bona ſigna ad dignoſcendos morbos obſcuriores propoſita, tum ob obſervationes ex anatome practica deſumtas. Olim titulus erat περὶ τῆς διαγνωστικῆς μεθόδου τῶν πεπονθότων τόπων. Seorſim editi ſunt cum titulo *de adfectorum locorum notitia* GUIL. COPO interprete Pariſiis apud H. STEPHANUM Seniorem 1513. 4. Commentatus eſt in eos libros FRANCISCUS DURATIUS Venet. 1557. 8. LIND. & LEONHARDUS FUCHSIUS Baſil. 1554. fol. & FRANCISCUS VALESIUS Lugduni 1559. 8. LIND. quem multi animam GALENI dixerunt. In *compendium* redegit PETRUS SCHOTANUS Franeker. 1616. 8.

In Libros VI. GALENI *de locis affectis* commentatus etiam eſt PETRUS GOMAR CARRERO, cujus *diſputationes & commentaria in omnes Libros de locis affectis* GALENI Compluti prodierunt anno 1605. & 1612. fol. * L.

Exercitationes ſemeioticas diſputationibus XII. *comprehenſas* JOH. WOLFIUS in eoſdem Libros dedit, excuſas Helmſtadii 1620. 4.

Parvus eſt Lib. *de inæquali temperie* a LEONICENO verſus & editus Pariſ. 1514. 4. cum aliis GALENI Libellis, tum Baſileæ 1538. 8. in quem PROSPER CALANUS commentatus eſt Lugdun 1638. 8. * tum & FRANCISCUS VALESIUS). Porro GALENI ſunt *libelli de maraſmo: de comate ſecundum* HIPPOCRATIS *ſententiam: de palpitatione: de plenitudine: de tumoribus præter naturam: de morborum temporibus; de typis ad eos qui de typis ſcripſerunt: de cauſis procatarcticis*. Denique Commentarii jam citati, in Hippocratem, huc pertinent. *Hiſtorias medicinales* ejus J. B. SYLVATICUS *enarratas* dedit Hanov. 1605. fol. RIV. & *hiſtoriales campos* collegit in Lib. IV. eoſque *congeſtos & commentariis illuſtratos* dedit SYMPHORIANUS Baſil. 1532. fol.

Ex PHILAGRIO, Galenico, temperamenta & intemperies adhibente in pathologicis, fragmentum de lienis adfectibus habet TRALLIANUS Lib. VIII. c. 10.

ALEXANDRI APHRODISEI *opuſculum de febrium cauſis & differentiis* a G. VALLA latinitate donatum eſt. Prodiit Lugd. 1506. 8. & Baſil. 1542. 8. cum aliis Libellis de febribus, & in collectione *Medicorum Græcorum & Arabum de febribus*, quæ prodiit Venet. 1594. fol.

ALEXANDER TRALLIANUS unicus fere ſcriptor eſt, quem poſt GALENUM laudes. Hinc ante AETIUM & ORIBASIUM poſui. EJUS XII. Libri Græce prodierunt 1548. fol. cum caſtigationibus GOUPYLI & RHAZE de peſtilentia, Græce vero & Latine Baſileæ 1556. 8. cum iiſdem GOUPYLI caſtigationibus, & GUINTERI Andernacenſis verſione quæ prodierat, cum eodem RHAZIS Libello. Venetiis 1552. 8. Hunc Auctorem plurimi facio, cum ordine bono, dictione ſimplici, morbos omnes a capite ad calcem tractet, ſignis ubique appoſitis & paſſim GALENO & antiquis Auctoribus recenſis & correctis. De practicis laudibus alibi dicetur. EJUS *de lumbricis* epiſtola Gr. Lat. cum H. MERCURIALIS *variis lectionibus* prodiit Venet. 1570. 4.

ORIBASII ævo medicina jam degeneraverat. A morborum ſignis & deſcriptionibus fere ad ſolam enarrationem auxiliorum Medici deflexerant, ut in MARCELLO & Arabum libris cum ſumma nauſea unicum fere morbi nomen cum longiſſima ſerie formularum invenias. Scri-

cum HIPPOCRATE citatum viderit ſuperſtes. Libri vero FERNELII de Pathologia præ reliquis ejus operibus optimi ſunt.

Scripſit autem ORIBASIUS *Synopſeos* ad EUSTACHIUM Lib. IX. in cujus Libris V., & VI. VIII. & IX. ad morbos pertinent. In *collectionibus* auxilia potius quam morbos proſequitur.

THEODORI PRISCIANI Archiatri *Gynæcia ad Salvinam* Baſileæ 1532. 4. & alias edita, & *Phænomenon Euporiſton* Lib. I. ſive de externis adfectibus, & *Logicus* ſive de adfectibus internis, potius ad practicos, ob breviſſimas deſcriptiones, quam ad pathologos pertinent.

OCTAVIUS HORATIANUS, cujus Lib. I. *de curatione fere omnium morborum*. Lib. II. *de acutis & chronicis paſſionibus*. Lib. III. *de Mulierum accidentibus* Argentorati prodiit 1532. omnino parum a priori differt & eadem verba habet, poſterior tamen editio plenior eſt.

AETIUS AMIDENUS, recentior ORIBASIO, in duodecim Libris poſterioribus, qui exſtant, morborum etiam deſcriptiones ex variis antiquis habet, & inter eos nonnullos rariores morbos citat, cum & ipſe & ORIBASIUS non viſos ſibi ſolos, ſed etiam alios morbos undique apud ſcriptores repertos congeſſerint. Multa habet ex veterum deperditis ſcriptis, uti ORIBASIUS.

PAULUS ÆGINETA ex GALENO & ORIBASIO plerumque morborum deſcriptiones breves habet, parum auctas. Reliqui Græci etiam deteriores ſunt.

NONI *de omnium particularium morborum curatione, ſic ut febres quoque & tumores præter naturam complectatur* Liber Græce cum verſione Latina JEREMIÆ MARTII prodiit Argent. 1568. 8.

ACTUARII *de actionibus & affectibus ſpiritus animalis* Lib II. Gr. ex recenſione JAC. GOUPYLI Pariſ. 1557. 8. parvi momenti ſunt. *In Methodi medendi* Libris duobus prioribus de ſignis & cauſis morborum egit, non abſque proprio experimento.

PALLADII *de febribus* conciſa *ſynopſis* Pariſiis JOH. CHARTIER interprete 1646. edita eſt, tum, cum notis J. STEPHANI BERNARD nuper recuſa Leidæ 1745. 8. Theoriam ſequitur GALENI, & febrium ætiologiam ex humoribus derivat, plurimum uſus AETIO.

DEMETRIUS PEPAGOMENUS *de podagra* a MARCO MUSURO Romæ an. 1517. & a MORELLO Pariſiis Græce & Latine 1558. 8. tum in collectione CHARTERIANA, nuper etiam cura J. S. BERNARD recuſus eſt Leidæ 1743. 8. Ad poſtremos Græcorum pertinet, qui circa annum 1282. imperante MICHAELE PALÆOLOGO vixerit, cujus medicus fuit, cujuſque nomini Librum inſcripſit, ſua fere ex HIPPOCRATE & GALENO ſumſit, multoque magis in curatione quam in deſcriptione morbi verſatus eſt. In ACT. ERUD. & Græcum codicem & verſionem vitioſam eſſe objicitur, quam a TURNEBO habuerat BERNARDUS.

SYNESII *de febribus* Liber anonymi Græci opus eſt, cui caſu SYNESII nomen præfixum eſt; verſum ex Arabe ABUGHASAR AHMED, ubi Arabica medicamenta cum Græcorum deſcriptionibus & theoriis conjunguntur, & variolarum atque morbillorum curatio fere ex RHAZE proponitur.

Gynæciorum ſive *de mulierum affectibus & morbis Gr. Arab. Lat. vet. & recent. quotquot exſtant*, quos ISRAEL SPACHIUS edidit Argentin. 1597. fol. tetigi, cum agerem de mulierum partibus genitalibus & repetam in Chirurgicis. Sunt autem CLEOPATRÆ inſcripti. Spurius Liber, parum decens, in cujus fatua præfatione dicit Auctor, ſe Librum ex THEODOTO & METHYCO in Latinum ſermonem vertiſſe.

2. MOSCHIONIS methodici Liber περὶ γυναικείων παθῶν, ad anatomen non malus, in praxi chirurgica præpoſterus, qui nihil niſi unguenta moliatur in difficili partu. Videtur Latine ſcriptus fuiſſe, & in Græcam Linguam verſus, argumento vocum latinarum, quas retinet ἐντύβου. Eam conjecturam noſtram video ex Græco codice confirmatam eſſe a LAMBECIO Lib. VI. cap. 2. pag. 137. Judæorum aliqua ſe vertiſſe ait, quod cum JULIÆ AGRIPPINÆ medico, ut alibi ſe vocat, vix poteſt conciliari, neque cum TRAJANI tempore, quo eum ponit LAMBECIUS Lib. VI. cap. 2. Ut adeo diverſus videatur a THEODORO MOSCHIONE, cujus ad epilepſiam medicamentum citat TRALLIANUS.

EROS *de paſſionibus mulierum* manifeſto recentior eſt, qui MAGISTRUM GERALDUM, & THEODORICUM citet, & TROTULA ejuſdem furfuris Liber Salernitani medici, cujus Lib. *de paſ-*

de paſſionibus mulierum ſeorſim editum cum BENED. VICTORII *Empirici* habemus Venetiis 1555. 8. PRISCIANUS & ipſe methodicus, jam dictus eſt.

Inter Arabes pauci recenſeri merentur, princeps tamen RHAZES. Hujus *de peſtilentia* Lib. ex Syrorum Lingua in Græcam traslatus editus eſt Pariſiis cum ALEXANDRO 1548. fol. Latine Venet. 1552. 8. cum aliis *operibus* RHAZÆ *exquiſitioribus* Baſileæ 1544. fol. & ſeorſim 1529. 4. Nuper etiam ex Arabica Lingua in Latinam recenter verſus cura RICHARDI MEAD Londini 1747. 8. In eo Libro variolas *peſtilentiæ* nomine, morbillos *eulogii*, primus & exquiſite deſcripſit, bonamque curationem addidit antiphlogiſticam, ſi quidem RHAZÆ hi Libelli ſunt, de quo dubitare licet. Certe in editionis Baſileenſis cap. IV. citatur vir ſapiens RHAZES, quod ab ipſo RHAZE vix exſpectes. Ea tamen vox omiſſa eſt in verſione MEADII. In Lib. X. de *febribus* hiſtorias morborum, ſed ex Græcis, habet. Lib. *de caſibus qui ipſi acciderunt* continet non contemnendas & obſervationes & curationes. Ita v. c. Simiæ argentum vivum dedit RHAZES, vidit animali ventrem inde dolere; mercurium autem ſublimatum utique nocere Lib. VIII. cap. 42. In *diviſionum* Lib. quæ praxis eſt, commune vitium habet Arabum, deſcriptiones morbi breviſſimas, longiſſimas auxiliorum.

AVENZOARIS ſcripta non legi quidem, ſed ex FREINDIO video, operæ pretium facturum, qui legerit, cum inflammationem pericardii, ejus tumorem durum, & hydropem, & rara alia mala deſcripſerit. Ex eo tamen parum feriam fabulam de catulis in urina hydrophoborum apparentibus, repeti video ex MARCELLO DONATO Lib. VI. cap. 1. *hiſt. medic. mirab.* & a CODRONCHO *hydrophob.* pag. 105. & ab aliis.

AVICENNÆ *canonis* Lib. IV. *Fen.* I. *de febribus*, Patav. 1699. 12.

ALBUCASIS *de mulierum morbis* Lib. cum WOLFII & SPACHII collectione prodiit.

Reliquos Arabes omitto, cum & ipſi, & qui eos ſecuti ſunt, inter Chriſtianos barbari, vix ullam ad morbos cognoſcendos induſtriam adhibuerint. Inter recentiores autem ſemibarbaros Arabum imitatores ſunt.

GARYOPONTI Lib. *de febribus & earum cauſis & ſymptomatibus* Lib. II. Baſil. 1531. 4. in collectione Librorum de febribus recuſi.

CONSTANTINI AFRICANI, magni exſcriptoris Lib. VII. *de morborum cognitione & curatione*, Lib. I. *de cognitione remediorum & ægritudinum*. Lib. I. *de ſtomachi adfectibus* Lib. II. *de melancholia*, Lib. I. *de mulierum morbis* in collectione operum exſtant Baſil. 1536. & 1539. fol.

VALESCUM de TARANTA reliquoſque barbaros in practicis laudabimus.

PAULI BAGELLARDI de FLUMINE Lib. *de ægritudinibus infantum* Venet. 1487. 4. *de morbis puerorum* Lugdun. 1538. 8. *

GENTILIS GENTILIS *conſilia* Venet. 1503. fol. *de febribus* Venet. 1526. fol. *de lepra* Venet. 1536. fol. *

CLEMENTII CLEMENTINI *lucubrationes*: RICHARDI *de ſignis febrium*: ANTONII de GRADIS *de febribus*: CHRISTOPHORI BARSISII *de febrium cognitione & cura* Baſil. 1535. fol.

J. MICH. SAVANAROL *Practica Canonica de febribus* Venet. 1503. fol. 1552. fol. 1561. fol. PL. Lugd. 1560. 8. Acceſſit CÆSARIS OPTATI *opus de febre hectica*, quod ſeorſim prodierat Venet. 1517. fol.

J. MICH. SAVANAROLÆ & CAES. OPTATI citati Libri de more ſeculi compilati & fuſiſſimi ſunt, maxime ad ſaporem Arabum.

ANTONII de GRADI *de febribus Tractatus, ſigna, cauſas & curationem complectens* Lugduni 1517. 4. LIND.

BARTHOLOMÆI MONTAGNANA *Conſilia* 305. *de ægritudinibus humano corpori evenientibus* Norimb. 1652. fol. Hi omnes fere Arabes exſcripſerunt, & eandem cenſuram merentur.

Donec ſub renatarum literarum tempus novus morbus, Venerea lues, in Europam incubuit, quæ ipſa ſævitate ſua coëgit Medicos, ut deſcriptionem & curationem molirentur, quod ipſum etiam initium fuit redintegrati ſtudii quo ſingulares morbi deſcribuntur. Hæc lues equidem aliquos quaſi prodromos habuit. Lepram coitu concipi GORDONUS in *lilio* auctor eſt. GUILIELMUS de SALICETO bubones Venereos cognoviſſe videtur. GUIDO de CAULIACO fuſe de incendio & puſtulis a coitu cum femina fœtida naſcentibus agit pag. 81. ut ea loca omittam, quæ BECKETUS in *Phil. Tranſ.* adduxit, & ante

cum

cum HANSIUS SLOANE. Magis tamen innotuit lues Venerea, & magis forte ſpecificam naturam morbi induit utique circa annum 1493. Ab eo tempore infinita vis ſcriptorum de eo unico morbo prodiit. Excerpam fere paucos, & utiliores, & de plerisque conſultum velim pleniſſimum catalogum, cum judiciis, quem JOHANNES ASTRUC in ſuo *de morbis venereis* doctiſſimo opere dedit Lib. V. VI. VII. VIII. & IX.

MARCELLUS CUMANUS, cujus *centum obſervationes* a G. H. WELSCHIO Auguſtæ Vindelicorum anno 1668. 4. excuſæ ſunt, primus omnino luis venereæ ſymptomata in partibus genitalibus & in inguine orta anno 1495. deſcripſit, quam in exercitu Veneto viderat Gallis oppoſito.

J. HEBERLINI *lectio declaratoria ſuper epidemia morbo*, Dolæ 1492. 4. *

FRANC. de VILLALOBOS *tractatus de las enfermidades de las bubas*, Salmantic. 8491. fol. ANT.

SIMONIS PISTORIS *poſitio de malo franco*, Lipſ. 1498. 4. * & M. POLLICHII *inſuper additos errores* S. PISTORIS *de malo franco*, ibid. 1501. 4. *

NICOLAI LEONICENI (quem in Botanicis laudavimus) Liber *de Epidemia, quam Itali morbum Gallicum, Galli vero Neapolitanum vocant* Venet. 1497. 4. Baſil. 1532. fol. in collectione operum ad deſcriptionem & hiſtoriam novi mali pertinet.

CONRADI GILINI *opuſculum de morbo Gallico* ſcriptum anno 1497. & excuſum cum AL. LUILINI collectione, inventionum mercurialium primus meminit.

JOHANNIS WIDMAN dicti MEICHINGER *de puſtulis & morbo, qui vulgato nomine mal de frantzos appellatur* Lib. 1497. 4. Et ipſe morbum deſcribit, & unguenta mercurialia habet. EJUS Lib. *de peſtilentia cum addita quæſtione de fuga peſtis* prodiit Tubing. 1501. 4. RIV.

Eundem morbum deſcribit A. CASPAR TORELLA, cujus *tractatus cum conſiliis contra pudendagram* ſive *morbum Gallicum* Romæ prodiit 1497. 4. & *dialogus de dolore* cum *Tractatu de ulceribus in pudendagra evenire ſolitis*, &c. anno 1499. editus eſt. Et mercurio uſus eſt, & hiſtorias ægrotorum neſcio annon primus propoſuit. ASTR. EJUSDEM *de ægritudine ovilla conſilium* Rom. 1505. Morbum in Hiſpania epidemicum, malignum, deſcribit.

ALEXANDER BENEDICTUS, cujus inter obſervationum ſcriptores continuo nomen redibit, Veronenſis, Medicus per multos annos caſtrenſis, in exercitu Italo medicinam fecit, qui cum CAROLI VIII. exercitu (in quem lues venerea irrepſerat) ad Tarum fluvium conflixit anno 1495. In variis libris ſuis docte & fideliter de novo morbo ſcripſit, meminit gonorrhœæ, ſalivationem, quæ mercurio excitetur, non ignoravit.

JOH. ALMENAR *libellus de morbo Gallico*, Venet. prodiit 1502. 4. PLATN. Papiæ 1516 fol. LIND. ſuſpicatur ASTRUC, exſcriptum eſſe ex. J. BENEDICTO, non bene certe, cum ALMENARIUS viginti fere annis prius ſcripſerit.

JOSEPH GRUNSPECK *tractatus de peſtilentiali ſcorra ſeu malo di Frantzos originem ejuſque remedia continens* 1496. 4. (teſte J. ASTRUC qui inutilem Librum eſſe dicit) recuſus cum titulo J. G. *de mentulagra ſeu morbo regio*, Venet. 1502. 4. *

WENDELINI HOCK DT BRAKENAU *mentagra* ſive *tractatus de cauſis præſervativis, regimine & cura morbi Gallici vulgo mali Frantzos*, Venet. 1502. 4. 1514. 4. Lugduni 1529. ASTR. Morbum deſcripſit, multum uſus TORELLA, & interruptas inunctiones primus laudavit.

JACOBI CATANEI *Tractatus de morbo Gallico* ſcriptus ante annum 1505. & recuſus in LUISINI collectione, pro eximio habetur a CL. ASTRUCIO, qui primus accurate mercurii uſum deſcripſerit.

SEBASTIANI AQUILANI *epiſtola qua morbi Gallici interpretatio & cura continetur*, Lugdun. 1506. 4. Bonon. 1517. 8. & cum GATINARIA, Baſil. 753.1 fol. Contendit luem eſſe veterum elephantiaſin.

ANGELUS BOLOGNINUS ex oppido prope Patavium natus, Medicus & Chirurgus, *de cura ulcerum exteriorum, & de unguentis de quorum numero nonnulla in morbum Gallicum adjecta ſunt*, Bonon. 1514. 4. Unguenta mercurialia jam pro confirmata fuſe deſcribit administrationem hujus præſidii explicat.

JACOBUS BERENGARIUS Carpenſis nihil de lue Venerea ſcripſit, habetur autem vulgo pro inventore inunctionis mercurialis, quæ quidem fama non levi FALLOPPII teſtimonio nititur. Repugnat equidem JOHANNES ASTRUC, cum omnino multi vetuſtiores Auctores id reme-

id remedii genus propoſuerint. Verum BERENGARII ætatem non ſatis novimus. Cum enim anno 1507. operationes Chirurgicas ipſe ſuſceperit, non adeo multo ſerius inclaruiſſe adparet, quam primi unguenti mercurialis deſcriptores.

NICOLAI POLL *de cura morbi Gallici per lignum Guayacanum*, Venetiis 1535. ſcriptus anno 1517. laudat id lignum, & experimenta adducit. ASTR.

LEONHARDI SCHMAUSS *lucubratiuncula de morbo Gallico & cura ejus noviter reperta cum ligno indico*, Aug. Vind. 1518. 4. ASTR. Idem lignum laudat.

ULRICI DE HUTTEN *de Guajaci medicina & de morbo Gallico*, Moguntiæ 1519. 4. Morbum ex propria experientia deſcripſit, quem miſerrimum paſſus erat, ſepties mercuriali inunctione adminiſtrata, & ſanatum ſe credidit uſu Guajaci, eamque laudem huic ligno in eo ipſo libello tribuit. ASTRUCIUS, acris adverſarius Guajaci, refutat id teſtimonium, & minime fidelem ſanationem fuiſſe, nobilemque eum virum, triennio poſt libelli editionem, periiſſe ex eo ipſo morbo oſtendit pag. 360. Libellus Anglice verſus a THOMA PAYNEL prodiit 1540. 4. EJUSDEM ULRICI exſtat *febris* I. & II. Dialogi Mogunt. 1520. 4.

Libellus novus de cauſis & curatione peſtilentiæ ad præſervationem ſimul ac curam ejus mali optime utilis, Cracov. 1521. 4. 1522. 8. quem JOHANNI BENEDICTO tribuit CL. ASTRUC & *Regimen de novo & prius Germaniæ inaudito morbo quem paſſim Anglicum ſudorem, alii Gurgulionem vocant*, Cracov. 1530. 8. PL. Mitiorem jam luem fieri, teſtatur, linimentum mercuriale laudat.

JACOBI DE BETHENCOURT *nova pœnitentialis quadrageſima, nec non purgatorium in morbum Gallicum ſive venereum*, Pariſ. 1527. 8. Gonorrhæam primus deſcribit. ASTR.

LAURENTII PHRISII *Epitome opuſculi de curandis puſtulis, ulceribus & doloribus morbi Gallici aliis Franzoſs appellati*, Baſil. 2532. 4. PL. Parvi momenti. EJUSDEM *Sudoris Anglici exitialis peſtiferi morbi cauſa, præſervatio & cura*, Argentin. 1529. 4. *

NICOLAI MASSÆ, celebris alias anatomici, Liber *de morbo Gallico*, Venet. 1532. & 1536. 4. & 1563. 4. auctior tractatione *de vi ligni indici, de cognitione ſalſaparillæ, de radicibus Cynæ, & horum uſu & de caſu capillorum & dentium*, &c. (RIV.) EJUSDEM *de febre peſtilentiali, petechiis, morbillis, variolis, apoſtematibus peſtilentialibus*, Venet. 1540. 4. * RIV. Eximias & magnas laudes meritus ab ASTRUC, ob ſua in hiſtoriam venereæ luis merita, uti olim A. LUILINUS non alium potiorem Medicum invenit, cui dicaret collectionem ſuam. Unctionem mercurialem pro vero & ſolido luis remedio deſcripſit, & in *Epiſtolis* ſuaſit interpolatam illam inunctionum repetitionem, quæ nunc quam maxime in omnium ore eſt.

Anno 1536. Lugduni in 8. prodiit morbi Gallici *curandi ratio exquiſitiſſima*, qua PETR. ANDREÆ MATTHIOLI, JOH. ALMENAR, NICOLAI MASSÆ, NICOLAI BOLL, BENEDICTI de VICTORIIS & ANGELI BOLOGNINI ſcripta continentur.

HIERONYMI FRACASTORII *Syphilidem*, Veronæ 1530. 4. PL. excuſam vel ideo cito; quod magni viri pro nobiliſſimo poëmate habeant. Hinc nuper Londini recudi meruit 1747. 4. & a PETRO BELLI, ANTONIO TIRABOSCO & SEBASTIANO de ANTONIIS tribus diverſis verſionibus Italice redditus eſt, quæ Neapoli 1731. 8. tum Veron. 1739. 4. & Bononiæ 1738. 4. excuſæ ſunt Carmina etiam Patavii conjuncta prodierunt 1739. 5. EJUSDEM L. III. *De contagione & contagioſis morbis* prodierunt, Venet. 1546. 4. Lugd. 1554. 8. Peſtem, luem veneream, & alium morbum novum, petechialem nempe febrem, deſcribit, quam aceto & hujuſmodi acidis ſuccis, ſed etiam ſuo *diaſcordio* expugnare vult. De *diebus criticis* etiam acute ſcripſit, quos ſubtiliter explicat ex motu humorum morboſorum, quorum cuilibet ſuus dies concoctionis ſit, &c. Opera omnia Venet. 1555. 4. & 1574. 4. prodierunt. Mihi editio eſt Genevenſis 1637. 8.

Non ultra pergam, ſed reliquos, graves viros, ſuis locis laudabo, cum in primis J. FREIND diſerte negaverit poſt annum 1560. aliquem de lue Venerea ſcriptorem exſtare, qui prioribus inventis multum adjecerit *hiſt. med.* pag. m. 329. Quos autem hactenus dixi, ii collecti habentur (ALEXANDRO BENEDICTO & BOLOGNINO excepto) in *collectione ſcriptorum de morbis Venereis* quam Venet. anno 1566. & 1567. duobus in fol. vol. recuſis anno 1599. edidit ALOYSIUS LUISINIUS, iterumque typis edi fecit HERMANNUS BOERHAAVE, Leidae 1728. fol. cum titulo *Aphrodiſiaci* ſive *de lue Venerea in duos tomos bipartiti*.

partiti. Monet ASTRUCIUS multos ſcriptores mutile recenſeri, fere omnium præfationes & titulos annoſque, quibus primum prodierunt, refectos eſſe, neque ordinem temporum obſervatum, neque omnes ante LUISINUM ſcriptores collectos, multo minus recentiores ſuppletos eſſe.

PETRI DE ABANO L. *de Venenis*, Mantuæ 1473. 4. HARL. Venet. 1548. fol. In compilatione tamen etiam ſuas nonnullas obſervationes habere reperi.

SANTIS DE ARDOYNIS *de Venenis*, Venet. 1492. 4. HARL. Baſil. 1562. fol. cum FERDINANDI PONZETTI *ejuſdem generis commentario*. SANTIS opus compilatio eſt ex Græcis & Arabibus, per ſingula venena, ſatis fuſa. Brevior alter, neque abſque ſua obſervatione, ut in cap. *de elleboro* & alibi.

MARSILII de S. SOPHIA *Tractatus de febribus ſuper* I. *Fen*. IV. AVICENNÆ Lugd. 1508. PL.

ANTONII BENIVENII *de abditis & mirandis morborum & ſanationum cauſis*, Flor. 1507. 4. (ASTRUC.) Baſil. 1529. 8. cum SCRIBONIO LARGO, & cum *comment*. R. DODONÆI *ad obſervationes*, Colon. 1581. 8. Amſtelodami, ſive Harderovic. 1621. 8. Pro primo obſervatore cauſarum morbificarum a COCCHIO habitus eſt *de uſu art. anat.* pagin. 29. Sed jam GALENUS propriam ſimiam incidit, ut morbi cauſam diſceret, & ÆGYPTIOS REGES citavimus, & arietis exemplum notum eſt, PERICLIS tempore nati, cujus fabricam ANAXAGORAS exciſo cranio eruit. Scripſit autem BENIVENIUS obſervationes 117. inter quas etiam cadaverum ſectiones ſunt, & morbi rari, veteribus vix noti, & calculus veſicæ felleæ, abſceſſus meſenterii, &c. Aliqua vana & ſuperſtitioſa miſta ſunt. Luem Veneream pro antiquo morbo habet, & lapſus eſt CL. ASTRUCIUS, quando ait, pro novo morbo a BENIVENIO declarari. Nam manifeſto ad mentagram & lichenes veterum refert. Unctiones refutat.

ANTON. BENIVENIUS Baſil. prodiit primum 1528. fol. cum APULEIO, deinde anno indicato.

PETRI DE BAYRO *de peſtilentia ejuſque curatione*, Turin. 1507. 4.

LUDOVICI BONACIOLI *Enneas muliebris*, morbos etiam mulierum habet.

JOH. VOCHS *de peſtilentia anni præſentis & ejus cura*, Magdeburg. 1507. 4. ASTR. EJUSD. *opus aureum de omni peſtilentia & de diuturna peſte morbi gallici per* J. DRYANDRUM *repurgatum*, Colon. 1537. 8.

PHILIPPI BEROALDI *de terræ motu & peſtilentia*, Argentor. 1510. 4. *

HENRICI STROMERI *adverſus peſtilentiam obſſ. recens editæ*, Lipſ. 1516. 4. RIV.

PETRI ANTONII RUSTINI *tabula de peſte, peſtilenti febre, igne perſico*, Papiæ 1521. fol. *

ANTONII FAVENTINI *de materia febrium*, Venet. 1523. fol.

PHILIPPI ULSTADII *de epidemia*, Baſil. 1526. 8.

JANI CORNARII *de peſte* L. II. Baſil. 1526. 8.

SIMONIS RICHINI *de ἱδροπυρέτῳ* ſive *ſudatoria febris curatione*, Colon. 1529. 4. *

JACOBI CASTRII *Ep. de ſudore epidemico quem Anglicum vocant*, Antwerp. 1529. 8. *

HIERONYMI AURIMONTANI *perhorrendæ peſtilentialis ephemeris quam falſo ſudatoriam luem vocant curandi ratio*, Cracov. 1530. 8. PL.

JOACH. SCHILLER *de peſte Britannica commentariolus*, ac AL. BENEDICTI *de obſervatione in peſtilentia Libellus*, Baſil. 1531. 8. PL. *

J. PETRI ARLUINI *de febre quartana commentarius*, Mediol. 1532. fol.

LAURENTII RUSII *hippiatricon* Lutet. 1532. fol. *

ALEXANDRI BENEDICTI *de omnium a capite ad calcem morborum ſignis, cauſis, differentiis, indicationibus & remediis* L. XXX. Venet. 1533. fol. Baſil. 1539. 4. 1549. fol. Equidem anatomen, praxin, & inprimis aliorum ſcriptorum lectionem in hoc vaſtum opus congeſſit, obſervationes tamen paſſim, ut plurimum expertus in vulnerum & ægritudinum curationibus, raras admiſcuit, quarum aliquas excerptas dedit editor obſſ. DODONÆI. Lib. *de obſervatione in peſtilentia* BENEDICTI prodiit, Venet. 1493. 4.

JOHANNIS PASCHALIS Lib. *de morbo quodam compoſito qui vulgo apud nos gallicus appellatur*, Neapoli 1534. 4. ASTR.

ALEXANDRI DE VICENTINIS *de foco putridarum febrium continuarum apologia pro* GALENO, Veron. 1535. 4. RIV.

MENGHII BLANCHELLI *de morbis a capite ad pedes*, Venet. 1536. Lib.

HIER. ACCORAMBONI *de catarrho*, Venet. 1536. 8.

HUBER-

HUBERTI BARLANDI de.. AND. HELLI BARLANDI *mortis genere..de fluxum ventris & hæmorrhoidum generibus....& in* PAULI AEG. *cap. de hæmorrhoidibus*, Antwerp. 1536. 8. *

ALFONSI FERRI L. IV. *de ligni ſancti multiplici medicina & vini exhibitione*, Rom. 1537. 8. Deſcribit luem Veneream. Gallice prodiit 1540. 12. (ASTR.) & Germanice vertente G. H. RYFF (ſed Auctoris nomine male omiſſo) Argentorati 1541. 8. ASTR.

JOH. ANTONII ROVERELLI *de morbo quodam Paturſa affectu* 1537. 8. ASTR.

THOMÆ PHILOLOGI *Mali Gallici ſanandi, vini, ligni & aquæ, unctionis, ceroti, ſuffumigii, præcipitati ac reliquorum modi omnes*, Venet. 1538. 4 RIV.

PETRI JACOBI TOLETI *de morbis puerorum*, Lugdun. 1538. 8. *

HIPPOLYTI BRILLI DE LENDENERIA *Opuſc. de vermibus in corpore humano genitis*, Venet. 1540. 8. RIV.

Anno 1540. 8. Pariſiis prodiit collectio in qua habentur GATENARIA *de curis ægritudinum*. BLASIUS ASTARIUS & LANDULPHUS *de febribus*. SEBASTIANUS AQUILANUS *de morbo gallico & febre ſanguinis*.

Collectio, quæ dicta eſt anno 1540. 8. Pariſiis prodiiſſe, in qua GATENARIA, ASTARIUS, &c. habentur, prodiit etiam Baſileæ 1537. fol.

SEBASTIANI AUSTRII *de infantium ſive puerorum morborum ac ſymptomatum dignotione & curatione Liber ex Græc., Latinorum & Arabum placitis compilatus*, Baſil. 1540. 8. Lugd. 1549. 12. PL.

GEORGII AGRICOLÆ *de peſte* Lib. III. Baſil. 1540. 8.

MATTHIÆ THEODORI MELANELLI *de melancholia ſive atra bile commentaria*, Antvverp. 1540. 4. LIND.

REMACLI FUCHSII *morbi hiſpanici, quem alii gallicum, alii neapolitanum appellant, curandi per ligni indici quod Guajacum vulgo dicitur decoctum exquiſitiſſima methodus*, Pariſiis 1541. 4. PL.

J. BAPTISTÆ DE CAVIGIOLIS *de morbis novis cum aliquot paradoxis*, Pictav. 1541. LIND. *

ANDREÆ A LACUNA *compendium curationis præcautioniſque morbi paſſim populariter graſſantis, h. e. vera & exquiſita ratio noſcendæ, præcavandæ & propulſandæ febris peſtilentialis*, Argent. 1542. 8. RIV. EJUSD. Lib. *de articulari morbo*. Rom. 1551. *

GUL. INSULANI MINAPII *Encomium febris quartanæ, acceſſit ejuſdem curandæ exactiſſima ratio....* Baſil. 1542. 8. RIV.

NICOLAI ROCHEI *de morbis muliebribus curandis*, Pariſiis 1542. 12. Baſil. 1566. 4. in collectione SPACHII recuſus exigui momenti.

Medicina de' Cavalli compoſta da diverſi antichi ſcrittori, e dal Greco tradotta, Venetiis 1543. 8. *

JOH. KUEFNER *Trochorei de peſte libellus*, Ingolſtad. 1544. 8.

MICHAELIS ANGELI BLONDI *de criſi & diebus decretoriis*, Rom. 1544. 4. *de maculis corporum* ibid. eod. anno *de morbis puerorum*, Venet. 1539. 4. LIND. EJ. *de origine morbi Gallici deque ligni indici ancipite proprietate*, Venet. 1542. 8. Morbum antiquum eſſe, &c.

LEONELLI FAVENTINI *de* VICTORIIS *de ægritudinibus infantum: & Tractatus de febribus & hyſtericis affectibus*, Ingolſtad. 1544. 8. LIND. Laudat CORINGIUS. EJUSDEM *de ægritudinibus infantum Tractatus* cum appendice G. KUEFNERI, Venet. 1557. 8. PL.

ALOYSII LOBERA *de las quatro enfermidades corte ſanas Catarrho, Gotta, mal de piedra, y mal de Buas*, Tolet. 1544. ASTR.

GERHARDI BUCOLDIANI *de puella quæ ſine cibo & potu vitam tranſigit*, Pariſ. 1547. 8. *

HIERONYMI GABUCCINI *de lumbricis alvum depopulantibus*, Venet. 1547. 8. Lugd. 1549. 12. quem Librum ex VALISNERIO video non inutilem neque abſque obſervatione eſſe, cum cucurbitinorum faſciam minime ignoraverit. EJ. *de podagra* ibid. 1569. 4. EJUSD. *de morbo comitiali*, Venet. 1561. 4. Ad Praxin inprimis reſpexit.

HIER. GABUCCINI citatum librum nunc legi & ſupra ingenium ſeculi ſcriptum atque obſervationibus plenum reperi, editionem nempe Lugd.

JOHANNES FERNELIUS, Claromontanus, etſi Ambianum ſe vocat, natus ſub finem ſeculi XV. mathematum peritus, RIOLAN. pag. 789. Medicus feliciſſimus, pathologiæ poſt GALENUM primarius auctor fuit, a quo paſſim auſus eſt diſſentire, vir magnus etiam

hoc noſtro ævo. Ejus exſtant Libri II. *de abditis rerum cauſis*, Pariſ. 1548. fol. 1560. &. Prior Liber nihil ad nos facit. In II. Libro neſcio quæ in homine divina facit, Spiritus animales & alia. Plurimas occultas rerum cauſas eſſe recte docet, & digeſtionem ciborum male per calorem explicari oſtendit, & alia in hunc modum. Deinde novos partium ſimilarium morbos addidit GALENICIS, nempe totius ſubſtantiæ. Hæc dum fuſe explicat, partem tradit pathologiæ univerſalis, & morbos epidemicos & contagioſos deſcribit, quos ad morbos totius ſubſtantiæ revocat. Magicos morbos defendit. Febres aliud a putredine diverſum principium habere demonſtrat. Obſervationes raras interſpergit, v. gr. oſſium emollitorum. *Commentarios* in hoc opus & *progymnaſmata* ſcripſit JACOBUS AUBERTUS, Baſil. 1579. 8. EJUSDEM FERNELII *Pathologia* Libri VII. prodierunt, Pariſ. 1554. fol. Egregius labor, inprimis Libri poſteriores, quibus multæ peculiares obſervationes continentur ex inciſis cadaveribus ſumtæ. Hic polypos cordis reperias, & aneuryſma aortæ, ſcirrhos œſophagi, polypos inteſtinales, & calculos. Vomitus ab incurvata cartilagine enſiformi (etſi coſtam vocat), Pancreas pro frequente ſede diuturnorum morborum poſitum, &c.

De luis Venereæ curatione perfectiſſima, Antvverp. 1579. 8. Gallice Pariſiis 1633. 8. In mercurium iniquior, favens Guajaco.

Omnia opera collecta habeo & edita, Ultraject. 1656. 4. cui editioni HEURNII utriuſq; & aliorum obſervationes adjectæ ſunt, & interpoſita varia, quæ videbantur lacunas FERNELII replere.

JASONIS PRATENSIS *de uteri morbis*, Baſil. 1549. 8.

PAMPHILI FLOREMBENI *collectanea de febribus*, Venet. 1550. 8.

BENEDICTI VICTORII *de morbo gallico* Liber. Acc. Lib. *de curatione pleuritidis per ſanguinis miſſionem ad* HIPP. & GAL. *ſcopum*, Florent. 1551. 8. In priori Libro gonorrhϾ meminit, luem abſque contagio concipi credidit, guayacum pro ſpecifico extulit.

JOH. RODERICUS, vel abſque iis nominibus AMATUS LUSITANUS, (nam ita plerumque ſuos Libros inſcripſit) edidit Florentiæ 1551. 8. & Romæ, Venetiis, &c. ſequentibus annis *Curationum medicinalium Centurias* VII. quæ ſæpe conjunctæ recuſæ ſunt, & mea quidem editio Burdigalæ prodiit 1620. 4. Judæus, primum clanculum, ultimo manifeſto, ſatis in HIPPOCRATE, GALENO & ARABIBUS verſatus, obſervationes curationum & morborum rariorum, Chirurgicas etiam & phyſiologicas, non certe abſonas nec inutiles propoſuit. Salmanticæ in juventute Chirurgiam exercuerat, in Noſocomio, cui præfectus erat.

J. HENERI *de triſtiſſimo peſtilentię morbo*, Pariſ. 1551. 12. *

RAIMUNDI CHALIN DE VINARIO Lib. *de peſte pure latinitate donatus a* DALECHAMPIO, Lugduni 1552. 16. LIND.

THIERRI DE HERY *la méthode curatoire de la maladie vénérienne, vulgairement appellée groſſe Vairole, & de la diverſité de ſes ſymptomes*, Pariſiis 1552. 8. 1634. 8. Pro bono compilatore Italorum habet ASTRUC.

PETRI HASSARD *morbi Gallici compendioſa curatio*, Lovan. 1544.

AUGERII FERRERII *de pudendagra gravi lue hiſpanica* Lib. II. Toloſ. 1553. 12. Antvv. 1564. 8.

P. SIBYLLINI Lib. *de peſte*, Prag. 1554. 4. 1564. 4. LIND.

JACOBUS SYLVIUS *de febre commentarium* edidit, Venet. 1555. 8. & *de peſte & febre peſtilentiali* Libellum, Pariſis 1557. 16. *& de ſudore anglico* & *methodum ſex Librorum* GALENI *de differentiis & cauſis morborum & ſymptomatum*, Pariſis 1539. Venet. 1554. 8. 1561. 8. Sed ea omnia antiquo more, & ſolæ theoriæ Galenicæ ſunt.

J. B. MONTANUS Veronenſis, celebris ſuo tempore pathologus & practicus, antiqui ſaporis & qui in theoriis ſibi placuerit. EJUS *conſultationes de rariorum morborum curationibus* prodierunt Baſil. 1537. 8. & Norimb. 1559. fol. & alias. *Opuſculæ de febribus & affectionibus uteri* prodierunt Venet. 1554. 8. & poſterius, Pariſ. 1557. 16. & in *Gynaciis Lectiones in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos*, Venet. 1555. 8. *de cauſis & accidentibus, pulſibus & urinis*, ibid. 1557. 8.

Libri duo *de excrementis, fæcibus, urinis* & *de morbo Gallico*, Patav. & Venet. 1554. 4. Novum morbum eſſe utique ex India advectum docet, mercurium nocere, unam antidoton in Guajaco poni.

NICOLAI MACCHELLI *Tractatus de morbo Gallico*, Venet. 1555. 8. parum laudatus ASTR.

BASSIANI LANDI *de origine & cauſa peſtilentiæ Patavinæ* 1555. Venet. 1555. 8. RIV.

JAC.

JAC. SYLVII & CAMILLI THOMA Lib. *de febribus*, Venet. 1555. 8.

SEBASTIANI PAPARELLÆ *de catharro*, Lib. II. Venet. 1556. 4. Lib. II. *de catharro nunc magna diligentia recogniti*, Papiæ 1562. 8. GALENUM ſequitur & ſcholas, catharrique vias a cerebro ad fauces, pulmonem, cor & inteſtina perſequitur. Calidum & frigidum dari, & diverſas curationes requirere credit, vane aſtrologus, exemplo p. 116. ubi diſtillationes epidemicas ad prava ſidera in ſigno piſcis refert.

VICTOR DE BONAGENTIBUS *de peſte problemata* X. Venet. 1556. 8.

LUDOVICI PASINI *de peſtilentia Patavina anni* 1555. Patav. 1556. 8. LIND.

J. FRANCISCI BOCHALINI *de cauſis peſtilentiæ Venetæ*, Venet. 1556. 8. LIND.

In ANTONII GALATEI Libro *de ſitu Japigiæ*, Baſileæ 1556. 8. excuſo & in GRÆVII collectione denuo edito reperio hiſtoriam Urocolarum, ut vocat, ſive *Vampyrorum*, ut nuper dicti ſunt; ſanguinis nempe ex ore hominum acuta febre exſtinctorum poſt mortem exundantis. Ipſe jam GALATEUS fabulam rejicit p. 31. edit. GRÆV. n. 117. ſeqq. Eam cum nomine *Zorzolacarum* in itinerum T. I. c. 63. etiam THEVENOTIUS habet, & in itinere ſuo Orient. TOURNEFORTIUS.

JOH. CAII Britanni *de ephemera britannica*, Lovan. 1556. 8. Londin. 1721. 8. Egregius Liber ut ipſe Auctor ex doctiſſimis ſui ævi fuit. Deſcriptionem continet febris ſudatoriæ, quæ eo tempore in Europa ſæviit.

JOH. ARGENTERII numeroſos Libros, ex magna parte pathologicos, eo brevius recenſebo, etſi ingenioſi & acuti viri ſint, quo inutiliores noſtro ſeculo eæ quæſtiones ſunt, de quibus eo tempore ſeveriſſime inquirebatur. Deinde JOHANNEM infelicem & exoſum practicum fuiſſe, manifeſta exſtant teſtimonia. Scripſit autem de *morbi generibus* Lib. I. *de differentiis* Lib. I. *de cauſis* Lib. III. *de effectibus* Lib. II. *de temporibus* Lib. I. *de ſignis* Lib. IV. omnes Florentiæ prodierunt 1556. fol.

PETRI JACOBI ZOVELLI *de peſtilenti ſtatu*, Venet. 1557. 8. L.

JACOBI PELLETARII *de peſte compendium*, Baſil. 1557. 8.

JOH. SYLVII *de morbo articulari* acc. *Tractatus de morbo gallico*, Lovan. 1557. 8.

PHIL. MICH. NOVENIANUS *von den boſen bauchflüſſen und durchlauff, ur ſprung, urſaben und erkäntnüſs und wie ſie zu curieren* nempe, de dyſenteria, Wittemberg. 1558. 4. PL.

JAC. PACINI *de tenuis humoris febrem facientis ante purgationem peractam incraſſatione* &c. Venet. 1558. 4.

HIERONYMI MONTUI *Haloſis febrium* L. IX. EJ. *mali venerei curationes: & de febribus infantum*, Lugdun. 1558. 8.

JAC. SCHEGK *de cauſa continente medicorum*, Baſil. 1559. 8.

PIETRO ROSTINIO *tratt. del mal franceſe, nel quale ſi diſcorre ſopra* 234. *forti di eſſo male a quante vie ſi può prender e cauſare e guarire ed evidentemente ſi moſtra, chi ha il mal gallico, e chi no, con veri ſigni e prognoſtici*. Ven. 1559. 8. Compilavit, & maxime ex BRASSAVOLA, neque ipſe diffitetur. Germanice vertit L. van HOERNICK & Francofurti 1728. 8. edidit.

JODOCUS LOMMIUS *Medicinalium obſervationum* Libros III. edidit Antverp. 1560. 8. Sæpe recuſos & nuper Amſtelodami 1720. 8. Deſcriptiones ſunt morborum in univerſum, non id, quod vulgo obſervationes vocant, more veterum diligenter & ſolicite conſcriptæ, cum ſignis & præſagitionibus. EJUSDEM Lib. *de curandis febribus continuis*, Antverp. 1563. 8. alibi laudabitur.

JOD. LOMMII *obſervationes medicæ* Amſtelodami prodierunt etiam 1738. 8. EJUS vero Lib. *de curandis febribus continuis* exſtat etiam Amſtelod. 1733. 8. &c.

JOH. STUBING. *de peſtilentia* Lib. III. *cum Lib. de Venenis*, Vien. 1561. 8.

J. B. PELLEGRINI *de cauſa continente deque morbo fiente*, Bonon. 1561. 4. EJUSD. *de ratione cognoſcendi ſigna & cauſas morborum*, ibid. 1563. 4.

J. LONÆI BOSCII *de peſte* Lib. Ingolſtad. 1562. 4.

SIGISM. KOHLREUTER *Tr. de arthritide*, Weiſſenfels 1563. 4. 1574. 8. LIND.

In hæc tempora & paulo priora incidit PARACELSUS, natus in pago Gaiſs Abbatiscellanorum, ex familia *Hohiner* etiamnum ſuperſtite. Novas is morborum aſtrales, tartareas & chemicas theorias introduxit, quibus nova & contraria priori praxis ſuperſtructa eſt. EJUS plurimi Libelli pathologici ſunt. Lib. *de cauſis ſignis, & curationibus morborum ex Tartaro* opera ADAMI a BODENSTEIN, Baſileæ 1563. 8. prodiit, qui non diſplicuit SCHELHAMMERO,

Von

Von der bergſucht Lib. III. ſive de morbis eorum qui metalla effodiunt Dilling. 1567. 4. *Drey nutzliche bucher von der franzoeſchen Kranckeit* (de lue Venerea) Noriberg. 1565. 8. EJUSD. *von urſachen und herkommen der kranckheit wie auch von unſichtbahren kranckheiten*, Colon. 1565. EJUSDEM defenſiones contra æmulos ſuos de morbis tartareis, Colon. 1573. EJUSD. *tract. von der poſt cum comment.* JOBI KORNTHAVER, Francof. 1640. 4. De his quidem Libris nihil addo, neque merentur. Sed omnino monendum eſt, hunc hominem ejuſque ſequaces, aliosque Chemicæ ſectæ homines, pathologiam pene peſſumdediſſe, atque antiquam empiriam revocaſſe; cum neglecta morbi hiſtoria, ſignorumque ſtudio, confidentiſſime ſuis vehementibus medicamentis rem omnem abſolvere ſperarent, unde in pleraque ſcripta, & Germanica maxime, negligentia pathologiæ manavit.

JOHANNIS CORNICII *de peſtifera contagione*, Wormatiæ 1563. 8.

GABRIEL FALLOPIUS magnus, uti notum, Chirurgus & practicus non mediocris, obſervationes ex anatome practica paſſim habet, ut hydropis thoracis *de ven.* Obſ. 7. &c. Sed *de morbo Gallico* poſthumus Venetiis prodiit an. 1564. 4. & 1574. 8. Ex omninm optimis ſcriptoribus liber, etſi Guajaco faventior & iniquior in Mercurii uſum.

ANTONII FRACANTIANI *fragmenta de morbo Gallico*, Bonon. 1563. 4. & cum Lib. FALLOPII *de morbo Gallico*, Bonon. 1564. 4. 1574. 8. Parum mutatus. Negat decoctum Chinæ quidquam poſſe, gujaci vires vindicat, & contactu innocuo docet concipi luem.

LEVINUS STEMLER *von der peſtilenz aus des* PARACELSI *Buch gezogen*, Straubingen 1633. 8. * Admirator PARACELSI.

SEBASTIANI MARCELLANI *prælectiones de differentiis & cauſis morborum*, Patav. 1564. 16. LIND.

LEONHARDI JACCHINI *comm.* in Lib. IX. RHAZIS *de partium morbis*, Baſil. 1564. 4. LIND.

REMIGIUS MELIORATUS *de putredine adverſus* ARGENTERIUM. Venet. 1564. 4. *

FERD. CASSANI *quæſt. med. quod tertiana exquiſita non ſit morbus acutus* contra recentiores medicos; Venet. 1564. 8. UFF.

FER. CASSANI l. c. maxime contra ALTIMARUM & MOLAM ſcriptus eſt.

MATTHIÆ CORNACIS *hiſtoria aliquot geſtationis in utero fetus mortui*, Baſil. 1564. 4. Memorabiles hiſtoriæ fetuum diu in utero latentium, una propria, cum cæſarea ſectione alia ſimilis GASSERI, tertia etiam communicata ab amico.

BERNARDI DESSENII, a patria CRONENBURGII dicti, *de peſte commentarius aureus*, Colon. 1564. 4. RIV.

JOH. GUINTERII Andernacenſis, Pariſini Profeſſoriis, *Comment. de peſtilentia*, Argentor. 1566. 8. Germanice 1564. 4. EJUSDEM *Gynæcia* edita a J. G. SCHENK, Argentor. 1606. 8.

ANDREÆ GALLI *faſciculus de peſte & peripneumonia peſtilentiali cum ſputo ſanguineo, febre peſtilentiali*, &c. Brix. 1565. fol. Francof. 1606. 8.

Cum C. GESNERI Lib. *de foſſilibus* exſtat J. KENTMANNI Lib. *de calculis qui in corpore & membris hominis generantur*: per vera experimenta natus.

BARTHOL. WAGNER *nutzliche unterrichtung von der peſtilenz*, Francof. ad Od. 1565. 4. RIV.

CASP. PEUCERI *Commonefactio de peſte quæ late per Europam vagatur*, Witteberg. 1565. 8.*

EJUSD. *de morbis contagioſis*, *de ſcorbuto*, *de utero*, *de deſtillationibus ex capite*, *de evacuationum generibus*, Witteb. 1574. 4.

In CASP. PEUCERI ibi citati Libro de divinatione magna pars pathologiæ continetur Witteb. 1512. 8.

H. GRATAROLI *de peſte*, Baſil. 1565. 8. *

PHILIPPI BORGARUCCII *de peſte*, Venet. 1565. 8. EJ. *de lue Gallica* 1566. A. Guajacum laudat.

LEONHARDI BOTALLI *de fungo ſtrangulatorio*, *catarrho & lue venerea*, Lugdun. 1565. 16. In illa mercurium tuetur, & proprias obſervationes proponit. Lib. *de luis venereæ curandæ ratione* prodiit ſolus, Pariſiis 1563. 12. ASTR.

J. FRANCISCI ARMA *examen trium ſpecierum hydropis*, Turin. 1566. 8. EJ. *De pleuritide* L. ibid. 1549. 8. EJ. *de veſica & renum adfectibus*, Brugellæ 1550. 8. * LIND.

AN-

ANDREAS VESALIUS ſparſas habet ex ſectis corporibus obſervationes morborum, & B. EUSTACHIUS ſincere fatetur, ſibi valde nunc pœnitendum videri, quod in tanta opportunitate in morborum cauſas inquirere neglexerit *Opuſcul.* p. 14. 143. EJUD. EUSTACHII Lib. *de multitudine*, Venet. 1566. 4. & Leid. 1746. 8. Præter theoriam more veterum obſervationes raras ſparſas habet, & manifeſtam Auctoris reſipiſcentiam, qui in ſenio GALENI hiatus & vitia pervidere didicit.

JANI MATTHÆI DURASTANTIS *an dæmones ſint morborum cauſa: an rhabarbarum ob dyſenteriam & dyſenteriam ob adſtrictionem ſit conburendum*, Venet. 1567. 8.

LAURENTII JOUBERTI *Paradoxa*, ſeu de febribus, Leid. 1556. 8. & eorum defenſio contra BRUNONEM SEIDELIUM ſub titulo *provocacionis a ſententia* B. SEIDELII *de peſte quartana, paralyſi*, Lugduni 1567. 8. EJ. *de variola magna* ſive craſſa EJUSDEM *de convulſionis eſſentia & cauſis, de uteri affectibus: de affectibus internis thoracis & aliis*, in collectione Operum. Non abſque obſervationibus ſcripſit. Inflammationem Meſenterii in Gangrænam abeuntis obſervavit.

JOH. HOFMANNI *de peſte*, Lipſ. 1567. 4.

JOHANNIS WIER, Clivienſis Ducis Archiatri *Obſervationum rararum* Lib. I. *de ſcorbuto, quartana peſtilentiali, angina, pleuritide, peripneumonia, hydropis curatione*, &c. Baſil. 1567. 4. Amſtelod. 1567. 12. Utilis liber. Quartanam ſenes ſæpe necare obſervat. Hydropem expugnat gratiola. Umbilicum nonnunquam ſponte rumpi obſervat. Suas de atretis obſſ. aliquot habet: tum de gangrænis ex eryſipelate, &c. EJUS Lib. *de præſtigiis dæmonum*, Baſil. 1564. 8. huc utcunque recenſere poſſis, cum nimiam in magicis morbis credulitatem redarguerit. EJSUDEM *Arzneybuch von den Scheurbauch, von den Vahren Dracuntiis oder durren Maden und Nachtgriff: von den franzoſen ... von peſtilenzialiſcher pleureſie und Squinancia: von der peſtilenziſchen algemeinen durch ganz Europa an.* 1580. *wuenden Krankheit: von der Engliſchen Schweiß: von der roſen oder Rohtlauff: von Iliaca, Grieſs und aufſteigung der Bahrmutter: neu vermehrt*, Francofurt. 1588. 8. Hiſtoriam habet ſcorbuti, arthritidis ſcorbuticæ, luis veneræ, pleuritidis & peripneumoniæ, catharri epidemici, ſudoris anglici, volvuli, &c.

JOH. WIER etiam eſt *de ira morbo*, Baſil. 1577. 4.

NIC. RHODII *redargutio in* FER. CASSANUM *pro* ALTIMARO *&* J. ANDR. NOLA, *quæ* ALTIMARI *poſitio de tertiana exquiſita & de ſedimento celebratur, & quam plurimi apud* CASSANUM *errores manifeſtantur*, Venet. 1567. 8. *

GEORGII DORDONI *de morbi Gallici curatione* Tr. 4. Pap. 1568. 8. Obſervationes ex cadaveribus habet, viſa in lue oſſa brachii & calvariam carie eroſam, ulcera brachii, &c.

BERNARDUS TOLUTANUS in Lib. *de morbo Gallico* qui cum LUSINI collectione primum excuſus eſt, recte docet & novum morbum eſſe, & contagium a Venere provenire 12.

JUSTINIANI ARCELLA *de ardore urinæ & ſtillicidio ac de mictu ſanguinis non puri*, Patav. 1568. 8. LIND.

HIERONYMI CARDANI nonnulla ſunt ad morborum hiſtoriam ſcripta, ut Lib. *de cauſis, locis & ſignis morborum*, Bonon. 1569. Baſil. 1582. 8. *de venenis* 1564. fol. Patav. 1653. 4. & alia.

HIER. CARDANI Liber *de cauſis, &c. morborum* Baſileæ recuſus eſt 1707. 8. EJUS quidem *de venenis* Liber, eodem loco dictus, non perinde ut alii CL. VIRI labores placent. In *contradicentium medicorum* Libro II. plurima pathologica continentur, quæ GALENO plerumque oppoſita ſunt.

CORNELIUS GEMMA in *coſmocritica* non paucas obſervationes raras habet, & *in appendice* hiſtoriam peſtilentis hemitritææ.

ALEXANDRI TRAJANI PETRONII Lib. de morbo Gallico in collectione LUISINI. Morbum ſenſim mitigari obſervavit: oriri abſque contagio credidit: Mercurium nonniſi in morbo jam oſſa depaſcente & loco frigido admiſit: Petechia, anno 1563. primum in Italia apparuiſſe obſervavit.

JOH. FERRANDI *de arthritidis & lithiaſis ſede, ſive de renum & veſicæ calculi definitione*. Pariſiis 1570. 8. *de febribus* 1602. 12. ibid.

FRANCISCUS VALESIUS inter doctiſſimos GALENI interpretes fuit. Sed ea laus & una

nomen

nomen VALESII dudum evanuit. Scripſit *de urinis, pulſibus, febribus commentarium*, Com-plut. 1565. 8. Colon. 1592. folio.

HIERONYMI DONZELLINI *Epiſtola de natura, cauſa, & curatione febris peſtilentialis*; Venet. 1570. 4. L.

ODDI de ODDIS *de peſtis & peſtiferorum affectuum ſignis, præcautione & curatione* Lib. IV. Venet. 1570. 4. EJUSD. *de natura morbi*, Patav. 1589. 4. MARCI vero ODDI de ODDIS Lib. *de putredine germana eum nondum explicata Ariſtotelis & Galeni ſententia adverſus* ARGENTERII *apologiam* una, Venet. 1570. 4. editus eſt. EJUSD. MARCI ODDI Lib. *de morbi* natura & eſſentia, Pat. 1589. 4.

MARCUS ODDUS in Libro *de morbi natura & eſſentia* peſtem Patavinam anni 1555. deſcribit, neque coſtellationes innocentes eſſe paſſus eſt. Hiſtoria morbi non optima eſt. Neque plus boni ſucci eſt in Libro *de putredine*.

JACOBI GREVINI Lib. II. *de venenis*, Antverp. 1571. & Gallice 1568. 4. UFF. hic repetere ex phyſicis poſſumus, cum inter cauſas morborum ſint.

JOH. BRAVI *de hydrophobia natura, cauſis & medela* L. Salmanticæ 1571. 12. LIND.

JOH. ANTONII SARACENI *doctiſſimi viri Commentarius de peſte*, Genevæ 1571. 8. Lugduni 1572. 8. 1589. 8. & ſæpe alias recuſus.

JACOBI HOLLERII (HOULIER) Stempani, *de morbis internis* Lib. II. it. *de febribus & peſte*, Pariſ. 1572. 8. Lugd. 1588. in qua editione & Auctoris ſcholia & obſervationes habentur, & LUD. DORMTI & ANTONII VALESII citationes exſtant. Obſervationes HOLLERII imprimis laudem merentur, tum interſperſæ, tum 31. primo Libro ſubjectæ, ex propria praxi medica, neque raro ex inciſis cadaveribus natæ. Notum eſt cæterum ex reſtauratoribus doctrinæ Hippocraticæ fuiſſe. Commentarios in Aphoriſmos HIPP. alibi laudabimus. Commentarius in hos Libros quem LUDOVICUS DURETUS ſcripſit, Pariſiis 1611. 4. etiam prodiit.

BENED. PATINI *Opuſcula de re medica* Lib. III. *de venenis quæ in humano corpore fiunt*; ſive *de morbis peſtilentialibus* Ep. ſive *Comm. de natura & curatione febrium in quibus apparere ſolent pericula*, Brixiæ 1572. 8. RIV.

FRANCISCI VALERIOLÆ *Obſervationum medicinalium* Lib. VI. Lugduni 1573. fol. 1589. 8. RIV. Genev. 1605. 8. Eruditus vir, maxime in veteribus legendis verſatus, obſervationes morborum gravium plerumque ſanatorum, nonnunquam tamen etiam occumbentium ægrorum diſſectiones propoſuit.

LUDOVICI MERCATI Lib. *de febrium eſſentia, cauſis, ſignis, curatione & de febris maligna in qua macula rubentes pulicum morſibus ſimiles erumpunt per cutem*, Pinciæ (Valledolid) 1574. 8. L. Baſil. 1594. 8. EJUSDEM *de eſſentia caloris febrilis* adjecto priori Libro Valledolid. 1574. 8. fol. EJUSD. *de morbis mulierum* Lib. IV. Venet. 1587. 4. 1602. 4. EJUSD. *Gynæciorum* ſive *de morbis mulierum*, Madrit. 1594. fol. In operibus omnibus ſingulos fere morbos percurrit.

LUD. MERCATUS hic etiam dictus in *conſultationibus* ſuis morbum anginoſum bene deſcripſit, judice CL. FOTHERGILL.

JOH. PLANERII *diſſert. & ſolutionum* In Lib. III. GALENI *de diebus criticis* Lib. I. *acc. Conſilia ad varios morbos*, Venet. 1574. 4. cum hiſtoriis morborum.

VOLCHERUS COITER *in obſervationibus*, quas cum Anatomicis Libris laudavimus, bonas rariorum morborum in diſſectis cadaveribus habet.

ALOYSII TOREI *de febris epidemica & nova, quæ latine puncticularis dicitur, natura, cognitione & medela*, Burgis 1575. 8. * Valentiæ 1591. 8. LIND. Petachias deſcribit, novum morbum.

ALFONSI de CORELLA *de febre maligna & GALENI placitis*, Saragoſſæ 1574. 8. N. ANTON.

TOSSANI DUCRETII *de arthritide vera aſſertio & curanda methodi adverſus Paracelſiſtas*; Lugduni 1575. LIND. EJUSD. *Comm.* II. *de febrium cognoſcendarum & curandarum ratione & de criſibus*, Lauſannæ 1578. 8.

DIDACUS MERIANUS *de morbis internis*, Burg. 1575. fol. *

Venetiis anno 1576. in fol. magna *de febribus collectio* prodiit, qua Græcorum, Arabum, & Latinorum libelli eo pertinentes continentur.

ADRN.

ANDR. ALEAZAR *de lue venerea* Liber V. Salmant. 1575. fol.

GUILIELMI RONDELET *de lue venerea* gallice Burdigalæ 1576. 8. & in collectione operum cum titulo *de morbo Italico*, medicamentis pleniſſimus. EJ. liber *de cognoſcendis morbis*, ibid. Lugdun. 1575. 8.

ANDR. GRATIOLO de' SALÒ *diſcorſi della peſte*, Venet. 1576. 4. *

De febribus opus aureum, quo Græci, Latini & Arabes habentur, qui hac de re egerunt, Venet. 1576. fol. Vitioſa & mala collectio.

J. BAPTISTÆ SUSII *de peſte*, Mantuæ 1576. 8.

ANT. GRISENTO *Breſciano, il ſommario delle cauſe che diſpongono i corpi a patire la corruzion del preſente anno* 1576. Venet. 1586. 4. *

SALADINO TARO *Tr. della peſte*, Venet. 1586.

ALESSANDRO CANOBBIO *il ſucceſſo della peſte occorſa in Padova l'anno* 1576. Venet. 1577. 4. *

JACOBII TRUNCONII *de peſte & peſtilenti morbo* Lib. IV. Florent. 1577. 4. EJUSDEM de... *curandis puerorum morbis ex* HIPPOCRATE *quouſque caninos dentes amiſerint*: acc. *Tr. de variolis, & morbillis &* EJUSD. *Ep. de pravis febribus cum periculis*, quæ an. 1590. & 1591. *per Italiam regnarunt*, Florent. 1593. 4. maj.

ANDREÆ GABRIELLI *de peſte*, Bon. 1577. 4. L.

CÆSARIS RINCI *diſp. accuratiſſima de peſte Mediolanenſi quæ anno* 1577. *urbem adflixit*; Norimb. 1583. 8. & Italice Mediolan. 1632. edente Equite ASCANIO CENTORIO, ſed prius ante editionem Noricam, etſi annum ignorem. Nam ea ex Italico verſa eſt. Non vidi, ſed germanice vertit JOACHIMUS CAMERARIUS & Norimbergæ 1583. 8. edidit.

FRANCISCUS ALPHANUS *de peſte, febre peſtilentiali & febre maligna, variolis & morbillis*, Neapoli 1577. 4. LIND.

SIMONIS SIMONII *vera & indubitata ratio periodorum nec non continuationis intermittentiæque febrium humoralium*, Lipſ. 1575. 4. EJ. *Synopſis novæ theoriæ de febrium humoralium natura, ſignis*, Lipſ. 1577. 8. *Acc. Examen ſententiæ a* BRUNONE SEIDELIO *latæ de iis, quæ* L. JOUBERTUS *ad explicandum febrium humoralium naturam & materiam diſputavit*, Lipſ. 1577. 8. RIV.

PETRI PICHOT *de rheumatiſmo, catarrho variiſque cerebri diſtillationibus & horum curatione Libellus*, Burdigalæ 1577. 8. BURCH.

GIOV. FILIPPO INGRASSIAS *informazione del peſtifero e contagioſo morbo, il quale affligge e ha afflitto queſta città di Palermo, e molte altre terre... di Sicilia nell' anno* 1576. 1577. *con reggimento preſervativo*, Palerm. 1579. 4. maj. PL.

BALDASSARE PISANELLI *diſcorſo ſopra la peſte*, Romæ 1577. 4. maj.

THOMÆ JORDAN *deſcriptio novæ luis moravicæ*, Francof. 1577. 8. ASTR. mihi 1580. 8. Luis venereæ ſpecies, quæ epidemice regnavit, ex Scarificatione, ut credit JORDANUS, in balneo communi propagata. Ingenioſa & excitatior dictio. EJUSD. *peſtis phænomena, de iis quæ circa febrem peſtilentem apparent* Ep. Francof. 1576. 8. Acc. *Reſponſio ad* LAUR. JOUBERTI *Paradoxon* VII. Dec. II. Luem Hungaricam bene deſcripſit.

ANDREÆ CAMUSII *excuſſio brevis principiorum morbi, palpitationis nempe cordis* MAXIMILIANI *ſecundi ſimul ac aliorum aliquot virorum illuſtrium p. n. adfectuum*, Florent. 1578. LIND.

JULII PALMARII *de morbis contagioſis* Lib. VII. Pariſiis 1578. 4. * Francof. 1601. 8. Hag. 1664. 8. De lue Venerea, elephantiaſi, febre peſtilenti & morſu canis rabidi agit. Morem equidem veterum ſecutus eſt, ſed ſuas, neque paucas, obſervationes protulit. In curatione multa neque ſatis fida auxilia congeſſit.

G. DURETI *Comm. de febribus & earum criſibus*, Lauſan. 1578. 8.

JOHANNIS COYTTAR Thærei *de febre purpurea epidemiali & contagioſa*, Lib. II. Par. 1578. 4. RIV.

In JOHANNIS LANGII Lembergi *epiſtolis*, inprimis in Lib. III. multæ morborum hiſtoriæ continentur.

SAL. ALBERTI *Themata medica de morbis meſenterii & ejus quod πάγκρεας appellatur: de ardore ſtomachi & ſingultu*, VVittemb. 1578. 4. EJUSDEM *Scorbuti hiſtoria*, VVittemb. 1591. 8. EJUSDEM *Orat. de ſurditate, mutitate, grandinibus*, Norimb. 1591. 4.

SAL. ALBERTI etiam eſt *de ſudore ſanguineo oratio*, VVittemb. 1590. 8.

THOMÆ SOMMENTII *de morbis qui per finitimos populos graſſantur & num ad peſtilentiam referendi ſint*, Cremon. 1578. 4. LIND.

JOH. BOKELLI *de novo morbo quem catarrhoſam febrem vocant, qui per totam Europam graſſatus eſt*, Helmſt. 1580. 8. * EJ. *de peſte quæ Hamburgum civitatem anno 1555. graviſſime afflixit* Henricopoli (prope Wolfenbuttel.) 1577. 8. LIND. RIV. habet 1565. 8.

NICOLAI PISONIS Lotharingi, *de cognoſcendis & curandis præcipue internis C. H. morbis* Lib. III. *Acceſſit L. de febribus*, Francof. 1580. 1585. 8. Multum laudabat hunc virum BOERHAAVIUS, quod aptiſſimas morborum deſcriptiones ex HIPPOCRATE, CELSO aliiſque veterum concinnaſſet, cum præſagiis, uno continuo eoque facili ſermone. Recudendum etiam curavit, Leid. 1736. 4.

BALTH. BRUNNER *bericht von der ietzigen hauptkrankheit* (de febre Hungarica) Lipſ. 1580. 4.

ALEXANDRI MASSARIÆ Lib. *de peſte*, Venet. 1579. 4. EJ. *de defectibus renum, veſicæ, pulſibus, urinis*, Venet. 1618. 4. Francof. 1608. 4. Lugduni 1634. fol. *de morbis mulierum, conceptu & partu*, Lipſ. 1600. 8. *. LIND.

De ALEX. MASSARIA hic citato vide in Practicis.

LUCÆ STENGEL *de natura, cauſis & curatione morbi epidemici*, Auguſt. Vind. 1580. 4.*

RENATI THIMEAU *miraculoſa hiſtoria fetus in utero 23. menſibus geſtati*, Turoni 1580. gallice prodiit. *

GUILIELMI GISCATERII *de febrium natura & curatione* Libr. II. Pariſis 1581. 8. LEHM.

REMBERTI DODONÆI *Medicinalium obſervationum exempla rara*, Col. 1581. 8. Hardero-vic. 1621. 8. Egregiæ obſervationes 54. cum propriis ſcholiis. Pleraque exſtant in libello DODONÆI *de vite vinifera*, Colon. 1580. 8.

ALPHONSI LOPEZ *de morbo puſtulato* Lib. I. Valent. 1581. 4. *

THOMÆ ERASTI *Comitis* MONTANI *quinque Librorum de morbis viva anatome & theſes de melancholia, convulſione*, &c. Baſil. 1581. 4. COMITIS MONTANI *defenſio Librorum ſuorum de morbis adverſus* ERASTUM, Venet. 1584. 4. Logica potius quam practica controverſia. EJUSDEM cæterum ERASTI Lib. *de cauſa continente*, Baſil. 1572. 4. & *Diſput.* fere pathologici argumenti Baſ. 1595. 4. COMITIS MONTANI Lib. V. *de morbis ex* GALENI *ſententia* prodierunt Venet. 1580. & 1591. 4.

ANTON. PORTII *de peſte* Lib. III. *& de variolis & morbillis*, Venet. 1580. 4.* Romæ 1589. 4.

NICOL de NANCEL *diſcours très ample de la peſte*, Pariſ. 1581. 8.

JOH. SPORISCH *Idea Medici & Tr. de ſymptomatibus crudeliſſimis quæ ſcarificationi & cucurbitarum uſui* Brunæ *inco'is in Marchionatu Moraviæ ſupervenerunt & de febre epidemica anni* 1580. Francof. 1582. 8. PL.

J. FIENI *comp. de flatibus*, Antv. 1582. 8. Francof. 1592. 8. Heidelberg. 1589. 8. Amſtelod. 1643. 12.

MICHAELIS URANII *de morbo peſtilente*, Smalkald. 1582. 8. *

AMBR. PARE *Diſcours de... venins & de la peſte*, Pariſ. 1582. 4. & in collect. Opp. IDEM præter monſtra, Lib. VI. etiam de arthritide, Lib. XVIII. de lue Venerea, Lib. de variolis & morbillis, Lib. XX. de venenis egit, & ibi procul dubio inprimis adjumentum expertus eſt medicorum Pariſinorum, quod ipſi paſſim exprobratur.

Ad AMBROS. PAREUM adde: ejuſdem libellos *de peſte & lue venerea* ſenſim prodiiſſe gallice P. 1580. 8.

SIMON de PROVANCHERES *de fetu in utero matris 28. annis contento* Gallice prodiit Senis 1582.

ANDR. CHRISTIANI *diſſertationes* II. 1. *de ſomno & vigilia*; 2. *de comate ſeu cataphora: acc. Quæſtio ſit ne peſtis morbus contagioſus*, Baſil. 1513. 4.

ALBERTINI BOTTINI *de morbis muliebribus*, Patav. 1583. & 1585. & in collectione Baſileenſi & Argentinenſi muliebrium. Non maximi momenti.

PETRI MERCADO *de febrium differentiis, cauſis, ſignis, medela*, Granada 1583. 4. *

Synopſis commentariorum de peſte H. DONZELLINI, INGRASSIÆ, CÆSARIS RINCI & aliorum JOACHIMI CAMERARII ope edita, Norimberg. 1583. 8. Utile opus. Germanicæ verſum Lichæ in Comitatu Salmenſi prodiit 1597. 4.

J. ANGELI DE CANTECILLIS *Tr. de febrium differentiis & curatione*, Venet. 1583. 8. *

VICTORINI SCHOENFELD *bericht von der rothen ruhr*, Francof. 1583. 4. *

ARCHANGELI MERCENARII *de putredine adverſus Eraſtum*, Patav. 1583. 4. *

Citatus

Citatus ARCHANG. MERCENARII Liber pro MONTANO ſcriptus eſt.

ANTONII FORNESII *de peſte ejuſque curatione*, Baſil. 1583. 4. L.

PETRI SALII DIVERSI *de febre peſtilente tractatus: acceſſerunt curationes variorum morborum, quorum tractatio ab ordinariis practicis non habetur*, Bonon. 1584. 4. SCHULZ. Francof. 1586. 8. In poſteriori imprimis parte operis 23. morbos deſcribit, aliquos rariores, non ſine ſuis obſervationibus, ut inflammationem pericardii, mediaſtini: noctambulonum hiſtorias, rabiem caninam, cui opponit ante hydrophobiam Elloborum album, poſt hydrophobiam nihil ſperat. Adjectæ ſunt *Obſſ.* ad DON. ALTOMARUM, quem paſſim corrigit, ſuas obſervationes adſpergit, doctus vir & veterum gnariſſimus. In Librum III. AVICENNÆ *de morbis particularibus corporis humani* etiam *commentarium* edidit, cujus editionem MERCLINUS unicam Patavinam 1673. fol. citat.

P. S. DIVERSI *de febre peſtilentiali tractatus* exſtat etiam Harderovvic. 1656. 8.

MAURICIUS CORDÆUS in L. HIPP. *de moribis mulierum I. comment.* Pariſ. 1584. * nam etiam 1574. legi fol. & in collectione WOLFII. Doctum opus & plenum bonis etiam rarioribus obſervationibus.

J. B. CARCANI LEONIS *Exenteratio cadaveris illuſtriſſimi Cardinalis* BORROMEI (qui ſanctis adſcriptus eſt) Mediolan. 1584. 4. recuſa in hiſtoria ſcriptorum Mediolanenſium BARTHOLOMÆI CORTE.

ANDREÆ VELASQUEZ *de la melancolia.. de la naturaleça deſta enfermedad..y de ſus cauſas y ſymptomas*, Hiſpali 1585. 8. N. ANT.

PHILIPPI SCHERB *Peripatetici theſes medicæ collecta a* C. HOFMANNO Lipſ. 1614. 8. Inter eas ſunt *de morbis* 1585-1584. de *morbi eſſentia & cauſa, ſymptomatibus*, 1593. *Ad I. Aphoriſmum* HIPPOCRATIS 1585.

VIDI VIDII *de febribus* Lib. VII. acceſſit L. MERCATI *de febre maligna in qua puncticuli apparent*, Florent. 1585. 4. Patav. 1591. 4.

JOHANNIS CRATONIS *conſilia* ſæpe prodierunt & Hanov. 1610. fol. EJUSDEM magni medici *aſſertio pro libello ſuo germanico de febre putrida & peſtilenti: adjecta eſt brevis de contagio & putredine commentatio*, Francof. 1585. 8. EJ. *de morbo gallico* poſthumus comment. prodiit, Francof. 1594. 8. a LAURENTIO SCHOLZIO editus. Conſilia in practicis laudabimus.

HIERONYMI SACCHETI *de podagricis & arthriticis morbis*, Brix. 1586. 4. *

MARCELLI DONATI Medici, deinde, abdicata arte, a ſecretis DUCIS MANTUANI (in Dedic.), Lib. VI. *de hiſtoria medica mirabili*, Mantuæ 1586. 4. LIND. 1588. 4. Venet. 1597. 4. Prima, mihi nota, collectio obſervationum, quas ex Medicis Græcis, Arabibus, Barbaris & recentioribus in titulos congeſſit, ætiologias de more ſeculi addidit, ſuaſque proprias obſervationes. GREGORIUS HORSTIUS Librum recudi fecit, Francof. 1613. 8. LIND. mihi 1664. 8 adjecit librum VII. in quo inediæ & morbi magici habentur. EJUSDEM DONATI *de variolis & morbillis* Lib. non vidi Mantuæ 1569. 4. RIV. & 1591. 8. excuſum. LIND.

ÆMILII CAMPOLONGI *de variolis & de arthritide*, Venet. 1586. 4. 1596. MERCL. EJ. *De verm bus, uteri adfectibus & morbis cutaneis*, Pariſ. 1634. 4. * EJ. *de lue venerea*, citatus non tamen viſus CL. ASTRUC.

ÆM. CAMPOLONGUS quæ de variolis habet, fere ex Arabibus ſumſit.

TIMOTHEI BRIGTH *treatiſe of melancholia*, Lond. 1586. 12. AMES.

PETRUS FORESTUS Alcmarienſis practicus ingentem vim *obſervationum & curationum medicinalium* in 32. Libros congeſtarum reliquit. Editiones meæ, pleræque ex primis hæ ſunt. *De febribus* Lib. II. Leidæ apud Raphelengium 1592. 1593. ſed dati ſunt an. 1584. tres alii *De febribus intermittentibus hecticis*, &c. (nempe III. IV. V.) ibid. 1591. dati an. 1585. L. VI. & VII. *de febribus epidemicis* ibid. 1591. L. VIII. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. *de capitis morbis* ibid. 1602. Lib. XVI. XVII. *de pectoris morbis* ibid. eodem anno, Lib. XVIII. *de ventriculi adfectibus* ibid. 1606. Lib. XIX. & XX. *de hepatis, lienis morbis & ſcorbuto* ibid. 1595. & 1611. Lib XXI. XXII. XXIII. *de inteſtinorum omnium morbis* ibid. 1596. Lib. XXIV. XXV. *de renum & veſicæ morbis* ibid. 1696. Lib. XXVI. XVVII. *de penis ſcrotique morbis* ibid. 1597. Lib. XXVIII. *de mulierum morbis* 1599. Lib. XXIX. *de arthritide* 1603. L. XXX. XXXI. *de venenis* ibid. 1606. Lib. XXXII. *de lue Venerea* 1606. Quinque poſtremi Libri *poſthumi* prodierunt. Opera omnia FORESTI ſæpe recuſa ſunt. *Obſervationum*

D 2 Lib.

Lib. XXVII. prodierunt Francof. 1602. tum Opera ſucceſſive an. 1604. 1606. 1611. 1623. 1634. LIND. & Rothomagi 1654. fol. 4. vol. BOERHAAVIUS, cujus judicium merito ſuſpicimus, hunc uberrimum obſervationum Auctorem ajebat eſſe, ſed hiſtorias ſuas ita narraſſe, ut vel prognoſtico ſuo fidem faceret, vel felicitatem in curando propalaret, neque adeo plenam fidem mereri. Neque mihi ſigna videntur ſatis copioſa, aut ad veterum diligentiam exaſciata. Vix alius autem ſcriptor plenior eſt, & utique innumera ſcitu digna tradidit.

Opera omnia FORESTI prodierunt etiam Francof. 1660. fol. Cæterum addimus, valde FORESTUM laudare STAHLIUM in hiſtoriis.

SCIPIO DE MERCURIIS Librum de *morbo gallico* J. ZECCHI *excepit & ſcholia addidit*, Bonon. 1586. 4. *

GUIL. ROMANI *de modo ſenſationis & depravato ſenſu tactus, h. e. de dolore ejus vera cauſa & ſedatione*, Baſil. 1586. 4. RIV.

GEORG. HAMBERGERI *de ſtomacace & ſcelotyrbe vulgo nuncupato ſcorbuto*, Tubing. 1586. 4. PL.

SALUSTII SALVIANI *de calore naturali acquiſititio & febrili* L. II. *cum expoſit.* XIV. XV. Aphor. I. *Part. Acceſſerunt de concoctione* L. II. *in quibus exponuntur aphoriſmi* 23. & 24. P. I. Rom. 1586. 8. PL. EJ. *de criſibus*, Rom. 1589. 8.

SALUSTII SALVIANI *de criſibus* opuſculum prodiit etiam Lugduni 1605. 8. quod quidem ex HIPPOCRATE fere & GALENO ſumtum eſt.

ANDREÆ BACCII, polyhiſtoris, *de venenis & antidotis & canis rabidi morſu*, Rom. 1586. 4.

ANDRE' du LAURENS *quelques Opuſcules recueillis de ſes leçons & années* 1587. 1588. De lue venerea aliisque morbis. EJUSD. *de hiſtoricis affectibus infantilibuſque morbis* 1595. 4. EJUSD. *diſcurſus de melancholia & catarrho e gallico latine verſus*, Auguſt. 1620. 12. EJUSD. *Opera Therapeutica* quibus priora repetuntur, Francof. 1627. 1628. fol.

RODERICI a FONSECA *de venenis eorumque curatione*, Rom. 1587. 4. * EJUS *caſus omnium febrium*, Florent. 1596. 4. *

FRANCISCI DIAZ *de todas las infermidades des los Rinones* (renum) *vexiga* (veſicæ) *y carnoſidades de la verga y orina*, Madrit. 1588. ASTR.

ANDREÆ TREVISII *de cauſis, natura, moribus ac curatione peſtilentium febrium vulgo dictarum cum ſignis* ſive *petechiis Tr. & obſervatio* Mediolan. 1588. 4. Morbi qui an. 1587. & 1588. ſæviit hiſtoria eſt CORTE.

DAV. de POMIS *enarratio de ſenum affectibus praecavendis atque curandis*, Ven. 1588. 4. RIV.

HIERONYMI MERCURIALIS valde numeroſa opera ſunt, quæ hic excitari debent. *De morbis cutaneis & de omnibus corporis humani excrementis* L. V. Venet. 1572. 4. RIV. Baſil. 1577. 8. Venet. 1585. Leyd. 1623. 4. EJ. *de peſtilentia in univerſum, præſertim vero de Veneta & Patavina*, Venet. 1577. 4. & Patav. 1580. 4. & Leyd. 1623. 4. EJ. *de maculis peſtiferis & hydrophobia*, Venet. 1580. 4. Baſil. 1577. 8. RIV. Patav. 1586. 4. R. EJ. *de morbis puerorum*, L. III. opera JOH. CHROSZIEYOIOSKI, Venet. 1583. 4. Baſil. 1584. EJ. *de venenis & morbis venenoſis*, Venet. 1584. 4. 1644. fol. Baſil. 1584. EJ. *de morbis oculorum & aurium*, Venet. 1590. 4. *Morbi mulierum per* MICHAELEM COLUMBUM *locupletiores*, Venet. 1601. 4. 1618. 4. & prius Baſil. 1582. 8. EJUSD. *de cognoſcendis & curandis morbis prælectiones Patavina*, Venet. 1627. fol. ſtudio GUILIELMI ALHENII. *Prælectiones Piſanas*, inter quas ſunt commentarii in *Epidemica* HIPPOCRATIS, jam citavimus, tum eos qui in L. II. *Epid.* Forolivii 1626. fol. prodierunt. Ut dicam quod verum eſt, pleraque horum ſcripta prælectiones ſunt a diſcipulis HIERONYMI in chartam conjectæ, & earum pauciſſimæ famam Auctoris tuentur, cum multo plus collectitiæ eruditionis, quam veri experimenti contineant, dictio etiam maculoſa plerumque, & vitia non pauca. Id imprimis de libris de *mulierum morbis*: *de morbis puerorum*, & de *morbis cutaneis* & de *venenis* dictum volo. In curando nimis veteres ſequi ſolet, qui ſerio guttur gallinæ ad frangendum calculum laudet, & graviditatem ex urina divinari poſſe credat. Peſtem a muſcis, quæ humores ægrorum ſuxerint, propagari ſubtiliter conjicit, &c.

LUCÆ GHINI *morbi Neapolitani curandi ratio*, Spiris 1589. 8. LIND. Roſtoch. 1589. 8. ſæpe recuſus.

J. PHIL. LONERI ἐξέτασις μεθοδικὴ *trium alvi fluxum diarrhœæ nimirum, lienteriæ & dyſenteriæ, quos anno 1588. ſub finem æſtatis Numburgi obſervavit*, Lipſ. 1589. 4. RIV.

BAR-

BARTHOLOMÆI HUBNER *de morbis incurabilibus*, Erfurt. 1598. 4. *

JACOB HORST *von krankheiten und ſchvvachheiten des leibes*, Lipſ. 1588. 4. Eſt *decimus Liber* operis cujus titulum fecit *vvunderbare geheimnüſſe der natur*, parvi momenti, & multa habens ex aliis. EJ. *de aureo dente maxillari pueri Sileſii*. EJ. *de noctambulonum cauſis & differentiis*, Lipſ. 1595. 8. Germanice recuſus Hamburg. 1636. 8. & uterque Germanice, Lipſ. 1596. 8. Prior hiſtoriola fabuloſa eſt, ut ridiculum ſit medicos de fraude rudiſſima diſputaſſe. Ita JOHANNES INGOLSTETTER *de aureo dente pueri Sileſii reſponſionem* edidit. Lipſ. 1596. 8. ubi oſtenditur dentis generationem non eſſe naturalem: deinde *de natura occultorum & prodigiorum*, Lipſ. 1597. 1598. iterum contra J. HORSTIUM ſcripſit. Liber vero HORSTII de noctambulis non abſque propria etiam obſervatione eſt, præter ea quæ ex variis ſcriptoribus collegit.

J. FRIDERICI *probl. de lycanthropis pro* J. BODINO, Lipſ. 1591. 8. RIV.

FELICIANI BETERA *de cunctis humani corporis affectibus: de febribus malignis & peſtilentibus: morbo gallico putredinis peſtilentis fama, morbiſque fulminantibus & vulgaribus, deſumta ex Briſciana peſte* anno 1577. *Tractatio* XII. *libr.* Brix. 1591. fol. HAEN. 1601. fol. 1625. fol. eadem editio cum novis titulis. Parum placuit ASTRUCIO.

PII ÆNEÆ CAPRILII L. II. *primus de febribus putridis in genere, alter in ſpecie* Ferrar. 1591. fol. LIND.

PAMPHILI HERILÆII Aretini *de arthritide & podagra conſilium*. Colon. 1591. 8. Bono ordine ſcriptum eſt, & morbi ad veterum mentem concinnatam hiſtoriam habet.

NICOLAI KLEINFELD *de morbis & ſymptomatibus, eorumque cauſis & differentiis patholog.* L. II. Antw. 1598. 12. (LIND. Leydæ 1592. 12.) *

JO. CALVO *libro di medicina y Cirurgia que tratta de las* Plagas *en general en particulas y aſſi* miſmo *del M. Gallico*, Barcinone 1592. 8. ASTR.

OCTAVIANI ROBERTI *de peticulari febre Tridentica* 1591. *publice vagante, deque veſicatoriorum in ea potiſſimum uſu* Trident. 1592. 4. RIV.

JOH. BAUHINI *memorabilis hiſtoria luporum aliquot rabidorum qui circa Monpelgardum* anno 1590. *graſſati ſunt*. Montpelg. 1591. 8. Latine & etiam Germanice, ib. 1591. 6. L. & Gallice * Non viſum Librum cito, qui nihil mediocre ab eo viro exſpectem.

THADDÆI DUNI *de hemitritæo* I. Tiguri 1592. 8. cum epiſtolis medicinalibus. Non omittendum cenſui, qui ſatis, pro ſeculi modo, in inquirendis morborum cauſis curioſus fuerit, ut etiam cadavera eum in finem inciderit.

In PROSPERI ALPINI *medicina Ægyptiorum, & in poſthuma hiſtoria naturali Ægypti* de morbis endemiis ejus regionis, ophthalmicis, febribus peſtilentibus, phrenitide, erudite agitur. Peſtem in Ægypto oriri negat.

ANDREÆ CHIOCCI *Apologia pro divina* H. FRACASTORII *ſiphylide adverſus* J. C. SCALIGERI *cenſuram*, Veron. 1598. 4. EJ. *Pſoricon ſ. de ſcabie carmen* L. II. Veron. 1593. 4. * *& de febre mali moris & de morbis epidemicis*, Venet. 1604. 4. LIND.

ANDREÆ CHIOCCI ſunt etiam *Quæſtiones phil. & medicæ* Lib. III. Veron. 1593. 4. Ex GALENI fere ſententia contra TELESIUM.

BRUNONIS SEIDEL L. *morborum incurabilium cauſas mira brevitate exhibens*, &c. Helmſtatt. 1593. 8. multum laudatura SCHELHAMMERO *Phyſiolog.* p. XXXIV. & alibi. In editione Leid. 1662. 8. acceſſit FABRICII de PADOANIS *tr. de morbis in quibus præſentaneis uti remediis convenit*.

BRUNONIS SEIDELII citatum librum nunc ipſe legi. Scopus eſt oſtendere, dari morbos inſanabiles, quos nulla PARACELSISTARUM arcana ſuperare poſſint, uti peſtis eſt, aut epota aqua fortis, aut cordis vulnera, &c. Multa vana & incerta admiſcet, neque dat verum morborum vere inſanabilium catalogum.

HIERONYMI CAPIVACCII *de lue venerea acroaſes* Spir. Nemet. 1593. Francf. 1594. 8. Non placent ASTRUCIO.

J. DONATELLI *de febre maligna diſputatio cum* THOMA ANGELUCCIO *de ejus febris natura & curatione*, Venet. 1593. 4. RIV.

LUDOVICI ROSELLI *de morbo gallico tractatus* Rom. 1593. 8. Jejunus omnino liber. ASTR.

THEODORI ANGELUCCI *de natura & curatione febris maligna*, Venet. 1593. 4. OSB.

EJUS

EJUS *Bardica quibus rudens criminator valide repercutitur, & de natura maligna febris ac curatiſſime diſſeritur*, Venet. 1593. 4. Contra DONATELLIUM.

PETRI OLAI Or. *de febribus peſtilentibus*, Herborn. 1594. 4.

ADAM LONICER *explicatio morborum*, Francof. 1594. 8. LEHM.

JACOBI MOCCII *de morbis fere totius corporis humani ex bolaria & fabuloſa materie excitatis*, Friburg. 1594. 8. Lectu grata collectio de generatione lapidum omnis generis. Proprii vero nihil habet.

THADDÆI HAYGK *Exegeſis ſingularis curationis fœdæ ſcabiei in puella ſexenni*, Prag. 1595 8. LEHM.

J. BAPT. SYLVATICI *tr. de materia turgente*, Vicetiæ 1595. 4. Venet. 1600. 4. Diſputatio mera ex veteribus. EJ. GALENI *hiſtoriæ medicinales enarratæ*, Hanov. 1605. fol. EJ. *de iis qui morbum ſimulant deprehendendis*, Francf. 1671. 12. EJ. *controverſiæ medicæ centum*, Mediolan. 1601. fol. Pleraque de morbis & eorum curatione, fuſe & ad veterum normam. Et de *anno climacterico*, Ticini 1615. 8.

PETRI LOWE *eaſie certain and perfect method to cure and prevent the Spaniſh Sickneſſ*, Lond. 1596. 4. Circulatoris opus. ASTR.

AURELII MINABOI *tr. de virulentia venerea, in quo omnium de hac re ſententiæ conſiderantur, mali natura explicatur*, &c. Venet. 1596. 4. PL. Laudat fonticulos, ſudorem.

RODERICI a CASTRO *de natura & cauſis peſtis quæ anno 1595. Hamburgum afflixit*, Hamburg. 1596. 4. EJ. L. *de univerſa muliebrium morborum medicina*. Lib. VIII. Hamburg. 1604. fol. L. 1628. 4. 1622. 4.

GERHARDI COLUMBA *diſpp. med. de febris peſtilentis cognitione & curatione*, Meſſanæ 1596. 4. MANDOS. EJ. *de lue venerea* L. ASTR. 1609. 8.

JOHANNES HEURNIUS Leidenſis Profeſſor, diligens veterum lector fuit. EJUS Lib. *de morbis qui in ſingulis partibus corporis humani inſidere conſueverunt*, prodiit Leid. 1594. 4. LIND. 1608. 4. EJ. *de febribus*, Leid. 1598. 4. 1610. 4. EJ. *de peſte*, Leid. 1600. 4. RIV. EJ. *de morbis oculorum, aurium, naſi, dentium, pectoris*, &c. Leidæ 1602. 1608. 4. poſthumi excuſi ſunt. EJUS Lib. *de morbis pectoris*, Leid. 1608. 4. *de morbis ventriculi* (cui libro varia acceſſerunt), Leid. 1608. 4. *de morbis graviſſimis mulierum*, Leid. 1607. 4. *de morbis novis & mirandis* epiſtola cum priori libro prodiit, qua morbus ad ſcorbutum pertinens *de Varen deſcribitur*. Conjunctos hos libellos edidit OTTO HEURNIUS JOH. fil. Leid. 1609. 4. & recuſi ſunt Lugd. 1658. fol. Fuſas dedit morborum hiſtorias, ordinatis in unum ſermonem veterum inventis & deſcriptionibus, ut pro compendio praxeos & pathologiæ vetuſtæ haberi poſſet. Delectum ut videtur non inſtituit, & multa medicamenta ſolis antiquis cognita commendavit.

DIOMEDIS AMICI *de morbis communibus*, *item de variolis*, &c. Venet. 1596. 4. EJ. *de morbis ſporadibus*, Venet. 1605. 4. TEICHM.

J. INGOLSTETTER *de aureo dente Sileſii pueri reſponſio ad judicium* M. RULANDI, Lipſ. 1596. 8. * Generationem ejus dentis naturalem eſſe negat.

FRANCICUS PERELLUS *de morbis intermittentibus & de intermiſſionis cauſis*, Pariſ. 1597. 8. * LIND.

FELIX PLATERUS celeberrimus practicus, qui, cum obſervationes ederet, totis 62. annis medicinam fecerat, *de febribus* ſcripſit *Librum*, editum Francofurti 1597. cui viginti hiſtoriæ curationum ſubjectæ fuerunt. De praxi alibi dicetur. Denique *obſervationum libros tres* typis ſubmiſit Baſileæ 1614. 8. 1641. 8. ad Praxeos ordinem diſpoſitos, quos hic inprimis laudamus. Etſi enim ſint, qui bonum ſenem nimium eſſe voluerint in formulis, plurimas tamen & utiliſſimas utique hiſtorias dedit, & inter rariorum inprimis proprios obſervatores ex præcipuis haberi poteſt. J. B.

J. B. MELLA *il corteſivo ovvero del mal di Caſtrone, e di ogn' altra infermità, che il preſente anno minaccia*, Neapol. 1597. 4. De morbo nempe peſtilentiali capitis.

MARTINI RULANDI fil. *demonſtratio judicii de dente aureo pueri Sileſii adverſus reſponſionem* J. INGOLSTETTERI, Francof. 1597. 8. EJ. *de morbo Ungarico recte cognoſcendo & curando*, Lipſ. 1616. 8.

J. FRANC. RIPÆ *de peſte*, Lipſ. 1598. 4. *

SEVER. EUGALENI *de ſcorbuto* citatus liber prodiit etiam Lipſiæ 1624. 8.

HENRIC

HENRIC BRUCÆI *de ſcorbuto*, Roſtoch. 1589. & 1591. 8. Novus iſte, aut certe decimo quinto ſeculo a medicis primum in libris ſollicite relatus, morbus plurimos deſcriptores habuit, quorum collectio DANIELIS SENNERTI opera prodiit. Exſtat ibi eruditi viri BALDUINI RONSEI *de magnis lienibus* HIPPOCRATIS, PLINII *ſtomacace ac ſceletyrbo ſeu ſic dicto ſcorbuto* libellus editus, Antvverp. 1564. 8. RIV. & 1585. 8. Wittembergæ. Tum JOANNIS ECHTII poſthuma *epitome de ſcorbuto vel ſcorbutica paſſione* non prius quod ſciam excuſa: JOHANNIS LANGII duæ Epiſtolæ. SALOMONIS ALBERTI, quem in Anatomicis laudavimus, *ſcorbuti hiſtoria*, Wittembergæ 1594. 8. edita & MATTHÆI MARTINI L. *de ſcorbuto*. Hi omnes, BRUCÆO excepto, cum DANIELIS SENNERTI ejuſdem argumenti libro, prodierunt Wittembergæ 1624. 8. Deinde SEVERINUS EUGALENUS *de ſcorbuto morbo* Lib. ſcripſit *obſervationum*, quem periti judices inter primos numerant, Lipſiæ 1614. 8. ex recenſione JOSEPHI STUBENDORFII, editum, qui etiam obſervationes ſuas adjecit, excuſum & alias, & Amſtelodami 1720. 8. in quo omnia ſymptomata, quæ cum ſcorbuto conjungi ſolent, fuſe enarrantur, ad quinquaginta uſque, & obſervationes auctoris ſubjiciuntur. Adjectus eſt BALTHASARIS BRUNNERI parvus Libellus *de ſcorbuto*, Jenæ 1624. 8. etiam excuſus.

HIERONYMI REUSNER *diexodicar. exercit.* ſive *de eo morbo Libellus* prodiit Francof. 1600. 8. 1610. 8. LEHM.

HERCULIS SAXONIÆ *de plica quam Poloni vocant Govodziec*, Patav. 1608. EJ. *de febrium putridarum ſignis & ſymptomatibus.... de morbo gallico*, Francof. 1600. 8. ex editione PETRI UFFENBACH *luis venereæ perfectiſſimus tractatus ex ore H. S. lucidatus opera* ANDREGHETTI ANDREGHETTI editus Patav. 1597. 8. minime probatus ASTRUCIO, ob falſas obſervationes, adfirmationem non veram, morbum miteſcere, &c. EJUSDEM *Pantheon medicinæ ſelectum*, Francofurti 1603. fol. editum eſt, quo plurimi morbi deſcribuntur, capitis, thoracis, imi ventris, morbi mulierum, ſymptomata febrium putridarum, febres, lues venerea, plica. Opera omnia prodierunt Patav. 1681. fol.

MATTHIÆ ZEISII *de cauſis & periodis peſtilentium morborum*, Francof. 1598. 4. *

OMOBONI FERRARII *de ſanitate & morbis*, Brix. 1598. 4. R. *de arte medica infantum* Lib. IV. Lipſ. 1601. 4.

FRANCISCI INDIÆ *de ſymptomatum in febri maligna ſupervenientium natura & curatione*, Veron. 1599. 4. Contra Medicum, quem Cacoſtermum vocat, docet ſymptomatum rationem in medendo habendam eſſe, & ſymptomata ea occaſione percurrit. EJUSD. *de gutta podagrica, arthritica, chiragrica* Lib. II. Veron. 1600. 4. Contra FERNELIUM demonſtrat, non unice a pituita, cauſiſque frigidis hos morbos oriri, quos a quatuor omnino humoribus vitiatis derivat. Obſervat podagram a ſuppreſſis hæmorrhoidibus oriri; aut menſibus, & reſtitutis his evacuationibus ſanari. Symptomata ſecundum quatuor humores perſequitur, vanaſque ſatis formulas laudat.

VALENTIN ESPICHT *bericht von den fleckfiebern*, Budiſſin. 1598. 4. *

ERASMI HEDENII *de contagione & infectione peſtifera admonitio, in qua oſtenditur, quot modis fiat contagium, in quibus rebus conſiſtat*, &c. Lipſ. 1598. 4. RIV.

CAROLO RUINI *dell' infermità del cavallo*, Bologn. 1598. fol.

EUSTACHII RUDII *de adfectibus C. H. cognoſcendis*, Venet. T. I. 1590., & T. II. 1595. fol. prodiit. EJ. *de morbis occultis & venenatis* Lib. V. ibid. 1610. fol. EJ. *de morbo gallico*, Venet. 1604. 4. Librum de morbo gallico laudat C. ASTRUC. ex cujus recenſione vidimus, virum obſervationibus & judicio valuiſſe. Magnum opus primo loco editum magis ad antiquum ſaporem eſt, & parcius in obſervando.

HORATII AUGENII *de febribus, febrium ſignis, ſymptomatibus & prognoſtico* Lib. VII. ab anno 1568. ad 1572. ſcripti, quibus etiam peſtis, variolarum, & morbillorum hiſtoria continetur, poſthumi prodierunt, Venet. 1597. fol. 1607. fol. &c.

ANDREÆ BASTELLI *ſpeculum medicinæ*, Madrit. 1599. 4. ASTR. In eo liber eſt de febribus, ægritudinibus particularibus, peſte, morbo Gallico.

PHILANDRI COLUTII *de uteri querimoniis*, Rom. 1599. 8. LIND.

DIOMEDIS CORNARII Archiatri Auſtriaci *Obſervationes medicinales*, quæ cum Conſiliis, Lipſiæ 1599. 4. prodierunt. Adjectæ ſunt *Hiſtoriæ admirandæ* ab eodem D. C. collectæ, fere fetuum ultra tempus retentorum.

BARTHOLOMÆUS CABROLIUS in jam citatis *obſervationibus*, quæ cum Alphabeto anatomico

tomico prodierunt, etiam ad ſcopum noſtrum pertinet, cum de magico morbo; vermibus inteſtina perrumpentibus habeat hiſtorias.

CAROLUS GALLUS *de febribus peſtilentibus & malignis*, Ferrar. 1600. 4.

JOHANNIS SCHENK de GRAFENBERG *obſervationum medicarum* L. VII. Francof. 1600. 8. vol. 2. Leid. 1644. fol. * poſtquam ſeorſim Baſileæ ab anno 1584. inde Friburgi anno 1594. ad 1597. prodierant HAEN. Idem opus a filio J. GEORGIO SCHENK, deinde a LAURENTIO STRAUSSIO undequaque auctum, recuſum eſt Francof. 1665. fol. Utile inſtitutum. Ad univerſos corporis humani morbos, etiam ad rariores & monſtroſas fabricas collectæ ſunt obſervationes fere omnium auctorum, ab ipſo retro HIPPOCRATE, bono ordine diſpoſitæ, quarum plurimas ipſa auctorum raritas ſuppreſſiſſet, ſi abſque SCHENKIO foret. Multas etiam obſervationes amici ſuppeditarunt, quæ alibi non exſtant, aliquas proprias habet.

JOH. SCHENK de GRAFENBERG *obſervationum* Libri VII. exſtant etiam Francofurti 1609. fol. Hi Libri, ut diximus, Baſileæ ſeorſim primum prodierant, nempe obſervationes *de capite humano*, Baſil. 1584. Liber II. *de thorace*, Friburg. 1594. Liber III. *de partibus naturalibus* S. I. ibid. 1595. & II. 1596. 4. Liber IV. *de partibus genitalibus utriuſque ſexus* 1596. ibid. Liber V. *de partibus externis* ibid. eodem anno. Liber VI. *de febribus morbis epidemicis & contagioſis* ibid. 1597. Liber VII. *de venenis* ibid. eodem anno 8.

LUCII LÆLII FULGINATIS *de ſarmatica lue conſultatio*, Ferrar. 1600. fol. LIND.

THOMÆ MINADOI *de corporis humani turpitudinibus cognoſcendis & curandis.. & de nova quadam affectione, plica..* Patav. 1600. fol. RIV. EJ. *de variolis & morbillis*, Patav. 1603. 4. EJ. *de arthritide* L. ibid. 1602. 4.

ANDR. POSTHUMI *dialogi* VII. *in quibus nova Pokutienſis lues quam* cirrhorum *morbum vocant, natura & eſſentia examinatur*, Vicent. 1600. 4. PL.

PETRI VERDIER *de morborum ac ſymptomatum occultis manifeſtiſque cauſis*, Venet. 1600. 4.

NICOLAI BOCCANGELINI *de febribus morbiſque malignis & peſtilentia earumque cauſis*, Madrit. 1600. 4. 1604. 4. *

PETRI del TORRES *libro che tratto de la enfermidad de los bubas*, Madrit. 1600. 4. Inunctiones præfert. ASTR.

PETRI del TORRES liber citatus prodiit etiam Compluti 1626. 4. *

Huc pertinet omnino J. ALBOSII *lithopædium portentoſum in utero per 28. annos contentum putrefactum*, quod in poſteriori editione ROUSSETIANÆ *hyſterotomotokiæ* excuſum eſt.

J. HUCHER *de febrium differentiis, cauſis, ſignis, curatione* L. IV. Lugdun. 1601. 8. EJ. *de ſterilitate* L. IV. Genev. 1609. 8. * L.

ANDREÆ CÆSALPINI *Ars medica*, Rom. 1601. 2. 3. ſive *ſpeculum artis medicæ Hippocraticum*, Venetiis 1606. 4. editum & Tarviſ. 1666. fol. Francofurti 1605. 8. Non legi, laudari video a CONRINGIO: dignoſcere & curare morbos omnes docet, & multa ab eo ingenio exſpecto, ſpecimina etiam quæ vidi, huic ſpei reſpondent.

NIC. MACHELLI *tractatus de morbo gallico ejuſque ſymptomatibus & curatione*, Francof. 1601. 8. PL.

PETRI VAREZII L. *de epidemia peſtilente*, Valentiæ 1601. 8. LIND.

MARTINI RULANDI filii *de pernicioſæ luis Ungaricæ tractatione & curatione*, Francof. 1600. 8. Lipſ. 1610. 8. LIND.

FRANCISCI CITESII (Citois) *abſtinens Confolentana*, Genev. 1602. 8. cum PAULO LENTULO recuſa.

FR. CITESII liber citatus Anglice prodiit Lond. 1603. AMES.

SYLVIUS LANCEANUS *de mola generatione & cura caſus illuſtriſſ. Dominæ*, &c. Rom. 1602. 8. EJ. *de hydrope quod non ſemper fiat ab hepate*, Rom. 1603. 8. LIND.

JOH. XIMENEZ SAVANIEGO *tractatus de peſte ſus cauſas preſervacion y cura*, Antiquera 1602. 4. * ANT.

JEAN TAXIL *de l'épilepſie*, Lyon. 1603. 8. *

J. WITTICH *von der rohten anſteckenden ruhr*, Jen. 1603. 8. EJ. *conſilia & epiſtolæ medicorum Germanorum*, Lipſ. 1604. 4. EJ. *vom fleckfieber*, Lipſ. 1616. 8.

Ad WITTICHIUM adde ejus & PONTANI Libros *von der peſt*, Lipſiæ anno 1594. 4. prodiiſſe.

ANT. VARUS *de morbo articulari ſeu arthritide*, Jen. 1603. 4. PL.

J. MAT-

J. MATTHÆI *de febre peſtilentiali quæ ſuperioribus annis univerſam ferme Germaniam pervagata eſt*, Francof. 1603. 8. Contra venæ ſectionem. RIV.

EDWARD JORDEN *brief diſcourſe on a ſickneſſ called the ſuffocation of the mother*, Lond. 1603. 4.

ANDREÆ de VALDIVIA *de las landres*, Hiſpali 1603. (nempe de peſte) N. ANT.

THUCYDIDIS *hiſtoria ſeu narratio de peſte Athenienſium Gr. Lat. cum prælectiunculis & commentariis* FABII PANVINII, Venet. 1603. 4. PLATN.

BAPTISTÆ CODRONCHI *de morbis qui Imolæ* & *alibi communiter hoc anno* 1602. *graſſati ſunt & de morbo novo, mucronatæ ſcilicet cartilaginis prolapſu*, Bonon. 1603. 4. Morbus ex lumbricorum vitioſa copia, & ex pleuritide compoſitus fuit. Deinde novum ſuum morbum, cartilaginis nempe enſiformis depreſſionem deſcribit, introrſum factam, unde ventriculus comprimitur, vomitus excitatur, vel hepar urgetur & icterus fit. Curationem etiam addit, quæ fit vel depreſſis ad latus cartilaginibus coſtarum vel elevato ſterno, vel admota cucurbitula. IDEM Venetiis 1595. 8. Libros IV. *de morbis veneficis & veneficiis* ſcripſit, ſatis ut videtur credulus. IDEM *de febris Ungaricæ ejuſque ſymptomatum curatione* Librum dedit Paſſaviæ excuſum 1595. 8. * LIND. EJUSDEM *de rabie & hydrophobia*, &c. Francofurt 1610. 8. Ex Græcis fere, parum ipſe expertus.

RODERICI a CASTRO *de univerſa mulierum medicina*, Hamburg. 1603. fol. Morbos etiam non optime habet, & plurimas cum MERCATO concertationes.

VINCENTII ALSARII a CRUCE *de epilepſia ſeu comitiali morbo* L. III. *lectiones Bononienſes*, Venet. 1603. 4. Theorias veterum contra recentiores defendit, FERNELIUM inprimis, & hypotheſes habet, quæ admitti nequeunt, v. g. epilepſiam fieri ab occluſis ventriculis cerebri, pretium tamen ab admiſtis obſervationibus accipit. EJ. *de morbis capitis frequentioribus, catarrho, phrenitide*, &c. Rom. 1617. 4. EJ. *de verme admirando per nares egreſſo*, Ravennæ 1610. 4. MANDOS (inter archiatros Pontificios): hunc autem L. LINDENIUS tribuit FULVIO ANGELINO. EJ. *Ephemeridum ſeu diurnarum obſervationum* L. II. Bonon. 1641. 4. opus ipſe *de epilepſia* juvenile opus vocat. EJ. *de quæſitis per epiſtolas Cent.* IV. Venet. 1622. fol. ubi multæ obſervationes. EJ. *de hæmoptyſi ſeu ſanguinis ſputo*, Rom. 1633. 4. EJUSDEM *conſultatio pro nobili adoleſcentulo, oblivione, ſurditate ſecundum alteram aurem &c. laborante*, &c. Rom. 1629. 4. R.

JOH. SAPORTA *de lue venerea* Tr. editus cum ejus L. *de tumoribus præter naturam*, Lugdun. 1624. 12.

PAULI LENTULI, viri nobiliſſimi, *hiſtoria admiranda Apolloniæ Schrejeræ*, Bern. 1604. 4. Præter propriam aſitiæ hiſtoriam multas etiam aliorum ſcriptorum collegit, CITESII etiam & JOUBERTI.

MARII ZUCCARI *de morbis puerorum*, Neapol. 1604. 4. *de morbis partis animalis & de morbis complicatis*, Neapol. 1623. 4. EJ. HIPP. *epidemialium obſſ.* P. I. Venet. 1621. 4.

FAB. SCHEUNER *de catarrhis*, Eisleb. 1605. 8. LEHM.

ANDREÆ de LEON *pratica del morbo Gallico*, Valladolid. 1605. 4. ASTR.

JOH. TANCKII *Noſologia* HENRICI WARMII, ſeu *affectuum corporis humani curatio hermetica & galenica* poſthuma, Lipſ. 1605. 8. *

J. HECKII *diſp. de peſte & quare tot annis in Belgio graſſetur*, Daventriæ 1605. 4.

TOBIÆ COBER *obſſ. caſtrenſium & Ungaricarum Decas* I. II. & III. Francofurt 1606. 8. Helmſtatt. 1685. 8.

TOBIÆ COBER *obſervationum caſtrenſium* Decades ſunt tres, Auſtriaca, Sileſiaca & Suecica, eleganter ſcriptæ & cum ingenii laude.

ALPHONSI BAROCCI *Tract. de febribus* L. I. ſeu *de febribus generatim*, Ferrar. 1606. fol. L.

P. RENEAUME *ex curationibus obſervationes*, Pariſ. 1606. THU.

P. RENEAUME bonus & egregius eſt hic dictus liber, cum hiſtoriis morborum & ingenua eventus enarratione. Hiſtoriæ ſunt 201.

ALFONSI de FREILAS *ſi los melancolicos pueden ſabier lo que eſta por venir con la fuerca de la imaginacion*, &c. Giennis 1606. 4. * cum curatione peſtis.

J. SIEGLITZ περὶ διαγνώσεως καὶ προγνώσεως τῆς ἐπιληψίας. 1606. 4. PL.

Hippiatrique ou Traité des cauſes de la maladie des chevaux, Pariſ. 1607. 8.

ANDREÆ CHRISTIANI *Enchiridium de cognoſcendis & curandis corporis humani morbis ex* V. TRINCAVELLIO, *accedit* Tr. *de febribus ex ejuſdem prælectionibus ac Comm. in* GAL. *de differentiis febrium*, &c. Baſil. 1607. 8.

VALERII BALDUTII *de putredine* L. II. Urbin. 1608. 4. *

VALERIUS BALDUTIUS, cujus Libri II. *de putredine* citati ſunt, Galenicus equidem eſt, non tamen abſque propria obſervatione.

JOH. CASTELLI *de peſte ejuſque cauſis, ſignis, præſagiis, curatione, preſervatione*, Auguſtæ (in Hiſpania) 1608. 8. *

PETRI PALMARII..*hiſtoria leproſæ mulieris ſanatæ*, Pariſ. 1608. 8. *

J. GEORG. SCHENCK *lithogeneſia ſeu de microcoſmi membris petrefactis & de calculis eidem microcoſmo innatis*, Francofurt 1608. 4. *Accedit argumentum de calculis brutorum corporibus innatis.*

PETRI MATTHÆI ROSSII *Conſultationes & obſervationes ſelectæ*, Francofurt 1608. 8. Apud Hiſpanos in Belgio medicinam fecit, argumentum partim medicum eſt, partim chirurgicum.

HENR. SCHEUNEMANNI *de morbo mercuriali contagioſo*, Babenberg. 1608. 4. EJ. *de morbo ſulfureo cagaſtrico quem febrem nominant ex quintuplici ente Dei, aſtrorum, veneni & naturæ pronato*, Francof. 1610. 8. Fanatici hominis & Paracelſici; RIV.

PETRI PIGRAI *Epitome præceptorum medicinæ & chirurgiæ*, Pariſ. 1612. 8. etiam Belgice editus ſub titulo *kort begryp van de leere der Medicine en der Chirurgie*, Amſtel. 1633. 4. Etſi ex genio ſeculi nimis habeat theoriæ, non eſt tamen abſque obſervatione, cum etiam proprii morbi fuſam det hiſtoriam, & dæmoniacorum fraudes audax revelet, & paſſim obſervationes ex morboſis cadaveribus proferat. Parvi facit ASTRUC.

SEBASTI PISSINII *de cordis palpitatione cognoſcenda & curanda*, L. II. Francof. 1609. 8. PL. de *diabete & polypo cordis*, Mediol. 1654. 4.

J. CONR. RHUMELII *Loimographia*, Amberg. 1606. 8. * EJ. *prophylaxis med. practica epidemiæ ἐγκεφαλονόσου; ſeu centuria curationum medicarum feliciter factarum* (in lue Ungarica) Norimberg. 1624. 8. PL. EJ. *hiſtoria morbi qui ex caſtris ad raſtra, ex raſtris ad roſtra, ab his ad nos & foras in Palatinatu ſuperiori Bavariæ ſe penetravit* anno 1621. Norimberg. 1625. 8. RIV.

TARQUINII TARQUINETI *de gutta, ſeu juncturarum dolore*, Patav. 1609. 4. LIND.

JOSEPHI QUERCETANI *tetras graviſſimorum totius capitis affectuum*, Marburg. 1609. 8. Gallice Pariſ. 1625. 8. *Peſtis alexicacon*, Lipſ. 1615. 8. EJ. *conſilia de arthritide, calculo, nephritide, lue venerea & p. v. virgine morbo in immenſum complicato laborante*, Lipſ. 1613. 8. Indocti ſatis hominis & aliena opera utentis.

LÆLII a FONTE *conſultationes medicinales ..ubi plurimorum notatu dignorum affectuum agnitio .. explicatur*, Venetiis 1609. fol. Inter bonos obſervatores a Cl. FURSTENAU numeratur.

LÆLIUS a FONTE a STAHLIO etiam ut bonus obſervator prædicatur, de quo in practicis plura dicemus.

REINERI SOLENANDRI *Conſilia Medicinalia* quorum *quinque ſectiones* prodierunt, Francofurti 1596. fol. Hanov. 1609. fol. ad praxin inprimis pertinent, huc tamen etiam ob morborum deſcriptiones revocari queunt.

J. CÆS. CLAUDINI *reſponſionum & conſultationum*, T. I. Francof. 1607. 8. Aug. Turin. 1628. EJ. *de catarrho, criſi, diebus criticis*, Bonon. 1612. fol.

THEODORI BARONII *de operationis mejendi triplici læſione & curatione*, L. II. Papiæ 1609. 4. GALENI adeo certus diſcipulus, ut cum eo errare malit, quam cum alio vera ſentire. Iſchuriam, diabeten, incontinentiam urinæ, mictionem cruentam, purulentam deſcribit. Aliquas proprias obſervationes adſpergit, & medicamenta lithonthriptica, quibus parum tribuo. Hæmorrhoides veſicæ habet.

GEORGII GARNERI *brachyologia loimodes deſumta ex L. magno de peſte qua graſſata eſt*, Venetiis anno 1576. & Bruntruti 1582. Bruntrut. 1610. 8. *

CHRISTOPH. GUARINONI *Conſilia medica*, Venet. 1610. fol.

FR. NOLA *de epidemica phlegmone anginoſa graſſante Neapoli*, Venet. 1610. 4. HARL.

HENNING ARNISÆI *de lue venerea cognoſcenda & curanda*, Francof. 1610. 4.

GOT-

GOTTFRIEDII SMOLLII *trias maritima proponens hypochondriacæ ſplenetica, hypochondriacæ meſaraicæ, hypochondriacæ phantaſticæ ortum & interitum*, Hamburg. 1610. 12. PL.

J. ANDREÆ SGAMBALI *de peſtilenti faucium affectu Neapoli ſæviente*, Neapol. 1610. 4.* L.

J. ANDREAM SGAMBALUM laudat CL. FOTHERGILL.

DUNCANI LIDDELII L. III. *de febribus*, Hamburg. 1610. 8.

HENRICI SMETII a LEDA *Miſcellanea medica in* L. XII. *digeſta*, Francofurti 1611. 8. Epiſtolæ ſunt varii generis, quæ etſi etiam alibi pathologica multa habent, *decimo* tamen libro inprimis unice rariorum morborum hiſtorias per 48. annos collectas, cum nonnullis cadaverum ſectionibus, ab Auctore factas continent: deinde diſputationes variæ & SMETII & amicorum ad pathologiam etiam ſpectantes, quæ ſæculum ſapiunt, paſſim interſparguntur & WEYERI L. *de varis*, & alia.

ALPHONSI de FONSECÂ *de anginis diſputationes*, Compluti 1611. 4. *

FRANCISCI PERIZ CASCALES de GUADALAXARA *de malo illo vulgo Garotillo appellato*, Madrit. 1611. 4. ANT.

JOH. CHIFFLET Veſontini *ſingulares ex curationibus & cadaverum ſectionibus obſervationes*, Pariſ. 1611. 8. Polyhiſtoris, aſtrologi, qui fere omnes ægrorum mortes aſtris imputaret. Sectiones cadaverum morboſorum numeroſæ & utiles. IDEM *aſitiæ in puella helvetica mirabilis phyſicam ecſtaſin* dedit Veſuntione 1610. 8.

TANAQUIL GILLAUMET *tr. de la maladie cryſtalline*, Lion. 1611. 12. nempe de œdemate genitalium & lue venerea quam eadem voce intelligit.

LAUR. HAHN *Conſultatio peſtis*, Hanov. 1611. 8. RIV.

WOLFG. GABELCHOVER *Curationum & obſervationum medicinalium Centuria* I. Tubing. 1611. 8. *Cent.* II. III. IV. ibid. 1612. *Cent.* V. VI. Tubing. 1627. 8. RIV.

JUNII PAULI CRASSI *mortis repentinæ examen cum brevi methodo præſagiendi*, Mutinæ 1612. 8.

FRANC. HILDESHEIM *de cerebri & capitis morbis internis ſpicilegia*, Francofurti 1612. 8. LEHM.

JOH. GUARGUANTI Medici Veneti *tres tractatus de dyſenteria, morbo gallico, & febre peſtilentiali*, Venet. 1613. 4. Lignum ſanctum in lue venerea unice extollit. Recuſa eſt 1618. 4. adjecta CYPRIANI MONTEGARRII *cognitione curandi fluxus*. *

ROD. GOCLENII *de peſte*, Marburg. 1609. 1. EJ. *Loimographia in qua graves quæſtiones medicorum quorumdam ignorantiam in curanda peſte detegentes explicantur*, &c., Francof. 1613. 8. Credulus Amuletorum & ſigillorum defenſor, addictus formulis. Morbum tamen, quem ipſe Loimiater cominus obſervaverat, non male deſcribit, obſervat ſanguinem, undecunque ſtillaret, malo eventu manaſſe, carbunculum in oculo ſanavit, ſanguinem ſolutum mali eſſe præſagii monuit, &c.

MART. PANSÆ *bericht vom Zipperlein* (arthritide), Lipſ. 1613. 8. LEHM. EJ. *von der colie oder darmgrimmen*, Lipſ. 1616. 8. LEHM. EJ. *Conſilium Peripneunoniæ oder ein getreulicher Rath in der beſchwerlichen berg- und lungenſucht*, Fryburg 1681. 4. RIV.

HIERONYMI PERLINI *declamatio adverſus morborum contagionem hujuſque auctores & fautores*, Hanov. 1613. 4. Negat contagium, ante nuperos Gallos. EJUS *inſtructiones medicæ, phyſilogicæ, pathologicæ, therapeuticæ*, Hanov. 1613. 4.

ANGELI VICTORII *Hiſtoria palpitationis cordis ruptarum coſtarum* PHILIPPI NERI, 1613. Ex ardore zeli tumor in pectore natus erat, quem bonus ſenex ad 80. annum ſuperſtes geſſit. Repertæ duæ coſtæ ſpuriæ ruptæ, &c. EJUSD. *medicæ conſultationes poſt obitum editæ a* VINC. MANUTIO, Rom. 1640 fol.

TOB. TÆNDLER *diſſ. phyſicomedicæ* Earum 2. eſt de *faſcino & incantatione*: 3. de *melancholia*. 4. *de melancholicorum vaticiniis & mirandis operibus*: *quinta de Noctiſugio*, Wittemberg. 1613. 8.

JOH. ZECCHII *methodus de urinis*: *accedit de laterali dolore cum febre putrida*, Bonon. 1613. 4. EJ. *de diebus criticis, lue gallica*, Bonon. 1629. 4.

AUG. ETZLERI *Tr. fundamentum ſive medicinæ antidotum explanans, & ad quintuplicis entis....morboſi cognitionem viam ſternens*, Hall. 1623. 8. Paracelſiſta.

In CASPARIS BAUHINI *L. de lapide Bezoar, hoc anno edito, multæ de calculis etiam fellis obſervationes exſtant.*

PHILOTHEI ELIANI MONTALTO *Archipathologia qua internarum capitis affectionum eſſentia, cauſæ, ſigna, præſagia & curatio. edifferuntur*, Lutet. 1614. 4. RIV.

PH. EL. MONTALTO etiam eſt *de morbis capitis* S. Germani 1621. 4. *

MARTINI FORSTER *tartarus hypochondriorum ſeu beſchreibung der Tartar krankheit]r. der peſt*, Gera. 1614. LEHM.

PHILIP SECHTLENI *lapis lydius inediarum prodigioſarum, quas plurimi in multos dies, ſeptimanas, menſes & annos protraxerunt*, Paderborn. 1614. 12. HÆN.

HENRICI PETRÆI *Noſologia harmonica, dogmatica & hermetica* 50. *diſputationibus diſceptata*, Marburg. 1614. 1615. & 1616. 4. Conciliare ſtuduit Chemicam & Galenicam ſectam. EJ. *de luis Ungaricæ natura & cura*. Marburg. 1618. 4.

MATTHIÆ UNZER *de nephritide*, Hall. 1614. 4. EJ. Κάταῤῥος δοιμώδης, ſive *de lue peſtifera* EJ. ἱερονοσολογία chymiatrica ſeu *epilepſiæ deſcriptio*, &c. Hall. 1616. 4. RIV.

CURTIUS MARINELLUS *de morbis nobiliores animæ facultates obſidentibus*, Venet. 1615. 4. * LIND.

LUDOVICUS GUYON *le miroir de la . . ſanté corporelle contenent toutes les maladies tant externes que internes avec leurs cauſes, definitions*, &c. Lion. 1615. 8. vol. 2. Non penitus ſpernit ASTRUC, cum ſuas obſervationes & experimenta interponat.

JOH. MAGIRI *pathologia ſeu morborum omnium enumeratio cum brevi pathologiæ delineatione*, Francof. 1615. 8. RIV.

ILLEFONSI MINESII *de gutturis ulceribus anginoſis*, Hiſpali. 1615. 4. *

CHRISTOPHORI PEREZ de HERRERA *de garotillo* (angina gangrænoſa) hiſpanice ſcripſit, Madrit. 1615. N. ANT.

DAVIDIS CRUSII *theatrum morborum*, Erfurt. 1615. 8. *

DOMINICI TETILLI *de cauſa mortis repentinæ diſtinctiſſima tractatio, in qua quæritur quid ſit mors*, Venet. 1615. 4. cum obſervationibus & hiſtoriis. RIV.

JO. HENNEMANNI REYSING *Idea loimodes*, Francofurti 1615. 4. *

HENRICI GUBERLETH *pathologia ſeu doctrina de affectibus*, Herborn. 1615. 8. LIND.

BART. PASCHETTII *de deſtillatione, catarrho vulgo dicta*, Venet. 1615. 4. PL.

Varia, quæ ad Chirurgiam inprimis pertinent, ſcripſit GUILIELMUS FABRICIUS HILDANUS. Sed *obſervationes* inprimis, tum *Epiſtolæ* plenæ ſunt egregiis etiam ad medicam praxin hiſtoriis, & a nemine debent prætermitti. EJUS L. *de dyſenteria*, Oppenh. 1616. 8. propius huc ſpectat.

G. F. HILDANI Liber *de angina* recuſus Stuttgardiæ 1661. 12. citatis ejus viri opuſculis addendus eſt.

JOHANNIS MACOLLO *theoria chymica luis venereæ*, Florent. 1618. 8. EJ. *Jatria chymica exemplo luis venereæ illuſtrata*, Londin. 1622. 8. Nullius momenti. ASTR.

JEAN GAUTIER *tr. de la maladie Venerienne*, Toulouſe 1616. 12.

JUAN del SOTO L. *del conocimento curation y preſervation de la infermidad del Garotillo* (angina epidemica), Granada 1616. 4. HARL.

JOACH. URSINI *bericht von erkentnuſſ aller fieber nebſt einem anhang von der peſt*, Roſtock. 1616. 8. LEHM.

VALENTINI RITTER *lien ſcirrhodes*, Baſil. 1616. 4. RIV.

MATTHÆI MARTINII *de morbis meſenterii abſtruſioribus tractatio cum affectionum hypochondriacarum, prioribus quodammodo affinium, hiſtoria & curatione*, Islebiæ 1616. 8. Lipſ. 1630. 8. & *de ſcorbute* L. Jenæ 1624. 8.

PETRI VASCII CASTELLI *Exercitationes medicinales ad omnes thoracis affectus X. tractatibus abſolutæ*, Toloſ. 1616. 4. *

JOH. AGRICOLÆ *bericht von der rohten Ruhr* (dyſenteria) *und febre maligna epidemica*, Erfurt. 1616. 8.

THEODORI CORBEII *Pathologia ſeu morborum & affectuum omnium* p. n. *qui corpus humanum invadere ſolent*, Francof. 1616. 8. L.

JUL. GUASTAVINI *locorum de medicina ſelectorum liber*, Lugdun. 1616. 4. Multa huc faciunt, de dolore, catarrho, ſanguine ſpumoſo, & ſputo ſanguinis, paralyſeos cauſa, febre eſſentiali. Eruditionem non deſideres.

JOH. COLLE de BELLONA (JOHANNES COLLE Bellunenſis procul dubio) *medicina practica*

(*a*) Inter eos porro, qui merentur commendari, princeps eſt DANIEL SENNERTUS, clariſſimus vir ob ſummum ingenium, maximam ſcientiam & dili-

ctica ſeu nova methodus cognoſcendorum & curandorum affectuum malignorum & peſtilentium; Piſaur. 1617. fol. Citatur a nupero auctore *hiſtory of air ſeaſons ad meteores*, qui plurimum eo opere uſus eſt tamquam collectione epidemiarum. EJUSD. *notitia & medela ſingularis de malo gallico & ejus ſyptomate gonorrhœa*, Venet. 1628. 4. Ingenium & literas Auctori dat ASTRUCIUS, judicium negat.

GUIL. LOYSEAU *obſervations medicinales & chirurgicales avec hiſtoires, noms, pays & temoignages*, Bourdeaux 1615. 12. Medico-Chirurgus. Hiſtoriam habet carunculæ in urethra HENRICI IV. quam ipſe curavit.

GEORG. GARMANN *bericht von der vveiſſen und rothen Ruhr*, Halberſtatt. 1617. 4.

MICH. SCHOEN *bericht von hitzigen fiebern*, Lipſ. 1617. 4.

DANIEL LORIS *aſſertiones de hectica febris definitione, diviſione, ſignis, curatione*, Baſil. 1617. 4. RIV.

MELCHIORIS CARTERII *exercitatio in Epilepſiam*, Toloſæ 1617. 8. LIND.

ANTONII TOSII *de anthrace ſeu carbunculo*: EJ. *de nova quadam peripneumoniam curandi ratione a nemine hactenus excogitata*, Venet. 1618. 4. L.

J. ASSUERI AMPSING *de morborum differentiis*, Roſtock. 1618. 4. EJ. *hectas affectionum capillos C. H. infeſtantium*, Wittemberg. 1623. 8. LIND. Ex iatromathematicis aſtrologis.

J. ASSUERI AMPSING etiam eſt *de alopecia & ophiaſi*, Roſtoch. 1616. 4.

HANNIBALIS ALBERTINI *de adfectionibus cordis* (palpitatione, ſyncope, peſte), Venet. 1618. 4.

CAROLUS PISO NIC. Filius, Medicus Lotharingus, *ſelectiorum obſervationum & conſiliorum de prætervíſis hactenus morbis & adfectibus præter naturam ab aqua ſeu colluvie ſeroſa ortis* edidit Ponte ad Muſſon. 1618. 4. Leid. 1650. 8. & alias. Maximam famam hic liber conſecutus eſt, inprimis ob bonam & ad morem optimorum veterum reformatam, ſignisque exquiſitis depictam morborum hiſtoriam; tum ob ſectiones cadaverum. Hydropem pectoris multis experimentis confirmavit, lethargum ad cerebrum aqua inundatum veriſſime revocavit. Obſervationes etiam extractæ & ſub titulo PISONIS enucleati editæ ſunt apud ELZEVIRIUM. 1639. 12.

DERMUTHII de MEARA *pathologia hereditaria generalis*, Dublin. 1519. 8. Amſtelodami. 1666. 12. Inutilis.

JOH. VARANDÆI *de affectibus renum & veſicæ ad mentem* HIPPOCRATIS *&* GALENI, Hanov. 1617. 8. & *de affectibus mulierum* L. III. Lugdun. & Hanov. 1619. 8. Monſpel. 1620. 8. *de elephantiaſi ſeu lepra*, Monſp. 1620. 8. *& de lue venerea & hepatide ſeu hepatis atonia*, Monſpeſſ. 1260. 8. *de morbis ventriculi* ibid. eodem anno. *Pathologia*, Monſp. 1520. 8. Opera denique omnia quibus Ventriculi, inteſtinorum, lienis, hepatis, renum, mulierum, genitalium virilium, & in univerſum omnes viſcerum abdominis adfectiones continentur 1558. fol.

RAIMUMDI MINDERER *de peſtilentia L. I. veterum & recentiorum obſſ. conſtans*, Aug. Vind. 1619. 8. RIV.

(*a*) DANIEL SENNERTUS Wittembergenſis Profeſſor collectionem de univerſis morbis forte optimam edidit earum, quas habemus. EJUS. L. IV. *de febribus* prodierunt, Wittembergæ 1619. 8. & Pariſ. 1633. 4. quo opere inprimis inclaruit, cum omnia, quæ ad morbi cognitionem pertinent, optimo ordine & dilucido propoſuerit, unde non alio auctore magis, aut BELLINUS uſus eſt, aut recentiores medici, quando hiſtorias morborum dederunt. Praxis ex more veterum eſt, pro quorum omnium utili compendio SENNERTI opera habeo. Deinde *Inſtitutiones medicæ* prodierunt, Wittemb. 1626. Eæ in Libro ſecundo *Pathologiam* continent. De *ſcorbuto* L. dictus eſt, recuſus cum RONSSEI, ECTHII, WIERI, LANGII, ALBERTI & MARTINII libris ejusdem argumenti, Francof. 1655. 4. *Practica Medicinæ* Libri VI. Wittemberg. 1628. & annis ſequentibus & Pariſiis iiſdem annis, prodierunt, quo opere omnes, etiam chirurgici morbi continentur. *De dyſenteria tractatus*, Wittemberg. 1624. 1626. 8. LEHM. & *de arthritide* ib. 1631. 4. &c. Opera omnia Lugduni 1656. fol. 2. vol. recuſa ſunt.

TO-

diligentiam, lectu ideo digniſſimus, gnarus enim veterum & chemicarum ſententiarum nomen meruit GALENI Germanici; hinc multoties typis excuſus eſt.

TOBIÆ KNOBLOCH *Kurtzer bericht von den frantzoſen*, Gieſſ. 1620. 8. Parvi momenti, ut reliqua ejus viri ſcripta. ASTR.

J. MATTHÆI tr. *de febre peſtilentiali qua ſuperioribus annis Germaniam pervagata eſt*, Francof. 1620. 8. *

J. THEODORI SCHONLIN L. *de melancholia & de catarrho* ex Gallico A. LAURENTII vidit A. Auguſt. Vind. 1620. 16.

HERM. CORBEI *gynæcion* L. II. ſeu *de morbis mulierum cognoſcendis & curandis* L. II. Francof. 1620. 8. PL.

JOH. OBERNDORFER *deſcriptio morbi Hungarici* (germanice,) Francof. 1620. 4. latine v. *de febre Ungarica*, ibid. 1601. 4.

J. BAPT. CARNEVALA *de epidemico ſtrangulatorio affectu*, Neapoli 1620. 4. * LIND. Nonne idem liber quem cum titulo J. BAPT. CAVALLARII *de morbo epidemico qui Nolam & Campaniam univerſam vexavit* idem LINDENIUS dixit? editus, ſi ipſi fides, 1602. 4.

BALDUINI RONSÆI (cujus magnos Lienes citavimus) *opuſcula medica* Leid. 1618. 8. Amſtelod. 1661. 8. Continentur hac collectione *Epiſtolæ medicinales 69.* editæ jam Leida 1590. 8. in quibus varii caſus rariores morborum habentur L. *de morbis muliebribus* datus a 1593. ubi unci etiam aliqui & inſtrumenta depicta ſunt, cum morbis infantum, gravidarum, puerperarum. *Venatio medica* alibi dicetur. In L. de *ſcorbuto* morbum HIPPOCRATI dictum credit, ut tamen exaſperetur & invaleſcat ab ingluvie cœlique vitio humido. JOHANNES ECHTIUS in L. de *ſcorbuto* conjunctim edito non a ſolo lienis aut hepatis vitio, ſed a ſanguine putrefacto ſcorbutum derivat.

AETII CLETI *Opus de morbo ſtrangulatorio*, Rom. 1620. 4.

AETII CLETI citatum *de morbo ſtrangulatorio opus* laudatur a CL. FOTHERGILL, quod propria aliqua habeat.

FRANCISCI MORÆI *de maligna febre paroxyſante opus, conſultationes & obſervationes continens*, Francof. 1620. 12.

FR. MORÆUS Venetiis recuſus exſtat 1669. 4.

EPIPHANII FERDINANDI *centum hiſtoriæ ſeu obſervationes & caſus medici*, Venet. 1621. fol. Hiſtoriæ morborum breves, viri antiquorum morum & ſtyli barbari, cum fuſis expoſitionibus ſuæ curationis. In Tarantulæ hiſtoria plenior eſt. Edidit etiam *aureum de peſte libellum*, Neapoli 1631. 4. quem non vidi.

GUILIELMI ADER *de ægrotis & ægris in Evangelio*, Toloſ. 1621. 8. HÆN.

GUILIELMI ADER libri citati editionem Toloſ. 1623. 8. habet L.

ANDREA TAMAIO *tractatus de algebra y garotillo*, Madrit. 1621. 8. N. ANT.

MICHAEL BEYER *de podagra, chiragra & gonagra*, Francof. 1621. 8. L.

P. van der HOEVEN *de ſympathia ſeu affectu per conſenſum*, Roterod. 1621. 8. *

PAULI MUNCER *von den giftigen fiebern, und der peſt*, Lipſ. 1621. 8.

J. RADEI *de podagra*, Francof. 1621. 8.

JOACH. BURSER *de febri epidemica ſeu petechiali agnoſcenda & curanda comm.*, Lipſ. 1621. 8. HÆN.

PETRI SCHOTANI *ſpeculum luis peſtiferæ*, Holm. 1621. 8. LIND.

VALENTINI JUNIORIS *obſervatio admiranda de ejectione membranarum per ſeceſſum formam viperæ referentium*, Venet. 1621. 8.

VALENTINI JUNIORIS liber citatus hiſtoria eſt, ſatis male ſcripta, phthiſeos, cum egeſtis membranis ex ſanguine compacto de ano dejectis.

ANTON. PONCE de SANTA CRUZ *in Avicennæ primam primi*. Accedit. ALPHONSI de S. CRUCE L. *de melancholia*, Madriti 1622. fol. EJ. *comm. in* L. GALENI *de morbo & ſymptomate*, Madriti 1637. fol.

ALPHONSI librum cum A. PONCE de SANTA CRUZ commentario citato excuſum non penitus ſpernas, ob morborum hiſtorias.

THO-

eſt. Optima ejus editio eſt in folio Lugduni anno 1667. ſex voll. Ex hoc auctore poterimus diſcere in pathologia omnia, quæ vetuſtas græca, romana; ara.

THOMÆ BRONCORI *de populari & peſtilenti gutturis morbo*, Neapol. 1622. 4. LIND.

HUBERTI ARNOLTI RIETMAKER *Tractatus de nephritico dolore, calculo & arenulis*, Lovan. 1622. 4. Venet. 1664. 12.

JOH. POPPII *von der vvaſſerſucht*, Coburg. 1622. 8. Lipſ. 1623. 8. *von der haut Krankheit und peſtilenzialiſchem gallen fieber*, Lipſ. 1623. 8. *Urſprung der peſtilenz*, Francof. 1625. 8. *von denen fiebern und kalten vvehen*, Lipſ. 1625. 8. *

JOH. POPPIUS hic quidem dictus ad praxin potius referendus.

PETRI POTERII *curationes & obſervationes*, Colon. 1622. 12. RIV. tum 1625. 12. 1645. 8. Sæpe recuſæ, & in operibus omnibus, Francof. 1698. 4. præter curationes chemicas etiam raros morbos habet. EJUSDEM *de febribus* L. II. Bonon. 1643. 4. Contra GALENIcos oſtendit, febris naturam eſſe in miſtura ſanguinis, ſpiritus & ſalini, &c.

FRANCISCI RUBEI *nocturnæ exercitationes in medicas hiſtorias*, Genuæ 1622. 8. *. Hamburgi 1660. 8. cura JOH. GARMERI. Hiſtoriæ morborum quadraginta ſunt, febrium inprimis, cum diſſertationibus ad eos morbos. Signa diligenter obſervavit, veteres legit, eorum deſcriptiones cum ſuo diario comparat. Ad poſteriorem editionem adnotationes adjecit GARMERUS.

HERMANNI FOLLINI *de natura febris peticularis & curatione*, Coloniæ 1622. 8. L.

ANTONII FONSECÆ *de epidemia febrili graſſante in exercitu R. Catholici in inferiori Palatinatu*, an. 1620. 1621. Bruxell. 1623. 4. LIND.

CAII HOLZMANN *de natura & cura febris malignæ*, 1623 12. LEHM.

MICHAEL BOUTHEROUE *pyretologia cum chymicis remediis*, Pariſ. 1623. 8. LIND.

DAVID de PLANISCANPY *la varole reconnue, combattue & abattue*, Pariſ. 1623. 8. A. Arſenico etiam intus auſus eſt uti.

JACOBI CARANTÆ *de morſu canis rabidi* Sarigliano, 1623. 4. Occaſionem ſcribendi libello dedit hiſtoria funeſta hominis, qui tertio a morſu menſe, cum in ſecuro is hactenus videretur, hydrophobia correptus interiit. Tunc multas theorias congregat, docet abſque morſu & hominem & alia animalia in rabiem verti, exemplis inprimis a MARCELLO DONATO ſumtis.

ADRIANI SPIGELII *de lumbrico lato* L. cum verme. Primus hanc hiſtoriam ordinaſſe videtur, caput ſe non vidiſſe faſſus eſt. Vermes ex inteſtino perforato in venam portarum viam ſibi feciſſe vidit. EJUSD. L. *de ſemitertiana*, IV. Francof. 1624. 4. & in operibus omnibus editionis Amſtelodamenſis. EJ. *de arthritide* L. ibid.

PHILIPPI HOECHSTETTER *rararum obſervationum Decades tres*, Auguſt. Vindel. 1624. 8. & *Decades tres ſequentes ſ. obſervationum*, P. II. ibid. 1627. 8. denique decem decades, adjectis quatuor *poſthumis*, una excuſæ, Lipſ. 1674. 8. Centum adeo obſervationes tum morborum integrorum, tum caſuum, cum ſcholiis ad FORESTI morem. Curationes ex hypotheſi. Ita in variolis malignis non ſenſit ſe *antidotis* ſuis lethiferam eam hæmorrhagiam excitaſſe, quam deſcribit, &c. Cæterum ex melioribus ſcriptoribus ſui ævi fuit, ingenio excitato, non ubique credulo, qui ſenſerit inertiam unicornu & hujuſmodi alexipharmacorum, multæ praxeos, qui 9255. ægros unice in Noſodochio curaverit.

J. JACOB FEDERER *brevis febris Ungaricæ cognoſcendæ, curandæ & diſcernendæ methodus*, Friburgi 1624. 8. ENDT.

JOHANNIS RUDOLPHI CAMERARII *ſylloge memorabilium medicinæ*. Hujus operis primæ *quatuor Centuriæ* prodierunt Argentorati 1624. 12. an. 1627. 1628. 1630. ſucceſſerunt ſenſim aliæ & denique *viginti centuriæ*, Tubing. 1683. 8. cui editioni quatuor poſthumæ centuriæ acceſſerunt. Imprimis autem ad rariora, & ad id reſpexit, quod admirationem moveret, eo ipſo minus utilis.

J. VIGUIER *Tractatus abſolutiſſ. de catarrho, rheumatiſmo, vitiis dentium, linguæ, vocis, ſalivatione*, &c. Genev. 1624. 8. Accedit. A. LAURENTII L. *de catarrho*.

FRANCISCI COLUTI *de querelis nephriticorum*, Rom. 1624. 4. LIND.

JOACH.

arabica, de eſſentia & natura morborum intima, de diverſis morbis, de claſſibus diverſis cauſarum, &c. docuerat, adeo ut hic auctor lectioni & attentioni nunquam ſatis commendari poſſit.

Ve-

JOACH. OELHAFII *de ſeminario peſtilenti intra corpus vivum latente*, Gedan. 1624. 4 SCH.

DAV. LIPSII *bericht von den Kinderblattern*, Erfurt. 1624. 4. * EJ. de *hydropis ejuſque ſpecierum triplici cognitione & curatione*, Jen. 1678. 4. EJ. *antipathia ſingulares*, ibid.

FRIDERICI van der MEY *de arthritide & calculo gemino* Tractatus II. EJ. *hiſtoria medica de vertigine, catarrho, tuſſi & abortu*, Hagæ 1624. 4. EJ. *de morbis & ſymptomatibus Bredanis tempore obſidionis*, Antvverp. 1627. 4. *

FRID. van der MEY in Libro *de morbis & ſymptomatibus Bredanis*, &c. bilem atram putreſcentem pro cauſa mali habet.

LUDOVICI SETTALA (SEPTALII) *animadverſiones & cautiones medicinales*, Mediolan. 1614. potius ad praxin pertinent. EJUS *de morbis ex mucronata cartilagine venientibus*, L. Mediolan. 1632. 8. (CORTE) & *de peſte & peſtiferis affectibus*, Mediolan. 1622. 4 non legi.

STEPHANI RODERICI a CASTRO *de complexu morborum*, Florent. 1624. 8. *de afitio*, Florent. 1630. 8. *Quæ ex quibus, ſeu de morbis degenerantibus & ſuccedentibus ſibi*, 1627. 12 Francof. 1646. 12. *de pleuritide diſceptatio*, Florent. 1621. *de epilepſia* 1640. 8. ibid. Noriberg. 1646. 12. *de natura mulierum*, Hanov. 1654. 4. Francof. 1668. 4. *variæ exercitationes in aliquot ægrotos* HIPPOCRATIS, Florent. 1644. 4. Venet. 1656. 8. *de animalibus microcoſmi*, Lugd. 1661. 4. Liber ſcriptor; neque ex GALENI Servis.

ST. ROD. a CASTRO *exercitationes in aliquot ægrotos* (nempe octo) HIPP. jam dictæ ad pathologiam pertinent.

ROB. BURTON ſub nomine ficto DEMOCRITI JUNIORIS edidit, anno 1624. Oxonii *the anatomy of melancholy vvith its cauſes, ſymptoms, prognoſtiks and cures*.

DUNCANI LIDDEL *Opera Omnia*. Secunda pars continet pathologiam, quinta tractatum *de febribus, peſte, variolis & morbillis*, Lugd. 1624. 4. ex editione LUD. SERRANI.

JAIMI SEGUARRA *de morbum & ſymptomatum differentiis*, Valent. 1624. 1642. *

GEORGII HORST Archiatri Ulmenſis opera. Multa ad rem noſtram faciunt, inprimis *Obſervationum medicinalium ſingularium* L. IV. *Acceſſit Epiſtolarum & conſultationum liber* Ulmæ 1625. 4. 1633. 4. UFF. Libri vero IV. poſterioris *de morbis mulierum, de morbis contagioſis, de doloribus partium externarum, de chirurgicis caſibus*, Ulmæ acceſſerunt 1628 4. UFF. Obſervationes ſecundum tres ventres ordinatæ, plurimæ ad genium & præjudicia ſeculi, Epiſtolæ meliores ſunt, variaſque doctorum virorum rariores obſervationes continent. IDEM, uti dictum eſt, MARCELLUM DONATUM novo libro auxit, Francof. 1664. 8 EJUSDEM *diſputationes* in operibus omnibus recuſæ a V. ad XVI. pathologici argumenti ſunt. Earum ſex priores ſub titulo *de morbis eorumque cauſis*, Gieſſæ 1612. 4. prodierunt *febrium* vero *continuarum & malignarum prognoſis*, Gieſſ. 1622. 4. Tr. *de ſcorbuto* duabus diſputationibus traditus, Gieſſ. 1609. 4. Germanice, tum 1611. 8. 1640. 8. EJUSDEM *bericht von der Kinder blattern und maſern* (de variolis & morbillis) Gieſſ. 1621. 8. Francof. 1668. 4. EJ. *bericht von der Ungariſchen fieberſucht*, Francofurti 1663. 12. In Tomo II. operum omnium obſervationes omnes alio ordine redeunt, quarum IX. Libri omnino ad hiſtoriam morborum pertinent, & libri X. pars major.

DAVID HERLICH *Kurtzer extract. von der peſtilenz*, Stetten. 1625. 8.

DAV. HERLICH primum prodiit Francof. 1621. 4. *

GEO. TORRÆI *Epilepſiæ conſideratio, i. e. morbi comitialis qua theoretica qua practica medicina*, Francof. 1625. 4.

JOSEPHI DE AROMATARIIS *de rabie contagioſa*, Venet. 1625. 4. Celebris ob femina plantarum auctor.

ANDREAS LOBETTI *de foco putredinis in febribus intermittentibus*, Turin. 1627. 8 LIND.

J. STE-

Verum dolendum eſt, quod neque magnus FERNELIUS, neque SENNERTUS, hic ſatisfecerint, quia diviſiones tam ſubtiles habent, ut fundamentum

J. STEPHANI STROBELBERGER & JOACH. BURSERI *concertatio epiſtolica ſuper qq... febrim malignam ſeu petechialem concernentibus. Accedit diſput. de venenorum natura & qualitatibus habita inter* J. BURSER & VALENTINUM HERTEL, Lipſ. 1625. 8. Riv. EJ. STROBELBERGER Tr. *de dentium podagra*, Lipſ. 1630. 8. ubi etiam chirurgiam habet. EJ. *Praelectionum Monſpelienſium recapitulatio continens harum libri* I. *Gal. de int. affect. notitia explanationem*, Noriberg. 1626. 12.

GEORGII TIDICÆI *epilepſiæ conſideratio*, Francof. 1625. 4. L. & *de podagra poſitiones*, Monſpel. 1626. 4.

ANTONII le GENDRE *de febre epidemica in Montalbani obſidione graſſata*, Lugdun. 1626. 8.

PETRI MANCEBO AGUADO *trattado de la eſſencia de la melancolia de ſu aſſiento cauſas y curacion*, 1626. N. ANT.

D. PACI MORANI Luſitani *apologiæ tres de Epilepſia hyſterica*. II. *de Venæſectione in fluore nimio hæmorrhoidum* III. *de ventris tumore*, Orthefii 1626. 4. * LIND.

In J. B. CORTESII *Miſcellaneis* varia huc pertinent & feri toti Libri VI. VII. VIII. IX. & X. qui ad pulſus, urinas, febres pertinent, aut ad conſilia practica.

JOH. LAMONIERE *obſſ. fluxus dyſenterici Lugduni Galliarum populariter graſſantis & auxilia*, Lugdun. 1626. 16. * L.

FRANCISCI RANCHINI Monſpelienſis *opuſcula medica*, Lugdun. 1628. 4. Hoc titulo venerunt *Pathalogia univerſalis: Tractatus de morbis puerorum: de morbis virginum: de morbis ſenum: de morbis ſubitaneis: de purgatione vitioſa & morbis inde ortis:* fuſa omnia & cum conjuncta Praxi. EJUSDEM *traité de l'origine des cauſes, des ſignes & de la préſervation de la vérole*, Lugdun. 1640. 8. Morbum novum eſſe, ſolo mercurio expugnari, &c.

ANDR. TENZEL *von der natur und cur der peſt*, Erfurt. 1627. 4. HÆN.

J. E. BURGGRAVII *Tractatus von der Ungariſchen hauptkrankheit*, Francof. 1627. 4.

THOMÆ MARQUIS *Decas peſtifuga, ſeu X. quæſtiones problematicæ de peſte*, Antvverp. 1627. 4. *

THOMÆ GROSSI *lectiones de febribus*, Venet. 1627. 4. EJ. *de morbis capitis & thoracis*; Ferrar. 1628. 4. L. EJ. *quæſtio an morbi in Italia & præſertim in Gallia ciſalpina.. ſub nomine peſtis connumerari debeant*, Venet. 1631. 4. *

MELCHIOR SEBIZ *hiſtoria de femina quæ ventrem ſupra modum tumidum ultra decennium geſtavit, & tum hydrope uterino, tum molis carnoſis 76. tum.. naſcite conflictata eſt, cum commentariolo de hydrope uterino*, Argent. 1627. 4. cum fig. IDEM GALENI L. *de differentiis & cauſis morborum & ſyptomatum in theſes contraxit & ad diſputandum propoſuit*, Argent. 1630. ſq. 4. EJUSDEM diſp. περὶ Θείου HIPP. prodiit ibid. 1643. 4.

MELCHIORIS SEBIZ etiam eſt *de adoloſcentis caſu qui anno* 1617. *mortuus repertus eſt adjacente ipſi ſerpente*, Argentor. 1618. 4. Credit eum ſerpentem in ægroto habitaſſe & in exitu, compreſſa aſpera arteria, juvenem ſtrangulaſſe.

J. BAPT. SORI *conſigli e avviſi di chirurgia... del morbo gallico*, Milano 1628. 8. A.

HYACINTHI de ALPHERIO *de peſte & diverſitate inter febrem peſtilentem & malignam*, Neapol. 1628. 4. LIND.

POMPEII CEIMI L. de *febrium putridarum judicationibus*, Patav. 1628. A.

J. EJER & GUIL. SCHMIDT *Kurtzer bericht von der rothen Ruhr oder bofgang*, Luneburg. 1629. 4. (de dyſenteria)

HORATII LYMBISANI *de febribus* L. III. *de peſte* L. XV. & *de terræ motu prout peſtis cauſa eſt*, Neapoli 1629. 4. LIND.

GEORG. NYMMAN *de apoplexia Tractatus*. Eſſe ductuum cerebri ſpiritum vitalem vehentium præcluſionem docet, VVittemberg. 1629. 4.

BARTHOLOMÆI GALESII *Epiſtola ſuper morbo hoc tempore graſſante*, Bonon. 1630. 4. EJ. *Tractatus de podagra.. & morbo gallico.. veneficiis venereis*, Bon. 1633. 4. ASTR.

capere non poſsimus, & verboſi nimis ſint in exponendis his omnibus. Hi tamen bini viri unice commendari poſſunt in hoc ſtudio; neoterici enim levi pede tranſeunt rem magni momenti, innixi ſuis hypotheſibus, ut SYLVIUS.

PARS.

SAMUEL HAFFENREUFFER πανδοχεῖος αἰολοδέρμων ſeu cutis affectus omnes cognoſcendi, & curandi methodus, Tubing. 1630. 8. Ulm. 1660. 8. EJ. de dyſenteria maligna & epidemica diſp. Tubing. 1660. 6.

BALDI BALDI Archiatri Romani de peſtifera contagione, Rom. 1631. 4. LIND. EJ. De loco affecto in pleuritide diſputatio cum RENATI MOREAU libello prodiit, Pariſ. 1640. 8. Romæ 1643. 8. EJ. diſquiſitio iatrophyſica ad textum 23. HIPPOCRATIS de aere, aquis & locis, in qua de calculorum cauſis & aquæ Tiberis bonitate differitur, & quæſtio de majori nunc quam priori ſeculo calculoſorum in urbe frequentia elucidatur, Rom. 1537. 7.

HENRICI ab HERS obſervationes medicæ oppido raræ, Leodii 1631. 8. & ſæpe recuſæ Egregie ſcriptæ, & ingenioſi omnino viri.

HENRICI ab HERS recenſæ hoc loco obſerv. primum prodierunt Leodii 1630. 12.

MAURIZIO TERILLO della peſte della Badia del Poleſino, Rovigo 1631. 4. HARL. EJ. de maligna febre quantumque peccent noſtrates in curatione, &c. Venet. 1652. 4. EJ. hiſtoria febrium, Venet. 1630. 4.

Inter MAUR. TERILLO citata opuſcula EJUS hiſtoria febrium inutilis inprimis labor eſt.

LUDOVICI GARDINI de peſtis natura, cauſis, ſignis, prognoſticis & curatione Epitome medica, Duaci 1631. 12. LIND.

PETRI PASCHALI praxis de febribus in qua omnium febrium cognitio & curatio traditur, 1631. 8. *

LEVINI FISCHER Exctaſis hippocratica de loco vero & foco affectus hypochondriaci deque viis per quas ſeroſitates morbificæ excernuntur, Lipſ. 1631. 12. PLATN. 1640. 8. LIND.

M. AURELII SEVERINI de recondita abſceſſuum natura, L. VIII. Neapoli 1632. 8. L. Francofurti 1643. 4. Fere omnes obſervationes ſuas hic congregavit auctor, inprimis autem ſpinæ ventoſæ hiſtoriam in L. V. quam fuſiſſime tractavit. Luem Veneream etiam adjicit. Sed nobile hic opus in chirurgicis repetemus. EJ. Therapeuta Neapolitanus ſeu curandarum febrium & morborum internorum methodus. EJ. Pædanchone Lib. cum commentariis THOMÆ BARTHOLINI, Neapoli 1653. 8. Idem morbus MERCATUS & alii Hiſpani ſub nomine Garotillo deſcripſerant, exulceratio nempe colli, faucium, oris, narium, palati, inter juvenes ſæviens.

Morbus ille, de quo dictum eſt in recenſione M. A. SEVERINI de pædanchone, nunc maxime in Anglia & Gallia recruduit. Cæterum SEVERINUS nihil valde novi ad ejus curationem adtulit.

GABR. NAUDÆI quæſtio an magnum homini a venenis periculum, Rom. 1632. 8. *

GAB. NAUDÆUS ſcripſit etiam de fato & fatali vitæ termino, Genev. 1645. 8.

MARCI ANTONII ALAYMI conſultatio pro ulceris Syriaci more vagantis curatione, Panorm. 1632. 4. De eodem morbo agit de quo SEVERINUS.

VIVIANI VIVIANI de peſte apologia, Venet. 1633. 4. *

MICH. PERNER conſilium antipodagricum de vera arthritidis generatione & curatione, Stettia 1633. 8. *

JOH. HAWKINS de melancholia hypochondriaca, Heidelberg. 1633. 4. *

VAL. MARTIN de veneno peſtilentiali & peſtilentia, Venet. 1633. 4. *

J. ROETENBECK und CASP. HORNS beſchreibung des Scharboks, Nurnberg. 1633. 8. *

JOH. SPERLING Tr. phyſ. med. de morbis totius ſubſtantiæ, Wittemberg. 1633. 8. *

J. GEORG. PELSHOFER de morbis totius ſubſtantiæ & cognatis Qq. pro D. SENNERTO contra J. FREITAG. Wittemberg. 1633. 8. LEHM.

ALEXANDRI RIGHI hiſtoria contagioſi morbi qui Florentiam populatus fuit anno 1530. Florent. 1633. 4. LIND.

FABBRICII BARTHOLETTI methodus in diſponeam ſeu de reſpirationibus L. IV. cum ſynopſibus. Acceſſit quintus de curationibus, Bonon. 1633. 4. Profeſſor primarius Mantuanus anno

no 1628. hos ipſos libros prælegeret, qui poſthumi editi ſunt, unde dictio & orthographia vitioſa. Sed in *quarta* parte multa utilia habet, & obſervationes ex morboſorum cadaverum ſectionibus, quibus in veram cauſam mali inquiſitum eſt. Tæniam etiam bene & deſcribit, & depingit. EJ. *de hydrope pulmonis* TR. Bononiæ 1629. 4. citatur a LINDENIO.

FORTUNII LICETI *pyronarcha ſeu de fulminum natura* L. II. *deque origine febrium*, L. II. Patav. 1634. 4. Ratiocinator, uti notum.

CASPAR AMTHOR *Exercitatio antiloimica epidemiorumque inſtantis anni morborum*, &c., Jen. 1634. 8. EJ. *noſocomium infantile oder von denen anſtoſſen und krankheiten der jungen Kinder*, Schleuſingen 1638. 8. *

STEPH. MICH. ANGELI ROTA *de peſte Veneta anni* 1530. Venet. 1634. 4. *

ADOLPHI VORSTII *περὶ τοῦ Θείου ſeu de divino in morbis quod* HIPPOCRATES *in Prognoſticis medicum obſervare juſſit*, Leid. 1634. 4.

GUILIELMUS de BAILLUOU, vulgo BALLONIUS, ex principibus Hippocraticæ ſectæ, quæ eo tempore in Gallia florere deſiit, phænomenorum in morbis & ſymptomatum diligens obſervator, cæterum totus veterum placitis addictus. EJUS *conſiliorum medicorum* L. II. Pariſiis editi ſunt 1635. 4. Liber III. anno 1649 a JACOBO THEVART. Morborum integras hiſtorias, cauſasque habet, deinde ſubjicit exempla aliqua propriæ praxeos. Tertio libro adjecta ſunt *Paradigmata* ſive 220. hiſtoriæ breves rariorum morborum. EJUSDEM *Epidemiorum & Ephemeridum* L. II. eodem ſemper editore prodierunt Pariſiis 1646. 4. Conſtitutiones epidemicas decem annorum, ab anno 1570. ad 1579. continent, Hippocratico more deſcriptas, tempeſtas nempe morboſque cum iis regnantes per anni tempora perſecutus eſt. EJUS *commentarius* in L. THEOPHRASTI *de vertigine* brevi libello prodiit 1640. 4. EJUS L. *de convulſionibus* ibid. eodem anno. EJUS eximius liber *de virginum & mulierum morbis* anno 1643. 4. EJUSD. *opuſcula de arthritide, calculo, urinarum hypoſtaſi*, pro GALENO contra FERNELIUM, *de rheumatiſmo & pleuritide dorſali*, ibid. 1643. 4. Denique *definitiones medicæ*, quibus voces Hippocraticæ variæ explicantur, & hic & inter lexica medica citari poſſunt. Opera omnia recuſa ſunt Venet. 1734. 2. vol. 4.

THOMÆ CAMPANELLÆ *medicinalium juxta propria principia* L. VII. Lugdun. 1635. 4. Edidit JAC. GAFFAREL. Febrem naturæ opus eſſe, primus diſerte docuit.

De THOMA CAMPANELLA addimus, eum virum ex libris potius quam ex natura doctum fuiſſe, & miris theoriis fecundum.

PHILIPPI JUSTI *diſp. adverſus* GALENUM *de fomite putredinis in febribus putridis continuis*, utini 1635. 4. LIND.

J. LOSEL. *de podagra* Roſtoch. 1636. 16. * L.

VINCENTII BARONII *de pleuropneumonia anno* 1633. &c. *Flaminiam infeſtante & a ne mine obſervata* L. II. Forli 1636. 4. 1638. 4. LIND.

VINCENTII BARONII *de pleuropneumonia* &c. editionem poſſideo Forolivenſem, anno 1636. 4. Hic quidem liber ſuper ſortem aliorum hujus ſeculi operum ſcriptus eſt. Pleuritidem ab angina ortam deſcribit, vermibus miſtam, etiam noſtro ſeculo in Italia ſatis frequentem, criſi per ſudorem terminatam, etiam pediculis ſupervenientibus. Pulmo in cadaveribus fere denigratus, pleura integra eſt. Quæſtionem de ſede pleuritidis erudite diſcutit, de epidemiis & catarrhis in univerſum diſſerit, &c.

JUL. CÆS. BENEDICTI *de pepaſmo ſeu criticæ quæſtiones ad mentem* HIPP. Aquilæ 1636. 8. EJ. *tutelaris columna in qua ſtatuitur pleuritidem fieri dum una pulmonis ala afficitur*, Rom. 1644. 8. PL.

JUL. CÆS. BENEDICTI *tutelaris columna*, &c. exſtat etiam Romæ 1693. 8. *

VALERII MARTINI *Encheiridion de febribus*, Venet. 1636. 4.

PETRI PAUW *de peſte*, Leid. 1636. 12. *

P. PAW *de peſte*, Leid. 1636. 12. cum H. FLORENTII additamentis.

J. de VIANA *tractatus de peſte ſus cauſas y curacion y el mode que ſe' a tenido en curar las ſecas y carbuncos peſtilentes que an oprimido la cividad de Malga*, Malag. 1637. 4.

J. MICHAELIS *Coll. theorectico-practicum de morbis ſubitaneis* Diſp. XXIII. Lipſ. 1636. ſeqq. 4. RIV.

LIBERATI de LIBERATIS *podagrâ politica & de dolore coxendicis, de podagrico, colicis doloribus viciſſim afflicto*, Rom. 1637. 8. LIND.

JULII RECALCHI *de febre typhode Tr.* Ferrar. 1638. 8. LIND.

HONORII HERING *ſchediaſma jatricum ſeu conſilium medicinale extemporaneum febrium erraticarum per oras ſeptentrionales graſſantium & pene domeſticarum theoriam & curationem exhibens*, Brem. 1638. 12. EJ. *de peſtilentia, melancholia*, &c. ibid. eod. anno. *De arthritide, podagra*, ibid. 1639. 12. Inprimis in medicando verſatur. PROSPERI CALANI *de atra bile, cordis tremore, melancholia flatuoſa*, Lugduni 1638. 8. LIND.

VINCENTII RISICA *brevis hiſtoria de maligna f.bre* JOHANNIS SPATAFORÆ, Meſſan. 1639. 4. EJUSD. *de febre peſtilente Panormitanum calnm obſidente oratio*, ibid. 1647. 4. MONG.

A relation of a ſtrange monſter found in the left ventricle of the heart of JOHN PENNANT, Lond. 1639. 4. *

NICOLAI FONTANI *reſponſionum & curationum* L. I. Amſtelod. 1639. 12. Obſervationes & propriæ ſunt, & COSTERI, PLEMPII aliorumque. Theoria Galenica. EJ. *obſervationum variarum analecta*, Amſtelod. 1641. 4. Obſervationes 22. & aliquæ Epiſtolæ. Nonnulla non inutilia, cranium monſtroſum, lapis in utero, uterus reſectus, &c. EJ. *comment.* in S. AUSTRIUM *de puerorum morbis*, Amſtel. 1642. 12. EJ. *fons ſeu origo febrium earumque remedia*, Amſtelod. 1644. * EJ. *Syntagma de morbis mulierum*, Amſt. 1644. 12. *

PAULI ZACCHIÆ *de' mali hypochondriaci* L. III. Rom. 1639. 4. 1641. 4. 1651. 4. Venet. 1665. 4. & Latine Aug. Vind. 1671. 8. De EJUS Medicina legali alibi dicetur. I. A.

THOMÆ REINESII *bericht von der izt regierenden ſterbens ſeuche ſamt gutachten vvas dagegen zu thun ſeye*, Altemburgi 1639. 4. Altemburgi 1681. 4.

BERN. LANGVVEDEL *Carolus Piſo enucleatus, ſeu nota in obſſ. medd. Car. Piſonis*, Amſtelod. 1639. 12.

CHRISTOPH. TINCTORIUS *de ſcorbuto Pruſſia jam frequenti*, Region. 1639. 4.

ROBERT LYONNET *loimographia ſeu peſtis & contagii cauſarum diſquiſitio*, Lion. 1639. 8. *de morbis hereditariis* 1646. 4. ibid.

JOH. TILEMANNI *variarum obſervationum medicarum* L. Marpurg. 1639. *

C. HOFMANNI Altdorfini pathologici libelli numeroſi proſtant, *De ichoribus & in quibus illi adparent affectibus collectanea*, Lipſ. 1617. 8. &c. *Rejectanea pathologica*, Helmſtad. 1639. 12. De morbis formæ & materiæ contra ARGENTERIUM & FERNELIUM. *Pathologia parva*, Jen. 1640. 8. Pariſ. 1647. 8. *De locis affectis* Lib. III. Norimberg. 1642. 12. *Animadverſiones in* 5. L. *Comitis* MONTANI *de morbis &* T. ERASTI *anatomen eorumdem nec non anteriſtica ejuſdem* MONTANI *cum auctario de cauſa continente*, Amſtelod. 1641. 12. *Opuſcula medica pro veritate quibus continentur Pathologia parva; rejectanea pathologica*, Pariſ. 1647. 4. *De febribus* Tubing. 1663. 12. *Apologia pro* GALENO *Tomus poſterior*, Lugdun. 1668. 8. quo pathologia continetur. Uti de anatomicis abſque ſcalpello ita de practicis rebus abſque ægrorum cura ſcripſit, ex libris erudititiſſimis, magnus veterum, ſed ARISTOTELIS maxime, adſertor.

In C. HOFMANNI hic dicti *inſtitutionibus* pathologia etiam continetur.

CL. SALMASII *interpretatio aphoriſmi* 79. *Sect.* IV. *de calculo*. *Acceſſerunt Epiſtola dua* BEVEROVICII *quibus reſpondetur*, Leid. 1640. 12. Ex Arabibus & Græcis erudititiſſime tuetur SALMASIUS, contra Beverovicium, arenas in lotio utique calculi ſignum eſſe.

ROB. FLUDD *pathologia Dæmoniaca*, Goudæ 1640. fol. Morbos plagas eſſe & meteorum, &c.

ROLANDI CAPELLUTI *tractatus von der peſt*, Francof. 1640. 4. & *de apoſtemate peſtifero*, ibid. 1642. 8. antiqui auctoris, cujus tempora ignoro.

JOH. PRÆVOTII Helvetii *de venenis & eorum alexipharmacis*, Francof. 1641. 8. Mediolan. 1646. 8. *de morbſis uteri paſſionibus*, Patav. 1669. 8. EJ. *opera omnia*, Hanov. 1666. 12.

RENATI MOREAU *Epiſtola exegetica de affecto loco in pleuritide*, Pariſ. 1651. 8. & ſæpe alias, celeberrima ob conjunctam hiſtoriam medicamentorum.

CORNELII a SOMEREN *de variolis & morbillis tract. & de veſica calculo*, Dordrac. 1641. 8.*

J. BAPT. SITONI *miſcellanea medica*, Patav. 1641. 4. Einſidlæ in Helvetia 1669. 4. Colon. 1679. 4. Morbos etiam boum deſcribit, & luem veneream & alia.

MERCURII GISBERTI VOETII *tr. de vita termino & de peſte*, Ultraj. 1641. 8. *

CY-

CYPRIANI MAROJA *tr. de febrium natura in communi & in ſingulari earumdemque cauſis, ſignis & curatione cum tractatu de morbi Gallici natura & curatione*, Valliſolet. 1641. fol. & in operibus omnibus Lugd. 1688. fol. ASTR.

SCIPIONIS CLARAMONTII *de bile atra*, Pariſ. 1641. 8.

LAZARI MEYSSONIER *paraenetica velitatio de abditis epidemion cauſis*, Lugdun. 1641. 4. ex Aſtrologica ſecta. EJ. *nova & arcana febrium doctrina ex ſectione vivorum & mortuorum animalium*, ibid. eod. anno. *

PETRI MORELLI *de febre purpurata epidemia peſtilenti*, Lugdun. 1641. 8. LIND.

JACOBI BONTII *hiſtoria naturalis Indiae*, Leid. 1642. 12. & cum PISONE, Leidae 1658. fol. recuſa. Liber II. & III. pertinent ad morbos endemios Javae & regionum calidiorum Aſiae. Tertius inprimis obſervationes habet ex cadaveribus ſumtas.

NICOLAI TULPII *obſervationum* L. III. Leid. 1641. 8. & Libri IV. 1672. 8. & alias recuſi, & Leidae 1739. 8. cum vita auctoris, & germanice anno 1650. 8. Amſtelodami. Eximius obſervator, ob raritatem & prudentem ſelectum morborum, ob cautam obſervationem, fidem, etiam dictionem. Spinam bifidam ex primis deſcripſit.

VINCENTII MOLES *de morbis quorum mentio ſit in ſacris bibliis*, Madrit. 1642. 4. LIND.

PETRI CORTESII *de diebus decretoriis*, Panorm. 1642. 8. LIND.

DUARTE MADEIRA ARRAIS *Methodo di conhecer, e curar o morbo Gallico*, Lisbon. 1642. ASTR.

J. van BEVERVVYCK *Schat der ongezondheit*, Dordrac. 1642. 8. & Germanice 1671. fol. Omnes morbos corporis humani continet, per partes deſcriptos, lepido ſtylo, non abſque propria obſervatione. EJ. *exercit. in aphor. de calculo & eruditorum epiſtolae*, Leid. 1644. 12. Calculum arenulas comites habere perpetuo, aut ab arenulis demonſtrari negat. Epiſtolae una prodierunt non inutiles TULPII, PATINI, MERSENNI. Acceſſit veſicae J. CASAUBONI deſcriptio, Libri de termino vitae alibi memini.

J. van BEVERVVYCK eſt etiam *van de blaauvv ſchyt* (ſcorbuto), Dordrac. 1742. 8.

THEODORUS TURQUET de MAYERNE, Albonae in Helvetia dominus, JACOBI I. & CAROLI I. Archiater, circa haec tempora vixit. EJ. *Tractatus de arthritide cum* EJUS *conſultationibus medicinalibus* poſt mortem prodiit edente BONETO, Genev. 1674. 12. & Londini, 1676. 12. EJ. *Praxeos Mayernianae in morbis internis praecipue gravioribus & chronicis ſyntagma*, Lond. excuſus eſt 1690. EJUSD. *de febribus, morbis externis, arthritide & lue venerea*, Londini 1695. denique opera omnia, *Conſilia nempe medica, obſervationes, epiſtolae*, &c. Lond. 1703. fol. opera JOSEPHI BROVVNE. In medicamentorum ſelectu & laudibus arcaniſque & formulis ſibi placuit.

J. HIERON. PULVERINI *de ſingulis humani corporis morbis*, Neapoli 1643. fol. *

JAC. GUILLEMEAU *des maladies des accouchées*, Pariſ. 1643. 8.

ZACUTUS LUSITANUS, Judaeus, qui in Belgio vixit, & antiquam medendi rationem tenuit, ſcripſit de *Medicorum principum hiſtoria*, L. VI. & *Praxis hiſtoriarum*, L. V. editos Amſtelod. 1637. ſeqq. in 9. vol. 8. tom. Lugd. 1642. fol. & quorum primus Amſtelodami 1629. 8. prodierat. Prius opus habet ſexcentas hiſtorias ex GALENO, CELSO, PAULO, Arabibus collectas, ſolo excepto HIPPOCRATE, ſcholiis & longis explicationibus illuſtratas, cum quaeſtionibus, dubiis, & propriis ZACUTI obſervationibus. In Libro VI. ſubjecta eſt anatome. Poſterius continet *Introitum medici ad Praxin*, *Pharmacopoeam*, *Praxin hiſtoriarum* quae compendium eſt praxeos, per ſingulos morbos. *Admirandam* denique *Praxin*, in qua 500. fere hiſtoriae exſtant, paſſim ex priori opere repetitae. Caeterum Judaeus, ex Luſitania in Belgium ſeceſſit, magnus GALENI contra Arabes alioſque defenſor, praxeos veterum aemulus, credulus tamen arcanis. Hiſtorias morborum protulit, quibus non omnes credunt, jam T. BARTHOLINO notante *anat. pract.* pag. 29. & multa ad famam augendam ornata & admirationem excitandam ornaſſe ſuſpicantur.

DOMINICI PANAROLI *Iatrologiſmorum* ſeu *medicinalium hiſtoriarum Pentecoſtae quinque* (ſeu obſervationes 250.) Rom. 1643. 8. HARL. 1652. 4. LIND. Hanov. 1654. 4. Bonae anatomicae & practicae obſervationes, & cadaverum ſectiones. In efficaciis medicamentorum paulum nimis credulus fuit.

EZECHIELE di CASTRO *Tr. del coloſtro e di diverſi mali de' bambini, le loro cauſe, e rimedj*, Veron. 1642. 4. THUAN. cum SCIPIONE MERCURIO recuditur.

EZECHIE-

EZECHIELE di CASTRO exſtat etiam curioſus tractatus *ignis lambens*, Veron. 1624. 8.

J. DAN. SEILER *de graviſſimo affectu Ileo* ſeu *Chordapſo*, Regiomont. 1644. 4. PL.

LUD. von HOERNIGK *von der peſtilenz nahmen, eigenſchaft*, &c. Francof. 1644. 4. *

J. PETRI LOTICHII *conſiliorum & obſervationum medicinalium*, L. VI. Ulm. 1644. 4. 1658. 4. practici potius argumenti ſunt, cum hiſtorias morborum valde breves habeant & multa medicamenta. Peſtem in ſe ipſo paſſus eſt. EJ. *de febribus paradoxon*, Francofurti 1627. 4. * LEHM.

J. BAPTISTA ab HELMONT novam pathologiam orſus eſt. Humorum & qualitatum primarum vitia, quibus unice fere GALENICA hypotheſis ſuperſtructa fuerat, omnino proſcripſit. Calculi novam theoriam dedit. Morbos acutos ex acido hoſtili coagulante deduxit, noxia certe hypotheſi, ex qua calidorum uſus in acutis febribus in SYLVIANAM ſcholam irrepſit. Multas tamen bonas cogitationes, & utiles gnaro homini admiſtas habet. Multi ejus libelli huc pertinent *Aſthma & tuſſis: Latex humorum neglectus: Pleura furens: Catarrhi deliramenta: Ignotus hoſpes morbus: ignotus hydrops*, &c. Tum *opuſcula medica inaudita*, Colon. 1644. 8. edita *de febribus*, *de humoribus Galeniſtarum*, *de peſte*, *de lithiaſi*.

LAZARI RIVERII Monſpelienſis *obſervationes medicæ & curationes inſignes*, Londini 1643. 8. SCHULZE, Pariſ. 1646. 4. Delphis 1651. 8. &c. Trecentæ ſunt obſervationes, cum communicatis bene multis appendicis loco ſubjectis. Scopus practicus eſt, ut demonſtraretur, quibus remediis auctor morbos feliciter debellaverit, ipſæ vero hiſtoriæ breviores ſunt. EJ *obſſ. poſthumarum centuria*, Hagæ Com. 1659. 8. & *quatuor centuriæ*, Genev. 1679. fol.

WILH. EMMERSON Opus *de elephantiaſi vera ſeu legitima, præcipue illa ulterioris Aſiæ*, Leid. 1644. 4.

MARCELLINI UBERTE *Medicina ſacra ſeu de morbis quorum mentio fit in ſacris literis*, Cæſarauguſt. 1645. 4. *

HENR. FUIREN *de aſcite prælectiones*, Baſil. 1645. 8.

CASPARIS MERCUCCI *quadripartitum melancholicum de melancholiæ morbo, differentiis, cauſis, curatione*, Rom. 1645. 4. RIV. *

PETRI SARTORII *Frantzoſen artzt oder tr. von der ſchvvachheit der Frantzoſen*, Straſburgi 1645. 8. Pro Guajaco. ASTR.

THOMÆ a CASTELLO OCHON *de venenis*, Granat. 1645. 8. ASTR.

ROBERTI NICANDRI *hiſtoria memorabilis feminæ bis triennio hypocondriis laborantis*, Pariſ. 1646. 8. LIND.

VINCENTII de PETROGONA *literarium duellum inter Neapolitanos & Salernitanos medicos de inteſtinorum phlegmone, tum de hepatis inflammatione*, Venet. 1647. 4. LIND.

THOMÆ de GARENCIERES *flagellum Angliæ ſive tabes anglica numeris omnibus inſtructa*, Londini 1647. 12. PL.

BENEDICTI a CASTRO *Monomachia de ſynocho putri*, Hamburg. 1647. 4. *

MICHAELIS ROCCI *apologia & duellum de hepatis inflammatione*, Venet. 1647. 4. *

PAULI NEUKRANZ *de purpura & morborum malignorum natura*, Lubec. 1648. 4. 1660. 4.

PHILIPPI SALMUTH *obſervationum medicarum centuriæ tres poſthumæ*, Brunſwic. 1648. 4. Edidit H. CONRING. Miracula amavit & multa nimia aut fabuloſa ſcripſit.

ALEXANDRI TADINI *Raguaglio dell' origine, e giornali ſucceſſi della gran peſte nell' anno* 1629. 1630. 1631. *con l' aggiunta d' un breve compendio delle maggiori peſtilenze per l' addietro avvenute*, Milan. 1648. 4. *

DANIELIS BECKERI Regimontani *hiſtoria morbi academici Regimontani ſeu febris malignæ epidemicæ in convictorio electoralis menſæ funeſtæ*, Regiomont. 1649. 4. LIND. EJ. *bericht vom blutgang*, Regiom. 1650. 4. (v. *de dyſenteria*). EJ. *de febribus in genere*, Regiomon. 1651. 4.

JOACHIMI LÆGERI *rari admirandi & plus quam ferini veneficio illati affectus hiſtoria*, Brunſwic. 1649. 4. & Francof. 1651. 4. cum JORDANO.

HENR. BOTTER *de ſcorbuto Tractatus, cum epiſtola ad* J. WOLFIUM, Lubec. 1649. 4. *

AVICENNÆ L. *de morbis mentis* interprete PETRO VATTERIO, 1649. 8. *

ARNOLDI BOOTII *obſervationes medicæ de affectibus omiſſis*, Londini 1649. 12. LIND. a

MEIBO-

MEIBOMIO recuſus, Helmſtad. 1664. 4. Diſceſſum futurarum, vomicam cerebri & alios rariores morbos deſcribit.

PETRI CASTELLI, multiplicis eruditionis viri, L. *de febre tritaeophya*, Conſentiæ 1648. 8. LIND. EJ. *flagello della peſte*, Meſſin. 1656. 4. *

PETRI CASTELLI etiam eſt *de affectibus thoracis*, Toloſ. 1616. 4. *

NICOLAI ELLAIN *de peſte ejuſque pracavendi modo cum notis*. G. PATIN, Pariſ. 1649. 8. cum GUIBERTI opp.

LAURENTII RODOMONTE *de vita humana cataſtrophe ex peſtilentia, ſeu de peſtis eſſentia & natura*, Piſauri 1649. 4. LIND.

MICH. RAPH. SCHMUZENS *bericht von hitzigen fiebern*, Neuburgi 1649. 8.

LUDOVICI KEPLER *de febre epidemica Regiomontana anni* 1649. Elbing. 1650. 4. LIND.

HIERONYMI OCHI RIZETI *de peſtilentibus & venenatis morbis*, L. IV. Brix. 1650. 4. & *de febribus* (nempe putridis) L. III. Venet. 1657. 4. LIND.

PETRI a CASTRO *de febre maligna puncticulari*, Veron. 1650. 16. LEHM. Norimberg. 1652. 12. EJ. *peſtis Neapolitana, Romana & Genuenſis annorum* 1656. 1657. *delineata & commentario illuſtrata*, Veron. 1657. 12. Paulum ſuperſtitioſus, qui ſidera etiam & cometas inter cauſas epidemiarum referat. Morbi deſcriptio brevis eſt. In curatione ſulfur ad ſudorem movendum cum aceto inſigniter laudat. Carbunculos non peſtilentes a bile putrida derivat.

J. MERLET... *paradoxa de tuſſi*, Pariſ. 1650. 8. *

AUGUSTI HAUPTMANNI epiſtola *praliminaris tractatui de viva mortis imagine mox edenda ſacrata*: Francof. 1650. 8. Omnes morbos mortemque a vermibus proficiſci docet.

HIERONYMI JORDANI *de eo quod divinum eſt in morbis: hiſtoria morbi veneficio illati: conſil. pro femina rariſſimo cordis affectu laborante & de paralyſi*, Francof. 1651. 4. RIV.

GUARTHERI CHARLETON *ſpiritus gorgonicus vi ſaxipara motus*, ſeu de *cauſis, ſignis, ſanatione lithiaſeos*, Leid. 1650. 8. Multum tribuit chemicis & HELMONTIO. Calculi materiem ponit in ſalſa terreſtreitate. Inter remedia multum laudat Daucum, & ſuccum Betulæ, & ſic HELMONTIUM imitatur. Formularum & antiquarum opinionum abunde.

EJUSDEM *Exercitationes pathologica in quibus morborum pene omnium natura & cauſa ex novis anatomicorum inventis inquiruntur*, Londini 1661. 4. L. *de uteri rheumatiſmo*, Lond. 1685. 8. *de ſcorbuto* L. *ſingularis*, *accedit epiphonema in medicaſtros*, Londin. 1672. 8. In ratiociniis multus fuit. EJ. *Inſtitutionum Anatomico-phyſicarum* prior de fulmine agit & hiſtoriam hominis habet, cui a fulmine rupta membrana tympani, cerebrum perforatum fuit. Londini prodiit 1665. 8.

AUGUSTINI THONER *obſervationum medicinalium haud trivialium*. L. IV. Ulm. 1651. 4. & *Conſultationum & Epiſtolarum* L. II. ſubjecti prioribus potius ad curatoriam partem morborum, quam ad veram hiſtoriam aut rariores caſus pertinent. EJ. *appendix epiſt. medicinalium*, Tubing. 1653. 4. ſenex 82. & ultra annorum in formulis potius quam in bonis hiſtoriis morborum laborem poſuit. Multa eriſtica in HORSTIUM, HELMONTIUM, alios.

MALACHIÆ GEIGER *microcoſmus hypochonariacus ſeu de melancholia hypochondriaca* TR. Monach. 1651. 4. PL.

HENRICI BARNSTEIN *von der vvunderbaren hypochondriſchen krankheit oder darmſucht*, Erfurt. 1651. 8.

ALFONSI de BURGOS *trattado de peſte, ſu eſencia, prevencion con obſervationes u particulares*, Corduba 1651. 8. ANT. *

HENRICI REGII (ex CARTESII ſchola) *meditatio duorum agrorum inflammatione & obſtructione hepatis laborantium*, Ultraject. 1652. 4.

FRANCISCI PONÆ *Saturnalia Academica medica*, Veron. 1652. 12. De morbis variis, & lue venerea.

AUGUSTINI de LAURENZO *diſceptationum medicarum Decas* I. Panorm. 1652. 4. Multa huc pertinent, an ſternutatio ſemper proſit, quid indicet hæmorrhagia narium, an hydrops a cauſa frigida proveniat.

J. MATTH. FABER *flatus ambulatorius*, Argentor. 1653. 4. EJ. *ſtrychnomania*, Aug. Vind. 1677. in botanicis dicta eſt.

PETRI

PETRI BORELLI *hiſtoriarum & obſervationum medico-phyſicarum* Centur. IV. Item ISAACI CATTIER *obſervationes medicinales raræ*, Caſtris 1653. 12. Pariſ. 1657. 8. Lipſ. 1670. 8. In BORELLI obſervationibus multum eſt arcanorum, monſtrorum, miraculorum. Hiſtoriæ breves, & unice raritate ſua paſſim commendabiles. CATTERII Monſpelienſis Profeſſoris XX. obſervationes multo meliores ſunt. IDEM CATTERIUS *de rheumatiſmo, de ejus natura & curatione, de natura doloris intricatiſſima*, ſcripſit Caſtris 1653. 8.

J. GUJOTI *enarratio & enodatio affectus rari & inſignis*, Baſil. 1653. 8. * L.

J. TEUBER *Tr. phyſ. medicus de natura, ortu, cauſis, ſignis, incrementis & curatione Podagræ*, Lipſ. 1653. 4. *

J. STEPHANI opera. In iis *pyrine, ſeu de natura febris dialogus: Paraphraſis in Locum* AVIC. I. fen. Lib. IV. *de febribus: Conſilia* 100: *de vertigine, de contagionis natura*, Venet. 1653. fol.

JULII MILLI *naturæ morbos decernentis arcanum opus, ſeu de criſibus*, Venet. 1654. 4. LIND.

JULII MILLI citatum opus ad criſes inprimis & præſagia pertinet ex antiquis collectum.

CHRISTOPHORI BENEDICTI (BENNET) *theatrum tabidorum*, Londini 1657. 8. (& prius 1654. 8.) tum ſæpe recuſum & Leidæ 1733. 8. Francofurti 1665. 12. &c. Juvenile opus, ſcriptum dictione obſcura & heteroclita, multæ tamen obſervationis. In *veſtibulo* habet hiſtoriam *fluxionum* ſeu congeſtiones humorum. In pathologiam falſam proclivis eſt. Periodos congeſtionum ait ſe obſervaſſe, ſputorum prognoſes acute definit. In *theatro* hiſtoriam morbi graduſque in egregios aphoriſmos diſpoſuit. Curatio peculiaris per ſuffitus, fonticulos, venæ ſectionem, opiata.

NELLANI GLACANI *Curſus medicus cujus 2. pars pathologiam ſeu morbos, morborum cauſas & ſymptomata continet*, Bonon. 1655. 4.

J. RUD. SALZMANNI *obſervationes*, etſi ſerius prodierunt, Amſtelodami 1669. 12. potuerant tamen ex temporis ratione, quo ſcriptæ ſunt, etiam vetuſtioribus annis recenſeri. Earum multæ ad anatomen practicam pertinent.

SEBASTIANI SCARABICCI *hiſtoria bovini cerebri in lapidem mutati & de lapidis concretione in homine*, Patav. 1655. 12. * C. PATIN *Lyc. Patav.* 22. 23. EJUSDEM *de ortu ignis febrilis hiſtoria phyſico-medica*, Patav. 1655. 4. Multum antiquæ diſputationis, ad Arabum mentem, utilitatis parum.

JAC. PRIMEROSII *de mulierum morbis & ſymptomatibus*, L. V. Roterod. 1655. EJ. *de febribus*, Roterodam. 1658. 4. EJ. *de morbis puerorum*, P. II. Roterod. 1659. 12. Contentioſus veterum defenſor.

JAC. PRIMEROSIUS aliqua etiam de morbis in *vulgi erroribus* habet, & negat pertinere ad refrigerationem, qui vulgo eo referuntur.

JOH. GUYOT de GARAMBERIO *divinæ naturæ artiſque ſacræ triumphus*, Baſil. 1653. 4. Hiſtoria magni morbi ſanati, qui mihi hyſtericus videtur.

BEAUFORT *traité de la peſte*, Leide 1655. 12. *

JOH. NARDI *noctes geniales Annus* I. Bonon. 1656. 4. Pathologica etiam varia habet; de noxis vaſorum plumbeorum. Tarantulæ, hiſtoria hydropici, quem medicus Gallus ſanandum receperat, de lumbricis, variolarum antiquitatibus, &c.

JOH. CHICOT *Epiſtola & diſſertationes medicæ de variolarum & morbillorum ortu, de dolore, ſomno & vigilia, de melancholia*, Pariſ. 1656. 4. &c. LIND.

J. DANIEL HORSTII *Decas obſervationum*, Francofurti 1656. 4. Morbos aliquos non vulgares deſcribit, & paralyſin lateris alterni a vulnere cerebri ortam. Calidam diætam in variolis rejicit & damnat. Variolas vidit in viſceribus.

CAR. VALESII *Comm. de peſte & exanthematibus*, Rom. 1656. 4.

SAMUELIS STOCKHAUSEN *libellus de lithargyri fumo noxio, vulgo dicto Hütten katze und Hutten rauch, cum appendice de montano affectu aſthmatico, der bergſucht*, Goslar. 1656. 12.

ANTON. FUELDEZ *anmerkungen von urſchlechten oder kinderblattern*, Hanau 1656. 4. De variolis.

ATANASII KIRCHER *ſcrutinium de peſte*, Lipſ. 1656. 12. Rom. 1658. 4. cum præfatione LANGII. Uterque cauſam peſtis animatam & in inſectis poſitam ſtatuit.

JOSEPHI-

JOSEPHI GALEANI *la lepra unita col mal franceſe o altro contagioſo, male il quale negli ſpedali debba curarſi*, Panorm. 1656. 8. *

JOHANNIS RHODII *obſervationum anatomico-medicarum Centuriæ* III. Patav. 1657. 8. Ex Patavinorum *medicorum praxi collectæ rariores obſſ. fere tribus verbis recitantur* EJ. *analecta & notæ in* SEPTALII *animadverſiones & cautelas*, Patav. 1652. 8.

JOH. RHODII *Centuriæ* III. citatæ collectanea ſunt.

ATTILII BULGETII Patavini *de affectionibus cordis* L. III. *Acceſſit tr. de morbis venenatis veneniſque*, L. I. Patav. 1657. 4. antiquo equidem more ſcriptis liber cum magna ſegete formularum. Auſus tamen eſt per experimentum arteriis vim pulſificam negare & tribuere ſanguini a corde appulſo.

SLATOLMUS *de febribus*, Londini 1657. 8. OSB.

ANDREÆ VETRANI *Medicum diſcrimen de lepra Gallica*, Panormi 1567. 4. A.

GOTTFRIED VVELSCH *diſp. vom. Frieſel*, Lipſ. 1657. 4. Ideo cito, quia morbi miliaris, nunc frequentiſſimi, hæc prima in Germania meminerit.

ANTON. DEUSING *de peſte: an contagioſa ſit: an vitanda*, Groining. 1656. 1658. 12. EJ. diſſ. *de morbo manſchlacht lycanthropia*, ibid. 1660. 12. EJ. *idea doctrinæ de febribus*, Groning. 1655. 12. EJ. *de morborum quorundam ſuperſtitioſa origine*, ibid. 1656. 4. In libris magis quam in natura exercitatus.

ANTONII DEUSING liber *de peſte*, &c. belgice prodiit Amſtelod. 1664. 8.

JAC. HOLST. protropium *doctrinæ novæ de febribus*.. 1657. 4. *

J. CHR. FROMMANN *hiſtoria ſerpentis nuper e femina expulſi*, Coburg. 1657. 4. *

JOHN HALL *ſelect obſervations made in Engliſh bodies in deſperate diſeaſes*, Lond. 1657. 12. 1683. 12. *

J. ALPHONSI BORELLI celebris iatromathematici *della cauſa delle febri maligne*, Piſ. 1658. 4. *

FRANCISCI CAVALLI *de inſito morborum medicum opus & novum*, Catarero 1658. 8. * MONGIT.

FERDINANDI MENÆ *methodus febrium omnium*, Antvverp. 1658. 4.

J. JACOBI VVEPFER *hiſtoriæ apoplecticorum obſervationibus & ſcholiis auctæ*, Scaphuſii 1658. 8. auctius nonnullis hiſtoriis 1675. 8. Amſtelod. 1724. 8. Eximius Liber. Per diſſectiones cadaverum oſtendit, apoplexiam ab omni cauſa oriri, quæ ſanguinis ad cerebrum iter moratur. Poſtrema editio adjectas habet obſervationes de apoplexia ex E. N. C. collectas, & BERNARDI HUETE curationem maniæ. EJUSDEM L. *di cicuta aquatica*, Baſil. 1679. 4. 1716. 4. Leid. 1733. 8. Nobiliſſimum opus multo plura continet, quam quæ titulus promittit. Non moror Archæi theoriam, quæ magno viro placuit. Sed venenorum hiſtoriam, quæ alicujus uſus eſſet, primus dedit, obſervatis in vivis animalibus ſymptomatibus, quæ hoc vel illud venenum propinatum ſecuta eſſent, tum mutationibus, quæ in cadaveribus apparuiſſent. Multa etiam alia recte obſervata miſcet, de convulſionum cauſis, ſanguine in morbis acutis non ſemper coacto, &c. EJUSDEM *obſervationes medico-practicæ de affectibus capitis internis & externis*, Scaphuſiæ 1727. 4. & Tiguri 1745. 4. a nepotibus BERNHARDINO VVEPFERO & GEORGIO MICHAELE VVEPFERO editæ. Hoc eximio opere, cujus ſimilia in ſchedis poſthumis magni viri plura exſtant, hiſtoriæ longæ & accuratæ morborum capitis 222. continentur, quas cum maximo fructu legi. Ubique curatio adjecta eſt.

J. J. VVEPFER *hiſtoriæ apoplecticorum* prodierunt etiam Amſtelodami 1681. 8.

CAROLI MORISCIANI *il torchio delle oſſervazioni della peſte di Napoli dell' a.* 1656. Napoli 1659. *

J. CONRAD VVECHTLER *homo oriens & occidens*, Francofurt. 1659. fol. fuſiſſime etiam pathologiam tradit.

HENRICI COELLEN *diſq. jatroſophica de morbo ſacro... vulgata medicorum de eodem dogmate refellens, veram ejus eſſentiam, ſedem, locum affectum, ex novis principiis pathologicis in ſcenam introducens*, Gieſſ. 1658. 4. RIV.

JOH. SCULTETI *trichiaſis admiranda, ſeu morbus pilaris mirabilis*, Noriberg. 1658. 12. & germ. 1663. 12. minime inelegans libellus, quo hiſtoria plicæ in abdominis adipe repletæ, & multa ſimilia exempla collecta continentur.

J. CHR. FROMMAN *de conſenſu partium corporis humani*, Coburg. 1658. 4. *

CASP. HORN. JOH. ROETENBECK GREG. HORST und JOH. VVYER *vom ſcharbok*, Nuremb. 1659. 12.

PHILIP. GRULING *ſonderbarer tractat von der peſt*, 1659. 4. EJ. *von kinder krankheiten*, Northauſen 1660. 4. EJ. *Tr. de calculo & ſuppreſſione urinæ multis exemplis & obſſ. & notis illuſtratus*, Northuſ. 1662. 4. RIV. Lipſ. 1668. 4. EJ. *curationum dogmatico-hermeticarum Centuria VII.* Northuſ. 1662. ſq. 4. EJ. *von vveiber krankheiten*, Francof. 1680. 4. EJ. *von den vveiber, kinder, und peſt krankheiten* Lipſ. 1690. 4.

FRANCISCI GLISSON *de rachitide ſeu morbo puerili, qui vulgo Rickets vocatur Tr.* Londini 1659. 12. 1660. 12. & alias, & Hagæ 1682. 12. Obſervationes in cadaveribus defunctorum factas habet, notas adjuvantibus GEORGIO BATE & AHASVERO REGEMORTERO. Deinde cauſam morbi novam profert a flacciditate toni partium, maxime vero ſyſtematis nervoſi. Symptomata, pectoris figuram mutatam, incurvationem ſpinæ & alia mechanice explicat. Egregius Liber, ut ſolent hujus viri eſſe. In L. *de hepate & de ventriculo & inteſtinis* paſſim obſervationes ex diſſectis corporibus admiſtæ ſunt.

CONRADI VICTORIS SCHNEIDERI magnum opus *de catarrhis*, VVittembergæ prodire cœpit an. 1660. 4. *Sextus* vero & ultimus Liber prodiit an. 1664. Alibi in Anatomicis laudavi ſcriptorem, qui catarrhorum falſam theoriam primus expugnavit. Cæterum in hoc opere omnium fere ſcriptorum, Italorum maxime, theorias & curationes exſcripſit, ſummo cum labore, qui nobis, cum ii ſcriptores nunc obſoleti ſint, parum utilis videtur. Catarrhis autem magnam partem morborum conjunxit, tum ſeroſas congeſtiones pene omnes, tum arthritidem, podagram, morbum iſchiadicum. EJUS L. *de morbis capitis ſeu cephalicis illis ſoporoſis ut vocant*, VVittemb. 1669. 4. EJ. L. *de nova graviſſimorum trium morborum curatione*, Francofurti 1672. 4. nempe apoplexia, paralyſi, lipopſychia. Non legi, neque librum *de ſpaſmorum natura & ſubjecto*, VVittemberg. 1678. 4. Diſſertatio *de ſpaſmo cordis* inprimis NICOLAO CHESNEAU oppoſita eſt. EJUSD. *de peripneumonia, ubi ſtatuitur veram ſedem peripneumoniæ eſſe utrumque, pleuritidis vero alterutrum latus pulmonum*, VVittemb. 1662. 4. d. EJ. diſp. *de inflammatione diaphrenitidæ*, VVittemb. 1665. 4.

CONR. VICT. SCHNDIDERUS in libro *de ſpaſmorum natura & ſubjecto*, quem citavimus, cauſas ſpaſmorum a repletione, frigore, flatu, examinat, & fuſe omnes opiniones ponderat, ut oſtendat denique, ſpaſmum eſſe vim motricem facultatis conſervatricis abigentis cauſam mali, &c.

J. ANTONII van der LINDEN *centum poſitiones de lue venerea*, Franekeræ 1630. 4. Diſputatio inauguralis. *De hemicrania menſtrua*. Leid. 1660. 4. EJ. *Meletmata medicinæ Hippocraticæ*, cujus erat quam peritiſſimus, Leid. 1660. 4. continent etiam pathologiam. EJUSDEM *ſelecta medica*, Leid. 1656. 4. ſunt 16. diſſertationes, quarum pleræque morbos & caſus, ut vocant, aliquos Hippocraticos continent.

J. ANT. van der LINDEN in citato libro *de hemicrania menſtrua* hiſtoriam principis ægrotæ erudite expoſuit.

SIMONIS PAULI παρέκβασις *de cauſa febrium malignarum, morbillorum, variolarum, lui venereæ, & ſimilium morborum macularium*, Francof. 1660. 4. Argentor, 1678. 4. Scopus eſt demonſtrare malignitatem a putredine & natura putrida differre, & ad ſales atque ſulfura valde exaltata pertinere. Miſcet varia bonus ſenex de venenis bufonis, cicutæ. Acceſſerunt conſilia ad vulnera ventriculi, inteſtinorum, &c. EJ. *relatio de periculoſiſſimo & difficillimo anatomico & chirurgico caſu*, Francof. 1660. 8. EJ. *bedenken über ein anatomirte reitpferd*, Hafn. 1672. 4. Equi Regii morbo exſtincti anatome.

ALEXANDRI DEODATI *valetudinarium ſeu obſervationum, curationum & conſiliorum medicinalium ſatura*, Lugdun. Batav. 1660. 12. RIV. *

F. L. GUSTONIS *Tr. de peſte*, Gorliz 1660. 12.

N. CULPEPER *de lue Venerea & Podagra*, Londin. 1660. 8.

JOHANNIS VVEYNELL *lues venerea vvherein the nature, ſubject, cauſes, ſigns, and cure are handlep*, &c. Londin. 1660. 12. AST.

NATHANAELIS HIGHMOR *Exercitationes duæ, prior de paſſione hyſterica, altera de affectione hypochondriaca*, Oxon. 1660. 12. Amſt. 1660. 12. & *de hyſterica & hypochondriaca paſſion* reſpon-

reſponſio epiſtolaris ad D. WILLISIUM, Lond. 1670. 4. Morbum ſanguini & pulmonii tribuit.

ANTONII MENIOT *febrium malignarum hiſtoria & curatio*: acceſſerunt *diſſ. pathologica de rheumatiſmo, bombis aurium*, &c. Pariſ. 1660. & 1662. 4. Magis in verborum cincinnis, quam in ipſo medendi opere verſatum fuiſſe auctor eſt JOH. ASTRUC.

ANTONII EVERHARDI Middelburgenſis *antiqui morbi recrudeſcentis per ſuctricem inducti cum Gallico vel Indico collatio, atque utriuſque origo, indoles & curatio*, Medioburg. 1661. 12. Luis venereæ per ſuctricem propagatæ hiſtoria, & ex occaſione totius mali deſcriptio.

RAMSEY *treatiſe of poyſons*, Lond. 1661. 8. OSB. EJ. *elminthologia or conſideration of ſev-veral ſpecies of vvorms*, Londin. 1668. 8.

ANTONII CRISPI *in acutæ febris hiſtoriam commentarii*, Panorm. 1661. 4. MONG. EJ. *in lethargum febri ſupervenientem comment.* II. *& in icteritiam ante* VII. *comment.* Panorm. 1668. 4. MONG. EJ. *de ſputo ſanguinis a corporis partibus infirmis proveniente cum tuſſi & ſanguinis vomitu conſultatio.. & dilucidationes in epiſtolas medicinales in quibus agitur de emiſſa in febribus venæ ſectione*, Drepan. 1681. 4.

JOH. CONRAD. BROTBECK *catalepſis* a Gal. L. I. *Prorrhet. ſect.* II. *Comm.* 56. *deſcripta*, Tubing. 1660. 4. EJUS *Comm. medicus in duas Galeni hiſtorias de febri hectica complicata*, ibid. 1661. 4.

TOB. HEINSII *conſ. antidyſentericum ſeu beſchreibung der epidemiſchen rhoten Ruhr*, Zittav. 1661. 12.

In V. FORT. PLEMPII *ophthalmographia*, quam in Phyſiologicis laudavimus, habentur etiam morbi oculorum. Fundamenta Medica jam recenſuimus. EJUS. L. de *capillorum & unguium affectibus*, Lovan. 1662. 4. *

THOMÆ WILLIS *de febribus ſeu de motu* (particularum) *in ſanguine animalium*, Londin. 1662. 12. Bilem Galenicam refutat, ſedem febris in ſanguine ponit, & a fermentatione turbata derivat. EJUSDEM *pathalogiæ* [*cerebri & nervoſi generis ſpecimen*, *in quo agitur de morbis convulſivis & de ſcorbuto*, Oxon. 1667. 12. Londin. 1678. 12. (ed. IV. (Theoriam non moramur ſpirituum ſe explodentium & in varias acrimonias degenerantium, multum autem obſervationum & cadaverum etiam ſectiones habet. EJUSDEM *de affectibus hyſtericis & hypocondriacis* (acceſſit de mot. muſcul. ſanguinis accenſione) Londin. 1671. 12. 1676. 4. Controverſiam cum NATHANAELE HIGHMORO habet, qui *de hyſterica & hypochondriaca paſſione* ſcripſerat. Sed in theoreticis uterque verſatur. EJUSD. *Pharmaceutice rationalis*, Oxon. 1679. &c. 8. continet plerofque morbos thoracis & abdominis cum obſervationibus propriis. In L. *de anima brutorum* & *de nervis* paſſim etiam obſervationes morboſas eaſque non raro magni momenti tradit. EJ. L. *de peſte* non vidi inſertum editionibus collectorum operum.

Contra L. *de febribus* ſcripſit EDMUNDUS de MEARA *Examen diatribæ* T. WILLISII *de febribus. Acceſſerunt hiſtoriæ medicæ aliquot annorum*, Londin. 1665. 8. Febres a bile eſſe more antiquorum tuetur, WILLISIO, ut verus Hibernus, gladium imprecatur. A febribus intermittentibus remanentes obſtructiones viſcerum dudum obſervavit. Obſervationes fere factæ ſunt ad defendendam ſententiam. Pro WILLISIO pugnam ſuſcepit RICHARDUS LOVVER & *vindicationem diatribes* THOMÆ WILLIS *de febribus continuis* MEARÆ oppoſuit Londini 1665. 8. Amſtelod. 1666. 12. excuſam, quo libello multa bona experimenta diſperſa continentur, theoria quatuor humorum & putredinis refutatur, &c.

ROBERTI SIBBALD *de variis tabis ſpeciebus* diſſ. inauguralis, præſide SYLVIO, Leid. 1661. 4. *

BALDASSARIS TIMÆI a GULDENKLEE *caſus medicinales praxi 36. annorum obſervati*, Lipſ. 1662. 4. 1667. 4. verſatur inprimis in curationibus. Opera recuſa ſunt 1715. 4. *Collectanea de diuturna graviditate* ex ALBOSIO PROVANCHER & aliis juncta edita ſunt, Amſtelod. 1662. 12.

RICHARDI BUNVVORTH *a nevv diſcovery of the french diſeaſe, running of reins*, &c. Londin. 1662. 8. HARL.

ALBERTI OTTONIS FABRI *Paradoxon de morbo Gallico* Lib. II. *anglice redditi*, Londin. 1662. 12. ASTR.

BENEDICTI SYLVATICI *conſiliorum & reſponſionum Centuriæ IV.* Genev. 1662. fol. huc ob morborum hiſtorias pertinet.

J. DAN. MAJOR *hiſtoria anatomica calculi inſolentioris figuræ in renibus* SPERLINGII, Lipſ. 1662. 4.

J. DAN. MAJORIS hic citati eſt etiam *de febre artificiali*, Kilon. 1666. 4.

DAN. GEIG *reſponſio medica defenſoria ad* J. HELVVIG *prodromum de morbo ac morte Cardin. VVartenbergici*, Aug. Vind. 1662. 4. *

J. JAC. VVITTIG *Thematica ſeu hiſtoriarum ægrotorum exoticorum Claſſ.* I. Erfurt. 1662. 4. RIV.

VALENTINI MOLLENBROECK *de varis ſeu arthritide vaga ſcorbutica*, Lipſ. 1663. 8. 1672. 8. 1746. 8. In formulis inprimis collectis verſatur.

BAYFIELD *de morborum capitis eſſentiis & prognoſticis*, *Anglice*, Lond. 1663. 8. *

LAURENTII GISELER *obſervationes medicæ de peſte Brunſvicenſi*, Brunſvic. 1663. 4. PL.

In LAUR. GISELER *obſſ.* citatis bene multæ ægrorum hiſtoriæ habentur.

JOH. HEYNENG *drey underſchiedliche tractätlein*, *deren* 1. *von aſtraliſchen*, *das* 2. *von Tartariſchen Krankheiten handelt*, &c. Francofurt 1663. 8. Paracelſinum opuſculum.

REGNER de GRAAF in diſſ. *de pancreate* theoriam febrium intermittentium a ſucci pancreatici efferveſcentia præternaturali propoſuit, SYLVII opinionem ſecutus, & ultra fere præceptoris adfirmationes progreſſus.

MATTHIÆ MORONI *directorium medico-practicum continens methodum morborum cum claríſſ. virorum conſultationibus*, *epiſtolis*, *reſponſionibus*, *obſervationibus*, *hiſtoriis*, Francof. 1663. 4. *

CASP. CALDERÆ de HEREDIA *Tribunal Apollini ſacrum* L. XIII. agit *de cordis palpitatione*, *pulmonis & pectoris tuberculo*, *peſte hiſpalenſi*, Antvverp. 1663. fol.

J. HENR. DAVIZER *de febre caſtrenſi maligna*, Leid. 1663. 4. diſp.

J. AND. GRABÆ *Erinnerung vvegen des Fleckfiebers und hauptkrankheit*, Erfurt. 1663. 8. febris petechialis & Hungaricæ hiſtoria. EJ. *erinnerung vvegen der böſen ſeuche der peſt und der rothen ruhr*, Erfurt. 1666. 4.

TROPHIMI SERRIER *Pyretologia ſeu de febribus*, Lugdun. 1663. 8. EJ. *obſſ. medicæ præſidiis Galenicis & chymicis ornatæ*, Lugdun. 1673. 12. *

J. CHR. JEHRING *Exercit. de genuina calculorum in Corpore humano generatione & ſiguis*; Jen. 1663. 4. RIV.

FRANCISCI PLEMPII V. F. fil. *Loimographia*, Amſtelodami 1664. 4.

H. S. *Peſt beſchryvinge*, Amſtelod. 1664. 8. *

J. COSTERI *theoria & praxis præcipuorum corporis humani affectuum*, Francofurt. 1664. 4.

P. de MARCHETTIS in *obſervationibus medico-chirurgicis*, Patav. 1664. 4. parteque *tertia hiſtorias* ſpinæ ventoſæ habet.

ROD. LOENII *explicatio Fernelii Pathologiæ* L. IV. *de febribus*, *cum prognoſi & curatione*, Antvverp. 1664. 8. *

FRIDERICI MONAVII *cryſtallina ſeu luis venereæ novæ inventæ ſpecies*, Brunſvvic. 1665. 8. Male pro nova habuit.

HIERONYMI BARBATI *de arthritide* L. II. Venet. 1665. 4. UFF.

Golgotha or a looking glaſſ for London ſhevving the cauſes, *nature and efficacy of the preſent plague*, Lond. 1665. 4. HARL.

PETR. MICH. ab HEREDIA *operum medicorum Tomi* V. *Tertius* agit *de morbis acutis totius corporis humani*, *de natura delirii & ejus cauſis*, Lugdun. 1665. fol.

SEPTIMII ANDREÆ FABRICII *diſp. de catulis hydrophoborum*; Patav. 1665. 4. EJ. *de termino vitæ humanæ*, Rom. 1666. 4.

VV. KEMP *brief treatiſe of the nature*, *cauſe*, *ſigns and cure of the peſtilence*, Lond. 1665. HARL.

ISBRANDI van DIEMERBROECK L. IV. *de peſte* primum prodierunt Arenaci 1664. 4. Amſtelod 1665. 4. ſæpe recuſi, & Genevæ 1721. 4. & in operibus omnibus Ultrajecti 1685. fol. Peſti ipſe interfuit, calido vero regimine unice uſus eſt, efferveſcentias inter cauſas admiſit; morborum tamen hiſtorias dedit. EJUSDEM exſtat L. *de variolis & morbillis*, practicus potius & incurando occupatus; tum denique, quæ hujus inprimis loci ſunt, *obſervationes & curationes medicæ* 100. & diſpp. *de morbis trium ventrium*, quorum prima editio prodiit Traject. 1669. 12.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* innumera huc pertinent, nos paucas obſervationes ex ordine numerorum excerpemus.

N. 3. Mors

N. 3. Mors a vaporibus ſubterraneis.
N. 26. Calculi numeroſi in veſica.
N. 32. & 37. Morbus oculi equini.
N. 36. De morbis navigantium.
N. 40. Globulus plumbeus in urina.
N. 52. 53. Tumor mammarum monſtroſus.
N. 83. Calculus ſub lingua. THOMAS CORNELIUS contra vim fictitiam tarantulæ.
N. 84. Calculi equini.
N. 96. Ex ſtudiis morbus choleræ adfinis.
N. 99. Calculi numeroſi in veſica.
N. 109. Sanguinis ex variis corporis partibus ſudor.
N. 140. H. SAMSON hydrops ovarii.
N. 144. E. TYSON de veneno viperarum.
N. 147. Hiſtoria hydrophobiæ.
N. 157. & 182. F. SLARE calculi analyſis. Polypus cordis maximus.
N. 167. TURBERVILLE obſervationes practicæ variæ.
N. 169. Hydrophobia.
N. 170. Calculi per anum egeſti.
N. 172. COLE falſa graviditas.
N. 173. Obſervationes in cadavere apoplectico.
N. 174. Hiſtoria morbi convulſivi.
N. 176. Cornua per omnem cutem puellæ erumpentia.
N. 181. SIGISM. KOENIG de morbo feminæ cui calculi per anum decedebant
N. 185. Glandula pinealis petrefacta.
N. 187. 191. Ad hydrophobiam.
N. 188. Cyſtides in fellis veſicula.
N. 193. E. TYSON lumbricus hydropicus.
N. 194. Lien morboſus NEH. GREVV.
N. 207. Hydrophobia.
N. 209. Calculi fellei. Epidemica tuſſis.
N. 211. Icterus.
N. 212. Homo, qui omnia venena, inprimis bufonis deſpiceret.
N. 213. KING de vermibus linguæ.
N. 215. Dyſuria ſanata acidis. Univerſalis anchyloſis CONNORI.
N. 222. COVVPER de rene morboſo ampliſſimo. Catellus per anum redditus.
N. 223. PRESTON ægri hydropici ſectio.
N. 224. Hydropici pectoris ſectio anatomica.
N. 226. Sectio corporis M. MALPIGHII.
N. 228. Calculus in cerebro.
N. 229. Fetus in ulcere umbilici.
N. 230. Excreſcentiæ in manibus pedibuſque.
N. 235. Mors ex terrore in cane. Polypus pulmonis.
N. 239. TYSON. Ventriculi perforati tria exempla poſt ulcera.
N. 242. Pueri hydrophobi ſanati. Calculi per anum egeſti.
N. 243. Fetus per ulcus ſuper os pubis eductus.
N. 246. Incommoda a deglutitis nummis.
N. 247. Calculus ſub lingua.
N. 249. Calculus in ventriculo & in veſicula fellis.
N. 252. Hydrops ovarii.
N. 253. Mors a deglutitis calculis.
N. 256. PH. LOYD de partium ſeptentrionalium morbis & remediis. Hydrocephalus.
N. 263. Polypus pulmonis rejectus.
N. 264. Bulimus.
N. 265. GREENHILL caſus medico-chirurgicus peculiaris.
N. 266. Calculus capillatus. Silex intra calculum. Polypus in corde.

N. 268.

N. 268. Veſica triplex BUSSIERE.

N. 270. COVVPERI polypus pulmonialis. FREIND morbus ſpaſmodicus in quinque puellis cum ululatu, &c.

N. 272. MUSGRAVE hæmorrhagia peculiaris.

N. 273. Hydatides ex urina.

N. 275. Colica rara. HOLT inteſtina in thoracem translata. Cancer funeſtus peculiaris ingenii.

N. 277. De canibus rabidis.

N. 280. Epilepſia peculiaris.

N. 281. Obſervationes in cadaveribus morboſis. Mala varia a prunorum oſſiculis deglutitis.

N. 283. BONOMO obſſ. de vermibus in ſcabie corporis humani.

N. 285. Ulcera pulmonis. A variolis ulcera pulmonis.

N. 290. Calenturæ hiſtoria.

N. 291. Pila per anum reddita & 304.

N. 295. Hydatides per alvum. Vermes in capite ovillo.

N. 297. Cornua ex digito nata.

N. 299. COVVPER de valvularum cordis & arteriarum oſſificationibus.

N. 300. GREENHILL ſcirrhus in pectore lethalis.

N. 302. Mira alvi conſtipatio.

N. 304. Somnus diuturnus.

N. 305. MESAPORITI obſervatio ſanguinis menſtrui erumpentis ex omni fere corporis ſuperficie. Oſſea ſubſtantia in tumore colli reperta. Ductus choledochus obſtructus a calculo bilario.

N. 308. Tumor colli hydatidibus plenus.

N. 309. Pili in utero & ovario. Ulcus ſinuoſum brachii & 312.

N. 313. Apoplexia ab obſtructione in ventriculis cerebri. Gangræna ſpontanea.

N. 323. Pili per urinam redditi & eorum obſervatio a LEUVVENHOECKIO facta. Solida corpora per urinam egeſta. Fetus extra uterum. Hydrophobitus. Fetus in utero canino mortuus.

N. 325. Calculi per alvum egeſti. Ulcera renum.

N. 333. Hydrops cum maxima fellis veſicula YONGE.

N. 335. Obſervationes CL. COURTEN in canibus cum venenis variis inſtitutæ peregregiæ. Corporis ægri diſſectio.

N. 337. Variolæ a matre gravida in fetum translatæ. Fames ſex diebus in viro tolerata. Scirrhus cyſticus. De peſte Hafnienſi & Gedanenſi.

N. 345. Ventriculus cordis ſiniſter ampliſſimus.

N. 348. Graviditas diuturna.

N. 349. A deglutitis ſilicibus incommoda.

N. 351. S. ANDRE' de colica & volvulo a convulſione muſculorum abdominis.

N. 353. Ex diſſecto corpore pueri obſervationes BROOK TAYLOR.

N. 357. VV. BECKET de luis venereæ antiquitatibus. Contendit præcedere inventionem Americæ. Pergit n. 365. 366.

N. 358. BATES morbus epidemicus in genere bubulo.

N. 364. TIMOMIUS de peſte Coſtantinopolitana.

N. 365. BECKET de antiquitate luis venereæ.

N. 366. RUTTI de ſpina bifida.

N. 369. NAISH oſſificatio arteriæ cruralis.

N. 370. Scapula per gangrænam deſtructa. Hydatides ex abdomine.

N. 371. BENEVOLI obſſ. de cataracta.

N. 378. Fetus ventralis HOUSTOUN.

N. 379. HUXHAM fabrica præternaturalis partium muliebrium.

N. 380. Calculi ex ano egeſti.

N. 381. Hydrops ovarii. RANBY ſectio oculi in quo cataracta.

N. 382. Omentum ingens.

N. 384. VATER viſus partialis & obſſ. cataractæ.
N. 390. HUXHAM deſcriptio variolarum anomalarum.
N. 391. Inſecta per urinam reddita.
N. 394. Hiſtoria hominis a fulmine enecti.
N. 395. Oſſea maſſa præter naturam in thorace reperta.
N. 398. Calculus ex equo. Polypus aſperæ arteriæ.
N. 399. Inciſionis cerebri in epilepticis. De veneno ſerpentis *rattle ſnacke*.
N. 400. Ventriculus perforatus.
N. 405. Tumores abdominis rari.
N. 416. Fetus per anum excluſus.
N. 417. A. VATER plica polonica maxima.
N. 419. De variolarum epidemia. Polypus pulmonalis.
N. 420. Abſceſſus hepatis.
N. 421. De morbo colico ſingulari: de ſuppreſſione urinæ: de conſtrictione ventriculi.
N. 423. BELCHER hydrops ovarii.
N. 424. MACHIN pueri cute ſquamoſa hiſtoria.
N. 437. Catalepſis.
N. 440. HODY ſubſtantia oſſea in utero. VATER affectus cutanei ſingularis hiſtoria.
N. 442. A mercurio crudo diſcerptum inteſtinum, quod ſcirrhoſum fuerat, & innatum habebat pruni oſſiculum.
N. 445. De morſu canis rabidi.
N. 445. 448. VVOLF. a lapſu ruptum inteſtinum.
N. 446. Colon ruptum a tumore parenchymatoſo pelvis, qui rectum inteſtinum compreſſerat.
N. 449. Paralyſis palpebrarum veſpertino tempore rediens & duceia ſanata. AMYAND de obſtructione veſiculæ felleæ.
N. 451. J. HUXHAM de aere, aquis & locis & morbis epidemicis PLIMUTHI. Hic libellus addito Ex. de morbo colico Datumonienſi prodiit Lond. 1739. 8.
N. 454. COX caſus periculoſiſſimæ febris ex halitu putrido.
N. 460. EJ. caſus venereus miſerrimus. Partus ventralis. Cruſtæ piloſæ & pili per urinam redditi. Cyſtides aquoſæ in peritonæo. Hydatides per vaginam egeſtæ.
N. 464. Cancri interni hiſtoria. Epidemicæ mortes a polypis HUXHAM.
N. 465. SCHLICHTING de cancro. BASTER de hydrocephalo.
N. 466. SHORT caſus hydropis.
N. 469. De morbo venereo antiquo Edimburgenſi.
N. 470. BEVAN oſſa mollia. Sanatus qui urinam cruentam in variolis reddiderat.
N. 471. AYLETT ſpina bifida.
N. 472. Morbus P. BOLOGNINI. HALLERI pili & ſteatomata in ovario.
N. 474. HALLER ſcirrhus cerebelli. Morbi oculi ſanatio. Ureter clauſus.
N. 475. Fetus per anum excluſus. Hydatis magna hepatis. MYDDLETON conceptus extra uterum.
N. 476. Bulimus. Volvulus.
N. 477. & 478. Morbus bubulus, nempe inflammationes ventriculi & pulmonis MORTIMER.
N. 480. AMYAND de ſpina ventoſa.
N. 481. Scirrhus uteri & cordis polypus. Calculus equinus enormis cum analyſi.
N. 483. HALLER hiſtoria aortæ oſſicis ſquamis conſperſæ.
N. 485. Fetus retentus, & per ulcus umbilici redditus.

In *Journal des Savans*, maxime vetuſtioribus annis, paſſim obſervationes aliquæ raræ ex morbis recenſæ ſunt, ut Tarantulæ hiſtoria 1678. n. 34. LAUVVERIÆ calculos per inteſtina reddentis hiſtoria. 1682. n. 10. Vermes in corde 1679. n. 21. Trichiaſis rara 1684. Morbi epidemici ex vermibus hiſtoria 1722. Lettre de M. VIDAL ſur une maladie particuliere (calculi nempe veſiculæ felleæ) 1723.

MARCELLI MALPIGHII diſſ. *de viſcerum ſtructura & de polypo cordis*, Bonon. 1666. 4. Eo inclinat, ut acido ſanguinem cogenti tribuat polypos. EJUS Conſilia practicis dicentur,

THO-

THOMÆ SYDENHAM *methodus curandi febres propriis obſervationibus ſuperſtructa*, Londin. 1666. 4. EJUSDEM *obſervationes circa morborum acutorum hiſtoriam & curationem*, Londin. 1677. 8. Poſt veteres fere primus medicos a vanis theoriis & ab inutilibus vocum explicationibus ad rem ipſam & ad patientem morborum obſervationem reduxit, & in febribus inprimis curandis ita de ſuis civibus meritus eſt, ut *febrium debellatoris* nomen a conſentientibus civibus ipſi impoſitum ſit. Neſcio an non ipſi debeamus obſervationem vis, quam conſtitutiones epidemicæ in ipſos morbos exerunt, ut non omni tempore penitus ſui ſimiles ſint, neque, etſi uno nomine conſtanter veniant, eandem curationem patiantur, unde fiat, ut in conſtitutione nova patienter ingenium morbi explorare oporteat, prius quam potentior medicina adhibeatur. Deſcripſit autem in poſteriori opuſculo epidemias varias & regna febrium, peſtis, variolarum, dyſenteriæ, comatis, tuſſis, pleuritidis, peripneumoniæ, uno verbo conſtitutiones ab anno 1661. ad 1675. *Epiſtola reſponſoria prima* coutinuat conſtitutionum hiſtoriam ab 1675. ab 1680. qua febres fere intermittentes ſolæ graſſatæ ſunt. In *Epiſtola reſponſoria* II. *de morb. epidemic. & lue venerea* luis venereæ hiſtoriam & curationem tradit. Prodiit utraque Londini 1680. In *Diſſertatione epiſtolari* de variolis confluentibus & morbo hyſterico atque hypochondriaco obſervationes profert, Londini 1682. 8. Tract. *de podagra & hydrope* ſecutus eſt Lond. 1688. 8. Priorem ipſe paſſus, amaris ſanat. *Schedula monitoria de nova febris ingreſſu*, Londini 1686. 8. Febrem peripneumoniæ adfinem deſcribit, multa contra falſam illam malignitatis ideam monet. *De febre putrida in variolis confluentibus: de mictu cruento in calculo: de affectione hyſterica* opuſcula, Londini 1682. 8. Curationum merita alibi laudabimus. Juncta opera ſæpe prodierunt Londini 1685. 8. quæ prima editio eſt. 1705. 8. 1734. 8. Amſtelodami, Lipſiæ 1695. 8. Genevæ 1736. 4. (cui editioni numeroſiſſima inprimis epidemiæ adjectæ ſunt ex aliis variiſque ſcriptoribus.) Leidæ 1726. 8. & alibi.

TH. SYDENHAM opera juncta nuper prodierunt etiam Genevæ 1749.

THOMAS BARTHOLINUS praxin ipſam parum videtur ſecutus eſſe, hiſtorias tamen variorum morborum non inutiles dedit in ſuis *hiſtoriis anatomicis*: in *ciſta medica*: in *Actis Hafnienſibus*, & alibi. EJUS *de morbis biblicis miſcellanea medica* prodierunt Francofurt. 1672. 8. Opiniones proponit & optionem relinquit lectori. EJUS *de anatome practica ex cadaveribus morboſis adornanda* conſilium, Hafn. 1674. 4. Refert ſe eodem, quo BONNETUS, conſilio uſum collectos labores per incendium amiſiſſe, & fontes hujus ſtudii aperit, propria experientia minus dives. In *medicina Danorum domeſtica* etiam de morbis endemiis agit. EJUSD. *paralytici commentario illuſtrati*, Pariſ. 1649. 8. HARL. In SEVERINI pædonchonem commentarios edidit, quibus bonum ſenem defendit, recuſos cum REN. MORÆI ep. *de laryngotome*, Pariſ. 1646. 8. PL.

Cum LYSERI *cultro anatomico*, Hafniæ 1665. 8. edito LYSERII, HENRICI a MOINICHEN, BOGDANI utiles obſervationes chirurgico-medicæ, deteriores & nimis credulæ SEIDELII prodierunt. MOINICHENII obſſ. ſeorſim cum JOS. LANZONI adnotationibus prodierunt Dreſdæ 1691. 12.

FRANC. PIENS *Tr. de febribus in genere & ſpecie ex veterum & recentiorum ſcriptis perpenſis*, Amſtel. 1665. 8. Neomag. 1669. 8. Genev. 1689. 4. *

GIDEON HARVEY *litle Venus unmaskd*, Londin. 1666. 8. ſæpe cum variis titulis recuſum opuſculum anno 1670. 1673. 1685. AST. EJ. *nevv diſcourſe of ſmallpox and malignant feavers vvith various methodes of curing them*, ibid. 1685. 8. HARL. EJ. *morbus anglicus or the anatomy of conſumtion containing the nature, cauſes, ſigns, ſubjects, progreſſ, prognoſtiks, preſervation and methods of curing conſumtions, ſoughs and ſpitting of blood*, Lond. 1673. & 1674. 8. PL. & HARL. EJ. *diſeaſe of London, or a nevv diſcovery of the ſcurvey*, Lond. 1675. 8. EJ. *caſus medico-chirurgicus*, Lond. 1678. 8. ſcepticus uti notum, qui carperet multa, pauca melius traderet ipſe.

GEORGII THOMSON *loimotomia*, Londini prodiit 1666. 12. * EJ. *hæmatioſis*, ibid. 1670. 8. *

MAUR. HOFMANN *ſciagraphia morborum contagioſorum*, Altdorf. 1666. 4. 1672. 8. 1691. ſunt 40. Diſputationes. EJUSDEM *diſquiſitio corporis humani anatomico-pathalogica*, Altdorf. 1763. 8. cum catalogo partium corporis humani conjungitur deſcriptio morborum, qui ſingulis moleſti ſunt.

S. SIBOLDI TIBERII HEMSTERHUYS *hiſtoria & analyſis arthritidis vagæ*, Leuvv. 1666. 12. *

JOH.

JOH. PURGOLD *kurtzer bericht von der rothen Ruhr und deren zufallen*, Mulhauſ. 1666. 4. RIV. de dyſenteria.

J. SOPHRONII KOZAK *Tr. de hæmorrhagia*, Ulm. 1666. 8. *

J. ADAM ZHPF *von der natur, præſervation und cur der itz umgehenden rothen Ruhr*; VVeimar. 1666. 4. * de dyſenteria.

GEORG. LEISSNER *informatorium vvas die urſachen itdiger graſſierenden ruhren ſeynd*; &c. Plauen 1666. 4. *

FRANCISCUS DE LE BOE SYLVIUS, Leidenſis Profeſſor, minime vilis homo fuit, uti nunc, deſtructa EJUS theoria, vulgo creditur. Chemiam cum anatome ad declarandam pathologiam & ætiologiam adhibuit, in diſſecandis morboſis cadaveribus diligens, in praxi felix, in docendo tantus, ut fere univerſam Europam in ſuam ſectam pellexerit. Doleo certe non modice, quando tantum virum video, abreptum Carteſiano illo ardore explicandi omnia, quæ nondum explicari poſſunt, acidum illud hoſtile HELMONTII in febrium cauſis ita admiſcuiſſe, ut ſolis alcalinis oleo nempe, eos ignes coactus ſit exſtinguere. Ita in intermittentibus febribus ſucci pancreatici aberrantem acciditatem, in aliis morbis alias non firmas cauſas in praxin tranſtulit, noxius equidem in eo Auctor, ut tamen cauto lectori multas utiles obſervationes exhibeat. Ad pathologiam pertinet inprimis *praxeos medicæ idea nova* Libris III. comprehenſa com *appendice*. Omnes ibi morbos ex ſua theoria explicat, curationem ex hypotheſi adſignat. L. I. prodiit. Leidæ 1667. 12. Huc etiam pertinet *hiſtoria de febre epidemica Lugduni Batavorum an.* 1667. *plures adfligente: & de affectu epidemico ab Auguſto menſe* 1669. *ad Januarii* 1670. *finem in Leidenſis ſurbis incolas ſæviente*, Leid. 1670. & 1679. 12. & *Oratio de ejuſdem febris cauſis naturalibus* habita an. 1670. Porro *Caſus medicinales* ſeu curationes ægrotorum poſthumas edidit JOACHIMUS MERIAN. Juncta opera prodierunt Ultrajecti 1695. 4. Venetiis 1736. fol.

PAULI BARBETTE Tr. *de peſte*, Leid. 1667. 12. cum notis DECKERI. EJUS *anatome practica*, Amſtelod. 1659. 8. in qua cum partium corporis humani anatome conjunctos habet morbos. In *praxi* Amſtelodami 1665. edita, & a F. DECKERO recuſa, obſervationes anatomicopracticæ interſperguntur. Cæterum SYLVIANUS eſt, amator ſudoriferorum, oſorque venæ ſectionis.

CAR. LANCEANI PALTRONII HIPPOCRATIS *oracula de febribus ac ſymptomatibus*, Bonon. 1667. 12. *

J. AMMAN *bericht von der peſt*, Schafhauſen 1667. 8. *

CHRIST. SCHORER *unterricht von der peſt*, Ulm. 1667. 8. *

J. SCHMIDTS *bericht vom hitzigen fieber*, Augſpurg. 1667. 12. EJ. *von der peſt, frantzoſen und ſcharbock*, ibid. eodem anno & Aug. Vind. 1692. 12. *

ISAACI RAET *peſtis adumbrata in* L. V. *aphoriſm.* Amſtelod. 1667. 12. *

Febriologia & lectiones Pincianæ ad HIPPOCRATIS *mentem* JOHANNIS LAZARI GUTIEREZ, Lugdun. 1668. fol. LIND.

FRANCISCI CROSS *de febre intermittente*, Oxon. 1668. 12.

GEORGIUS HIERONYMUS VVELSCH. vir variarum linguarum peritiſſimus, multas & ſuas & aliorum obſervationes edidit. Ita *ſylloge curationum medicinalium* prodiit. *centurias* VI. *obſervationum conplectens cum notis & Epiſagmatum centuria* I. Ulm. 1667. 4. Aug. 1676. 4. Continet MARCELLI CUMANI, JEREMIÆ MARTII, ACHILLIS GASSERI, J. UDALRICI RUMLER, HIERONYMI REUSNERI obſſ. & hujus quidem duas, reliquorum unam centuriam. In MARTII obſervationibus reperio utiles cadaverum diſſectiones, morbosque rariores & epidemicos. In RUMLERIANIS morbi etiam ſingulares & rari deſcribuntur. GASSERUS fere in remediis unice occupatur, tum REUSNERUS. Centum propriæ VVELSCHII obſſ. ex PRÆVOTIO & SLEGELIO magna ex parte ſunt collectæ, ſed paſſim ſuſpectæ. EJUSDEM *de Medinenſi vena ſpecimen & de vermibus capillaribus infantum*. Aug. Vindel. 1674. 4. cum plurima Arabica eruditione & collectis ad dracones & ſerpentes omnis generis numeroſiſſimis veterum locis. Commentarius eſt ad AVICENNÆ caput. Multum non vulgaribus Libris & ipſis codicibus uſus eſt. Omnia medicamenta quæ EBN SINA (ſic enim ſcribit) nominaverat, fuſe deſcribit, in experimentis parcior, tum in morbi hiſtoria, quum nunquam cominus vidiſſet. Altera diſſertatio deterior. Subjecta eſt GEORGII CUNELII *de Dracunculis* diſputatio defenſa Baſileæ an. 1589. EJUSD. *Hecatoſteæ duæ obſervationum phyſico-medicarum*, ibid.

 1675.

1675. 4. Ejusdem *curationum exoticarum chiliades* II. *conſiliorum centuria* IV. *cum adno tationibus*, Ulm. 1676. 4. Ej. *curationum propriarum & conſiliorum medicorum Decades* X Aug. Vind. 1681. 4. a morte auctoris prodierunt. Obſervationes breves & multum formu larum, adnotationes & loci aliorum ſcriptorum paralleli plurimi. Mirum adeo indulſiſ ſe aſtrologiæ judiciariæ. Ej. L. *de ægagropilis* diſſ. Aug. Vindelicor. 1660. 4. édita & au cta 1668. 4. utcunque huc etiam referri poteſt.

In G. H. Welschii *Hecatoſteis*, &c. huc pertinent aliquæ morborum rariorum hiſto riæ; phyſica enim multa miſta habentur.

Theophrasti Veridici Scoti *plicomaſtix ſeu plica e numero morborum apoſpaſma*, Ge dan. 1668. 4. Pro Davissonio Scoto, niſi ipſe eſt Davissonius, ſcripſit & contra Plem pium & Theodorum Skuminovium plicam non eſſe morbum, ſed ab immunditie pro venire, & impune reſecari, plurimumque fabularum in eam hiſtoriam miſceri.

J. von der Marck *de febre nuperrime epidemica*, Leid. 1668. 4.

Helm. Conringii *de febre maligna vulgo dicta Ungarica*, Helmſt. 1668. 4.

Balthas. Andr. Ferreolus *morboſi ventriculi infelix hactenus tentata cura*, Franco furti 1668. 8. Urt. Germanice etiam ibid. eodem anno Pl.

Simon van Assendelft *de febre quadam epidemica*, Leid. 1668. 4° *

Henr. Meibomii eruditiſſimi viri dif. *de febribus intermittentibus epidemicis*, Helmſtad 1668. 4. Ej. *de ſuppreſſione urinæ* ibid. 1676. & aliæ eruditæ diſſertationes exſtant.

Christoph. Andreæ Schongast *enkurek Perſar. morſusque tarantulæ*, diſp. Lipſ. 1668. 4

Wolf. Senguerdi *de tarantula*, Tr. Leid. 1668. 12. Ex aliis.

Job. van Mekern *Heel-en geneeskonſtige aanmerkingen*, Amſtelod. 1668. 8. Eædem cum titulo *obſervationum medico-chirurgicarum* latine editæ ſunt Amſtelodami 1682. 8. Poſthu mum librum alibi laudabimus. Aliqua etiam ad medicos morbos pertinent.

Theophili Boneti *Pharos medicorum*, *id eſt*, *cautelæ*, *animadverſiones & obſervatione practicæ ex operibus* G. Ballonii *erutæ* L. X. Genev. 1668. 12. quod idem opus auctius cum titulo *Labyrinthorum medicorum extricatorum*, *ſeu methodi vitandorum errorum qui in praxi occurrunt*, recuſum eſt Genevæ 1679. 4. Compendium eſt operum Ballonii in ordi nem methodicum diſtributorum, & inprimis ſecundum ſeriem omnium in corpore huma no morborum. Addita ex Septalio varia. Ejusdem *ſepulchretum ſeu anatomia practica ex cadaveribus morbo denatis proponens hiſtorias omnium pene corporis humani affectuum*, Genev. 1679. 2. vol. fol. & auctius 3. vol. fol. Genev. 1700. procurante J. Jacobo Man get, cujus operis *prodromus* complectens morborum capitis obſervationes jam an. 1675. 8 Genevæ prodierat. Hoc opere vix aliud utilius eſt, magisve mereretur ſuppleri, & ad noſtra tempora deduci, ex quo certe major lux ad veras morborum ſedes & cauſas eruen das adfulget, quam ex omnibus aliorum ad ea tempora medicorum theoriis. Titulos mor borum ſub oculos incurrentium proponit a capite ad calcem, ſub eos titulos ex omnibus fere ſcriptoribus ordinat non naturalem partium corporis fabricam, quæ inciſis corpori bus reperta fuit, & cauſam ſymptomatum præbuit, quæ per vitam ægrum torſerant. Multas ipſe & accuratas ſectiones addidit, neque paucas in ſua editione Mangetus. E jusdem *medicina ſeptentrionalis collatitia*, Genev. 1684. 2. vol. fol. eſt collectio obſervatio num anatomicarum practicarum, omnis generis, ex Actis Hafnienſibus, Philoſophicis, & Academiæ Naturæ Curioſorum Ephemeridibus.

Mercurius compitalitius, *ſeu index medico practicus*, Genev. 1682. fol. continet omnium morborum ſigna & deſcriptiones. Ej. *polyalthes ſeu theſaurus medico practicus*, Genev. 1690. fol. alibi laudabitur.

Guil. Dragei *obſſ. de febribus intermittentibus*, Londini 1668. 12. Lind.

Francisci Redi L. de viperis alibi citatus huc poſſet referri, ob experimenta cum ve neno capta. Ejusdem *degli animali viventi negli animali viventi*, Firenz. 1684. 4. Lumbri corum & vermium inteſtinalium & alibi in corporibus animalium repertorum hiſtoriam habet ex variis animalibus: cum adjecta hiſtoria animalculorum ſcabiei Hyacinthi Ce stoni. Aliqua ſimilis argumenti exſtant in L. *de inſectis*.

Raimundi Johannis Fortis *conſultat. & reſponſ. medicinalium Cent.* IV. Patav. 1669. fol. Ej. *conſilia de febribus & morbis mulierum dignoſcendis & curandis*, Patav. 1688. 4.

Citatum hic Raim. Joh. Fortem laudat Stahlius.

E. May-

E. MAYNVVARINGE treatiſe *of the ſcurvy*, Londin. 1668. 8. EJUSD. *myſterium luis venereæ*, Hamburg. 1675. 12. *ſeu hiſtory and miſtery of the venereal lues*, Londini 1673. 8. Parum favens judicium de collectore dedit ASTRUCIUS.

J. FERDINANDI de HERTODT *Tartaro-maſtix Moraviæ*, Vienn. 1669. 8. * Exigui momenti Auctor.

VVELLE *of the gout or joint evil*, Lond. 1669. 8. *

EBERHARDII GOCKELII *de peſte Enchiridion medico-practicum cum antidotis & L. de venenis*, Auguſt. Vindel. 1669. 8. LEHM. EJUSDEM *conſiliorum & obſervationum medicinalium Decades* VI. Augsburg. 1683. 8. EJ. *beſchreibung des durch ſilberglätte verſüsſten ſauren vveins und der davonentſtandenen vvein Krankheit*, Ulm. 1697. 8. EJUSDEM *bericht von dem beſchreien und verzaubern, auch denen daraus entſtandenen Krankheiten*, Francof. Lipſ. 1699. 8. (de morbis magicis) EJUSD. *Conſiliorum & obſervationum & curationum medicarum novarum Centuriæ duæ cum dimidia*, Ulm. 1700. 4. Omnis generis, practicæ, chirurgicæ, rariorum & monſtrorum obſervationes. Plus formularum quam hiſtoriæ aut ſignorum, & nonnullibi vix fidem adhibens, ut ovi ſole ſignati, faciei humanæ in piſo expreſſæ.

Hiſtoria fetus Muſſipontani, dubii nempe & forte fabuloſi. In hac collectione de eo fetu exſtant libelli A. DEUSING. *conſideratio fetus Muſſipont.*, & *ſecundinæ fetus Muſſipont.* & *vindiciæ contra* BERNARDUM à DOMA, tum HONORATI LAUTIER *prodigium* & *reſponſio contra anonymum Maſſilienſem*, calidiſſima, judicia G. PATINI, EISENMENGERI (hoc melius) aliorumque. Collector LAURENTIUS STRAUSS epiſtolam & alia addidit, & collectionem curavit, quæ Francofurti 1669. 4. prodiit.

GEORG. PETR. ERERI diſſertatio *de fratre Lombardorum*, Argent. 1669. 12. (nempe mola.)

JOHANNIS MAYOVV *liber de rachitide*, Oxon. 1669. 8. 1674. 8. Rachitidem ab obſtructione medullæ ſpinalis derivat.

J. A. GRABENI *anleitung von der ſeuche der Plattern und Maſern*, Mulhauſen 1669. 8. (de variolis & morbillis.)

H. DORELL *caſus de aſthmate* diſp. Leid. 1669.

JOH. ALBERTI SEBIZ *Exercitationum pathologicarum diſputt.* 25. Argent. 1669. ad 1674. 4.

PETR. ANTON. MOLINETTI *diſſ. anatomicæ & pathologicæ de ſenſibus & eorum organis*, Patav. 1669. 4. & *diſſ. anatomico pathologicæ* ibid. 1675. 4. continet totius corporis humani morbos cum anatome conjunctos, & variorum affectuum hiſtorias.

In E. N. C. quæ anno 1668. ceperunt prodire, multa egregia, etiam majora opera, practici argumenti continentur. Ita in Dec. I. annis IX. X. morbi convulſivi hiſtoria: in Dec. II. annis V. VI. & app. & VII. PAULINI obſervationes in ejuſdem annis VII. IX. & X. ſectiones morboſæ multæ: in Dec. III. anno I. A BAUZMANN morbus hyſtericus continetur. Ita porro ALEXANDRI CNIPSMACOPPE hiſtoria ſectionis corporis CAROLI PATINI *Decuriæ* III. anno II. VVEPFERI epileptici anatome. Porro Dec. III. annis II. & III. P. Jac. HARTMANNI ſectiones morboſæ. Anno III. V. VI. VII. VIII. IX. X. & ſeqq. epidemiæ Germaniæ. In Centuria III. IV. VII. & VIII. morbi epidemici Hungariæ exſtant. Sed infinita ſunt & recenſeri nequeunt, quæ hic ad morbos rariores & ſæpe nimis miraculoſos pertinent.

HENR. VVOLF. *febris malignæ anatomia oder zerlegung des giftigen fleckfiebers*, Halberſtad. 1670. 4. *

J. FRID. HELVETII cel. Chemici *Diribitorium medicum de omnium morborum accidentibus, definitionibus, curationibus*, Francof. 1670. 8.

J. BAPT. MAGINI *de podagra brevis diſceptatio*, Rom. 1670. 8. *

G. KOVACS TATAI *hercules vere cognitus, ſeu epilepſiæ vera dignotio & curatio*, Leid. 1670. 12. *

FRANCISCI MORÆI *de febre maligna paroxyzante* L. Francof. 1670. 12.

GEORG. CHRISTOPH PETRI *de igne microcoſmico qui Græce καῦσος, Latinis febris ardens vocatur*, Erfurt. 1670. 4. *

ALEX. ALEXII *iſtoria della peſte di Eſte*, Patav. 1670. *

THEOD. KIRCHMAIER *diſſertatio de hominibus apparenter mortuis*, VVittemberg. 1670. 4. *

FR. ISAAC QUATROUX *de la peſte, du pourpre & de la petite verole*, Paris 1671. 8. 1695. 12. *

VVENCESL. MAXIM. ARDENSBACH *tartaro-clypeus excipiens tartaromaſtigmos* HERTODII Prag. 1671. 8. *

GUIL. PARENT. *de peſte dialogus inter* HIPPOCRATEM, PARACELSUM *&* THEMISONEM. Leodii 1671. 4. *

GUIDONIS FANOIS *de morbo epidemico Leidæ* anno 1669. *graſſante*, Leid. 1671. 12.

LEONHARDI BIMII *peſtis ad vivum delineata & curata*, Leodii 1671. 8. * LEHM.

CAROLI de la FONT *de veneno* peſtilentiali diſſ. II. Amſtelod. 1671. 12. Jen. 1683. 12. Peſtem non ex ſiderum influxu, ſed ex terræ exhalationibus, & inprimis arſenicalibus oriri, neque per aerem propagari, ſed unice contagio inficere, neque ſanguinem cogere, ſed erodendo operari, domari acidis docet. Non quidem ipſe peſtem vidit, ſatis tamen bene theoria cohæret. EJ. *Tr. de hydrope tympanite*, Genev. 1697. VVILLISIUM, qui ad ſpaſmos retulerat, refutat, refert autem ad flatus in pituita contentos.

JOH. DRAVVIZ *bericht und unterricht vom ſcherzmachenden ſcharbock*, Lipſ. 1671. 8. Ed. III. Celebrium medicamentorum auctor. Primam editionem ignoro.

JOH. DAAVVIZ prior editio eſt Lipſ. 1658. 8.

FRANC. OSVVALDI GREMBS *Arbor integra & ruinoſa hominis*, Francof. 1671. 4. Morborum etiam hiſtoriam continet.

STUBBI *Bacons relation of the ſvveating ſicknaſſ examined*, Lond. 1671. 4. *

VALER LOEBER *anchora ſanitatis*, *cui annexa mantiſſa de venenis eorumque antidotis*, Hamburg. 1671. 8. *

CASPARIS BRAVI de SOBREMONTE RAMIREZ *conſultationes medicæ*, Colon. 1671. 4. 1674. 4. Habet varias hiſtorias ſectionum cadaverum morboſorum, & morborum.

CAROLI CLARAMOMTII *de aere, aquis & locis Angliæ*, *deque morbis vernaculis & obſſ. medicæ Combrobritannicæ*, Lond. 1672. 12. *

FRIDERICI Loss Germani, ſed qui in Anglia vixit, *obſervationum medicinalium* L. IV. Londini 1672. 8. & *conſiliorum ſeu de morborum curationibus L. poſthumus*, ibid. 1684. 8. Lipſ. 1685. 8. Act. Erud.

NATHANAELIS HODGES λοιμολογία *ſeu peſtis nuperæ apud populum Londinenſem graſſantis narratio hiſtorica*, London 1672. 8. & Anglice cum notis & JOHANNIS QUINCY *tentamine de cauſis peſtis*, London. 1715. 8. & 1720. 8. Peſtem eam vidit cominus, unus cum ſocio medicus peſtilentiarius, quæ anno 1665. Londinum depopulata eſt, & a qua aufugit SYDENHAMIUS. Ab aere cauſam deducit, morbi ſymptomata, & progreſſum & graſſationem ſolide proponit, in curatione addictior ſudorifero & calido regimini; occluſionem ædium damnat, ignes per urbem ſtructos nocuiſſe monet, peſtis cum lue venerea adfinitatem aliquam ſuſpicatus eſt. In editione ſua D. QUINCY addidit *an eſſay on the cauſes of peſtilential diſeaſes and hovv they turne contagious*.

TIBERII FARINA *della podagra*, Rom. 1672. 12. *

VINCENTIUS KETELAER *de aphthis noſtratibus ſeu Belgarum ſprouvv*, Leid. 1672. 12. & cum HARRISII L. *de morbis acutis infantum*.

NICOLAI CHESNEAU *obſſ. medicarum* L. V. Pariſ. 1672. 8. Lcid. 1719. 4. 1742. 4. Morbi ex ordine deſcribuntur, & comparantur cum veterum deſcriptionibus. Subjicitur ſeries obſervationum propriarum Auctoris. Contra eum, uti dixi, ſcripſit SCHNEIDERUS diſp. *de ſpaſmo cordis*.

NIC. CHESNEAU recuſus exſtat Pariſiis 1683. 8.

ROBERT TALBOT *Pyretologia or a rational account of the cauſe and cure of agues*, *vvith their ſigns*, London 1672. 8. Plurimum huic viro debemus, qui cortice peruviano fere primus efficaciter uti Gallos docuit, unde ad reliquam Europam ea methodus progreſſa eſt.

GUERN. ROLFINK inter numeroſiſſimas diſputationes habet *de dyſenteria maligna urbem Vinarienſem depopulante*, Jen. 1672. 4. EJ. *methodus cognoſcendi & curandi particulares corporis affectus ſecundum ordinem* RHAZIS Ed. II. Jen. 1675. 4. Morborum omnium hiſtoria.

Ad hæc tempora, ob Auctoris mortem refero JOACHIMI JUNGII *hiſtoriam vermium* c. M. S. *ſchedis Auctoris a* J. VACETIO *aliiſque emptam*, Hamburgi 1691. 4.

NICOL.

NICOL de BLEGNY *art de guerir les maladies vénériennes*, Pariſ. 1673. 12. vol. 3. & Anglice, Londini 1676. 8. vertente HARRISIO. Et ipſe compilator, qui luem veneream abſque infectione credit oriri.

J. JAC. DOEBEL HIPPOCRATIS & HELMONTII *ſuper catarrhorum generatione conciliatio occaſione catarrhi ferini a ſtrenuo milite propulſi*, Roſtoch. 1673. 4. RIV.

JEREMIÆ LOSS utilis *diſp. de languore lymphatico*, VVittemberg. 1673. 4. EJ. *peſtis ſub eo ſchemate quo nunc incedit*, VVittemberg. 1682. 4.

FRANC. IGNATII THIERMAIRII *conſult. & ſcholiorum medicorum* L. II. Monach. 1673. fol. Collectio & propriorum conſiliorum, & aliorum in Bavaria datorum, ad medicinam, chirurgiam, anatomen, efficacia medicamenta, morbos omnes &c.

JOH. NICOLAI BINNINGER *obſervationum & curationum Centuriæ* V. Montisbelig. 1673. 8. Aliquid ſuperſtitioſi habet, neque ſatis plenas, aut Hippocraticas morborum hiſtorias, pluſculas tamen inciſiones cadaverum morboſorum, utileſque.

FRIDERICI DECKERI *Exercitationes practicæ circa medendi methodum* primum Leidæ anno 1673. 8. prodierunt, deinde anno 1694. 4. multo auctius & ornatius. Ordo valde ſingularis eſt. Nam ſecundum claſſes medicamentorum totus Liber diſponitur; ſubjiciuntur tamen bene multæ operationes medico-chirurgicæ, ubi minime eas exſpectares.

J. HENR. GLASER *de menſium ſuppreſſione & per anum excretione*, Baſil. 1673. 4.

J. ANTONII SCLAFANI *de febre populari quæ vagata eſt per totum Siciliæ Regnum*, anno 1672. Panormi 1673. 8. *

JOSEPHI PANDOLPHINI *de ventoſitate ſpinæ ſæviſſimo morbo*, Norimbergæ 1674. 12. curante G. A. MERCLINO. Editionem primam non novi, quam tamen credo eſſe anni 1614. In theoriis auctor multus eſt & morbum a flatu maligno deducit, parcus cæterum obſervator. MERCLINI obſervationes neque indoctæ ſunt, neque abſque proprio experimento.

In JUSTI SCHRADERI *obſervationibus*, quæ anno 1674. 12. prodierunt, multa ſunt hujus loci, ad morborum anatomicam inquiſitionem pertinentia.

GERARDUS BLASIUS in *obſervationibus rarioribus* & in *miſcellaneis anatomicis* rariorum morborum hiſtorias habet, quos a morte ſcalpello detexit.

GEORG. FRANCI *febris militum diætetica vulgo die biſher graſſierende hitzige Krankheit*; Heidelberg. 1674. 4. EJ. *lapicina microcoſmi* III. diſputat. Heidelberg. 1685. & 1688.

Anonymi Tractatus de natura, cauſa, temporibus, differentiis, ſignis, medelaque variolarum, Leid. 1675. LEHM.

J. CHR. FROMMAN *Tr. novus de faſcinatione*, Norimberg. 1675. 4. An IDEM cujus ſupra libellum *de conſenſu partium* citavimus?

THOMÆ SHIRLEY *diſſ. phil. explicans cauſas probabiles lapid. in microcoſmo* ex Angl. Latine verſa, Hamburg. 1675. 12.

BERNH. SVVALVVE *querelæ ventriculi*, Amſtelod. 1675. 8.

HENRICI CELLARII *bericht von ſcharbock*, Halberſtatt. 1675. 12. EJ. *von vermeinter mutter beſchvverung*, Halberſtatt. 1677. 12.

THOMÆ MERMANN von SCHONBERG *conſultationes ac reſponſiones medicæ* ope F. J. THIERMAIRII. Ingolſtatt. 1675. fol. Conſilia & propria & undique collecta etiam ex Italia, in L. VIII. conjecit FR. IGNATIUS THIERMAJER.

HYACINTHI BOVII *movi flores medicinales ſeu obſervationes, ſententiæ, hiſtoriæ & medicamenta morbis probata complectens*, Venet. 1675. 8. *

J. BOHN *diſp. de catarrhis* Lipſ. 1675. 4. ubi aliquid per os cribroſum venire defendit. EJ. *de variolis hactenus in patria graſſatis* Lipſ. 1679. EJ. *de experientia fallace* diſp. Lipſ. 1710. continet morborum obſſ. EJ. *caſus ægri ſomnambulationis morbo laborantis*, Lipſ. 1717. d.

RICHARDUS VVISEMANN in *tract.* ſuis *Chirurgicis*, Londin. 1676. fol. etiam de lue venerea libellum habet. Hiſtorias numeroſas ſanationum a ſe perfectarum refert, & ſublimatum corroſivum parco uſu laudat.

GUIDE *Tr. de la nature du mal vénérien*, Pariſ. 1676. 8. EJ. *experience ſur la vertu du vin rouge pour guérir la rétention d'urine avec quelques obſſ. ſur le Quinquina*, Londin. 1684. 12.

MATTH.

MATTH. TILING *de febribus petechialibus Tractatus curioſus*, Francof. 1676. 8. UFF. EJ. *de recidivis* Minden.

JOHN GRAUNT *natural and political obſſ. made upon the bill of mortality*, Ed. V. Londin. 1676. 8. Continet vices mortuorum, naſcentium, &c.

JAC. TAPPII *diſſ. de læſionibus principum ſeu internorum ſenſuum functionum earumque veris cauſis & curationibus*, Helmſtatt. 1676. 4.

J. SCHILLING *de ægro ex amore cataleptico*, Gieſſ. 1676.

FACULTATIS MED. MARBURGENSIS *ſpaſmus malignus oder tractätlein von der giftigen Krampffſucht oder erbärmlichen und aller orten heftig graſſierenden Krümmen. auf erfahrungen vermehrt von* GEO. LEISCNER Plauen 1676. 4. Morbi convulſivi ex malo pane orti & graſſantis hiſtoria.

CHR. LIPSTORP *bedenken von der rothen ruhr und gifftigen hitzigen fiebern*, Stade 1676. 4. De dyſenteria & febre maligna. *

VV. R. M. D. *nevv treatiſe of vvindes offending mans' body*, Lond. 1676. 8. Flatuum hiſtoria. *

CHRISTOPH. HENR. RUELLII *conſil. de morbo epidemico & febre peſtilentiali*, Colberg. 1676. 4. LEHM.

FILIPPO TROMBETTI *apologia contra una lettera del S.* STANISLAO ORCATI, *ſopra la cognizione e cura della paſſione ipocondriaca*, Genuæ 1676. 12. *

MATTHÆI SCHERF *de febre petechiali qua ante biennium Argentoratum & viciniam infeſtavit*, Argentor. 1676. 4. *

J. JOACH. HAGERS *judicium uber die diſer zeit graſſierende durchfälle*, VVeiſſenfels 1676. 4.

AUG. HENR. FASCH *hiſtoria & curatio calculorum humanorum*, Jen. 1676. BURCH. EJ. *parotides phyſiologice & pathologice conſideratæ*, Jen. 1683. 4.

HERMAN. BUSCHOT *genau unterſuchtes Podagra*. Primam editionem non novi, ſed Londin. 1676. 8. Anglice, Germanice vero anno 1693. 12. Uratislaviæ prodiit. Notum eſt inprimis moxa uſum eſſe ad debellandum morbum.

MICH. SENNERT *de peſte Hungarica ſeu caſtrenſi*, VVittemberg. 1677. 4. d.

G. BALTHASAR MEZGER *de hæmorrhoidum ſtatu naturali & præter naturam*, Tubing. 1677. 4.

ZOLLET *de hydrope* diſp. Patav. 1677. bona diſputatio.

JUSTI CORTNUMMI *de morbo attonito* (ſeu apoplexia) L. I. Lipſ. 1677. 4. recuſus cum titulo JUSTI CONRADI MICHAELIS *nova ac utilis apoplexiam ſeu morbum attonitum curandi methodi*, Hildeſiæ 1685. 4.

BERNARDINI CHRISTIANI a JUVELLINA *Inſtitutiones medicæ & regulæ, conſultationes & obſervationes: acceſſerunt quinque centuriæ curationum cum brevi Romani contagii narratione: Tractatus de lue ſeu morbo venereo & de febre peſtilentiali*, Venet. 1676. 4. * ASTR. qui acerbiſſimum judicium addit.

BERN. CHR. a JUVELLINA liber recuſus exſtat Venet. 1696. 4. Nunc quidem lecto libro invenio Monachum medicum aſtrologiæ multum tribuiſſe, & arcanis RIVERIANIS & HELMONTIANIS, & curationi calidæ. Legi tamen poteſt, cum multos ægrotos viderit.

J. VALENTINI VVILLII *de morbis caſtrenſibus internis*, Hafniæ 1676. 4. Non magni momenti. Nuper in Belgio recuſus eſt cum PORTIO.

BERNARDI VELZASCHÆ *obſſ. medicarum centuriæ*, Baſil. 1677. 8. Obſervationes practicæ, fuſæ nonnullæ, & cum VVEPFERI epiſtolis. Multas peſtis curationes adjecit, quæ eo tempore ſæviit. EJ. *de apoplexia & paralyſi inauguralis diſputatio exſtat*, Baſil. 1662. 4.

FRANCISCI BAYLE *Tr. de apoplexia* prodiit, Toloſæ 1677. 12. Hag. 1678. 12. recuſus ib. 1681. 12. & in operibus omnibus. Fere in inquirenda cauſa apoplexiæ laborat, quam in atra bile ſive ſanguinis in vaſis coagulatione quærit, & a vulgari opinione recedit, quæ vaſa rupta ponit. EJUSD. *pathologia* continetur in *Inſtit.* P. III. EJ. *rélation de quelques perſonnes prétendues poſſedées*, Toulouſe 1682. 12. explicat morbum pro magico habitum a vitiis ventriculi. EJ. *hiſtoria anatomica graviditatis* 25. *annor.* Toloſ. 1678. 12. EJ. *problemata* 119. edita anno 1681. 12. varia practici generis continent.

J. FREYTAG *bericht von der melancholia hypochondriaca*, 1678. 12. *

J. JAC. HARDER diſp. *de νοςαλγία*, Baſil. 1678. 4. recuſ. Baſil. 1745. 4.

CHARLES PETER *obſſ. on the venereal diſeaſe*, Lond. 1678. 8. 1694. 8. Circulatoris programma pro vendendis pilulis. ASTR.

J. MARCI MARCI *Liturgia mentis ſeu de epilepſiæ natura & cauſis cum tractatu de natura urinæ & Conſil. med.* III. Ratisbon. 1678. 4. *

J. GEORG. MACASII *appendix obſervationum rariſſimarum medicarum* prodiit cum EJUSDEM *promtuario materiæ medicæ*, Lipſ. 1678. 4.

JON. ZIPFEL *vom ſcharbock, griesſtein und podagra*, Dreſd. 1678. 8. *

Diſſ. phyſico medica de febre ſecundum principia CARTESII *prælecta in conventu... in ædibus D. de* MONTMOR Leid. 1678. 12. *

J. CASP. IGNATII VOIGT *de paſſione ſive affectione hypochondriaca*, Prag. 1678. 4. *

BENJAMIN SCHARF *Toxicologia* ſeu de venenis. Jen. 1678. 8. *

DOMINICI de MARINIS *de re monſtroſa a Capuccino Piſauri per urinam excreta*, Rom. 1679. 12. Hiſtoria polypi ſanguinis pro ſerpente habiti, qui poſt iſchuriam cum lotio prodiit.

CASPARIS THEOPHILI BIERLING *adverſariorum curioſorum Centuria* I. Jen. 1679. 4. Obſervationes practicas, etiam cadaverum ſectiones, continet. EJ. *problema an in peſte Magdeburgenſi medicamenta ἄνω καὶ κάτω evacuantia tuto adhibita fuerint*, Helmſtatt. 1684. 4. EJ. *Theſaurus theoretico-practicus* cum præf. JAC. VVOLF. 1693. 4. continet etiam obſervationes & curationes varias.

OTHONIS TACHENII *tr. de morborum principe* (podagra) Oſnabrug. 1678. 12. varia aliena & chemica interſpergit. IDEM L. cum HIPPOCRATE *Chymico* etiam prodiit, Venet. 1678. 8. Londini recuſus Anglice 1677. 4. In eo L. TACHENIUS theoriam morborum ab acido & alcali ortorum ipſi HIPPOCRATI obtrudit.

CAROLI PATINI *de ſcorbuto* L. Patav. 1679. 4. * *de peſte* Aug. Vindel. 1683. 8. In EJUS etiam vita quam ipſe edidit cum LYCEO nonnullæ bonæ obſervationes exſtant.

MATTH. RAMELOVII *ortus & occaſus calculi renum, oder beſchreibung des Nierenſteins*; Lipſ. 1679. 8. UFF.

J. DAVID PORTZII *demonſtratio de tumoribus & inprimis de pædarthrocace ſeu ſpina ventoſa*, Leovard. 1679. 12. LEHM.

BERNH. ROTTENDORFF *gutachten von der neuen fieberſucht, rothen Ruhr und peſt*, Oſnabrügg. 1679. 8. Cölln. 1691. 8. LEHM.

DIEGO BLANCO SALGADO *tr. de la epidemia peſtilente que palecio la cividad de Malga el* anno 1678. y 1679. Malaga 1679. 4. HARL.

JOH. ANDREÆ SLEGEL diſſ. *medico-practica de venenis & morbis venenoſis*, Erfurt. 1679. 4. EJ. *Scriptum vom zipperlein*, VVeiſſenfels 1687. 12.

FRIDERICI SCHRODER diſp. *de venenis & antidotis*, Leid. 1679. 4.

HERM. GRUBE *de Tarantula & vi muſices in ejus curatione*, Francof. 1679. 8. Nihil proprium.

CHRISTOPHORI LOVE MORLEY *de morbo epidemico tam hujus quam ſuperioris anni* (1678. 1679.) *narratio &* LUCÆ SCHACHT *de eodem morbo epiſtolica narratio*, Londin. 1680. 8. *

In ZODIACO MEDICO-GALLICO, in ACTIS HAFNIENSIBUS, in BLANCARDI *Jaarregiſter*, quæ hoc tempore prodierunt, plurimæ obſervationes morborum rariorum occurrunt, aliquæ etiam in *Actis Eruditorum Lipſienſibus*.

SAMUEL JANSON *verhaal van venus plage of vuyle pokken*, &c. Roterod. 1680. 8. ASTR. Negat, contra pleroſque ſcriptores, luem veneream endemiam eſſe in America, & ad Æthiopes ortum mali transfert, ſalivationem rejicit, laudat guajacum, & decoctum ſudoriferum una & catharticum.

LAMBERTI VELTHUSII *opera omnia* P. I. II. Roterod. 1680. 4.

Cum JAC. VVENZESL. DOBRZENSKY *præſervatorio univerſali naturali* prodiit J. BAPT. ALPRUNERI L. *de contagione Viennenſi experimento medico in fine adjecto*, Prag. 1680. 4. nempe liquorem de bubone peſtilenti deſtillare ſuſtinuit. PL.

JAC. VVENZ. DOBRZENSKY recuſus eſt in E. N. C. *Ann.* IX. X.

PETR. ROMMEL *bericht von der peſt*, Francof. 1686. 8.

ZACHAR. REGII *morborum princeps, ſeu meditationes de natura & cura peſtis*, Brig. 1680. 8.

PETR. GABRIELIS *bericht von der peſt*, Stuttgard 1680. 12. ex Gallico verſ.

JOHANNIS HELVVIG *obſervationes phyſico-medicæ poſthumæ*, Auguſtæ Vindel. 1680. 4. Edidit & ſcholia addidit LUCAS SCHROECK.

MART. HEER *conſilium antidyſentericum oder beſchreibung der rothen Ruhr*, Görliz 1680. 4. *

MART. HEER etiam eſt *de peſte*, Görliz 1680. 8. *

ANDR. SCHILLING *beſchreibung der peſt*, Dreſdæ 1680. 12.

THOM. COLLADONIS *ſphalmata medica tam in theoria quam in praxi adnotata & correcta*, Genev. 1680. 8. vol. 2.

TH. COLLADON primum Genev. prodiit 1615.

PAUL. AMMAN *diſpp.* variæ ut ea *de palpitatione cordis*, Lipſ. 1680. ſolent obſervationes continere.

PAULI de SORBAIT *geſpräch über den betrübten zuſtand der ſtatt VVien bey der gefährlichen contagion*, VVien 1680. 12. hiſtoria peſtis Viennenſis. HAEN. EJ. *praxis medica* Vienn. 1678. fol. etiam hiſtorias morborum ut ſolent, continet. Plagii accuſatur ab ASTR.

AUG. QUIRIN. RIVINI *de peſte* Lipſ. 1680. & 1682. 8. 1714. 8. & alias. Terrorem pro cauſa peſtis habet, quam cominus in patria viderat, & eo fere modo deſcribit, quo HODGES. EJ. *de auditus vitiis*, Lipſ. 1717. Diſp. EJ. *de pruritu exanthematum ab acaris*, Lipſ. 1722. diſp.

PHILIPPI JACOBI SCHOENFELDER *hiſtoriarum, enarrationum & curationum Liber* I. cum *annotationibus theoretico-practicis*, Ratisbon. 1681. 8. Tom. II. 1686. 8. EJ. *tr. de Hieronoſologia ſeu morbo ſacro & comitiali infantum, puerorum, juvenum & feminarum*, Ingolſtad. 1675. 8. GRIENVVALD.

PHIL. JAC. SCHOENFELDER practici inprimis ſcopi ſunt, quas legi, hiſtoriæ.

Hoc anno cœpit ſcribere BERNARDINUS RAMAZZINI. Primum EJus opuſculum fuit *relazione ſopra il parto, e la morte della Marcheſe* MARTELLINI Modena 1681. fol. (contra D. MONIGLIA cenſuras) Deinde ſcripſit *exercitationem iatropologeticam* ad ANNIBALIS CERVII *ſcriptum eriſticum*. Ea ſcripta in *operum* collectione Genevenſi anni 1716. 4. deſiderantur. Huc vero pertinent *conſtitutiones epidemicæ*, *ruralis* anni 1690. Mutin. 1691. 4. *urbanæ* anni 1691. ibid. 1692. 4. *conſtitutiones annorum* 1692. 1693. 1694. Deinde celebris & elegans *de morbis artificum* L. Mutinæ prodiit anno 1700. 8. Ultraj. 1703. 8. Patavii 1713. 8. Venet. 1743. 8. quo ſingularium artium proprii morbi bono & novo inſtituto recenſentur, & curatio proponitur. Inde *orationes aliquæ iatrophyſici argumenti ſecutæ ſunt*, Patavii 1708. & 1709. editæ, in quarum IV. defendit febrium theoriam adhuc ignotam eſſe. Tandem diſſ. *de contagioſa lue epidemica quæ in Patavino agro & in tota Italia in boves irrepſit*, Patav. 1711. 8. Febrem malignam eſſe a Dalmatico bove in Italiam allatam: eſſe a cauſis ſanguinem cogentibus, &c. EJ. diſſ. *de peſte Viennenſi* habita anno 1713. Pleniſſima operum editio eſt, Patav. 1718. 4. vol. 8.

BERNARDINI RAMAZZINI *de morbis artificum* liber Germanice prodiit Lipſ. 1718. 8. IDEM in *orationum*, quas citavimus, ultima præſagit ex irregulari tempeſtate anni 1709. & rigida hyeme multa mala ſecutum iri. EJUSD. diſſertatio *de contagioſa lue epidemica*, &c. germanice excuſa eſt Lüneb. 1746. 8.

In ABR. MUNTING diſſ. *de herba Brittanica* ſcorbutus diſcutitur. Prodiit Amſtelodami 1681. & 1698. 4.

J. G. GREULICH *curandi hydropis vera methodus quam ex cauſis noviter obſervatis deduxit, perque experientiam confirmavit una cum diſſ. de bile fecunda morborum parente*, Francofurt 1681. 8. RIV. EJ. *Cholelogia ſeu de bile ſana & ægra illa ſanitatis hac morborum cauſa*, Francof. 1682. 8.

C. VV. D. *Leipziger peſt ſchade und Gottes Gnade oder nachricht vom anfange, fortgange, abnehmen, cur, und beſchaffenheit der zu Leipzig auſgeſtandenem Peſtilenziſchen ſeuche*, &c. Altenb. 1681. 4.

JOH. a FELDE & FRID. GUNTH. KIRCHHEIM *Tr. de peſte*, Hall. 1681. 8.

J. a FELDE & F. G. KIRCHHEIM Tractatus recuſus eſt Hall. 1687. 12. *

J. CONR.

J. CONR. AXT *abortus in morbis acutis lethalis*, Jen. 1681. 8.

J. SPON *obſſ. ſur les fièvres & les fébrifuges*, Lyon. 1681. 12. & 1684. 12. auctius. EJ. *aphoriſmi ex* HIPP. *operibus collecti*, Lugd. 1684. 12.

J. SPON *obſſ.* citatæ Anglice prodierunt 1682. 12.

J. HISKIÆ CARDILUCII *Tr. von der peſt ſamt deſſen anhang*, Nurmberg. 1681. 12. EJ. *bericht von der lagerſeuche oder pedecken ſucht und rothen Ruhr.* Nurmberg. 1684. 12.

J. HISKIÆ CARDILUCII *tractatus von der peſt*, &c. primum Norimberg. prodiit 1679. 12.

JUSTI CELLARII *de penetrabili efficacia effluviorum in animalibus corporibus afficiendis*, Helmſtad. 1681. 4. diſp.

D. BELON *nevv myſtery of Phyſic diſcoverd by curing feavers and agues by Quinquina* ex Gallico verſum, Lond. 1681. 12. *

GIORGIO CALAFATTI *trattato ſopra la peſte*, Venet. 1682. 8. exigui momenti.

VITI RIEDLINI *patris obſſ. medicarum centuria* III. Aug. Vindelic. 1691. 12. VITI RIEDLINI filii obſſ. medicarum Cent. III. ibid. 1682. 12. EJUSDEM *linearum medicarum* annus I. Aug. Vindel. 1695. annus II. Aug. Vindel. 1696. 8. annus III. 1697. anni 1695. 1696. 1697. 1698. 1699. ibid. 1700. & *curarum medicarum millenarius*, Ulm. 1709. 4. Hoc opere obſervationes variæ & ſæpe paulum ſuperſtitioſæ continentur. Liber recuſus eſt cum titulo *obſervationum phyſico-medicarum ſylloge ad modum* F. HOFMANNI *conſcripta*, Lipſ. 1746. 4. EJUS *methodus curandi febres Ulmæ* ſecuta eſt 1705. 8. *Iter medicum cum admiſtis obſervationibus*, Auguſtæ Vindelicorum 1702. valde levibus. Neque meliores ſunt GEORGII RIEDLINI una recuſæ obſervationes chirurgicæ.

VALENT. HENR. VOGLER *de rebus naturalibus vel medicis, quarum in ſcripturis ſacris fit mentio*, Helmſtadt. 1682. 4.

J. MARIA LANCISIUS hoc anno edidit *lucubrationem de virgine quadam Callienſi mirabili vexata ſymptomate*, Romæ 1682. 4. quam non video recuſam fuiſſe. Succeſſerunt L. IV. *de ſubitaneis mortibus*, Romæ 1707. 4. Venetiis 1708. Intemperantiæ tribuit, cordiſque & cerebri vitiis, aneuryſmatibus &c. convulſionem cordis inter cauſas mortium ſubitanearum refert. EJ. *De nativis & adventitiis aëris Romani qualitatibus*, Rom. 1711. 4. melius fere repetetur inter Diæteticos. Acceſſit tamen *epidemiæ rheumaticæ* deſcriptio, quæ etiam ſeorſim Genevæ 1713. 12. prodiit. EJUSDEM L. *de noxiis paludum effluviis*, Rom. 1717. fol. Peſtem ab infectis virulentis eſſe, febres peſtilentes a noxiis paludum effluviis: eſſe adeo & animata & inanimata maligna paludum effluvia. Inciſiones etiam aliquæ ægrotorum hic habentur. Eodem doctiſſimo opere contendit adluviem febrium malignarum epidemicarum vulgo veriſſimam cauſam eſſe. Aquam paluſtrem deſtillavit, & inde ſales acres & fœtidiſſimum oleum extraxit. Accedunt *hiſtoriæ quinque conſtitutionum Epidemicarum*, quibus confirmavit theoriam ſuam *Quintam* conſtitutionem ad lini & cannabis macerationem refert: *Tertiam* lapſui collis, unde ſuppreſſo fluviolo aquæ ſtagnarunt. IDEMque morbum ſiccatis paludibus profligavit. EJUSD. *de peſte bovilla*, Rom. 1715. 4. Erant gangrænæ œſophagi, ventriculi, inteſtinorum, &c. Præſidium fere ponit in ſeparatione boum ægrotorum a ſanis. EJUSDEM *raggionamento intorno all' Epidemia de' cavalli*, Neapol. 1712. 8. & cum diſſ. *de peſte bovilla* Latine recuſa. Inflammatio ventriculi & inteſtinorum erat. Inter *diſſertationes* ſexta *de triplici polypo inteſtinorum* prodiit, Patav. 1710. 4. negat tænias; folium habet pro cucurbitinis vermibus conjunctos pituita, ſæpe etiam ſolam pituitam. In L. poſthumo *de aneuryſmatibus*, Romæ 1728. fol. Venet. 1739. fol. Rom. 1745. 4. auctius edito, innumera exempla hujus morbi in diſſectis cadaveribus proponuntur. Omnia opera collecta edidit primo PETRUS ASSALTUS, Genevæ 1718. 4. deinde EUSEBIUS SGUARIUS, Venetiis 1739. fol. Sed multa in chartis magni viri latent, qui equidem ad falſam theoriam & SYLVIANAM pronior fuit, in gubernanda vero populorum valetudine auctoritate & peritia excelluit, cujus nutu Sylvæ conſervarentur, foſſæ ducerentur, & plurima alia gubernarentur. In *diſſertationibus poſthumis* Rom. 1745. 4. editis obſervationes proponit pro ſede cataractæ in lente cryſtallina. *Conſultationes medicæ & diſſertationes nonnullæ* MALPIGHII & LANCISII, Venet. 1747. editæ hactenus etiam huc pertinent, cum 59. ſcripta LANCISIANA ea collectione contineantur.

JULII MALVICINI *utiles collectiones medico phyſicæ*, Venet. 1682. 4. Index quaſi in GALENI opera, quo meliora quæque ſecundum titulos morborum digeſta continentur, cum notis ſuis.

J. GEORG. SARTORII *admiranda narium hæmorrhagia nuper obſervata & curata*, Aſtdorf. 1682. 4. cum ſimilium caſuum collectione.

In Hammii libello de *herniis*, de mendace veſicæ calculo obſſ. habentur.

SAMUEL HAVVORD *the true method of curing conſumtions*, Lond. 1682. 8. Morbum deſcribit, obſervationes allegat.

CHAMEAU *Tr. du ſcorbut*, Lond. 1683. 12. Lactis inprimis uſum commendat.

POMPEII SACCHI *Iris febrilis*, Gen. 1683. 8. vel 1685. 8. neque enim legi. Veterum placita cum recentioribus conciliare ſtudet, Sylvianus & alcalinæ hypotheſeos defenſor. EJ. *Nova methodus curandi febres* ſuperſtructa fundamentis acidi & alcali, Gen. 1685. 8. & Venet. 1695. 8. *Medicina theoretico-practica*, Parmæ 1688. 1697. F. (qua caſus medici deſcribuntur) 1707. F. EJ. *Novum ſyſtema medicinæ*, Parm. 1693. 4. *Medicinam practicam rationalem*, Parmæ 1707. fol. editam & alia opera in practicis repetam. Theorias autem continent acidas & alcalinas, pancreaticum ſuccum, acidum, bilem alcalinam.

POMPEII SACCHI recuſus eſt Venet. 1702. 8. & nova methodus, ibid. 1703. 8.

JOH. ABRAH. a GEHEMA *de morbo vulgo plica polonica*, Hag. 1683. 8. Contagioſam eſſe, etiam in pube reperiri, & in animalibus &c. EJUSD. *decas obſervationum medicarum prima*, Brem. 1686. 12. BONTEKOI diſcipulus quidem, non tamen omnino inutilis. Obſervationem habet partis tunicæ inteſtini Recti in dyſenterico egeſtæ. EJ. *von der rothen Ruhr.*, Stettin. 1689. 12. EJ. *Kranker ſoldate nebſt einer feld apotheke*, Hamburg. 1690. 12. ſeu de morbis militaribus.

JOH. JONES *de morbis abſtruſioribus* Tract. I. *de febribus intermittentibus*, Londin. 1683. 8. Haag. 1684. 8. Febrium intermittentium paroxyſmos explicat ab aceſcente chylo crudo in extremis vaſorum finibus retento. Corticem laudat. EJUSDEM *de morbis Hibernorum & de dyſenteria Hibernica exercitatio medica*, Londin. 1698. 4. HARL.

JAQUES MOREAU *de la véritable connoiſſance des fièvres continues pourprées & peſtilentielles*, Dijon 1683. 12. VVILLISII theoriam ſequitur.

LEONARDO da CAPUA *lezioni intorno alla natura delle Moffete*, Neapol. 1683. 4. Seu de antris Charoniis.

LEON. da CAPUA liber de mephitidibus quem citavimus, doctus eſt, eorumque, quos hic auctor reliquit, optimus.

J. DAN. STRAUSS *de ægro affectu hypochondriaco capitiſque ſteatomate laborante*, Gieſſ. 1683. 4.

CHRISTOPH. HELVVIG *bericht von der peſt*, Stettin 1683. 4.

Poſt CHR. HELVVIG adde: EB. GOCKEL *conſiliorum & obſervationum medicinalium Decades* VI, Aug. Vindel. 1683. 8. Miſtæ conſiliis hiſtoriæ integrorum morborum, ſcorbuti, luis venereæ. EJ. *Gallicinium medico practicum ſeu conſiliorum obſervationum & curationum Centuria* II. *cum dimidia*, Ulm. 1700. 4. Variæ, etiam mirificæ & monſtroſæ hiſtoriæ.

Gute gedanken vom dem vvas neues und ſonderbares bey der Leipziger peſt, anno 1680 obſervirt vvorden, 1683. 4. *Gründlich antvvort auf die gute gedanken*, Lipſ. 1683. & *gute gedanken bleiben gute gedanken* 1684. 4. *

CORNELII DECKER vulgo BONTEKOE Archiatri Brandenburgici, *diatriba de febribus*, Belgice edita, Hag. 1682. 8. & Hagæ 1683. 8. Latine verſa a JANO ABRAH. a GEHEMA cum fragmento *de hoſtilitate acidi & alcali*. EJUSD. *Opbouvv der medicyne* recuſum cum titulo *Kurze abhandlung von dem menſchlichen Leben, Geſundheit, Krankheit und Tod*, Budiſſin. 1683. 8. qui titulus etiam in belgica editione eſt, Haag. 1685. 8. Tractationem etiam de morbis & morte continet. In *kort begryp der medicine*, pathologia & reliquæ practicæ partes de more continentur. EJ. *omvverp van 't geſtel der medicyne derde boek*. Plethoram humoreſque evertit, & fluxiones & congeſtiones, *de alcali & acido*, Amſtelod. 1688. 8. EJUSD. *Kort bevvys dat 'er geen mordjaer is*, contra annos climactericos. EJ. opera omnia ſeu *alle de Philoſophiſche Medicinale en chymiſche vverken* T. II. Amſterd. 1689. 4. Audax homo, facundus, magnus contemtor medicorum, acido & viſcido ſeu ſcorbutico omnen theoriam ſuperſtruxit, ut ipſam febrem ad ſcorbuti genus referret. Quare omnem ſpem ſanationis in attenuatione ſanguinis poſuit, & theæ potum effuſiſſime laudavit.

VVILHELMI ten RHYNE L. *de arthritide*, Lond. 1683. 8. dicetur inter practicos. EJ. *Verhandeling van de Aſiatiſche Melaatſheit*, Amſtelod. 1687. 8.

Ex

Ex VVILH. ten RHYNE libro *de arthritide* huc inprimis referri debet pathologia flatulenta arthritidis, quam HIPPOCRATI tribuit; enumeratio morborum, qui Japoniam infeſtant; deſcriptio febris cardiacæ quam auctor paſſus eſt, & hiſtoria febris malignæ, quæ ſocios navales auctoris pleroſque deſtruxit.

PHILIPPI VERHEYEN *compendium theoriæ practicæ* P. III. *de morbis capitis & thoracis*, Lovan. 1683. 8. EJ. *vera hiſtoria de ſanguinis ex oculis, naribus, auribus, ore* J. B. ONRAET S. J. *fluxu & ſanatione per interceſſionem* S. XAVERII Lovan. 1708. 12.

LAURENTII BELLINI *de urinis & pulſibus, de febribus, de morbis capitis & pectoris*, Bononiæ 1683. 4. (non Piſauri) Leid. 1717. 4. & alias. Magnum applauſum hoc opus invenit, quo febres ab obſtructione mechanice explicantur, deſcriptionibus a SENNERTO repetitis, Aëris etiam actionem in vaſis morboſam & efferveſcentias admittit, &c.

In J. C. BRUNNERI diſſ. *de pancreate* experimenta etiam cum venenis facta habentur. IDEM ſyſtema pathologiæ ab acido deductum in primis fregit.

DANIELIS MENONIS MATTHIÆ *Experimentorum medico-chirurgicorum Decades III. Accedunt obſervationes chymicæ, medicæ, anatomicæ*; Francof. 1683. 12. Habet etiam cadaverum morboſorum ſectiones aliquas.

L. le MONNIER *nouveau traité de la maladie Vénérienne*, Pariſ. 1683. 8. 1689. 8. ſalivationem pro unico vero remedio laudat, carunculas defendit.

In J. C. PEYERI *parergis anatomicis & medicis* VII. quæ ſæpe recuſa ſunt, *tertium* huc pertinet nempe *methodus hiſtoriarum anatomico-medicarum* quæ prius Pariſiis prodiit 1678. 12. & qua præter modum inquirendi in cauſas morbi mortiſque egregium etiam hujus ſtudii exemplum exhibetur in juvene, cujus pericardium cordi connatum fuit. Deinde V. & VI. hiſtoriæ ſunt feminarum hydropicarum. Porro in *Paeonis & Pythagoræ* (PEYERI & HARDERI) *exercitationibus anatomicis & medicis familiaribus*, Baſil. 1682. 8. aliquas, non plurimas ſectiones corporum morboſorum intermiſtas reperio. In J. JACOBI vero HARDERI *Apiario obſervationibus medicis ac experimentis referto*, Baſileæ 1687. 4. & 1736. 4. edito, anatome practica ſecundum ventrium ordinem, multa notatu digniſſima tum HARDERI habet, tum SPONII. Venenatorum etiam animalium morſus & venenorum eventus aliquos habet.

NICOLAI FRAMCHIMONT *de lithotomia medica, ſeu tractatus lithontripticus de calculo renum & veſicæ*, Prag. 1683. 8.

MELCHIORIS FRICCII diſſ. *de peſte, ſeu nova methodus cognoſcendi & curandi peſtem*, Ulm. 1684. 12. EJ. *icon podagræ, ſeu accurata delineatio morbi podagrici, hiſtoriam, cauſas, prognoſin & curationem repræſentans*, Ulm. 1693. 12. EJ. *paradoxa medica, ubi apoplexiæ, maniæ, hydrophobiæ & aliorum morborum theoria & praxis*, Ulm. 1699. 12. EJ. *paradoxa de venenis*, Aug. Vind. 1710. 8.

MELCHIORIS FRICCII etiam eſt *de colica ſcorbutica*, Ulm. 1696. 12. IDEM in *paradoxis medicis*, quæ citata ſunt, apoplexiam derivat a ſpiritus vitalis affluxu in cerebrum impedito, maniam a ſanguine & ſpiritibus, venenum canis rabidi peculiare eſſe, neque adfine arſenico, &c.

J. JAC. NOSSET *delineata bilis dominantis idea*, Friburg. 1684. 4.

MINOT *de la nature & des cauſes de la fievre avec des expériences ſur le Quinquina*. Pariſ. 1684. 12.

MARTINI LISTER multa huc pertinent, ut I. *de fontibus medicatis Angliæ*, Lond. 1684. 8. Leid. 1686. 12. De calculo theoriam hic proponit, quem magna ex parte ad ferrum refert, hinc aquas ferratas damnat. Integra vero *de calculo humano* diſſertatio excuſa eſt, Londini 1696. 4. cum EJUSDEM *conchylicis bivalvibus utriuſque aquæ*, ubi curationes ſuas addidit ope aſellorum, coccinellæ & mitiorum purgantium peractas. Cum Exerc. *de buccinis utriuſque aquæ*, Londin. 1694. 8. edita eſt diſſ. *de Variolis*. Ibi ejus morbi originem ad venenum, & quidem animalis alicujus venenati morſum, refert; hinc alexipharmaca laudat, & rejicit diætam refrigerantem. EJ. *ſex exercitationes de hydrophobia, diabete, hydrope, lue venerea, ſcorbuto, arthritide*, Londini 1694. 8. & adjectis diſſertationibus *de calculo & variolis* prodierunt, Londini 1697. 8. In omnibus ingenii ſatis, ſed paulo plus hypotheſeos. Luem veneream refert ad eſum lacertarum. Cantharides in gonorrhœa laudat. De *comment. in aphoriſmos* HIPPOCRATIS alibi dicemus.

MARTINI LISTER citatæ ibi *exercitationes de hydrophobia, diabete*, &c. merentur fuſius dici. Hiſtorias dat hydropicorum, & ſpirituoſos potus in præcipuis cauſis refert. Diabeten aliquoties vidit, & aquis mineralibus atque copaivæ, &c. tribuit. Hydrophobiæ curioſas omnino dignaſque lectu hiſtorias narrat, creditque mitius malum ſæpe in chronicum morbum per totam vitam incommodum abire. Luem veneream ſuſpicatur ab alicujus ſerpentis morſu eſſe, & hiſtorias ægrorum recenſet. In arthritide cruſtam coriaceam ſanguinis notat.

S. HILAIRE *anatomie de l'homme*, Pariſ. 1684. 8. ſæpe recuſa habet etiam morborum deſcriptiones.

ANTONII de HEYDE *centuria obſervationum* varia habet noſtri argumenti, etiam cum venenorum effectibus facta experimenta.

ISAACI AYME *trichiaſis admodum rara, ſeu Obſervatio pilorum abdominis fiſtula & alvo per plures annos redditorum*, Londini 1684.

POSTEL (Profeſſoris Cadomenſis) diſſ. *ſur les péripneumonies pour ſervir d'apologie*, &c. Pariſ. 1685. 12. * Contra ordinis ſui medicos & FOYLON, Pariſinum Doctorem.

JUST. THEODOR. SCHORKOPF *de hydrope ovarii muliebris*, Baſil. 1685. 4.

GEORG. SIMON VVINTER *Hippiater expertus*, Norimberg. 1685.

NATHANAEL. SPRYE *de fluxu menſtruo, ubi de ejus etiam retardatione & nimia profuſione tractatur*, Patav. 1685. 12.

BYFIELD *two diſcourſes of conſumtion with their cure*, London. 1685. 4. EJ. *diſc. of the ciſe and management of the ſmallpox and all putrid feavers*, London 1685. 4.

DANIEL LUDEVVIG viri a ſua pharmacia celebris, *zwey Tractätlein von feld-Krankheiten und rother Ruhr vermehrt mit einer nachricht von hitzigen fiebern, maſern, blattern, ſeiten-ſtechen*, &c. Mulhauſ.n 1685. 12. Chemniz 1691. 8. Lipſ. 1702. 2.

LAURENTII DONKERS *idea febris petechialis*, Leid. 1686. 8. Theoriam a peregrino æthere deduxit, quæ fere eo ſeculo Carteſianorum hæreſis fuit. Primas vias purgandas eſſe etiam in malignis febribus vehementer ſuaſit.

JACOBI SYLVII (Dublinenſis) *noviſſima idea de febribus & earumdem cura mechanicis principiis ſuffulta*, Dublin. 1686. 12.

MICHAELIS ETTMULLER maxima ſuo tempore fama fuit. Scripſit, & vivus edidit diſputationes nonnullas huc facientes: *de morſu viperæ*, Lipſ. 1666. *de dolore hypochondriaco* 1671. *de epilepſia* 1676. 4. *de parvis magnorum morborum initiis* 1676. *de ſuffocatione hypochondriaca* 1676. *de corpulentia nimia* 1681. 4. Deinde a morte *Inſtitutiones medicæ* excuſæ ſunt, quibus etiam pathologia continetur. EJ. *de morbis corporis humani* vaſtum ſatis opus, Gallice etiam verſum eſt, Lion. 1691. 12. ut conſilia nuperiorum editionum omittam. Notum eſt in SILVIANAM & chemicam ſectam proniorem fuiſſe, acidum valde accuſaſſe, hinc alcalinis plurimum uſum eſſe, &c.

MICHAELIS ETTMULLER diſputationes citatæ gallice verſæ cum ejus *Pratique de médecine ſpéciale* exſtant Lyon 1691. 12.

PANCRATII EVONYMI *pyretologia myſtica*, Patav. 1686. 8. *

LAURENTII STRAUSSII *palaſtra medica, plurimorum C. H. affectuum cognitionem & curationem juxta antiquorum & recentiorum principia exhibens*, Gieſs. 1686. 8.

HENRICI SCRETÆ *bericht von der lagerſucht*, Scafuſ. 1685. 8. Id. L. latine *de febri caſtrenſi maligna*, Scafuſ. 1686. 8. Hiſtoriam morbi epidemici deſcribit, cujus cauſam in veneno quodam ſive materie febrili ponit, hinc in mollium partium corporis humani inflammatione. An diverſa eſt *ſuccincta commentatio de peſte & febribus peſtiferis præſciendis & curandis*, Dreſdæ impreſsa 1710. 8. RIV.

GRASSINI FARRA *tratt. dell' ipocondria, e ſuoi accidenti con ſua cura, inſegnamenti, e rimedj*, Venet. 1686. 12. *

CH. LOVE. MORLEY *de morbo epidemico obſervationes &* LUCÆ SCHACHTII *de eodem morbo epiſtolica narratio*, Londin. 1686. 12. ed II. nam prima prodiit 1680. Hiſtoriæ febris malignæ in aphthas erumpentis.

J. BAPT. a LAMZVVEERDEN *hiſtoria naturalis molarum*, Leid. 1686. 8. Molas virgineas & vivas aliaſque fabulas refutat.

JAC. AUGUSTIN. HUNERVVOLF *nachricht vom blutigen durchlauf oder rothen Ruhr*, Arnſtatt. 1686. 8.

FRANC. CAPPOCCII *artis medicæ praxeos*, *de morbis mulierum*, Venet. 1686. 4.

CORNELII STALPART vander VVIEL *obſervationum rariorum medic. anat. Chirurgic. centuria* I. *& poſterioris centuriæ pars prior*, Leid. 1687. 8. 2. vol. 1727. 2. vol. Belgice vero centuria prior, Amſtelod. 1682. 8. utraque vero Haag. 1686. 8. Laudabili exemplo cum ſuis obſervationibus etiam ſimiles aliorum virorum obſervationes conjungit.

BERNARDUS ALBINUS per diſputationes minime inutiles ſcripſit, inter quas hujus argumenti ſunt *de venenis* 1682. 4. *de elephantia Javæ nova*, Francof. Viadr. 1683. 4. *de hydrophobia* 1687. *de dyſenteria* 1693, *de polypis* 1695. *de cataracta* 1695. *de Tarantiſmo* quæ obſervationes continentur etiam hydrophobiæ, aliæque.

J. JACOBUS VVALDSCHMIDT ex præcipuis Carteſianæ ſectæ cultoribus fuit, qui acidum hoſtile in plurimis morbis accuſaret, ætherem peregrinum omnis efferveſcentiæ & tumultus cauſam faceret, &c. Scripſit ad BARBETTI praxin & TIMÆI caſus ſuas fere ætiologicas notas, & diſputationes multas practici & pathologici argumenti. Opera omnia prodierunt Francof. 1707. 2. vol. 8. In epiſtolis cum Dolaeo mutuis anno 1689. editis, obſervationes etiam continentur.

J. JACOBI VVALDSCHMIDT etiam ſunt *inventa circa opium*, bona diſp. Marburg. 1676. 4. Mortes ab opio narrat, ſignumque funeſtum notat, quando pulſus inde debilitatur & reſpiratio difficilior redditur.

ANDREÆ a KEIL λοιμογραφία *oder beſcreibung der peſt ſamt allen böſen anſteckhenden ſachen*, Zell. 1687. 8. EJUSD. *diverſorum morborum deſcriptio*, Zell. 1688. 8.

DAVID ABERCROMBY *opuſcula hactenus edita de lue venerea*, *varietate pulſus*, &c. Londin. 1687. 8.

J. VALENTINI SCHEID diſp. *de duobus oſſiculis in cerebro repertis*, Argentor. 1687. 4. *De lienibus diſruptis* ibid. 1725. 4. aliæque utiles diſſertationes.

JACOBI GROENEVELT (Greenfield) *diſſ. Lithologica*, Ed. II. Londin. 1687. 8. obſervationes aliquas & hiſtorias continet calculi enormis &c. abſque chirurgia. IDEM ut videtur I. auctus recuſus eſt ſub nomine J. GREENFIELD *compleat treatiſe of ſtone and gravel*, Londini 1712. 8. ubi diſſertatio de Lithontripticis, & ſectione calculi adjecta eſt.

Le Médecin de ſoi-meme ou l'art de conſerver la ſanté par l'inſtinct, Leid. 1687. 12. ad diæteticam pertinet, ſed cauſam morborum in plethora & corruptione humorum, hujus rationem in alvo ſicca ponit.

De S. ANDRE' *refléxions nouvelles ſur les cauſes des maladies & leurs ſymtomes*, Pariſ. 1687. 12. LEHM.

MONGINOTI collectionem libellorum de febribus in practicis laudabimus, quæ prodiit Ferrar. 1687. 4.

THEOPHIL. MULLER *von vvinter krankheiten*, Lipſ. 1687. 8.

J. ANDR. STISSER *febrium intermittentium nova conſideratio*, Brunſvic. 1687. 4. *

CONRAD. BARTHOLD BEHRENS *bedenken von ſchleunigen todes fällen*, Hildesheim 1687. 8. cum mortuorum diſſectionibns. EJUSD. *ſelecta diætetica*, Franc. Lipſ. 1710. 4. Varia habet de peſte, ejus excluſione, ortu, &c.

MANDUIT Diſſ. *ſur la goute, où l'on en découvre la véritable origine jusqu'ici inconnue, & le moyen de s'en garantir*, Pariſ. 1687. 8. BEUGH.

Les opérations de Chirurgie avec un traité des maladies de l'eſtomac & un autre des maladies vénériennes, Pariſ. 1688. 12. Practici in primis ſcopi.

STEPHANI BLANCARDI *Anatomia practica rationalis*, Amſtelod. 1688. 12. prodiit. Inter opera BLANCARDI hoc præfero, quo breves ſed utiles tamen ducentæ diſſectiones corporum continentur, quas ipſe adminiſtraverat. Hæ obſervationes in ſuis titulis diſtributæ redeunt in Praxi Medica BLANCARDI. EJUSD. *naeuvvkeurige verhandelingen van het Scheurbuyk*, Amſtel. 1684. 8. Lipſ. 1690. 8. 1693. 1704. 4. Germ. cum app. de fermentatione * EJUSDEM *venus beléegerd en ontſet*, Amſtel. 1684. 8. & Gallice Amſtel. 1688. 8. & Germanice, Lipſ. 1689. 8. adjectis variis aliorum tractatibus. Morbum venereum vetuſtum eſſe. Carteſianus cæterum & theoriæ plenus. EJUSD. *vom podagra und laufenden Gicht*, Germ. 1690. Lipſ. 8. EJUSD. *Tr. van de opvoedinge zieckten der kinderen*, Amſtelod. 1684. 4. SCH. EJ. *praxis der Medicin*, Hanov. 1703. 8.

STEPHANI BLANCARDI *venus beleegert en ontſet* etiam Lipſ. 1693. 8. recuſa exſtat cum titulo *de lue venerea & ſcorbuto*. *a*

THEO-

THEODORUS CRAANEN aliquas in Libro de homine huc pertinentes obſervationes habet. EJ. *Lumen rationale medicum ſeu praxis medica reformata*, &c. Medioburgi prodiit 1686. 8. *Obſervationes medicas excerptas ex prælectionibus publicis privatisque* T. CRAANEN *quibus emendatur* V. *Liber Inſtit.* SENNERTI edidit P. U. D. Leidæ 1687. *opera omnia* prodierunt Antvverp. 1689. 4.

A. V. L. diſſ. *Phyſico-medica de febribus*, Leid. 1688. 8. eſt diſcipulus CRAANENI.

GUERNERI NEUHAUSEN *homo melancholicus*, Hamm. 1688. 12. Nempe melancholiæ in genere deſcriptio.

A. PORSCHOU *du pourpre de la rougeole, & de la petite vérole*, Pariſ. 1688. 8. adjectus tractatus de veſicæ renumque calculo. In variolis leniora ſudorifera laudat.

CASPARI PORTA *medicina brevis exhibens hominis machinam ejusque morbos*, Leid. 1688. 8.

JUSTI VESTI *decas obſervationum rariorum* (ex anatome practica) cum CRAMERI collegio chymico prodiit Erfurt. 1688. 4. EJ. *de dyſenteria epidemia diſſ.* Erfurt. 1709. 4.

J. CAR. LINK *caſus medici ægri epileptici*, Altdorf. 1688. 4. PL.

CRISTIANI LANGII *miſcellanea curioſa medica annexa diſp. de morbillis quam prodromum eſſe voluit novæ ſuæ Pathol. animatæ*, &c. Francofurti 1688. 4. EJ. *pathologia animata ſeu animadverſiones in pathologiam ſpagiricam* JOH. FABRI ibid. eod. anno. Omnes morbos ex pathologia putredinoſa interpretatur.

JOSEPHUS LANZONUS obiit anno 1730. EJUS varia ſcripta huc pertinent, ut poſthumum *de venenis*: diſſ. *de febre quartana* Ferrariæ 1691. fol. excuſa: *conſultationes medicæ: obſervationes & animadverſiones variæ ad medicinam, anatomiam & chirurgiam facientes*, Ferrar. 1688. editæ, quæ omnia conjuncta prodierunt Lauſannæ anno 1738. 4. 3. vol. Collectanea fere ſunt, eruditi viri, qui otium in ſuis ſcriptis poliendis vix impenderet.

J. GASP. GROENEVELT *practica qua humani morbi deſcribuntur*, Francof. 1688. 8.

RICHARDI MORTON *phthiſiologia ſeu exercitt. de phthiſi* L. III. Londin. 1689. 8. Videtur mihi hoc ſuo labore ſatis plene functus eſſe, cum phthiſin & adfines morbos numeroſos diſtinxerit & deſcripſerit, hiſtoriis, etiam cadaverum ſectionibus confirmaverit. Phthiſin pulmonalem ut plurimum a ſcirrhoſis, deinde in ulcus abeuntibus, glandulis (ſeu tuberculis) deduxit. Ad febrem inflammatoriam ex tuberculis natam corticem adhibuit. Calculos pulmonales inter cauſas tabis per experimenta retulit. EJUSD. *pyretologia ſeu de morbis acutis univerſalibus* L. III. Lond. 1692. 8. *& de febribus inflammatoriis* ibid. 1694. 8. Vaſtum opus, quo febres intermittentes & remittentes, & continuas & inprimis variolas fuſo ſermone complexus eſt. Corticis vim in plerisque remittentibus febribus extulit. Regimen calidum nimis & in variolis maxime, commendavit. Utrumque opus Genevæ 1696. 4. cum aliis variis recuſum eſt.

RICHARDI MORTON *phthiſiologia* anglice prodiit Lond. 1694. 8. * ſub titulo *treatiſe of conſumtions*. EJUSD. *de febribus inflammatoriis* liber recuſus eſt Bremæ 1693. 8.

GUALTHER HARRIS *de morbis acutis infantum*, Londin. 1689. 8. 1705. 8. 1720. 8. Germanice F. Lipſiæ 1691. 12. & in collectione SYDENHAMIANA Genevæ 1736. 4. Plurimum laudat teſtacea ob vim etiam ut credit anodynam, & fere ad omnia infantum mala idonea & efficacia. Ad finem obſervationes ſingulares ſubjectæ ſunt. Practicus cæterum magis quam pathologus fuit. In nuperiori editione, Londini 1713. 8. adjecta eſt de luis venereæ origine *appendix*. Antiquam ibi luem eſſe defendit, ſalivationem improbat. EJUSD. *diſſertationes medicæ & chirurgicæ habitæ in amphitheatro ſocietatis R.* Londini 1725. 8. ad praxin potius pertinent, & ibi recenſebuntur. EJUSD. diſſ. *de peſte & inoculatione variolari variolarum deſcriptio*, Londin. 1721. 8. Pro emeticis & fonticulis, & contra calida medicamenta. Multa ex NATHANAELE HODGES.

J. GODFRIED de BERGER eruditiſſimi viri diſp. *de polypo cordis*, VVittemberg. 1689. *de inflammatione* 1695. *de dyſenteria ſuperioris ſemeſtris*, VVittemb. 1709. *de laude febris merito ſuſpecta*, ibid. 1730. aliæ & eruditiſſimæ diſputationes exſtant.

J. GODFRIED de BERGER eſt etiam diſp. *de morbis ſenectutis*, VVittemb. 1693. EJ. *de acido inſonte*, ibid. 1716.

JOH. de MURALTO *von Krankheiten der kinder*, Zurch. 1689. 8. Per varia etiam ejus opera inciſiones corporum ægrotorum diſperſæ habentur.

LANGE *Traité des vapeurs, ou leur origine, leurs effets & leurs remedes ſont méchaniquement expliquées*, Pariſ. 1689. 12.

FRANC. SEB. VORSTER *experimenta de pleuropneumonia epidemica cum polypo cordis*, Baſil. 1689. 4. PL.

Diſſ. ſur la goute 2. *edit.* Pariſ. 1689. 12. Nullius momenti.

SIGISMUNDI KOENIG Bernenſis Medici *ſpecimen lithogeneſeos humanæ*, Bern. 1689. 12. Rara hiſtoria feminæ, cui plurimi lapides de ano deceſſerunt, cum experimentis ad analyſin calculorum pertinentibus.

FRANCISCI CALMETTE RIVERIUS *reformatus*, Genev. 1677. 8. Lugd. 1690. 8. Morbos omnes percurrit & curationes breves addit. Eum exſcriptum eſſe a LANZONIO auctor eſt D. ASTRUC.

J. HENR. STARK *de angina alba ſeu prunella, die vveiſſe bräune oder de vveiſſe anſatz*, Regiom. 1690. 4. RIV.

JAC. SINIBALDI *Apollo bifrons Medicus & amœnus*. Huc pertinent multæ diſp. de ictero, ſanguinis ſputo, ſudore, hydrope, &c. Rom. 1690. 4.

Anonymi tractatus de morbis ad recentiorum mentem concinnati, Ferrar. 1680. *

N. PFISTER *von der vveiber natur und Krankheiten mit anmerkungen vermehrt*, Nürmberg 1690. 8. (*de morbis muliebribus*.)

N. PFITZER recuſus exſtat Altdorf. 1691. 8. *

GERALD SERMES *Kortbondige verklaaring van de gezonde en ongezonde ſtand der menſchen*, Amſtelod. 1690. 8. BEUGH.

EL. RUDOLPH. CAMERARII *hiſtoria pleuritidis, &c. abſceſſus pectoris cum ſuccedente colica ſpaſmodica & gutta ſerena*, Tubing. 1690. 4. EJUSD. *anatome hydropici*, ibid. 1691. diſp.

EL. RUD. CAMERARII diſputavit etiam *de tenſione cordis*, Tubing. 1686. 4.

J. CONSTANT. de REBECQUE *atrium medicinæ Helvetiorum*, Genev. 1661. 12. Præter pharmacopœam obſervationes tradit morborum non maximi momenti, neque ulla cum ſectione cadaveris.

FRIDERICUS RUYSCH & in *obſſ. anat. chir.* & in *muſ. rariorum* & in *theſauris* & *adverſariis* multa etiam rariſſimorum morborum monumenta habet.

JOH. NICOLAI PECHLIN *obſervationum phyſico-medicarum* L. III. Hamburg. 1691. 4. Viri ingenioſi, poetæ, medici, & politici, cujus nepotes in ſuperiorem nobilitatem nunc recepti ſunt, hic princeps labor eſt. Magna pars pertinet ad obſervationem morborum rariorum, vel cauſarum internarum quæ mala varia generarunt.

CHATELAIN (Prof. Monſpelienſis) *Traité des convulſions*, Pariſ. 1691. 12.

Obſervationum medicarum centuria a PAULO SPINDLERO *conſignata, ſcholiis aucta ſtudio & opera* CAROLI RAYGERI, Francof. 1691. 4. Chirurgicas & medicas obſervationes minime inutiles continet, cum aliis adfinibus comparatas. Paulum ſuperſtitioſus, amuletis credit, ab amnio uxoris impotentiam conjugalem derivat, &c.

DESSE *des fievres continues & intermittentes*, Pariſ. 1691. 12. A coagulo ſanguinis, etiam peſtilentes febres derivat.

C. HENRIC. ERNDL *ex veneno Salus*, Gieſſ. 1691. Obſervationem habet baccarum belladonnæ pro vacciniis funeſto errore comeſtarum.

CONR. HORLACHER *von denen Catarrhen*. Norimberg. 1691. 8. Refutat vulgarem theoriam.

BESANÇON *nouveau Traité des Fièvres où après avoir examiné les différens ſyſtêmes... on explique la nature & la cauſe de ces maladies avec les remèdes* &c. Paris 1691. 8. A ſulfure ſanguinis abundante febres derivat.

JOHANNIS VIRIDET *de prima coctione & ventriculi fermento*, Genev. 1691. 8. recuſus Morgiæ & Pariſiis 1735. 2. vol. 12. Sub Titulo *Traité du bon chyle*. In parte II. practica continentur, in quibus aliqua paradoxa, multa tamen bona & curioſa ex cadaverum ſectionibus & praxi repetita habet. EJUSDEM boni ſenis *traité des vapeurs*, Iverdun. 1716. 8. Theoria equidem mirifica, quæ ſpiritus animales ponat modo acidos, modo alcalinos, volatiles, & ab his iisdem principiis morbum hyſtericum explicet, atque praxin ſuperſtruat, ut curatio in priori caſu, vitioque acido, per alcalia volatilia, in poſteriore

per

per refrigerantia perficiatur. Obſervationes tamen multas admiſcet, inter quas ſectiones cadaverum etiam reperiuntur, & multa de opii vi & effectu & de idioſyncraſia experimenta habet.

CHRISTIANI von CAMPEN *collectanea therapeutica de pleuritide & apoplexia*, Breda 1691. 8. cum Exercit. medicis 12.

J. L. NEUHAUS *unterricht von der rothen ruhr*, Smalkald 1691. 8.

GEORG. VVOLFG. GILGIUS *de memoriæ læſione ex nimio veneris uſu*, Altdorf. 1691.

HENR. MAJ. *de morbo caſtrenſi quem vulgus Cephalalgiam epidemiam vocat*, Rintel. 1691. 4.

MARCI GERBEZII *Tractatus de morbis complicatis*, Labæ 1692. 8. EJ. *Chronologia medico-practica*, Francof. 1713. 4. Cum priori opere conjunctam continet hiſtoriam epidemiarum quinque annorum cum tempeſtatis obſervatione, curandi modo, &c.

M. MARCI diſp. *de lienoſis*, Argentor. 1692. 4. & aliæ minime malæ.

JOS. PRATT. *de lepra*, Leid. 1692. 4.

MAUR. van REVERHORST *de motu bilis circulari ejusque morbis*, Leid. 1692. 4. Calculorum felleorom hiſtorias habet.

NIC. LAMBERT THELEN. diſſertatio *de febribus*, Lovan. 1692. 8.

CAR. DRELINCOURTII *de variolis & morbillis* diſp. Leid. 1992. 4.

J. HELFRICH SCHROOT *inſtruction derer fleck und huſtfiebern*, Marburg. 1692. 8.

NATHANAEL LACY *de podagra*, Venet. 1692. 8. ſal in lympha reſidens pro cauſa morbi habet. Medicamenta arcana proponit.

F. MERCURII ab HELMONT *obſervationes circa hominem ejuſque morbos per* PAULUM BUCHIUM editæ Amſtelod. 1692. latinæ verſæ, quod miror, ab J. C. AMMANNO. Mirabilem theoriam ſexus duplicis maris & feminæ in omnibus corporibus, etiam in ſalibus conſtanter a natura obſervati ponit, inde ortorum morborum deducit cauſas. &c.

G. VV. VVEDEL *tabulæ pathalogico-therapeuticæ omnium morborum ſynoptice complectentes*, Jeo. fol. EJUSD. *pathologia dogmatica*, Jen. 1692. 4. EJUSDEM *exercitationes pathologico-therapeuticæ* ibid. 1697. 4. & *ſemeiotico-practicæ* eodem anno. ibid. In ſuis *exercitationibus philologicis* multa ad rariores morbos pertinent ut *morbum craſſum* anno 1688. *phœniceum* 1702. &c. EJUSDEM L. *de morbis infantum*, Jen. 1717. 4. Legi meretur ob morbos rariores, varios nævos etiam & monſtroſos partus quos recenſet. In theoria cæterum ſemi-Helmontianus & acidæ hypotheſi adfinior fuit, plurimus in abſorbentibus & bezoardicis. Innumerabiles etiam diſputationes pathologicas edidit, quibus morborum hiſtorias & curationes tradidit, v. g. *de ileo poſt ileon inteſtinum ruptum* 1690. *ægrotus iſchuria laborans* 1699. *de morbo ſpaſmodico epidemico maligno in Saxonia, Luſatia vicinisque locis graſſante*, &c. Jen. 1717. &c.

G. VV. VVEDEL etiam eſt *de catharro ſuffocativo*, Jen. 1686. *de diarrhoea* 1673. bona diſp. EJ. *de ægro colica ſaturnina laborante*, Jen. 17 2.

GERVAISE UCAI *Traité de la maladie vénérienne*, Toulouſe 1693. 12. Pariſ. 1702. 12. & verſ. lat. Amſtelod. 1700. 8. Morbum veteribus jam notum fuiſſe, contrahi nimia etiam cum munda femina Venere, &c.

THOM. FRID. SUCHLAND *de paralyſi metallariorum*, Ultraject. 1693. 4.

G. COLE *novæ hypotheſeos ad febrium intermittentium ſymptomata & typos excogitatæ hypotypoſis*, Londin. 1693. 8. Cauſam quærit in nerveo ſucco depravato, unde primo in partium fibroſarum intervallis lancinatio & rigor, deinde iis acribus particulis in ſanguinem receptis calor ſuccedat. EJUSDEM *practical eſſay concerning the late frequency of apoplexies*, Oxford. 1689. 8. PL. Lond. 1693. 8. cum curatione & præſervatione.

G. COLE *novæ hypotheſeos*, &c. *hypotypoſis* Amſtelodami recuſa exſtat 1698. 8.

JOH. LUDVV HANEMANN *commentarius ad miranda & anomalias humani corporis earumque cauſas*, &c. 1693. 4.

MICHAEL ANGELI ANDREOLI *de conſervanda valetudine ſeu morborum cauſis procatarcticis*, Lugdun. 1693. 8. Agit de ſex rebus non naturalibus. EJUSD. *de febribus & morbis acutis febrem comitem habentibus*, Venet. 1711. fol.

AIGNAN *l'ancienne médicine à la mode*, Parif. 1693. 12. Omnes morbos ab alkali & acido derivat.

J. C. B.

J. C. B. a GUELFALIONE *tutelaris columna ſeu de ſede affecta in pleuritide*, Rom. 1693. 8. B. VVALTH.

Auctor hac pagina citatus ſub nomine J. C. B. a GUELFALIONE idem eſt jam dictus BENEDICTUS a CASTRO.

NICOLAI GRIMBERG *obſervationes medicæ anatomico practicæ*, Hafniæ 1693. 4. Abſque obſervatione & abſque anatome. EJ. *beſchreibung des Nieren und blaſen ſteines*, Hafn. 1695. 8. De calculo.

LUCÆ TOZZI *in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos commentarii ſeu univerſæ medicinæ theoreticæ & practicæ celebriores quæſtiones*, Neapoli 1693. 4. EJUS. *Medicinæ pars prior theoretica quæ etiam pathologica continet, de vitæ diſſolutione ejuſque cauſis: de morbis, morborum cauſis, ſymptomatibus, ſignis adverſæ valetudinis, temporibus morborum, criſibus & diebus criticis*, &c. Lugd. 1681. 8. Plagiarii opus (MORGAGNI in Epiſt. I. n. 80.)

LUCÆ TOZZI ibidem etiam citati opera omnia prodierunt Venet. 1711. 4. Acidam & SYLVIANAM theoriam defendit, rejicit criſium ἀκρίβειαν, plethoram.

J. CHR. ETTNER *de podagra*, Breslau. 1693. 12.

J. B. GYRALDI *morborum exitialium tyrannica ſævitia: ſeu per annos nobilem mulierem diri morbi excruciantes in medicam hiſtoriam redacti*, Bonon. 1693. *

CAROLI LEIGH *phthiſiologia Lancaſtrienſis*, Londin. 1694. 8. & in collectione SYDENHAMIANA, Genevæ 1736. 4. frequentem ejus regionis phthiſin ex nimio vitriolo deducit. Adjectum eſt *tentamen circa aquas minerales in eodem comitatu obſervatas*, in quo acidulas deducit ex vitriolo, ochra & ſulfure. In *natural hiſtory of Lancashire* de funeſtis effectibus vaporum mineralium experimenta habet.

CAROLI LEIGH ſunt etiam *Exercitationes de morbis acutis, intermittentibus, hydrope*; Londin. 1697. 8. Primo titulo continetur inprimis hiſtoria febris petechialis Lancaſhirenſis annorum 1693. 1694. 1695. 1696. quam a ſero per acidum coacto deducit. Intermittentes pariter a ſale ſerum coagulante derivat. Hydropem bilioſum, natum a bile in materiem tartaro vitriolato ſimilem, ſeparat ab hydrope vulgari lymphatico. Inciſiones morboſorum cadaverum habet, in quibus hepar obſtructum.

J. F. VALLADE *idea generalis morborum & paſſionum hominis in tres partes diviſa, ſecunda de morbis*, Roterodami 1694. 4.

J. BERNH. GLADBACH *Praxeos medicæ idea noviſſima.. in qua omnium morborum origo ex quatuor morbis cardinalibus deducuntur*, Herborn. 1694. 8. Morbos magnos facit febrem, catarrhum, cachexiam, ſcorbutum. Curationes addit.

PETRI CHIRÆ rariſſimas diſputationes non vidi. Scripſit an. 1694. Monſp. *theſin* ut vocat, in hanc quæſtionem, *an paſſioni Iliacæ globuli*, &c. & eodem anno, *an incubo ferrum*, quæ recuſa exſtat in operibus poſthumis. Ingenioſus, audax adfirmator fabricæ ad explicandas actiones excogitatæ.

N. FROMENT *hypothèſe raiſonnée dans la quelle on fait voir que la cauſe de toutes les maladies vient des levains acides, acres ou ſalés des prémierès voies*, Pariſ. 1694. 4. BEUGH.

GEORG. LUDVVIG SCHLEYERMACHER *de affectuum rariſſimo catalepſi*, Gieſſæ 1994. Utilis diſputatio, cum obſervationibus.

PETRI LE CERF *de febre gallica*, Francof. 1694. 4. febrem malignam popularem deducit a fermentatione alcali gallici cum acido germanico.

J. ANT. CASSINIS de BUGELLA *de apoplexia*, Prag. 1695. 8.

FRANG. RAYNAUD *traité des fièvres malignes & pourprées*, Carpentras 1695. 8. Bruxellis eodem anno. A neſcio quo aſtrali influxu oriri, &c.

J. BAPTISTÆ SCARAMUCCI *theoremata familiaria de phyſico-medicis lucubrat*. Urban. 1695. 4. Obſervationes practicæ acidi coagulantis theoriam recipit. EJUSD. *lettere ſopra un idrofobo* Macerata 1702. 8. Hiſtoria hydrophobiæ abſque morſu ortæ, ex iracundia.

BERNARDI CONNOR *diſſertationes medico-phyſicæ*, Londin. 1695. 8. Tres omnino huc pertinent, nempe de *antris lethiferis*, quæ explicat per vaporem æthereum ad reſpirationem ineptum: *de ſtupendo oſſium coalitu* totius nempe ſceleti univerſali ancyloſi: & de *immani hypogaſtrii ſarcomate* uteri nempe in maſſam carneam inorganicam degeneratione.

MATTHIÆ SPIEVVACZER *ægroti conſideratio perpendens corporis humani partes & morbos in ſpecie αἱμοφθίσεως naturam* &c. Prag. 1695. 8.

STEMAN *de hydrophobia*, Ultraj. 1695. Bona diſſertatio cum obſervationibus.

JAC. van HERVELT *geneſkundige aanmerkingen*, Amſtelod. 1695. 4. *

R. VV. KRAUSE *æger bulimicus*, Jen. 1695. 4.

JO. BRUNSMANNI *energumeni Coagienſis ſeu admirandæ hiſtoria de horrenda cacodæmonis tentatione qua in Selandia Daniæ ejuſque urbe Coagio familia civis per aliquot annorum ſpatium eſt conflictata* ex Danico verſa Lipſ. 1695. 12. RIV.

AND. BROVVN *tentamen theorectico practicum de febribus continuis*, Edenburg. 1665. 4. HARL.

J. U. E. *venus ſieke gaſthuys*, Amſtelod. 1695. 8. continet morbos ſexuum.

JOHANNIS DOLAEI Carteſiani & hypotheſium amantis viri *Encyclopædia medica dogmatica cum obſſ. auctoris rarioribus & curioſis & comm. epiſtolari cum* VVALDSCHMIDIO, Venet. 1695. fol.

VV. VVALL. *a nevv ſyſtem of the french diſeaſe*, Londin. 1566. 8. ASTR. Arcaniſta.

GUILIELMI COCKBURNE *account of the diſtempers incident to ſeafaring people*, Londin. 1696. 8. & *continuatio* 1697. 8. & auctius, Lond. 1708. 8. ſub nomine *ſea diſeaſes* 1736. 8. Germanice Roſtoch. 1726. 8. Cum in navi medicinam feciſſet, claſſicos morbos anni 1695. deſcripſit. EJ. *profluvia ventris ſeu de diarrhoea or account of looſeneſſes*, Lond. 1710. 8. & 1724. 8. EJUSDEM *the ſymptome nature cauſe and cure of a gonorrhoea*. Lond. 1713. 1719. 8. & IV. edit. 1728. 8. Latine, Leid. 1717. 8. Gallice Pariſ. 1730. 12. quæ editio reliquis melior eſt. Præter anatomen, quam diximus, ætiologiam bonam morbi habet, cujus ſedem recte omnino non proſtatis, ſed in ſinubus urethræ ponit.

GUILIELMI COCKBURNE *ſea diſeaſes* legi ex editione Londinenſi 1706. 8. Mechanicæ ſcripſit, & morbum propoſitum, cum omnibus ſyptomatibus, per ſuas cauſas explicare conatus eſt. Scorbutum derivat a defectu tranſpirationis, hinc nata plethora ſanguinis craſſi, febrem vero intermittentem a lentore BELLINIANO, rejectis cacochymis. In P. II. habet numeroſas ægrorum hiſtorias.

R. JAC. CAMERARIUS *de diabete periodico Hypochondriacorum*, Tubing. 1696. diſ. *de variolis*, ibid. eodem anno, *Hiſtoria lienoſi* 1707. *extiſpicia hepatitide defunctorum* 1716. *de diarrhoea & febre ardente a quibus pleriſque exteris Lutetiæ Pariſiorum agentibus periculum imminet* 1717. 4. & aliæ eruditi viri diſputationes legi merentur.

PHIL. FRAUENDORFER *opuſculum de morbis mulierum*, Noriberg. 1696. 12. HAEN.

JOH. ZELLER *de molis virilibus mirabilibus*, Tubing. 1696. diſp. Germanicæ 1696. 4. *de gonorrhoea virulenta* 1700. *de docimaſia, ſignis, cauſis & noxa vini lithargyrio mangoniſati* 1707. (recuſ. Altdorf. 1721.) EJ. *de morbis a ſtrictura glandularum p. n.* habet obſſ. in corporibus ægrotis: tum in diſſ. in qua *theſes inaugurales eruditæ*, Tubing. 1704.

JOHN. FLOYER *præternatural ſtate of animal fluids deſcribed*, London. 1696. 8. 1698. 8. Varias corruptiones chyli recenſet, fermenta admittit, morbos epidemicos periodice credit redire. Appendicis loco eſt *Tractatus de aſthmate*, recuſus Lond. 1719. 8. Aſthma explicat a ruptis veſiculis pulmonem, & aere ſub membranam externam pulmonum effuſo, ex chyli flatulentia, & ſymptomata per periodos redire obſervat. Ipſe morbum expertus fuerat, cujus paroxyſmos ſatis exquiſite deſcribit.

JOHN FLOYER etiam eſt *the preternatural ſtat of humours*, Lond. 1696. 6. In ſalinam & cacochymicam ſectam pronior fuit. Vitia digeſtionis primo loco recenſet, cacochymiam pituitoſam, tartaream, flatulentam, acidam. Inde de ſanguinis ſtatu oleoſo rancido, de viſciditate ejus, cacochymia ſalſa, aciditate vitriolica, putrefactione agit. Subjecit aliqua de aſthmate & tuſſi convulſiva. Caute legenti tamen utilis.

JOH. PECHEY *of the diſeaſes of vvomen*, Londin. 1696. 8. * *on infants diſeaſes* 1697. 8. * tractatus *of an apoplexia convulſiva* 1708. 8. *

J. SCHREYER *de ortu ſterilitatis a faſcino*, Lipſ. 1696. 8. *

ANDREÆ PETERMAN *de ictero ex calculis veſicæ felleæ*, Lipſ. 1699. Diſp. cum propria obſervatione. EJ. *bedenken vom ſaamenfluſſe und* CHR. FRID. PINKERS *vom blutfluſſe* ex Latino verſum, Dreſd. 1761. 8.

Inter BENJAMINI BENEDICTI PETERMANNI *obſervationum medicarum decadem* I. II. & III.

III. Lipſ. 1707. editas, pleræque etiam ANDREÆ ſunt, Lipſienſis Profeſſoris, ſectiones cadaverum morboſorum, calculi, &c.

JEAN RAVELLY *Traité de la rage*, Pariſ. 1696. 12. Hydrophobiam deſcribit ortam ex morſu lupæ rabidæ. Suadet antimoniata.

HUNAULD *diſcours phyſique ſur les fièvres qui ont regné les dernières années*, Pariſ. 1696. Acidam theoriam proponit. HUNAULD (Annon idem priori qui academici pater fuit?) *ſur la rage & ſes remèdes*, Chateau-Gontier 1714. 12. Bonus liber. Exempla dedit ægrorum, qui pluviam ferre non poſſent, & inviti ad morſum rabioſa vi abriperentur, tanto cum acumine auditus, ut etiam minimus ſtrepitus ipſe intolerabilis eſſet.

MICHAELIS ALOYSII SINAPII *Abſurda vera ſeu paradoxa medica*, Genev. 1697. 12. Audax in paradoxis homo, in morbis aliter a communi ſententia deſcribendis multus eſt. Luem Gallicum ſponte oriri, &c. Pars II. continet *quæſtiones & controverſias occaſione morborum ſeptentrionalium & de falſa exiſtentia morbi gallici*.

ANICET GAUSAPÉ *nouvelle explication des fièvres*, Toulouſe 1697. 2. vol. 12.

ANICET GAUSAPÉ alii annum habent 1696.

JOH. PECHEY *treatiſe on infants diſeaſes*, London 1697. 8.

J. LUD. APINI *febris epidemicæ annis* 1694. 1695. *in oppido Herspruck* &c. *graſſati depreſſa tandemque petechialis reddita in ſemicenturiam obſervationum digeſta relatio*, Norib. 1697. 8.

J. BAPTISTÆ CONTULI *brevis inſtructio medica de glutine in corpore humano producto & ejus affectibus calculo, arthritide* &c. Rom. 1697. 4. (& *Galer. di Minerva* V. p. 122.)

EJUSD. L. *degli aſcaridi*, Rom. 1701.

J. BAPT. CONTULI in libro priori loco dicto multas habet non contemnendas obſervationes. Excuſus eſt italice, & latine, Rom. 1699. 4. cum titulo *de lapidibus podagra & chiragra in corpore humano productis*.

NICOLAI HEINSII *quynende venus ofte korte en neauvvkeurige verhandeling van de pocken*, Amſtelod. 1697. 8. Germanice Lipſ. 1700. 8. & denuo 1711. 8. ab alio verſa Gallice Amſtelod. 1706. 8. Morbum antiquum eſſe docet, ex theoria ſalina explicat. Arcana ſua laudat.

JOHN. COLBATCH *treatiſe of the gout*, London. 1697. 4. EJUSDEM *collection of tracts chirurgical and medical* II. ed. Lond. 1704. 8. Inter varios tractatus huc pertinet *a phyſico medical diſcourſe on alcali and acid*, in quo alcali pro cauſa febrium, ſcorbuti, mortiſque habet, acida autem pro univerſali medicamento morborum acutorum, phthiſeos ſcorbuti, podagræ, &c. *Some farther conſiderations concerning acid and alcali*, ejuſdem ſenſus eſt. EJ. *treatiſe on the gout* podagram tribuit abundanti in ſanguine alcali, cujus pars aliqua critice deponatur ad articulos. *In libro the doctrine of acids in the cure of diſeaſes farther aſſerted*, Londin. 1698. 8. confirmat in podagra & ſcorbuto in ſanguine plus quam in ſanitate, alcalinarum partium eſſe, & alcali pro deſtructore vitæ & pene pro morte in corpore habitante habet. EJ. *relation of a very ſudden cure of a perſon biten by a viper* (primum excuſ. Lond. 1698. 8.) Continet viperæ morſum cum magnis ſymptomatibus ſanatum oleo vitrioli.

VVILH. ULRIC. VVALDSCHMIDT J. JACOBI F. diſp. *pathologiæ animatæ ſpecimen*, Kiel. 1697. *de calculo renum* 1709. *de morbo epidemico convulſivo per Holſatiam graſſante oppido raro*, Kiel. 1717. *de ægroto ſpina ventoſa laborante* 1718. *de ſingularibus quibusdam variolarum & earum inſitionis*, 1725. & aliæ non ineruditæ diſputationes.

VV. ULR. VVALDSCHMIDT hic dicti eſt etiam diſp. de loco Plinii: *Morbus eſt aliquis per ſapientiam mori*, Kiel. 1703. 4. EJ. *de ſingularis peſtis Holſatica* (bona diſp.) ibid. 1722.

J. EVELYN *de lyſothimia* exſtat cum numiſmatibus ejuſdem, ſeu diſcurſus in antiquos & modernos nummos, Londin. 1697. fol.

J. J. VV. BEINTEMA de PEIMA *de morbo regio*, 1697. 12.

Diſcurſus medicus de impotentia virili, Colon. 1698. 8.

J. JAC. STOLTERFOTH *diſſ. Epiſtolica de ſudore ſanguineo*, Kiel. 1698. diſp.

EHRENFRIED HAGEDORN *obſervationum & hiſtoriarum medico-practicarum Centuria* III. Fr. Lipſiæ 1698. 8. Poſthumum opus, hinc vitia excuſatione digniora. Miraculorum nimius amator fuit, morborum hiſtorias nimis breves dedit, cum magna in calidam medicinam acutorum propenſione.

CH. DENIS de LAUNAI *ſyſteme contenant la génération des maladies vénériennes*, Pariſ. 1698. 12.

J. B. ALLIOT *Traité du cancer*, Pariſ. 1698. 12. Scirrhum ex acido derivat, cancrum credit curabilem eſſe per medicamentum eſcharoticum abſorbens.

GOD. BIDLOO obſ. *de animalculis in hepate ovillo aliorumque animalium detectis*, Leid. 1698. 4. Deſcripſit, etiam microſcopio adhibito, Os, oculos, cor, inteſtina habere, in bile proprie ejuſque vaſis vivere docuit. EJUSDEM in *Exercitatione* II. decadum, quæ Leidæ 1708. & 1715. prodierunt, hydatidum theoria proponitur, partim a lympha inter arterias venaſque effuſa, alias ex vaſe lymphatico inter duas valvulas tumente. Experimenta propria adfert. Habet etiam in *Decade* II. *Exercitationem* de morbo mirifico a limpidi humoris copioſiſſimo de naribus fluxu. EJUS. *hiſtoria ultimi morbi & mortis* GUILIELMI III. Leidæ 1702. Belgice & Germanice 1703. 8. Lipſiæ prodiit.

DANIEL TAUVRY *nouvelle pratique des maladies aigues*, Pariſ. 1698. 8. 2. vol. 1706. 12. 1720. 2. vol. Febres fermentationi tribuit, juvenis auctor & ante diem exſtinctus. EJ. *des maladies chroniques & habituelles* Pariſ. 169.... & 1724. 12.

COCHON du PUY *hiſtoire d'une enflure du bas ventre très particuliere*, Rochelle 1698. 12.

JOACH. TARGIRI *medicinæ compendiariæ* P. II. Leid. 1698. 8. pathologiam continet.

G. ABRAHAM MERCLIN *ſylloge phyſico-medicinalis caſuum incantationi vulgo tribui ſolitorum maxime memorabilium Decurias* VI. *complectens cum judiciis & curationibus*, Noriberg. 1698. 4. 1715. 4.

JOH. GEORG. BENZ. *de muliere capitis dolore periodico cum abſceſſu laborante*, Altdorf. 1699. 4.

J. PHIL. EYSEL *compendium pathologicum corporis humani morbos, cauſas & ſymptomata concinne deſcribens*, Erfurt. 1699. 8. EJ. *ſcrutinium dyſenteriæ malignæ epidemicæ nunc graſſantis*, Erfurt. 1709. 4.

J. FRIDERIC LOVV *de variolis & morbillis*, Noriberg. 1699. 4.

J. VICTOR. JAGERSCMIDT *der in denen durch die ſilberglätte beſtrichenen vvein enthaltene mercurius ſamt einer daher entſtandenen colica ſpaſmodica pareſi* &c. Ulm. 1699. HAEN.

J. V. JAGERSCHMIDT jam dicti eſt etiam *de colica ſaturnina*, Ulm. 1693. 8.

NICOL. RAINSSANT Quæſtio curioſa, *an cometa morborum prænuncius?* Pariſ. 1699. 4.

In *Monumentis Academiæ Gallicæ* paſſim aliqua ad diſſectiones morboſas pertinent, ob raritatem & fidem commendata.

1699. TAUVRY de hydrophobia.

POUPART de ſcorbuto.

1700. VERNAGE hydrops chyloſus.

1701. Mors a valvula venoſa ſiniſtri cordis oſſea, tum ab aorta oſſea & ab eadem ulcerata & oſſefacta.

1702. Du VERNEY hiſtoria hydropis; fetus per anum egeſtus.

1703. LE MERY de calculis veſicæ felleæ.

Du VERNEY hydrops varius cyſticus lamellatus oſſi pubis adnatus &c. Cerebrum bovis putrefactum, teſtium ſcirrhus ſponte diſcuſſus, LITTRE de hydrope.

1704. Polypus pulmonis, calculus inteſtinalis, cerebrum ſero obrutum, calculi bilarii ex ulcere exeuntes, hydatides hepatis, pulſus in venis, hydrops cerebri, hydrops externus capitis.

1705. LITTRE polypus. Hydrocephalus.

1706. Glandulæ in tòto corpore petrefactæ ab abuſu ſpiritus vini, oſſificationis in ſene; tuba ovario adnata. MERY ſceleton flexuoſum.

1707. Hydrops peritonæi. LITTRE de cataracta. GANDOLPHE Hydrops ovarii.

1708. LA HIRE contra cataractæ ſedem in lente. LITTRE vermes per nares egeſti.

1709. MERY cataractæ ſedes in lente experimento adſerta. Delirium melancholicum. GANDOLPHE de tænia.

1710. Calculi in duodeno. Cyſtides abdominales. Aorta ampliſſima pene a corde divulſa. Hydrops lacteus.

1711. LITTRE gonorrhoeæ ſedes.

1713. LITTRE oſſicula in dura matre. Emphyſema. Hydrops tympanites. Valvulæ aortæ ad parietes adnatæ, inde mors.

1714. LITTRE de flatibus.
1715. Contra cataractæ ſedem in lente.
1716. Ancyloſis univerſalis, partus ventralis. LITTRE de difficili deglutitione.
1717. Hydatides. GEISLERI cataracta membranea, vitium peculiare oculi.
1718. PETIT de hydrocephalo.
1719. Apoplexia ſex menſium abſque intermedio ſigno cogitationis.
MORAND de hydatidibus. (Non eſſe lymphatica) vid. etiam 1722.
1722. PETIT de oſſibus mollibus.
MORAND de cataractæ ſede in lente & ejus capſula. Tumor magnus internus pectoris. Fætus 10. annis geſtatus ſemilapideus. Urina vomitu reddita.
1723. & 1727. MORAND & PETIT de Hydrope oculorum. Cauſa partus difficilis. MORAND de hydatidibus.
1724. De vena Medinenſi.
1727. MALOET hepar cum liene connatum. DUPUY obſtructio alvi & colon vaſtæ molis.
1728. Hydrops peritonaei.
1729. Tumor chyloſus meſenterii. Valvulæ cordis præter naturam mutatæ.
1730. Abſceſſus hepatis. Ren ſcirrhoſus & calculoſus abſque vitio urinæ. Lentis cryſtallinæ ſingulare vitium.
1731. CHICOINEAU phthiſeos felix per anum criſis.
1732. Hydrops cyſticus pulmonis & hepatis. Ren Hydropicus. Omentum ſcirrhoſum. JUSSIEU de aquæ Sequanæ vi noxia.
1733. MALOET vermis per nares egeſtus.
1734. Oſſium mollium hiſtoria.
1735. VVINSLOVV de colli curvitate. RIDEUX de mola. Cephalea ex pure in ſinubus frontalibus. Sanguinis grumi vermium figura per urinam redditi. Valvulæ aortæ coalitæ. Aorta oſſefacta & cor ſiniſtrum tumens. Mors ab opio. Calculi veſicæ felleæ.
1738. Catalepſis. Placentæ retentæ ex ira excluſio. Mors ex devorata cannabe.
1739. Cyſtis hydropica ampliſſima in abdomine. Spina ventoſa.
1740. Vermis in homine enormis. VVINSLOVV damnoſus abuſus veſtium.
1741. De noxio uſu thoracis balaenarii. De Veſiculæ felleæ calculis.
1742. Paralyſis a compreſſo cerebro. PETIT morbus quem vocant *filet*. SAUVAGES morbus ex ſomnambulatione & catalepſi compoſitus.
1743. Pili in ovario. Du HAMEL de cauſa cur oſſa in rachitide incurventur ab inæquali nutritione. BARRERE de verme Medinenſi.

J. BAPT. FANTONI *obſervationes anatomico medicæ ſcholiis illuſtratæ* a JOH. FANTONO fil. Durin. 1699. 12. & *auctæ* Venet. 1713. 4. ſunt obſervationes 37. inprimis in morbis cordis omnino utiles. Eædem cum *opuſculis* FANTONI Genevæ anno 1738. 4. recuſæ ſunt; adjectis propriis JOHANNIS obſervationibus, raris & egregiis.

J. BAPT. FANTONUS edidit etiam *diſſertationem hiſtoricam de febribus miliariis*, Tur. 1747. 8.

JAC. FABRICII *de phthiſi renali calculo veſicæ complicata*, Gieſſ. 1699. diſſertatio.

FRANC. MAR. NIGRISOLI *tractatus varii de morbis*, Ferrar. 1700. 8. *

ERN. BENSHEIM *tractatus de hydrope*, Lipſ. 1700. 4. *

JAC. GAVET *nova febris idea: cum explicatione motus fermentationis, generationis animalium*, &c. Genev. 1700. 12.

JOH. AEGIDII EUTH (permediocris ſcriptoris) *agoniſma de hydrope*, Hag. 1700. 8.

ANDREÆ VVRIGHT *venus deceived or an account of the ſeat and nature of clap in man and vvoman vvith a perfect cure in 24. hours*, &c. Lond. 1700. 8. Arcanorum venditor.

In diario GALLERIA di MINERVA, & TRIVULTIENSI, quæ circa hæc tempora prodierunt multa huc pertinentia reperiuntur.

T. NEEDHAM *treatiſe of conſumtion and venereal diſeaſe*, Lond. 1700. 12. Arcaniſta.

SAVIARD in *recueil d'obſervations chirurgicales*, quæ prodierunt Parif. 1702. 8. multa egregia huc pertinentia habet, de abſceſſibus hepatis, oſſibus emollitis, calculis cyſticis, ſcorbuto gallico ejuſque in glandulis meſenterii ſede, hydrope, &c.

Hiſtoria morborum qui annis 1699. 1700. 1701. 1702. Uratiſlaviæ graſſati ſunt, Uratislav. 1702. 1706. 1710. Lauſannæ recuſa eſt 1746, cum præfatione mea. Auctores ſunt MAXI-

MILIA-

MILIANUS PREUSS, MICHAEL PAULI, GODOFREDUS KLAUNIG, SAMUEL GRASS, CAROLUS OEHMB', & CHRISTIANUS de HALVVICH, qui calamum ſuum commodavit. Stahlianam ſectam ſecuti, in obſervando diligentes magis, quam in curando efficaces fuerunt; multa vero bona paſſim admiſta legas, etiam rariorum morborum, aut vulgatiorum accuratas hiſtorias. Subjecta eſt plena deſcriptio hydropis pectoris.

ANTONII SIDOBRE *de variolis & morbillis accedit* CAR. DRELINCOURTII *diſſ. de eodem argumento*, Lugd. 1699. 8. HARL. Leidæ 1702. 12. SIDOBRE fermentum admittit ex ſale ſalſo, methodum antiphlogiſticam laudat. DRELINCOURTIUS fermentationes admittit.

Dudum recenſere potuiſſem FRIDERICUM HOFMANNUM. Scripſit enim jam anno 1689. Francofurti 8. *Exercitationem de acidi & viſcidi pro cauſis morborum & alcali pro iis debellandis inſufficientia* Germanice recuſam Hall. 1696. 8. Sectam eo tempore epidemicam CARTESII, SYLVII & BONTEKOI, quæ omnes fere morborum cauſas in acido & viſcido ponebat, inter primos, poſt tamen JOHANNEM BOHNIUM refutavit. Febres ab acido eſſe negavit, alcalinis curari perinde refellit, acida in febribus & nitrum laudat. Anno 1691. edidit *diſſ. epiſtolicam de affectu cataleptico rariſſimo*, Francof. 1692. 4. Deinde anno 1698. cum P. POTERII operibus diſſ. *de febribus* edidit 4. Francofurt. compendium nempe ſuæ theoriæ. POTERII vero *inſignium curationum & ſingularium obſervationum Centurias* III. ſuis ſcholiis & parallelis hiſtoriis ornavit. Deinde amplum opus *Medicinæ ſyſtematicæ*, excepto primo Tomo, huc pertinet. Et ſecundo quidem Tomo traditur *philoſophia corporis humani morboſi*, qui Halæ 1720. 4. prodiit, quæ pathologia mihi laude digniſſima videtur. Cauſas morborum ex ipſa natura repetitas candide & fuſe repetit. Venena tam propria quam malo uſu noxia abunde tractat. Inter morbos ab excretis & retentis eos maxime explicat, qui ab alvo obſtructa naſcuntur, parum noti prioribus: tum ab ætatibus, temperamentis, aëre, &c. *Tomus* III. quo *vera therapiæ fundamenta* traduntur Hall. 1727. 4. Prima pars tota huc pertinet, quæ hiſtorias, cauſas morborum in genere, deinde ſingulatim, & alia etiam ſemeiotica de præſagiis ex urina, ſanguine & pulſu tradit, & de criſibus. Tomi IV. P. I. *ſeu de febribus* Halæ ſecuta eſt 1729. 4. Morbos hic ſingulatim deſcribere incipit per ſigna ſua, tum cautelas & obſervationes adſpergere, inde curationem, denique obſervationes peculiares. Ejuſdem Tomi IV. P. II. *ſeu doctrina hæmorrhagiarum & dolorum*, Hall. 1732. 4. *Pars* III. ſeu *doctrina morborum convulſivorum*, Hall. 1734. 4. *Pars* IV. ſeu *doctrina morborum ex viſcerum labe*, Hall. 1737. 4. *Pars* V. ſeu *doctrina vitiorum partes externas afficientium*, Hall. 1739. 4. (cui adjecta eſt vita Auctoris.) Eadem methodo ſcripti ſunt. Pleraque capita prius totidem diverſæ diſputationes fuerunt, quas paulum mutatas AUCTOR hic repetiit, ut eo minus, cum adeo numeroſæ ſint, neceſſe videatur eas repetere. Aliquas tantum recenſebo *decem* nempe illas, quæ ſub nomine *decadis diſſertationum phyſico-medicarum*, Leidæ 1713. 8. recuſæ ſunt. Earum pleræque huc pertinent, ut *Duodenum plurimorum morborum ſedes*: *de morbis endemiis*: *de pulſuum differentiis*: *de inflammatione ventriculi*: *de origine & natura peſtis* I. & II. & *de morbis metallicis* quarum ultima reliquis facile præſtat. Aliæ *pathologico-practicæ ſelectiores* ſucceſſerunt ibid. 1738. 4. EJUSDEM *medicina conſultatoria*, *vvorinne conſilia uber ſchvvere caſus*, &c. *enthalten* Tomi XII. qui ab anno 1721. ad 1739. prodierunt. Pars major ad medicinam forenſem pertinet, paſſim tamen etiam hiſtoriæ morborum miſcentur, de quibus conſulebatur HOFMANNUS & corporum infirmorum ſectiones. EJUSD. *conſultationum & reſponſionum medicinalium centuria* I. Hall. 1734. 4. II. Centuria II. & III. eodem anno. Hiſtoriæ partim ex priori, germanico, opere ſumtæ ſunt, partim novæ. EJUSDEM *Samlung auſerleſener caſuum von den vornemſtem krankheiten mit nöhtigen anmerkungen aus dem lateiniſchen ins duitſche überſetzt*, Hall. 1734. 4. EJUSD. Tract. *de morbis infantum*, Baſil. 1741. 8. Hæc omnia in editione Genevenſi anno 1748. fol. continentur. Vir cæterum ſimplex, facilis lectu & dilucidus, in chemicis medicamentis induſtrius, ex viribus aquarum mineralium detectis & ex morum humanitate gratioſus & celebris. Diſputationum reliquarum pathologicarum & practicarum, quas innumerabiles edidit, pauciſſimas recenſeo, ex melioribus. *Metallurgia mortifera*. *De hydrope pericardii rariſſimo* 1695. *hiſtoria variolarum epidemice Hallæ graſſantium* 1699. *hiſtoria febris malignæ epidemicæ petechizantis, hactenus Hallæ graſſantis*, Hall. 1699. 4. *de morbo nigro* HIPP. 1701. 4. *practicæ obſſ. circa febres tertianas hoc anno graſſantes* 1701. 4. *de morbis fetuum in utero* 1702. *de morbis lie-*

nis

nis 1704. *de morbo hiſtorias morborum recte conſignandi & ad uſum adplicandi* 1721. 4. *de hepatis inflammatione vera rariſſima, ſpuria frequentiſſima*, Hall. 1721. *de dyſenteria anni* 1726. *epidemica* 1727. *de ſpaſmis veſicæ* 1727. *de morbis ex nimia venere* 1735.

Recenſioni ſcriptum F. HOFMANNI adde diſputationes. *De mechanica febrium doctrina Hippocratica*, 1696. *de generatione ſalium morboſorum in corpore* 1702. *de aëris intemperie multorum morborum cauſa*, 1715. *de morbis œſophagi*, 1722. *de morbis hepatis ab anatomia deducendis*, 1726. *de animalibus humanorum corporum infeſtis hoſpitibus*, 1734.

Conjungere viſum eſt huic viro collegam, & æmulum, GEORGIUM ERNESTUM STAHLIUM, qui in pathologia plurima mutavit, adverſus falſis & acribus theoriis, ut majorem partem morborum ad plethoram ejuſque retentionem referret, omnes autem motus febriles & criſes, & ſimiles naturæ, ut vocant, conatus, animæ rationali tribueret, quæ hos motus ad fines prævifos excitaret, unde in praxi maxima mutatio nata eſt, cum eos ipſos motus, & febrem, Medici hujus ſectæ non ſupprimendam opio, cortice, venæ ſectione, ſed blande ad excretionem plethoræ dirigendam eſſe monerent. Inter numeroſa viri opera cito inprimis *theoriam medicam veram*, Hallæ 1708. inpreſſam, cujus partem phyſiologicam dixi, *pathologica* multo fuſior eſt, & principia STAHLII continet, cum non paucis peculiaribus obſervationibus. In *Majo* & *Junio* menſe *opuſculi Phyſico-Chymici*, Hallæ 1715. 4. excuſi dedit deſcriptionem febris epidemicæ petechizantis. Diſſertationes pleraſque recudi curavit MICHAEL ALBERTI Hall. 1707. duobus bene grandibus voluminibus. EJUS *ausführliche abhandlung von den zufällen des frauenzimmers*, Lipſ. 1724. 8. ex latinis diff. verſa eſt. EJUS *obſervationum medico-practicarum Claſſim* I. ſeu *febrium* edidit J. CHRISTOPHORUS GOETZ Norimberg. 1726. 4. ex ſcriptis nempe STAHLII collectas. Idem, ni fallor, opus *pyretologia*, *ſeu febrium hiſtoria & cum obſervationibus practicis illuſtrata edita eſt* Francof. Lipſiæ 1732. 4. EJUS *collegium caſuale magnum a* STORCHIO editum eſt cum 76. hiſtoriis Lipſ. 1733. 4. Inter plurimas diſputationes vix operæ pretium eſt citaſſe paucas ut *novam pathologiam calculi renalis* 1698. *pathologiæ fundamenta practica* 1699. *de frequentia morborum in corpore humano præ brutis* 1695. 4. *autocratia naturæ* 1696. *de morborum infrequentia perſonali* 1697. ibid. *hiſtoria febris epidemicæ petechialis & hinc deſumpta methodi ad curationem*, *nec non nova Luis curatio per purgationem* 1698. *inflammationis pathologia* 1698. *morbi ætatum* 1698. *febris hiſtoria in genere* 1701. *mortis theoria medica* 1702. *pathologia in genere* 1702. *de affectibus oculorum in genere* 1702. *nova pathologia podagræ* 1704. *de abortu & fetu mortuo* 1704. *vena porta*, *porta malorum* 1705. *de motibus humorum ſpaſmodicis* 1707. &c.

Ad G. E. STAHLIUM adde ſequentes meliores diſputationes *de febre petechiali* 1685. *de æſtu maris microcoſmici*, 1696. ſeu pathologia febrium periodicarum, *de autocratia naturæ*, 1696. nempe ex ſua febrium theoria; *de impotentia virili*, 1697. *de morbis habitualibus* 1698. *de motu ſanguinis hæmorrhoidali & hæmorroidibus externis* 1698. germanice verſ. 1729. Lipſ. 8. *de cephalalgia iliaco hæmatica*, 1698. *de febre lethifera* HIPP. 1701. *de differentia apoſtaſeos & apoſtematis* HIPP. 1701. *de hydrope aſcite* 1701. *de periculo diei* IX. 1702. *de malignitatis præcipue febrilis indole* 1702. *de menſium inſolitis viis* 1702. *de naturæ erroribus medicis* 1703. *de utilitate hæmorrhagiarum* 1704. *de phthiſi* 1704. *de morbis aulicis* 1705. *de infantum affectibus* 1705. *de tertiana febris genium manifeſtante* 1706. *de ſcorbuti & luis venereæ diverſis ſignis* 1706. *de dyſenteria* 1706. *problemata... pathologica febrium* 1707. (quæ ex optimis) *de periodis acutarum ſine criſeos eventu exquiſitis* 1708. *de febre catarrhali maligna* 1708. *de febre per ſe numquam lethifera* 1714.

J. HADRIANI SLEVOGT exſtant eruditæ diſputationes *de utero per ſarcoma ex corpore protracto*, Jen. 1700. 4. *vomica pulmonis & vicinarum glandularum læta triſtiaque exempla*, Jen. 1708. 4. & aliæ.

J. HADRIANI SLEVOGT addimus diſputationem *de crepatura viſcerum*, Jen. 1699.

NIC. ANDRY *de la génération des vers dans le corps de l'homme*, Pariſ. 1700. 12. 1714. 12. quæ editio duobus capitibus auctior multiſque emendationibus ditior eſt, quas ad obſervationes ſuas factas eſſe VALISNERIUS monet II. pag. 364. denique & 1741. 12. vol. 2. Amſtelodami recuſum eſt opus 1714. 12. tum germanice Lipſ. 1716. 8. EJ. *Eclairciſſemens ſur le Livre de la génération des vers*, Pariſ. 1704. 12. Amſtelod. 1705. 12. In priori libro ſolium eſſe animal vivum, oculatum, reſpirans, capitatum, diverſum a tænia, & a cucurbi-

cucurbitinis vermibus. Tæniam vero eſſe animal immobile abſque capite, cucurbitaneos vero folii ova. Idem in ſeneſcente homine vermes in varias monſtroſas formas abire docet. In altero reſpondet LEMERYO. Contra eum ſcripſit LUDOVICUS LEMERY *lettre ſur le livre de la génération des vers par* M. ANDRY inſertam *Trivultinis commentariis* 1703. Nov. ubi præter varia critica in primis demonſtratur, nimis ſuis vermibus eum virum uti, & ſere omnes morbos huic uni cauſæ tribuere. Ad eam epiſtolam reſpondet in poſteriori libello cui titulus *éclairciſſemens*, ſed longe acrior in eum adverſarius inſurrexit ANTONIUS VALISNERIUS qui in libello, quem continuo laudabo, falſas vermium hiſtorias & ficta capita taeniae, feſtive ut ſolebat, exagitavit. Ea cenſura gallice reddita & cum hoc titulo edita eſt *Lettre critique de* M. VALISNIERI *à l'Auteur du livre de la génération des vers*, Pariſ. 1727. 12.

BOURDELOT *Lettre à* M. LISTER Pariſ. 1700. 8. Hiſtoria calculi maximi habitantis in equino inteſtino.

ALESSANDRO PASCOLI *delle febbri teorica e pratica ſecondo il nuovo ſiſtema*, Venet. 1701. 4. IDEM in L. III. *de homine* cum anatome partium corporis humani utique earum partium morbos deſcripſit, & inprimis de febribus fuſe etiam egit.

FRANCISCI HENRIQUEZ *Pleuriticologia*, VVlysſipon. 1701. 4. *

NIC. VENETTE *Traité des pierres qui s'engendrent dans les terres & dans les animaux, & des cauſes qui les forment dans les hommes*, Amſtelod. 1701. 8. non inutilis, neque abſque obſervatione, continet hiſtoriam concretionum calculoſarum in tota natura. Theoria vana eſt, calculos naſci a ſpiritu petrificante, qui infit materiei petrificabili, & efferveſcentiam frigidam faciat cum Sale fixo, ex qua coagulatio ſequatur.

CAROLI MUSITANI *pyretologia ſeu de febribus*, Genev. 1701. 4. Theoria mera eſt. Deducit febres a corruptione urinæ, bilis, & ſanguinis. EJUSDEM *trutina chirurgico-phyſica*, Genev. 1718. 4. editæ Pars IV. recuſa Trivultii cum titulo *Traité de la maladie vénérienne & des remedes qui conviennent à ſa guériſon* 1711. 12. vol. 2. cum notis & additamentis, hiſtoriam luis venereæ habet. EJUSDEM *del mal Franceſe* Lib. IV. Neapoli 1697. 8. EJUSD. *trutina medico-phyſica*, Genev. 1701. 4. integrum nempe praxeos ſyſtema. EJUSD. *de morbis mulierum*, Genev. 1709. 4. ubi multa etiam ſuperſtitioſa habet, de virginitatis teſtimonio, ſpiritus ſeminalis ſede in centro nervoſo diaphragmatis. Germanice prodiit *VVeiber Kranckheiten vvorinn die erzeugung auf das genauſte unterſucht vvird*, Leipzig 1743. 8. 1701. 4. Clericus fuit, a Pontifice licentiam ad Praxin medicam accepit, falſæ theoriæ credulus auctor. Contra GALENUM cum ubique, etiam præter neceſſitatem, inſurgeret, adverſarios nactus eſt, contra quos *apologiam celeberrimorum virorum* edidit cum fictitio nomine urbis Kruſvvick anno 1700. 4. nempe Genevæ.

LUCAE ANTONII PORTII *de militis in caſtris ſanitate tuenda*, Neapoli anno incerto & nuper Pariſ. 1744. 12. minime malus Liber huc etiam ob morbos militum referri poteſt. EJUSDEM opuſcula varia *Neapoli* prodierunt, in quibus etiam de tumoribus tractatus eſt & morborum rariorum hiſtoriæ cum cadaverum ſectionibus.

In LUCÆ ANT. PORTII opuſculis hic dictis agitur etiam de peſte, putredine GALENICA, febre, vitiis digeſtionis.

In MICH. BERNH. VALENTINI *pandectis medico-legalibus*, Francofurt 1701. 4. & in *novellis medico-legalibus* ibid. 1711. 4. ad rem noſtram pertinent venenorum paſſim hiſtoriæ, molarum, abortuum. EJUSDEM *praxis medica infallibilis*, Francof. 1721. 4. continet conſilia medica variorum Auctorum ad morbos pleroſque, una cum rarioribus interſperſis obſervationibus.

CHRISTOPH. CUNRAD *de hydrope uteri*, Regiomont. 1701.

VVYERI GUILIELMI MUYS, doctiſſimi viri, diſputatio inauguralis *de catalepſi*, Trajecti 1701. 4.

GEORGII BAGLIVI *ſpecimen* IV. *reliquorum librorum de fibra motrice, & morboſa*, Rom. 1702. 12. In hoc ſpecimine, cui vix ulla eſt cum primo Libro connexio, varia habentur de morborum ſucceſſionibus, quæ JOHANNIS CASALECCHII eſſe, & pro ſuis a BAGLIVO edita legimus in *Gal. di Minerv.* T. VI. *Spec.* 18. Porro de conſtitutionibus epidemicis, præſagiis, febribus meſentericis aliiſque huc ſpectantibus ibi ſua monita perfert BAGLIVIUS. EJUSDEM *de praxi medica* Lib. II. toti verſantur in reſtituenda accurata methodo,

thodo, qua veteres morbos deſcribebant, ſigniſque pathognomicis & præſagiis accuratis.

GEORGII BAGLIVI *ſpecimen* IV. *de fibra motrice & morboſa* (quæ ultimæ voces addendæ ſunt titulo hujus libri) prodiit Perufiæ 1700. 4.

Poteſt etiam huc referri Lib. *de anatome, morſu & effectibus Tarantulæ* alibi citatus, cujus totam hiſtoriam, & muſices vires recipit. Tum ſectio anatomica corporis MARCELLI MALPIGHII & app. *de apoplexiis per urbem fere epidemicis*. Raguſinus auctor ætate parum provecta vivere deſiit, hinc paulo nimis præceps in omnia abiit, & multa immatura extrudit. HIPPOCRATEM diligenter legit, & legi juſſit, ejuſque præſagia nonnullis etiam propriis obſervationibus auxit. Opera omnia ſæpe recuſa ſunt, Lugduni 1715. 4. & alias.

PETRI LAURENTII SNELL *de polypo cordis*. Diſp. Gieſſ. 1702.

NICOLAI BOIREL *nouvélles obſervations ſur les maladies vénériennes*, Pariſ. 1702. 12. Ab acido derivat.

JOH. CL. MULLER *caſus monſtroſi affectus verminoſi*, Erfurt. 1702. 4.

CHRISTIAN ROEPER *de ſalivatione critica in morbis acutis & chronicis*, Hall. 1702. 4.

Art de faire les raports en chirurgie, Pariſ. 1703. 12. & auctius 1743. 12. Auctor eſt D. DEVAUX. Admiſtæ ſunt hiſtoriæ venenorum, morborum etiam, ut creditur, magicorum, ſed caſus morboſi fere imperfecti ſunt & abſque eventu. IDEM CAR. MUSITANI *Traité de la maladie vénérienne*, vertit & edidit, Trivulti 1711. 12. & Pariſ. 1733. tom. 2. cum adnotationibus, quæ laudes ASTRUCI meruerunt. IDEM vertit ANTONII DEIDIER, GUALTHERI HARRIS, JACOBI VERCELLONI & GUIL. COCKBURNE libros ad luem veneream pertinentes.

CAR. FRID. HOECHSTETTER D. *de ſpina bifida*, Altdorf. 1703. cum icone.

H. RIDLEI *obſervationes quædam medico-practicæ de aſthmate & hydrophobia, ſubjiciuntur decem adminiſtrationes totidem corporum anatomicæ*, Londin. 1703. 8. Leid. 1738. 8. Hiſtorias & curationes morborum habet, deinde ſectiones anatomicas ſatis accuratas. Anatomica diximus.

J. TOBIAS KLETT *de trichiaſi ſeu mictu pilari*, Norimberg 1703. habet obſſ.

JOH. KRUGER *de morbo literatorum ſeu affectione hypochondriaca*, Zittav. 1703. 4. EJ. *caſus III. medici de febre petechiali, phthiſi hæreditaria, virgine in incendio a fumo pene mortua*, Budiſſin. 1708. 4.

Lettre de M. RONIAT *à un Médecin*, Londin. 1703. 4. Chirurgi qui Viviſci vixit, refutatio hiſtoriæ morbi ultimi GUILIELMI III. quam dederat BIDLOUS.

Mémoire ſur les cauſes de pluſieurs maladies, Pariſ. 1703. 12. Acidam theoriam proponit.

DU MOULIN *nouveau traité du rhumatiſme*, Pariſ. 1703. 4. (J. des SAV.)

GOD. STEIN *lithographia curioſa occaſione diverſorum in corpore ... Principis repertorum calculorum cum eorum iconibus*, Baruth 1703. 8. RIV.

CHRISTIAN FRANCISCI PAULINI *diſquiſitio curioſa an mors naturalis ſit plerumque a ſubſtantia verminoſa*, Franc. Lipſ. 1703. 8. Morbos acutos a vermibus derivat, mortem ipſam unde ens facit & verminoſam. EJUSD. *obſſ. medico-phyſicæ* IV. *centuriis comprehenſæ cum ſatura quinque alias decades obſſ. complectente*, Lipſ. 1706. 8. Mirabilia varia cum magno ſelectu continet.

L. F. PAULINI ſunt etiam *obſſ. medico-phyſicarum duæ Decades*, Norimberg 1695. 4° *

PEDRO AGUENZA *de febre ſardinica*, Madrit. 1703. 4. *

Genees en heelkonſtige redenvoering over de ſpanſche pocken, Amſtelod. 1703. 8. *

GUILIELMI MUSGRAVE *de arthritide ſymptomatica*, Lond. 1703. 8. ea editio non apud me eſt, Genev. 1736. 4. Morbos deſcribit adfines arthritidi, qui chloroſi, hydropi, melancholiæ, ſcorbuto, lui venereæ, aſthmati, &c. ſuperveniunt. EJ. *de arthritide anomala ſeu interna differtatio* Exoniæ (Exceter) 1707. 8. Amſtelod. 1710. 8. &c. Arthriticæ materiæ ad interiora repulſæ funeſtos effectus deſcribit, morboſque numeroſos inde ortos, quorum omnium curationem repetit ab expulſione materiæ morboſæ in artus.

IDONIS VVOLF *obſervationum chirurgico-medicarum* Lib. II. *cum Scholiis & interſperſis hiſtoriis medicis* JOH. CHRISTIANI VVOLF M. D. Quedlinburg 1704. 4. Pater CHRISTIANI IDO medio ſeculo XVII. vixerat. Multa hic de venenis, cicutæ, mercurii ſublimati, vermium.

J. PIERRE LA SALLE *des maladies de la poitrine*, Bourdeaux 1704. 12. (J. des SAV.)

CHRISTIANI JOH. LANGII *opera omnia* quæ RIVINUS Lipſiæ anno 1704. edidit, continent pathologiam, ſemeioticam, praxin, diſputationes varii argumenti, etiam huc facientes, ut illam *de morbis endemiis*, Lipſ. 1694. habitam.

ADRIAN HELVETIUS (pater) *Traité des maladies les plus fréquentes & des remedes propres pour les guérir*, Pariſ. 1704. 12. 1724. 2. vol. 8. Urinam in malignis fallere obſervat. Cuique morbo propria medicamenta opponit.

ADRIAN HELVETIUS exſtat etiam Pariſ. 1711. 12.

J. CONRAD ZACCHMANN *caſus memorabilis de vermiculis in vulnere cum oſſi fractura p. n. maxima quantitate genitis*, Baſil. 1704. diſp. PL.

J. ERNESTI SCHAPER diſſ. variæ & *de lippitudine cryſtallifera*, Epiſtola, Roſtoch. 1704. 4.

J. CAR. SPIES *melancholia hypochondriaca ſalivatione cito, tuto, & radicitus exſtirpata*, Helmſtad. 1704. 8.

CAR. F. LUTHER *deſpina deglutita & per apoſtema hypochondrii dextri rejecta*, Kiel. 1704. 4.

OLIVER *Eſſay on fevers*, Lond. 1704. 8. *

BARTHOLOMÆI de MOOR *Veris œconomiæ humanæ principiis innixæ pathologiæ cerebri delineatio practica*, Amſtelodam. 1704. 4. Morbos inprimis ſoporoſos & reliquos capitis affectus deſcribit. Omnes interpretatur ex aucta vel imminuta ſanguinis preſſione. In EJUS *cogitationum de inſtauranda medicina*, Libro II. Amſtelodami 1695. 8. edito eandem theoriam proponit, SYLVII atque BONTEKOI diſcipulos refutat, & febrium intermittentium autumnalium hiſtoriam pro exemplo hiſtoriæ medicæ proponit.

BARTHOLDI FLORIANI GERSTMANN *tumulus peſtis hactenus metu veneni occluſus, nunc apertus & innoxius demonſtratus*, Francof. M. 1704. 8. PL.

Cum J. CONRADI BECKER L. *de ſubmerſorum morte ſine potu aquæ*, Gieſſæ 1704. 8. edito prodiit *dodecas obſervationum rariſſimarum*, omnino ob morborum in cadaveribus detectorum bonam deſcriptionem utilis.

DES GOUGES *epiſtola medicinalis hiſtorica, in qua argumenta refellentia res effuſas in epiſtola edita anno 1687. & addita obſervatio de lue venerea*, Pariſ. 1705. 4. Luem veneream veteribus notam fuiſſe.

J. C. HEYNE *tentamen de præcipuis oſſium morbis*, Gedan. 1705. 12. Repetetur in chirurgicis.

LAURENTII ROBERS diſſ. *de lue venerea* Upſal. 1705. 4. Singularis hypotheſis.

Magni viri JOHANNES FREIND & RICHARDUS MEAD circa hæc tempora inclareſcere cœperunt. Et illius quidem *Emmenologia* Oxonii anno 1703. 4. primum, deinde Amſtelodami an. 1726. 8. & alias prodiit. Phyſiologiam dixi. Morboſa menſium parciori fluxu ad duas claſſes reduxit, lentorem ſanguinis & nimiam vaſorum duritatem & reſiſtentiam: nimium vero menſium fluxum in laxitate vaſorum & humorum tenuitate poſuit. Inde indicationes & curationem repetit. EJ. *Commentarii* IX. *de febribus ad* HIPP. *Epidemicor.* L. I. & III. Lond. 1717. 4. Amſtelod. 1717. 8. &c. Diſſertationes variæ ſunt, quibus potius ſuam ſententiam proponit, quam HIPPOCRATIS. EJUS morbos cum noſtris eoſdem eſſe defendit, & eadem methodo egere, ſuperfluum vero fuiſſe SYDENHAMI ſtudium, qui tot diſtinctas ſpecies febrium fecerit, quæ tamen una generali methodo ſanari poſſint. Pleuritidem a peripneumonia diſtinguit, etiam ſanatione, quæ ſputa in iſta requirit, non ita in pleuritide. Obſervationem ulceris veſicæ addit. Reliqua praxin potius reſpiciunt. EJ. *de purgantibus in ſecunda variolarum confluentium febre adhibendis Epiſtola ad* R. MEAD. Londin. 1719. 4. Amſtel. 1720. 8. Præter practica conſilia, multa etiam habet de variolarum hiſtoria ex Arabibus repetita. EJUS *epiſtola de quibuſdam variolarum generibus*, Lond. 1723. 4.

RICHARDUS MEAD, qui in beato ſenio ſupereſt, jam 1702. Londini 8. edidit *mechanical atcount of poiſons*, auctius quarta vice recuſum anno 1747. Venenata organa Viperæ & noſtratis & caudiſonæ deſcribit, aliter quam priores ſcriptores, & in ipſo veneno acria ſpicula etiam oculo manifeſta. Diabetis hiſtoriam ſubjungit. Inde araneas & tarantulam inprimis deſcribit, deinde morſum canis rabidi & hydrophobiam, quam ab acuta tenſione nervorum deducit, deinde venena mineralia & vegetabilia, opium, vaporeſque Charoneos erudite dilucidat. Italice redditus liber prodiit 1744. 4. EJUSD. L. *de imperio ſolis & lunæ in corpore humano & morbis inde oriundis*, Londini 1704. & 1746. 8. Lunam

ſortio-

fortiori ſua adtractione, quam plena & nova exercet, aërem atmoſphæricum ſurſum a terra abducere, hinc aërem nobis vicinum leviorem reddere, ita corpus humanum minus comprimi, atque adeo omnes humores magis ad corporis ambitum ruere, vaſa dilatare, augeri hæmorrhagias, &c. Multas etiam alias egregias obſervationes admiſcet, v. g. de cataracta, de cauſa amauroſeos in nervo optico poſita, &c. EJUSD. *Short diſcourſe concerning peſtilential contagion*, Londin. 1720. 8. ſexies uno anno recuſa, tum 1744. 8. &c. latine vero cum titulo *de peſte* Lond. 1723. 8. magna parte ad praxin & politiam pertinet. Contagioſam eſſe defendit & in Africa naſci, & in nervos agere, & viſcera in gangrænam vertere. EJUSD. *de variolis & morbillis* L. Londin. 1747. 8. ſibi vindicat in *præfatione* laudatam a FREINDIO in variolarum ſecunda febre purgationem. Variolas pro peſtis genere habet, quod in Africa naſcatur. Malignas multorum generum deſcribit, cryſtallinas, vacuas, verrucoſas, ſanguineas. De curatione alibi dicam. RHAZIS una libellum prodiiſſe jam memini. EJUS. *Medica ſacra ſeu de morbis inſignioribus qui in bibliis memorantur*, Lond. 1749. 8. Multa a vulgari opinione aliena ad 15. morbos commentatur, lepram omnis generis, dæmoniacos, lunaticos, &c. Opera MEADII duobus vol. in 8. curavi recudi Gottingæ 1748. & 1749. 8. ubi ea quæ Anglice ſcripſit, Latine a D. GEORGIO CHRISTIANO OEDERO verſa ſunt.

RICHARDI MEAD *ſhort diſcourſe concerning peſtilential contagion* extat etiam in collectione operum. EJUS etiam eſt *diſſertatio on the ſcury*, Lond. 1740. 8 Deſcribit peſtilentiſſimum ſcorbutum, qui ſocios navales ANSONII pene omnes deſtruxit, ita putreſcentibus humoribus, ut callus conferventium oſſium ſolveretur.

ROSINUS LENTILIUS Stutgardienſis Medicus edidit Altorfi 1680. 4. L. *de febre tertiana intermittente epidemica præterito vere ſeptentrionem ſubque eo Curlandiam* (ubi tunc vivebat) *infeſtante*, Altorf. 1680. 4. Idem Ulmæ anno 1698. 4. edidit *Miſcellanea medico-practica tripartita*, practica nempe, & hiſtorias fere morborum cum conſiliis. EJ. *de hydrophobiæ cauſa* Lib. Ulmæ excuſus eſt 1700. 8. EJUSDEM *Eteodromus medico-practicus*, Stutgardiæ 1711. 4. continet unius anni epidemias, & ægrorum, qui auctorem conſuluerunt, morbos, atque curationem in acta diurna relatam. EJUSDEM *iatromnemata medico-practica*, Stutgard. 1712. 4. & ipſa magna ex parte hiſtorias morborum habent, tum diſſertationes quaſdam, de hydrophobia, quam ad acidum refert, &c. Sed in practicis repetetur.

ALEX. THOMSON *diſſertationes medicæ*, Leid. 1705. 8. Sexta huc pertinet, quæ agit de morbis animi, qui ſæpe ſub larva corporeorum morborum latent, eoſque incurabiles reddunt.

BARTHOLOMÆI BEALE *eſſay attempting a diſcovery of the true cauſe of all diſeaſes proceding from vicious blonds, and the genuine operations of all remedies uſed in their cures*, Lond. 1706. 8. *

J. JAC. BAIER eruditæ ſunt diſputationes *de laſſitudine* 1706. *de febre miliari* 1707. *de malo hypochondriaco* 1708. *de menſibus dolorificis* 1709. *de morbis bibonum* 1720.

H. G. HERFELD *de origine morborum*, Amſtelod. 1706. 8. Ex Carteſiana ſchola.

In J. B. MORGAGNI *Adverſariis* & *Epiſtolis* paſſim varia de oculi morbis, glandulis vitioſis, vermibus (ep. XIV.), cerebri vitiis egregia habentur, & ab eodem MAGNO VIRO integrum obſervationum in cadaveribus morboſis factarum opus exſpectatur.

SAMUEL KOELESER de KERESEER *de ſcorbuto mediterraneo* L. Cibinii 1707. Morbus peculiaris eſt, nauſeæ genus referens, qui in ſcorbutum tranſit. EJUS. *peſtis Dacica* 1709. *ſcrutinium & cura* ibid. 1709. 12. * EJUSDEM *Proteus febrilis noviſſima Virmondiana affligens* Cibinii 1722. 4. Eſt hiſtoria morbi noviſſimi Comitis Virmondii.

PETRI PAXTON *manuductio phyſicomedica* Londin. 1707. 8. Compendium EJUSDEM *eſſay concerning the Knovvledge and cure of moſt diſeaſes affecting human bodies*, London 1711. 8. Theoria morborum a ſpiritibus & a ſanguine ortorum. Adjectus Tr. de Salivatione & uſu mercurii.

JACOBI DRAKEI *orationes* III. *de febre intermittente*, *de variolis & morbillis*, *de pharmacia hodierna* edidit EDVVARDUS MILVVARD, Londin. 1742. 4. Amſtelod. 1742. 8. Auctor obierat anno 1707. Prima diſp. Cantabrigiæ 1690. duæ reliquæ ibidem pro doctoris gradu obtinendo anno 1694. ſcriptæ fuerant. Febres intermittentes, ut erat hypotheſium amans, a laxato tono vaſorum biliariorum; hinc bilis in inteſtina copioſiore adventu:

Variolas a vaporibus arſenicalibus in aëre obvolitantibus deducit, atque contendit ſymptomata ſumto plurimum convenire cum iis, quæ ſuperveniunt variolis, &c.

JOHANNIS CASPARI VVESTPHAL *pathologia dæmoniaca*, Lipſ. 1707. 4. Curationes ſympatheticas defendit, hiſtorias aut obſeſſarum, aut certe hyſtericarum feminarum narrat, & de prodigiis ſanguinis obſſ. adfert.

JOHANNIS LINDER poſtea LINDESTOLPE *de virulentia luis venereæ*, Upſal. 1708. Originem a venere inter homines & ſimias deducit. EJUSDEM L. *de venenis prodromus*, Leid. 1708. 12. *recuſus & animadverſionibus illuſtratus a* C. GODOFRIDO STENZEL Fr. Lipſ. 1739. 8. LINDERUS multa obſervavit, collegit, propria induſtria, ut tamen ab hypotheſi tibi caveas.

IRENAEI VEHR Prof. Francofurti ad Viadr. multæ ſunt diſp. ut *de ictero fuſco cum plica polonica ex ſuppreſſione menſium*, Francof. Viadr. 1708.

CHRIST. *valetudiniarum ſenum ſalomeneum*, Lipſ. 1708. 4.

J. GABR. RUDOLPHI *de obſervandis in mulieribus largiter menſtruatis occaſione hæmorrhagiæ uteri pronatæ per cereviſiæ medicatæ abuſum*, Leid. 1708. 8.

J. GABR. RUDOLPHUS l. c. præter caſum medicum, etiam de mulierum univerſis morbis egit.

J. FOLI LECAAN *advice to the gentleman of the army*, Lond. 1708. 8. Continet deſcriptionem morborum Hiſpaniæ, inprimis febrium petechialium autumnalium epidemicarum & caſtrenſium.

CRELLII *marmorea memoria* J. F. SELIGMANNI *portentoſis ejuſdem calculis æternitati conſecrata*, Lipſ. 1708.

ANTONII NICOLAI BARNABE *delle morti improvviſe*, Rom. 1708. 4. de iiſdem nempe apoplexiis frequentoribus, de quibus etiam LANCISIUS ſcripſit. Multos vult mortuos eſſe ex vitio ventriculi, ex catarrho ſuffocativo, alios ex vera apoplexia.

JOH. MARTEN *treatiſe of all degrees and ſymptoms of the venereal diſeaſe in both ſexes*, Lond. 1708. 8. & alias & *gonoſologium novum*, ib. 1709. 8. Veterator eſt ASTRUCIO judice.

HERMANNUS BOERHAAVE hoc anno immortales *Inſtitutiones rei medicæ* ſcripſit, toties recuſas, ut inter Anatomicos videre eſt. Earum pars poſterior *pathologiam* etiam continet, ubi morbi ob ſuas cauſas ſimpliciſſimas, in ſolidorum vitio, humorum acrimonia varia, lentore, fluiditate nimia poſitas revocantur: cauſæ plures, quam vulgo ſolent, recenſentur, ſymptomata, & ſigna enarrantur. In eum librum *Prælectiones proprias* auctoris edidimus, quæ exſtant in VI. Tomo operis, abſque noſtris notis Gottingæ 1744. 8. editi. Deinde anno 1715. edidit *Aphoriſmos practicos de cognoſcendis & curandis morbis* ſæpe recuſos Leidæ in 8. anno 1737. & alibi, gallice etiam Rennes 1738. 12. anglice 1735. 8 Hi brevem de morbis univerſalibus ſolidorum, & humorum theoriam continent: tum chirurgiæ aliqua capita: inde febres & inflammatorios morbos (eos fuſiſſime), denique præcipuos chronicos adfectus breviter deſcribit, ſed magna tamen cum ubertate cauſarum & ſymptomatum, ut in apoplexia v. g. videre eſt. In hoc compendium ſolebat prælegere. Eæ lectiones cum titulo *Praxeos medicæ ſeu commentarii in aphoriſmos B. de cogn. & curand. morb.* aliquoties in Belgio & nuper anno 1745. Ultrajecti 5. vol. in 8. excuſi ſunt, ſatis vitioſe, inprimis quod ad dictionem adtinet, ut tamen auctorem adgnoſcas, & utilitatem interpretatio habeat, multaſque proprias obſervationes magni viri. In eos aphoriſmos lectionibus BOERHAAVII multis annis ſollicite conſignatis propriaque etiam obſervatione & bonorum obſervatorum adjumento uſus, edidit GERARDUS a SVVIETEN *Commentarios*, quorum Tomus I. Leidæ 1742. 4. alter 1745. 4. prodiit, reliqui ſequentur, facilitate ſua & ſimplicitate commendabiles. Aliquoties recuſi ſunt Turini cum meis prælectionibus, Venetiis & in Germania. Porro BOERHAAVIUS Leidæ anno 1724. 8. edidit *hiſtoriam morbi atrocis & nondum deſcripti*: & anno 1728. ſubjunxit *hiſtoriam morbi atrocis alteram* 8. In priori ruptum a vomitu æſophagum, in altero eliſum a tumore in pectore adipoſo cor deſcripſit. Recuſæ ſunt gallice cum CAR. BARBEIRAC Lib. *de morbis pectoris*, Amſtelod. 1731. 12. Inde cum *Aphrodiſiaco* LUISINI quem Leidæ 1728. fol. edidit, in *præfatione* ſuas de lue Venerea cogitationes edidit quæ cum titulo *Commentariorum novorum de lue venerea*, Londini 1728. 8. excuſæ ſunt, & a JULIANO OFRAI gallice aut verſæ aut ornatæ cum titulo *ſyſteme de* BOERHAAVE *ſur les maladies vénériennes*, Pariſiis 1735. 12. Bremæ

vero

vero 1737. 8. cum tit. *Verhandlung der venus ſeuche und deren geneſung*. *Introductio* BOERHAAVII *ad Praxin Clinican*, Leidæ 1740. 4. excuſa breve compendium eſt, modumque docet, quo in cognoſcendis inprimis morbis novus medicus feliciter verſetur. Deinde Londini a morte auctoris anno 1741. 4. editus eſt Lib. *de calculo* minime certe inutilis, & anno 1744. 8. *conſultationes medicæ ſeu ſylloge epiſtolarum*, quæ juxta editionem Londinenſem Gottingæ 1744. adjectis nonnullis BOERHAAVII conſiliis medicis, & curationibus in Noſodochio factis, & introductione quam dixi, edi curavi. Anno 1746. neſcio quo fato perſuaſus codicem corruptiſſimum *de morbis oculorum* edidi, Gottingæ 8. in quo emendando multis locis fruſtra laboravi, nunc codicem HEISTERIANUM nactus curabo, ut melior editio ſequatur. Utilia tamen & ibi conſilia, & vera cataractæ, ex primis deſcriptio continetur. Recuſum eſt opuſculum, Pariſ. 1748. 8. Venet. 1747. 8. & alibi. Superſunt paſſim *de morbis nervorum* aliique magni viri codices, & *compendia lectionum publicarum in noſodochio* habitarum, & conſultationes, in tanta viri per totam Europam auctoritate vis immenſa. Nuper etiam R. JAMES edidit *the modern practice of phyſick being a translation of Boerhaave and of ſuch parts of F. Hofmann's vvorks es ſupply the deficiencies of Boerhaave*, Londini 1746. 2. vol. 8. Aphoriſmi ſunt Boerhaaviani, adjectis formulis ex *materia medica* ſumtis, quam alibi dicemus, & aliquæ ex SVVIETENIO, aut ex ipſius auctoris obſervatione, deſumtæ notæ. Morbos cutaneos alioſque, quos non tractavit BOERHAAVIUS, translator ex HOFMANNO in compendium contraxit. Hæc in I. tomo, nam in II. hydrophobiam proprio labore fuſe deſcripſit, quam mercurio curandam ſuſcepit. EMANUEL CHRISTIANUS LOEBERUS anno 1744. & 1745. edidit *anfuhrung zu einer heilſamen labens art*. Ipſi ſunt Aphoriſmi BOERHAAVII cum notis nonnullis & explicationibus. *A full vievv of childrens' diſeaſe translated from* HARRIS *and* BOERHAAVE Lond. 1742 8. * Non vidi, neque BOERHAAVIUS quidquam cum hoc titulo ſcripſit.

HERMANNI BOERHAAVE *Aphoriſmi* anglice prodierunt verſi a J. de la COSTE cum titulo *Aphoriſmi concerning the knovvledge and cure of diſeaſes from the* ed. 1715. *vvith uſeful obſervations and explanations*.

DOMENICO MISTICHELLI *Tr. dell' apopleſia* L. II. Rom. 1709. 4. In ſecundo libro hiſtoriam cauſasque mali deſcribit, & pro principe medicamento laudat ferrum ignitum pedis plantis admotum. EJUSD. *aggiunta al trattato dell' apopleſia* Padova 1715. 4. anatomicus potius liber eſt & phyſiologicus.

CHR. BALTH. VVIEL *nachricht von der in der ſtatt Thoren bey beſchluſſ des Auguſts* 1708. *angefangenen und bis den Januar.* 1709. *angehaltenen ſeuche der peſtilenz*, Thoren. 1709. 8.

POLYCARPUS GOTTLIEB SCHACHER multas boni uſus diſputationes edidit quo referimus *de placenta uterinæ morbis*, Lipſ. 1709. cum bonis obſervationibus *de tænia* 1717. Programma anno 1717. *de modo quo fetus abſque putredine in utero manet*, *Lumbricorum renalium deſcriptio*, Progr. 1719. *de polypis* Progr. 1721. *de flatuum in corpore genitorum magna cum aëre cognatione*, 1723. 4. Aliud progr. *de oſſificatione præternaturali* 1725. *de febre acuta exanthematica ægrum quinquies ſerie non interrupta invadente* progr. 1723. 4. *Anatome virginis aſciticæ* 1725. *Sectio juvenis phthiſici* 1730., progr. *De melancholia hyſterica* 1732. *De ægro ex lue venerea in cephalalgiam chronicam delapſo* progr. 1732. Aliud *de pilis in ovariis muliebribus* 1735.

POLYCARPI GOTTL. SCHACHER quam citavimus, diſputatio *de tænia*, bona inprimis eſt.

Lettere di ragguaglio di varie oſſervazioni nove ne' vermi del corpo umano, Patav. 1709. ſub nomine ROCCI DOMINICI MASTAGNO prodierunt, recuſæ in collectione operum. ANTONII VALISNERII, cujus ſunt opus, vermes timere dulcia, amara amare docet, ut in bile natos, ortum ducere cum ipſo genere humano & a parentibus ad filios tranſire. Tres autem Epiſtolæ in ANDRYUM ſatis acres exſtant. Eadem cum L. *de corporibus marinis quæ in montibus reperiuntur*, recuſæ ſunt. EJ. VALISNERI *conſiderazioni ed eſperienze intorno alla generazione de' vermi ordinari del corpo umano* excuſæ ſunt, Patav. 1710. Obſervationes pauciores fere habet, quibus theoriam ſuperſtruit, dari nempe & tæniam, quæ ſit vermium ſe conprehendentium faſciculus, & animal aliud ſimile, ſed unicum continuum. Congenitos eſſe homini vermes neque aliunde advenire urget. Faſciam mucoſam nempe faſciculum membranæ ſimilem cucurbitinis plenum, a tænia ſeparat. Paſſim ANDRYUM corrigit. EJ.

Nuove

Nuove oſſervazioni intorno all' ovaja ne' vermi tondi 1713. 4. Anatomen horum animalium tradit. EJUSDEM *diſamina d' un articolo dell' opera della generazione de' vermi del corpo umano*: & *ſeconda lettera del* S. G. T. BRINI *in cui ſi eſpone i motivi, ne' quali il* S. ANDRY *ha ne' ſuoi giornali maltrattato il noſtro autore*: Et *terza lettera del* D. AGOSTINO SARASINI, *in cui ſi fa vedere quanto profitto ha fatto il* S. ANDRY *dopo la lettura dell' opera del* S. VAL: Acriuſculæ omnes, a VALISNERIO ipſo aut a diſcipulis profectæ, refutant traſmutationes vermium, & monſtroſa animalia ANDRYI. In Epiſtolis adjectis animum eo inclinat VALISNERIUS, ut unica ſit ſpecies tæniæ, nempe catena. EJUSDEM *conſiderazioni ed eſperienze, intorno al creduto cervello di bue impietrito*, Patav. 1710. 4. Negat cerebrum fuiſſe, & oſtendit ad exoſtoſes pertinere. EJUSDEM *nuove oſſervazioni intorno alla coſtituzione verminoſa ed epidemica ſeguita ne' cavalli*, &c. in diario Veneto 1713. T. XIV. ex. cuſæ cauſam offendit in vermibus latis, cucurbitinorum pene ſimilibus, depoſitis a muſcis, quas deſcribit. Subjuncta eſt *nuova idea del mal contagioſo de' buoi*. A vermibus etiam derivat. Porro in *raccolta di varie oſſervazioni ſpettanti all' iſtoria medica e naturale*, Venetiis 1710. 8. & in *Eſtratti di varie oſſervazioni, e nuove oſſervazioni ed eſperienze intorno alla ſtoria medica e naturale* Padova 1726. 4. (ubi multa iterum de vermibus) & in *nuova giunta di oſſervazioni e di ſperienze intorno alla ſtoria medica e naturale* ad morbos varios, verminationem, aliaque, Pathologiæ capita hiſtorias, utiles collegit. *Il ſaggio d' iſtoria medica e naturale*, inque *conſiliis medicis* varia ad pathologiam faciunt, morborum & ſectionum hiſtoriæ, In L. *de generatione hominis* inſignis tractatus eſt, de ſterilitate ejuſque cauſis.

ANTON. DOMINICI GOTTI *de hydrope*, Florent. 1709. 4.

FRANCISCI TORTI *Therapeutice ſpecialis ad febres periodicas pernicioſas, cui ſubnectuntur reſponſiones iatroapologetica ad* RAMAZZINUM Mutinæ 1709. 8. 1712. 4. 1731. 4. Venet. 1743. 4. huic editioni acceſſit vita & orationes auctoris. Scopus equidem practicus eſt, ad defendendum corticem, ſed ea occaſione & febres in genere deſcribuntur, & peculiares febres pernicioſæ remittentes, & intermittentes variæ funeſtis ſymptomatibus ſtipatæ, & denique caſus & hiſtoriæ peculiares plurimæ.

AND. CHR. DIEDERICH *hiſtoria peſtis ſeu umſtandliche beſchreibung der peſt und fleckfieber* Hamburg. 1710. 8.

MANASSE STOEKEL *anmerkung bey der peſt zu Danzig*, 1409. Hamb. 1710. 4.

JOHS SPINKE *quakery unmaskd, or reflexious on the ſixth edition of* M. MARTINS *treatiſe* &c. Lond. 1709. 8. Refutat MARTINUM non dudum citatum. Recuſus eſt anno 1711. IDEM anno 1710. 8. edidit *the venereal diſeaſes in its cauſe, nature, ſigns, dangerous effects*, & anno 1717. 8. *the venereal patients refuge, or the ſecret diſeaſe in all its ſtages, degrees and circumſtancies*, 1717. ASTRUC.

His temporibus etiam *diarium Venetum* incepit, cui titulus GIORNALE de' LETTERATI, *d' Italia*, quo multæ etiam propriæ obſervationes & eximiæ librorum cenſuræ continentur.

DAVID HAMILTON *de febre miliari & praxeos regulis*, Londin. 1710. 8. 1714. 8. Ulm. 1710. 8. Morbum, qui hoc inprimis ſeculo innotuit, & in genere & additis obſervationibus peculiaribus deſcripſit: medicamentis inprimis calidis uſus.

J. GEORG. a BERGEN *de bile icteri cauſa ficta*, Francof. 1710. diſp. & aliæ diſputationes exſtant.

J. BERN. SCHAAR *peſtis, Polonia deſcriptio* in ACT. ERUD. LIPS. 1710. Maj.

PIERRE DIONIS ſur la *mort ſubite avec l' hiſtoire d' une fille cataleptique*, Pariſ. 1710. 12. Ejuſdem frequentiæ apoplexiarum, de qua LANCISIUS, cauſas inquiſivit, & in crepantibus cerebri vaſis & in pulmone ſanguine infarto invenit. In *cours d' anatomie* aneuryſmatis cordis hiſtoriam, & aliqua huc pertinentia retulit.

ALARDI MAUR. EGGERDES *peſtis per cuſtodiam infectorum & ſanorum profliganda & evitanda ſolus modus: accedit hiſtoria peſtis per quadriennium quinquies in Sileſia reſuſcitata, ſemperque ex Polonia in hanc translata*, 1719. 12. EJUSDEM *grundliche abbildung der grauſamen peſt ſeuche*, Breslau. 1720. 4.

ALARDI MAUR. EGGERDES ſecundo loco citatum opus primum prodiit Francof. 1715. 8.

SAM. FRID. LAUTERBACK *kleine frauenſtattiſche peſt chronic von* 1709. *bis* 1710. Lipſ. 1710. 8. *

HENRICI HENRICI diſp. *de cholera morbo*, Hall. 1710. cum ſectionibus cadaverum.

HENRICI HENRICI eſt etiam *de epilepſia* Hall. 1710.

MINOT *de la fievre*, Pariſ. 1710. 8. *

J. BAGGARD *over de kinder pokken en maſſelen*, Amſtelod. 1710. 8. *

Cum J. B. BIANCHI *hiſtoria* hepatica multa prodierunt, quæ huc ſpectant. Nam pars *ſecunda* & *tertia* ſunt de morbis hepatis. In tertia J. THOMÆ GUIDETTI *de bilioſis affectionibus* ac *de bilioſa pleuritide* diſſ. ſequuntur, in quibus præter hepatis morbos plurimi alii ad bilem referuntur, adjectis etiam hiſtoriis ſingularibus. EJUSDEM GUIDETTI *conſtitutiones epidemicæ bilioſæ* 14. ab anno 1711. ad 1724. una prodierunt: Deinde JACOBI VERCELLANI *de bile aucta & imminuta*. BIANCHI ipſius diſſ. *de impedimentis circuitus: febris natura & effectibus in genere*; & CAJETANI TACCONI icones morboſi hepatis, ampliſſimorum ductuum biliariorum &c. ad rem noſtram pertinent. &c. EJUSDEM *de naturali in corpore humano vitioſa & morboſa generatione*, Genev. aut Turin. 1741. 8. Habet ventrales & tubarios conceptus bene multos; tum falſa germina & ſpecies quatuor molarum, cum fetu deſtructo, nullo, vel mutato, & denique vermium humanorum hiſtorias, nonnullas ſatis inprobabiles, per totum corpus perſecutus eſt.

Cum eo tempore in Italia peſtis in boum genere graſſaretur, magna vis librorum de eo uno malo prodiit, ut PETRI ANTONII MICHELOTTI *congbietture ſopra la natura*, &c. *dell' infermità regnante negli animali bovini*, in quo hiſtoria morbi habetur, & pro febre peſtilenti a ſalibus acribus ſanguinem coagulantibus declaratur. Prodiit Venetiis 1712. 8.

DIEGO DOMENICO de FERRARIS *narrazioni ſopra i mali epidemici*, Rimini 1711.

FRANC. FANTASTI *de febre contagioſa*, Venet. 1711. 8. qui boves ſine cerebro & medulla fuiſſe adfirmat, & morbum a viſco ſubtili putrido derivat, qui ſanguinem reſolvat, non cogat.

GIOV. BATISTA MAZINI *lettera intorno alla corrente epidemia contagioſa de' buoi* 1711. Habet aliquas cadaverum morboſorum ſectiones, in quibus cerebrum fuit, veſicula fellis mole aucta. Derivat ab tempeſtate cœli mala, unde perſpiratio impedita, &c.

ANTON. MARIA BORROMEO *iſtoria dell' Epidemia del bue*, Venet. 1711. 8. opus clerici hiſtoricum. Sed bonum.

HIER. BIUMI *natura del contagio bovino*, Milan. 1712.

GIUSEPPE GAZOLA *origine, progreſſi, e rimedio del corrente contagio peſtilenziale del bue*, Veron. 1712. 4.

LUIGI CASTELLI *de graſſante boum epidemia*, Venet. 1712. 8.

BONDROIT *de morbis acutis*, Bruxell. 1712. 12. *

CAR. FRANC. COGROSSI *nuova idea del male contagioſo de' buoi*, Milan. 1714. 12.

Parere del NIGRISOLI *intorno alla corrente epidemia degli animali bovini*, Ferrar. 1714. 8. quo morbus derivatur a vaporibus putridis occiſorum hominum & jumentorum gramen inficientibus.

ANTONIO DOMENICO GALLARATI *idea della infezione bovina*, Pavia 1714. 8. Hos libros omnes in *Diario Veneto* Giornale de' letterati video recenſeri.

Ad eundem morbum pertinet *Réflexions ſur la maladie qui a commencé.. à ataquer le gros betail en divers endroits de l' Europe par la Societé des Médecins de Geneve, avec un recueil de quelques autres pièces ſur ce ſujet*, Genev. 1716. 12. maj.

G. DIETERIC. HIERONYMI *merkvvürdige relation von der cur einer funfzig jährigen kranken vveibesperſon*, VVolfenbuttel 1711. 4. fol.

J. PETRI ORELLI BARNABA *opera medica ſecondo la mente* D' IPPOCRATE, GALENO, CARISTIO, ORIBASIO, *nella quale ſi tratta de' morbi del corpo umano con le loro cauſe, ſegni e prognoſtici, e con le cure de' medeſimi*, Milan. 1711. 8.

NICOLAI CRESCENTII *Tr. phyſico-medicus in quo morborum explicandorum, & potiſſimum febrium, nova exponitur ratio*, Neapoli 1711. 4.

NICOLAI CRESCENTII hic citati eſt etiam *tractatus phyſico-medicus in quo morborum, inprimis febrium, ratio explicatur*, Neapoli 1711. 4. Febres a cruditatibus de-

rivat,

rivat, tum in primis viis, tum in ſanguine a chylo & aere ortis. Deinde febrium claſſes & ſpecies.

ADAMI BRENDELII, eruditi viri, Liber *de lapicidina microcoſmica*; VVittemberg. 1711. EJ. *commentatio de febre querquera, ex antiquitate eruta* ibid. 1715. 4.

ONUFRII BONFIGLI *de plica polonica*, Uratislav. 1712. 4.

THEODORUS ZVVINGER, Baſileenſis, multa practica ſcripſit, quibus cum adeo hiſtoriæ etiam morborum conjungitur. Inter diſſertationes Baſileæ anno 1710. 8. editas huc pertinent de *pathopatridalgia*, ſingularis nempe morbi deſcriptio, *de ſomnambulatione*, *de nephralgia*, *de fœtoribus corporis humani*. EJUSDEM *pædoiatreia practica*, Baſil. 1722. 8. edita eſt, qua morbi puerorum omnes deſcripti habentur, cum curatione & hiſtoriis nonnullis peculiaribus. Acri vero pathologiæ & medicamentis abſorbentibns valde favit. EJ. *theatrum praxeos medicæ*, Baſil. 1740. 4. cum curationibus morborum conjungit ætiologias ab acido, &c.

GUNTERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMER in *artis medicæ univerſæ* T. II. poſthumo edito anno 1748. 4. VViſmariæ, pathologiam tradit, Ariſtotelico ordine, non tamen abſque propriis, ut ſolebat, cogitationibus & obſervationibus. Criticos dies repudiat. IDEM dum vivebat in L. *de animi affectibus* Kiel. 1710. 4. & in *methodo curandi febres* & in L. *naturæ vindiciis* & in diſſertationibus paſſim varia adſperſit, quæ huc faciunt. EJ. *de ſpina ventoſa* diſp. Kiel. 1698. EJ. *de genuina febres curandi methodo* Jen. 1693. 4. parum therapiæ habet, in *Parte* vero I. *de natura*, & in II. *de cauſis* febris agit. Etſi non facile fit ſequi EJUS opiniones, in igne tamen cauſam æſtus febrilis ponere videtur, cui reſiſtat viſciditas in ſanguine, aliquam cauſam proegumenen principem bilem facit, GALENUM ſecutus, tum ciborum particulas immobiles, &c.

J. DANIEL GOHL *Caſus von convulſiviſcher Enbrüſtigkeit und nach dem tode gefundenen groſſen herzgevväckſe*, Berlin. 1710. 4. Polypi ſymptomata fuſe deſcribit, tum ſectionem ægri, & ipſum polypum. Adeo Stahlianus, ut amauroſin ante mortem ortam tribuat animæ, quæ partem curarum defereret occupata gravioribus. EJUSDEM *hiſtoria peſtis d. i. dem vvahrheit gemäſſe nachricht von der natur un cur der peſt*, Berolin. 1709. 4. EJUSDEM *Acta Berolinenſia* plena ſunt obſervationibus morborum epidemicorum, ſectionum cadaverum ægrotorum.

J. DAN. GOHL *hiſtoria peſtis* potius ad praxin ſpectat, in theoria vero miaſma putridum accuſat.

CHRISTOPH. HELVVIG *Anmerkungen von allerhand raren mediciniſchen*, *anatomiſchen*, *chymiſchen*, *chirurgiſchen dingen*, Erfurt. 1711. 8. Reſponſa medica & obſervationes continet, utinam fidelis, credulus enim homo fuit, qui piſcem ex morſu in digito piſcatoris natum fuiſſe credat. *Einiger Medicorum ſchreiben von der in Preuſſen*, *Danzig &c. graſſirenden Peſt nebſt dem rechten gebrauch der vomitoriorum und ſudoriferorum*, Breſl. 1711. 4.

B. de MANDEVILLE *treatiſe of the hypochondriak and hyſteric paſſion*, II. ed. Lond. 1711. 8. Dialogi ſunt ſatyrici, ætiologici & practici, cum hiſtoriis ægrarum hyſtericarum & hominis hypochondriaci, & curatione. Laudat motum muſcularem, frictiones hujusmodi quaſi naturalia remedia.

GEORGII VVARREN *nevv method of curing vvithout internal medicines... the gonorrhoea or Clap*. Lond. 1711. 8. 1734. Deſcribit originem ſedemque gonorrhoeæ ex COVVPERO; & exempla addit curationum. Injectiones ſolas & unguenta arcana laudat. ASTR.

ELIAS CAMERARIUS varia ſcripſit, quæ huc pertinent. *Kurtze anmerkungen bey gelegenheit der krankheit a la mode*, Tubing. 1712. 8. Continet hiſtoriam febris catarrhalis epidemicæ, qualis etiam anno 1581. & 1733. per totam Europam graſſata eſt. EJUSDEM *epiſtolæ Taurinenſes*, Tubingæ 1712. 8. prodierunt, poſtquam cum principe FRIDERICO LUDOVICO iter in Italiam abſolverat. Morbos magicos adfirmat, & dæmoniacos, hiſtorias catalepticas aliquas proponit. EJUSDEM *ſpecimina quædam medicinæ eclecticæ*, Francofurt. 1713. 4. Diſſertationes ſunt, quarum multæ huc faciunt; ut I. II. & III. de delirio & melancholia X. de hypotheſi MORTONI circa febres & de morbis a ſpiritibus ortis XI. contra BAGLIVII theorias & fibræ ſolidæ hypotheſin objicit. EJUSDEM *medicinæ conciliatricis conamina & primæ lineæ*, Francofurt. 1714. 4. aliqua habent de conciliandis theoriis pathologicis vetuſtis cum nuperis. EJUSDEM *cautelarum medicarum ſyſtema*, Francofurt. 1721. 4.

habet

habet pathologicas etiam & ſemeioticas cautelas, has de ſignis morborum eſſentialibus; illas de cauſis morborum, quibus totus tamen pathologiæ ambitus continetur. Pluſculas etiam diſputationes edidit, vir diffidens in pleriſque & cautus, niſi in magicis, quæ admittebat, magis, niſi fallor, tamen quietæ vitæ & erudito otio deditus, quam praxi clinicæ. Citabo paucas. *De Gemurſa Pliniana* 1722. 4. *Magici morbi hiſtoria attentius perpenſa*, Tubing. 1724. *De calculis in veſicula fellea repertis* 1724. *de mictione pultacea* 1738.

ALOYSIUS della FABBRA inter *diſſertationes phyſico-medicas* varias habet, quæ huc pertinent, *de arthritide: animi affectionibus*: morbis *a meteoris*: *vita naturali termino*. Prodierunt Ferrariæ 1712. 4.

ALOYSII della FABBRA *diſſertationes phyſico medicæ* primum prodierunt Ferrariæ 1710. 4.

JAC. FRANC. VICARII *de intemperato Hippocratico ſeu cacochymicis* GALENI Argentor. 1712. 4. BURCH.

MAUBEC *de la dyſenterie*, Pariſ. 1712. 12. Hypecacoanham commendat. Ab auctoribus *Diarii Eruditorum* laudatur. Video etiam ipſi tribui, *Traité de tumeurs & des obſtructions*, Pariſ. 1701. 12. & poriſtam eſſe.

GIBBS *obſervations of various eminent cures of ſcrophulous diſtempers*, Lond. 1712. 8. Cauſam ſcrophularum ponit in acido lympham cogente, &c.

JOHN VVHIT'S *nevv and exact obſervations of fevers*, Lond. 1712. 8. repetetur in praxi. Plurimum de modo & doſi miſſionis ſanguinis agit.

CONR. BERN. VOGTERN *ſchediaſma de variolis adultorum*, Ulm. 1712. 4.

CHRISTIAN VVEISBACH *vvahrhafte und gründliche Cur aller der dem menſchlichen Leibe zuſtoſſenden krankheiten*, Marburg 1712. 8. 1739. & alias, Stahlianum praxeos ſyſtema, cum morborum deſcriptionibus.

ANTON. DEIDIER in *Trivultinis* 1711. dedit hiſtoriam duorum catalepticorum, quæ etiam in nova editione L. *des tumeurs* exſtat. EJ. *Lettre ſur la maladie de Marſeille*, Montpellier 1721. 12. IDEM in JOURNAL des SAVANS 1722. Dec. adfirmat, ægros Maſſiliæ periiſſe ex carbonibus ante adventum celebris Sidoniæ navis. IDEM in eodem diario *Mars* & *Septembre* 1722. dedit experimenta circa peſtis cauſam, quæ paulo poſt cum titulo *expériences ſur la bile & les cadaveres des peſtiférés* edidit, & recuſa ſunt Tigurii 1722. 8. Cum nempe Maſſiliæ peſtilentiarii Medici periculoſo munere fungeretur, & incidere cadavera auſus eſt, & experimenta cum bile facere. Sanguinem craſſum reperiit, bilem viridem ex nigro, quæ quovis modo in ſanguinem canum miſta peſtis ſymptomata produceret, cum bilis hominum unice febrientium nihil contagioſi haberet. Peſtem non ab alcali fieri, neque epidemicam eſſe, ſed a coagulo ſanguinis & bile acido onerata docuit. In hac quam diximus editione nonnulla SCHEUCHZERUS adjecit contra hypotheſin & nonnullas cadaverum ſectiones. EJ. *diſſertations médicinales & chirurgicales ſur la maladie vénérienne ſur la nature & la guériſon des tuméurs*, Pariſ. 1725. 8. Prior liber ex theſi natus eſt, quæ anno 1713. Monſpelii defenſa, Romæ anno 1722. & Londini anno 1723. Latine recuſa fuit, cum titulo A. D. *diſſ. de morbis venereis acc. Diſſ. de tumoribus* 8. Alter ex theſi anno 1711. defenſa anno vero 1715. edita fuit, & theſis de variolis anno 1709. Luem Veneream deducit a vermibus, quos oporteat mercurio necare, non adeo ſalivationem requiri, ſed interruptam frictionem. Cancrum ſanare vult arſenicali medicamento. Ejuſdem Libri editio VI. pro titulo habet *Traité des tumeurs contre nature*, Pariſ. 1738. 12. aucta & mutata, adjectis propriis in cancro obſervationibus: tum conſultationibus medicis & morborum obſervationibus, etiam notabilibus, arteriarum coronariarum induratarum, membranæ poſt dejectam cataractam ſuperſtitis. Subjecta eſt diſſertatio, qua peſtem per contactum, non per aerem propagari defendit. EJUSD. Liber *de arthritide*, Monſpel. 1726. Calculo adfinem morbum eſſe & eamdem utique curationem convenire. EJUSDEM *pathologia*, Pariſ. 1734. 12. quæ eſt altera pars *inſtitutionum* gallice verſarum, breve compendium eſt, & deſcriptiones continet morborum capitis & pectoris. Epilepſiam derivat a dilatabili natura vaſorum. Criſes negat fieri. Obſervationes nonnullas adſpergit in cadaveribus epilepticorum, & de tumoribus lymphaticis, ſcirrho pylori, &c. Titulus latinus fuerat *Theoria morborum internorum*, *capitis*, *thoracis ac abdominis abſque ſuppoſitione ſpirituum animalium*, Monſpel. 1723. 8.

GIOV. SIMBENI *narrativa e rifleſſioni ſopra i mali epidemici occorſi nel* 1711. *nel territorio di*

Savignano, Rimini 1711. & latine cum titulo *Ex. med. philoſophica de morbis epidemicis, in qua differitur de febribus & de ſanguine extra corpus*, ibid. 1713. 12. *

DEMOCRITI CHRISTIANI *vita animalis morbus & medicina*, Lipſ. 1711. 8. * F. Lipſ. 1713. 4. Leid. 1712. 8. Lubec. 1730. 8. & melius Germanica Francofurti 1736. 8. Febres intermittentes ſubtiliter ex ſucco pancreatico & bile interpretatur.

J. HERM. FURSTENAU *deſiderata circa morbos eorumque ſigna*, Amſtelod. 1712. 8. & cum reliquis deſideratis Lipſ. 1727. 8. Hiſtorias, ſigna morborum, obſervationes frequentiæ & infrequentiæ, annorum, ætatum, viſcerum obſcuriores aliquas, mortis & morborum cauſas aliaque minus vulgo a medicis obſervari queritur. EJUS *Epiſtola de morbis juriſconſultorum*, Francofurti 1721. 8. Brevis eſt, neque ſatis propria huic inprimis eruditorum generi.

ENGELBERTI KAEMPFER *amœnitates exoticæ*, Lemgov. 1712. 4. In faſciculo III. Dracunculus Perſicus aliique morbi Indiæ endemii & acupunctura Japonica deſcribitur.

JACOBI LUDEEN *de lithogeneſia macro & microcoſmi Exercitatio phyſico-medica*, Leid. 1713. 12. Calculos in veſica partim circa pus, partim circa nucleum naſci defendit, & ſuas paſſim obſervationes profert, Scaraburgenſis in Suecia phyſicus.

RUDOLPHI HUBERI diſſ. *de glandulis & tumore ſcrophuloſo maxillæ inferioris a retropulſa gonorrhea virulenta orto*, Baſil. 1713.

Bona eſt diſputatio quam hic citavimus RUD. HUBERI, *de glandulis* &c.

JOH. GOTTLIEB BOTTICHER *morborum malignorum & inprimis peſtilentiæ brevis & genuina deſcriptio*, Hamburg. 1713. 8. Peſtem Hafnienſem viderat per ſex menſes anno 1711. Oriri ab alcali & ab humorum diſſolutione docet: nocere calida, hypocondriacos ſalvos fuiſſe, non oriri niſi a contagio, fomitem diu in veſtibus ſupereſſe, acida & venæ ſectionem in morbi initiis deinde ſudorem juvare &c. EJUSD. *gründliche betrachturg über die grauſame Hornvieh ſeuche*, Francof. 1747. 8. Peſtem bovillam a putredinoſo miaſmate eſſe, non a vermibus, omnino contagioſam, quæ ex ipſa duratione deterior reddatur. Laudat alexipharmaca. EJ. *ſcrutinium medicum.. de morbo hypochondriaco*, Hafniæ 1724. 8.

J. BAPT. VERNÆ, nobilis viri, *morborum acutorum princeps pleuritis*, Venet. 1713. 4. Sanguinis ſputa eſſe ab arteria bronchiali. Pleuram ſedem pleuritidis eſſe, raro pulmonem. Inflammationes alias vicinarum partium per ſua ſigna a pleuritide diſtinguit. Hiſtorias 15. pleuriticorum adjicit. Venæ ſectionem defendit.

J. BAPT. VERNÆ citatum librum nunc legi. Obſervationes in regno Neapolitano factæ ſunt. Magna vero HIPPOCRATICA eruditio elucet in ſcripto, etſi dictio minus probabilis ſit. Inflammationis ſedem non in arteriis ſolis, ſed etiam in univerſis ramis venæ ſine pari ponit, neque ignorat eam ſpeciem, quæ oritur a ſanguine extra vaſa effuſo. In ſputo criſin ponit, materie craſſa ad ſanguinem adducta. Signa, prognoſeſque curioſe & abunde proponit, inter iſtas pro peſſima orthopnœam habet.

ACHATII VALENTINI ROMEISEN *gründliche unterſuchung der itz vvütenden epidemiſchen Vieh ſeuche nebſt dem davvieder gefundenen Gegenmittel*, &c. VVurtzburg 1713. 4. PL.

LUD. FRID. JACOBI *caſus de hydrope uterino*, Erfurt. 1713. 4.

BERNH. ARNOLD NOTTELMANN *vorſtellung vvas eigentlich die itz herumvagirende ſeuche ſey*, Nurenbergæ 1713. 4.

J. J. (ABEL) *beſchreibung der epilepſie oder ſchvveren noth*, Atlenburg. 1713. 8.

EMANUELIS TIMONII *hiſtoria variolarum* anno 1713. Conſtantinopoli prodiiſſe dicitur A. E. 1714. p. 382.

THEOD. BALTHASSAN *de peſte Erlangenſi* 1713. 8. & german. *nachricht von der peſtilenz*, Erlang. 1713. 8.

CONR. BARTH. BEHRENS *de peſte* 1714. 4.

J. CHR. HABERKORN *von der peſt*, Budiſſin. 1714. 8. *

CHRISTIAN VVARLIZ *de morbis biblicis*, VVittemberg. 1714. 8.

KLIFTONI VVINTRINGHAM (patris) *Tractatus de podagra*, Eboraci 1714. 8. Vaſa minima in podagra rigidiora fieri, liquida craſſiora & viſcida, & per aortam inferiorem ad pedes vergere: dolorem oriri a liquore nerveo acr. nervos pungente, &c. EJ. *Tr. of epidemical diſeaſes*, Eboræ 1718. 8. Non vidi, niſi forte idem cum ſequenti eſt nempe, *commentarius noſologicus morbos epidemicos & aëris variationes in urbe Eboracenſi 16. annos graſſantes complectens*, Londin. 1733. 8. Morbos multos a conſtitutione & temperie aeris pendere

dere docet. Hinc aeris temperiem, & calorem & ventos ab anno retro 1715. obſervavit, morboſque, qui mutationes manifeſtas aeris ſequebantur vel comitabantur. Febres varias deſcripſit, nexum morborum cum aeris temperie per quæſtiones propoſuit, omnia breviter.

CLIFONI VVINTRINGHAM exſtat etiam *Comment: noſologicum de morbis epidemicis a.* 1715-25. Lond. 1729. 8. *

RICHARD BOULTON *of the gout, Kings evil and lues venerea*, Lond. 1714. 8. Podagram explicat a ſalibus in glandulas articulationum inpactis, ſcrophularum ſubjecta facit viſcera, tendines, oſſa, adfecta ab humore viſcido, craſſo, luem a fermento peculiari. Febres intermittentes deducit ab acido vitriolico cum ſanguine effervеſcente. Parum laudat ASTRUC.

NEBEL *de coagulo bilis in veſicula fellea*, Heidelberg. 1714. 4.

JOH. PURCELL *treatiſe of the colic*, Londin. 1714. 8. Sedem mali eſſe in peritonæo, capſulis atrabilariis, utero, umbilico, nonnumquam in pancreate, liene, hepate, inteſtinis frequentius: Meſenterium nervoſque innocuos eſſe, &c. EJUSDEM *Treatiſe of vapours or hyſteric fits*, Londin. 1707. 8. Theoria plurima. Hyſterici morbi fontem in ventriculo & vitiata digeſtione ponit, unde demum ſpirituum turbatus motus ſequatur. Inde, ad CHIRACI præceptoris exemplum, mechanice omnia ſymptomata hyſterica deſcribit.

CAROLI NICOLAI LANGII *beſchreibung des vieh preſtens, ſo ſeit* 1711. *bis* 1714. *gevvütet hat*, Lucern. 1714. 8. Collectio eſt ex ſcriptoribus italicis, & medico, quem citavimus, D. ROMEI'SEN. Morbum ipſe non vidit. EJ. *beſchreibung der Kornzapfen in brote*, Lucern. 1717. 8. Morbum ſtuporiferum & gangrænoſum, epidemicum, a ſecali corniculato ortum in Helvetia graſſantem deſcribit.

DAVIDIS de GREBNER *Tractatus philoſofico-medici* VII. 1. *Ephemerides meteorologicæ*. Uratiſlav. *ab* anno 1692. *ad* 1712. 2. *animadverſiones in his morborum, qui anno* 1699. *Uratiſlaviæ graſſati ſunt*, Lipſ. 1714. 4.

JOH. GEORG. HOYER *ausführliche unterſuthung einiger in Europa graſſierenden anſteckender peſtilenzialiſchen Seuchen*, Gotha 1714. 8.

R. VV. CRAUS *excerpta quædam de nupera peſte Hamburgenſi*, Jen. 1714. 4.

J. J. VV. de PEIMA Baronis de BEINTEMA *hiſtoria conſtitutionis peſtilentis annor.* 1708. *ad* 1713. Vien. 1714. 8.

Obſervationes climicæ a viro experientiſſimo privatis prælectionibus traditæ zum druck befordert durch GOTTF. HENR. ULAU. Lipſ. 1714. 8.

Vier tractätlein von der anſteckenden ſeuche die in Nieder Oeſterreich eingeſchlichen, Hamburg. 1714. 4.

J. BARTH. AD. BERINGER *de peſte in genere & lue epidemica modo graſſante in ſpecie*, VVurtzburg 1714 4.

J. M. MULLER *obſervationes & curationes medico chirurgicæ* 1714.

ANDR. VALFRE' *obſervationes aſtronomico-medicæ*, Aſtæ 1714. 4. *

DANIEL TURNER *treatiſe of diſeaſes incident to the ſkin*, Londin. 1714. 8. 1726. 8. gallice redditus *Traité des maladies de la peau* Pariſ. 1743. 12. 2. vol. EJUSDEM *Siphilis*, Lond. 1717. 8. cum triginta morborum hiſtoriis. EJUSDEM *aphrodiſiacus*, Londin. 1736. 8. quo breve compendium auctorum traditur, qui in LUISINI collectione exſtant. EJUSDEM *Siphilis* pars II. Lond. 1727. 1739. 8. contra JOHANNEM ASTRUC ſcriptus. EJ. *Diſcourſe concerning gleats*, Lond. 1729. 8. Animadverſiones habet in libellum BOERHAAVII, quem diximus.

DAN. TURNER *Siphilis* exſtat etiam Lond. 1727. 8. quæ mea editio eſt. Continet morbi antiquitates, hiſtoriamque: GonorrhϾ deſcriptionem cum connexis ſymptomatibus, & curationem, deinde plene luis, denique in hac editione animadverſiones in VVILLOUGBY verſionem libelli D. CHICOINEAU & epiſtola PALMERI pro ſalivatione. IDEM etiam edidit *diſcourſe concerning fevers*, Lond. 1732. 8. *

J. ANTONII TERENZONI *de morbis uteri*, Luccæ 1715. 4. Obſervationes varias non vulgares habet, ut ſcabioſas aſperitates, tubercula, ſquamas, criſtaſque in utero. Menſes in acceſſione febris ſemper accedere obſervat. In *exercitationibus circa ſex res non naturales* habet obſſ. de aere, cibo, potu ejuſque nimii noxa. EJ. *commentarius practicus ad criſes acutorum retardatas vel præpeditas* prodiit Florent 1733. 4.

DANIELIS CLERICI *hiſtoria naturalis & medica lumbricorum latorum*, Genev. 1715. 4. Anglice redditus ſub titulo *hiſtory of vvorms bred in the bodies of men and the animals*, Londin. 1721. 8. Eruditiſſimo, ut omnes hujus viri ſunt, labore, deſcripſit, quicquid boni ab omnibus auctoribus de vermibus humanis relictum fuit. Lumbricum latum capitatum, unicum animal, & alterum, congeriem cucurbitorum, ſollicite deſcribit, tum reliquos humani corporis vermes, uſus in poſteriori tænia VALISNERI inprimis obſervationibus.

MICHAEL de KOZAMERO diſſ. *de peſte* Breslau 1715. 8. Gas peſtilentiale accuſat ſeu mumiam hominis volatilem...

J. B. GASTALDI *an venena inter ſe differant*. Avenione 1715. 12. Claſſes venenorum conſtituit cum ſuis ſignis, ut coagulantia, corroſiva, &c. EJUSDEM *an variolarum una eademque natura*, Avenione 1717. 8. Ab impuritate ſanguinis materni naſci, veteribus notas fuiſſe. EJUSD. *an morbi omnes primum ex fluidis*, Avenione 1725. Contra eos auctores, qui omnes morbos in ſolidis ponunt. In *Quæſtione medica* anno 1708. propoſita calculos numeroſos deſcribit, ex alvo egeſtos.

CONR. LUDOV. VVALTHER *theſaurus medico chirurgicarum obſervationum*, Lipſ. 1715. 8. Hiſtorias aliquas morborum rariorum, nævorum, venenorum miſtas cum chirurgicis habet. EJUSDEM *ſpecimen chirurgicum ſeu caſus ſpinæ ventoſæ admodum rarus ejuſque explicatio* dicetur in chirurgicis. Prodiit Lipſiæ 1715.

PHIL. EYSEL *de ſcirrho meſenterii inveterato atrophiæ incurabilis cauſa*, Erfurt. 1715. 4.

VVOLFG. MATTH. BRUNNER *merkvvür dige obſervationen bey der ſogenanten contagion vvelche anno 1712. zu Hamburg angefangen und anno 1714. geendigt*, Regenſpurg 1715. 8. Negat dari contagionem *

PETRI MICHAELIS GAGNA *tractatus de peſte hiſtoricus-medicus* latine & italice, Turin. 1715. 12. *

J. BAPT. VVERLOSIHNIG & ANT. LOIGK *hiſtoria peſtis quæ ab anno 1708. ad 1713. Tranſylvaniam, Hungariam, Auſtriam, Pragam & Ratisbonam depopulabatur, per experimenta conſcripta*, Styræ 1715. 8. Parvi momenti.

FRANCISCI de FONSECA HENRIQUEZ *metodo di conocer e curar o morbo Gallico*, Lisb. 1715. fol.

HENRICI HAGUENOT *an ileus a motu antiperiſtaltico*, Monſpel. 1715. 8. Negat, & conatur demonſtrare, unice fieri ab obſtructione, unde motus muſculorum abdominis conſtrictorius ea, quæ inteſtinis continentur, inverſo ordine ſurſum agat. EJUSDEM *de febre in genere* Monſpel. 1724. & aliæ diſputationes exſtant.

A. J. F. *prælectiones academicæ ſeu ſpecimen novæ pathologiæ theoretico-practicæ*, Francof. 1715. 4. Stahlianus.

VVahre eröfnung der Jenaiſchen Chriſtnachts tragœdie, &c. Jenæ 1715. 4. Hiſtoria ſuffocatorum hominum, qui nocte natalitia theſauros effodere tentarunt, eorum mortes ad carbones accenſos referuntur.

FRIDERICI ANDREÆ *gründlicher gegenſatz auf das in Halle heraus gegebene bedenken vom tödtlichen dampfe der ſteinkohlen mit einer vorrede und anmerkungen von* J. H. SCULZE. Hall. 1716. 8.

CASPARI PETZOLD *obſervationes medico-chirurgicæ ſelectiores*, Uratislav. 1715. 8. Practicus Uratislavienſis, STAHLIUM ſecutus, obſervationes breviores, medicamenta fuſiora habet: aliquæ tamen cadaverum ſectiones, & nonnulla chirurgica intercedunt. Obſervationes ſunt 94.

JACOBI VERCELLONI *de pudendorum morbis & lue venerea tetrabiblion*, Aſtæ 1716. 4. Leid. 1722. 8. Luem veneream naſci ex nimio etiam inter puros concubitu credit. Inde mali venerei in utroque ſexu ſymptomata multa experientia ſibi optime nota proponit. Parum blandum eſt JOHANNIS ASTRUCII de hoc viro judicium. Gallice verſus eſt cum titulo *des maladies qui arrivent aux parties génitales*, Pariſ. 1730. 12.

EMMANUEL VVEISMAN *hiſtoria mulieris lithotocæ*, Tubing. 1716. diſp.

GEORG. VVOLFG. GILG *de hydrope pectoris* Francofurt. 1617. 8.

PHIL. BOON. *phyſiologia & pathologia reſpirationis*, Leid. 1716. 4.

ANT. SEVERINI BARBAROSSA *Idea febris epidemicæ anni* 1719. Macerat. 1717. 4. *

H. CORAZZI *de peſtis bovillæ hiſtoria*, Bonon. 1717. 4. *

LEAL LEALIS *Hebdomad. febrilis* P. I. Patav. 1717. 4. *

In

In *Uratiſlavienſium* collectionibus quæ anno 1717. ceperunt edi, per partes habentur epidemiæ morborum & obſervationes peculiares numeroſiſſimæ JOH. KANOLDI.

FRANC. XAVER. BENSA *hiſtorica relatio peſtis annorum* 1712. 1713. 1714. Vienn. 1717. *

J. BOHN *de ægro ſomnambulationis morbo laborante*, Lipſ. 1717. 4.

ALEX. CAMERARII *extiſpicia hepatitide defunctorum*, Tubingæ 1716. 4. EJ. *de apoſpaſmate piæ matris* 1722. 4. aliæ diſputationes.

EDUARD STROTHER M. D. *Critical eſſay on feavers*, Londin. 1716. 8. Practici inprimis ſcopi EJUSD. *experienced meaſures hovv to manage the ſmallpox*, Londin. 1721. 8. Morbum ab acido derivat: purgationem in febre ſecunda rejicit, tractationem de peſte addit.

GEORG. PHILIP. NENTER *pathologia* Argentor. 1721. 8. & in majori opere 1718. & 1721. 4. cui titulus *fundamenta medicinæ theoretico-practicæ*. De Stahlii ſecta, cum obſervationibus tamen & hiſtoriis morborum propriis.

J. HENRIC. HERLIN *hæmorrhoides in pectore ſeu de præternaturali ac lethali fluxus hæmorrhoidalis ſuppreſſi ad pectus translatione obſſ. anat. pathol.* Altenburg. 1716. 8.

J. P. VVAGRET *obſervations de médecine & de chirurgie faites dans les hopitaux*, Pariſ. 1717. 8. In febrium theoria alcali & acidum recipit. Medicamentum ſuum antipleuriticum nimis laudat, & dictione hyperbolica utitur. EJUSDEM *nouveau traité de la petite vérole*, Douai 1718. 8. non vidi, ſed video promiſiſſe methodum quo impediatur ne erumpat.

GERARDI GORIS *mercurius triumphator*, Lugd. 1717. 12. Vanus declamator. Morbum antiquum facit, mercurio ſanabilem, non vulgari, ſed ex metallis extracto.

J. FRANCISCI LEAULTE' diſſ. *Ergo morbus antiquus ſiphilis*, Pariſ. 1717. Novis argumentis hiſtoricis confirmare conatur.

JOH. ADAMI MORUSCH *pyretologia* ſeu *Tr. de febribus*, Ingolſtad. 1717. & aliæ diſpp. EJ. *prælectiones academicæ de febribus & morbis capitis in unum volumen digeſtæ*, Ingolſtatt 1725. 4.

J. MILLETER *de morbo Tzömör Hungaris endemio*, Leid. 1717. diſp.

GOTTLIEB BUDAEI *conſilium medicum von der Krampfsſucht oder Kriebel krankheit*, Budiſſin. 1717. 7. EJ. *miſcellanea-medico chirurgica practica & forenſia*, Görliz anno 1731. & ſeqq. ſeptem omnino particulis. Multæ corporum morboſorum diſſectiones. Venena etiam varia, deſcripta cum ſymptomatibus.

J. CHRISTOPH. HABERKORN *unvorgreifliche gedanken von denen ziehe oder nerven krankheiten*, Budiſſin. 1717. 8.

ANDR. HOYER *de febre petechizante epidemica*, Hafn. 1717. B.

CHRIST. GOTTHARD VVILLISCH *bericht von der Krampfſucht oder ſpaſmodiſchen krankheit ſo an unter ſchiedenen orten in vergangnen jahr ſich ereignet*, Pirnæ 1717. 4. Hic morbus a ſecali corniculato ortus idem eſt cum eo, quem deſcripſit LANGIUS.

J. DAN. LONGOLII *mediciniſche gedanken von der kornſtaupe vvelche anno 1716. 17. an verſchiedenen orten in Sachſen und Oberlauſnitz unter dem titel des Reiſſens, der ziehe krankheit, Krampfſucht oder kriebel krankheit bekant vvorden iſt*, 1717. 8.

GOTTLOB VALER. BRUNONIS *gedanken und unterſuchung der itziger zeit herum ſchleichenden krampf und kriebel krankheit*, Budiſſin. 1717. 8.

LANGE *hiſtoire de la fille maléficiée de Courſon*, Liſiccane 1717. 12. Vomuit ea virgo erucas 22. tunc acus multæ ſub cute emerſæ & exciſæ ſunt, etiam ex mammis.

In Actis Uratislavienſibus (*Breslauer Samlungen*) morbi epidemici una cum hiſtoria tempeſtatum & aëris viciſſitudinibus continentur, non abſque plurimis morborum deſcriptionibus. Ibi etiam de Vampyris multa: hiſtoria litis de venæ ſectione in pleuritide (1718.) & variæ parum probabiles obſervationes atque theoriæ v. g. variolas a rore melleo oriri 1724. pag. 490. Auctor primarius eſt JOH. KANOLD.

T. SPOONER *a ſhort account of the itch, inveterate itching humours, ſcabineſſ and leproſies*, Lond. 1718. 8.

J. F. NICHOLSON *modern ſiphilis*, Lond. 1718. 8. potius practice ſcripta. *

J. de KOKER *de morbo epidemico anni* 1718. Leid. 1718.

GEORG. CLACII *obſervationes chirurgico-practicæ*, Hanov. 1718. 8.

CHRIST. BENED. CARPZOV *de ſexus ſequioris gonorrhœa ſeu fluxu albo*, Lipſ. 1718. 8.

CORC. HEATH COTE *de pleuritide ſolitaria*, Leid. 1718. 4.

J. HENR.

J. HENR. LAVATER *de calculo renum & veſica & rheumatiſmo a muco præternaturali in iſtis partibus depoſito ortum ducente*, Baſil. 1718. 4.

GODOFR. KLAUNIG *noſocomium charitatis ſeu hiſtoriarum medicar. in noſocomio obſervationes*, Uratislav. 1717. 4. Hiſtoriæ morborum utiles & paſſim propria remedia.

J. GEORG. BECK. *de viro palpitatione cordis & aſthmate violento mortuo ejuſque viſcerum mirabili ſtructura*, Giesl. 1718. 4.

HERM. VVERN. ENGELBERT A VVESTHOFEN *de angina ex obſtructis vaſis lymphaticis deducta*, Lemgov. 1718. 8. Multa & paſſim aliena collectio abſque propriis experimentis.

HERM. VVERN. ENGELBERT a VVESTHOFEN ſcripſit etiam *de peſte*, Lemgov. 1721. 4. *

MICHAELIS ALBERTI Stahliani ex præcipuis plurima ſcripta exſtant. Diſſ. Academicæ XV. *de hæmorrhoidibus..in volumen collecta*, Hall. 1719. 4. *Mediciniſche und philoſophiſche ſchriften*, 1721. 4. cum obſſ. practicis, *Univerſæ medicinæ* Tom. II. *Semeiologia*, *hygieina*, Hall. 1719. 4. Deinde diſp. practici argumenti plurimæ, ut *de auripigmento* 1720. *de morbo Hungariæ hagymaz ejuſque cura per ſpecificum* 1726. 4. (febres nempe cephalalgicæ). EJ. *de caſu hydropicæ lapſu integro abdomine curatæ* 1727. EJ. *de ſcorbuto Daniæ non endemio* 1731. EJ. *caſus ſingultus chronici* 24. *annorum* 1743. EJ. *dyſenteria epidemica ſuperioris anni* 1743. 4. EJUSD. *bericht vom podagra ohne ſaltz*, Hall. 1725. 4. contra pathologiam acrem.

MICHAELIS ALBERTI ſunt etiam diſputationes *de aëre fodinarum metallicarum noxio*, Hall. 1730. 4. *de phrenitide Pannoniæ idiopathica*, ibid. 1739. 4. aliæque.

JOSEPHI GUERRA *la coagulazione non eſſere vera cauſa del male ne' buoi*, Patav. 1719. 8.

A mechanical account of the caſe and cure of a virulent gomorrhoea in both ſexes, Londini 1719. 8.

In PATRIK BLAIR *miſcellaneis*, Londin. 1719. 8. habentur variæ obſervationes venenatorum hominum: de morbo Scotico a lue venerea diverſo ſed adfini.

J. MART. OTT. *hiſtoria renis ſiniſtri maxime tumidi & corrupti*, &c. Baſil. 1719. diſp. Habet varias obſervationes ex cadaveribus ægrorum ſumtas.

J. HULDR. PEYER *ovarium hydropicum*, Baſil. 1719. diſp.

THOMÆ VVOODVVARD *medicinæ & morborum ſtatus in ſpecie de variolis*, Lond. 1718. 8. Tiguri 1720. 8. Multa ſpeculatio. Bilem in ſanguinem reforbtam pro cauſa motus animalis & vitæ, eamdem vitiatam pro cauſa morborum frequentiſſima habet. Variolarum cauſam ponit in ventriculo, & in ſalibus, hinc curari emeticis, & oleoſis unguinoſis medicamentis. Multum in methodum FREINDIANAM invehitur, & in experimentorum veritatem dubia movet. Multum etiam ſatyræ.

A ſober vindication of D. VVOODVVARD *ſtate of phyſic*, Londini 1719. 8. Inanis in FREINDIUM & MEADIUM invectiva.

JOH. ASTRUC diſp. *de hydrophobia* Monſpel. 1719. 12. Homines a lupo rabido morſi poſt multum demum tempus ægri, perierunt, ea cadavera celerrime conputruerunt. EJUSDEM *diſſ. ſur la peſte, ou l'on prouve que ce mal eſt contagieux*, 1728. 8. Egregie oſtendit peſtem & Maſſiliæ & in reliquis urbibus Galliæ nullam fuiſſe prius, quam homines vel merces infectæ in ea loca adveniſſent. Id venenum per œſophagum ſubire demonſtrat ab excitato vomitu. In magna collectione recuſus eſt. EJUSD. *de morbis venereis* Lib. IX. Pariſ. 1740. 4. ſæpe recuſi, eruditiſſimum opus, quo præter fuſam morbi hiſtoriam, & curationem novam per ſemiplenam ſalivationem, inprimis habetur egregia cenſura fere omnium ſcriptorum qui de hoc morbo innumerabiles ſcripſerunt. In editione Pariſina 1740. 3. vol. 12. omittitur catalogus auctorum. EJUSDEM *tract. Pathologicus*. Genev. 1743. 8. ſimplex & bono ordine ſcriptum compendium, cum multa cauſarum enumeratione. In pulſuum diſtinctione ſubtiliter verſatur.

JOH. ASTRUC exſtat etiam *de peſte provinciali*, Tiguri 1721. 4. EJ. *treat, on diſeaſes incident tomen*, Lond. 1743. 8. *

JOHANNIS ALLEN *ſynopſis univerſæ medicinæ*, Londin. 1719. 8. Amſtelod. 1720. 8. 1730. 8. Londin. 1749. 8. Francofurt. 1749. 8. & gallice verſa a DEVAUX, Pariſ. 1728. 12. cum *proceſſibus integris* Sydenhami. BOERHAAVII aut diſcipulus, aut certe admirator, diſperſas morborum deſcriptiones ex omnis generis ſcriptoribus collegit, ad claſſes ſuas tituloſque diſpoſuit, curationes ſubjunxit. Selectum forte ſcriptorum meliorem deſideres, cum HIP-

POCRA-

POCRATEM, ARETÆUM, ALEXANDRUM, BALLONIUM, HOFMANNUM, STAHLIUM omnino neglexerit, adeo præter rem ubique ETTMULLERUM exſcripſerit. In *addendis* obſervationes auctoris propriæ & morborum rariorum deſcriptiones continentur. Inſtitutum cæterum utile eſt, quod perfici poſſet cum maximo tironum emolumento.

M. FRID. LOCHNER *diſquiſitio ad locum* PLUTARCHI *περὶ θηριδίου δασέως*, & *de vermibus per urinam excretis*. Verum annum libelli ignoro.

SIGM. AUG. PFEIFFER *variolæ ac inprimis epidemicæ malignæ verminoſæ cum tota embryologia ſeu doctrina fetus in utero*, Stettin. 1719. 8. PL.

GOTTLIEB EPHRAIM BERNER cum Libro *de applicatione mechaniſmi ad medicinam* edidit diſſ. *de apoplexia & catarrho ſuffocativo*, Amſtelod. 1720. 8. EJ. *æger ruminans hypochondriacus*, jam 1709. Hallæ prodiit.

MAGNI GABR. BLOCK *Beränckiande öfvver Eſter jonodottes longvvarige faſtande iſkone*, Stokholm 1719. 8. Non nimis credulus morbo, explicat tamen, qui fieri poſſit, ex defectu perſpirationis, viſciditate humorum, ut cibo puella diu potuerit carere. Monet omnes eas hiſtorias diuturni jejunii ad Sexum muliebrem pertinere, ad virilem nullum.

JOH. de KOKER *de morbo epidemico anni* 1719. diſp. Leid. 1720. 4.

MARTIN JACOB KUPFER *de volvulo ſanguineo ejuſque curatione*, Regiomont. 1720. 4.

CHR. HOEPFNER *acta privata betreffend diejenige krankheit vvomit perſonen unterſchiedlichen geſchlechts zu S. Anneberg vom jahr* 1713. *bis* 1719. *befallen vvorden*, Leipzig 1720. 4.

TH. SPROEGEL *obſervationes ſelectiores*, Helmſt. 1720. diſp.

LE FEVRE *gouteux d'origine Traité de la goutte*, Rochelle 1720. 12. ſe, hæreditarium podagricum, ſanaſſe ſeipſum teſtatur. Arcana habet.

J. SALZMANN *de oſſificatione præternaturali*, Argent. 1720. *de verme ex naribus excuſſo* ibid. 1721. *de morte ſubitanea ex ſanguine in pericardium effuſo*, ib. 1731. Multam ad obſervationes opportunitatem in tanta cadaverum varietate habuit.

Hoc tempore incepit ſævire peſtis Maſſilienſis, quæ innumeros libellos produxit.

CHICOINEAU, VERNEY & SOULIER (ſed tecto nomine) a Rege miſſi ut adflictæ urbi opem ferrent, ediderunt, *rélation ſuccincte de la peſte de Marſeille*, Pariſ. 1720. 8. pag. 31. Leidæ cum Libello MEADII recuſa eſt 1731. 8.

CHICOINEAU, SOULIER & VERNEY *obſervations & réflexions touchant la nature de la peſte* Lyon 1721. 12. Contagioſam eſſe negant, &c. *Lettre de Mr.* CHICONEAU *pour prouver ce qu'il a avancé dans les obſervations*, Lyon 1721. 12. EJ. CHICOINEAU *oratio de peſte* Monſpelienſi 1724. 8.

Lettera ſulla peſte di Marſilia, Milan. 1720. 8.

JOS. BROVVNE *practical treatiſe on the plague*, London 1720. 8. Collectio peſtium ſeculi prioris ex variis auctoribus & conſilia.

MAURICE de TOLON, Capucin, *Traité de la peſte*, Lyon 1720. 12. Nullius momenti.

J. BOECLER *recueil des obſervations qui ont été faites ſur la maladie de Marſeille avec diverſes lettres ſur la peſte miſes en ordre*, Strasbourg 1721. 8. Negant contagioſam eſſe. Tribuunt, uti D. DEIDIER, ſanguini inſpiſſato.

J. JAC. SCHEUCHZERI *λοιμογραφία Maſſilienſis*, Tiguri 1720. 8. & EJ. *erſte zugabe von der Maſſilianiſchen peſt ſeuche* 1721. 8. ASTRUCII & aliorum opuſcula cum obſſ. SCHEUCHZERI. EJUSD. *vom fliegenden zungen krebs* (ulcere epidemico in lingua boum), Tig. 1732. 4.

Rélation hiſtorique ſur la peſte *de Marſeille* 1721. 12. cum nomine Coloniæ. Contra medicos Monſpelienſes.

J. FRANC. FIOCHETTI *Trattato della peſte o ſia contagio di Turino dell' anno* 1630. edit. II. Turin. 1720. cum additamentis de peſte Maſſilienſi. *

BARTOLOMEO CORTE *lettera intorno all' aria e vermicelli ſe ſien cagioni della peſte*, Milan. 1720. 8. * EJ. *lettera apologetica intorno agli effluvi organici o inorganici, cagioni della peſte*, Milan. 1721. 8. *

GOUDEREAU *rélation des différentes eſpèces de peſte que reconnoiſſent les Orientaux*, Pariſ. 1721. 12. Vanus & inutilis.

BOUILLET *avis & remede contre la peſte*, Bezieres 1721. 8. Metum valde nocere.

Pièces

Pièces diverſes de différentes natures ſur les remèdes & les précautions contre la peſte, 1721. 12. Exigui momenti.

PICHARTI de CROISSAINTE (Conſulis) *journal de ce qui s'eſt paſsé à Marſeille*, Carpentras 1721. 12. Accurata hiſtoria. Fruſtra ignes accenſi fuerunt.

Epiſtola reſponſoria ad epiſtolam D. *de* FORME Monſpel. 1721. Hiſtoria peſtis propagatæ in provinciam Gevaudan.

Rélation & diſſertations ſur la peſte du Gevaudan, Lyon 1722. 8. Auctor D. GOIFFON, Lugdunenſis, qui peſtem a vermibus produci docet.

Diſſertation ſur l'origine des maladies epidémiques, Montpellier 1721. 8. Hiſtoria peſtis ſatis bona. Venæ ſectio non felix.

Nouvelles conjectures ſur la peſte de M. GAUTIER (ridiculæ) *&* BAUX, Meaux 1721.

LE BEGUE *an peſtis a ſeminio verminoſo*, Beſançon 1721. 8. Affirmat.

RICHARD BRADLEY *the peſt of Marſeilles conſidered*, London 1721. 8. Collegit varias peſtium hiſtorias, & oriri ab animalculis ex Tartaria advenientibus conjecit.

Eines Marſilianiſchen medici ſendſchreiben von der peſt zu Marſeilles mit J. KANOLDS *reflexionibus*, Lipſ. 1721. 4. Epiſtola RAYMONDI inſerta, & contra ejus peſtis hiſtoriam objectiones propoſitæ. KANOLDUS ex Ægypto oriri docet, &c.

J. KANOLD *Kurtze jahr hiſtorie von den ſeuchen die von anno* 1701. *bis* 1717. *graſſiret haben*, Budiſſin 1721. 8.

EJUSD. *hiſtoriſche relation von der peſtilenz des hornviehs vvelche anno* 1711. *und* 1712. *in Scheleſien..vvie auch in Moſcau, Pohlen, Ungarn, Oeſterreich, Siebenbürgen, Italien* &c. *graſſiert* 1713. *

J. SAM. CARL's *peſtengel* Buding. 1721. 8.

PETR. JOS. ALBRIZZI *critologia medica della cagione della peſte*, Milan. 1721. 8. *

Conſiderations on the nature of peſtilences, Lond. 1721. 8. *

PLACE *hypothetical notion of the plague*, Lond. 1721. 8. *

Remarks on three treatiſes of the plague, Lond. 1722. 8.

Rémede contre la peſte, Pariſ. 1721. 12. Eſſe a coagulo, hinc ſolventia convenire. HELVETII opus.

ANDRE' JOSEPH LARIN *diſſ. ſur la peſte*, Dijon 1721. 12. Contagioſam eſſe, oriri a vaporibus antimonialibus.

PESTALOSSI (Lugdunenſis medici) *avis de précaution contre la maladie contagieuſe de Marſeille*, Lyon 1721. 12.

BESSINI (P. Monſpel.) *reflexions ſur la diſſertation de* M. PESTALOZZI, La Haye 1722. 12. Negat peſtem contagioſam eſſe

GEORGES PYE *a diſcourſe of the plague*, Londin. 1721. 8. Negat contra MEADIUM, & malo conſilio, infectionem a mercibus, & ſolum aërem miaſma peſtilens transferre docet, hinc inutiles eſſe excluſiones illas quadraginta dierum, &c.

Some remarks on D. MEADS *ſhort diſcourſe of peſtilential contagion and its explanation and alſo on* D. PYE's *diſcourſe*, Londin. 1721. 8. HARL.

A collection of very valuable and ſcarce pieces occaſioned by the laſt Londin plague, Lond. 1721. 8.

RICH. BLAKMORE *diſcourſe on the plague and malignant feaver*, Lond. 1721. 8. HARL. 1723. 8. EJUSD. etiam exſtant Lib. *on conſumtions and the diſtempers of the heart and lungs*, Lond. 1724. 8. & 1725. 8. & *diſſ. on a dropſy, a tympany, the jaundice, the ſtone, and a diabetes*, Londin. 1727. 8. Tympanitidem a tenſione fibrarum, diabeten a laxitate renalium derivat, velocis calami auctor.

D. MEADS *ſhort diſcourſe explaind or his account*, &c. *exploded*, Lond. 1722. 8.

Diſtinct notions of the plague vvith the riſe and fall of peſtilential contagion by the explainer, Lond. 1722. 8. HARL.

JAQ. MANGET *Traité de la peſte, recueilli des meilleurs auteurs*, Genev. 1721. 12. eſt Liber F. de TOLON cum adjectis auctariis ex D. EGGERDES & aliis. EJUSDEM MANGETI *nouvelles réflexions ſur l'origine, la cauſe, la propagation, les préſervatifs & la cure de la peſte*, Genev. 1722. 8. IDEM etiam FRANCISCI PIENS Lib. *de febribus* recudi curavit, & addidit obſervationes & remedia ſalutaria 1689. 4.

BLAN-

BLANQUET *Lettre ſur les maladies peſtilentielles*, Pariſ. 1722. 4.

Vermium in cauſam peſtis erectorum debellatio a MICHAELE ERASMO VVANESCHIO, Lipſ. Contra GOIFFONUM.

FILIPPO MASIERO *della peſte*, Venet. 1722. 8.

PHIL. HECQUET *Tr. de la peſte*, Pariſ. 1722. 12.

De PHIL. HECQUETO hic citato vide in Practicis.

R. BROOKES *hiſtory of the moſt remarkable peſtilential diſtempers*, &c. Lond. 1721. 8. Peſtilentiarum a 300. retro annis collectio cum modo peſtem evitandi & ſanandi.

J. PRINGLE *rational enquiry into the nature of the plague dravvn from hiſtorical remarks*, Lond. 1722. HARL.

An J. PRINGLE jam citati etiam *obſervations on the nature of hoſpital and jail fevers*, Lond. 1750. 8. Febres contagioſas a ſtipatorum hominum perſpiratione in caſtris, noſodochiis, & carceribus ortas, Angliæ ſæpe funeſtas, deſcribit, quæ ex peſſimis ſunt. Curationem diaphoreticam præfert refrigeranti.

SAGUENS *Syſtema peſtis phyſicum Epiſtola ad* C. RICHA, Turin. 1722. 12. (GIORN de Letter. T. X. pag. 52.)

CHRIST. STEPH. SCHEFFEL *de lithiaſi fellea ſeu calculo veſicæ felleæ cum hiſtoria lapidis porcini Malaccenſis & fellis bovini*, Leid. 1721. 4.

FRANC. HOLLERI de DOELHOF *de morbis capitis*, Ratisbon. 1721. 4.

GIUSEPPE VOLPINI *ſentimenti ſopra li vermi*, Parma 1721. 8. & cum operibus omnibus 1726. 4. ubi primam & ſecundam diſſ. efficit. De vermibus ſententiam VALISNERII contra ANDRYUM defendit, & morbos a vermibus eorumque remedia deſcribit.

GIUSEPPE VOLPINI etiam eſt *ſpaſmologia*, Aſtæ 1710. 4.

VVeekelyke diſcours over de Peſt en graſſierende Ziektens, Amſtelod. 1721. 1722.

J. KHELLE *de miſtu cruento*, Altdorf. 1721. 4.

JAC. TRANT in theſi 1721. *paſſionem hyſtericam non ab utero ſed a nervis eſſe* oſtendit.

MIDRIFF *obſervations on ſpleen and vapours*, Lond. 1721. 8.

F. BELLINGER *treatiſe on the ſmallpox*, Lond. 1721. 8. Alexipharmaca laudat.

HENRICI JOSEPHI REGA *de ſympathia ſeu conſenſu partium corporis humani*, Harlem. 1721. 8. Pleroſque morbos a ventriculo eſſe docet, & ibi ſedem febrium intermittentium ponit: corporis humani partes conſentire per membranas, per oſcillationem dolentem a loco affecto ſe undique diſpergentem, per nervorum communicationes, &c. Multa collegit.

J. BARTOLOMMEO CORTE *intorno agli efſluvj cagioni della peſte*, Milan 1721. 8.

BENJAMIN MARTIN *nevv Theory of conſumtions more eſpecially of a conſumtion of the lugs*, London 1722. 8.

J. CAN *miſcellaneous eſſay on the rheumatiſm, gout and ſtone*, Lond. 1722. 8.

J. CL. ADR. HELVETII *Traité de la petite verole*, Pariſ. 1722. 12. Cryſtallinum genus deſcribit. Venæ ſectionem commendat, &c. Anglice prodiit, Lond. 1723. 8.

De ADR. HELVETIO hic dicto vide practica.

SAMUEL DVVIGTH *de vomitu & purgatione*, &c. & *de variolis & morbillis*, Londin. 1722. 8.

SAMUEL DVVIGTH etiam eſt *de hydrope* Hag. 1700. 8.

NICOLAI ROBINSON *compleat treatiſe of the gravel and ſtone*, Londin. 1721. 8. 1734. 8. quam *tertiam* editionem legi. Calculi vinculum facit ſalem marini generis. Morbos nephriticos, iſchuriæ exempla, calculi obſcuriora ſigna exponit, etiam veſiculæ felleæ calculos. Pro diſſolvente calculi, ut alibi dicetur, ſpiritum vitrioli dulcem laudat. EJUSD. *nevv method of treating conſumtions* ibid. 1727. 8. cum explicatione mechanica omnium generum phthiſeos. EJUSD. *Syſtem of the ſpleen vapour and hyſterical melancholy*, Londin. 1729. 8. Poſt multa theoretica & phyſiologica morbos hyſtericos tribuit nervis, qui convulſione mechanica ſuborta ſe a cauſa mali liberent, ut cor fere ſolet in febribus intermittentibus. Curationem in debilitate nervorum reſtauranda ponit. EJUSDEM *diſcourſe upon the nature and cauſe of ſudden deaths*, Lond 1732. 8. Cum anno 1730. & 1731. mortes apoplecticorum crebriores eſſent, de eo morbo ſcribendum ſibi ſumſit. Venæ ſectionem in caſu plethoræ, emeticum in morbo ventriculi laudat. Multa aliena miſcet. EJUSD. *nevv treatiſe of the venereal diſeaſe*, Londin. 1736. 8. ASTRUCIO ſatis probatur.

A treat of diſeaſes of the Head Brain and Nerves, Lond. 1722. 8.

BOUEZ de SIGOGNE *nouvelle méthode pour guérir les maladies vénériennes, avec une réfutation des anciennes hypothèſes ſur cette maladie*, Pariſ. 1722. 12. Circulator, auctore ASTRUCIO.

CHRIST. LUDOV. VVUCHERER *pathologia ſpecialis morbos eorumque cauſas & ſymptomata exhibens*, Jenæ 1732. 4.

GEORGII CHEYNE *eſſay on the gout*, Lond. 1722. 8. Podagræ cauſam ponit in vaſorum ſtrictura & robore nimio, inque humorum acrimonia: curationem in diæta vegetabili, labore & purgantibus. EJUSDEM *theory of acute and slovv feavers*, Londin. 1722. 8. BELLINI theoriam ſequitur, & febres omnes explicat a citatiori motu per canales liberos, dum aliqui obſtructi ſunt. Cauſam proximam febrium facit glandularum obſtructiones. Febres lentas a diminutione maſſæ ſanguineæ derivat. Pleraque phyſiologica ſunt, & theoriis nituntur non firmiſſimis. EJUSD. *the Engliſch malady or a treatiſe of nervous diſeaſes*, Londin. 1733. 8. Intelligit mentis illum nauſeoſum morbum, quem vulgo hypochondriacum vocant, quem fuſe deſcribit; eum tribuit carnis nimio uſui & aromatibus, equitationem atque diætam tenuem laudat, & proprium experimentum adducit, cum debile & morbidum corpuſculum victu vegetabil inſtauraverit.

Inter numeroſas CL. SCHULZII diſſertationes paucas hic recenſebimus. Nempe *mors in olla ſeu metallicum contagium in ciborum, potuum & medicamentorum præparatione & aſſervatione cavendum*, Altdorf. 1722. 4. Diætetica varia ſed morborum etiam ex cupro arſenico aliiſque culinarum erroribus & immunditiis obſervationes habet. *Caſus aliquot notabiles ægrorum mente alienatorum*, Hall. 1737. 4. EJ. *de lithiaſi, ſiniſtro quam dextro reni magis infeſta*, 1738. 4. EJ. *de lumbricis effractoribus* 1740. cum collectione experimentorum *de hydrope pectoris ſaccato* 1742. 4. *de variolis nuper quaſita aliqua expenſa* 1742. Diſputationes *de morbis verni temporis ad ductum* HIPP. *Aphor.* III. 20. Hall. 1738. *de nimium bonis bona valetudini periculoſis* 1738. *de morbis ab exceſſu motionis corporis* 1739.

CHRISTIAN. FRIDERICH RICHTER *deütlicher unterricht von der Erkenntnüſſ des menſchen*, Lipſ. 1722. 8. Theoria Stahliana. Sed princeps ſcopus fuit commendare medicamenta quæ Halæ in Orphanotrophio parantur.

L. CONR. ZIEGLER *de natura & uſu doloris*, Lipſ. 1722. diſp.

BARTHOLOMÆI BOSCHETTI diſſ. *de ſalivatione mercuriali phyſico medico-mechanica*, Venet. 1722. 4. recuſa ibid. 1744. 4. Non ſatis recte huc pertinet, & potius practica eſt, aut phyſiologica. ASTRUCII cenſuram meruit.

J. EHRENFRIED SCHLENKER *deſcriptio ovarii ſingulari morbo*, Leid. 1722. 4.

ABRAHAM VATER *de graviditate apparente* diſp. VVittemberg. 1722. 4. EJ. *de memoria & capitis læſione graviſſima*, ibid. eodem anno. *De ſcirrhis viſcerum* 1723. 4. *Cauſa mortis ſubitanea* 1723. EJ. *obſ. calculorum rariſſimorum* 1726. 4. EJ. *de caſu ſingulari aſthmatis a depreſſione ſterni ex febre purpurata*, ibid. 1730. EJ. *de febre tertiana ob empyema mortem relinquente* 1731. EJ. *de morbo ſpaſmodico a variolis male curatis*, VVittemb. 1732. 4. *De ictero a contuſione dextri hypochondrii per diarrhœam ſoluto* 1733. EJ. *chordapſus* CELSI 1738. EJ. *de caſu ſingulari polypi poſt febrem epidemicam ex utero egreſſo*, ibid. 1739. EJ. *de morbis magnis a parvis initiis* 1744. EJ. *de lienis prolapſu* pr. 1746. EJ. *de dyſenteria epidemica maxime contagioſa ſuperiori anno patriam infeſtante* 1747. 4. & alia omnia boni uſus ſunt.

EJ. *hepar in hydrope ſæpius inſons eſſe*, VVittemberg. 1720. *de inflammationis ſanguineæ theoria mechanica* 1733. *de deglutitionis difficilis & impeditæ cauſis abditis* 1750.

CHRISTIANI VATERI, patris ABRAHAMI, diſputationes numeroſiſſimæ ſunt, *de memoriæ læſione in colica ſpaſmodica*, VVittemberg. 1722. 4. *de morbo ſpaſmodico populari* 1723. 4. *de morbis complicatis & intricatis* 1728. 4. & aliæ.

J. ANDR. FISCHER *de ſtrumis & ſcrophulis*, Erfurt. 1723. 4. *de febribus intermittentibus epidemice in præſente anno graſſantibus*, Erfurt. 1728. 4.

J. ANDR. FISCHER etiam eſt *hepatitis Pegaviæ epidemice graſſans*, Erfurt. 1718. 4. EJ. *petechiarum ſpecies Sileſiam affligens obſervata & curata*, Erf. 1718. 4.

F. FRESE *de venenis eorumque antidotis*, Leid. 1722. 4.

CAR. FRANC. COGROSSI *Prel. de peſte*, Patav. 1723. 4. *

J. CASP. KÜCHLER Lipſienſis *de glandulis colli puerorum tumefactis*, Lipſ. 1723. 4.

FR. ERNEST BRUCKMANN *obſervatio de excretione vermis numquam antea excreti*, VVolffenbutlel 1723. 4.

CHRIST.

Christ. Frid. Haenel *de morbis ſcroti* docta diſp. Argentor. 1723. 4.

J. Frid. Neuckanz *hiſtoria febris petechialis epidemicæ, qua annis abhinc duobus VVittembergæ ejuſque vicinia afflicta fuit*, VVittemb. 1723. 4.

Cæsaris Marescotti *de variolis*, Bonon. 1723. 4. Novum morbum eſſe, ortum ex principio exotico ſurgente de terræ ſinu, hauſto per inſpirationem. Venæ ſectionem & paregorica ſuadet, &c.

Hoc tempore inceperunt edi Acta Suecica, in quibus multa etiam practici & pathologici argumenti prodeunt.

Noel Falconet *Syſtême des fievres & des criſes*, Pariſ. 1723. 12. Pro medicina moderna.

Noel Falconet citatum librum nunc legi, quo plurima & diverſiſſima traduntur. In febre deſpumationem admittit heterogenei, quod a natura expelli oportet. Malignas febres ab aëre deducit. Variolas & morbillos deſcribit, fermento tribuit, rariores hiſtorias & recidivas enumerat. Intermittentes etiam febres, aſthma, peſtem conſiderat, criſes ex Hippocrate explicat. Vapores ab obſtructione glandularum derivat &c.

In Schurigii *ſialographia*, *chylologia*, *embryologia* & reliquis compilationibus varia argumenti pathologici reperiuntur & in chylologia de abſurdis variis deglutitis, in chylologia hydrophobiæ hiſtoriæ, &c. Ejus *lithologia*, Dreſd. 1744. 4. tota huc pertinet.

Car. Richa *hiſtoria morborum vulgarium ſeu conſtit. epid. Turinenſis anni* 1720. Turin. 1721. 4. *anni* 1721. ibid. 1722. 4. anni 1722. ibid. 1723. 4. Non legi, ſed laude ſumma digni viri opus eſt.

Flaminio Corghi *relazione dell' ultima malattia*, &c. Padova 1722. 4.

Lettre de Mr. Vidal *ſur une maladie particuliere*, J. des Sav. 1723. Jan. Calculi veſiculæ felleæ poſt colicam.

J. Baptistæ Mazini *mechanice morborum*, Brix. 1723. 4. 1727. Offenbach 1731. 4. Tertio tomo febres, reliquis varios partium morbos, cum mechaniſmo partium deſcribit.

Casp. Theod. Ehrlich *de morbis & affectibus quibuſdam, VVeſtphalis familiaribus*, Duisburg. 1723. 4.

Alexandri Camerarii Profeſſoris Tubingenſis multæ ſunt, neque inutiles diſputationes. *De ægra purpura alba majori laborante*, Tubing. 1723. 4. *de ophthalmia venerea* 1734. *de tumore præcordiali interno* 1734. 4. *De pleuritide maligna miliaribus critice ſoluta* 1535. 4.

Ej. *extiſpicia hepatitite defunctorum*, Tubing. 1716. *de apoſpaſmate piæ matris* 1722.

Christ. Godfr. Stenzel *de ſteatomatibus in principio aortæ*, VVittemberg. 1723. diſp.

Ej. *de venenis* Lib. III. VVittemberg 1733. qui ex diſputationibus coaluit, uti prius etiam in Linderi venena commentatus fuerat. Collectio eſt cum nonnullis obſervationibus. Ejusdem *de utero inſonte* 1735. Ej. *pathologia pigrorum* 1735. 8. contra Stahlianos Ej. *caſus aliquot hominum a lue venerea curatorum* VVittemb. 1742. 4. Ej. *Medicina theoretico-practica*, Francof. 1732. 8. alibi dicetur.

F. Clifton *de diſtinctis & confluentibus variolis*, Leid. 1724. 4.

Jac. Christ. Scheffer *hiſtoria hydropis ſaccati*, Altdorf. 1724. 4.

Franc. Antonio Scarelli *dell' idropiſia uterina*, Vicenz. 1724. 4. *

VVill. Clinch *hiſtorical eſſay on the riſe and progreſſ of the ſmallpox*, Lond. 1724. 8. Antiquis variolas ignotas fuiſſe, & ab Europæis in Aſiam & Americam delatas eſſe. Luem veneream Johanni Ardern jam notam fuiſſe.

Joh. Tabor *Exercitatio medica tertia*, Londin. 1724. 8. pathologica, & cauſas ſymptomatum febrilium & convulſivorum ad Stahlii mentem exponit, has acri irritanti tribuit.

Rongeart D. en Medecine de l'Aigle *ſur les vers des Tanches*. Vermes in horum animalium abdomine deſcribit 1723. 4.

P. Anton. Michelotti *ragguaglio del male d' una monaca illuſtre*, Venet. 1724. 4. Ejus *rari ex utero morbi hiſtoria*, Venetiis 1727. 4. edita cum apologia pro Bernoullio. Alias etiam morborum hiſtorias in diariis paſſim deſcriptas dedit.

Joh. Doebel (Profeſſoris Lundenſis in Scania) *volſtändiger bericht von Eſter Johannſen und ihrem langvveiling zehnjährigen faſten*, Hall. 1724. Curioſa collectio. Prima hiſtoria eſt virginis hyſtericæ per multos annos paralyticæ & cibis abſtinentis, quam denique graviditas ſanavit, & de qua Magnus Blockius etiam ſcripſit. In appendice hiſtoriæ exſtant alterius hyſtericæ & aſitæ puellæ, & hominis hypochondriaci, qui poſt inediam 40. dierum periit demum, cum ad cibum rediret.

THEODORI PHILIPPI SCHACHT *diſſ. exhibens agrum memorabilem icteritia phthiſi laborantem*, Herborn 1724. 4. icterus & ſcirrhus hepatis ſanatus calculis felleis de ano dejectis.

JOSEPHI FERDINANDI GUIGLIELMINI (DOMINICI F.) *conamen de recto morboſorum cadaverum judicio ferendo*, Bononiæ 1724.

ROGER DIBON *obſſ. ſur les maladies vénériennes avec une lettre d'un Phyſicien Chymiſte ſur la cauſe & la nature de ces maladies*, Pariſ. 1724. 12. & *Deſcription de la nature, des cauſes des maladies vénériennes*, &c. ib. 1725. Pro Agyrta ſcriptus libellus a medico Pariſino. ASTR.

J. CHRIST. RIEGER eruditi viri diſp. inaug. *de anxietate*, Leid. 1724. 4.

MATTH. ERNEST. BORETII *de epilepſia ex depreſſo cranio*, Regiomont. 1724. diſp.

J. CASP. ANHALT *caſus rarior febris quartanæ duplicis cum hemicrania*, Altdorf. 1724. 4.

JOH. STORCH, Stahliani, practici Gothani, *mediciniſcher jahrgang* I. und II. Lipſ. 1724. 4. *Annales* II. *oder jahrgang* 1722. ibid. 1725. *Annales* III. *oder* 1723. ibid. 1726. 4. EJ. *Annales* IV. (anni 1726.) ibid. 1729. 4. *Annales* V. VI. (anni 1727. 1728.) ibid. 1732. 4. *Annales* VII. VIII. (anni 1729. 1730.) ibid. 1735. 4. EJ. *Quinquepartitum practicum als eine continuation der jahrgänge*, Lipſ. 1738. 4. & T. II. 1740. 4. Hactenus enarrati libri continent hiſtorias morborum practicas. EJ. *praxis Stahliana* ibid. 1728. 1732. 4. *Collegium caſuale magnum Stahlii*, Lipſ. 1733. 4. EJ. *nöthiger unteoricht vvie in fleck und hitzigen fiebern ſich zu verhalten*, Eiſenach. 1731. 4. EJ. *von den ſoldaten Krankheiten*, Eiſenach 1735. 8. EJ. *Tr. von Scharlach fieber*, Gotha 1742. 8. EJ. *Krankhéiten der vveiber*, Gotha 1747. ſeqq. Hujus operis T. IV. hoc anno 1749. prodiit, & numeroſas hiſtorias molarum & abortuum continet, non inutile neque indoctum.

JOH. STORCH hic dicti *kinder krankheiten* edidit Eiſenach. 1750. 1751. 8. quorum tres tomi prodierunt. Incipit a primo conceptu, a nævis, labiis leporinis, ſpina bifida, monſtris: tum congenitos morbos habet, ut hydrocephalum, tum cunarum morbos, dentitionem, ulcera cerebri, crebro ſibi viſa, & a repercuſſis cutaneis eruptionibus orta, choream S. VITI & alios. Tomo III. febres, variolas, morbillos, vermes, rachitidem tractat.

ANTONII COELESTINI COCCHI *Epiſtola phyſico-medica ad* LANCISIUM *&* MORGAGNUM Rom. 1725. Offenbach 1732. 4. Continetur his epiſtolis hiſtoria febrium epidemicarum, quæ Ferentini & Anagniæ anno 1709. graſſatæ ſunt: & hyſterici inmanis adfectus deſcriptio, & aneuriyſmatis in pectore, & dilatatæ venæ cavæ. EJUSDEM *narratio de morbo variolari quo nobilis monialis adfecta eſt* 1739. 4.

PHILIPPUS HECQUET ad ſuperſtitionem uſque devotioni deditus, acris tamen in adverſarios, ambiguarum phraſium & laxi ratiocinii amator, parum eruditus, ſi SCHELHAMMERUS audiendus eſt, diu Pariſiis & multa ſcripſit. Huc pertinet præter Lib. *de peſte*, in quo venæ ſectionem, nitrum, refrigerantia, corticem peruvianum, & alia ex theoria laudat, Theſis *an morbi a ſeroſa colluvie* Pariſ. 1696. fol. liber jam citatus in phyſiologicis *de la digeſtion & des maladies de l'eſtomac*, Pariſ. 1730. 12. *Novus medicinæ conſpectus*, Pariſ. 1722. 12. in quo pars II. *pathologica* eſt, & *omnes morbos ex turbatis ſanguinis motuum legibus eruit*. Inde *médecine naturelle vue dans la pathologie vivante, dans l'uſage des calmans*, &c. ibid. 1738. vol. 2. ubi præter morbos ventriculi multa etiam de oculorum morbis habet, & in univerſum morbos ad ſyſtema ſtricti & laxi refert. Contra ea animadvertit in *Trivultinorum Actis* 1733. *Avril* Presbyter nomine BLANCHARD.

EJ. *an morbi a ſolidorum tritu*, Pariſ. 1712. 4. & cum *Medicina Theologica* EJ. *médecine théologique ou la médecine créée*, Pariſ. 1731. 12. vol. 2. In tomo II. continet pathologiam, in qua theoriam degenerationis humorum refutat, & omnia mala a tenſione ſolidorum nimia aut nimis parva deducit. EJ. *le naturaliſme des convulſions*, Pariſ. 1733. 8. * Contra fanaticos *cœmeterii* D. MEDARDI. EJ. *réponſe touchant les devoirs des médecins & des chirurgiens au ſujet des miracles & des convulſions* 1733. 12. *

ROBERTI VVELSTED *de adulta ætate*, Londin. 1725. 9. hæmorrhoidum fluxum pro naturæ lege habet. EJ. *de variis hominum naturis*, ubi morbos ætatum congruos enarrat. EJ. *tentamen alterum de propriis naturæ habitus & remediis ad ſingulos accomodatis*, Londin. 1735. 8. Morbi ſimplicium adfines notantur cum ſuis ſymptomatibus.

ROBERTUS VVELSTED edidit etiam *de variis hominum naturis & remediis ad ſingulas accommodatis*, Lond. 1730. 8.

GEORGII DETHARDING Stahliani, Profeſſoris Roſtochienſis, deinde Hafnienſis diſp. *de hamo-*

hæmoptyſi ex conſolidatione ulcerum pedum, Roſtoch. 1725. 4. *de febre Eyderoſtadienſes corripiente vulgo Stoppelfieber*, Hafn. 1735. 4. EJ. *de obſeſſione eademque ſpuria*, Roſtoch. 1734. 4. EJ. *hiſtoria morborum ſcribendæ fida & arcana methodus*, ibid. eod. anno. EJ. *de ſitu corruptis partibus corporis humani vivi*, Roſtoch. 1739. 4. EJUSD. *de peſte varioloſa*, Hafn. 1739. 4. Variolas ex Dania in Gronlandiam delatas deſcribit, quæ indigenas ibi pene omnes deſtruxit. EJUS etiam aliæ *de podagra*, &c. diſputationes exſtant. EJUS *fundamenta pathologica prodierunt*, Hafn. 1740. 8. EJ. *de morbis novis in America advenis fatalibus* diſp. Hafn. 1744. EJUSD. *meditatio academica de morte*, Roſtochii jam 1729. 4. prodiit.

EJ. *an homo adultus quadraginta diebus citra cibum vivere poſſit*, Roſtoch. 1721. 4. EJ. *æger hæmorrhagia ventriculi ſpontanea correptus*, Hafn. 1733. 4.

G. CHRIST. MEUDER *de contagii idea nova & ſuccincta malignitatis febrilis* 1725. 8.

G. CHRIST. MEUDER citati alium titulum lego HENR MEUDER *de contagione*, Servestæ 1725. 8.

ALUISE CASTELLI *delle punte verminoſe graſſanti*, Venet. 1725. 8.

An eſſay on the traſmutation of blood cont. the ætiology of putrid feavers and agues, Londin. 1725. 8. Theoria chemica. IDEM auctor (D. THOMAS KNIGTH) hoc opuſculum defendit alio, cui titulum fecit *a vindication of a late eſſay on the traſmutation of blood*, London. 1731. 8.

HIERONYMI LUDOLF *de malo hypocondriaco & hyſterico incolis Saxoniæ inferioris proprio*; Erfurt. 1725. 4.

J. GEORG. PETZOLD *de cholelitho*, Argentor. 1725. 4. diſp.

G. D. COSCAVVITZ, Hallenſis ex ſecta Stahliana Profeſſoris, pluſculæ diſputationes ſunt; ut *de virgine hydropica mola laborante*, Hall. 1725. diſp. EJ. *de ſpadone Hippocratico præcedente hæmoptyſin & phthiſin pulmonalem vulgo der ſceberger Steinbrecher Krankheit*, Hall. 1721. EJ. *de morbillis cum purpura complicatis*, Hall. 1722. 4. Deinde inter libros huc pertinet *pathologia*, Lipſ. 1728. 4. & *de gravidarum & puerperarum affectibus*, Lipſ. 1732. 4.

Sub G. D. COSCHVVITZ *pathologica* citata ſub finem paginæ intelligitur EJUSD. *organiſmi & mecaniſmi* P. II. nempe *organiſmus deſtructus vel labefactatus* anno 1728. & 1741. 4. editus.

PETRI VIOLETTE du BOIS *ſur la petite verole*, Pariſ. 1725. 12. & EJ. *nouveau traité des maladies vénériennes* 1725. 12. EJ. *Traité des maladies chroniques*, Pariſ. Tom. 5. 1733. 12. Circulatoris opus. ASTR.

EJ. *traité des ſcrophules*, Pariſ. 1720. 12.

NICOLAI POINTET *remarques & obſervations ſur les maladies vénériennes, ſcorbutiques & les dartres*, Pariſ. 1725. 12. Contra Chirurgi DIBON ſcriptum, ſimilis cæterum hominis. ASTR.

VVINTER'S *eſſay on chronical diſeaſes*, Lond. 1725. 8.

S. F. M. D. *Caſus medicinales 26. ſelectiores ad mentem* STAHLII *pathologice, theoretice; practice deſcripti*, Lipſ. 1725. 4.

J. VVILH. SPARMAN *anguis in herba*, d. i. *natur und cur aller alten und inveteritten ſa amenfluſſe beyderley geſchlechts*, Chemnitz 1725. 8. Promittit novum inſtrumentum quo ægri ſeipſos, abſque ſalivatione funditus ſanare queant. EJ. *von galanterie Krankbeiten*, Dresden 1733. 8. ASTRUCIO parce laudatur.

RICHARD TOVVNE *a treatiſe of the diſeaſes moſt frebuent in the VVeſtindies and particularty Barbadoes*, Lond. 1726. 8. Morbos endemicos earum inſularum deſcribit, febres in quibus icterus criticus & ſalubris eſt: colicas bilioſas: colicam *pictonum*, ſudamina, venam medinenſem, pedem tumidum, *jointevil*: Methodus curatoria & totum opus videntur laudem mereri.

SIMON du BUISSON *de diſſenteria Indica*, Leid. 1726. 4.

TRAUGOTT LOHR *de colica flatulenta incolis Gedanenſibus frequentiſſima*, Erfurt. 1726. 4.

GEORG. GOETZ *de polypoſis concretionibus variorum in pectore morborum cauſis*, Norib. 1726. 4.

J. MELCHIOR VERDRIES *de veneno canum & aliorum animalium rabidorum* exſtat in EJUS *æquilibrio mentis & corporis*, Gieſſ. 1726. 4. & diſſ. *de convulſionibus* diſp. Gieſſ. 1732. 4. EJ. *de pallitie verminoſa*, Gieſſ. 1728. 4.

SAMUEL FOERBIGER *der vernünftige medicus in der.. pathologie*, Breslau 1726. 8. Lipſ. 1734. 8. Ad STAHLII mentem.

Nöthige gedanken von der Krampf und Kriebel ſeüche ſampt unterſchiedenen colligirten anmerkungen, Freyberg. 1726. 8. Morbi a ſecali corniculato naſcentis hiſtoria. Sy-

Syſtême d'un Médecin Anglois ſur la cauſe des maladies, Pariſ. 1726. 8. & *ſuite du ſyſteme d'un Médecin Anglois* 1727. 8. ibid. Vix meretur recenſeri agyrtæ Liber, qui microſcopii fraudulenti ope demonſtrabat credulis latentia in ſanguine infecta, unde omnes in corpore humano morbos deducebat, curaturus eoſdem infectis aliis contrariæ naturæ, quæ priora devorarent. Fraudem liquido expoſuit VALISNERIUS T. III. p. 217. & *Anonymus* in *Lettre à Mr.* ASTRUC in J. *des Sav.* 1740. M. Mart.

J. CHRIST. HUBNER *gründliche meinung von dem elemente, urſprung und zuſammevvachs des ſteines im menſchlichen Körper*, Hail. 1726. 4. de calculi generatione.

In THOMÆ SIMSON *diſſ. Medica* III. & IV. Edinburgi 1726. 8. refutantur theoriæ humorum, morbi tribuuntur ſolidis. Habet etiam experimenta de bile atra generata in ductibus bilariis, lienis, de conſtrictione ſpaſmodica pulmonis.

AUGUSTI BLONDELLI L. *de imaginationis feminina viribus*, Gallice Lond. 1727. 8. editus, dictus eſt in Phyſiologicis.

A diſcours concerning feavers in tvvo letters to a young Phyſician, Lond. 1727. 8. Curationem deſcribit, theoriis excluſis.

EDVVARD BARRY *treatiſe on a conſumtion of the lunghs* II. ed. Lond. 1727. 8. Explicationem morbi ab obſtructione deducit.

A. E. BUCHNER *miſcellanea Erfortenſia* quæ hoc anno inceperunt, epidemias etiam, morbos rariores, vampyrorum hiſtoriam habent. EJUSD. diſp. *de febre catarrhali maligna epidemica hactenus graſſante*, Erfurt. 1742. 4. EJUSDEM *fundamenta pathologiæ generalis ex anatomicis & phyſico mechanicis principiis & F.* HOFMANNI *Med. Syſt. depromta*, Hall. 1746. & *fundamenta pathologiæ ſpecialis*, ibid. 1747. Compendium eſt operis HOFMANNIANI.

Sic in ACTIS PETROPOLITANIS morborum rariorum in ſectis cadaveribus hiſtoriæ.

HENR. VVILHELM. ARNOLDI *de febre ſtomachali epidemica*, Marburg. 1727. 4.

G. de GOLS *Theologico philoſophical diſſertation concerning vvorms in all parts of human body, containing ſeveral curious and uncommon obſervations*, Lond. 1727. 8.

JAC. SMITH. *diſq. phyſico-medico-legalis de ſubmerſorum morte*, Prag. 1727. 4. EJ. diſp. *de pleuritide & inflammatione*, ibid. 1734. 4.

G. THISSEM *de morbo marino*, Leid. 1727.

RUD. AUG. BEHRENS *epiſtola ad* C. B. BEHRENS *qua trigam caſuum memorabilium hiſtorico-medicorum ſimul exponit*, VVolfenbuttel 1727. 4. Collectionem promittebant ſcriptorum de morbis pecorum, ſed ea morte clari Viri intercepta eſt. EJ. *de imaginario quodam miraculo in gravi oculorum morbo ejuſdemque ſpontanea atque fortuita ſanatione*, Brunsvvic. 1734. 4. EJ. *epiſtolica diſſ. altera* ad P. G. VVERLHOF *pro ſpicilegio obſervationum de morbo miraculoſo hæmorrhagico & noxa a nonnullis mytulis*, Brunsvvic. 1735. 4.

HUGONIS GOURAIGNE *ſpecimen juxta circulationis leges*, Montpellier. 1726. 12. EJUSDEM *diſſertationes medico-chirurgicæ ſecundum circulationis leges*, Montpellier 1731. 8. Hoc majus opus eſt, cujus id, quod prius diximus, eſt quoddam quaſi ſpecimen. De febrium in genere origine mechanica agit, tum ſeorſim de febribus continuis ut vocat accidentalibus: de malignis, de exanthematicis, de hecticis. Miras illas veterum ſpecies retinet, obſervationes nonnullas interſpergit. Altera pars tantum phyſiologiæ continet de motu cordis, arteriarum & nervorum, quantum ad ſyſtema febrium intelligendum neceſſe eſt.

HUGONIS GOURAIGNE variæ etiam diſputationes ſunt, *de malis inflammatoriis in genere*, Monſpel. 1727. *de malis chronicis in genere* 1727. *de humorum craſſitiei medentibus*, &c. 1741. *Pathologiæ conſpectus* 1743.

MOUNSON SMITH diſp. *de colica apud incolas Caribienſes endemia*, Leid. 1727.

HERMANNI FRIDERICI TEICHMEYER ſoceri noſtri *de hydrope pectoris* diſp. Jen. 1727. 4. *de ſuffocatione a muſto fermentante* 1729. 4. EJ. *hiſtoria morborum hyemis præteritæ* 1729. 4. EJ. diſp. *de polypis inprimis cordis* Jen. 1729. 4. EJ. *de morſu canis non rabidi pernicioſo* diſp. 1736. 4. EJ. *de vomitu gravidarum primis geſtationis menſibus* 1738. 4. *de melancholia attonita raro litteratorum adfectu* 1741. 4. EJ. *de morbo Hungarico ſeu febre caſtrenſi* 1741. 4. EJUSDEM *medicina legalis* huc ſpectat, tum *medicinæ pathologicæ & practicæ inſtitutiones*, Jen. 1741. 4.

JOHAN-

JOHANNES de GORTER in variis ſcriptis habet, quæ huc faciunt. In Libro *de perſpiratione* varia proponit de acrimonia, ejuſque vi in corpus humanum, mechanice explicata. EJUS *compendium medicinæ*, cujus pars I. Leidæ anno 1731. 4. pars II. ibid. 1737. 4. totum vero opus Lipſiæ anno 1749. 4. excuſum eſt. Continet phyſiologicam deſcriptionem partium corporis humani, & morbos ſubjectos ſingulis, ſimilares inprimis. EJUSD. *morbi epidemici brevis deſcriptio & curatio per diaphoreſin*, Harderovvic. 1733. 4. Eſt deſcriptio morbi catarrhalis. EJUSD. *medicina Hippocratica ſeu in aphoriſmos comment.* Lib. I. Amſtelod. 1739. 4. Lib. II. anno 1740. Lib. III. IV. anno 1741. Lib. V. VI. anno 1742. Lib. VII. EJUSDEM *medicina dogmatica tres morbos, delirium, vertiginem & tuſſim aphoriſtice conſcriptos & commentariis illuſtratos pro ſpecimine exhibens*; Harderovvic. 1741. 4. Nunc maxime ſub prelo habet *patho logiæ compendium* dilucidum, & facilis uſus.

JOHANNIS de GORTER etiam eſt diſputatio *de cophoſi & hypocophoſi*, Harderovvic. 1739. 4. EJUS *pathologiæ compendii*, quod ſub prelo eſſe diximus prodiit nunc pars I. Harderovvic. 1749. 8. cum titulo *Morborum generalium ſyſtema ſeu praxis medicæ fundamenta*: Definitiones morborum, & ætiologiæ breviter enarratæ, ad BOERHAAVII modum, ex longa experientia & collectione natæ.

J. ERNESTI TURK *hiſtoria mulieris per alvum varia oſſa ejicientis*, Traject. 1727. diſp.

SOUMAIN *rélation de l'ouverture du corps d'une femme*, Pariſ. 1728. 12. Continet fuſam hiſtoriam longi morbi & palpitationis cordis: a morte cauſa in corde reperta eſt, quod exiguum, contractum, a magnis vaſis remotum erat, ut pericardium vice cordis fungeretur.

CHR. ERN. CLAUDER *mirabilis calculi humani hiſtoria*, Chemnitz 1728. 4.

J. BOECLERI *Epiſtola de fraudulenta muliere quæ per totam fere vitam ficto monſtroſo ventre omnium oculos decepit*, Argent. 1728. 4.

J. BOECLERI citata *Epiſtola* continet hiſtoriam feminæ, quæ diu medicis Argentoratenſibus fictitio hydrope illuſit, cum variis ex SCHEIDIO aliiſque ſimilibus hiſtoriis.

MELCH. CASP. BLAZER *ſpecimen pathologiæ ſecundum methodum Stahlianam*, Lipſ. 1728. 4.

NICOLAI PATUNA (Chirurgi) *dell' erpete trattato*, Venet. 1729. 4. De morbo in eo in genere agit & ſuam curationem in herpete ſanando adhibitam defendit.

ANGELI PISANI *hiſtoria admirabilis hyſtericæ adfectionis in virgine Patavina explicatio*, Patav. 1729. 4. Morbus hyſtericus varii generis ex aſthmate aliiſque convulſionibus compoſitus: ſingulare vero eſt, quod incredibili copia venæ ſectionum exhauſtum corpus ſuffecerit jacturis ſuis.

J. SIMON BAUERMULLER *de febre caſtrenſi*, Herbipol. 1729. 4. 1735. 4. an una, an duæ diſpp. non dixerim. Cæterum STAHLII primarius diſcipulus fuit.

CHRISTIAN. JOACHIM LOSSAU *beſchreibung eines caſus inediæ*, Hamburg. 1729. 4. Hiſtoriam puellæ ex morbo ſoporoſo aſitæ, accuratæ deſcribit, ut de abſtinentia perfecta ſatis certi eſſe poſſimus. Alia exempla multa colligit & comparat.

J. CHRIST. EHRLICH *mors ex ſepulcbris ſeu de noxis ex ſepultura in templis facta oriunda*, Hall. 1729. 4.

STEPHANI COULET *Tractatus hiſtoricus de aſcaridibus & lumbrico lato*, Leid. 1729. 8. Docuerat linguam Gallicam Leidæ: in amico, qui tænia laboraverat, omnia experimenta ſua fecit. Lumbricum latum deſcribit ex conjunctione aſcaridum. In VALISNERIO & ANDRYO varia carpit, & inprimis negat umquam dari vermem unum continuum, capitatum, qui tæniæ ſimilis ſit, quod idem video jam LUDOVICUM BOURGUETUM in epiſtola ad VALISNERIUM monuiſſe.

J. AUG. STOLLER in libro *de proceritate ſeu mediciniſche unterſuchung des vvachsthums der menſchen die länge*, Magdeburgi 1729. 8. edito, morbos militum recenſet, & morbos ætatum, Stahlii ſectator, breviſque.

Hoc tempore controverſia de cauſa ſpinæ bifidæ in Belgio orta eſt. Et primus quidem HENRICUS UYLHOORN ſcripſerat ad ABRAHAMUM TITSIGNIUM *noodig denkkeeld van de ſpina bifida*, Amſtelod. 1730. 8. quo morbum ad fetus in utero complicatum ſitum, & exempla proponit. Reſpondit A. TITSING *heelkondige verhandeling ſeu de nondum deſcripto malo ſub nomine ſpinæ bifidæ noto* (uti latine titulus redditur in ACT. ERUD. librum enim

non

non vidi) Amſtelod. 1732. 8. eodem anno, & morbum in imaginationem maternam refert. Acrius tunc reſpondit UYLHOORNIUS, *tvveede vertoog over de ſpina*, Amſtelod. 1733. 8. Multa in TITSINGI mores & peritiam objicit, mechaniſmum, quem docuerat, defendit, paralyſin partium inferiorum frequenter a ſpina bifida oriri oſtendit &c.

Legi nunc A. TITSING hic citatum acriuſculum reſponſum. Negat ab incurvatione vertebras findi poſſe, neque ſimile quid fieri monet, ubi maxime flexiones ſint; ſed malum eſſe hydrocephali ſpeciem, ſæpe a nævo, nonnunquam etiam in jam nato homine ab injuria aliqua externa ortam. Hiſtorias addit ſuas & aliorum.

VIEUSSENS (Medicus diverſus a celebri anatomico) edidit *obſervations ſur la maladie de Bergerac* 1731. 12. & *remedes qu'on peut employer pour la ſortie des vers*, Liſieux 1730. 12. Ibi, ut lego, deſcripſit epidemiam, quæ a vermibus orta fuerat.

J. JAC. NEUHOLD *de inundatione capitis a ſufflaminato recurſu moris microcoſmici*, Jaracin. 1730. 4. Hydrocephalum deſcribit, trium cadaverum ſectiones exhibet. EJ. *obſſ. pathologicarum* Dec. I. Altdorf. 1733. 4.

J. J. GRAMBS *antomiſche beſchreibung eines monſtröſen gevvächſes*, Francof. 1790. 4.

J. CHRIST. FRISSCH *ſeltſame jedoch vvahrhafte... mediciniſche geſchichle* T. I. anno 1730. T. VI. anno 1740. 4. Collectio caſuum rariorum omnis generis.

B. MARTINI *caſus de chorea S. Viti*, Argentor. 1730. 4.

J. MAXIMIL. JOSEPH. MUHLPAUER *de febre catarrhali paſſim hactenus epidemica*, Gieſſ. 1730. 4.

CARL. FRIDRICH LOEUVV *unterſuchung des von dem jahr 1729. graſſierenden contagiöſen catarrhal fiebers*, VVien. 1730. 4. EJUSDEM & ANDR. LOEUVV *hiſtoria epidemica Hungarica ab anno 1688. ad 1709.* prius prodierat, ſed eam editionem non vidi.

THOM. FULLER *attempt to give a natural account of eruptive feavers eſpecially of the meſſes and ſmallpox*, Lond. 1730. 4. HARL.

L. HEISTERI & MOEBII *obſervationes medicæ miſcellaneæ*, Helmſtad. 1730. 4. Varios rariores morbos continent EJ. HEISTERI multæ aliæ diſpp. exſtant, ut *de peſte* progr. Helmſt. 1728. 4. *de rachitide* 1725. 4. ubi partus illos dæmoni adſcriptos vvechſelbalge rachitidi tribuit, quod etiam docuerat in *annalibus Julii*, Helmſtad. 1725.

EJ. *de fortuna medica*, Helmſtad. 1722. 4. *de morbis adoleſcentum & juvenum* 1722. 4. *de calendario artuum* 1736. 4.

J. SAALMAN *de paroxyſmo quartanæ cacitatem minitante*, Leid. 1730. 4.

CHR. FRID. RAST. *de polypo*, Regiom. 1730. 4.

GUILIELMI GRAEME *hiſtoria morbi qua nuper mortuus eſt* THOMAS HURDMAN Londin. 1730. In febre tritæophuya dederat emeticum, acceſſit ſenior medicus, uſus calidis, expellentibus, æger periit. De culpa alterutrius medici diſputatum eſt.

ISAAC MASSEY *of* HURDMAN'S *diſtemper*, Lond. 1730. 8. Hic videtur is ſenior medicus eſſe. *

Inter NICOLAI HARTSOEKERI varia opuſcula anno 1730. recuſa exſtat etiam EJUS Libellus *de la peſte* p. 115. quam tribuit inviſibilibus inſectis.

Hoc anno cepit edi *Commercium Litterarium Noricum* cura viri ILL. C. J. TREVVJI, quo diario ut plurima utiliſſima, inprimis tamen morborum epidemicorum, & rariorum, veneni varii generis, cicutæ &c. egregiæ obſervationes habentur.

HENRICI BASS *obſervationes anatomico-chirurgico-medicæ*, Hall. 1731. 8. Præter anatomica & chirurgica varia continet etiam rariores morbos, eroſionem ventriculi a mercurio dulci: ſcirrhum mammarum duriſſimum ſanatum, atrophiam a fiſtula pulmonis, duodeni expanſionem & indurationem, gonorrhoeam (ut credit) epidemicam abſque contagio venereo, ulcera ilei a dyſenteria, &c.

CHRISTIAN HENR. ERNDL *VVarſavia phyſice illuſtrata*, Dreſd. 1770. 4.... Morbos endemios, arthritidem, hydropem, morbos auctos a vini uſu liberiori, & conſtitutiones epidemicas deſcribit. Plicam verum morbum eſſe defendit. Calidis in curando plurimum utitur. An idem cum auctore diſputationis jam anno 1691. citatæ? Non crediderim.

Diſſertations nouvelles ſur les maladies de la poitrine, du cœur, de l'eſtomac, des femmes, &c. par M. BARBEIRAC, Amſtelod. 1731. 12. Acceſſerunt duæ hiſtoriæ morborum atrocium BOERHAAVIANÆ. Apud ASTRUCIUM lego hunc librum jam anno 1684. paulo minus plenum ſub titulo, *Traité nouveau de médicine contenant les maladies de la poitrine, les maladies*

des

des femmes, & quelques autres maladies particulieres prodiiſſe in 12. & vulgare eſſe parumque plenum opus.

NICOLAI VVILLI *de ſtupendo abdominis tumore*, Baſil. 1731. diſputatio. Bona obſervatio hydropis maximi.

J. HENRICI COHAUSEN jocoſi hominis *archaus faber febrium & medicus*, Amſtelod. 1731. 8.

J. G. BEUSSER *hiſtoria morbi & ſectionis cadaveris variolis defuncti*, Heidelberg. 1731. 4.

Nachricht vvas bey der in der Nieder Lauſnitz eingeriſſenen vieh ſeüche zu beobachten ſey, Lubben 1731. 4. cum figura inſtrumenti.

MICH. E. ETTMULLER *de ſcabie ejuſque ortu ab impura lana*, Lipſ. 1731. 4.

JOH. GODOFREDI de HAHN *recenſio febrium continuarum qua anno* 1729. *Uratislavia populariter graſſa ſunt*, Uratislav. 1731. 4. EJUSDEM *variolarum antiquitates nunc primum e Gracis eruta*, Brieg. 1733. 4. Variolas ab HIPPOCRATE deſcriptas eſſe, & carbunculos Græcorum ab Arabum variolis non differre docuit, uti etiam A. LAURENTIUS *hiſt. anat.* Libro VIII. *quaſt.* 9. EJUSDEM *carbo peſtilens a carbunculis ſeu variolis veterum diſtinctus acc. dua* DAN. VVILH. TRILLERI *de eodem argumento epiſtola*, Uratislav. 1736. Variolarum antiquiſſimam cognitionem contra CL. VVERLHOFIUM tuetur, & *carbunculum a carbunculis* diſtinguit, qui cum variolis iidem & a peſtilente carbunculo diverſi ſint.

J. ZACHARIAS PLATNER, vir eleganter eruditus, multas doctas diſputationes & proluſiones ſubinde edidit, quæ poſt mortem ejus conjunctim prodierunt Lipſ. 1749. 4. Huc ergo pertinet Progr. *de morbo Campano Horatii* quem ſuſpicatur venereæ lui adfinem fuiſſe Lipſ. 1732. *de morbo ἐνθουσιαζόντων & ἐνεργουμένων* eodem anno. Deinde *de inſanis & furioſis medicos erudiendos eſſe* anno 1740. *de peſtiferis aquarum putreſcentium exhalationibus* anno 1747. Tum diſp. *de morbis ex immunditiis* 1731. *Orat. de ægris meticuloſis*, & aliæ.

PAULI GOTTLIEB VVERLHOF, Archiatri Regis noſtri, viri in praxi feliciſſimi & ingenioſiſſimi *Obſervationes de febribus pracipue intermittentibus & ex earum genere continuis*, Hannov. 1732. 4. 1745. 4. Magna vis obſervationum eſt, inprimis funeſtæ ſpeciei tertianarum, quæ ſenes apoplexia obruunt, cum variis omnigenæ eruditionis digreſſionibus. EJUSDEM *cautiones medica de limitandis laudibus & vituperiis morborum & remediorum*, Hanov. 1734. 4. & EJUSDEM *diſſertatio epiſtolaris*, Hanov. 1735. 4. Contra A. OTTOMARUM GOELICKIUM demonſtrat, neque febres intermittentes ſalubres, neque corticem noxium eſſe. EJUSDEM *diſquiſitio medica & philologica de variolis & anthracibus*, Hanov. 1735. 4. acceſſit R. A. BEHRENS *Ep. de affectionibus a comeſtis mytulis*. CL. VVERLHOFIUS contra ILL. HAHNIUM hic demonſtrat, non fuiſſe notas Græcis variolas, & multum ab eo morbo carbunculos illos differre.

GIROLAMO GASPARI *Oſſervazioni e letture*, Venet. 1731. 8. minime inutiles variorum morborum obſervationes.

GIROLAMO GASPARI l. c. deſcribit morbos peculiares Iſtriæ, Dalmatiæ, febres, tumores teſticuli herniæ ſimiles, vermes ſubcutaneos; deinde fuſe molam carnoſam 40. librarum.

J. THEOD. ELLER *mediciniſche und chirurgiſche obſervaziones auf dem Berliniſchen Lazareth der Charité*, Berlin. 1730. 8. Hiſtoriæ ſinceræ, fideles & accuratæ, & curationes egregiæ.

In opuſculis *ſcientificis & philologicis* quæ Venetiis prodeunt varia hujus generis continentur.

T. V. pulſus intermittens ex gelatina in corpore calloſo.

T. VI. DODI de podagra recurrente & inde natis polypis.

C. F. COGROSSI de febribus periodicis T. VII. EJ. de diviſione morborum ad modum botanicorum T. XV. EJ. de inſania T. XVI.

CONSTANTINI GATTA graviditas 22. *menſium*.

T. XXIII. FR. PELIZZA de dyſenteria.

T. XXIV. MARTIALIS REGHELLINI hiſtoria Somnambuli, &c.

THOMÆ APPERLEY *obſervations on phyſic both rational and practical vvith a treatiſe of the ſmallpox*, London. 1731. 8. Cogitationes miſcellaneæ ex omni fere medicinæ ambitu, cum ſignis morborum, cauſiſque hinc inde obſervatis, theoria inflammationis BOERHAAVIANA, laudibus mediocris diætæ neque valde calidæ neque frigidæ nimis. In variolis & alibi aliorum auctorum multa loca exſcripſit.

ILL. VVALTHERUS morborum hiſtoriam utilibus diſp. & programmatibus illuſtravit; ut *de inteſtinorum ex obfirmati habitus vitio* 1731. *de obeſis & voracibus* 1734. *de frigore in febrium intermittentium acceſſione* 1740. *de atra bile* cujus non diſſimilem liquorem in liene invenit: *de inflammatione* 1741. *de temperamentis & deliriis* 1741.

GUILLAUME MAUQUEST de la MOTTE *Traité complet de chirurgie* Pariſ. 1732. 8. Paſſim morborum memoriæ intercedunt, hydrocephali, epilepſiæ ſanatæ, calculis redditis per urinam, ſanatæ diarrhoeæ.

Obſervations ſur la convulſion par un Médicin de la Faculté de Paris, Pariſ. 1732. 12. Contra convulſiones ſectæ Pariſianæ.

JOH. HONORATI RAIBERTI *diſſ. medica de morbis venereis*, Rom. 1732. 8. A vermiculis oriri malum, in ſemine virulento viventibus. Inunctiones partiales laudat. ASTR.

J. FRID. ZIESNER *de raro oeſophagi morbo*, Regiomont. 1732. 4.

NICOLAI ROSEN Achiatri Suecici, *reſolutio caſus ægræ variis malis a plethora ortis vexatæ & feliciter curatæ*, Upſal. 1732 4. EJ. progr. editum Upſal. 1745. fol. Deſcribit vir ILL. ſymptomata pueri qui hyoſcyamum voraverat. EJUSDEM egregiæ diſſ. de morbo epidemico Uſpalienſi, deque tænia exſtant in Actis Stokholmienſis Academiæ.

LUD. CHR. DERN. *de febre catarrhali petechizante ſuperioribus annis in vicinia infeſta & epidemica*, Gieſſ. 1732. 4.

CAROLI GIANELLI *Saggi di medicina teorico-pratica*, Venet. 1732. 8. Phyſiologica habet, de Solidi formatione ex ſucco concreto: tum pathologica de morbis ex ſtricto & laxo: denique de morbis fluidornm.

CAROLI GIANELLI citatum Librum melius nunc poſſum, cum legerim, recenſere. De morbis ſolidorum a fibra ſtricta & laxa incipit, inde de obſtructione, humorum vitiis, febribus intermittentibus, continuis, morbis bilis, vitiis tranſpirationis agit, quæ magni facit, de cacochymiis, coagulo & reſolutione humorum, conſtitutionibus varioloſis, conſenſu partium, vitiis lymphæ, vermibus, &c. Inde aerem, aquam & locos Lignagii deſcribit, & ibi graſſantes pleuritides & febres, tum hiſtorias aliquas calculi, amauroſeos. EJ. *de ſucceſſione morborum Libros* III. Patav. 1742. 8. nondum legi.

LUD. JOH. le THIEULLIER *obſervationes medicæ*, Pariſ. 1732. 8. 1739. 12. & EJUSD. *conſultations de medicine* T. III. Pariſ. 1745. 12. Morbos tum vulgares, tum raros, cum methodo medendi Pariſina deſcribit.

BELLOSTII *ſuite du chirurgien de l'hopital* in chirurgicis dicetur.

BARTH. VVICHERS *mediciniſche vvbrheit von Krankheiten und deren Kenzeichen*, Hamburg. 1732. 8.

J. ANDR. MUNNICH *bericht von zvvey durch einen donnerſchlag zu Oſtervvyk gerührten Perſonen*, Halberſtad. 1732. 4.

JUST. ARNOLD. GULICH *de furore haemorrhoidum* ed. II. Leid. 1733. 8. diſp. nempe inauguralis cauſæ ſedem in arteriarum obſtructione ponit, & methodo ſcribit mechanica.

JUST. ARNOL GULICH diſputatio citata exſtat etiam Leidæ 1741. 4.

THOMÆ SCHVVENKE *rari caſus explicatio*, Hang. 1733. 8. In *hæmatologia* etiam varia ad naturam febris pertinentia habet.

HENRICI A DEVENTER L. *de morbis oſſium* in chirurgicis indicabimus.

FRANÇOIS SAUVAGE de la CROIX *nouvelles claſſes de maladies*, ad botanicorum morem, Avignon 1733. 12. EJUSD. *theoria febris*, reſpondente de la MURE, Monſpel. 1738. 12. EJUSDEM *inflammationis theoria* R. LUD. PAYEN du MOULIN Bourg. S. Andeol. 1743. 8. Hæ duæ recuſæ & auctæ gallice cum *hæmaſtatik* HALESII Genevæ prodierunt. Multa contra BELLINI theoriam objicit. Ab obſtructione ita non accelerari ſanguinis motum, ut etiam retardetur, niſi anima novum conatum ipſa adderet, febremque excitaret ad ſuperanda obſtacula. Vim etiam ſtimuli refutat. EJUSDEM *mémoire ſur la maladie des bœufs du Vivrais*, Montpell. 1746. 4. dyſenteria nempe ab inflammatione inteſtinorum nata, ad quam corticem Ribis nigri laudat.

FRANÇOIS SAUVAGE de la CROIX eſt etiam *pathologia methodica*, Monſpel. 1739. 12. ad imitationem methodi botanicorum. EJ. *de noctambulatione*, Monſpel. 1748. 8. EJ. *diſſertation ſur la nature & la cauſe de la rage*, Touloufe 1749. 4. Venenum canis rabidi ſanguinem cogere, ſed una ſpiritus nerveos corrumpere & putrefacere: animal non deglutire, quod gula inflammata ſit, mori ex febre acuta, &c.

FRAN.

FRAN. XAVER. KOEPFERLE *de febre catarrhali epidemica graſſante*, Baſil. 1733. 4.

J. JUNKER *conſpectus medicinæ theoretico-practicæ methodo Stahliana*, Hall. 1733. 4. Tabulæ 138. ſecundum morbos diſpoſitæ. EJUSDEM *de dyſenteria Pannonica* diſſ. 1732. EJ. *conſpectus pathologiæ & ſemiologiæ potiſſimum Hippocratico-Galenicæ forma tabularum repræſentans*, Hall. 1736. 4.

J. JUNKER bene multæ diſputationes ſunt, ex quibus addimus eam *de molis*, Hall. 1749. quæ bona eſt diſputatio.

SCHEPPER *de phthiſi pulmonali ſcirrhoſis parotidibus juncta*, Leid. 1733.

JOSEPHI BIANCHINI *parere ſopra la cagione della morte della Conteſſa* ZANGARINA BANDI, Veron. 1733. 8. Hiſtoria feminæ, quæ in cineres per ſomnum redacta fuit. Ex pugna humorum flammam generatam eſſe credit. De eadem hiſtoria exſtat *Lettre de* M. MAFFEI *ſur un feu ſingulier qui s' eſt formé dans le corps d' une femme de Ceſéne*, Pariſ. 1733. 12. Ea hiſtoria exſtat etiam in TRIVULTINIS anni 1731. p. 1922.

VVILL. STUKELEY *letter to ſir* HANS SLOANE *about the cure of te gout*, Londin. 1733. 8.

G. CLINCH *obſervationes medicæ*, Londin. 1733. 8.

CL. BURGGRAVII *lexicon medicum* hoc anno prodiit.

T. BENNET *of the gout*, Londin. 1734. 8. Certo hunc morbum ſanandum promittit: diætam animalem, vina generoſa, motum & exercitia laudat.

MICHAELIS PINELLI *nuovo ſyſtema dell' origine della podagra*, Rom. 1734. 4. Podagram ab alcali oriri, omnino uti J. COLBATCH, & acidis debellari per experimenta defendit. Arcana aliqua ad eum morbum laudat, quod non placet.

In *Actis Edinburgenſibus*, quæ his annis prodierunt, maximus numerus hiſtoriarum morborum, conſtitutionum epidemicarum, ſectionum cadaverum habetur, quæ omnia lectu digniſſima ſunt.

PIERRE de SAUL *diſſ. ſur les maladies vénériennes*. Antiquam luem eſſe, a vermibus oriri, &c. Theoreticus auctor: una prodiit *une diſſertation ſur la rage & ſur la phthiſie*, Bourdeaux 1733. 12. & Pariſ. 1734. 12. Phthiſin unice naſci a tuberculis pulmonis, ſanari lumbricis, mercurio, lacte. Rabiem deducit a vermibus, mercuriale unguentum hic princeps medicamentum eſſe: experimento in hominibus a lupo demorſis facto: EJUSDEM *diſſertation ſur la goute avec une diſſertation ſur les maladies dépendentes du défaut de la tranſpiration*, Pariſ. 1735. 12. Podagram ſanat medicamentis tranſpirationem urgentibus. Etiam alios acutosque morbos, & tumores cyſticos ſanavit balneis, & reſtituta perſpiratione. EJUSD. *diſſertation ſur la peine des reins & de la veſſie*... (ubi promittit medicamentum ſolvens calculum) *avec une réponſe contre la diſſertation ſur les maux vénériens*... *de* M. ASTRUC. Pariſ. 1736. 8.

J. SAM. LEDEL *breviarium epiſtolicum ſeu conſultationum & obſervationum medicarum Decuria* III. Soræ 1734. 8. *

GUIL. ARNTZENII *amicum de quodam morbo diſſidium*, Neomagi 1734. 4.

G. BULL *de pictonum colica*, Leid. 1734. 4.

SIMSON DAVIDS *de calculis cyſticis & hepaticis*, Leid. 1734.

MONGIN *ſur la petrification de l' epiploon*, Pariſ. 1734. 12. A contuſione hydrops, ſæpe ſublevatus paracenteſi: a morte vero repertus in omento tumor mobilis calculoſus.

HALLOYS *deſcription d' un paquet de vaiſſeaux pétrifié dans le cœur d' une Demoiſelle*, JOURN. des SAV. 1734. Oct.

J. ROGERS *an eſſay on epidemic diſeaſes*, Dublin 1734. 8. Epidemias urbis *Cork*, & inprimis pernicioſam febrem deſcribit, quæ anno 1731. ibi graſſata eſt. Deinde de variolis agit. Experimenta ſtatica D. RYE ſubjiciuntur.

Febris, quam diximus deſcripſiſſe JOHANNEM ROGERS in l. c. petechialis maligna fuit, cum pulſu vix mutato, quam aeri humido & carnium nimio eſui tribuit. Variolarum ſpecificum venenum defendit, & multas conſtitutiones epidemicas deſcribit, multaſque variolarum ſpecies ſeparat, in ſingulis nempe tribus claſſibus & benignas & malignas cum hiſtoriis ægrorum.

THEOPHILI LOBB *lettres*, &c. ad praxin inprimis ſpectant.

J. SEBASTIAN ALBRECHT *von der in der näche ſich einſchleichenden hornvech ſeuche*, Coburg. 1734. 4.

JOS. TH. ROSETTI *Syſtema novum de morbis fluidorum & ſolidorum*, Venet. 1734. fol. Theoria mera.

GUIL. BULL. *de colica Pictonum*, Leid. 1734. 4.

DOMINICI MILITIA *de morbis exitialibus virginem Patavinam excruciantibus*, Patav. 1734. 4. Fere omne genus morborum paſſa eſt, cum tumore duro abdominis enormi. Vim eximiam corticis devoravit.

J. FRID. BACHSTROEM *obſervationes circa ſcorbutum & ejus medelam*, Leid. 1734. 8. Experimento, Thorunienſis præſidii, in obſidione ſcorbutum paſſi, cum Sueci obſidentes ſaniſſimi eſſent, demonſtrat ſcorbutum fieri ab abſtinentia vegetabilis recentis cibi.

J. DOMINICI SANTORINI *inſtruzione intorno alla febbre*, Venet. 1734. 4. Partitionem febrium dat & plurimas ſpecies cum curatione.

JOSEPHI del PAPA *trattati vari fatti in diverſe occaſioni*, Florent. 1734. 4. Noxas vernicis Chinenſis oſtendit, vapores ex abdomine adſcendentes refutat. De quartana agit & aquis Hetruſcis.

DEZON D. en Med. *lettres ſur les principales maladies qui ont regné dans les hopitaux du Roi en Italie en* 1734. 5. & 6.

THEOPHILI LOBB *method of curing feavers deduced from the ſtructure of the human body*, Lond. 1734. 8. Theoriam quidem etiam continet; laudabitur autem in praxi, ad quam propius ſpectat. EJ. *medical practice in curing feavers*, ibid 1735. 8. Febrium tres claſſes facit, quarum una a diſſolutione, altera a coagulatione ſanguinis proveniat, tertia ex prioribus complexa ſit, quarum claſſium ſigna, characteres, curationem ſubjungit. Subjungit 53. breves hiſtorias ægrorum. EJUSDEM *treatiſe of ſmallpox*, Lond. 1731. 8. & auctius 1748. 8. gallice vero 1749. In parte priori dat morbi hiſtoriam, & proponit curationem ejuſmodi, ut nulla fiat eruptio. In T. II. habet hiſtorias 50. varioloſorum. EJ. *practical treatiſe of painfull diſtempers*, Lond. 1739. 8. Dolorem in principio aliter quam BOERHAAVIUS explicat a contactu particularum acrium, & a preſſione aeris, deinde morbos dolorificos breviter recenſet, hiſtorias ſanationum 51. addit, cum formulis. Dolores a partu noviter interpretatur ab impedimento quod ſanguis rediturus experitur in contracto utero. EJ. *letters relating to the plague and other contagious diſtempers*, Lond. 1745. 4.

MARTIN GOTTHELP LOESCHER *de febre petechiali caſtrenſi & epidemica*, VVittemb. 1735.

J. DAN. LONGOLII *mantiſſa ad ſyſtematis Stahliani vindicias* 1735. 8. Contra STENZELII *pathologiam pigrorum*.

CHESHIRE *treatiſe on rheumatiſm acute and chronical vvith obſſ. on its cauſes*, Londin. 1735. 8. Oriri ab acrimonia & viſciditate ſanguinis, ſanari mercurio.

VVILL. HILARY *rational and mechanical eſſay on the ſmallpox*, Londin. 1735. 8. Novum morbum eſſe oſtendit.

VVILL. HILARY edidit etiam *account of the variations of the vveather and epidemical diſeaſes from* 1726. *to* 1734. Londin. 1740. 8.

J. JAC. GEELHAUSEN *de febribus malignis contagioſis*, Prag. 1735. 4.

JOS. IGNAT. ROGG. *de morborum caſtrenſium perniciei cauſis*, Altdorf. 1735. 4.

JOHN. CATHERVVOOD *nevv method of curing apoplexies*, Londin. 1735. 8.

FRANC. CAROLIN EGLOFF *genuina febris epidemica hic graſſantis adumbratio*, Inſprug. 1735. 4.

A ſhort method of curing continual feavers, Lond. 1735. 8.

ANTONII MOMBERS *vom nieren und blaſenſtein*, Helmſtatt. 1735. 8. non magni momenti cum improbabili icone calculi in quo facies humana expreſſa ſit.

SIGISMUND HAHN *ſchedia cyrtonoſi* & J. GOTTFRIDI filii *reſponſio cyrtonoſi tabulas aliquas exhibens*, Breslau 1735. 4. Morbum rachiticum a læſa incrementi proportione deducit, & muſculorum vi irregulari, & ligamentis laxis. Antiquitates morbi addit.

CAROLI LINNÆI *hypotheſis nova de febrium intermittentium natura*, Hardervvic. 1735. 4. Derivat ab aquis argilloſis. EJUSDEM *de tænia*, Uſpal. 1748. Quatuor animalia ab auctoribus parum ſeparata deſcribit, reperiit in aqua vermes humanos & ova abſorberi contra VALISNERIUM defendit. EJ. *de generatione calculi*, Uſpal. 1749. vino tribuit & acido coagulanti.

AUG. VVENKER *de virgine ventriculum per* 23. *annos perforatum gerente*, Argentor. 1735. 4.

CAR.

CAR. GOTTL. LINDNER *betrachtungen des roth und vveiſſen frieſels nebſt erörtermng der Frage vvarum der frieſel zu Hirſchberg im ſchvvange gehe*, Schvveidnitz. 1735. 8.

JULIANI OFFRAI vulgo de la METTRIE *ſyſtéme de* BOERHAAVE *ſur les maladies vénériennes avec une diſſertation du Traducteur ſur l'origine, la nature & la cure de ces maladies*, Pariſ. 1735. 12. ASTRUCIUS bona aliqua ſed quaſi fortuito miſceri ſcribit, neque enim legi. EJUSD. *Traité du vertige avec la deſcription d'une catalepſie hiſtérique*, Pariſ. 1738. 12. Catalepſios autem hiſtoria prodiit Rennes 1737. 12. Ex BELLINO vertiginem explicat. EJUSDEM *Lettre* a Mr. ASTRUC, Pariſ. 1738. 12. & *Nouveau traité des maladies vénériennes*, Pariſ. 1739. 12. Pro BOERHAAVIANA hypotheſi. Morbum in tunica celluloſa reſidere, neque antiquis notum fuiſſe. Feſtinato vero ſcripſit & cum evidentiſſimis erroribus. EJUSDEM *Obſervations de médicine pratique*, Pariſ. 1743. 12. Proprium crudelem morbum, choleram nempe deſcribit. Vehementia medicamenta, venæ ſectionem validiſſimam, & alia hujusmodi amat: rariores cæterum morbos aliquos habet, in variolis, a venenis, &c. Sed fatetur ſe pleraſque hiſtorias exſcripſiſſe, *Ouvrage de Pénélop*. II. p. 76.

D. F. DANKVVETS *de ratione paralyſeos anatomica*, Delmſtad. 1735. 4.

D. QUEYE *de ſyncope*, Monſpl. 1735. 4.

JOH. TIMM *anmerkungen in eröfnungen der Körper*, Brem. 1735. 8. Viginti obſervationes & una, inter quas pericardii adhæſio, &c.

ANDREÆ OTTOMARI GOELICKE *Inſtitutiones medicæ*, 1735. 4. Syſtema integrum cum collegio caſuali. Contra mechanicos pugnat. EJUSDEM variæ diſputationes huc faciunt, ut *obſſ. cliniea circa febrim veſicularem*, Francof. ad Viadr. 1732. 4. EJ. *de morbo ructuoſo* HIPP. 1734. 4. EJ. diſſ. *de febre catarrhali maligna petechizante nunc epidemice graſſante* 1741. 4. Denique *Acta Francofurtenſia* varias obſervationes & hiſtorias continent. Multas etiam eriſticas diſputationes edidit, quas omitto.

ANDREÆ OTTOMARI GOELICKE eſt etiam *de lue contagioſa bovillum genus nunc depopulante*.

CHRISTOPH. MART. BURCHARD *de ſcorbuto maris Balthici accolis non endemio*, Roſtoch. 1735. 4. EJ. *de affectibus ſpaſmodicis frequentius recurrentibus* 1738. 4.

SIMON. PAUL. HILSCHER *de calculo renum*, Jen. 1734. cum analyſi chemica. EJ. *de morbo caſtrenſi epidemico qui a vere 1734. ad annum 1735. in caſtris ad Rhenum & in vicinia graſſatus eſt*, Jen. 1736. 4. EJ. *progr. an in variolis viſcera puſtulis contaminentur*. Jen. 1738. 4. EJ. *de febribus malignis in agro Roemhiltenſi anno 1741. graſſatis*, Jen. 1741. 4. EJ. programma *de ſcelotyrbe memorabili caſu illuſtrata* 1747. 4.

RICH. REYNELL *de catalepſi ſchediaſma cum hiſtoria mulieris catalepticæ*, Londin. 1736. 4. parvi momenti.

FRANCISCI BALTHASAR von LINDERN *venus ſpiegel. oder beſchreibung der meiſten venus krankheiten*, Strasburgi 1736. 8. EJ. *mediciniſcher haubt ſchlüſſel aller und jeder krankheiten des menſchlichen leibes*, Strasburgi 1739. 8.

Hoc anno Genevæ prodiit editio SYDENHAMIANORUM operum, cum quibus magna vis conſtitutionum epidemicarum recuſa eſt, utili inſtituto. Inter eas plurimæ ſumtæ ſunt ex EPHEMERIDIBUS NATURÆ CURIOSORUM, aliæ ex aliis fontibus. Hic etiam RICHÆ conſtitutiones repetitæ habentur & varia ex LANZONO, RAMAZZINO.

CAROLI MAZUCHELLI *notizie pratiche intorno all' Epidemie degli animali bovini*, Mediolani 1736. 4.

BOUILLET *mémoire où l'on donne une idée générale de quelques maladies qui regnent à Beziers & que l'on appelle le Coup de Vent*, Beziers 1736. 4. catarrhus epidemicus. EJUSDEM *plan d'une hiſtoire générale des maladies*, Beziers 1737. 4. Promittit ſeptem volumina & uſurum ſe fatetur Manuſcriptis D. CHIRAC, & CHATELAIN, ſecuturum ordinem peculiarem, ut v. g. conjunctos proponat morbos virginum. EJ. *élémens de la médicine pratique*, Beziers 1744. 4. Varia ſunt, non cohærentia. Epidemiæ Biterrenſes. Regulæ ex HIPPOCRATE excerptæ. JAMES contra rabiem caninam: De fungorum noxis; alia practica utique pauca propria. EJ. *ſuite des élémens de la médicine pratique*, Beziers 1746. 4. Varia continet: diſſertationem de aſthmate: aliam de peſte, quam negat eſſe contagioſam; aliam de curatione febrium acutarum HIPPOCRATICA; denique conſtitutiones epidemicas Biterrenſes annorum 1743. 1744. & 1745. & morbi acuti LUDOVICI XV. hiſtoriam.

BER-

BERGEROU *ſur l'hydropiſie de la poitrine*, Pariſ. 1736. 12. Deſcribit hydropem in duplicis pleuræ intervallo, & totum morbum exponit.

VVILLIAM DOUGLAS *practical hiſtory of an epidemical feaver vvith an angina ulcuſculoſa*, Boſton (in nova Anglia) 1736. 8.

H. HENRICI *kurzer begriff und betrachtung des menſchlichen körpers in ſeinem geſunden und kränklichen zuſtande*, Zerbſt 1736. 8. Eſt pathologia & ſemeiotica. Multa ad BOERHAAVII mentem. Codex cæterum prælectionum auctoris eſt, quem poſt ejus mortem anonymus edidit.

JOH. MITTEMAYER *zuverläſſige gedanken von der vvahren exiſtenz natur und beſchaffenheit der polyporum*, Dreſden 1736. 4.

JOS. VVEITBRECHT *de febrili conſtitutione Petropolitana ann.* 1734. 1735. Regiomont. 1736. 4.

FRANC. JOS. MOLITOR *de febre continua maligna & intermittente tertiana utraque ad Rhenum ann.* 1734. *&* 1735. *epidemica caſtrenſi*, Heidelberg 1736. 4.

J. FRANC. RAUCH *de anomaliis menſium cum annexis binis caſibus rariſſimis*, Vienn. 1736. 4.

PHIL. AD. BOEHMER *de præcavenda polyporum generatione*, Hall. 1736. 4.

J. GOTTFR. SALZMANN *hiſtoria purpuræ miliaris albæ Argentoratum & viciniam ante triennium infeſtante*, Argentor. 1736. 4.

A. KLOEKHOF *de frigidis nervoſi ſyſtematis inimicis*, Leid. 1736. 4.

J. NELSON *de diabete*, Leid. 1736. 4.

HENR. MEUDER *lettre à Mr. GARELLI ſur les fièvres* 1736. 8.

JOH. CHRIST. KUNDMANN *rariora artis & naturæ*, Uratislav. 1737. fol. Pars poſterior operis medici eſt & practicas obſervationes quam plurimas & emortuales faſtos, & hiſtoriam peſtis continet, quæ ſub initium ſeculi floruit, STAHLII de ſecta eſt.

ANDREÆ PASTA *de motu ſanguinis poſt mortem & de polypo cordis*, Bergami 1737. 4. Polypos vix admittit, qui a morte gignantur. Eam ſententiam etiam in Ep. ad RONCALLUM defendit, quæ cum EJUS hiſtoria morborum prodiit. EJUSDEM *diſcorſo medico chirurgico intorno al fluſſo di ſangue dall' utero delle donne gravide*, Bergami 1748. 8. Non extrahendum ob ea mala fetum, ſed quietem, venæ ſectionem, & alia, quæ ſanguinis impetum minuant, adhibenda ſuadet.

JOH. ARMSTRONG *a ſynopſis of the hiſtory and the cure of venereal diſeaſes*, Lond. 1737. 8. Compendium eſt eorum, quæ de is morbis ſcripta exſtant, non ſine laude etiam ASTRUCII.

CHARLES FONTENELLE (médecin de Poitiers) *ſur une fille de Grenoble, qui ne boit ni ne mange depuis quatre ans*, Poitiers 1737. 4.

J. G. H. CRANER *epiſtola de ſcorbuto*, Norimberg. 1737. 4. De ſcorbuto caſtrenſi Hungarico, a febribus male ſanatis, infarctu viſcerum lieniſque orto.

PAULI VALCARENGHI *medicina rationalis conſtitutionem epidemicam annor.* 1734. 1735. 1736. *in Cremonenſi civitate complectens*, Cremon. 1737. 4. Morborum epidemicorum ſingulares hiſtorias & curationes refert: de cortice fuſe agit. EJUSDEM *continuatio epidemicarum conſtitutionum Cremonenſium annor.* 1737. 1738. 1739. *&* 1740. *& morbis hepatis*, Cremon. 1742. 4. Deſcribit inflammationes & ulcera hepatis, &c.

PAULI VALCARENGHI *continuatio*, &c. Cremonæ jam anno 1737. etiam excuſa eſt. EJUSDEM eſt *de ſaxis ferreis vitrique fruſtis per vomitum rejectis*, Cremonæ 1746. 4. cui ANDREAS FROMOND celato nomine oppoſuit in diſſertatione *de ſaxis acubuſque ferreis epiſtolam*. Incredibilem hiſtoriam eſſe monet. Prodiit Brixiæ 1749. 4.

J. GER. VVAGNER medici Lubecenſis, celebris viri, *obſſ. clinicæ de febre acuta in tractu Germaniæ balthico & præſertim Lubecæ obſervatæ*, &c. 1737. 4. EIUSDEM *de nutu naturæ medendi methodo in malignis*, Hamburg. 1744. 4. Commendat emetica in principio.

CHRIST. PHIL. GLASS *de inflammatione oſſium*, Hall. 1737. diſp. Inflammationem non in ſola ſtaſi, ſed in motu concitatiore poni fuſe demonſtrat.

DANIEL HOFMANN *de aëre microcroſmi factitio*, Tubing. 1737. diſp.

JOHN DOUGLAS (magni JACOBI fratris) *diſſertation on the venereal diſeaſe*, Lond. 1737. 8. & *Part the* II. & III. omnes eodem anno. Practica quidem inprimis, ut laudet hydrargy-

drargyrum ita datum, ut una ope catharticorum impediatur, ne erumpat in ſalivationem.

J. PHIL. METZ *obſ. rara de diabete*, Baſil. 1737. d.

J. FRIDER CRELLII *obſervationes in partibus morbidis factas ad illuſtrandam corporis ſani œconomiam non eſſe temere applicandas*, Progr. VVittemb. 1737. 4. EJ. *tumor fundo uteri externe adhærens*, VVittemberg. 1739. 4. EJ. *de arteria coronaria cordis inſtar oſſis indurata*, VVittemb. 1740. EJ. *de viſcerum nexubus inſolitis*, Helmſtatt. 1743. utiles diſp.

J. FRID CRELLIO adde programma anno 1742. editum cum obſervationibus morboſis.

CHRISTIAN AREND SCHERER *de calculis ex ductu ſalivali excretis*, Argentor. 1737. 4.

PHIL. CONR. FABRICIUS *de ægro epilepſia ſaltatoria laborante*, Gieſſ. 1737. 4. EJUSDEM *ſciagraphia agri Butisbacenſis*, VVetzlar 1746. 8. Habet morbos endemios urbis patriæ & obſervationes practicas. EJ. programma 1749. Helmſtadii editum continet morborum obſervationes.

PHIL. CONR. FABRICII etiam ſunt *obſervationes circa conſtitutionem epidemicam anno 1750. adnotatæ*, Helmſtad. 1750. 4. cum deſcriptione variolarum. EJ. diſſertatio *de paralyſi brachii unius & pedis alterius e dyſenteriis familiari*, ibid. eodem anno. EJ. *programma* eodem anno de tumore meſenterii maximo.

JOSEPHI ANTONII PUJATI *decas rariorum obſervationum medicarum*, Venet. 1737. 4. * EJ. *de morbo Naroniano tractatus*, Feltri 1747. 4. Deſcriptio febris malignæ, cum ſtupore capitis, quæ Naronii quotannis epidemice graſſatur. Cæterum multo plura hoc egregio libro continentur, de morbis paluſtribus in genere, quos viſcido aëri tribuit etiam per experimenta in effluviis aquæ paluſtris adferto: tum ad pathologiam morbi, ad curationem per calida ſudorifera abſolvendam: ad parotides de quibus fuſe agit, & in HIPPOCRATIS pluſcula præſagia commentatur, denique de morbis Feltrinis Naroniano ſimilibus. Multa phyſiologica perutilia intercedunt.

JOSEPHI ANTONII PUJATI *decadem rariorum obſervationum medicarum* nunc legi, quæ minime vulgare opus eſt. Obſervationes non decem ſed multo plures ſunt, & in uno titulo numeroſæ continentur. Sunt autem de polypis ventriculi per anum exeuntibus, de gonorrhœæ metaſtaſi ad pulmones, de iſchuria veſicali, lumbagine rheumatica habita pro morbo dæmoniaco, ſectione phthiſici, pleuritide verminoſa, &c.

CHRIST. PHIL. BERGER in ſuis *explicationibus eventuum naturalium*, Lemgov. 1737. 8. Vampyros epidemicum unice morbum eſſe oſtendit.

J. CAR. LUBIENEC de LUBIENECKI *de febre maligna epidemica*, Poſnan. 1737. 8. *

FR. JOS. de OVERLAMP *ſyſtema*, Norimb. 1737. 8. editum pathologiam etiam continet.

J. CHRISTOPH. POHLIUS *de proſtatis calculo affectis*, Lipſ. 1737. bona diſp. EJ. *de tumoribus cyſticis feliciter maleque curatis*, Lipſ. 1738. 4. EJUSDEM *de hydrope ſaccato in hydatidibus*, Lipſ. 1747. 4. Ulcus celluloſæ diaphragmatis deſcribit, in quo maxima vis hydatidum. De cauſa hujus morbi agit.

JAQUES EMILIEN CAMUSET *Traité des fièvres malignes peſtilentielles qui ont graſſé à Varſovie & en Pologne depuis Février 1737. juſqu'en Septembre de la même année*, Dreſden 1728.8.

J. HARTMANNI DEGNERI *hiſtoria medica de dyſenteria bilioſa contagioſa, quæ ann. 1736. Neomagi & in vicinis pagis epidemice graſſata eſt. Accedit relatio de morte per mercurium ſublimatum in emplaſtro adplicatum*, Trajecti 1738. 8. Contagioſum malum fuiſſe oſtendit, non ſine carbonibus, ſæpe in gangrænam abiiſſe, natum cauſa incerta, quam in anni æſtate aut diæta non reperias. Theoriam proponit, venenum fuiſſe pene arſenicalis indolis, in quam ipſa bilis tranſiverit, quæ corrupta & putreſcens ventriculum & inteſtina lancinaverit. Signa, prognoſes, curationem, per ypecacoanham, rheum, ſimaroubam, caſcarillam exponit. Ediderat anno 1717. 4. diſp. *de notabili caſu febris petechialis cum cholerico cauſoiden complicatæ*, Ultraj. 1717. 4.

Traité de la communication des maladies & des paſſions, La Haye 1738. 8. In phyſiologicis aliqua de hoc opuſculo diximus. Morbos fere omnes a lacte corrupto explicat, ſive corporis ſive animi. Hinc non a matre ſed a vacca pueros ali debere, libera animi affectibus. In tenſione fibrarum vitiata pleroſque morbos ponit.

JOH. HUMMEL *de arthritide tam tartarea quam ſcorbutica*, Budingæ 1738. 8. STAHLII ſectam ſequitur. Podagram a ſpiſſitate deducit, acida pro curatione laudat, fabuloſam de Noſtoch hiſtoriam adfert, &c.

THEO-

THEODORI van ZELST *de podagra & dolore colico, ſpaſmodico ſimili ſex annis durante ſubito in podagram mutato & curato*, Amſtelod. 1738. 8. Ad colicam Pictonum.

MEYER *de morbis endemiis*, Leid. 1738. 4.

Medici circa ſylvas Hercynias habitantis (CHRISTOPH. CONRADI) SICELII *Decades caſuum clinico-medicorum* I. & II. Northuſæ 1738. 1739. 8. quarum decadum, quæ VII. ſunt, conjuncta editio prodiit 1744. 8. EJUSDEM *exercitationes praxeos caſualis clinicæ medicæ* 1748. 8. quæ & ipſæ 73. hiſtorias morborum continent. IDEM jam anno 1722. Halæ ediderat *ſchediaſma de cauſis febrium præſertim intermittentium his annis enormiter graſſantium* 4.

J. G. GUNZ *de derivatione puris in bronchia*, Lipſ. 1738. diſp.

CHRISTIAN. ANDR. KOCH *de affectu rariſſimo ab* H. BOERHAAVE *ſanato*, Leid. 1738. 4. veſicæ nempe internæ membranæ ſecedentis.

GOTTLOB CARL SPRINGSFELD *de partium coaleſcentia morboſa*, Lipſ. 1738. diſp.

BROVVNE LANGRISH *modern theory and practice of Phyſic*, Londin. 1738. 8. In naturas morborum inquiſivit per experimenta. Sanguinis in febre degenerationem alcalicam, & cohæſivam, & urinæ ſimilem alcaleſcentiam per analyſin chemicam oſtendit: In febribus intermittentibus pulſum tardiorem obſervavit. Egregius Liber. EJ. *phyſical experiments upon brutes*, Lond. 1746. 8. Aquæ lauroceraſi & fumi ſulfuris vim venenatam in canibus exploravit; ab illa ſanguinem floridiorem fieri & pulſum augeri vidit, fumum innocuum eſſe expertus eſt.

J. JAC. RITTER diſp. de falſa aſitia CRAZERIÆ, Baſil. 1737. 4. Laudatur amici & olim diſcipuli diſp. in Trivultinis 1738. pag. 2199.

JOHN BURTON *a treatiſe of nonnaturales*, Eboraci 1739. 8. De diætetico hoc ſcripto nuper gallice reddito alias dicetur. Multa autem omnino huc pertinent. Primo de morbis epidemicis fuſe agit, quos ad aëris externas in calore, frigore ventiſque mutationes refert, & illuſtrat ex HIPPOCRATE, SYDENHAMO & VVINTRINGHAMIO, quorum obſervationes epidemiarum huc adplicat, ſingularum cauſas in ſtatu præcedente aëris reperit, & SYDENHAMUM refutat, negantem hanc aëris potentiam, nimius niſi fallor in eo ſtudio. Exhalationum etiam in aëre obvolitantium potentiam magni facit. BOERHAAVII cæterum adſecla. In ſubjuncto libello *of the Chincough* curationem tuſſis pertinacis puerorum proponit, per corticem, cantharides camphora correctas.

LUD. FRID. PELITZSCH *unterſuchung der eigenſchaften, urſachen und hülfs mitteln der arthritidis*, Leipzig 1739. 8.

JOACH. FRID. BOLTEN docti medici diſputatio *de tuſſis phthiſicæ incompeſcibilis vera cauſa*, Hall. 1739. 4.

GIOVANNI BATISTA MOREALI *delle febbri maligne e contagioſe nuovo ſiſtema teorico-pratico*, Mutin. 1739. 4. A vermibus morbos malignos & exanthematicos derivat, & mercurio credit ſanari.

G. F. CRENDAL Med. de l'hopital de Valence; *traité de quelques maladies de poitrine avec leur dignoſtic & prognoſtic*, Pariſ. 1739. 12. Morbos epidemicos deſcribit qui Valentiæ regnaverant. Catarrhos, ex vetere theoria, deſcendere a capite per nervorum involucra docet.

De CHAMPCORNU *traité des maladies vénériennes* cum pathologia chirurgica VERDUCI, Amſtelod. 1739. 8.

CHRIST. GOTTLOB SCHOLZ *de cauſis inundationum & noxiis earum circa ſanitatem corporis humani effectibus*, Erfurt. 1739. 4.

PAUL. GER. HENR. MOEHRING *hiſtoriæ medicinales*, Amſtelod. 1739. 8. Obſervationes practicæ ſeu hiſtoriæ morborum 33. cum erudita ſimilium caſuum comparatione. EJUSD. *de mytulorum quorumdam veneno*, Brunſvvic. 1742. 4. cum propriis & de horum & de aliis venenis obſervationibus. EJ. *entvvurf der in den Niederlanden befindlichen peſtilenzialiſchen vieh ſeuche*, Aurich. 1745. 4.

JOH. HUXHAM *obſ. de aëre & morbis epidemicis ab anno 1728. ad finem 1737. Plimuthi facta*, Londin. 1739. 8. Valde laudatur ab auctore *natural hiſtory af air and meteores* pag. XIV.

JOH. HUXHAM Libro citato accedit *opuſculum de colica Damnonienſi*. Hic auctor prores meteo-

meteorologicas obſervationes in *Tranſactionibus* dederat. Multum autem in morbis gignendis aëri tribuit, qui nimis elaſticus ſanguinis motum intendat, nimis remiſſus morbos malignos & febres intermittentes inducat. Frigido aëri inflammatorios morbos, imbribus anginas tribuit. Morbos cum variis aëris temperiebus diverſam curationem requirere cum SYDENHAMO docet. Dat ergo faſtos meteorologicos, & ad ſingulos menſes annoſque morbos epidemicos majoris momenti deſcribit. Genera morborum uno nomine male comprehendi monet, petechiaſque a ſanguine effuſo recte deducit. Febrem catarrhalem epidemicam anno 1737. de lento nervoſo genere deſcribit, tum colicam Pictonum a fructuum hortorum abuſu. EJ. *eſſay on fevers*, Lond. 1750. 8.

CAR. PHILIPPI GESNER *de divino* HIPPOCRATIS Gotting. 1739. 4.

J. G. SCHERB *de calculo in receptaculo chyli hydropis cauſa*, Leid. 1739. 4.

DANIEL VVILHELM TRILLER *ſuccincta commentatio de pleuritide ejuſque curatione*, Francofurt. 1740. 8. Eruditiſſima morbi deſcriptio, ſubjectis ex CELSO & AURELIANO capitibus de pleuriticis, notis illuſtratis, & decem hiſtoriis. Curationem veram antiphlogiſticam doctiſſime confirmavit.

Diſſertationes duæ de febribus una, altera de ſucco nerveo, Rom. 1740. 8. STAHLII ad modum febrem animæ tribuit.

DANIEL VVILHEM TRILLER bonam diſputationem etiam edidit *de fame lethali ex calloſa ventriculi anguſtia*, VVittemb. 1750.

J. FRID. RUBEL *pathologia & therapia* P. I. II. III. IV. Norimb. 1739. & 1740. 8.

MORANDO MORANDI *de febribus tertianis pernicioſis commentatio*, Mutin. 1740. Duo, ut credit, nova genera horum malorum deſcripſit. EJ. *prima decade di lettere familiari contenenti gli errori nella pratica fatti*, Mutin. 1748. 4. continet differentias doloris nephritici & colici, & Tr. de aſthmate hypochondriaco.

ERNEST. EPHRAIM EBERT *de cauſis frequentioris proventus polyporum*, Francof. ad Viadr. 1740.

JOH. JAC. VVOYT *abhandlung aller innerlichen Krankheiten*, Lipſ. 1740. 4.

JOH. JAC. VVOYT primum prodiit Lipſ. 1735. 4.

In ACTIS SUECICIS utiles morborum deſcriptiones habentur, tuſſis convulſivæ a STRANDBERGIO ſcripta, morbi epidemici ab ILL. ROSENIO, dyſenteriæ Helſingicæ, &c.

GOTTVVALD SCHUSTER *de infante recens nato hydrocephalico*, Chemnitz 1740. 4. EJ. *Morbus boum* E. N. C. vol. VIII.

JAC. HENRI. CHRISTIAN ADAMI *de materia calcaria poſt arthritidem per vias urinarias educta*, Lubec. 1740. 4. Obſervationem adfert.

RICHARD HOLLAND *a ſhort vievv of the nature and cure of ſmallpox*, Lond. 1740. vel 1741. 8.

MILCOLUMBI FLEMYNG *neuropathia*, Eborac. 1740. 8. Amſtelod. 1741. 8. Carmen de morbo hypochondriaco, ventriculi & Syſtematis nervoſi debilitate.

THOM. THOMSON *hiſtorical, critical and practical treatiſe on gout*, Londin. 1740. 8. Eſſe morbum inflammatorium articulationum a ſanguine ortum, & curationem refrigerantem perinde requirere.

J. CURVI SEMMEDI *Obſervationes ægritudinum*, Ulyſſipone 1740. fol.

CAJETANI TACCONI *de variis hepatis adfectibus*, Bonon. 1740. 4. Egregius labor, quo calculi veſicæ felleæ, dilatationes miræ vaſorum bilis & ulcera deſcribuntur. Recuſus eſt in *Memorie de' Valentuomini*, quæ Lucæ prodeunt.

In VVILH. BECKET *obſſ. chirurgicis*, quæ hoc anno Londini prodierunt in 8. varii etiam interni morbi ex cadaveribus deſcribuntur. IDEM contendit ante Indiam detectam luem veneream in Europa fuiſſe. Sed obſervat ASTRUCIUS eum uti teſtimoniis jam a SLOANEO in itinere Jamaicenſi prolatis.

GOD. NEIGEFIND *de noxiis effectibus frigoris in corpus humanum*, Erfurt. 1740. 4.

J. CHRISTIAN THEMEL *ſaccus ſanguine repletus hydropem aſciten referens*, Chemnitz 1740. 4.

HERMAN PAUL JUCH *pathologia & therapia*, Erfurt. 1740. 4. EJ. *de febre catarrhali epidemica cum tuſſi & coryza complicata menſibus vernalibus anni præteriti in pluribus Germaniæ provinciis graſſante*, Erfurt. 1743. 4.

JAC. HOFER *de terrore p. n. orto a nimia nervorum acuſticorum ſenſibilitate, ſubſequentibus miris & ſingularibus ſymptomatibus*, Baſil. 1740. 4.

J. CASP. SULZER *hiſtoria morborum quorumdam Helvetiæ indigenarum*, Argentor. 1740. 4.

J. FRIDERICI SCHREIBER *obſervationes & cogitata de peſte Ukrainiæ ann.* 1738. 1739. Petrop. 1740. 4. & auctius Berolin. 1744. 8. Perſpicaciſſimus auctor eadem, qua ANTONIUS DEIDIER comparatione uſus, peſtis bubonaceæ cum lue venerea analogiam ornavit, carbuncularia cum variolis addidit, curationes ex hac theoria proprias oppoſuit, obſervationes in poſteriori editione adjecit.

J. FRIDERICI SCHREIBER citatus Liber Petropoli iterum recuſus eſt 1750. 4.

A. VVARREN *treatiſe concerning the malignant feaver in Barbados*, Londin. 1740. 8.

VVARREN l. c. deſcribit febrem flavam, peſtis genus, cum ictero ſeu flavedine potius univerſali a ſanguine diſſoluto nata, celeriter cæterum per gangrænam univerſalem lethali. Memorabilis Liber.

J. BARKER *Obſervations on the preſent epidemic feaver*, Londin. 1741. 8. *An enquiry in to the cauſe of the preſent epidemical feaver*, Londin 1742. 8. * De febre miliari parum minaci, ſed maligna agit, cum pulſu vix mutato, ſed determinatione ad delirium & ſomnum, ut ex ipſa vero blanditia periculum augeretur.

FRANCISCI RONCALLI PAROLINI *diſſertationes quatuor*, Brixiæ 1740. De ægagropilis. De homine, qui per fraudem ſe fingebat invulnerabilem. Miram etiam hiſtoriam virginis recenſet, ſub cujus cute infinitæ acus latebant, & ſimiles in cadavere repertæ ſunt. EJ. *hiſtoriæ morborum obſervationibus aucta & clariſſimorum virorum obſervationibus illuſtrata*. Brix. 1741. fol. Hiſtoriæ ſunt omnino quinquaginta morborum, inter quos aliqui chirurgici, & aliquæ cadaverum ſectiones. Inter conſilia unum eſt MORGAGNI de luxatione complicata tibiæ. Inter epiſtolas eſt POZZIANA, quæ legi meretur, & de polypis cordis agit.

FRANCISCI RONCALLI PAROLINI eſt etiam *Europæ medicina*. A variis amicis, aut certe exteris medicis, hiſtoriam morborum epidemicorum collegit, in Italia inprimis.

PIERRE GUISARD *eſſay ſur les maladies vénériennes*, La Haye 1740. 8. vel potius Monſpelii, Pariſ. 1743. 8. Practicus potius quam theoreticus.

J. HENR. HEBENSTREIT *pathologia metrica*, Lipſ. 1740. 8. Magni certe laboris carmen, & variis floſculis adſperſum. EJUSDEM *de pulſu inæquali*, Lipſ. 1741. EJ. *de morbis a pervigiliis* diſp. Lipſ. 1740. 4.

AMOS. LAMBRECHTS *verhandeling van de ophthalmia*, Amſtelodi 1741. 8.

J. LUC. ELTZMANN *de febribus intermittentibus continuatis*, Sylvæduc. 1741. 8. *

J. GOTTLIEB LEIDENFROST *de motibus corporis humani qui fiunt in proportione humorum, præſertim criſibus & febribus*, Hall. 1741. 4.

FRID. LEBERECHT PITSCHEL *de hydrocephalo interno*, Lipſ. 1741. 4. bona diſputatio.

Eruditi viri J. GODOFR. BRENDEL collegæ noſtri multæ exſtant diſputationes practicæ bonæ notæ. Citabo paucas: *obſervationum medicinalium faſciculus*, Gott. 1741. 4. *de morbis ex hæmorrhoidibus interceptis*. 1741. *purpura retrograda ſoluta per ulcus veſicatorii* 1743. 4. *de mola oſſea* HANCOPH 1746. *de tympanitide*, *de catarrho ſuffocativo*, eodem anno: *de ſpiſſitudine ſanguinis in morbis temere accuſata* 1747. *de febrium partitione* eodem anno.

PET. MAGNOL *de humorum craſſitudine & obſtructione in genere*, Monſpel. 1741. 8.

NICOLO' CIRILLO *conſulti medici*, Venet. 1741. 4. vol. 1. Poſthumum opus, cum auctor anno 1735. obierit. Cæterum a multis inſigniter laudatur & nuper in *Journal des Savans d'Italie* T. III.

C. AUG. a BERGEN *de inflammatione ſanguinea ex principiis anatomicis deducta*, Francof. ad Viadr. 1741. EJ. *de morbo epidemico ſpaſmodico, convulſivo, contagii experte*, ibid. 1742. 4. EJUSD. diſp. *de ſpina ventoſa*, Francof. ad Viadr. 1746. utiles diſpp.

GEORG. VAGHI *de infectorum in corpore humano genitorum forma varia & indole*, VVittemb. 1741.

ERNST ENDTERS *ausführlicher bericht von denen ſchmerzlichen glieder Krankheiten podagra, chiragra, malo iſchiadico*, Francofurt 1741. 8.

PHIL. MAXIMILIANI DILTHEY *obſervationes anatomico-phyſicæ medicæ variores*, Herborn 1742. 8. Undecim ſunt obſervationes, rariorum morborum, aut ſectionum legalium.

PIERRE

PIERRE BRESCOU *Traité de l'épilepſie*, Beucaire 1742. 12. Theoriam fuſe proponit. Laudat tincturam florum gallii, radicem pæoniæ, flores tiliæ & lilii convallium, &c. Agyrtæ cæterum proprior. EJUSDEM *Traité du Scorbut*, Pariſ. 1743. 12.

THOMÆ GLASS *commentarii* XII. *de febribus ad* HIPPOCRATIS *diſciplinam accommodati*, Londin. 1742. 8. Amſtelod. 1743. 8.

PEHR HAMNERIN *röd ſoten til des atskilnad igenkännande och hür ſtammend och grundlich botande beskrifvven*, Stokholm 1742. 8. Dyſenteriam deſcribit, quæ per aliquot annos in VVermelandia ſævierat: Cauſam morbi invenit in annonæ difficultate, hinc in putrefactis & immaturis cerealibus; pane corticeo, & eſu ſeminis lini, & putredine per aerem obvolitante. Hiſtoriam morbi diligenter tradit. Uſus eſt in principio rheo, tum aqua menthæ fortiſſima, eſſentia caſcarillæ, & laudano liquido, doloribus vero jam fractis pulvere adſtringente ex tormentilla, catechu. Hiſtorias ægrorum ſubjicit.

ERNST HENR. VVEDEL *de morbis concionatorum*, Jen. 1742. 4. editio 3.

Animadverſions on DOUGL. *diſſertationes on the gout*, Lond. 1742. 8. *

ABRAHAMI TITSING *Cypria tot ſchrik van haare bondsgenoten*, Amſtelod. 1742. 4. Verboſiſſimus de lue venerea Liber. Morbum antiquum facit, &c.

ERNST VVAHRSAGER'S *anmerkungen uber* RUBEL'S *obſervationes vom Frieſel und deſſen cur*, Freyburg. 1742. 8. *

VVILHELM HENRICH AUGUST STROEHLEIN *de calculis bilariis*, Jen. 1742. 4. Præſide TEICHMEYERO. Experimenta adfert.

J. ANDREÆ VVISLIZEN *lapides bilioſo lymphatici per metaſtaſin febris catarrhalis exorti ac per abdomen exulceratum excluſi*, Lipſ. 1742. 8. Obſervatio memorabilis cum PETITI in Academiæ Chirurgorum documentis egregie convenit.

CAROLI GIANELLA *de ſucceſſione morbor.* L. III. Patav. 1742. 8. Morbos animi, aut inde ortos, tunc morbos ex morbis corporeis ortos, ratione vicinitatis, officii, conſenſus, metaſtaſeos diligenter tradit, & cum ſua laude.

DE CAROLO GIANELLA hic dicto vide annum 1732. in *addendis*.

J. JAC. HOFMEYER *ſendſchreiben von deſ in hieſiger gegend an vielen perſonen gefundenen krübel oder Krümmen und ſchvveren noth krankheit*, Berlin 1742. 4.

The ladies phyſical directory or a treatiſe of all the vveakneſſes and diſeaſes, particular to the female ſex, from eleven years to fifty and upvvards, &c. and of barreneſſ, impotency, ſeminal vveakneſſes of men, Lond. 1742. 8. Hæc octava editio eſt, priores ignoro.

Liber, quem ſub titulo *The ladies phyſical directory*, &c. citavimus, exigui momenti eſt.

ANDR. HOFFART *conſideratio variolarum Uratislaviæ anno.* 1740. *epidemice graſſantium*, Uratislav. 1742. 4.

GIOVANNI MARIA PIGATTI *iſtoria d' un ſonnambulo*, Venet. 1743. 8. Eadem hiſtoria eſt, quam in opuſculis ſcientificis propoſuit Marchio REGHILLINI, hominis nempe, qui per ſomnum variis & difficilibus atque plenis ratiocinio officiis vitæ humanæ, ſolo tamen tactu, abſque alterius ſenſus, ne guſtus quidem, ope ſolebat defungi.

DALE INGRAM *eſſay on the cauſe and ſeat of the gout*, Reading 1743. 8. Oleum celluloſum & Haverſianum inſpiſſatum pro cauſa mali habet, coagulari vero a vino acido & ſalibus acribus: laudat motum, balnea, cauteria, inter gaſtrocnemios inprimis.

Obſervations ſur les différentes eſpèces de fièvre qui ont regné en Franche-Comté, Pariſ. 1743. 8. Febrium epidemicarum & malignarum hiſtoria, quæ per pluſculos annos in Burgundia minori ſævierant.

Méthode pour traiter les maladies qui regnent ſous le nom de rhume, Grenoble 1743. 8.

CORNELII TRIOEN *obſervationum medico chirurgicarum faſciculus*, Leid. 1743. 4. Ad ulcera oſſium, partus abortivos & corruptos, volvulum, ſuppreſſionem urinæ, hæmorrhagiam uteri, ſpinam ventoſam, &c. pulchras obſervationes profert.

ADRIANI van ROYEN *de hiſtoria morbi primo & perpetuo therapiæ fundamento*, Leid. 1743. 4.

HENR. FRID. DELII *de conſenſu pectoris cum imo ventre*, Hall. 1743. 4. EJUSDEM *amœnitatum medicarum circa caſus non vulgares Decades* V. quarum prima anno. 1745. ultima anno. 1748. Quedlinburgi prodiit in 8. Non paucas rariorum morborum & obſervationes & curationes deſcribit.

CHRISTIAN VVENKER *de virgine per 27. annos ventriculum perforatum gerente*, Argentor. 1743. bona diſputatio.

A letter expoſing the miſtaken caſe of the ſmallpox, Londin. 1743. 8. *

R. GOODVVIN *account of the plague*, Lond. 1743. 8. *

JOHN CURRY *Eſſay on ordinary feavers*, Lond. 1743. 8. *

GEORG. CHRISTOPHOR. PAPPELBAUM *de febre maligna per gangranam pedis critice ſoluta*, Gotting. 1743. 4. bona obſervatio viri multa experti.

SAMUEL ERNST *de tænia ſecunda* PLATERI, Baſil. 1743. 4. utilis diſp.

PAUL. VVILH. SCHMIDT *hiſtoria hydropici paracenteſi plus quam* 40. *inſtituta recidivam paſſi*, Gedan. 1743. 4.

J. ANT. JOSEPH. SCRINCI *de genuina notitia febrium malignarum præſertim exanthematicarum in genere & de febre caſtrenſi maligna Gallorum, quæ cum ingenti eorum ſtrage per totum regnum Bohemiæ graſſabatur*, Prag. 1743. 4.

J. H. TRALLES *plurimorum morborum rationem ex inſpiratione ſeri excernendi deducendam docet*, Hall. 1743. 4.

ERNESTI JEREMIÆ NEIGEFIND *de generatione caloris*, Lipſ. 1744. diſp.

GEORG. AUG. LANGGUTH *de polypo infantis rachitici*, VVittemberg. 1744. Defendit polypos.

J. VVOLFG. FRID. BOENNEKE *biga caſuum medicorum ἀπὸ τῆς μανίας νοσομάδεος* VVertheim 1744. 4. ſanguinem aſini pro antidoto maniæ habet.

Obſervations ſur la maladie contagieuſe qui règne en Franche-Comté parmi les bœufs & les vaches, Beſançon 1744. 4. Pro morbo acuto curari venæ ſectione ſuadet.

J. LUD. CHRISTOPH. BERINGER *de lumbricis in duplicatura omenti repertis*, VVürtzburg. 1744. diſp.

Traité des cauſes, des accidens & de la cure de la peſte avec un recueil d'obſervations & un détail circonſtancié des précautions, qu'on a priſes pour ſubvenir aux beſoins des peuples affligés de cette maladie ou pour la prévenir dans les lieux qui en ſont menacés, Pariſ. 1744. Collectio regio juſſu facta, dirigente operam, ut videtur, CL. CHICOINEAU. Continentur autem hoc volumine fere omnia ſcripta quæ occaſione peſtis Maſſilienſis citavimus. 1. *Idée générale de la peſte*, ubi narratur peſtis ortus ex Sidonia nave, & propagatio per hominem ſceleratum in provinciam Gevaudan. 2. *Extrait de la rélation de* M. CHICOINEAU *& mémoires remis à* M. DODART. Hiſtoria peſtis diverſi generis, mitiſſimæ, quæ fere abſque ſymptomate fuit aut periculis, hinc gravioris, peſſimæ. 3. Ex ASTRUCII libello aliqua. 4. *Réſponſe à diverſes objections, qu'on a faites contre la non contagion*. CHIRACI opus. Peſtem ante navem Sidoniam Maſſiliæ nonnullos peremiſſe adfirmat. 5. *Mémoires concernant la peſte: Conſultations faites ſur ce qu'il convient de faire par raport à la contagion*. Contra ſeparationem ægrotorum. *Extrait des mémoires & lettres des Commendans & Médecins des places attaquées*. Contra priorem, ægros ſeparari debere, in noſodochia publica transferri. 6. DEIDIER *obſervations ſur les cauſes de la peſte*, jam citatus. 6. M. B. *remarques ſur les obſervations de* M. DEIDIER. Bilem nihil peculiare pati, & omnes humores venæ animalis injectos nocere: Peſtem non fuiſſe Maſſiliæ ante navis adventum. Cadavera non inficere. 7. *Lettre de* M. EMERIC. Hiſtoria & curatio mali. 8. CHICOINEAU *rélation abrégée des accidens de la peſte de Marſeille avec le prognoſtic & la cure de la maladie*. Pariſ. 1720. 8. Aegrotos in tres claſſes diviſit, benignam, gravem, graviſſimam, ſingularum dat ſigna. Obſervat bono ordine reſtituto peſtem mitiorem factam eſſe. Paſſim calidis eſt uſus. 9. *Obſervations & réflexions propres à confirmer ce qui a été avancé par* MRS. CHICOINEAU, VERNY *&* SOULIER, Lugduni 1721. 12. jam excuſa. Hiſtoriæ ægrotorum, quos hi medici aut curaverunt, aut mortuos diſſecuerunt, utiles & ſingulares. 10. DEIDIER *diſcours*, &c. jam dictus. 11. *Lettres de Mrs. le* MOINE *&* BAILLY *envoyés par la Cour pour les maladies peſtilentielles du Gevaudan*. Eſſe a contagio. Sudorem profuiſſe. Hiſtoriam dant morbi. 12. *Obſervations de* M. BERTRAND *ſur la maladie contagieuſe de Marſeille*. Pro contagio. Sanguinem modo ſolutum fuiſſe, modo coactum fuiſſe qui facillime ſanarentur. Alios mortuos eſſe abſq; ſymptomate aut corruptione viſcerum. Sudores convenire, quos medicamentis non nimis calidis elicias. Curationem non omnibus eandem adhiberi poſſe. 13. *Obſervations pratiques de* M. COUZIER *traduites du lat.* Inutilitas pulveris bufonum experimentis confirmata. Prognoſes. Carbones partium corporis ſuperiorum funeſti. Vomitus malus.

Macu-

Maculæ peſſimæ. Venæ ſectio infelix. Sectiones cadaverum utiles. 14. *Remarques de Mr* STAHL *ſur la peſte*. 15. *Obſervations de Mr.* GEOFROI Chirurgien. Legi meretur ob curationem bubonum & carbonum. Carbuncolos plures eſſe meliores, unicum potius funeſtiorem. Bubones profundi, inviſibiles, lethales fuerunt. Parotides malæ. Glandulas tumentes ſolebat amputare. 16. *Tabula mortuorum*. In nonnullis urbibus $\frac{2}{1}$ & ultra delatæ, ut 1273. in 1960. & 8110. in 12000. 17. *Supplementum*. In iſto liber continetur D. DEIDIER de quo alias dictum eſt, tum minores libelli. *Copie de la rélation de Canourgue*, auctoribus BAILLY, LEMOINE, CHEVALIER & aliis. Multi abſque ſymptomate peribant. COUZIER Epiſtola de peſte Aletana cum obſervationibus. Secunda pars potius practici & politici argumenti eſt, quam pathologici, & continet cautelas varias, quibus ad peſtem ſupprimendam in locis infectis, & ad avertendam a locis integro adhuc aere fruentibus in Gallia & Hetruria uſi ſunt.

STEPHENSON *mechanical practice of phyſic*, Londin. 1744. fol. Morbos omnes oriri ab aere. Multa de materie electrica quam habet pro motu aeri & aetheri impreſſo.

De DAV. STEPHENSON vide in practicis.

J. GOTTLOB KRUGER *de diverſitate corporum, morborum & anatomia ſecundum regiones Europæ* Hall. 1744. 4. Ejusdem *pathologia*, Hall. 1749. 8. ſyſtema BOERAAVIANUM de cauſis morborum, & modo, quo morbos producunt, nitida dictione proponit.

J. GOTTLOB KRUGER edidit nunc etiam *pathologiam ſpecialem*, Hall. 1570. 8. Alia habet paſſim a BOERHAAVIANIS, ut intermittentium febrium periodos renaſcentes ad animæ memoriam, &c. Hypochondriacum malum fuſe deſcribit. Luem veneream a venere nimia credit oriri poſſe.

HENR. LUD. HARMES *de cauſis morborum & mortis maniaci*, Regiomont 1744. 4.

BURCHARD DAVID MAUCHARD *lumbrici teretis in ductu pancreatico reperti, nec non aliarum rerum p. n. in femina obſervatarum hiſtoria*, Tubing. 1738. 4. EJ. *de lue vaccarum* diſp. I. & II. Tubing. 1745. EJ. *de pulſu intermittente & crepitante*, ibid. 1748. utilis obſervatio polypi cum aneuryſmate aortæ. Diſputationes de morbis oculorum quas multas & egregias ſcripſit, eas quidem alibi laudabimus.

JOH. TENNENT *phyſical diſquiſitions demonſtrating the cauſe of the bloods morbid rarefaction and ſtagnation*, Lond. 1745. 8. Duæ cum dimidia diſquiſitiones prodierunt. Pleuropneumoniam Americanam epidemicam deſcribit, in qua ſanguis coaguletur, criſis naturæ per urinam fiat, curatio in adtenuando ſanguine ponatur. Morbum etiam huic adfinem alium ſubjicit. De febribus multa adfert, & curationem etiam magna ex parte in adtenuatione ponit, refrigerantia damnat, &c.

R. JAMES *treatiſe on gout ad rheumatiſm*, Londin. 1745. 8.

LORENZO GAETANO FABBRI *diſſ. intorno alla febre*, Firenz 1745. 4. EJ. *diſſ. de variolis*, Florentiæ 1746. 4. Variolarum ferociam perpetuo augeri vult: oriri ex malo alimento fetus, cujus cauſa in impuro ſanguine materno ſit, &c.

Lettre d'un Médicin de Paris (JEAN BAPTISTE CHOMEL) *à un Médecin de province ſur le maladies des beſtiaux*, Pariſ. 1745. 8. Inciſionum animalium hiſtorias habet, & ſpem curationis in ſetaceo helleborato ponit.

JEAN BAPTISTE CHOMEL edidit etiam *diſſertation ſur l'eſpece de mal de gorge gangréneux qui a regné parmi les enfants l' année derniere*, Pariſ. 1749. 12. Deſcribit eamdem illam Pædanchonem SEVERINI, quæ nunc maxime recrudeſcit, cum eſchara gangrænoſa in tota membrana pituitaria.

Réflexions ſur la maladie qui a commencé à attaquer le betail, Pariſ. 1745. 12. Collectio eſt olim incepta Genevæ, cum ſcriptis jam citatis NIGRISOLII, COGROSSI, tum aliis D. DROUIN, HERMANT & aliorum.

A. de HAEN *de colica pictonum* diſſ. Hag. Com. 1745. docte ſcripta.

A. de HAEN eſt etiam *hiſtoria anatomico-medica morbi incurabilis medicos paſſim fallentis*, Haag. 1744. 8. vomitus nempe perpetui & tumores abdominis ab omento craſſo facti, cum inteſtinis & ventriculo connati.

JOH. JUNKERI *inſtitutiones phyſiologica & pathologica quibus acceſſit hygieine & ſemeiologia*; Hall. 1745. 8. Compendii auctor fuit THEODORUS CHRISTOPHORUS URSINUS, qui quæſtionum & reſponſionum forma uſus eſt.

SIMOM MASON *the nature of intermittent feaver conſiderd*, Lond. 1745. 8.

BERN.

BERN. HECKLEY *enquiry into the nature of diabetes*, Lond. 1745. 8.

Account of the epidemical diſtempers amongſt the black cattle, Lond. 1745. 8. *

A letter to D. ROCK *in anſvver to his Epiſtle from a phyſician at Bath*, Lond. 1745. 8. *

ANDR. QUIR. RIVINI *notitia morborum*, Lipſ. & VVittemb. 1745. 12.

BARTH. LUD. HUCKEL *obſervationes medicæ ſelectæ*, Francof. 1745. 8. ægre tolerabiles.

J. ERNST. VVOYT *unterſuchung der graſſierenden vieh-ſeuche*, Hall. 1745. 8. *

J. ERN. VVREEDEN *unterſuchung der itz graſſierenden vieh ſeuche*, Hanov. 1745. 8. cum ſectionibus cadaverum.

GEORG. CHRISTOPH. BEAT. BREGM *de hydatidibus*, Erfort. 1745. diſp. Caſus ineſt hydatidum, per quæ per paracenteſin in homine hydropico adminiſtratam prodierunt, aliæque utiles hiſtoriæ.

RAUDOT *ſur la maladie épidémique des beſtiaux*, Dijon 1745. 8. Venet. 1747. Italice. Ventriculos tertium & quartum inflammatione tentatos, tum inteſtina: veſiculam fellis ſumme diſtentam, vaſa paſſim ſanguine turgida vidit. Diætam antiphlogiſticam & curationem febrium continuarum ſolitam malo oppoſuit.

ANTONII FIZES *de febre non humorali* diſſ. Monſpel. 1745. 8. EJ. *de febribus intermittentibus in genere*, Monſpel. 1746. 8.

Dialoghi d' un Romano e d' un Bologneſe ſopra la cura de' vajuoli e d' altre malattie ſecondo la pratica del D. LODOVICO VITI Venet. 1745. 8. Refrigerantem curationem variolarum laudant diſcipuli VITI. Ad finem deſcribitur catarrhus epidemicus cum febre & magnis ſymptomatibus, qui humido autumno ſucceſſit. Peruſiæ anno 1713.

Eſſai du médecine à l' uſage des pauvres gens de la campagne par M. VIGON. Pariſ. 1745. 12. In ſecunda parte continentur morborum deſcriptiones.

GAETANO ARMILLEI *conſulti medici di varj Profeſſori ſpiegati con le migliori dottrine moderne*, Venet. P. I. anno 143. P. II. ann. 1745. Multi morbi a præſtantiſſimis Italiæ medicis curati hic deſcribuntur. Appendicis loco adjecta eſt *Centuria conſultationum medicarum*, ibid. 1744. 4. Hæc pars mihi priori etiam præferenda videtur, quæ multa habet a L. TOZZIO & ab HOFMANNO aliqua, & eviſcerationes aliquas cadaverum.

ERNEST. ANTON. NICOLAI *de dolore*, Hall. 1745. EJUSDEM *bemühungen in dem theoretiſchen und practiſchen theil der arzeneyvviſſen ſchaft*, Hall. 1749. Ad hunc noſtrum finem pertinet recuſa diſſ. de dolore: theoria inflammationis, & obſtructionis. EJUSDEM *gedanken von der erzeugung der ſteine*, Hall. 1739. 8. De calculis veſicæ utriuſque eorumque cauſis, & medicamento Anglico.

FLAMINIO CORGHI *il medico in Mantova, ovvero qual metodo di medicare nelle paluſtri o nelle città montane convenga*, Mantuæ 1745. 4. Morbi Mantuæ endemii deſcribuntur, & in primis febris de lipyriæ genere. In altera parte curatio traditur.

Lettres ſur le pouvoir de l' imagination des femmes groſſes, Pariſ. 1745. 12. BLONDELLUM quidem, nimis rebus geſtis incredulum carpit: nihil tamen ab inorganico motu fingi poſſe fatetur, neque quidquam a matre ad determinatum aliquem artum in fetu fluere; Nævos autem naſci a nimio aut nimis tardo motu ſanguinis in aliquam partem fetus, tum a compreſſione ſpaſmodica muſculorum abdominis.

PORE'E *obſervations ſur les ſépultures dans les egliſes*, *Lettre* I. & II. Cadomi 1744. & 1745. Recte demonſtrat publicæ ſaluti repugnare ſepulchra in templis. EJUSDEM ſenſus eſt diſſertatio D. HAGUENOT in *actis Monſpelienſibus* 1746. prælecta.

RANBY *narratio of the late illneſſ of the earl of Oxford*, London. 1745. 8. Diuturnus morbus ab inflammata veſica, calculis intus inter rugas plena, in viro illuſtri deſcribitur, omnibus ſanis.

ABRAHAMI ENS *diſquiſitio anatomico-pathologica de morbo boum Oſterricenſium pro peſte non habendo*, Halberſtad. 1746. 4. Negat luem boum contagioſam eſſe, etiam experimentis adjectis.

FRID. BRANDHORST *hiſtoria febris caſtrenſis*, Leid. 1746.

J. DAN. SCHLICHTING *ſiphilidos mnemoſynum criticum*, Amſtelod. 1746. 8. Libri pars hiſtorica analoga eſt ASTRUCIANÆ, cum quo viro luem Americanam facit, & diverſas ejus periodos repetit. Deſcriptionem mali, quale in Belgio eſt, aphoriſticam dat, vene-

num

mum ſtimulans, ſed non acidum, neque in celluloſa poſitum facie, verum in mucoſis & lymphaticis partibus corporis ſedens. Omnia conjuncta ſymptomata deſcribit. EJ. *de angina*, Amſtelod 1733. 4. *

PETR. GERICKE *de variolis* anno 1746. *præſertim Helmſtadii graſſantibus obſſ. & monita*; Helmſtad. 1746. 4. EJUSD. etiam bona diſp. *de iſchuria* jam 1731. prodiit Helmſtadii.

ADOLPH. BERNH. VVINKLER *de lithiaſi*, Gotting. 1746. 4. Hiſtoria rari in aorta mor- bi cum multis collatis exemplis, & theoria modi, quo oſſa præter naturam naſcuntur.

G. HANNÆI *beſchreibung der viehſeuche die ſeit ann. 1745. in hiſigen gegenden graſſirt*, Hamburg. 1746. 8. Diligenter ſcriptum opuſculum, quo mali vis in ventriculi quarti in- flammatione & in univerſum in febre acuta ponitur adjectis experimentis.

ORAZIO TURRIANO *memoria iſtorica del contagio della città di Meſſina*, Neapoli 1746. 12. Peſtis Siculæ, quæ omnium noviſſima ſæviit, hic habetur deſcriptio & hiſtoria quæ cru- deliter Meſſinam depopulata eſt.

ROBERT VVILLAM *eſſay on the kings evil*, Lond. 1746. 8. *

JOHN ANDREE *caſes of epilepſy hyſterick fits and S. Vitus Dance vvith the cure*, Lond. 1746. 8. *

THOM. THOMSON *the caſe of* TH. VVINNINGTON, Lond. 1746. 8. *

BROCKLESBY *eſſay concerning the mortality of the horned cattle*, Londin. 1746. 8. *

PIERCE DODD *ſeveral caſes in phyſic*, Lond. 1746. 8. Variolarum inprimis deſcriptio- nem dat; iniquior inoculationi, tum febris malignæ caſtrenſis Hiſpanicæ.

P. FRINGS *treatiſe on frenzy*, Lond. 1746. 8.

L. *de morbis verminoſis*, Leid. 1746. Contra COULETUM, eſſe omnino unum animal.

ABRAHAM BAECK *Tal om nyttan ſom tilflytet lækerekonſten af en vvol in raettat lazaret*; Stokholm 1746. 8. Obſervationes ſuas adſperſit, in diſſectis corporibus factas: valvuli, hydropis pulmonis, &c.

J. FRANC. SCARDONA *aphoriſmi de cognoſcendis & curandis morbis uberrimis commentariis atque adnotationibus illuſtrati*, Patav. 1746. & 1747. 4. Morbos ſecundum tres ventres or- dinatos diſpoſuit, mechanica principia ſequitur deſertis veteribus.

JOH. FRANC. SCARDONA citatum Librum nunc legi. Opus nihil commune habet cum BOERHAAVIANO, practico modo ſcriptum, cum breve theoria. Non valde credit para- phrenitidem a diaphragmatis inflammatione oriri. Pleuram omnino etiam inflammari oſten- dit, & hepar vere inflammari.

JOSEPHI MOSCA *dell' aria e de' morbi dall' aria dipendenti*, Neapoli 1746. 8.

RICHARDI MANNINGHAM *the ſymptoms nature cauſes and cure of the febricula commonly called the nervous and hyſterical feaver*, Londin. 1746. & 1748. 8. Morbum hyſtericum fe- mininum multo graviorem eſſe credit & ſæpe lethalem: cauſam in viſciditate ſanguinis ponit, & ſpirituum decremento. Curationem ex theoria ſubjicit.

Mémoire ſur la goute, Nantes 1746. 12. & *dialogue ſur l' expérience des remèdes indiqués dans le mémoire ſur la goute*, ibid. 1747. 8. Podagram explicat ab impedita tranſpiratio- ne, hinc a convulſione ſpaſmodica partium affectarum. Roborare autem oportere viſcera, ut ea exſpiratio ad exteriores partes determinetur, &c.

LIEBICH *de morbis a munditie nimia*, Lipſ. 1746. diſp.

In J. HENRICI de HEUCHER *operibus omnibus*, Lipſ. 1745. & 1746. recuſis 4. varia huc pertinent. Progr. *de anatome practica*; *arthritis ægrotorum culpa inſanabilis*: *cautiones in cognoſcendo & curando hydrope*: *cautiones in cognoſcendo & curando ſcorbuto*: *Araneus homi- ni perniciòſus*: *Morbi ex nimio veneris uſu*: *Sitis immodica*: *Strumæ & ſcrophula*: *Errores circa cauſſa mortis ſubita*.

LACKMANN *vom viehſterben*, Kiel. 1746. 4. *

Sendſchreiben an Hern PRUCKMAN 1747. 4. Luem bubulam contagio carere defenditur.

JOH. GOTTLIEB BAUER *de molis inteſtinorum epiſtola ad* J. G. *de* HAHN. Dreſd. 1747. 4. Maſſarum fibroſarum membranoſarum adipe miſtarum per anum feceſſum deſcribit.

SIMONIS FRIDERICI LINEKOGEL *de febre intermittente in regione Andrea montana exule Ep. ad* ILL. J. A. de HUGO Gott. 1747. 4. Abeſſe eum morbum ab urbe ſua ob defectum paludum, &c.

CORNELII ALBERTI KLOEKHOF *opuſcula medica*, Ultraject. 1747. 8. Quinque diſſerta- tiones,

tiones, quarum prima accurate deſcribit morbum epidemicum petechialem, qui ann. 1741. ſæviit, methodum refrigerantem laudat, de corio inflammationis obſervationes habet. In alia diſſ. ſigna periculi in morbis acutis proponit. Quarta de criſibus eſt, de recidivis quinta. HIPPOCRATICUS & utilis auctor.

CARL. FRID. KALTSCHMID *de ileo a ſcrupulis pirorum meſpilaceorum eroſo & perforato*, Jen. 1747. diſp.

JOHANNIS OSTERDYCK SCHACHT *inſtitutiones medicinæ practicæ in epitomen redactæ*. Traj. 1747. 4. BOERHAAVIANUS eſt. Subjecta diſſertatio de morte naturali, & de utilitate nonnullorum morborum ad emendandam valetudinem.

JOHAN BARKER *eſſay on the agrement betvvixt ancient and modern phyſicians or a compariſon betvveen the practice of* HIPPOCRATES, GALEN, SYDENHAM *and* BOERHAAVE *in acute diſſeaſes*, Lond. 1747. 8. gallice, Amſtelod. 1749. 8. Quid natura ſit in morbis conatur exponere. HIPPOCRATIS morbos a noſtris non differre, neque clima adeo multum a noſtro abludere, hinc criſes naturaliter perinde ſequi. Morborum epidemicorum hiſtorias ita ſumendas eſſe, ut non HIPPOCRATIS ægri fuerint, quorum ibi mortes leguntur. Inter criſes HIPPOCRATEM ſudorem non neglexiſſe. De rheumatiſmo calido fuſe agit.

EDMUND LITTLETON *philoſophical conjectures on influences the probable origine of diſeaſes*, Lond. 1747. 8. Aeris corruptionem poſt diluvium epidemicos morbos producere, &c.

PINARD diſſ. *ſur la fievre miliaire maligne*, Rouen 1747. 8. Albæ ſpeciei deſcriptionem dat, qualis anno 1741. Rothomagi ſæviit, ejus cauſam in nervorum inflammatione quærit, cauſam frequentiæ in mutatis anni ætatibus.

FRANC. de PAULA COMBALUSIER *pneumatologia ſeu de flatulentis corporis affectibus*, 1747. 12. Tympanitidis ſedem & in inteſtinis & in abdomine invenit, cauſam ponit in æquilibrio inter aerem & motum periſtalticum interrupto; ex atonia, ſpaſmo, fermentatione. Tympanitem deſcribit abdominalem, &c.

LAURENTII GRUBER *de febre acuta epidemica exanthematico dyſenterica*, Baſil. 1747. diſp.

MATTHIÆ LANDOLT *de angina inflammatoria cum febre acuta*, Baſil. 1747. diſp.

J. F. CARTHEUSER *de ſubita habitus cutanei inflatione*, Franc. ad Viadr. 1747. diſp.

EJ. *de venenis & eorumdem differenti indole*.

ABRAHM NITSCHE *abhandlung des ſchaarboks vvie er ſch in der Ruſſiſchen armee gezeigt hat*, Petropol. 1747. 8. Multas ſpecies ſcorbuti conſtituit, & chronicum inprimis ab acuto ſeparat. Deinde lividum, lenticularem, rancidum, & muriaticum ſcorbutum per ſua ſigna deſcribit cauſaſque adjicit & curationem.

DAVID SAMUEL MADAI *abhandlung von den ſo genannten vvechſel ſiebern*. Hall. 1747. 8. STAHLII ſectam ſequitur, febreſque intermittentes habet pro conatu naturæ, quæ plethoram minuere, putredinem avertere ſtudet. Febris tertianæ ſedem in ventriculo & inteſtinis, febris quartanæ in hepate, liene, renibus & meſenterio ponit. Obſervationes ſuas paſſim interſpergit.

La peſte di Meſſina accaduta nell' anno 1748. Venet. 1746. 12. Hiſtoriam diri morbi deſcribit carmine.

A practical eſſay on thu tabes dorſalis, Londin. 1748. 8. Anonymi brevis & bono ordine ſcripta diſſertatio.

GEORG. DOVVMAN *phyſico mechanical diſſertation on the ſcirrhus*, Londin. 1748. 8. Morbi inprimis diuturni, ex ſcirrho ovariorum nati, cum ulcere uteri in inteſtinum rectum patente huc refero.

GEORG. MATTHIÆ GATTENHOF *diſp. de calculo renum & veſicæ*, Herbipoli 1748. 4. Calculos veſicæ felleæ & urinariæ ex propria obſervatione varios deſcribit; inprimis autem enormem renem calculoſum.

CHRISTIAN GOTTLIEB KRAZENSTEIN *von der erzeugung der vvürmer*, Hall. 1748. 8. Pleroſque vermes humanos aliunde in corpus advenire credit: Solium pro catena multorum infectorum habet. EJUSDEM *theoria fluxus diabetici*, Hall. 1746. 4. minime indocte ſcripta.

JAC. LAZERME *Tr. de morbis internis capitis*, Amſtel. 1748. 8. Lectiones ſunt auctoris a diſcipulo editæ, & ſubjuncta conſilia medica. EJUSD. etiam ſunt diſputationes *de ſoano*, Monſpel. 1828. 8. & de febre tertiana 1731. 8.

RI-

RICHARD CONYERS *de morbis infantum*, Londin. 1748. 8.

J. THEOD. ELLER *pathologia* edente JOH. CHRISTIANO ZIMMERMAN, Schneeberg. 1748. 8. Negat ILL. ELLERUS ſuam operam eſſe. Subjuncta eſt tractatio de morbis artificum.

BLONDET diſſ. *ſur la maladie épidémique des beſtiaux*, Pariſ. 1748. 12. Morbum eſſe peſtilentem calidum, ſpem eſſe in cucurbitulis numeroſis balneoque vaporis.

J. BALTH. PHILIP. PONTT'S *vernünftige gedanken vom acido.. nebſt einem gutachten über die viehſeuche* 1747. 8. *

BLONDET diſſertatio citata anglice prodiit 1750. 8.

JOHN FOTHERGILL *account of the ſore the ſore throat attended vvith absces*, Lond. 1748. 8. & gallice *deſcription du mal de gorge acompagné d'ulcere*. Pariſ. 1749. 12. Hiſtoriam morbi ab Hiſpanis, & MERCATO ad noſtra tempora perſequitur, ad Angliæ uſque nuperam epidemiam, & accurate deſcribit.

LAMURE *theoria febris.. & .. lectionum pathologicarum de febre vindicia* Monſpel. 1748. 1749. *

ANTONIO FELICE *diſſertazioni epiſtolari teorico-pratiche di medicina*, Venet. 1748. 8. De hydrope, cachexia, morbo hypochondriaco, carbunculo, præſagiis aliisque miſti generis medicis rebus agit.

Lettera al S. CURZIO *in cui ſi ragguaglia di varie oſſervazioni medico fiſiche*, Florentiæ 1748. 4. Morbos epidemicos Pietræ Santæ deſcribit, de pleuritide & apoplexia aliqua addit.

CHRISTIANI MICHAELIS ADOLPHI *trias diſputationum phyſico medicarum*, Lipſ. 1747. 4. & nuperius cum aliis anno 1748. recuſæ, quibus morbus epidemicus cum tumore abdominis Caſſovienſis, & hypochondriacum malum deſcripta habentur.

CHRISTIANI MICHAELIS ADOLPHI *trias diſputationum* quam diximus, defenſa eſt 1725.

RIEDEL *unterſuchung der viehſeüche*, Erfurt 1748. 4. *

ANTON. VVILHELM PLATZ *de morbis ab oblectamentis*, Lipſ. 1748. 4.

CHRISTOPH. VVILHELM. de BERGER *de præſagiis ex algore febrili*, Gotting. 1748. 4.

J. BERN. FR. COSTA *de diarrhœa & dyſenteria epidemica qua graſſabatur Puſclavii*, Brixiæ 1748. 8. Tuetur famam ſuam, ob mortem viri illuſtris, ex dyſenteria ſubito interemti, impugnatam.

CHRISTOPH. FRIDERICH DANIEL *beyträge zur mediciniſchen gelehrſamkeit*, Hall. 1749. 4. Diſcipulus HOFMANNI varios morbos, caſuſque peculiares ſuis diſſertationibus illuſtratos proponit.

ANONYMI *general hiſtory of air and vveather, meteors, ſe aſons, vvith their effects on animal eſpecially haman bodies and vegetables*, London 1749. 2. vol. 8. Præter magnam & ſatis vitioſam compilationem morborum epidemicorum & meteororum, in Tomo II. commoda ſunt corollaria ex obſervationibus illis collectis deducta, tabulæ, quæ demonſtrant cauſas epidemiarum, aut certe conjunctos cœli cum certis morbis ſtatus, tunc ſingulorum morborum epidemicorum deſcriptiones adjectis curationibus.

Anomymus, cujus *general hiſtory of air*, &c. recenſuimus, eſt JAMES SHORT. IDEM etiam edidit *nevv obſervations on the bills of mortality*, Londin. 1750. 8.

CADET *diſſertatien ſur le ſcorbut avec des obſervations*, Pariſ. 1749. 12.

AUGUST SCAARSCHMIDT *von den Krankheiten der knochen*. Vide in Chirurgicis.

SAMUELIS SCHAARSCHMIDT nuper etiam poſthuma prodiit *abhandlung von veneriſchen krankheiten*, Berlin 1750. 8.

MARTINO GHISI *lettere, mediche, la prima delle quali tratta de' varj mali curati dal mercurio crudo, e contiene l' iſtoria dell' angine epidemiche degli an.* 1747. 1748. 4.

MARTINO GHISI *lettere*, &c. citatæ prodierunt Cremonæ 1749. 8. Practicæ pleræque ſunt. Angina tamen etiam, crudelem valde, deſcribit, quæ in ipſa aſpera arteria reſidet. In RONCALLI *Europa* IDEM bonam deſcriptionem luis bubulæ dedit.

JANI REGHELLINI *Lettera Chirurgica ſopra l' offeſa della viſta in una Donna conſiſtente nel raddopiamento degli oggetti, ſeguita dopo la depreſſione della cateratta*, Ven. 1749. 8. Admittit cataractam membraneam, quæ deponi poſſit, tum lentium, quæ perforari debeat, & criſtallinam. Deſcribit caſum ſingularem a rore papillæ poſt cataractam depoſitam ortæ cum viſu duplici.

Ego præter hiſtorias aliquas morborum in Norico Commercio propoſitas & diſſectionibus cadaverum morboſorum VIII. progr. anno 1749. nuper deſcriptas nihil huc pertinens edidi.

Hiſtoriæ morborum, quas dedi, quaſque hic citavi, ſunt *de morbis uteri*, *aortæ*, *ventriculi*, *pulmonum*, *de calculis veſicæ felleæ*, *de induratione arteriarum*.

Hiſce libris nunc pene omnia diaria addere oportet, & inter nuperiora HENKELII collectiones, & SCHAARSCHMIDII, & ACTA USPALIENSIA, & STOCKHOLMIENSIA, BONONIENSIA, ACADEMIÆ CHIRURGORUM PARISINORUM, MONTSPELIENSIUM, tum medicinæ forenſis ſcriptores omnes, quotquot alibi laudabimus. Porro obſtetriciæ artis auctores, qui morbos femininos internos plerumque una conſiderarunt. Denique chirurgos obſervatores pleroſque, Dictionaria medica & Practicos ſcriptores, quorum longe plerique pathologiam cum praxi conjunxerunt, & ſemeioticos.

Addantur huic pathologiæ tractationi: ILL. COLLEGA RICHTERUS qui multas doctiſſimas diſputationes alieno plerumque nomine edidit, *de cardialgia*, *de tenuitate humorum temere laudata*, *de tremore*. hæ anni 1750. *de purpura morbo antiquo* 1741. &c.

VALENTIN. ERN. COHAUSEN *de doloroſa & glorioſa podagra*, Francof. 1749. 8. * An Ej. eſt *von der rothen Ruhr.* Francof. 1744. 8. *

ERICH ELF *de hæmorrhagiis uteri ſub ſtatu graviditatis*, Upſal. 1749. 4.

CASIMIR. CHRISTOPH. SCHMIEDEL & VOGT *de lepra*, Erlang. 1749. 4.

GEORGII COOPMANN *deſcriptio febris intermittentis epidemicæ* A. ER. 1749. Apr.

DANIEL LANGHANS *de conſenſu partium*, Gotting. 1749. 4.

J. GERHARD TRUMMER *de fluidorum corporis humani acrimonia*, Regiomont. 1749. 4.

J. GODARD STELT *de amauroſi*, Leid. 1749. 4.

CAR. DIONIS *diſſertations ſur la tænia dans laquelle on prouve que ce ver n'eſt pas ſolitaire*, Pariſ. 1749. 12.

LOUIS *ſur la tranſmiſſion des maladies héréditaires*, Pariſ. 1749. 12. Negat dari ejuſmodi morbos.

BARTHOLOMÆI MURRY, *Ergo in celluloſo textu frequentius morbi & morborum mutationes*, Pariſ. 1749. 4. bona diſputatio.

ERNST GOTTFRIED KURELLA *bevveis daſſ die auſſchläge nicht von vvürmern entſtehen*, Berlin 1750. 8. Theoria inflammationis BOERHAAVIANÆ & HAMBERGERIANÆ ſimilis.

RICHARD RUSSEL *de tabe glandulari*, Oxon. 1750. 8. Pluſculas hiſtorias ſcrophularum & obſtructarum glandularum habet.

VV. GIBSON *treat. on the diſeaſes of horſes*, Lond. 1750. 4. plenum opus.

In *Primitiis phyſico-medicis Poloniæ* multa pathologica occurrunt.

OLOF ACREL *tal om foſtrets ſiukdomes i moderlifvvet*, Stokholm. 1750. 8. de morbis nempe fetus.

ABRAH. HENRICH DAHLHAUSEN *de doloribus inteſtinorum vulgo colicis dictis*, Leid. 1750. 4.

HENR. BACHERACHT *de morbis ligamentorum*, Leid. 1750. 4. bona diſputatio.

RUTTGER GOTTLIEB HOERNIGK *de præmatura partium induratione*, Lipſ. 1750. 4.

METHO-

METHODI STUDII MEDICI

PARS X.

Semeiotica.

ΣHμα & σημεῖον vocatur *ſignum*, σημειόω *deſigno*, per ſignum doceo, σημειωτικὴ ergo ſignum in medicina, & medicina per ſignum docens, ſeu indicans eſt. In σημειωτικῇ jam traditur, quo modo per præſentia, præterita & futura phænomena, præſentia, præterita & futura vitæ, ſanitatis aut morbi ſigna poſſint inveniri, & hæc eſt definitio σημειωτικῆς, ſeu cognitionis ſignorum.

Pro exemplo, ſi noverim hominem ſanum heri violentiſſime corpus moviſſe, & nihil omnino bibiſſe, eſt præteritum phænomenon, quod cognoſco (phænomenon autem medicis eſt omnis mutatio, quam ſenſus externi obſervant in homine) ſequenti die, licet non adtingam pulſum, ſcio, durum eſſe & celerem, hominem anhelare, ſummopere ſitire, &c. habeo ergo præſentia phænomena, unde cOncludo, laborare eum incipienti inflammatione. Verum, ſi hodie nunc audiam heri illud contigiſſe, dico tunc, illum hominem matutino tempore urinam reddidiſſe plane rubram, nec fallor, dum ex phænomenon concludo ad aliud prænomenon præteritum. Si vero heri, cum corpus nimium moveret, vocatus fuiſſem, potuiſſem dicere, cras reddet hujuſmodi urinam & brevi ſentiet dolorem per totum corpus; ac ſi fuſtibus vehementer fuiſſet exceptus, & febrim patietur magnam, ita ex præſenti phænomeno concluderem ad futurum. In definitione ergo σημειωτικὴ æque habet pro objecto, deſcribere conditionem vitæ præſentis & ſanitatis, præſentis, præteritæ & futuræ, quam morbi. Signum ergo per exempla eſt illud phænomenon præſens, præteritum & futurum, unde concipio, quis corporis ſtatus præſens eſſe debeat, quis præteritus fuerit, & quis adhuc futurus ſit. Ergo ſignum eſt phænomenon præſens, præteritum & futurum ita cognitum, ut me aliquid doceat de aliquo phænomeno nondum forte adparente, quod tamen adeſſe debet, aut prius adfuit, aut denique futurum eſt.

Signatum, per priora, eſt omne illud, quod ex ſigno præteritum, præſens, aut futurum eſſe cognoſcitur. Videmus ex his definitionibus, nullam partem in medicina eſſe, quæ hac parte dignitate prior ſit, & omnium maxime neceſſariam eſſe primamque. Neceſſariam eſſe adparet, nam, quoties ad ægrum accedimus, primum, quod inquirimus, ſunt ſigna de ſtatu morbi, an morbus prævaleat vitæ, an minus. Primam vero partem eſſe conſtat, nam medici primi neſciebant, quid eſſet morbus, videbant v. g. dolorem lateris, cum difficili reſpiratione, pulſu celeri, ſiti magna, &c. hæc omnia erant ſi-

gna, ſed quid eſſet ipſe morbus internus, ignorabant adhuc. Videbant poſt duos & tres dies hujuſmodi homines ſpuere ſanguinem, reddere urinam craſſam, & cum his ſignis ſanitatem redire: videbant alium hominem poſt pectoris dolores & eo in caſu mori, ſed prius latus liveſcere, in cadavere totum latus gangrænatum & ſuppuratum eſſe, inde poterant concludere, qualis eſſet morbus in ea membrana lateris, nempe vehementem inflammationem, quæ tunc ipſis pleuritis dicta fuit.

Hoc adduxi, ut oſtenderem, quid optimum in medicina a veteribus deſcriptum ſit, id enim certe eſt σημειωτική. Ea vero medicinæ pars hodie omnium minime luceſcit, quia ſyſtemata tantum finguntur, neque ex ſignis deducuntur; nam v. g. chemici non inquirunt in ſigna morbi, ſed tantum, quomodo curandus ſit, & quærunt medicinam univerſalem, ſemperque curare volunt.

Ab HARVEII tempore (*a*) nulli ſunt auctores, qui bene de σημειωτικῆ ſcripſerint, & tamen nihil certe magis neceſſarium eſt, melius eſſet omnino nil de medicina ſcire, quam σημειωτικὴν ignorare. Huic igitur parti incumbere debet medicus practicus, & totum ſe dedere.

Hi ergo ſequentes auctores legendi ſunt in hac parte, & ſemper legendi per totam vitam, licet medicus ad centum annos perveniret, nunquam enim hujus lectionis pœnitebit.

1. HIPPOCRATES, qui eo legendus eſt ordine, quem præſcribam, ut fundamentum faciamus firmiſſimum, in dignoſcendis morbis, non enim legendus eſt abſque bono conſilio, nam opera ejus ordine debito non ponuntur.

Legendus ergo primo eſt liber qui dicitur *Prognoſticon*, (*b*) qui latine redditur

(*a*) SEMEIOTICE par omnino eſt pathologiæ, quam quare diſtinxerint ſcriptores, ego quidem non video; ſed ſequamur receptum ordinem. Tota hæc ſcientia fere unice ad veteres pertinet. Ii paucis medicamentis, parca venæ ſectione & diæta unice tenui & aquoſa uſi, magnam ſapientiæ ſuæ partem in eo poſuerunt, ut morbi ſigna, progreſſum, & eventus obſervarent, laudiſque ſuæ non mediocrem partem in difficilioribus morbis adgnoſcendis & in futuris eventibus præſagiendis quæſiverunt. Recentiores & theorias & anatomen magis ſecuti, uſi vero medicamentis valentioribus, imbuti forte nimia opinione de eorum viribus, magis in ſubigendo quam in obſervando morbo laboraverunt.

(*b*) HIPPOCRATE nemo plura præſagia dedit, pauci æque bene morborum ſigna obſervaverunt. Et EJUS quidem fere omnes libri huc ſpectant. *Prognoſticon* ex primariis eſt, neque alius liber magis gravitatem legislatoriam divini ſenis refert. Signa omnium morborum continet bono ordine, ut ſigna primo ex vultu, oculis & labiis; tunc ex decubitu; inde ex ulceribus, geſtu, reſpiratione; tunc ex ſudore & præcordiis; inde ſigna ex tumore præcordiorum & ventris; ex viribus; ex ſomno; egeſtionibus alvi; urina; vomitu; ſputis; hæmorrhagia narium ſequuntur, ſolo fere pulſu omiſſo; quo inter omnia ſigna omnium parciſſime uſus eſt HIPPOCRATES, quidcunque AMATUS contra dicat *curat.* 45. L. III. & SANCTORIUS in §. 12. p. 442. excitatis pauciſſimis locis, in quibus pulſus mentio fit. Sequuntur partim, & partim interſperſæ ſunt hiſtoriæ morborum, & ſigna hydropis, ſuppurationis, empyematis, parotidum, paraphrenitidis, inflammatæ veſicæ, doloris capitis; anginæ, febrium in univerſum, &c. Adeo vero ſuæ rei certus eſt bonus ſenex, ut ſigna ſua & præſagia & in Scythia valere fidenter adfirmet; & morbos etiam, quos non nominat, ſed qui iiſdem diebus judicentur, eadem prognoſtica ſequi moneat. In hunc librum exſtant III. CLAUDII GALENI *commentarii*, qui cum nomine προγνωςικῶν Græce & Latine Pariſiis prodierunt LAURENTIO LAURENTIANO interprete, 1532. fol. 1543. 8. Lugdu-

ditur *de Prænotionibus*. Unus tantum liber eſt, qui optima quæque continet, ut nullus certe liber ei unquam comparari mereatur.

Poſt hunc librum legatur alter προῤῥητικῶν, qui transfertur de *Prædictionibus* (*a*). Duo libri ſunt, neque aliud HIPPOCRATIS opus melius conſervatum eſt. Prædictio vero eſt aliud quid quam prænotio, nam dicit hic HIPPOCRATES quid amicis & ægris prædicendum ſit.

Tunc legere debemus κωακὰς προγνώσεις, quas latine vocant *coacas prænotiones* (*b*): Liber

Lugduni 1552. 12. & Græce Baſil. 1536. 8. Vicetiæ 1611. 24. LIND. Eos etiam HENRICUS BLACVODÆUS cum latina interpretatione Pariſ. edidit 1625. 24. LIND. Antiqua eſt etiam eorum *prognoſticorum* editio Bonon. 1489. 4. tum cum GAL. *commentario* in *artiſella* anno 1483. & alias fol. edita. In eoſdem, & in GALENI commentarium exſtant HIERONYMI CARDANI *commentarii*, Baſil. 1568. fol. *Paraphraſtica verſio ejuſdem operis & breves commentarioli* JOH. HEURNII exſtant 1597. 4. 1603. 8. & in ejus operibus omnibus. BARTHOLOMÆI HORN *vates medicus Hippocraticus ſeu* HIPP. *prognoſticor.* Lib. Græc. Lat. *illuſtrati commentariis*, Stralſundiæ editus 1645. 8. citatur a PL. BENEDICTI VICTORII *comment. in* HIPP. *prognoſtica*, Florent. 1551. fol. editi ſunt (LIND.) CHRISTOPHORI a VEGA *Prognoſticor. verſio cum expoſitionibus & adnotationibus in* GALENI *commentarium* Salmanticæ inpreſſa eſt 1552. fol. HENRICI a CUELLAR *in* HIPPOCRATIS *Prognoſtica commentarii* Conimbricæ prodierunt 1543. 1582. fol. LIND. RODERICI vero a FONSECA *commentaria in* HIPP. *prognoſtica*, Patav. 1597. 4. & J. BRAVO in eundem Lib. Salmanticæ 1553. 8. JAC. ANTONII PHRYGII 1608. 8. & JAC. LAVELLII in Lib. I. *prognoſticorum commentarius* Venet. 1620. 4. Lib. Etiam olim HEROPHILUS ad eum Lib. commentatus erat CÆLIO AURELIANO teſte *Chron.* Lib. IV. cap. 8. & ALPHONSI LOPI *adnotationes breves* citat LINDENIUS editas, Madrit. 1596. 4. In *Prognoſtica* etiam HIPPOCRATIS exſtat *poetica paraphraſis* ANDREÆ ELLINGER, Francof. 1579. 8. & *expoſitiones* THADDÆI Venet. 1527. fol. Lib. & *illuſtravit* eadem CAROLUS VALESIUS de BOURGDIEU Rom. 1659. fol. Lib. PETRUS BLONDEL in *prognoſticon* HIPPOCRATIS *Coi latinam ecphraſin ex mente* GALENI edidit, Pariſ. 1575. 4. Lib. JOHANNES vero MOLPEUS *tabulas, quibus* HIPPOCRATIS III. Lib. *prognoſticorum complectitur*, Pariſ. 1563. 4.

JAC. LAVELLII in Lib. I. *prognoſticorum commentarius* primum prodiit Venet. 1609. 8.

(*a*) *Prorrheticorum* duo Libri inæqualis ſunt pretii. *Poſterior* genuinus eſt HIPPOCRATIS labor, quod ex dictionis gravitate, ex methodo & continenti obſervationum ſerie cognoſcitur. Initium agit de prædictionibus inprimis non veris medicorum ſui ævi. Reliquus Liber morbos deſcribit, eorum eventus, horumque futurorum ſigna, hydropem, phthiſin, empyema, podagram, morbum ſacrum, ulcera, vulnera, anginam, morbos oculorum, dyſenteriam, lienteriam, diarrhœam, conceptionem, facilem & difficilem, cephalalgiam, chloroſin, nyctalopiam, hæmorrhagiam narium, lienem magnum qui ſcorbuto certe proximus eſt, dolores nephriticos, iſchiadicos, lepram & adfines morbos. *Prior* vero Prorrheticorum Lib. non genuinus eſt, ſed a GALENO refertur ad aliquem ex poſteris HIPP., DRACONEM vel THESSALUM. Labor eſt hominis in arte præſagiendi non rudis, ſed neque perfecti tamen. Ignoravit artem ex peculiaribus obſervationibus eruendi univerſales adfirmationes, & ſæpiſſime peculiaria experimenta pro axiomatibus propoſuit. Symptomata etiam in morbis non conjunxit, quæ ab eadem cauſa pendent, ſed confuſe & indigeſte edidit. Vocibus etim utitur inſolitis. Dimidius Liber ad morbos ſoporoſos ſpectat; reliquus ad hæmorrhagias, convulſiones, & parotides. Ad hunc Librum exſtant tres eruditi GAL. comm. HIERON. MERCURIALIS *Prælectiones Piſanas in prognoſtica, prorrhetica*, &c. edidit Venet. 1597. fol. In ordinem alphabeticum digeſti Pariſ. 1638. 16. lucem viderunt.

(*b*) Has GALENUS & plerique commentatores fere pro ſpurio Libro habuerunt, & mendoſo. DURETUS vero, qui ſollicite commentatus eſt, plurimi facit, & ipſas prognoſes familiæ inde commendat, & etiam, ubi non poteſt tueri, defendit tamen eſſe præſidis Aſclepiadeæ: ſed mihi videntur multa laxe dici, & nimis vage, multa loca ita vitioſa eſſe, ut nullo modo queant emendari. Continentur vero L. I. præſagia aphoriſtica ad febres, hæc meliora, præter

Liber mirificus eſt, longe alius quam tres præcedentes, ſed non intelligi poteſt, niſi præcedentibus intellectis, aphoriſtice enim non dogmatice conſcriptus eſt; adcurate præviſiones, prænotiones futurorum exhibet. Prima lectione non placebit, ſed poſtquam alios auctores legerimus, ſi tunc illum addiderimus, mirabimur certe quam egregius ſit, v. g. in capite de Angina, Pleuritide, &c. & videbimus ibi omnes ſpecies Anginæ deſcriptas.

Inde legemus librum περὶ κρίσιων, (*a*) ſeu de *judicationibus*. Liber unicus eſt, ſed egregius, ex quo diſcimus, quo tempore exquiſite, & quibus cum phænomenis mutationes morborum fiant.

Tunc legatur liber περὶ κρισίμων, ſive de *diebus judicatoriis* (*b*).

Ultimo Liber ſeptimus τῶν ἐπιδημίων (*c*), ſeu *de morbis populariter graſſantibus*. Hic ſpecimen habemus ſtudii HIPPOCRATICI, valde commodum & utile.

Qui omnes, quos dixi, Libros hoc ordine legerit, & tunc Epidemicorum Librum inſpiciat, videbit ibi exempla hujus & illius morbi, quorum in præcedentibus Libris prædictiones tractarit. Hæc eſt vera methodus opera legendi HIPPOCRATIS, (*d*) & credo, hoc modo fructum ex eo plurimum abſque labore magno poſſe adquiri.

Poſt

præter vitioſa aliqua, deinde ad alias corporis humani adfectiones ſecundum partium ordinem. In III. Libro continentur præſagia ex ſignis ſecundum ſigna ordinata, eorumque multa ex Prognoſtico ſumta ſunt. Miſta ſunt alia de mulierum morbis, & vulneribus. Hi III. Libri exſtant *interprete & enarratore* LUDOVICO DURETO editi. Magnus utique in praxi DURETUS fuit, carus Regi HENRICO III. (NEANDER pag. 212.) & inter primos reſtauratores doctrinæ Hippocraticæ: cum vero obiiſſet anno 1586. poſthumum opus edidit filius Pariſ. 1588. fol. recuſum 1658. fol. & Genev. 1685. fol. & Leidæ 1734. fol. Ex DURETO multa habuiſſe, & ex HOLLERIO JACOTIUM, teſtis exſtat cum DURETI commentario edita epiſtola PETRI DROETI. DURETUS ad librum primum novam verſionem edidit, quæ ſenſum potius mentemque HIPPOCRATIS, quam voces ſequitur, deinde commentarium, quo omnia ſymptomata eorumque eventus ad pathologiam reducuntur, ex ea ipſa ſæpe explicantur, emendantur, conciliatur auctor, & ejus dubia mens inveſtigatur, ſed ex ſua humorali theoria multa corrumpit DURETUS & fluxilia facit. Textum, ut vocant, HIPPOCRATICUM ad veriorem ſenſum ſæpe, parum conſultis membranis emendat, cumque GALENO, parum Coacis tribuenti, paſſim pugnat. *Coacæ præſagia* eadem prodierunt, *cum interpretatione & commentariis* JACOBI HOLLERII, DESIDERII JACOTII ope editis, & ejuſdem JACOTII *commentariorum* Libris XIII. Lugdun. 1576. fol. R. ſeorſim etiam prodierunt cum J. JONSTONI notis, Amſtelod. 1660. 8. Gr. Lat. commentaria J. JAC. DE SAVIIS Bonon. 1526. 4. edita, PLATNERO dicta, non vidi, nec ſatis novi an ad Coacas pertineant. Porro LUDOVICUS FERRANT eaſdem *Coacas brevi enarratione illuſtravit*, Pariſ. 1657. 12.

(*a*) Non valde genuinus Liber. Utiliſſima tamen præſagia continet, & videtur mihi opus eſſe diſcipuli HIPPOCRATIS, qui multa a magiſtro accepta huc congeſſerit, ut multos etiam aphoriſmos omnino hic repetitos videas, & loca ex L. περὶ τόπων, & ex *Prænotionibus*. Brevis eſt & aphoriſtice ſcriptus.

(*b*) L. περὶ κρισίμων. Non creditur eſſe genuinus HIPPOCRATIS Liber, neque exſtat in EROTIANI catalogo. Vide in *pathologicis*.

(*c*) Laudavimus Epidemicos, huc autem ad prædictiones inprimis pertinet Lib. VI. quo multa præſagia hiulca & male cohærentia, habentur, paſſim ex aliis ſcriptis HIPPOCRATIS deſumta.

(*d*) Omittit BOERHAAVIUS hic principem collectionem prædictionum, nempe *Aphoriſmorum ſectiones* VII. quorum ſemper maxima & fama & auctoritas fuit. Genuini vero

pleri-

Poſt HIPPOCRATEM legatur CLAUDIUS GALENUS in *Tomo quarto ſuorum operum* editionis Venetæ, quæ anno 1669. apud Juntas prodiit, & omnium optima eſt. Sed duobus malis laborat GALENUS 1. Nimia ſubtilitate diviſionis. Inſpiciamus modo ejus de *Urinis* & *Pulſibus* libros, videbimus omnia ab ea ſubtilitate Peripatetica diviſa eſſe. 2. Alterum vitium eſt in explicatione ſignorum, ex principiis Peripateticorum & ex quatuor humoribus. Utinam hæc omiſiſſet, & ordinatum ſchema dediſſet textus HIPPOCRATICI!

Ille

plerique ſunt, nonnulli ſpurii, & partim ab omnibus rejecti, partim inter veros diſperſi, ſed a veritate alieni. Mirum etiam eſt, hoc ſummum artis opus ita negligenter habitum eſſe, ut multi aphoriſmi bis repetiti exſtent, aliqui aliis manifeſto repugnent. Prima ſectio de victu ægrotorum, tertia de ætatibus earumque morbis, quarta de purgatione & ſignis, quinta de mulieribus, ſexta & ſeptima de ſignis & præſagiis ex urina, dejectione agit, &c. Optima ſunt, quæ ad morbos acutos eorumque ſigna & præſagia pertinent, nata ex multiplici & repetita obſervatione, ut ex infinitis exemplis univerſalia axiomata decerpta ſint. Hi libri innumeris vicibus recuſi ſunt, & habuerunt commentatores inter omnia opera medica plurimos, quorum princeps eſt ipſe GALENUS, cujus bene grandis commentarius prodiit nitide a TOLLIO editus Leid. 1633. 16. tum prius Lugduni 1536. 8. 1552. 8. & alias. Deinde ſpurii ſub ORIBASII nomine commentarii in aphoriſmos editi ſunt, quibus abſque omni judicio PTOLOMÆI EVERGETÆ tempus præfigitur, & una VIRGILIUS citatur, &c. Edidit GUINTERUS, quem Andernacenſem vocant, Venetiis 1532. 8. L. Recuſi ſunt Pariſ. 1533. 8. Patav. 1658. 12. & alias. Sed etiam PHILOTHEI *Commentaria in aphoriſmos* HIPPOCRATIS, Venetiis 1549. 8. prodierunt, mihi non lecta, & Spiræ 1581. 8. quibus multum uſum fuiſſe lego BRASSAVOLUM. PETRUS BURCARDUS inter commentatores a FUCHSIO nominatur, cujus opus non vidi.

Commentariorum GAL. *in Aphor.* HIPPOCRATIS *epitomen* dedit J. BRECHE, Pariſ. 1552.*

In ARTISELLA exſtant HIPP. *aphoriſmi cum* GALENI *commentariis* 1483. fol. LIND.

HUGONIS BENTII SENENSIS *in aphoriſmos* HIPPOCRATIS *&* GALENI *comment. expoſitio* Venetiis 1498. fol. & alias prodiit, barbaro ſermone & ad morem ſeculi.

SERMOMETA *commentarius ſuper L. aphoriſmorum & techni*, Venet. 1498. fol. *

NICOL. NICOLI *commentarium ſuper aphoriſmos* HIPP. *compilatum* a J. B. THEODOSIO exſtat Bononiæ 1522. 8. L.

SYMPHORIANI CAMPEGII *epitome commentariorum in* HIPP. *aphoriſmos*, Lugd. 1516. 8.

MARSILII VVEIGEL *quæſtiones ſuper* VII. *ſectiones aphoriſmorum Hippocratis*, Venet. 1495. fol. L.

HIPPOCRATIS *aphoriſmi cum* GALENI *commentariis*, *interprete* LEONICENO, Ferrar. 1509. fol. Pariſ. 1532. fol.

FRANCISCI ROSCII HIPPOCRATIS *aphoriſmi recogniti variis lectionibus ad marginem adnotatis*, Lovan. 1533. 8.

THADDÆI *expoſitiones in arduum aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *volumen*, Venet. 1537. fol. L.

JOH. AGRICOLÆ HIPPOCRATIS *aphoriſmorum & ſententiarum medicarum* L. VII. Ingolſtatt. 1537. 4. PL.

BENEDICTI BUSTAMANTII *methodus in* VII. *aphoriſmorum libros ab Hippocrate obſervata*, Venet. 1540. 4. PL.

ANTONII MUSÆ BRASSAVOLI fuſiſſima *commentaria in octo libros aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *&* GALENI, Baſil. 1541. fol. edita ſunt.

LEONHARDI FUCHSII HIPPOCRATIS *Coi aphoriſmorum ſectiones* VII. *in latinum ſermonem converſæ*, *adjectis commentariis & adnotationibus*, Baſil. 1544. 4. Pariſ. 1545. 8. Et in GALENI Commentarium & in HIPPOCRATEM habet ſuas animadverſiones & explicationes, & ſæpiſſime BRASSAVOLAM refutat, rarius, uti notum, experimentis ſuis utilis, GALENO plurimum uſus.

PAULI

Ille inter recentiores auctor, quem commendo, & quo carere non poſſumus, eſt LUDOVICUS DURETUS, cujus *commentarius in Coacas* HIPPOCRATIS in folio editus eſt Pariſiis anno 1658. quæ optima editio eſt, altera tamen etiam non mala eſt. Habemus hic theſaurum inæſtimabilem, ſparſa enim HIPPOCRATIS reducit ad unum locum, & DURETI commentario certe minus carere quiſquam poteſt, quam GALENI laboribus, hoc enim habet egregium, quod obſcura HIPPOCRATIS loca explanaverit, utriuſque enim linguæ, latinæ ſcilicet & græcæ, gnarus erat, & manuſcripta legerat, unde quaſi aliter HIPPOCRATES explicat HIPPOCRATEM; verum, ut cognoſcamus libri uſum, ſciamus, nullibi meliorem indicem dari.

Quar-

PAULI GRISIGNANI Salernitani in *aphoriſmos* HIPPOCRATIS *expoſitio*, Salerni 1544. fol. L.

FRANCISCI RABELAIS, celebris ſatyrarum ſcriptoris, *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *ſectionum* VII. *recognitio*, Lugdun. 1545. 12. L.

CAROLI VALESII de BOURGDIEU HIPPOCRATIS *aphoriſmi* cum priori opere prodierunt illuſtrati. L.

BARTHOLOMÆUS & PETRUS ROSSINI *ſententias omnes & verba, quæ in Hippocratis aphoriſmis continentur, ordine alphabetico digeſſerunt*, Venet. 1555. 8. PL.

JACOBI FOROLIVIENSIS *in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos &* GALENI *commentarium expoſitio*, Venet. 1547. fol.

JOH. MORISOT HIPPOCRATIS *aphoriſmorum genuina lectio fidelis interpretatio*, Baſil. 1547. 8.

FORESII HIPPOCRATIS *aphoriſmi ſuccinctis & dilucidis commentariis illuſtrati*, Francof. 1551. 8. L.

JOH. LYGÆI HIPPOCRATIS *aphoriſmi ex* GUIL. PLANTII *interpretatione & propriis adnotationibus illuſtrati*, Pariſ. 1551. 16. LIND.

HENRICI THRIVERII *Commentarii* in I. *aphoriſmorum ſectionem*, Antvverp. 1538. 4. & *in ſeptem libros aphoriſmorum Hippocratis*, Lugdun. 1551. 4.

J. MYRICA *paraphraſis in aphoriſmos* HIPPOCRATIS, Baſil. 1556. 8. L.

BENED. VICTORII FAVENTINI *comment. in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos*, Venet. 1556. 4.

NICOLAI HAUPAS HIPPOCRATIS *aphoriſmi luculentiſſimis enarrationibus illuſtrati*, Duaci 1563. 4. *

JOH. PLACOTOMI HIPPOCRATIS *aphoriſmi in locos communes digeſti & editi*, Antvverp. 1564. 12. LIND.

HIERONYMI CARDANI *comment. in ſeptem particulas aphoriſmorum* HIPPOCRATIS Baſil. 1564. fol. Patav. 1653. 4.

JUVENALIS LEVERON *lucubrationes in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos*, Montis Regii 1565. 4.*

CHRISTOPHORI a VEGA *comm. in* L. *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS Venet. 1571. 8. Antigolæ 1563. 8. L.

THEODORI BELLEI *in* HIPPOCRATIS *Coi aphoriſmos commentarius* I. Panormi 1571. 4. L.

SALVII SCLANII in HIPPOCRATIS *aphoriſmos commentarii*, Venet. 1579. 4. L.

JACOBI HOLLERII *comment.* in HIPP. *aphoriſmos*, Pariſ. 1579. 1583. 8. L. Lugd. 1620. 8. Genev. 1644. 1675. 8. Hi ex melioribus ſunt, & multis bonis obſervationibus illuſtrantur.

CL. CAMPENSII *in aphoriſmos adnotationes & animadverſiones*, Lugd. 1579. 8. PL.

ARCHILEI CARCANI *in aphoriſmos* HIPPOCRATIS *lucubrationes*, Ticeri 1581. 8.

OLIVARII POPARDI HIPPOCRATIS *aphoriſmi ordine meliori latini facti*, Rochell. 1580. 16. L.

ACHILLIS PYRMINII GASSERI *methodus nova aphoriſmorum* HIPPOCRATIS CONRADI GESNERI *opera illuſtrata*, *opera* C. VVOLPHII *edita* Sangall. 1584. 8.

DANIELIS LOPHANCHINI *in Hippocratis aphoriſmos dialogus*, Venet. 1586. 4. L.

FR.

Quartus, qui commendari meretur, eſt DESIDERIUS JACOTIUS, qui *Commentaria in Coacas prænotiones* HIPPOCRATIS ſcripſit. Rariſſimus liber eſt, neque quotidie venalis proſtat, neque ſingulatim prodiit, ſed latet ſub alio titulo; hinc, ſi quis veſtrum poſſit adquirere JACOBUM HOLLERIUM *in Coacas* HIPPOCRATIS, tunc habet ſimul DESIDERIUM JACOTIUM.

FR. VALESII *in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos Comment.* VII. Colon. 1589. fol.

JOH. MARINELLI HIPPOCRATIS *aphoriſmi* LEONICENO *interprete commentariis* VII. *ex* HIPPOCRATIS *ſententia comprobati*, Venet. 1589. 16. L.

GUIL. PLANCII HIPPOCRATIS *aphoriſmi latinitate donati & paraphraſi illuſtrati*, Genev. 1595. 12. & *aphoriſmi cum* GALENI *commentario & notis* GUIL. PLANCII Leid. 1693. 12.

JOH. HEURNII *obſſ. in aphoriſmos* HIPPOCRATIS, Leid. 1601. 12. Antvverp. 1619. 12. & EJUS editio aphoriſmorum cum notis, obſervationibus & morborum hiſtoriis, Leid. 1622. 12. Amſtelod. 1688. 12. &c.

J. P. OFFREDI *commentaria aphoriſtica in aphoriſmos* HIPP. L. VII. Genev. 1606. 12.

JAC. FONTANI *comment. in* VII. L. *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS Pariſ. 1608. 8.

FRANCISCI PELERII *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *ſectiones* VII. *cum commentario* ANT. MUSÆ BRASSAVOLI, Vicetiæ 1610. 24. ſunt aphoriſmi in capita digeſti ſecundum morbos.

FRANCISCI FOGEROLLES *methodus in ſeptem libris aphoriſmorum ab* HIPPOCRATE *obſervata & inaudita*, Pariſ. 1612. 4.

PETRI ANT. CANONHERI *in ſeptem aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *libros medica, politica, morales & theologica interpretationes*, Antvverp. 1618. 4. L.

HIERONYMI MERCURIALIS *prælectiones in aphoriſmos*, Patav. 1619. fol.

EMANUELIS STUPANI *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *enarrationes & commentarii aphoriſtici*, Baſil. 1615. 8. L.

JOH. MANELPHI HIPPOCRATIS *aphoriſmi* LEONICENO *interprete cum adnotationibus*, Rom. 1623. 16. LIND.

N. FONTANI HIPPOCRATIS *aphoriſmi methodice diſpoſiti*, Amſtelod. 1633. 12. RIV.

ERNESTI SCHEFFER *perutilis & luculenta methodus, qua* HIPPOCRATIS *aphoriſmi in certam ſeriem ſecundum materias & affectus digeſti ſunt*, Leidæ 1633. 24. L.

BERNARDINI LANGVVEDEL *theſaurus Hippocraticus ſeu aphoriſmi* HIPPOCRATIS *in claſſes & certos titulos diſpoſiti*, Hamburg. 1639. 12.

TOBIÆ KNOBLOCH HIPPOCRATIS *aphoriſmi Græce, Latine enodati & ordine digeſti*, Noriberg. 1641. 8.

GUIDONIS ANTONII ALBANESII *aphoriſmi* HIPP. *expoſitio Peripatetica*, Patav. 1649. 4.

JOS. GALEANI *paraphraſis in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos*, Panorm. 1650. 12. 1662. 12. 1671. 12. * MONG.

MARINI CURÆI *de la* CHAMBRE *nova methodi pro explicandis* HIPPOCRATE & ARISTOTELE *ſpecimen*, Pariſ. 1655. 4. nempe in *aphoriſmos* HIPPOCRATIS. *

MATTHIÆ NALDII *in aphoriſmos* HIPPOCRATIS Rom. 1657. 4. LIND.

JOH. TILEMANNUS *aphoriſmos* HIPPOCRATIS *facili methodo digeſtos*, Marpurgi dedit 1650. 24. Et ipſos aphoriſmos habet, & ex ordine eoſdem digeſtos ſecundum capita, urinas, ſudores, &c. cum Aſtrologica praxi ſubjecta.

FRANC. DOMINICUS BAVISONI *magni Hippocratis medico-moralis per genuinam equidem aphoriſmorum expoſitionem accommodati*, Turin. 1652. 4. *

FRANC. DOMINICI BAVISONI citatus liber commentarius eſt in I. & II. ſectionem *Aphoriſmorum* HIPPOCRATIS.

Aphoriſme D'HIPPOCRATE *traduits par* J. VIGIER *avec ſa vie*, Pariſ. 1666. 8.

J. VIGIER prodiit primum Pariſ. 1620. 12.

J. C. DIETERICI *aphoriſmi* HIPPOCRATIS *illuſtrati*, Ulm. 1661. 4.

An huc pertinent NICOLAI TERMARII *commentarii in oracula Hippocratis*, Bonon. 1667. 12.

PAULI de SORBAIT *commentarius & controverſia in omnes libros aphoriſmorum* HIPPOCRATIS, Viennæ 1680. 4. LIND.

Apho-

Liber editus eſt Lugduni anno 1576. Lis fuit inter filium DURETI & JACOTIUM, qui patris opera ediderat; nam JACOTIUS prius prodiit, quia DURETUS prius lectiones Hippocraticas ſuſcitaverat. JACOTIUS quidem DURETI diſcipulus fuit, ſed DURETUS opera ſua in vita ipſe non edidit, quæ filius poſthuma prelo commiſit.

PROS-

Aphoriſme D'HIPPOCRATE *avec des explications phyſiques & annotations curieuſes*, Pariſ. 1685. 12. Compilatio.

J. DAN. GLOBITZ *aphoriſmorum omnium in tres ſectiones novam digeſtionem* dedit, Norimbergæ 1681. 12. PL.

FRIDERICI SCHRADER *programmata de* HIPPOCRATIS *in prognoſticis ſignis doctrina & diſputationes medicæ in aphoriſmorum* HIPPOCRATIS S. I. *ad* VII. Helmſtad. ab anno 1693. ad 1695. 4. HAEN.

G. VV. VVEDEL *aphoriſmi Hippocratis in poriſmata reſoluti*, Jen. 1695. 12.

PAULI HIERONYMI BIMII *prognoſticorum & aphoriſmorum Hippocratis felix recordatio*, Mediolan. 1696. 4. *

MARTINI LISTERI *aphoriſmi* HIPPOCRATIS *commentariolo illuſtrati*, Londin. 1703. Tubing. 1744. 12. Non nimis accurata editio cum explicationibus ad mentem recentiorum ſubito natis, & judiciis de præſagiis minus certis.

RODERICI a FONSECA *comment. in* Lib. VII. *aphoriſmorum*, Patav. 1708. 4. PL.

J. FRANC. LOEVV ab ERLSFELD *nova & vetus aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *interpretatio* Fr. Lipſ. 1711. 4. Plagii accuſatur.

PHIL. HECQUET *aphoriſmi Græce & Latine ad mentem ipſius artis uſum & mechaniſmi rationem expoſiti*, Pariſ. 1724. tom. 2. 12.

PHIL. HECQUET *aphoriſmi*, quos diximus Pariſ. 1724. tom. 2. 12. exſtare, Latine & Gallice eodem anno prodierunt vertente J. DEVAUX.

J. FICKII *aphoriſmi* HIPPOCRATIS *notis illuſtrati*, Jen. 1729. 8.

ALOISII LUISINI *Hippocratis aphoriſmi hexametro carmine deſcripti*, Venet. 1552. 8.

JOH. de GORTER *Medicinæ Hippocraticæ* Lib. VII. Amſtelodami 1739. ad 1747. 4. *Commentarii* mechanici in aphoriſmos.

LAURENTII SPAN *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *paraphraſis metrica*, Uratislav. 1570. LIND.

LAURENTII SPAN *paraphraſis* carmine elegiaco ſcripta eſt.

HENRICI vander PORT *magni* HIPPOCRATIS *aphoriſmi cum metrica paraphraſi lat. græc.* Ultraject. 1657. 24. L.

ANDREÆ ELLINGER *paraphraſis poëtica aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *& ejuſdem prognoſticorum*, Francofurt. 1579. 8.

REGINALDI STURMII *paraphraſis poëtica in* Lib. VII. *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS, Lugdun. 1583. 8. L.

PAULI DIONYSII *aphoriſmi* HIPPOCRATIS *verſibus redditi*, Veron. 1599. 4. L.

SIMONIS PROVANCHER *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *enarratio poëtica*, Pariſ. 1603. 8. LIND.

J. LUD. GANS HIPPOCRATIS *aphoriſmi carminice*, Viennæ 1622. L. Argent. 1624. 12.

JOH. FAUTSCHII *Hippocratis aphoriſmi verſibus heroicis expreſſi*, Baſil. 1624. 12.

HIPPOCRATIS *aphoriſmi ſoluti & metrici*, *interprete* HEURNIO *Metaphraſte* J. FREVV & RADULPHO VVINTERTON, Cantabrig. 1683. 8. HARL.

J. PFAUTZ HIPPOCRATIS *aphoriſmi verſibus heroicis expreſſi*, Baſil. 1642. 8. * Nonne idem cum illo Fautſchio?

JOH. BAPT. de CONDE *aphoriſmi ſeu axiomata* HIPPOCRATIS *verſu heroico explicata*, Bruxell. 1647. 12.

JOH. JUNKER HIPPOCRATIS *aphoriſmi paraphraſi poëtica illuſtrata*, Erfurt. 1679. 12.

SEBASTIANI AUSTRI HIPPOCRATIS *aphoriſmi noviter natorum affectus enumerantes*, Baſil. 1540. 4.

J. B.

PROSPERI ALPINI Lugduni Batavorum in 4. editus liber anno 1710. *de præſagienda vita & morte ægrotorum*. Utinam etiam haberemus ejus opus de *præſagiendis morbis in ſanitate*, quem librum ALPINUM ſcripſiſſe conſtat, reperire

R 2

J. B. MONTANI *lectiones in aphoriſmorum* HIPPOCRATIS Lib. I. II. Venet. 1553. 1555. 8. HAEN.

ODDI de ODDIS *in duas priores ſectiones aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *dilucidiſſima interpretatio*, Venet. 1572. 8. Patav. 1589. 4. L.

PETRI CRISPI *in* HIPP. *aphoriſmorum* Lib. I. *comment.* Rom. 1575. 4.

J. ZECCHII *in* I. HIPPOCRATIS *aphoriſmorum ſectionem lectiones*, Bonon. 1586. 4. LL. 1629. 4.

THOMÆ ERASTI *adnotationes in aliquot aphoriſmorum* Lib. I. & *expoſitio* I. *aphoriſmi ſectionis* V. Lib. VI. *Epidem.* HIPP. in opuſculis, Francof. 1590. fol. ed.

MARSILII CAGNATI *in aphoriſmum* 24. *ſect.* II. HIPPOCRATIS *commentarius*, Rom. 1591. 4. LIND.

ALPHONSI BAROCCII *in* I. HIPP. *ſectionem dilucidiſſimæ lectiones*, Ferrar. 1593. 4.

JACOBI CURIONIS HIPP. *de naturæ temporum anni & aëris irregularium conſtitutione propius in enarratione ad* §. III. *ſectionem expoſitus*, Francofurt. 1596. 8. LIND.

J. ARGENTERII *commentarii* in L. I. II. & IV. *aphoriſmorum Hippocratis in collectione operum* Francof. 1610. fol.

HIER. CAPIVACCII *comment. in ſectione* I. *aphoriſmorum* exſtant in app. collectione.

ANTONII CÆLI *commentarius in* L. I. *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS, Meſſan. 1619. 4. MONG. *

PETRI CASTELLI *in Hippocratis aphoriſmorum* L. I. *critica doctrina per puncta & quæſtiones*, Maceratæ 1648. 4. *

PET. CASTELLUM primum Maceratæ 1646. 12. prodiiſſe habet L.

GEORGII MORALIS *commentarius in Hippocratis aphoriſmorum* L. II. priores, Venet. 1648. 4. BURCH.

GEORGIUS MORALIS in L. tantum II. priores *aphoriſmorum* commentatus eſt, quamvis titulus ejus libri in univerſum aphoriſmos nominet.

ALPHONSI NONNII *commentarius in* III. L. *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS, Conimbricæ 1600. fol. L.

CHRISTOPHORI CACHET *controverſiæ theoricæ & practicæ in* I. *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *ſectionem* P. I. Tulli 1612. 8. L.

SANCTORII SANCTORII *commentaria in aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *primam ſectionem*, Venet. 1629. 4. Multum Hippocraticæ & Galenicæ eruditionis, ſed multa etiam, quæ auctore digna ſunt. Medicos monet ne ægros nimis nutriant, HIPPOCRATIS aphoriſmos fallere fatetur, niſi certo ordine legantur, qui a GALENO diſpoſiti ſunt, &c.

LUCÆ TOZZII *in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos commentarii ubi univerſæ medicinæ theoreticæ & practicæ celebriores quæſtiones perpenduntur*, Neapoli 1693. 4. quatuor partes priores prodierunt.

LUCÆ TOZZI *commentarius* vaſtum & ægre legibile opus eſt.

GEORG. DETHARDING *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *ſectio* I. *illuſtrata*, Hafniæ abſque anni mentione 4. cum variis politicis, diæteticis, aliiſque commentariis.

Denique aphoriſmi ipſi innumeris vicibus recuſi, Anglice etiam a SPRENGELIO, Lond. 1708. & 1735. 8. Germanice vertente TIMMIO, Brem. 1744. 8. præter numeroſiſſimas latinas verſiones, quas citat LINDENIUS.

GEORG. FRID. LAURENTII *exercitationes in nonnullos* HIPPOCRATIS *aphoriſmos minus abſolute veros*, &c. *conſcripta* P. I. Hamburgi 1647. 4.

Deinde L. περὶ χυμῶν brevis equidem & inordinatus, multaque habens ex I. Epidemiorum, ex quibus etiam exempla adlegat, & aphoriſmis, huc tamen ob ſigna variorum morborum pertinet.

Tum L. *de inſomniis*, qui videtur eſſe ejuſdem auctoris, cujus eſt tertius L. *de diæta*, cum

perire tamen nondum potui. Habetis interim in hoc opere omnia HIPPOCRATICA, GALENICA, & ARABICA, quæ bona habentur de præſagiendo, itaque diu noctuque legendus eſt auctor.

LAU-

cum ſimillimis ex victus ratione præſidiis utatur. Cæterum artificioſus libellus eſt, quo inſomnia ad ſuas cauſas ex calido, frigido, ad repletionem, ad ſecretiones vitiatas referuntur. In eum exſtant commentaria JULII CÆSARIS SCALIGERI, Anſtelod. 1659. 12. & Gieſſ. 1610. 8. tum JOH. COLLE Rom. 1617. 4. & ANDREÆ BRENZII, Venet. 1497. fol. LIND.

In HIPPOCRATEM *de inſomniis*, GALENUM *de ea quæ ex inſomniis habetur affectuum dignotione*, HIPPOCRATIS *aphoriſmos* V. cum GAL. *enarratione* caſtigationes dedit JUSTUS VELSIUS Baſil. 1543. 4.

Quarta pars Libri περὶ διαίτης ὀξέων continet etiam præſagia. Denique huc poſſis adjicere *prognoſtica quæ fuerunt inventa in capſa eburnea in ſuo ſepulchro*, Bonon. 1489. 4. Venet. 1497. fol. *

Aphoriſmi etiam NICOLAO LEONICENO interprete, & præſagiorum L. III. & alii libelli conjuncti prodierunt Pariſ. 1526. Lugd. 1581. 12. & *cum explicatione ex* GALENI *fonte hauſta* JOH. BUTINI Lugd. 1580. 12. PL.

PETRI a CASTRO *imber aureus ſeu chilias aphoriſmorum ex* HIPPOCRATIS *epidemicis* & F. VALESII *commnetariis extracta*, Ulm. 1661. 12.

THOMAS MOUFFETUS ex HIPPOCRATIS ſcriptis *noſomantiam Hippocraticam S. H. prognoſtica cuncta methodice digeſta* edidit, Francofurt. 1588. 8.

JOH. CAROLI LANCII PALTRONII HIPP. *oracula de febribus*, Bonon. 1667. 12. *

JACOBUS SPONIUS *aphoriſmos novos ex* HIPPOCRATIS *operibus collectos & in ſuas quaſque claſſes digeſtos notiſque illuſtratos* edidit Lugduni 1684. 12.

JACOBUS SPONIUS l. c. ex omnibus operibus HIPPOCRATIS digeſſit ſecundum quinque partes medicinæ, ipſam etiam phyſiologiam.

HENR. BALTUS KAECKS *ad aphor.* HIPP. XXXIII. *Sect.* VI. Leid. 1738. 4.

HENRICI BICAISSE *manuale medicorum ſeu aphoriſmi, prænotiones, prædictiones & coacæ*. Auxit HENR. GUYOT Pariſ. 1739. 12.

Nuper Baſileæ CL. J. R. ZVVINGERUS Baſileæ 1748. 8. recudi fecit MAGNI HIPPOCRATIS *opuſcula aphoriſtica ſemeiotico-therapeutica* octo. Continet hæc collectio aphoriſmos, prænotiones, prorrhetica, Coacas, Lib de humoribus, de criſibus, & de diebus criticis Gr. Lat. Sed ſubjunxit IDEM VIR CL. utile opus, quod *ſpeculum Hippocraticum* vocavit, quo indicem realem dedit, in quem ſecundum ordinem morborum & rerum ad medicinam pertinentium aphoriſmi HIPPOCRATIS & reliquæ prædictiones hujus viri, & præcepta, naturali ordine digeruntur. Etſi adeo nihil correxit & emendavit ZVVINGERUS, ut nonnemo objicit, publice tamen bene meruit, qui, hoc inprimis ævo, utiliſſimos Libros publico uſui reſtituit.

Liber HIPPOCRATIS *de præſignificatione vitæ & mortis*, ſpurium omnino, & alterius Græci opus, Viennæ exſtat M. S. LAMBEC L. VI. P. II. p. 105.

Auctoribus qui pro HIPP. *aphoriſmis* ſcripſerunt, adde GALENUM, qui ſcripſit *adverſus* LYCUM *quod nihil in aphoriſmis* HIPPOCRATES *peccet & contra ea quæ a* JULIANO *in aphoriſmos* HIPP. *dicta ſunt*.

Contra HIPPOCRATIS aphoriſmos ex ordine dixit totis 48. Libris JULIANUS, qui amiſſi ſunt, deinde ſingulatim LEONARDUS de CAPOA in *Raggionamento* IV. Sed etiam BERNARDINUS GENGA in HIPPOCRATIS *aphoriſmis ad chirurgiam ſpectantibus commentario* latine & italice edito, Bonon. 1727. 8. & alias, & YONGE in *vvounds of the brain curable* p. 46. & in *Parte* II. *paradoxorum* ALOYSIUS SINAPIUS *de vanitate, falſitate & incertitudine aphoriſmorum* HIPPOCRATIS ſcripſit Genev. 1697. 8. Contra HENRICUS COPE *prognoſticorum* HIPPOCRATIS *demonſtrationem medico-practicam* dedit Dublin. 1736. 8. in qua artem præſagiendi HIPPOCRATIS valde laudat, & GALENUM paſſim carpit. Et in Hiſpania bene grandi Libro criſes & HIPPOCRATIS præſagia defendit MIGUEL MARCELINUS BOYX ſub titulo HIPPOCRATE *defendido*, Madrit. 1711. 4. tum BERNHARDUS LANGVVEDEL in

defen-

LAURENTIUS BELLINI in Libro de *urinis & pulſibus* docet veram methodum ratiocinandi, examinat enim v. g. urinam intra corpus & extra corpus mutatam confert cauſas utriuſque mutationis, & inde concludit.

Et

defenſione HIPPOCRATIS contra *calumniatores*, Leid. 1647. 12. quem equidem anonymus in *monochordo* FORESIO LYGÆO LANGVVEDELIANO plagii poſtulavit.

DIOCLIS L. *prognoſticus* (CAELIO dictus *acut.* L. II. c. 10.) venditur editus Lutet. 1572. 8. ſpurius omnino.

HEROPHILUS, cujus omnia opera interciderunt, omiſſum ab HIPPOCRATE pulſum in ſummam inter ſigna dignitatem aſſeruit, *venarumque pulſus rhythmis muſicis* docuit *inveniri* (CENSORINO teſte de *die natali* cap. 12.) adeo ſubiliter & mathematice, ut ob difficultatem rei pauciores habuerit diſcipulos.

ERASISTRATI celebrem hiſtoriam, ut ANTIOCHUM Regem ex amore novercæ ægrotum, adgnito morbo, & caute procurato eo quod in votis erat, ſanaverit, SUIDAS habet.

Sed GALENI inprimis Libri prognoſtici & ſemeiotici bene multi habentur. Et Librum quidem de *præcognitione* in univerſum propriam inprimis in præſagiendis morbis & eventibus peritiam deſcripſit, quam in ANTONINO AUG. EUDEMO, aliiſque demonſtravit. Eum libellum *vertit & explicavit* LEONHARDUS JACCHINUS Lugdun. 1540. 4. Libros *de locis affectis*, qui omnino huc pertinent, laudavi in pathologicis. Deinde integra *quarta Claſſis* huc pertinet, qua primo ſubtilis & nimia pulſuum hiſtoria & diviſio multis Libellis traditur, cum plurima in veteres medicos animadverſione, & non parum debilitata illa legislatoria veterum gravitate. Et in univerſum nimis firma & definita videntur, tum diſcrimina pulſuum, tum præſagia inde ſumta, neque in rerum naturam perinde aut diſtingui poſſunt, aut confidenter recipi. Nam & tactu tot pulſuum ſpecies ſeparari poſſe vix credo, neque præſagiis tuto credi, in re variabili, quæ a minimis cauſis inpellatur. Huc ergo pertinet L. *de pulſibus ad tirones*, compendium nempe, Pariſiis 1538. 4. ſeorſim excuſus, & Lugd. 1550. 16. Commentarium in eum LEONHARDI ROGANI, Neapoli 1556. 8. Ven. 1575. 8. editum habemus: alium FERDINANDUS MENA edidit Complut. 1553. 4. alium FRANCISCUS SANCHES, Toloſ. 1636. 4. alium J. LAVELLIUS Ven. 1602. 4. RIV. Deinde *de differentiis pulſuum* L. IV. *de dignotione pulſuum* L. IV. *de cauſis pulſuum* L. IV. *de præcognitione & pulſibus* L. IV. GALENI exſtant, ſimilis omnes ingenii. *de urinis* L. I. ſpurius eſt, ex quo multa recepit THEOPHILUS. Eum. S. ALBERTS, VVittembergæ 1586. 8. ſeorſim recudi fecit, & cum commentariis locupletiſſimis FERDINANDUS MENA, Complut. 1553. 4. & J. BELLOFORTO in *commentario in* GAL. *de urina ſignificatione*. Pariſ. 1581. 8. edito L. *De criſibus* L. III. etiam NICOLAO LEONICENO interprete Pariſ. 1514. 4. 1530. fol. Lugduni 1558. 12. editi ſunt & 1547. 16. & cum *comment.* FRANCISCI SANCHES, Toloſ. 1636. 4. HIERONYMI BONIPERTI *in eundem* L. *adnotationes* editæ ſunt Ven. 1547. 4. ANTONII LUDOVICI L. III. *erotematum ſeu comment. in* L. *de criſ.* Ulyſſipon. 1543. fol. prodierunt.

De diebus criticis L. III. editi, GUINTHERIO vertente Baſileæ 1553. tum, cum *commentariis* JOH. LALAMANTII Lugd. 1559. 4. In ſolum L. III. *commentarii* HIPPOLYTI OBICII inter ejus opera exſtant. Eorum epitomen edidit J. MORISOT, Baſil. 1547. 8. cum *aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *interpretatione*. *De præſagiis ex inſomniis ſumendis* breviſſimus libellus.

ARETÆUS, iſque præcipue, tum CELSUS, CÆLIUS AURELIANUS, & ALEXANDER TRALLIANUS ſignorum accuratam recenſionem morborum deſcriptionibus addere ſolent. PAULUS fuſe de pulſibus egit, & GALENUM eſt imitatus, nemo tamen eorum eo inprimis ſcopo ſcripſit, ad Græcos recentiores uſque.

PHILARETI *de pulſibus* exiguus libellus exſtat una cum THEOPHILI editione, quam TORINUS dedit, & olim anno 1483. Venetiis in collectione ſcriptorum variorum.

Sed THEOPHILUS, qui PROTOSPATHARIUS etiam audit, ſeculi XII. auctor, proprium περὶ οὔρων ſive de urinis libellum ſcripſit, quem ex ore THEOPHILI etiam MAGNUS edidiſſe videtur. Eum latine ALBANUS TORINUS, Baſileæ 1533. 8. excudi curavit, qui antea Venetiis prodierat anno. 1483. 1493. 1523. poſtea vero inter artis principes STEPHANUS. Græce vero F. MORELLUS Pariſ. 1608. 8. edidit, & recudit in collectione ſua CHARTERIUS. More veterum valde numeroſa diverſitates urinarum refert, & valde accuratas ſignificationes. Quis cæruleas urinas vidit? aut in re ipſa adeo accurate ſeroſa, furfurea, ſimilaginea ſedimenta diſtinxerit? Eum L.

THEO-

Et ultimo GEORGIUS BAGLIVIUS, cujus opera omnia edita ſunt Lugduni in Galliis anno 1704. Non quidem accedit ad valorem præcedentium ſcriptorum, ſed, licet ſigna tumultuarie proponat, habet tamen quædam de ſignis, quæ non alibi traduntur.

PARS

THEOPHILUS GUIDOT Medicus Bathonienſis Gr. Lat. cum notis Leidæ 1703. 8. & 1731. 8 edidit, & ſubjunxit, nunc primum excuſum Libellum περὶ διαχωρημάτων, ſeu de alvi fæcibus, ſimilis argumenti. Cæterum PALLADIO Libellum THEOPHILI de urinis non bene tribuit STOLLIUS *Hiſt. der medic. gelahrt.* p. 569. & ante eum CONRINGIUS *introd.* c. 6. p. 218. quibus nomen propoſitum iatroſophiſtæ fraudi fuit.

Deinde nuperior ACTUARIUS, (ut qui THEOPHILUM citet), tanto Arabibus melior quanto deterior Græcis (C. GESNER epiſt. p. 38. b.) *de urinis* juſtum opus ſcripſit VII. Libris conprehenſum, quorum I. *de differentiis*, duo *de judiciis*, duo *de cauſis urinarum*, & unus *de prævidentiis ex urinis* eſt, quod opus latine ſemper, græce nunquam prodiit, & cum GOUPYLI notis Pariſ. 1548. 8. & cum aliis de urina ſcriptis Ultraject. 1670. 8. recuſum eſt, etſi in bibliothecis etiam Græce exſtet. Pleniſſimus hic Liber eſt, & uberrimus, ad exceſſum uſque & nimiam ſubtilitatem, quam natura non adſequatur. In ACTUARII Librum exſtat AMBROSII LEONIS *interpretatio Græca*, Venet. 1519. 4. LIND. & Baſil. 1529. 8.

SYNESIUS *de inſomniis*, Venetiis 1527. 4. cum ARTEMIDORO prodiit.

ARABES hoc ſtudium partim deſeruerunt, partim receperunt ex Græcis. ISAACI *de urinis* Liber exſtat Lugdun. 1515. fol. Inter CONST. AFRICANI opera etiam *de urina* L. I. eſt In Jen. II. AVICENNA ſemeiotica ſua habet. Aphoriſmorum RHAZIS L. I. de prognoſticis eſt, & L. II. ad MANZOREM ſigna tractat. Reliqui Arabes ſigna etiam in operibus ſuis adtigerunt.

ARTEMIDORI *oneirocritica ſeu de ſomniorum interpretatione* L. IV. Græce, Venet. 1527. 4. Latine Baſil. 1539. 4. a JAC. CORNARIO editi ſunt Græce & Latine Lutet. 1603. 4. L. EOS & ASTRAM-PSYCHII *oneirocritica* JOSEPHO SCALIGERO verſa & edita Pariſ. 1599. 8. (L.) & APOMASAR *apoteleſmata de ſignificatis & inventis inſomniorum*, Francof. 1577. 8. excuſa invitus nomino. Quis eſt JOSUEL ABRECH cujus *oneirocriſeos* L. Tremonii anno 1602. 8. prodiit?

AEGIDII L. I. *de urinarum judiciis* & *de pulſibus* L. I. *cum expoſitione & commento* M. GENTILIS de FULGINEO Venetiis anno 1494. prodiit in 8. PL. Lugduni etiam anno 1505. 8. 1526. 8. Baſil. 1579. 8.

PETRI de MONTAGNANA *de urinarum judiciis*, Patav. 1487. 4. & in collectione JOHANNIS a KESAM Venet. 1513. fol.

ABRAHAMI ABN ESRA *de diebus criticis*, Lugdun. 1496. Franc. 1614. 12. L.

In *Canonica* MICHAELIS SAVANAROLÆ tractatus etiam *de pulſibus* & *urinis & egeſtionibus* continentur, Venet. 1503. fol.

MICHAELIS SAVANAROLÆ editionem poſſideo Venet. 1552. fol.

GEORGII VALLÆ L. *de differentiis pulſuum*, Argentor. 1549. 8. Inane opuſculum.

In *artiſella* continetur etiam PHILARETUS & THEOPHILUS, Venet. 1483. fol.

BERNARDINI GORDONI *de urinis tractatus*, Ferrar. 1487. fol. L.

MATTHÆI de LUCHA *dialogus de diebus criticis*, Rom. 1493. 4. RIT.

AUGUSTINI NIPHI *de diebus criticis* L. Venet. 1500. fol. Francof. 1614. 4.

UDALRICI BINDER *ſpeculum videndi urinas hominum & clavis aperiendi portas pulſuum*, &c. 1596. 4. *

FRANCISCI de la TORRE *prognoſticon medicinale ſecundum temporum conſtitutiones*, Anconæ 1512. 4. ex vett. collectum.

PETRI LEONIS L. *de urinis*, Venet. 1514. fol. L.

The ſeynge of urins of all the colours that uryns been of, vvith medycynes annexed to urin an urinal, Lond. 1725. 4. AMES.

CHRISTOPH. CLAUSER *geſpräch, daſſ die betrachtung des menſchen harns ohne andern bericht unnützlich*, &c. Tigur. 1531. 8. *

AN-

ANTONII CONTAGENA *de ſignis febrium & diebus criticis*, Conplut. 1529. fol. L.

HIERONYMUS FRACASTORIUS, acutiſſimus, uti notus eſt, medicus & philoſophus, Venetiis anno 1538. 4. edidit *Homocentrica* & *de cauſis criticorum dierum per ea quæ in nobis ſunt*, quæ in operibus omnibus recuſa habentur. Cauſam motuum criticorum refert ad motus humorum morboſorum, qui conveniant certo tempore, uti die ſeptimo quo cholera & melancholia una moventur, & eo modo maximam irritationem faciunt. Contra eum ſcripſit ANDREAS TURINUS HIPPOCRATIS & GALENI *defenſionem de cauſa dierum criticorum contra* F. Bonon. 1543. MANDOS.

VALENTINI POLIDAMI *de pulſibus, urinis*, Baſil. 1546. 8.

PAULI GRISIGNANI L. *de pulſibus & urinis*, Salerni 1543. 4.

EURICII CORDI *concluſiones de abuſu uroſcopiæ*, Francof. 1546. 8.

ROBERTI RECORD *urinal of phyſic*, Lond. 1548. 24. AMES.

AUGERII FERRERII *de diebus decretoriis & de ſomniis* L. Lugduni 1541. & 1549. 16. OSB.

JOSEPHI STRUTHII *ars ſphygmica ſupra* 1200. *annos perdita, omnibus tamen medicis ſumme neceſſaria* L. V. Baſil. 1540. 8. & 1602. 8. cum C. BAUHINI *introductione pulſuum ſynopſin continente*. Mire ſibi placuit ob præſagia ſua STRUTHIUS, & amorem ex pulſu ſe diſtinxiſſe, mortemque certiſſieme pronunciaſſe adfirmat, & multas alias obſervationes ſuas excitat.

JOSEPHI STRUTHII mihi eſt editio Baſil. 1602. 8. quam editam eſſe cum *introductione* C. BAUHINI ibi dictum eſt. Hic cæterum STRUTHIUS in ipſis digitis, tribuſque eorum locis pulſus diſtinxit. Dedicatio eſt anni 1555.

MICH. ANTONII BLONDI *de diebus decretoriis & criſi eorumque veriſſimis cauſis in via* GALENI *contra neotericos libellus*, Romæ 1544. 4. Aſtrologiæ multum tribuit.

J. VASSÆI *de judiciis urinarum* L. Pariſ. 1545. 8. ordinem laudat SCHELHAMMERUS.

LUCÆ GAURICI *ſuper diebus decretoriis axiomata cum enucleatione* HIPPOCRATIS & GALENI Rom. 1546. fol. Ex eadem ſecta aſtrologorum.

J. SCHROETER *typus ex* HIPPOCRATE, GALENO *aliiſque per quem cognitis mutationibus anni de futuris inde morbis unuſquiſque prædicere poterit*, Vienn. 1551. 8. L.

IN FERNELII ſcriptis *pathologiæ* Liber III. agit *de pulſibus & urinis*: quibus inprimis paulo nimis tribuit.

CHRISTOPHORI a VEGA *de urinis* L. Complut. 1554. 8. L.

J. B. MONTANI L. II. *de excrementis* (*fæcibus & urinis*), Patav. 1554. 8.

THOMÆ BODERII *de ratione & uſu dierum criticorum*, Pariſ. 1555. 4. THU.

De pulſibus & urinis libellus ex GALENO *concinnatus*, Tigur. 1555. 8.

CLAUDII BARIOTTI *de morbis & diebus criticis ex aſtrorum motu cognoſcendis*, Lugd. 1557. 4. L.

HIPPOLYTI SALVIANI *de criſibus ad* GALENI *cenſuram liber omnium criſium cognitionem continens*, Rom. 1558. 8. LIND.

JACOBUS HUGGEL Baſilienſis in urbe patria anno 1560. fol. *de ſemeiotica tractatum* edidit, in tabulas & ſecundum ea digeſtum, de quibus præſagia expetuntur, & ſecundum ea, ex quibus ea deſumuntur.

JODOCI LOMMII *Obſervationum medicinalium* L. III. *quibus omnium morborum ſigna, & præſagia accuratiſſime pertractantur*, Antvverp. 1560. 8. 1563. 8. Amſtelod. 1715. 1720. 8. &c. Ob ordinem, & dictionem, & ipſam ex veteribus quidem magna ex parte collectam enumerationem ſignorum, & morborum hiſtorias utilis.

BRUNONIS SEIDELII *de uſitato apud medicos urinarum judicio*, Erfurt. 1562. 8. L.

J. ANDREÆ NOLÆ *quod ſedimentum ſanorum ægrorumque corporum non ſit ejuſdem ſpeciei, neque ſit ſemper pars humoris putridi, neque in eo omnes humores contineantur* (LIND.) Ven. 1562. 4.

J. B. PELEGRINI *de ratione cognoſcendi ſigna & cauſas morborum*, Bonon. 1563. 4. *

LEONHARDI JACCHINI *præcognoſcendi methodus*, Baſil. 1563. 4. L.

FRANCISCI VALESII *de urinis, pulſibus ac febribus libelli*, Complut. 1565. 8. Colon. 1592. fol. Francof. 1645. fol. in operibus.

ANTONII PETITÆI *criſimorum dierum ratio, criſimologion*, Pariſ. 1566. 8. LIND.

PARACELSI *de urinarum & pulſuum judiciis*, *vom harn und pulſur theil und der phyſio-gnomie*, 1568. 4. Argentor. 1608. 8. Semeioticen inprimis deſtruxit auctoritas ſectæ chimicæ, quæ in efficacia medicamentorum ſuorum abſque ſollicita criſium aut temporum diſtinctione ſpem ſuam poſuerunt.

Inter CARDANI numeroſa opera eſt etiam Liber de urinis, & ſomniorum interpretatio; Baſil. 1562. 4. EJ. *de cauſis, ſignis ac locis morborum* L. I. Baſil. 1583. 8.

In CARDANI hic jam citati *contradicentibus* multa habentur de criſibus, & alia huc pertinentia.

C. PEUCERI *de propriis divinationis generibus* magna ex parte ſemeiotica eſt.

LEONHARDI THURNEISER *προκατάληψις oder praeoccupatio durch* 12 *verſchiedentliche neugemachten harnproben*, Francof. ad Viadr. 1571. fol. EJUSD. *βεβαίωσις ἀγωνισμοῦ oder von der notdürftigeſten kunſt desharnprobierens*, Berlin. 1576. 8. Urinam equidem diſtillavit, & ex ejus principiis chemicis ſigna deſumere voluit, ſed ita obſcure & arbitrarie, ut Alchemiſtam decebat.

CELSI MARTINENGI *de prævidendis morborum eventibus* L. III. Brix. 1571. 12. Venet. 1564. 4. LIND'

LEONIS ROGANI *de urinis* L. III. *ex* HIPPOCRATE *&* GALENO *collecti*, Venet. 1575. 8. R.

BONAVENTURÆ GRANGER *ſudorum prognoſtica ex* HIPPOCRATE *&* GALENO, *ſcriptis verſibus deſcripta*, Pariſ. 1576. 8. L.

ALPHONSI BACA *de ratione cognoſcendi cauſas & ſigna proſpera & adverſa urinarum* L. III. *& de febribus & diebus decretoriis*, Hiſpali 1577. 4. L.

J. FRANCISCI ULMI *de certa ratione judicandi ex urinis*, Venet. 1578. 8. L.

JODOCI VVILLICHII *probationes urinarum illuſtratæ ſcholiis* HIERONYMI REUSNERI, Baſil. 1582. 8. & in collectione Ultrajectina 1670. 8. VVILLICHIUS quidem more veterum aphoriſtica præſagia ex urinis pronunciavit; REUSNERUS ex veteribus illuſtravit, cauſas adpoſuit. Modum docendi cognoſces ex theoria ἐναιωρημάτων, quæ ſepe ex flatibus alvi imæ oriri docet.

NICOLAE TAURELLI *medicæ prædictionis methodus*, Francof. 1581. 4.

PETRI FORESTI *de incerto & fallaci urinæ judicio adverſus Uromantas & Uroſcopos*, Antvverp. 1583. 8. L. Leidæ 1589. 8. Germanice 1661. 8. Noribergæ. Dialogi modo demonſtravit, non poſſe omnes morbos ex urina aut cognoſci, aut eventus præſagiri, ob cauſarum morboſarum varietatem, & urinæ naturam mutabilem. Id ratione & exemplis demonſtrat.

GUILIELMI ADOLPHI SCRIBONII *idea medicinæ ſeu de inſpectione urinarum contra eos, qui ex qualibet urina de quolibet morbo judicare volunt*, Lemgov. 1584. 8. L. Baſil. 1585. 8. Contra eum CORNELIUS PLEYER ſcripſit *examen tractatus* G. A. SCRIBONII, Erfurt. 1623. 8. in quo Uromantas defendit.

HIERONYMI MERCURIALIS *de corporis humani excrementis*. Semeioticus Libellus eſt, ad veterum opiniones ſcriptus, ita credulus, ut etiam ex lotio graviditatem credat dignoſci poſſe. Prodiit Venet. 1572. 4. & alias.

J. B. DONATII L. I. *de judiciis*, Venet. 1580. 4. L. I. *de ſignis morborum judicialibus*. L. I. *de divinationibus*, Francofurti 1591. 8. *

SALUSTII SALVIANI *de urinarum cauſis, differentiis & judiciis* L. II. Rom. 1587. 8. L. EJ. *de criſibus*, Rom. 1589. 8. LIND.

JAC. ALBERTI *ſemeiotice ſeu dignoſcendorum ſedium malo affectarum & affectuum præter naturam*, Lauſann. 1587. 8.

MARCI ODDI *de urinarum differentiis & judiciis tabulæ*, Patav. 1591. fol. L.

JOHANNIS ARGENTERII L. *de urinis* apud S. ANDRE' 1591. 8. Lipſ. 1682. 8. EJUSDEM *de ſignis medicis* L. IV. Florent. 1556. fol. Multo plus diſputationis habet quam experimenti.

LUD. LEMOSII *de optima prædicendi ratione* L. VI. Venet. 1592. 8. RIV.

J. B. SYLVATICUS *de iis, qui morbum ſimulant, deprehendendis*, Mediolan. 1593. 4. L. Francofurti 1671. 12.

Hic dicenda eſt ANTONII PONCE de S. CRUX archiatri *exactiſſima diſputatio de pulſibus*

quibus

quibus GALENI *&* AVICENNÆ *doctrina philoſophice explicatur*, Madrit 1622. 4. defendit ſubtilitates pulſuum Galenicas.

CAMILLI THESAURI de CORNETO *pulſuum opus abſolutiſſimum in* VI. L. *diviſum*, Neapoli 1594. 8. LIND.

FRANCISCI du PORT *de ſignis morborum* L. IV. Pariſ. 1594. 8. Carmen.

HIER. CAPIVACCII *de urinis* Tractatus, Serveſtæ 1595. 8. EJ. *de pulſibus*, *urinis & modo interrogandi ægros* exſtat in *operibus omnibus*, Francof. 1603. fol. &c.

ANDREÆ LAURENTII Libri III. *de criſibus*, Francof. 1596. 8. 1606. 8. reliquis ejus viri operibus præferuntur.

JACOBI FONTANI *prognoſticorum ad artem medicam ſpectantium perioche ex* HIPPOCRATE *&* GALENO *collecta*, Turnoni 1597. 12.

PETRUS PAULUS GALEO *de pulſibus* 1597. 4. LIND.

HERCULIS SAXONIÆ Tractatus *de pulſibus & urinis*, Francofurt. 1660. 8. & in *Pantheo medicinæ ſelecto* denuo Francofurt. 1603. fol.

AEMILII CAMPOLONGI *ſemejotice ad analyſeos* CAPIVACCII *normam expreſſa*, VVittemberg. 1601. 8. a J. JESSENIO edita, laudata CONRINGIO.

PROSPERI ALPINI *de præſagienda vita* & *morte* L. VII. Venet. 1601. Patav. 1601. 4. Francof. 1601. 4. (ter in eodem anno) NICERON. Leidæ 1710. 4. cum præfatione BOERHAAVII. Hamburg. 1734. 4. & Ven. 1751. HIPPOCRATEM ſummo cum ſtudio legit, ejus præſagia & obſervationes in claſſes diſpoſuit: theoriam atque prædictionem Galenicam addidit, ut fere poſſit loco eorum virorum eſſe, & qui ALPINUM legerit, ea, quæ veteres docuerunt, bono ordine pleniſſima reperiat.

EUSTACHII RUDII *de pulſibus* L. II. Patav. 1602. 4. Librorum GALENI compendium.

ALEXAND. MASSARIÆ L. 2. *de pulſibus & urinis*, Venet. 1603. 4. HAEN. Tarviſii 1607. fol. SCHULZ. Lugd. 1616. 4.

J. SIGLICIUS περὶ κρίσεων Gr. Lat. 1604. 4. Quid?

J. HUCHERI *de prognoſi medica* L. II. Lugdun. 1602. 8.

PETRI HOLZHEIM *prognoſtica vitæ & mortis* L. II. HIPPOCRATIS & GALENI præſagia in ordinem redegit, tum in verſus, tum in ſubjectam exegeſin. Colon. 1605. 8. Inutilis labor.

J. ANT. MAGINI *de aſtrologica ratione & uſu dierum criticorum ſeu comment. in* L. III. *de diebus decretoriis* GALENI Venet. 1607. 4. L. Jatromathematici ex aſtrologica ſecta opus.

J. ZINCK *de criſibus, natura, proprietate, neceſſitate criſion & dierum criticorum*, Francof. 1609. 12.

GUIL. RONDELET *Tractatus de urinis*, Francof. 1610. 8. L.

J. RHENANI *urocriterium chymiatricum*, Marburg. 1610. 8. Nullius momenti.

SANCTORIUS de SANCTORIIS ad ægrorum pulſus explorandos *pulſilogium* excogitavit, quo differentias motuum æqualium 133. diſtingueret, idque C. BARTHOLINO oſtendit *Problem* VIII. *Exerc.* IX. Primus etiam thermometro ad explorandum ægrorum calorem in medicina uſus eſt. De utroque invento vide ejus *commentaria in* I. *Fen. Primi L. Canonis* AVICENNÆ, Venet. 1626. fol. Sed etiam ſtaticam medicinam haud abs re huc revoces, in qua ex pondere hominis aucto & imminuto de morborum origine, progreſſu & periculo argumenta ſumſit: cum ante eum C. CUJANUS clepſydra pulſuum numerum inire ſuaſerit.

ANTONII CONSTANTINI *opus medicæ prognoſeos in quo omnium ſymptomatum cauſæ, a* GALENO, HOLLERIO, JACOTIO *depromtum*, Lugdun. 1613. 8. L.

RODERICI a FONSECA *de hominis excrementis Libellus*, Piſis 1613. 4. Ulyſſiponenſis, Piſanus Profeſſor, ad excrementa eriam lac numerat & menſes. Veteres fere ſequitur.

J. CÆSARIS CLAUDINI *de criſibus & diebus criticis*, Bonon. 1612. fol. Baſil. 1620. RIV. Venet. 1528. 4. &c. L.

J. CÆS. BARICELLI *de hydronoſa natura ſeu ſudore humani corporis* L. IV. Neapoli 1614. 4. Valde laudat SCHELHAMMERUS.

J. ZECCHI *de urinis brevis & pulcherrima methodus*, Bonon. 1613. 4.

J. ZECCHII de *pulſibus* liber prodiit cum ejus *conſultationibus*.

THEOD. MAY. *urinbüchlein*, Magdeburg 1614. 8. *

ANGELI FLORIDI *de annis climactericis & diebus criticis*, Patav. 1612. 4. LIND.

H. FRANCOSII *de divinatione per ſomnum*, Rom. 1617. 4.

FRANCISCI de FRANCISCIS *pathologia univerſa & Tractatus de criſibus*; Genev. 1618. 8.

J. KOLNER Tractatus *jatremathematicus ex thematis cæli ad horam decubitus, erectione morbi criſin & eventum pronuncians*, Gryphisvvald. 1618. 8.

J. VVOLFII *exercitationes ſemejotica in* GALENI L. *de locis adfectis*, Helmſtad. 1620. 4. RIV.

ANTONII PONTII de S. CRUZ *de pulſibus* L. Madriti prodiit 1622. fol.

GREGORII HORSTII *febrium continuarum prognoſis juxta textum* HIPP. *in principio Coacarum*, Gieſſ. 1622. 4. L.

DUNCANI LIDDEL L. *de ſignis medicis* exſtat in operibus Lugdun. 1624. 4. editis.

J. B. CORTESII *miſcellaneorum Decas* VI. eſt *de urinis & pulſibus ad Tirones*, Meſſan. 1625. fol.

CAROLI ROMATETI *criſiologia ſeu Tractatus de judiciis*, L. II. Argentorat. 1625. 8. L.

PROTHI CASULANI *de lingua quæ maximum eſt morborum acutorum ſignum*, Colon. 1626. 8.

ALEXANDRI ALEXII *epitome pulſuum cum conſiliis*, Patav. 1627. 4. R.

ALEX. ALEXII quam citavimus epitome breviſſima eſt.

CAMILLI BALDI *de naturali ex unguium inſpectione præſagio*, Bonon. 1629. 4. L.

Poſt hunc vero adde J. TAGE *ſpeculum ægrotorum or the ſickman's glaſſ*, Londin. 1638. 4 *

JOH. VARANDÆI *ſemejotice* exſtat in operibus omnibus.

ANDREÆ ARGOLI *de diebus criticis & ægrorum decubitu* L. II. Patav. 1639. 4. 1682. 8.

J. MARCI MARCI *de proportione motus ſeu regula ſphygmica ad celeritatem & tarditatem pulſuum ex illius motu ponderibus geometricis librato abſque errore metiendam*, Prag. 1639. 4. RIV.

LAURENTII EICHSTAD *de diebus criticis*, Stettin. 1639. 4. L.

SAMUEL HAFENREFFER *monochordon ſymbolico-biomanticum abſtruſiſſimum pulſuum negotium ex harmoniis muſicis dilucide figuriſque oculariter demonſtrans, de cauſis & prognoſticis inde promulgandis fideliter inſtruens*, &c. Ulm. 1640. 8.

GUILIELMI STRATENS *de erroribus popularibus, de fallaci urinarum judicio* Diſſertationes III. Ultraject. 1640. 4. anno 1670. 8. recuſæ cum ACTUARIO. Urinas in eodem morbo variabiles, in diverſis ſimiles atque adeo ad præſagium non ſufficientes eſſe.

G. BALLONIUS nihil proprie de ſignis ſcripſit, ſed cum morborum hiſtoriis accuratam obſervationem conjunxit.

PETRI CASTELLI *de abuſu circa dierum criticorum enumerationem*, Meſſanæ 1642. 8. L.

PETRI CORTESII *de diebus decretoriis*, Panormi 1642. 8. *

LUDOV. FERRANTI HIPPOCRATIS *præſagia brevi commentario illuſtrata decerpta a* GALENO HOLLERIO DURETO, &c. *& aliis viris*, Lutet. 1657. 12.

NICHOLAI CULPEPER *ſemejotica uranica or an aſtrological judgement of diſeaſes from the decumbiture of the ſick*, Lond. 1651. 8. HARL.

JAMES HART *anatomy of urines*, Lond. 1652. 4. HARL. hujus loci videtur.

ISAACI CUJACII *uromantia*, Brem. 1652. 12. *

J. GUALTHERI HIMANTOMI *de incerto urinarum judicio*, Quedlinburg. 1657. 4. Germanice contra uromantos.

CASPARIS CALDERÆ de HEREDIA *de prognoſis fallacia in communi & in particulari cum* Tribunale Apollini ſacro prodiit 1658. fol. L.

H. MARTINI *anatomia urinæ Galenico-ſpagirica*, Francof. 1658. 12.

HONORATI BICAISE *manuale medicorum ſeu σύναξις aphoriſmorum* HIPPOCRATIS, *prænotionum Coacarum & prædictionum, ſecundum propriam morborum omnium nomenclationem alphabetico ordine digeſta*, Lond. 1659. 24. L.

J. PREVOT *ſemejotice ſeu de ſignis medicis enchiridion*, Venet. 1654. 24. EJ. *de urinis* tractatus poſthumus, Patav. 1661. 12.

J. PREVOT in *poſthumis* etiam Hanoviæ 1666. 12. ſatis bene de ſemeiotice ſcripſit.

THOMÆ VVILLIS *diſſertatio epiſtolica de urinis*, Lond. 1660. 8. 1662. 12. quæ editio penes me eſt, *tertia* omnino, ſæpe alias recuſa etiam Ultrajecti 1671. 8. cum ACTUARIO.

Habet

Habet urinæ analyſin per exhalationem & admiſta, quæ vocant, reagentia, & lotii ſubſidentias. Morbos etiam viarum urinæ graviores aliquos recenſet.

J. FRID. HELVETII *alchemiſta amphitheatrum phyſiognomia medicum*, Heidelberg. 1660. 8. germanice: ob ſigna temperamentorum huc refer.

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS *ſyntaxis prædictionum medicarum*, Lugd. 1661. 4.

J. HEYN *drey unterſchiedliche tractätlein ... das dritte begreifft in ſich den Grund, wie man den urin des menſchen künſtlich judiciren könne*, Francofurt. 1663. 8.

THOMÆ FIENI *ſemejotice ſeu de ſignis medicis* Tr. Lugdun. 1664. 4. Plenum & ordine bono ſcriptum opus, ſed unice fere ex veteribus ſumtum.

In NELLANI GLACANI *curſu medico* Tomus III. continet *ſemejoticen ſeu de ſignis, criſibus, pulſibus & urinis*, Bonon. 1665. 4.

MAURITII HOFMANNI *prudentia medica ex ſanguine pro ſalute mortalium agendorum rationes exponentis fundamenta*, Altdorf. 1665. 8.

J. JESSENI a JESSENI *de ſanguine ex vena ſecta demiſſo*, Pragæ primum 1618. 4. tum cum notis editus a J. PANCRATIO BRUNONE, Norimberg. 1668. 12. A ſeri diverſa copia varia ſigna ſumit, &c. BRUNONIS fuſus & parum utilis commentarius eſt.

J. TH. SCHENK *ſynopſeos inſtitutionum medicarum*, quam per *diſputationes* edidit, pars eſt *ſemejotica*, Jen. 1671. 4.

ANTONII EYGEL *apologema pro urinis humanis*, Amſtelod. 1672. 8.

J. MUNNIK *diſſertatio de urinis & earum inſpectione*, Traject. 1674. 12. 1683. 8. EJUSDEM *uromanticus caſtratus ſeu tractatus de urinis earumque inſpectione caſtigatus*, Ultraject. 1697. 4.

THOMÆ BRYAN *the piſſe prophet diſcovering the fablaring and juggling of the piſſepet ſcience*, Lond. 1679. 8. HARL. Germanice cum titulo *Engliſcher wahrſager aus dem urin*, Norimberg. 1693. 8.

ANDREÆ CLEYER *ſpecimen medicinæ ſinicæ* L. IV. Francofurt. 1682. 4. Varii ſunt inprimis de pulſu libelli. Primus a CLEYERO aut certe ab Europæo medico ſcriptus eſt: ſequitur *fragmentum* cui etiam in titulo præfigitur eſſe Europæi medici eruditi opus. Nihil hac pulſuum doctrina ſubtilius vel cogitari poteſt. In omni pulſu habent Chinenſes radicem ad radium, medium pulſum, & ramum, propius nempe pollicem. Horum trium pulſuum unicuique ſuam ſignificationem ſtatuunt. Circulationem vero mirificam ſtatuunt, quæ fiat ab humido radicali & calore primigenio quotidie per vias duodecim membrorum principum circumeunte. Sequuntur pulſuum innumerabiles figuræ, iconibus expreſſæ, cum præſagiis. Nihil omnino in hac re ſerii. Nam ad multos pulſus addunt, unum in ſingula reſpiratione fieri, quod fieri non poteſt. Inde ſequuntur Libri Sinenſium, qui pulſus explicant, auctore VAM XOHO, qui regnante familia CYN floruerint. In *Decadis* II. *an.* IV. EPH. NAT. CUR. exſtat etiam MICHAELIS BOYM *clavis medica* ad *Chinenſium doctrinam de pulſibus*.

Cæterum WILHELMUS ten RHYNE *de arthritide* queritur quod CLEYERUS ſuum de pulſu Sinenſium tractatum contra fidem in patriam miſerit.

LAURENTII BELLINI *de urinis & pulſibus* L. Bonon. 1683. 4. Francof. 1698. 4. Lipſ. 1685. 1734. 4. Leid. 1717. 4. &c. Principium præſagiendi in febribus ſumit a calore, qui intendatur aquæ portione diminuta, qua reſtituta urina ſanæ redeat ſimilis. Inde veterum præſagia mechanice interpretatur. In pulſibus plenus eſt & ſimplex. In L. *de febribus* agit de criſibus, quas non eſſe ad aliquot dies ſuperſtitioſe adſtrictas, ſed pertinere ad ſubactionem humoris morboſi, quæ cum tempore fiat, recte advertit.

DAVID ABERCROMBY *de variatione pulſus*, Londin. 1685. 8. & cum aliis opuſculis, ibid. 1687. Pariſ. 1688. 12.

CAR. PATINI *oratio in febribus medendis inſpiciendum eſſe lotium*, Patav. 1688. 4.

THOMAS SYDENHAM nihil peculiare ſcripſit de ſignis, ea vero longe accuratius recenſuit morbiſque adjecit, quam inter recentiores alius. Sed BAGLIVIUS ſparſim plurima ſigna & præſagia ad modum veterum in operibus ſuis habet. Tum ea laude etiam URATISLAVIENSIUM *hiſtoriæ morborum* omnino deſtitui non debent.

G. CHRISTOPH. SCHELHAMMER *epiſtola de pulſu qua ejus ratio.. ad mechanicas leges exigitur*, Helmſtad. 1690. 4. Multa in BELLINUM.

CORN. HORLACHER *methodus urinoſcopiæ perfacilis*, Ulm. 1691. 12.

HERMANNI BOERHAAVE *de utilitate explorandorum excrementorum corporis humani*, Harderovvic. 1693. 8. Londini 1743. 8. cum vita Boerhaavi. Futuræ famæ hic radices adſunt, experimenta nempe ad analyſin urinæ & fæcum, ſalivæ, ſudoris, &c.

In EPH. NAT. CUR. *Dec.* II. anni VII. exſtat in *appendice* ROSINI LENTILII de *vena ſectione & urina*.

GEORG. VVOLFGANG VVEDEL *phyſiologia pulſus*, Jen. 1689. 4. EJ. *aphoriſmi aphoriſmorum*, Jen. 1695. 12. EJ. *exercitationes ſemiotico-pathologicæ*, Jen. 1700. 4.

DAVAC de la RIVIERE *Traité des fièvres, de leurs cauſes & differences, les moyens de les connoitre par les urines*, Pariſ. 1698. 12. & EJ. *miroir des urines*, Pariſ. 1700. 12. 1722. 12. ſyſtematice ſatis ſcripſit.

FRIDERICI SCHRADER *exercitationes* III. *de ſignis medicis*, Helmſtad. 1699. 4.

JOS. BUTLER *een nadere ot dekkinge der menſchelyke vvaters*, Harlem. 1697. 8. *

FRID. HOFMANN *de neceſſaria ſalivæ inſpectione* diſp. Hall. 1698. 4. aliæque bene multæ EJ. *diſſertationes huc pertinent. Ea qua pulſuum naturam, genuinas differentias & uſum evolvit*, prodiit Hall. 1702. 4. & Leidæ 1713. 8. ſimplicem facit pulſum & nimia diſcrimina expungit, negat celerem a frequente diſtare. EJ. *Medicinæ ſyſtematicæ* Tom. III. huc pertinet.

J. PHIL. EYSEL *compendium ſemiologicum modernorum dogmatibus accommodatum*, Erfurt. 1701. 4. pro tironibus.

J. PANCRAT. BRUNONIS *de retrimentorum corporis humani coloribus variam in ægris ſignificationem præbentibus ad* HIPP. *Aphoriſm.* IV. 21. Altdorf. 1702. 4.

JAC. HARVEY *prognoſtick ſigns of acute diſeaſes*, Londin. 1706. 8. Habet etiam ætiologiam ſymptomatum theoreticam.

MIGUEL MARCELLINO BOYX HIPPOCRATES *defendido*, Madrit. 1711. 4. ſpiſſum volumen pro criſibus & præſagiis HIPPOCRATIS, jam dictum.

GEORGII ERNESTI STAHL multa huc pertinent, & in univerſum, & ipſe & ſecta ejus tota, ab aliis ſtudiis ad praxin & morborum cognitionem medicos magno nixu revocarunt. EJUS diſputatio *de uromantia & uroſcopia abuſu tollendo*, Hall. 1711. 4. Germanice prodiit Coburgi 1739. 8. Urinæ veram utilitatem in febribus adſignat, falſam in plurimis morbis, & nimiam refutat, & vellet abolitum morem, non elegantiſſimum, quo medici de urina, ſibi oblata, reſpondent. EJ. *de differentiis celeris & frequentis pulſus excuſatio* prodiit 1707. contra HOFMANNUM *Excuſatio reſpondens examini pulſus celeris & frequentis*, Hall. 1702. 4. Defendit eam diverſitatem.

C. S. S. D. *relationes curioſæ medicæ vom dem biſhero ſo ſehr verachteten ſigno medico dem urin*, &c. Gotha 1703. 8. Video ex STOLLIO, anonymum auctorem morbum ejuſque vim ex aucto pondere urinæ æſtimaſſe. Sed ea nunc accuratius habemus a BROVVNE LANGRISH exhibita in Tractatu de febribus.

J. ERN. SCHAPER *de ſignis imminentium morborum ad præcautionem neceſſariis*, Roſtoch. 1705. 4.

HENRICI BUYSEN *verhandelinge avn de uytvverpingen des menſchelycken lighaams*, Amſtelod. 1706. 12. Simplex & aphoriſticus auctor in compendio habet præſagia ex ſputo, ſudore, urina, fæcibus alvi, vomitu.

JOHN FLOYER *the phyſicians pulſe vvatch in three parts*, Londin. 1707. & 1710. 8. 2. vol. Pulſus prius vagos ad numerum reduxit, quo ſtudio obtinuit, ut facilius & certius judicium de ſana & morboſa eorum frequentia fieri queat. Per ætates, ſexus, vitæ genus, tempora diei numerum invenit diverſum reperiri, neque tamen ſatis accurate definivit. In altero volumine habet pulſus morboſos, & de reſpirationis mutationibus morboſis.

J. H. FURSTENAU *deſiderata circa morbos eorumque ſigna*, Amſtelod. 1712. 8.

BARTHOLD VVICHER *von den liſtigen ranken der urin beſeher*, Schifbeck 1713. 8.

ARCHIBALDI PITCARNE *elementa*, jam citata, hic repeto, quod c. 7. fuſe contra criſes pugnet, eaſque dari neget, & eos ex præjudicio loqui adfirmet, qui admittant.

J. DAN. LONGOL *vvahrhafter temperamentiſt*, Budiſſin 1716. 8. de arte dignoſcendi temperamenta.

In MICH. ALBERTI *ſyſtemate* Tomus II. ſemeioticen continet, Hall. 1719. 4.

HYGIANDER *algemeine und beſondre regeln von dem urin*, Nurenberg. 1720. 8.

O. von HELVVIG *ſonderbarer diſcours vom urin* de præſagiis nempe inde ſumtis, Zittau 1721. 8.

CHRI-

CHRISTIANI VATER *ſemeiotica medica*, VVittemberg. 1742. 4.

CHRISTIAN. LUDOV. VVUCHERET *ſemeiotica generalis & ſpecialis*, Jen. 1722. 4.

C. FALCONET *ſyſtême des fièvres & des criſes*, Pariſ. 1723. 8.

De C. FALCONET vide pathologica.

A. VATER *de uroſcopiæ adminiſtratione*, VVittemb. 1729. 4.

HENR. J. REGA *de urinis* L. II. Lovan. 1733. 8. Contra præſagia ex urina nimis accurata. Oſtendit in morbis diverſiſſimis ſimilem eſſe, ut in febre acuta & ſcorbuto: in eodem homine urinam potus ab urina ſanguinis valde differre, &c.

J. JUNKER *conſpectus pathologiæ & ſemeiologiæ potiſſimum Hippocratico-Galenicæ in forma tabularum*, Hall. 1736. 4.

Nouveau recueil de prognoſtiques dangereux & mortels, Pariſ. 1736. 16. Etſi ſacerdotis opus ſit, laudatur tamen in J. des SAV.

G. DETHARDING *fundamenta ſemeiologiæ medicæ*, Hafniæ 1740. 4.

Nevv and extraordinary obſervations concerning the pulſe made by D. FRANCESCO SOLANO da LUCC *illuſtrated vvith nevv caſes and remarks by* JAMES NIHELL M. D. London 1741. 8. Mirus Libellus compendium eſt Libri in folio, quem cum titulo *lapidis lydii Apollinis* FRANCISCUS ediderat. Vixit Antiqueræ, Gadibus experimenta repetiit NIHELL, Hiſpani vero parvi fecerunt. Pulſus tres inprimis obſervat, dicrotum, qui criſin per hæmorrhagiam narium præſagiat, ut ex ejus diverſa frequentia etiam tempus criſeos poſſis prædicere. Inde pulſum intermittentem, qui diarrhœam ſignificet, denique *inciduum*, novum pulſum, ubi pulſus unus, duo, tres pluresve ita adſcendunt, ut poſterior ſemper priore fortior ſit. Is ſudorem præſagit. Subjuncta ſunt exempla quibus mira certitudo præſagii confirmatur. NIHELL ſatis ſimilia experimenta habet, minus tamen certa. Latine vertit G. NOORTVVYCK, Amſtel. 1746. 8. duas obſervationes proprias præmittit, unam in pulſu dicroto ſatis ambiguam: aliam de gibbo ab aortæ aneuryſmate. Pariſiis edidit D. LAVIROTTE 1748. 12.

JULIANI BUSSON *Ergo a recta criſium doctrina & obſervatione medicina certior*, Pariſ. 1741. 4.

CONRADI ZUMBACH de KOESFELD *de pulſibus & urinis faſciculus indicatorius*, Leid. 1741. 8. Collectio ex optimis auctoribus.

J. ERN. HEBENSTREIT *de pulſu inæquali*, Lipſ. 1741. 8.

D. ASSUM *theoria naturalis criſium in febribus*, Argentor. 1741. 4.

J. EHRENFRIED THEBESII *de pulſu ut ſigno*, Lipſ. 1742. 4.

EL. COL. de VILLARS *recueil curieux de prognoſtiques dangereux*, Pariſ. 1747. 8.

Regeln vom urin unbetrieglich zu urtheilen, Nuremberg. 1744. 8.

JAC. de SOMBE *de criſibus* diſp. Leid. 1747. 4. Amicum citat, qui inciduum pulſum ante criſin per ſudorem viderit.

CAROLI BEELS *de febre ex ſolo pulſu cognoſcenda*, Leid. 1747. 4.

J. GODOFRID BRENDEL *de pulſu febrili obſervatio* I. II. & *in febrium partitione*, Gotting. 1747. 4. omnino citari meretur. In febre intermittente pulſum in frigore rariorem eſſe docet, in calore ita increſcere ut etiam celeritatis augmenta perpetuo augeantur, & viciſſim decrementa in receſſione. Criſes longas eſſe, non momentaneas oſtendit.

In BARKERI *agreement betvvixt antient and modern phyſicians* multa pro criſibus leguntur, quas tuetur auctor, & perinde apud nos obſervari credit ut apud HIPPOCRATEM, qui in Theſſalia, regione non multo Anglia calidiori, vixerit. Materiam morboſam in febribus adeſſe & per criſin ſubigi contendit, &c. Eadem mens eſt ILL. G. G RICHTERO in *programmate quo criſes veterum in morbis propriumque in iis tempus* conſiderat, Gotting. 1748. 4.

JAQ. J. BRUHIER *Traité de l'incertitude des ſignes de la mort, & Mémoires ſur la neceſſité d'un réglement général au ſujet des enterremens & des embaumemens*, Pariſ. 1745. & 1746. 12. & auctius 1749. 12. Signa mortis vulgo tradita non ſufficere, ſæpiſſime vivos ſepulchris inferri fuſe & multis exemplis monet. Anglice prodiit Londini 1746. 12.

ERNESTI ANTONII NICOLAI *theoretiſche und practiſche betrachtung des pulsſchlages*, Hall. 1746. 8. HOFMANNUM ſecutus, pauca admodum genera pulſus conſervat, vim arterioſi ſanguinis cum vi ſanguinis venoſi comparat, cauſas diverſi pulſus duri, pleni, &c. mechanicas adſignat. In alio L. *Bemühungen in dem theoretiſchen und practiſchen theil der arzneyvviſſenſchaft* Diſſertatio II. eſt de arte morbos ex facie agnoſcendi, qua magna pars ſemeiotica continetur.

COR-

Cornelii Alberti Kloekhof *opuſcula medica*, Ultraject. 1747. 8. Diligentis & veri amantis viri ſcripta. Tertium opuſculum eſt de ſignis periculi in morbis acutis, quæ multa collegit, & explicat, ut ſtrepitum in deſcenſu potus, ſubſultum tendinum, floccos legere, corpore e lecto delabi, &c. Quartum eſt de criſibus, digniſſimum lectu.

Marquet *Traite du mouvement du cœur & des artères*, Nancy 1747. 12. Herophili ſimilis, pulſus ad muſica exempla etiam iconibus adjectis revocat.

Christian Ludvvig Moegling *tentamina ſemeiotica*, Tubing. 1747. 4.

Bryan Robinson *diſſertatio on the food and diſcharges of human bodies*, Londin. 1748. 8. utcumque huc poteſt referri, ob urinæ & perſpirationis elegantes tabellas.

Cl. Scvvenke in *hæmatologia*, & Senac in *Traité du cœur* ad pulſum omnino legere oportet. Sed eos ſuo loco in Anatomicis laudavimus.

J. Rud. Stæhelin *de pulſibus*, Baſil. 1749. 4. Ut poſſit pulſus fallere ex intima phyſiologia docet, jubetque ope reſpirationis corrigere.

METHO-

METHODI STUDII MEDICI

PARS XI.

ΥΓΙΕΙΝΗ *ſeu de Diætetica*.

Υγίεια græce ſignificat *deam ſanitatis*, hinc ὑγιεινὴ vocatur *ars conſervandæ bonæ ſanitatis*. Deſcribit autem, quo uſu rerum intra & extra nos poſitarum præſentem bonam valetudinem tueri poſſumus.

Hinc omnia, quæ in nos agunt, huc referri debent. Hæc ergo retulimus 1. ad ingeſta, 2. ad geſta & in animo & in corpore, 3. ad excreta & retenta, 4. ad adplicata extrinſece ad corpus. Ergo in juſto regimine harum claſſium ponitur tota ὑγιεινὴ. Vetuſtas (*a*) dixit conſiſtere eam diſciplinam in ſex rebus non naturalibus, & ſex claſſes, ut notum eſt, conſtituit. Verum hæc quatuor capita commodiſſima ſunt.

Com-

(*a*) *Diætetica* ſive ea pars medicinæ, quæ rationem victus regit, antiquis temporibus multo cultior fuit, quam noſtris, ut tota practica ſecta medicinæ, cum a Chirurgia & Pharmaceutica ſepararetur, Diætetices nomen retinuerit. Ea pars, quæ cibos inprimis potumque gubernat, videtur a PYTHAGORA ex ÆGYPTO repetita fuiſſe, ubi primum nata fuiſſe videtur, qui quidem vir multis laudibus mihi dignus videtur, quando in fervida regione, in gente quæ corpus ſub dio quotidie exercebat, carnium eſum pauciorem reddere conatus eſt (SUIDAS III. pag. 232. &c.) Neque enim integre ſuſtuliſſe videtur carnium uſum, ſed boves tamen & arietes, vulgo nempe in macella recepta animalia, in cibum recipi vetuit (ibid. pag. 234. ATHENÆUS περὶ δειπνοσοφιστῶν Lib. IX.) Inde HIPPOCRATES eam partem diætæ ornaſſe videtur ex primis, cum eam Gnidios medicos neglexiſſe paſſim queratur. Eam etiam partem medicinæ infinitis ſcriptis veteres ornaverunt, qua facultates ſingulorum fere piſcium, & ſtirpium & carnium definire conati ſunt, nimii paulum in eo ſtudio, & ſupra experimentum progreſſi. Perinde alteram partem Diætetices, quæ occupatur in corporis ſalubri motu, propriam fere veteres habent, cum recentiores ab omni fere corporis exercitio abſtineant, antiqui autem & ſervandæ valetudinis, & reſtituendæ præſidium ex magna parte in motu, balneo, unctione & ſimilibus rebus quæſiverint. Hæc *medicina Gymnaſtica* dicta eſt, cujus auctorem alii HERODICUM fecerunt, qui primus ſingulo morbo ſuam corporis exercitationem oppoſuerit, alii HIPPOCRATEM, & nuper CL. PETRUS GERIKE progr. ad diſp. CL. BOERNERI. Nos in iſto viro initium hiſtoriæ faciemus, cum HERODICI nullum ſatis certum ſcriptum ſuperſit. Inter HIPPOCRATIS ergo Libros multi huc pertinent, quos in unam nuper Claſſem CL. MACKIUS conjecit. Ex *aphoriſmis* adeo huc pertinent *ſectio* I. cujus magna pars in victu ſanorum occupatur, altera in *victu ægrotorum*. In eam partem & in Librum I. commentarius exſtat PETRI CRISPI Rom. 1575. 4. LIND. In 22. vero aphoriſmum ſolum ÆTII CLETII *dilucidatio pro defenſione interpretationis* MARSILII CAGNATI, Rom. 1621. 8.

Deinde Libri *de diæta* tres omnino inter HIPPOCRATICOS ſunt, non undique ſui ſimiles. *Primus* quidem alieni magna ex parte ſcopi eſt, continet tamen diætam, quæ cuilibet inter octo temperamenta convenit, tum diætam, quæ variis animi morbis corrigendis inſerviat. *Alter* Liber utilior utique tractat res ſex non naturales, earumque ad ſanita-

tem,

tem, & morbos faciendos poteſtatem cum brevibus ætiologiis, quæ ex generalibus cauſis rationem efficaciæ ciborum derivant, ut ex dulci, acri, pingui, aquoſo, ſpiritu, vires adtenuantes, humectantes, adſtringentes, refrigerantes, ſiccantes, calefacientes, purgantes, & aliæ hujus ordinis deducantur. Incipit auctor ab aëre, aqua & locis, & breviter de iſtis agit. Tranſit ad cibos Græcorum panem, cerealia, carnes, inter quas equina etiam & canina & vulpina locum habent, herbas vulgari uſu receptas, & fructus horæos. Culinarias etiam præparationes adtingit. Finem facit in Gymnaſticis, balneis, curſu, lucta. Denique oſtendit quomodo diæta ſubveniat iis, qui ex nimiis laboribus febricitant. Utilis Liber & ordinatus. *Tertio Libro* deſcribuntur initia morborum ex nimio vel nimis remiſſo corporis motu ortorum, cum remediis ex diæta repetitis, maxime vero ab abſtinentia & vomitu, quo multum utitur auctor, uti veteres in univerſum. Paradoxa ibi conſilia reperias, carnem catulorum ad debilem ventriculum, vinum nigrum ad volvulum. Inde deſcribit, quo modo diæta pro variis anni temporibus varia inſtituenda ſit, ubi mireris, hyeme perinde Græcos corpus exercuiſſe; neque ullam ignis culinaris aut caminorum mentionem fieri. HERODICO hunc Librum, neque forte male, tribuit CLERICUS.

L. περὶ ὑδάτων, ἀέρων καὶ τόπων multis modis, ad publicam inprimis hygieinen, pertinet, effectus nempe aquarum, ventorum, anni temporum in corpora humana. Quæ de ventis habet, ea ad Græcos magis, quam ad nos videntur pertinere, & paſſim nimia ſunt, magiſque definita, quam res ipſa fert. De aquis fuſus eſt, petroſas autem cur rejicit? Genuinus liber eſt & ab ARISTOPHANIS ſcholiaſta jam citatus SUIDAS II. pag. 92. In eum præter tres breviſſimos GALENI commentarios *commentarius* exſtat MARTINI Pariſ. 1647. 4. LUD. SEPTALII (quem CL. TRILLERUS laudat *de edit.* HIPPOCRATIS num. 7.) commentarius V. Colon. 1590. fol. & THEODORI ZVVINGER & aliorum, dicti in Pathologicis. L. *de diata ſalubri* POLYBO paſſim tribuitur, jam a GALENI ævo, qui tamen alibi EURYPHONTIS, vel PHAONTIS, vel PHILISTIONIS opus eſſe ſcripſit, cum POLYBI etiam nomine ab ALBANO TORINO editus eſt Baſil. 1544. 4. GUINTHERIO vero interprete Argentin. 1529. 8. cum SCRIBONIO & BENIVENIO, tum ab J. PLACOTOMO, qui *ſcholia* & *doctrinam de tuenda ſanitate* adjecit, Antvverp. 1651. In eundem Lib. exſtat etiam CLAUDII GALENI commentarius, & HIEREMIÆ THRIVERI Brachelii Lugdun. 1548. 8. Pleraque cæterum repetit ex III. Lib. περὶ διαίτης, & aliqua fuſius habet ut vomitus diætetici rationem.

LUD. SEPTALII *commentarii* in HIPP. *de aëre, aquis & locis* poſſideo editionem citatam. Qui quidem SEPTALIUS mihi in ſenſu HIPPOCRATIS eruendo, & verſionibus corrigendis doctus, ad rem vero naturalem intelligendam ſatis inutilis videtur. CAMILLI vero FAVII in *magni* HIPP. l. *de aëre, aquis & locis paraphraſis*, Venet. 1596. 4. vera utique eſt & verboſior verſio HIPPOCRATICI libri abſque notis. Seorſim prodiit HIPP. *de aëre, aquis & locis*, Baſil. 1529. 4.

Pſeudo DIOCLIS ad Regem DEMETRIUM *de ſanitate tuenda Epiſtola* nullius momenti eſt. Cum alio titulo DIOCLIS CARYSTII *Epiſtola prophylactica de ſecunda valetudine tuenda* prodiit Gr. Lat. ex recenſione ANDREÆ RIVINI, Lipſ. 1655. 4.

Pſeudo DIOCLES germanice a TRAGO verſus eſt.

Liber περὶ διαίτης ὀξέων genuinus eſt, & olim cum titulo περὶ πτισάνης citatus a CÆLIO AURELIANO *acut.* L. III. c. 19. & cum titulo Lib. *ad ſententias Cnidias* ab EODEM *acut.* L. III. c. 4. 8. cum utroque & cum eo de diæta ATHENÆUS β. γ. Primus nempe Liber de *ptiſana* agit, & contra Gnidios, in quo oſtenditur non penitus adeo ſummam inediam convenire, in acutis morbis, ſed mulſo ab initio & hordei toſti decocto, ſenſim vero confirmato victu etiam ptiſana febrientes ali debere. In Libro III. vim potuum in febribus conſiderat, aquæ, quam rejicit, oxymellis, mulſæ vinique, in quo largiendo ſatis liberalis eſt. In eum exſtant GALENI *commentarii* IV. ſeorſim etiam editi, J. VASSÆO interprete (RIVIN.) Pariſ. 1531. fol. & FRANC. VALESII, loco, quem continuo citabo, editi, & THADDÆI *expoſitiones*, Venet. 1527. fol. L. & CARDANI (in *oper. omn.* T. X.) & JOHANNIS HEURNII commentarii breves in ejus operibus. PETRI GIRARDETI commentarius cum eo prodiit, qui in librum de humoribus ſcriptus eſt, nuper] recuſus a CL. GUNZIO Lipſ. 1745. 8.

Liber

Liber περὶ τροφῆς varii argumenti eſt miſtuſque abſque ordine, ut ille de humoribus non genuinus, ſi fides C. HOFMANNO *Var. Lect.* L. VI. c. 16. Magis tamen ad diætam pertinet commentarius H. CARDANI Romæ 1574. 8. & Baſileæ 1682. 8. editus, & ANTONII FROCANTIANI, Venet. 1566. 4. excuſus, & FRANCISCI VALESII cum aliis operibus editus Colon. 1589. fol. STEPHANUS etiam GOURMELIN eum librum *latinitate donatum ſcholiis illuſtravit*, Lutet. 1572. 8. L.

Liber περὶ τροφῆς HIPP. agit de nutritione, cibo, ſignis morborum & differentiis, formatione fetus, perſpiratione, alimento partium, facultate concoquente. Stylus HIPPOCRATICUS eſt, dubium tamen, num genuinus ſit, auget venæ ab arteria diſtinctio.

In L. περὶ παθῶν præcepta diætetica etiam traduntur.

Infiniti ſunt, qui poſt HIPPOCRATEM de diæta ſcripſerunt. Plurimos nominat ATHENAEUS, DIOCLEM CARYSTIUM, cujus Librum ὑγιεινῶν citat: DIPHILUM medicum in L. περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι qui de fructuum horæorum & herbarum uſu & noxis: MNESISTHEUM Athenienſem περὶ ἐδεσμῶν: PAMPHILUM, HERACLIDEM TARENTINUM cujus συμπόσιον huc pertinet, PHILOTIMUM περὶ ἐδεσμῶν: PHILISTIONEM Locrenſem de panis generibus: EUDEMUM de oleribus. Sic de vino ASCLEPIADES ſcripſit, cujus in omni fere medicina uſum introduxit, neque aliud majus Deorum donum exſtare reliquit, PLINIO teſte Lib. XXIII. num. 1. De eodem potu CLEOPHANTUS egit, ejuſque rationem illuſtravit, PLINIO eodem indice Lib. XXVI. num. 8. ACRON vero *de ſalubri diæta* in univerſum ſcripſit, qui ventos obſervavit advenientes (SUIDAS I. pag. 96.) THESSALUS etiam περὶ διαιτῶν ſcripſit, aliqua ut methodicus, ut CAELIUS ait, alia male (*acutor.* III. cap. 17.) RUFUS Epheſius *de victu navigantium* Lib. I. *de lacte* Lib. I. *de vino* Lib. I. *de melle* Lib. I. libros ediderat, SUIDA teſte III. pag. 266. quorum varia fragmenta ab ORIBASIO conſervata ſunt. XENOCRATIS Lib. *de alimento ex aquatilibus animalibus* equidem Græce inperfectior, *Latine perfectior* cum C. GESNERI ſcholiis exſtat, Tiguri 1559. 8. Tum aliquis habetur ARISTOTELI tributus libellus *de conſervatione ſanitatis*, in quem exſtat JOHANNIS STEPHANI commentarius, Venet. 1637. 4. Ego vero non legi, neque inter ARISTOTELIS libros aliquid ſimile reperio.

Primus adeo ſuperſtitum inter antiquos, CELSUS eſt, qui conſilia diætetica in L. I. *de re medica* dedit magno ſane cum judicio ſcripta, ut nihil nimii aut a natura vitæ civilis remoti exigat. Eum librum HIERONYMUS THRIVERIUS Brachelius *caſtigatum ac commentario illuſtratum* dedit Antvverpiæ 1539. 4. In eundem exſtant JODOCI LOMMII *commentarii de ſanitate tuenda* primum, ni fallor, editi Lovanii 1578. 8. & nuper Leidæ 1724. 8. recuſi, ſcripti ad morem veterum, ut ex theoria præcepta CELSI explicet & defendat, quoties ab HIPPOCRATE aut GALENO diſſentit.

METHODICOS multos fuiſſe in hac artis parte ex *circulo metaſyncritico* & ex *drimyphagia* adparet, cum longa diætæ regula etiam profundiſſima humorum vitia expugnare tentarint, ſed ii interierunt.

GALENUS diæteticem multis Libris illuſtravit, qui integram claſſem ſecundam ſoli efficiunt. Ergo *de alimentorum facultatibus* tres Libros ſcripſit, qui fere omnibus recentioribus ſcriptis de diæta fundamentum præſtiterunt. Singula alimenta percurrit, eorumque vires & ad coctionem facilitatem aut difficultatem conſiderat, mihique videtur ex melioribus GALENI operibus, & ab eo jam ſene ſcriptus fuiſſe, cum paſſim priora ſua opera in eo Libro excitet. Nimius tamen horæorum fructuum oſor eſt. Seorſim prodiit ex interpretatione MARTINI GREGORII cum adjecto nomenclatore alimentorum, Leid. 1633. 12. EJUS L. *de ſuccorum bonitate & vitio* illa quidem adquirenda, hoc fugiendo, & ipſe jam provectioris ætatis auctoris opus eſt. Argumentum fere eſt, quod prioris, ſed bervius. Seorſim prodiit curante SEBASTIANO SCROPHA, Lugdun. 1547. 16. L. & Pariſiis 1546. 8. HARL. EJ. L. *de adtenuante diæta*, quam plurimum valere credit contra arthriticum aſthma alioſque graviſſimos morbos. Tenues & acres cibos ex oleribus & carnibus enumerat. Seorſim prodiit Lugduni 1546. & 1549. 16. L. EJUS L. περὶ πτισάνης laudes & modum adhibendi cremorem hordei enarrat. In eum exſtat MAXIMILIANI de LUCIO *commentarius cum quæſtionibus de bonitate aquarum earumque natura*, Venet. 1575. 8. LIND. JOHANNES vero LALAMANTIUS cum L. *de ptiſana ſui temporis* edidit, Heduæ 1578. 4. LIND.

GALENI L. *de ſuccorum bonitate & vitio* gallice prodiit vertente JOH. de STARRACH, Pariſ. 1553.

Ejusd. *de parva pila exercitio*, quali & noſtro ſeculo delectantur. Inpenſe hoc exercitium laudat.

Ejusd. *de ſanitate tuenda* Lib. VI. princeps opus, quo omnem diætam, non ſolos cibos conſiderat, & hominem ab ipſa infantia ad ſenium uſque comitatur, perque ſingulas ætates conſulit; quid ad integritatem valetudinis conducat, in laboribus, frictione, balneo, evacuationibus, ciborum ratione, vino, victu certis morbis contrario. Seorſim prodierunt & J. Caii ope *ad vetuſta exemplaria caſtigati*, Baſil. 1549. 8. & prius Th. Linacro interprete Colon. 1526. 8. tum Pariſ. 1530. fol. Lugdun. 1548. 12. & Græce Baſil. 1545. Albano vero Torino interprete, Baſil. 1538. 8. Deinde exſtant commentarii Antonii Raberii Baſil. 1547. fol. Lind. Jacobi Bordingi *enarrationes*, Roſtoch. 1505. 4. Lind. & *adnotations* L. Fuchsii, Tubing. 1541. 8. Denique Casparis Hofmanni *vita medica* h. e. Galeni ὑγιεινῶν *ſeu methodus ſanitatis tuendæ* L. VI. *nova eaque accuratiſſima verſione & perpetuis commentariis & caſtigationibus illuſtrati*, *curante* Sebastiano Scheffer editi ſunt, Francof. 1680. 4. Ejusdem *ars tuenda ſanitatis an ad medicinam pertineat an ad gymnaſticam*. Ipſam gymnaſticam partem Medicinæ eſſe oſtendit.

Ejusd. *de ſanitate tuenda* L. VII. italice verſi a Josepho Galeani prodierunt, Panormi 1650. 8.

Casparis Hofmanni hic citata *vita medica*, &c. in meo certe ſpecimine non reſpondet titulo, & continet unice quatuor C. Hofmanni de ſanitate tuenda orationes, cum ejus vita.

Cum Galeno virum celeberrimum, etſi Medicus non fuerit, conjungo, Plutarchum, cujus exſtat *dialogus de tuenda ſanitate*, in quo præter laudes temperantiæ modum etiam ſalubris diætæ ad ſeculi ſui ingenium deſcribit.

Sed etiam Athenæi Libros δειπνοσοφιστῶν omnino huc revocamus, ut qui maxima certe ex parte pertineant ad varia ciborum & eorum quæ in cibos recipiuntur, nomina, deſcriptionem, qualitates, atque coquinariam artem.

Porphyrii *de abſtinentia ab animalibus necandis* L. IV. Gr. Latine editi Lugdun. 1620. 8. & Cantabrigiæ 1655. 8. curioſitatis habet plurimum, ad hiſtoriam quo modo victus animalis primum introductus ſit, &c.

Porphyrius Gallice verſus prodiit cum titulo *traité de* Porphyre *touchant l'abſtinence par* M. de Burigny, Pariſ. 1747. 12.

Cælii Apicii *de opſoniis & condimentis ſeu de arte coquinaria* Lib. X. ſæpe prodierunt, ut Venet. 1504. 4. cum Græcis ejuſdem artis ſcriptoribus Latine, Baſileæ 1541. 4. Albani Torini cura, tum Tiguri 1542. 4. Humelbergii opera, quem ita laudavit Listerus, uti peſſime de Torino ſentit, & alias. Londini cum Martini Listeri adnotationibus excuſus eſt 1705. 8. & Amſtelodami 1709. 8. Auctor non celebris ille helluo fuit, qui Junio Blæso conſule vixit, Suida teſte pag. 266. neque alius illuſtris ejus nominis ganeo, ſed ignotus omnino homo, quem ad Valeriania tempora Listerus rejicit. Cæterum formulas reliquit compoſitorum eduliorum, quæ propter plurima nomina vix alibi reperiunda, & propter morum picturam pretium habent. Notas adjecit Listerus Barthii, Reinesii, Lindeni & aliorum ſuaſque.

In Oribasii *collectaneis* magna pars ad diætam pertinet nempe VI. priores Libri integri, quibus multa Antylli & Herodoti ad gymnaſtica facientia, eorumdem & Philagrii, & Philotimi, de conditis cibis & potu compoſito, Dioclis etiam, Athenæi, Rufi, Dieuchis, Mnesithei utriuſque, Xenocratis, fragmenta diætetica continentur. Liber etiam X. *de balneis* huc pertinet. In *Synopſi* Liber IV. continet facultates alimentorum, Lib. V. conſilia diætetica pro variis hominum ætatibus. Seorſim vero Oribasii *de victus ratione fragmentum* prodiit Baſileæ 1528. 8.

Pauli Aeginetæ *ſalubria de tuenda valetudine præcepta*, Guil. Copo interprete ſeorſim prodierunt, Argent. 1511. 8. Norimbergæ 1525. 8. *Primus* nempe *Liber* eo pertinet totus, quo breviter vires & ingenia ciborum; & claſſes etiam ciborum pro variis morbis & vitæ humanæ generibus, & exercitationes & frictiones & nutricum cura continentur. Seorſim prodiit cum *explanatione* Sebastiani Austrii, Argentor. 1538. 4.

Arabes, ut reliqua, etiam diæteticen ex Græcis receperunt, ut tamen eam variis adjectis ſuæ regionis & Indicis cibis aut condimentis augerent, exercitationes vero pleraſque

ut a

ut a ſuis moribus alienas ſinerent interire. Ita inter RHAZIS ad ALMANZOREM Libros *de viribus cibornm & medicamentorum ſimplicium* exſtat III. Liber & IV.

AVICENNÆ Liber *de removendis ægritudinibus quæ occurrunt in regimine ſanitatis*, Venet. 1547. fol. & in collectionibus operum exſtat. In FEN etiam II. Liber I. diætetica continentur.

AVENZOARIS *de regimine ſanitatis* exſtat, Baſileæ 1518. 12.

In AVERRHOIS *alligat*. Librum V. & VI. conſtituit diætetice.

ELLUCHASEM ELIMITHAR filii HAHADUM *Taanini ſanitatis* de ſex rebus non naturalibus agunt. Prodierunt Argentor. 1531. fol. & una ABENGNIFIT *de virtutibus ciborum:* EJUSDEM *de balneis* Liber cum collectione aliorum de ea re librorum prodiit Venetiis 1553. fol.

ELLUCHASEM ELIMITHAR Germanice vertit MICH HERUS, & titulum fecit *ſchachtafeln der geſundheit*, Strasburg. 1533. fol.

Inter Judæos etiam magnus ille Rabbi MOSES MAYMONIDES *aphoriſmos* ex GALENI *commentariis de aëre, aquis & locis* extraxit, Baſileæ 1579. 8. editos. EJUSDEM Liber *de cibis vetitis*, omnino lectu dignus, verſus & notis illuſtratus eſt a viro doctiſſimo MARCO VVOELDICKE, Hafniæ 1734. 4. EJUSD. *de regimine ſanitatis* Liber Aug. Vind. anno 1518. & alias editus eſt. LIND.

MOSIS MAYMONIDIS *de regimine ſanitatis* Liber prodiit etiam Venet. 1521. fol. 1514.fol. cum conſiliis M. de GRADIBUS, Lugd. 1535. fol.

ISAACI vero JUDÆI, qui ſeptimo ſeculo vixit, *theſaurus ſanitatis de victus ſalubris ratione, alimentorum facultatibus ciborumque varietate ac ſelectu ſeu de diætis univerſalibus* Libri II. ex arabico latine verſi ſunt opera JOH. POSTHII, Baſil. 1570. 8. 1571. 4. LIND. & Antvverp. 1607. 8.

Inter Græcos recentiores huc pertinent SIMEONIS SETHI *vol. de alimentorum facultatibus juxta ordinem literarum digeſtum* Græce & Latine cum *difficiliorum locorum explicatione* edidit civis noſter MARTINUS BOGDAN, Lutet. 1658. 8. cujus alia editio cum nomine *ſyntagmatis de cibarioram facultate* LILIO GREG. GYRALDO interprete, a DOMINICO MONTESAURO *emendata & correcta* prodiit Baſileæ 1561. 8. & prius Gr. Lat. ibid. 1538. 8. Ad MICHAELEM DUCAM datus libellus nihil habet proprii.

THEODORI, Medici antiquiſſimi, ut in titulo vocatur, quem REINESIUS pro PRISCIANO habet, *diæta ſeu de rebus ſalutaribus* prodiit GEORGIO EBERHARDO SCHREINERO *recenſente & illuſtrante*, Hall. 1632. 8. & olim Argentor. 1544. fol. cum titulo *diætæ quibus vel ſalubriter utendum vel cautius abſtinendum ſit*.

MICHAELIS PSELLI *de victus ratione ad* CONSTANTINUM IMP. L. II. Baſil. 1529. 8.

Inter ſcriptores Barbaros latinos huc principe loco dicenda eſt SCHOLA, ut vocant, SALERNITANA, conſilia nempe medicorum ejus ſcholæ, quæ in verſus conjecta ROBERTO filio VVILHELMI Conqueſtoris dederunt (BARTHOLOMÆO CORTE teſte) circa annum 1099. auctore, ut creditur, JOHANNE de MEDIOLANO. Ea, parum certe merita, ſæpiſſime recuſa ſunt, plerumque cum ARNALDI de VILLA NOVA explicatione, & inprimis cum ejus & CURIONIS & CRELLII & COSTANSONI commentario cum *obſervationibus & animadverſionibus* doctiſſimi viri RENATI MOREAU, Pariſiis optima editio prodiit 1625. 8. & 1672. 8. nuper hæc *ſchola* Italice ope FULVII GHERLI cum titulo *la ſcuola ſalernitana dilucidata*, Venet. 1733. 8. edita, ut & gallicis verſibus, Hagæ 1743. 8. reddita a B.L.M. Aliæ autem editiones etiam numeroſiſſimæ, Piſis 1484. 4. (LIND.) Pariſ. 1493. 8. Lipſ. 1508. 4. Francof. 1545. 8. 1551. 8. 1553. 8. 1557. 8. 1559. 8. 1582. 8. 1594. 12. 1599. 8. 1612. 12. 1625. 12. Porro Antvverpiæ 1557. 12. Coloniæ 1606. fol. Tubingæ 1672. 8. prodiit, Roterodami vero anno 1657. 12. & Hagæ Comitum 1683. 12. ex recenſione ZACCHARIÆ SYLVII. Gallice iterum Lugduni 1501 8. ſub titulo *Regimen ſanitatis en françois*. Anglice vertente PAYNELL. Lond. 1579. & 1607. Italice in *terza rima*, Venet. 1666. 8. Plurima falſa, plurima vulgaria habet, & duritate verſuum exprimit genium ſeculi.

Scholæ Salernitanæ editio Francofurtenſis anno 1559. 8. eſt ex J. CURIONIS cura. Roterodami idem liber prodiit etiam 1649. 12.

Gallica etiam eſt editio *ſcholæ Salernitanæ*, quæ cum comm. ARN. VILLANOVANI prodiit Rouen 1660. vertente ſatis ridicule le MARTINO. Porro a JACOBO du FOUR, Pariſiis

T 2 1669.

1669. gallicis rhytmis reddita eſt ea ſchola, & nuper a B. L. M. Pariſ. 1749. 12. cum libri hiſtoria. MARTINI verſionem aliqui valde inprobabiliter GUIDONI PATINO tribuerunt. Germanice cum BECCHERI *Parnaſſo* prodiit, adjecto commentario VILLANOVANI, Ulm. 1663. fol.

ARNALDUS de VILLANOVA ipſe multa huc facientia ſcripſit, quæ *in* operum collectione exſtant Lugdun. 1520. fol. ut *de regimine ſanitatis: de conſervanda juventute, & retardanda ſenectute: de eſu carnium*. EJUS *de ſalubri hortenſium uſu* Liber Pariſ. 1617. 8. ſeorſim prodiit cum aliis Libellis. Nihil autem ab eo viro expectes, niſi Arabicam aliquam eruditionem. *Regimen* tamen *ſanitatis*, Argentinor. 1503. 4. Lugduni 1517. 4. editum alii MAGNINO tribuunt.

ARNALDI de VILLANOVA *de ſalubri hortenſium uſu* liber, primum Pariſ. 1572 prodiit.

ROGERII BACONIS Liber *de retardanda ſenectute*, Oxon. 1590. 8. *

ALBERTI MAGNI *de nutrimento & de nutribili*, Venet. 1517. 4.

HIERONYMI MANFREDI *de homine & ejus ſanitate tuenda*, Bonon. 1474. fol. Italice HARL.

ALBICI medici Regii Archiepiſcopi Pragenſis *regimen ſanitatis*, Lipſ. 1484. *

B. PLATINAE *de honeſta voluptate ſeu de ratione victus & arte coquendi* Lib. V. Venet. 1475. fol. Bonon. 1499. 4. Venet. 1517. HARL.

RAYMUNDI LULLII *Tractatus de vita conſervanda*, Argentor. 1616. 8. *

ANTONII GAZII *florida corona quæ ad ſanitatis conſervationem & longævam vitam perneceſſaria continet*, Venet. 1491. fol. RIV. Lugd. 1514. fol. EJUSD. *ærarium ſanitatis & de vino & cereviſia*, Auguſt. 1546. 8. Patav. 1549. 8. EJ. *de ſomno & vigilia*, Baſil. 1539. fol. LIND.

JACOBI a PARTIBUS *Expoſitio de regimine ejus quod comeditur & bibitur* (nempe AVICENNÆ,) Venet. 1518. fol. *

GEORGII VALLÆ *de tuenda ſanitate per victum*, Argentor. 1529. & 1531. 8. Liber. An ſatis diverſus Liber a verſione SIMONIS SETHI?

VITALIS de FURNO Cardinalis & Archiatri Pontificii *pro conſervanda ſanitate tuendaque proſpera valetudine remediorum Liber*, Moguntiæ 1531. fol. Dictionarium eſt medicum, quo morbi etiam & remedia continentur.

BARTHOL. METLINGER'S *regimen der jungen kinder*, Aug. Vind. 1474. fol. RIV.

GAGR. ZERBI *Gerontocomium ſeu de ſenum cura atque victu*, Rom. 1489. 4. RIV.

JOH. MARTIANI philoſophi & medici Mediolanenſis *quæſtio de caliditate corporum humanorum tempore frigoris & æſtatis*, Venet. 1501. CORTE L. c. p. 30.

BARTHOLOMAEI MONTAGNANA *de conſervanda ſanitate, de regimine transfretantium, de præſervatione corporis in aëre ſubtiliori* Libri exſtant in collectionibus, Norimb. 1652. fol.

EBHARDI de SOLO *expoſitor introductorius juvenum ſeu de regimine corporis humani*, Venet. 1505. fol. *

GASPARIS TORELLA Archiatri *de regimine ſeu præſervatione ſanitatis: deque oſculentis & potulentis*, Rom. 1506. 4. *

FRANCISCI MARIÆ GRAPALDI *de partibus ædium*, Parma 1506. 4. Baſileæ 1533. in 4. * videtur facere ad ſalubritatem in habitatione.

UDALRICI BINDER *regiminis ſanitatis* L. II. 1510. fol. min. LIND.

DINI de GARBO *de cœna & prandio*, Rom. 1545. fol. LIND.

INNOCENTII CALVINI *de Eucraſia conſervanda encheiridion*, Papiæ 1514. 4.

JOH. de ZANTVLIET *de diætis anni*, Lugdun. 1517. 4. L.

MARSILII FICINI *de vita* L. III. Nempe in L. I. & II. de vita producenda, & ſanitate tuenda agit. Prodiit Lugdun. 1657. 16. EJ. *de ſtudioſorum ſanitate tuenda*, Baſil. 1569. 8. cum ſcholiis G. PICTORII.

MARSILII FICINI Libros *de vita* habeo antiquæ editionis Germanicæ 1505. fol.

LUDOVICI de AVILA *regimen ſanitatis*, Auguſt. 1531. 4. LIND.

HELII EOBANI HESSI *bonæ valetudinis conſervandæ præcepta*, Erfurt. 1524. 4. Pariſ. 1533. 8. Francofurt. 1554. 1564. 8. Ratisbon. 1561. 8. Carmen. Cum commentario JOH. PLACOTOMI exſtat, Francof. 1551. & 1564. 1568. 1582. 8. &c.

HELII EOBANI HESSI liber citatus exſtat etiam in collectione HENNINGERI.

J. PETRI ARLUNI *de faciliori alimento* 1532. fol. Baſil. 1553. 8. EJ. *an vinum miſtum an meracum magis conveniat juncturarum doloribus*, Perufiæ 1573. 8. LIND.

BAPT.

BAPT. FIERA *cœna*, Pariſ. 1533. 8. tum cum titulo *carmen de herbarum virtutibus & ea artis medicæ parte quæ in victus ratione conſiſtit*, Francof. 1564. 8. Cum CAROLI vero AVANTII Rhodigini notis Patav. prodiit 1649. 4. FIERA Mantuanus, elegiaco carmine non nimis felici, ferculorum & condimentorum naturam breviter complexus eſt, quos verſiculos CASTOR DURANTES ſuos fecit. AVANTIUS ſatis doctas botanicas & phyſiologicas notas adjecit cum iconibus nonnullarum ſtirpium. Edidit CAROLI frater JACOBUS AVANTIUS.

BAPT. FIERA habetur etiam excuſus in collectione HENNINGERI.

HIERONYMI FRACASTORII *de vini temperatura* Liber, Venet. 1534. 4.

J. GUINTHERI Andernacenſis *commentarius de balneis & aquis medicatis*, Argent. 1565. 8.

THOMAS ELIOT *caſtle of health*, Londin. 1534. 12. 1539. 4. 1541. 12. AMES. An titulo reſpondeat, aut par etiam ſit, non ſatis novi.

J. B. CONFALONERII *de vini natura ejuſque alendi & medendi facultate*, Venet. 1535. 8. BURCH. nam mea editio prodiit Baſileæ eodem anno. Nihil veræ utilitatis habet, & unice eſt in oſtendendo, in vino & calidam & frigidam & ſiccam & humidam qualitatem reperiri.

J. FRANC. BRANCALEONIS *dial. de balneorum utilitate ad ſanitatem tuendam*, Pariſ. 1536. 8. & in coll. de balneis.

ANTONII FUMANELLI *de vino & facultatibus vini*, Venet. 1536. 4. LIND. EJUSDEM *de balneis aquæ ſimplicis*, Baſil. 1542. 4. EJUSD. *de ſenum regimine: de vocum noxa vinique facultate* cum prioribus in collectis operibus. Tigur. 1557. fol. Pariſ. 1592. fol.

HUBERTI BARLANDI Ep. med. *de aquarum deſtillatarum facultatibus*. Antvverp. 1536. 8. *

HIERONYMI ACCORAMBONI *Tractatus de lacte*, Venet. 1536. 8.

HIERONYMI ACCORAMBONI *Tractatus de lacte* practici potius argumenti eſt.

JASONIS a PRATIS *de tuenda ſanitate*, Antvverp. 1538. 4. LIND.

ODDI de ODDIS *de prandii & cœnæ paſtione* L. II. Lugdun. 1538. 8. LIND. Venet. 1540. 4.

NICOLAI PLETII *de victus ratione pro anni & ætatis partibus inſtituenda*, Pariſ. 1538. 8. LIND.

ROBERTI GEOPRETII *regimen ſanitatis*, Pariſ. 1539. 4. LIND.

PETRI TUSSIGNANI *Tractatus de regimine ſanitatis*, Pariſ. 1539. 16. 1540. 8. LIND.

FR. BERNARDINI *conſervator ſanitatis*, Spir. 1539. 8. LIND.

GUIL. INSULANI MENAPII (a gente) *de ratione victus ſalubri*, Baſil. 1540. 8. LIND.

D. MARTEN *glas of health*, Londin. 1540. 12. AMES.

ANDREÆ THURINI *de bonitate aquarum fontanæ & ciſternæ*, Bonon. 1541. 4. LIND. Rom. 1545. fol. MANDOS.

FERDINANDI FLOREZ *regimento de ſanidad*, Hiſpali 1541. 4. *

SIMONIS PORTII *de bonitate aquarum* Epiſtolæ Bonon. 1543. 4. LIND.

THOMAS PHAYRE *a book of children and the regimen of life*, Londin. 1544. 4. 1560. 8. AMES. 1596. 4. HARL.

THOMAS PHAYRE exſtat etiam Londini 1553. 12. *

BARTHOLOMAEI MOLES *ſpeculum ſanitatis ſeu de ſanitate conſervanda*, Salmanticæ 1545. 8. LIND.

DONATI a MUTIIS *dialogus cum interpretatione* GALENI *ſuper* 14. *aphoriſmum* HIPPOCRATIS (quem GALENUS refutat) 1545. 4. L. huc ni fallor pertinet.

GILBERTI PHILARETI *Gerocomia ſeu ſenes rite educandi modus & ratio*, Colon. 1545. 8. LIND.

PARACELSI *de vita longa* editiones variæ, Francof. 1560. 8. 1583. 8. Eam ſpem in medicamentis iiſque validis ponit, Helleboro & ſimilibus.

BRUDI LUSITANI *de ratione victus in ſingulis febribus*, Venet. 1544. 8. quæ mea editio eſt & alias. Poſſis huc referre aut ad praxin. In febribus tenuem victum in univerſum, ſecundum quemlibet tamen morbi ſtatum proprium dari debere, neque verſus ſtatum dari cibum ſolidiorem docet. Deinde quis ſingulis febribus victus conveniat oſtendit, denique quis ad tuſſim, diarrhœam, vitia hepatis, inappetentiam utilis ſit. Video paſſim laudari librum, & acute ſcriptum eſſe video, non tamen placet, quod laudet in febribus perpetuum uſum juris pullorum. In Anglia vixit & praxin exercuit, & poteſt ad pathologos etiam referri qui febrium ſtadia, progreſſum & criſes deſcripſerit.

ANDREÆ LACUNÆ *victus ratio*, Colon. 1550. 8. LIND.

BLASII a VILLA FRANCA *methodus refrigerandi ex vocato ſale nitri vinum aquamque ac potus quodvis aliud genus*; Rom. 1550. 4.

CARO-

Commendo hic HIERONYMUM CARDANUM (*a*), Mediolanenſem medicum, mirificum illum ſcriptorem, quo uti dicit eruditiſſimus quidam ſcriptor, ſapientior nemo, ubi ſapit, dementior nullus, ubi errat. Liber eſt *de ſanitate tuenda*, rarus quidem, placiturus tamen, ſi quis eum habeat. Reperitur etiam in operibus ejus, quæ edita ſunt Lugduni decem tomis in folio anno 1663. una cum præfatione de vita CARDANI, quæ certe tam jucunda eſt, ut lectori gratior ſit, quam ulla vel comœdia vel tragœdia unquam ſcripta.

JOHAN-

CAROLI STEPHANI *de nutrimentis in Baglivum* L. III. Pariſ. 1550. 8. Percurrit cibos omnis generis ſimplices & compoſitos, eorumque ex veteribus qualitates proponit, adjectis nuperis inventis, maxime Gallorum. Deinde eoſdem in claſſes ordinat ad præſtitutos fines & certas indicationes. Veteres inprimis & GALENUM ſecutus eſt, brevis neque ad uſum ſatis plenus.

HENRY WINGFIELD *compendious treatiſe gatherd out of the chief authors of phyſick containing certain precepts neceſſary to the preſervation of health and long continuance of the ſame*, Londin. 1551. 8. AMES.

JOH. VALVERDI de HAMUSCO *de animi & corporis ſanitate tuenda*, Pariſ. 1552. 8. LIND.

SEBASTIANI ROHT de *ſalubritate lotionum capitis & balneorum aquæ dulcis*, Lipſ. 1550. 4. *

ALEXANDRI TRAJANI PETRONII *de aqua Tiberiaca*, Rom. 1552. 8. EJ. *de victu Romanorum & de ſanitate tuenda* L. V. *Acceſſerunt libelli de alvo ſine medicamentis mollienda*, Rom. 1581. fol. & Italice 1592. MANDOSIUS.

De balneis omnia quæ exſtant apud Græcos, Latinos & Arabes, tam medicos quam ceterarum artium probatos ſcriptores collectio prodiit Venet. 1553. fol.

Inter ſcripta JACOBI SYLVII etiam *diætetica* ſunt, brevia quidem neque magni momenti; *de victus ratione paratu facili ac ſalubri pauperum ſcholaſticorum* cum ſequente ſeorſim Pariſiis edita 1557. 16. LIND. (aptiſſimus fuit SYLVIUS ad hunc laborem qui ſibi omnia negaret, etiam quibus natura negatis doleret): *de parco ac duro victu libellus*: *de ſenectute & tuenda valetudine in ſenio* conſilium adverſus famem, & aliqui alii minores.

(*a*) HIERONYMI CARDANI *de ſanitate tuenda* nobile & plenum opus quatuor Libris prodiit, Rom. 1580. fol. Baſil. 1582. fol. & in Tomo operum VI. repetitur. Notum eſt CARDANUM ingenio fuiſſe, quod ſingularia appeteret, multumque in hypotheſibus, & explicationibus effectuum fuiſſe. Sed per peregrinationes ſuas & aliorum multa didicit, cognitu utilia, & paulo minus, quam eo ſeculo fiebat, ſervili fuit in veteres ingenio, & naturam paulo frequentius conſuluit. Tres Libri de cibis ſunt, & potibus, quos per omnia genera perquirit, quartus de ſenectute. Nomina plantarum ſæpe ægrius adgnoſces. In *contradicentibus medicis* & in *ſubtilitatibus* multa huc pertinentia habet. EJUS *Theonoſton ſeu de vita producenda atque incolumitate ſervanda dialog.* Rom. 1617. 4. Idem L. FABRICIO COCANARIO editori tribuitur a LINDENIO. EJUS etiam commentario in HIPPOCRATEM de aere, aquis & locis jam diximus: & eſt etiam *de uſu ciborum* Liber. EJUS filii J. BAPTISTÆ exſtat L. *de abſtinentia ab uſu ciborum fœtidorum*, Baſil. 1561. 8. L.

ANTONII NIGRI *de tuenda valetudine conſilium*, Lipſ. 1554. 8. 1558. 8. RIV. Wittemberg. 1573. & 1581. 8.

J. PETRI MERENDA Liber *de ratione victus in morbis*, Baſil. 1556. 8.

GUILIELMI GRATAROLI Bergomenſis, *de literatorum & eorum qui magiſtratibus funguntur conſervanda valetudine*, Baſil. 1555. 8. Argent. 1565. 7. Francof. 1591. 12. Anglice vertente THOMA NEWTON, Lond. 1574. 12. AMES. EJUSDEM *de vini natura, artificio & uſu*, Argentor. 1365. 8. Colon. 1571. 8. BUR. EJUSD. *de regimine iter agentium equitum vel peditum vel navi*, Baſil. 1561. 8. Argentor. 1563. 8. EJ. *de ſanitate tuenda*, Argentor. 1565. 8.

In

JOHANNES BRUYERINUS (*b*) *de re cibaria* edidit Libros XXII. Lugduni in Gallia impreſſos anno 1560. in 8. MELCHIOR SEBIZIUS (eſt enim alter qui dicitur MICHAEL ZEB) egregius ſcriptor, ſummæ eruditionis, maxime

In vini hiſtoria in primis artificia varia habet ad vinum vel emendandum vel conſervandum. In diaeteticis vulgaris eſt & plenus conſiliis ſuperſtitioſis.

GEORGII PICTORII *tuendæ ſanitatis ratio* VII. *dialogis conſcripta*, Baſil. 1554. 8. Pariſ. 1580. 12. & Antvverp. 1562. 16. & germanice ſub nomine *fruchtbare ordnung die geſundheit zu erhalten*, Mulhauſen 1561. 8. *

JOD. VVITTICHII *ars magirica ſeu coquinaria*: JAC. BIFRONS *de operibus lacteis*: & C. GESNERUS *de ſanitate tuenda*, Tiguri prodierunt 1556. 8. *

J. VVITTICHII *præſervator ſanitatis*, Lipſ. 1607. 8. EJUSDEM vero CONRADI Liber *de lacte & operibus lactariis* huc referre poſſis Tiguri 1541. 8. quo Helvetica opera lactaria deſcribuntur, & quem auxit in *Alpp. itineribus* SCHEUCHZERUS.

JO. KATSCHII *de gubernanda ſanitate ſecundum ſex res non naturales* ex HIPPOCRATIS & GALENI Libris, Lipſ. 1549. 8. Francof. 1557. 8. 1570. 8. RIV.

In VIDII VIDII operibus etiam *de tuenda valetudine generatim* Libri VI. & *membratim* Libri XIV. & *de ratione victus* Libri VIII. exſtant ex genio ſeculi ſcripti.

PHILIPPI MELANCHTHONIS Libri *de moderatione cibi & potus item ſomni & vigiliarum* circa ea tempora ſcriptus videtur. Editionem veram non novi, ſed aliam, Francofurti 1612. 12.

CONSTANTII LANDI *methodus de bona valetudine*, Lugd. 1557. 8. * LIND.

THOMÆ PHILOLOGI *de vita Venetorum commoda*, Venet. 1556. 4. EJ. *de vitæ hominis ultra* 120. *annos producenda*, ibid. 1553. RIV. 1560 4. LIND. Italice Venet. 1556. 8. cum titulo *come l' uomo può vivere più di* 120. *anni*.

J. PLACOTOMI *de natura & viribus cereviſiarum examen ſententiæ* FUCHSII 1558. 8. Laudat CONRINGIUS.

JACOBI PRÆFECTI *de diverſorum vini generum natura*, Venet. 1559. 8. LIND.

HIERONYMI de MONTEUX (Montui) *commentaire de la conſervation de la ſanté & prolongation de la vie*, Lyon 1559. 8. HARL. Exſtat in operibus, Venet. 1626. 4.

HIERONYMUS de MONTEUX prodiit etiam Pariſ. 1572. vertente ANDREA VAUGELAS.

(*b*) JOH. BRUYERINI *de re cibaria* L. XXII. Lugdun. 1560. 8. Francof. 1600. 8. Antvverp. 1627. 8. & cum titulo *Deipnoſophia ſeu ſitologia eſculenta & potulenta uſu probata continentis omnia* ab OTHONE CASMANNO editus, Francof. 1606. 8. Galli opus eſt, hinc gallica inprimis cibi genera tradit, & mores ſuæ gentis cum veterum præceptis conparat, lectu gratum & varium, nihil equidem reconditi habet, & ex veteribus pleraque repetit, etiam ubi omnino ignorat, quam plantam voluerint VETERE, cum aliqua critica grammatica.

Deipnoſophia ab OTH. CASMANNO edita recuſa eſt Norib. 1649. 8.

LUIGI CORNARO *diſcorſi della vita ſobria*. Primam editionem Italicam ignoro, niſi ſit Patavina 1558. ubi etiam anno 1699. recuſi ſunt. Italice 1616. 8. & in *terza rima* prodiit, Venet. 1666. 8. Pariſiis recuſus eſt 1646. 8. Latine vero Patavii 1561. 8. LIND. & totus inſertus eſt diſputationi *de commodis vitæ ſobriæ* J. G. de BERGER. Gallice verſus excuſus eſt Leidæ 1724. 8. Amſtelod. 1703. 12. Anglice 1722. 8. Lond. Celebrem ſe reddedit vir nobilis ſtrictiſſima diæta, quæ 14. uncias intra 24. horas non excederet, quam corpus ſuum jam morbidum & corruptum ita reſtauravit, ut ultra centeſimum annum ſanus vixerit, ſemel tamen, cum, ad 16. uncias cibi eſſet progreſſus, graviſſimum in morbum inciderit. Cave ne ſepares LUDOVICUM CORNELIUM ab ALOYSIO CORNARO ut LINDENIO & HOFMANNO accidit.

LUIGI CORNARO Angliee etiam prodiit Lond. 1725. 8.

ANTONII SNEEBERGER *de multiplici ſalis uſu*, Cracov. 1562. 8. *de bona militum valetudine tuenda* ibid. 1564. 8. LIND.

LEONH. LESSII *hygiaſticon, ſeu vera ratio valetudinis bonæ*, Antvverp. 1563. 8. UFF. 1614. 8. 1623S 8. cum L. CORNARO; & Cantabrigiæ 1634. 8. Germanice vero Molsheim 1670. 16. Jeſuitae opus. HUGO

xime occupatus in praxi, pervenit ad centum fere annos, & ſanitate bona fruens ſcripſit Librum in 8. quem ſi quis poſsideat, habet quidquid hic deſiderat. Libri ſunt quinque de alimentorum facultate, Argentorati editi, anni 1651. Vix auctor datur, cujus major diſtantia inter tempora ſcriptorum habeatur. Cum enim vigeſimo ætatis anno inceperit ſcribere, & nonageſimo anno adhuc ſcripſerit, ſeptuaginta omnino anni intercedunt, unde ſequitur, ultima ejus opera valde perpolita eſſe.

Scopus

HUGO PRIDAEVALLIUS *de balneis eorumque uſu*, Duaci 1565. 8. L. EJ. *de tuenda valetudine*, Antvverp. 1568. 12. *

CASTOR DURANTE *de bonitate & vitio alimentorum centuria*, Piſauri 1565. 4. EJUSD. *teſoro della ſanità*, Venetiis alias, & 1616. 8. excuſus, in *botanicis* dictus eſt.

ENRICI RANZOU, nobiliſſimi viri & Proregis, magni litterarum patroni, *de valetudine conſervanda, ubi de diæta, itinere & climate*, &c. L. III. Antvverp. 1565. 8. Lipſ. 1580. 8. 1382. 8. Antvverpiæ iterum 1580. 8. (edente DEHTLEF SYLVIO) & Francofurti 1596. 12. auctiores, RIV. & anno 1604. 12. prodierunt, Germanicæ (*von erhaltung menſchlicher geſundheit*), Lipſ. 1594. 4.

HENRICUS RANZOU Francofurti etiam exſtat 1617. 16. Germanice vero primum prodiit Baſil. 1588. 8. ex verſione J. B. HUMELII.

MATTHÆI CURTII *de prandii & cœnæ modo*, Rom. 1566. 8.

A nevv booke of the natures and properties of all vvines that are commonly uſed in England, Londin. 1568. 8.

HIERONYMI MERCURIALIS *de arte gymbaſtioa* L. VI. Venet. 1569. 4. 1543. 4. 1601. 4. Pariſ. 1577. 4. Amſtelod. 1672. 4. quæ nitida eſt editio. Hoc princeps hujus viri opus fuit, in quod ex omni antiquitate congeſſit, quodcunque ad veterum gymnaſtica exercitia explicanda pertinet, cum deſcriptionibus & figuris ludorum, paleſtræ, aliiſque huc pertinentibus ex antiquis monumentis ſumptis. Adeo autem indulget veteribus, ut etiam equitationem, qua illi non delectabantur, nocere ſcribat. Recentiorum autem exercitia omittit.

HIERONYMI MERCURIALIS *de arte gymnaſtica* L. VI. Venet. 1573. 4. mea editio eſt cum iconibus. EJUSDEM etiam primum opus huc pertinet, citatum a MORGAGNO *Epiſt. Anat.* pag. 94. cui titulum fecit *Nomotheſaurus ſeu ratio lactandi infantes*, Paiav. 1552. *

FRANCISCI FRANCO lib. *de la perſeveracion de la nieve y dell uſo de ella*, Sevilla 1569. 4. ANT.

HIERONYMI CONFORTI *de vino mordaci* Libellus, Brix. 1570. 4. LIND.

LEVINI LEMNII *de vita cum animo & corporis incolumitate rite inſtituenda*. Antvverp. 1574. 8.

BENEDICTI de NURSIA *de conſervatione ſanitatis* L. I. Rom. 1575. 4. MANDOS.

JULII ALEXANDRINI Cæſarei medici primarii *de ſanitate tuenda* L. XXXIII. Colon. 157K. fol. Antiquorum frigidus repetitor.

ANDREÆ BACCII (Sixti V. Archiatri) *del Tevere* Li. III. *ne' quali ſi tratta della natura e bontà dell' acque e ſpecialmente del Tevere .... dell' uſo dell' acqua .... del bevere freſco con nevi, con ghiaccio, con ſalnitro*, Rom. 1567. MANDOS. EJUSD. *de naturali vinorum hiſtoria, de vinis Italiæ & de conviviis antiquorum, acceſſit de cereviſiis & omni vinorum uſu*, Rom. 1596. fol. eruditiſſimum & undique conquiſitum opus.

ALPHONSI DIEZ DAZA *los provechos y damnos de la ſola bevida del agua y come ſe debe eſerger la major*, Hiſpal. 1576. ANT.

FRANCISCI MICON *Alivio de ſedientos en elqual ſe tratta la neceſſidad que tenemos de beber frio y refreſendo con nieve*, Barcellona 1576. 8. ANT.

GREGOR. MANGOLD *fiſchbuch von der natur und eigenſchaft der Fiſche inſonderheit deren ſo gefangen vverden in Bodenſee* ... Zurich 1576. 8. *

J. LIEBAULT *theſaurus ſanitatis paratu facilis*, Pariſ. 1577. 16. eſt collectio variorum opuſculorum. J. SYLVII POLYBI, &c. EJUS etiam *domus ruſtica* & alii Libri ejus argumenti multa ad diætam pertinentia habent.

NICO-

J. LIEBAULT eſt etiam *embelliſſement du corps humain*, Lyon 1595. 12. *

OMNIBONI FERRARII *de puerorum valetudine tuenda*, Brixiæ 1577. 4. Ab ipſa nutrice incipit, cujus victus rationem dirigit, paſſim ſuperſtitioſus; ut in aurifolio, quod jubet cum primo lacte infanti dari.

NICOLAI MASINI *de gelidi potus abuſu* L. III. Ceſenæ 1578. 4. Sed noſtra editio eſt 1587. 4. Contra aquam nivatam ſcribit, quam quidem a nimio tepore ad gradum mediocrem refrigerari permittit, ulterius gelidam reddi vetat, quæ veneni loco ſit & graviſſimos plurimos morbos inducat: refrigerandi modos enarrat, decoctionem commendat in aquis vitioſis.

In LAUR. JOUBERTI operum collectione habetur etiam L. *de gymnaſiis ſeu de exercitationibus* veterum. In EJUSDEM *erreurs populaires* continentur refutationes opinionum, quas improbat, de diæta ſeu valetudinis cura, Bourdeaux 1579. 8. THUAN.

BERNARDINI GOMESII MIEDE *ἀλογραφίας ſeu diaſcepſeon de ſale* L. IV. Valentiæ 1579. 4. Urſell. 1605. 8. LIND.

ANDREVV BORDE *the variety of health*, Londin. 1575. 4. AMES. Si huc pertinet.

JULII PALMARII *de vino & pomaceo* L. III. Pariſ. 1580. 8. & gallice *du vin & du cidre*, Caen 1589. 8.

FRANCISCI de THOMASIIS *dexter uſus tuendæ ſanitatis*. Venet. 1680. 4. RIV.

FRANCISCI STABILIS *dexter uſus ſanitatis tuendæ*, Venet. 1580. 4.

FRANCISCUS STABILIS an diverſus ſit a FRANC. de THOMASIIS dubito.

JOH. RASCH *de vino* Monachii 1580. 8. LIND.

BERNHARDI PATERNI *Tractatus, quod cœna prandio liberalior etiam in catarrho eſſe debeat*, Spir. 1581. 8. (LIND. Sed alibi lego 1587.) valde certe malæ cauſæ patronus.

ADOLARII ROTHENS *leibes apothek, vvie ein menſch ſich mäſſig halten ſoll*, &c. Heidelberg. 1581. 8. Verſiculi.

ÆMILII DUSI *de valetudine tuenda* L. Turini 1582. 8. LIND.

ALBERTINUS BOTTONUS *de vita conſervanda*, Patav. 1582. 4.

J. GUIL. STUCKII *antiquitatum convivalium* L. III. Tiguri 1582. fol. ad philologiam potius pertinent.

BALTHASAR PISANELLI *Tractatus della natura de' cibi, e del bere*, Venet. 1584. 4. & *de eſculentorum potulentorumque facultatibus* L. I. *latine converſus ab* ARNOLDO FREYTAG, Herborn. 1593. 8. 1614. 8. (quæ mea eſt editio) Bruxell. 1662. 12. Oſnabrügge 1677. 12. Breviſſime enarrat qualitates cujuſque cibi vel potus, rarius propria aliqua obſervantione adjecta. An idem eſt L. *de eſculentorum potulentorumque facultatibus*, Genev. 1620. 16. quem video ARNOLDO FREYTAG tribui?

J. THOMÆ MINADOI *philodicus ſeu de ptiſana ejuſque cremore in pleuritidis propinando*, Mantuæ 1584. 4. Venet. 1487. 4. LIND.

THADDEI ab HAYCK *de cereviſia ejuſque conficiendi ratione viribus & facultatibus*, Francofurt. 1585. 8.

J. B. SYLVATICI *de frigida potu poſt medicamentum*, Mediol. 1586. 4. LIND.

MARSILII CAGNATI *de ordine in cibis ſervando*, Patav. 1587. 8. EJ. *de ſanitate tuenda* L. II. *de continentia & de arte gymnaſtica*, Rom. 1591. 4. Patav. 1605. 4. LIND.

DAVID de POMIS *enarratio de ſenum affectibus præcavendis*, Venet. 1588. 4. * RIV.

TIMOTHEI BRIGTH *hygieine ſeu de ſanitate tuenda* P. I. Lond. 1576. 8. Francof. 1588. 8. P. II. 1589. ibid. Mogunt. 1647.

FERDINANDI EUSTACHII *de vita humana a facultate medica proroganda*, Rom. 1588. 4. LIND.

JOH. OSVVALDI *de natura & differentiis alimentorum*, Baſil. 1589. 4. RIV. EJ. *unterricht für geſunde, kranke und krankenpfleger, vvie ſie ſich ſo vvohl in erhaltung als vviederbringung der geſunaheit zu verhalten haben*, Francof. 1599. 8.

GERARD. FRANCISCUS M. D. *de ſanitate tuenda* ſcripſit tres libros gallicis verſibus, Pariſ. 1589. PASCHAL.

THOMÆ MORGAN *haven of health*, Londin. 1589. 4. Sic huc pertinet.

PAMPHILI HERILACI Reatini *de aquarum natura & facultatibus*, Colon. 1591. 8. Francofurti 1645. 8. Exigui momenti, qui ex ſcatebra fluentem aquam valde inſalubrem eſſe credat.

HIERONYMI MONYALTI *de homine ſano* L. III. Francofurt. 1591. 8.

JAC. TRUNCONII *de cuſtodienda puerorum ſanitate ante partum, in partu, poſt partum*, &c. Florent. 1593. 4. PL.

JAC. TRUNCONII lib. citatus ex GALENO inprimis ſumtus eſt.

ANTONIO PERSIO *del bever caldo coſtumato dagli antichi Romani*, Venet. 1594. Pro potu calido.

THOMÆ COBER *de lacte & pultibus quibus infantes paſſim ſuſtentantur*; Görliz 1593. 8. LIND.

HENRICI GEORGII ENRIQUEZ *de regimine cibi & potus* Salamanticæ 1594. 8. LIND. EJ. ut credo, *de cibo & potu* L. Madrit. 1615. 8. LIND.

BRUNONIS SEIDELII *de ebrietate* L. III. Hanov. 1594. 8.

VV. BULLEYN *government of health*, Lond. 1595. 12. AMES.

CÆS. CRIVELLATI *trattato dell' uſo di dare il vino nelle malattie acute*, Rom. 1600. 8.

NICOLAI MORANDIS Libelli *de nive* primam editionem ignoro, recuſus autem eſt Leidæ 1605. fol. Pro nive & potu gelato ſcripſit & in Hiſpania noxam nullam experimento repertam eſſe adfirmat. Gallice prodiit Lyon 1663. 8.

NICOLAI MORANDIS libellus *de nive* primum prodiit Hiſpali 1571. 8. cum titulo *libro que trata de la nieve y ſus proprietades y del modo que ſe a de tener con liber enfriado con nieve y otros modos de enfriar* cum l. de ferro. *

In J. LANGII LEMBERGII *epiſtolis* plurima huc pertinent, & ſeorſim edita ſunt *de ſalubri eſu caſei, & de ſyrmaiſmo ſeu ratione purgandi per vomitum Ægyptiorum & formula*, Pariſ. 1607. 8. Sic inter BALDUINI RONSEI epiſtolas, Leid. 1618. 8. editas multæ diætetici argumenti ſunt.

In EUSTACHII RUDII operibus *diætetice* continetur, Venet. 1596. 4.

J. COSTÆI *de lactis ſerique natura & medicina uſu*, Bonon. 1595. 4. Practicus, percurrit morbos, ad quos ſerum lactis valet.

BLASIO ALVAREZ de MIRAVAL *la conſervacion de la ſalud del cuerpo y .... el buen regimiento de la ſalud*, Methymaæ 1597. 4. Salamanticæ 1691. 4. ANT. *

EDMUND HOLLYNG Angli, ſed Profeſſoris Ingolſtadienſis, *de ſalubri ſtudioſorum victu h. e. de literatorum valetudine conſervanda vitaque diutiſſime producenda* Libellus, Ingolſtad. 1602. 8.

RODERICI FONSECA *de tuenda valetudine* L. Florentiæ 1602. Francof. 1603. 8.

FORTUNATI FIDELIS opus *de relationibus medicorum*, Panormi editum 1603. in primo Libro de aeris & aquarum ſalubritate & inſalubritate.

FRANCISCI BONAMICI *de alimento* L. V. Florent. 1603. 4. BURCH.

JUL. CÆS. BARICELLI *de lactis & ſeri butyri facultatibus & uſu*, Neapol. 1603. & 1623. 4. L.

J. CECKII *de puerorum valetudine tuenda*, VVitteberg. 1604. 8. Ex veteribus & Arabibus.

J. B. COSTÆI *de potu in morbis*, Papiæ 1604. 4. LIND. EJ. *miſcellanearum diſſertationum Decas* I. a J. FRANCISCO *filio emendatis edita*, Patav. 1658. 12. Decem diſſertationes ſunt, pleræque de rebus diæteticis veterum, lente, pane eloto, pepone, in quibus nihil reconditi expectes aut proprii.

ADRIANI TURNEBI *de vino*, Pariſ. 1600. 8. Helmſtad. 1605. 4. 1668. 4. Declamatio contra vinum, minuere ſtaturam, & vario modo nocere.

JOS. QUERCETANI *diæteticon polyhiſtoricum*, Pariſ. 1606. 8. Lipſ. 1607. 8. quod idem videtur eſſe *le portrait de la ſanté par du* CHESNE, S. Omer. 1618. 8.

JOS. QUERCETANI *diæteticon polyhiſtoricum* exſtat etiam Pariſ. 1615. 8. Mihi editio prior quam dixi. Mediocriter cæterum utilis & confabulationi ſimilior liber.

BART SCHULZII *conſilium medicum pro curanda valetudine*, VVitteb. 1606. 12. RIV.

JOSEPH. CASTALIO *de frigido & calido potu*, Rom. 1607. 8. LIND.

JOH. SPOERISCH *de ratione curandi in ægris corporibus morbos per bonam diætam*, Lipſ. 1607. 8. LIND.

In J. TALENTONII *theſauro* multa ſunt ad chondram, triticum, alicam, &c.

ROD. GOCLENII *de vita proroganda tractatus* Francof. 1608. 8. LIND.

SIMONIS GUNTHER *hortulus ſanitatis amœniſſimus de tuenda & conſervanda bona valetudine*, Spiræ 1608. 12.

BERNHARDINI CAII Liber *de alimentis quæ cuique naturæ conveniunt, de frigida potione, viribus ſalnitri ad refrigerandum*, Venet. 1618. 4. 1610. 4. LIND.

JOH. de CARDENOS *del chocolate que provecchos haya y ſe es bebida ſaludable o no*, Mexico 1609. ANT.

JOH. HUCHERII Liber *de diæta & therapeja puerorum*, Colon. 1610. 8. UFF.

In J. RIOLANI patris operibus junctim, Pariſiis 1610. fol. editis exſtat etiam hygieine.

R. G. *Gentleman tryal of tabacco expreſſing its uſe in phyſic*, Lond. 1610. 8. *

VVOLFG. KRAFT *de vita producenda & reparanda*, Mogunt. 1611. 8. L.

J. BICKER *hermes redivivus declarans hygieinen de ſanitate vel bona valetudine hominis conſervanda*, Gieſſ. 1612. 8. ex Græcis & chemicis collectus.

EPIPHANII FERDINANDI *de vita proroganda, juventute conſervanda, ſenectute retardanda*, Neapoli 1612. 4.

CHRISTOPHORI CACHET *controverſia theoretica & practica in I. aphoriſmum* HIPPOCRATIS ſectionem P. I. Tulli 1612. 8. L.

SANCTORIUS in celeberrimo *de ſtatica medicina* Libro plurima ad diætam contulit, cum de ſingulo fere cibi potuſve genere obſervaverit, num perſpirabile (nempe coctu facile) vel contra ſit. Quibus autem ad eos aphoriſmos obſervationibus uſus ſit, non addit.

MARTINI PANSA *liber aureus de propaganda vita* P. I. & II. Lipſ. 1615. 8. Pars III. 1616. 6. P. IV. 1620. 8. & Germanice *Kleinod menſchlicher geſundheit*, Lipſ. 1626. 4.

JAC. FUHRMANN *aphoriſmorum medicinalium ad diæteticam & pharmaciam ſpectantium centuria* II. Stettin. 1615. 8. germanice, ibid. 1617. 8.

LUDOVICI NONNII *ichthyophagia ſeu de piſcium uſu*, Antvverp. 1616. 8. * EJUSDEM *diæteticon ſeu de re cibaria* L. IV. Antvverp. 1627. 8. 1664. 4. Simplex homo & rotundus, neque indoctus, unice tamen fere veteribus uſus, PLINIO, ATENÆO, GALENO, neque valde recondita habet, neque propria.

FRANCISCI XIMENES de CARMONA *tract. de la grande ecelencia de la agua y de ſus maravillas virtudes calidades y clecion del buen uſo de enfriar con nieve*, Hiſpal. 1616. 4. ANT.

STEPH. VVALETISII *brunn des heils oder bericht vvie einer' bis in ein hokes alter ſein leben geſund fortbringen könne*, Ingloſtat. 1617. 4. *

GREGORII HORST *de tuenda ſanitate ſtudioſorum*, Gieſſ. 1617. 12. & *de tuenda ſanitate*, Marburg. 1648. 12. breves Libelli in collectione operum recuſi. EJ. *de ſex rebus non naturalibus coronides* VI. ibid. exſtant, quibus etiam omnis victus ratio, & cibi ſingulatim percurruntur.

THOMÆ GROSS *de uſu ſex rerum non naturalium*, Venet. 1617. 4. LIND.

BARTHOLOMÆI MARRANDAN *dialogo del tabaco los damnos que cauſa y del chocholate*, Sevilla 1618. 8. ANT.

PETRI LOPII *de ſex rebus non naturalibus* L. Conimbricæ 1618. 4. LIND.

GUILIELMI KNYF *diæta analeptica ſeu vivendi ratio recreativa*, Amſtelod. 1618. 4.

CONSTANTINI PULCHARELLII *de valetudine tuenda poema* L. II. Neapol. 1618. 8. LIND.

JACOBI I. *Miſovaporo ſeu de abuſu tabaci*, Londin. 1619. fol.

JACOBI I. liber citatus prodiit etiam Ultrajecti 1644. 8.

J. MATTHÆI *ſpeculum ſanitatis, acceſſit hortulus medicus in quo* ſimplicium *facultates declarantur*, Francof. 1620. 8. L.

TH. MOUFFET *on foods*. Primam editionem ignoro, prodiit anno 1655. ſub titulo *healths improvement or rules concerning the nature method and manner of preparing all ſorts of food*. Auctus eſt a BENNETO & nuper anno 1746. recuſus 8.

CL. DEODATI *pantheon hygiaſticon Hippocratico Hermeticum de hominis vita ad* 120. *annos ſalubriter producenda*. Baſil. 1620. 8.

CL. DEODATI *pantheon*, &c. non prodiit Baſil. 1620. 8. ut ibi quidem legitur, ſed Bruntruti, 1628. 3. vol. 4. meæ certe editionis. Plenum eſt ſyſtema rerum non naturalium, cum plurimis etiam formulis & archanis chemicis.

FERDINANDI RODERICI CASTRENSIS *de ſex rebus non naturalibus*, Francof. 1620. 8. L.

F. SCHACCHI *de ſalubri potu diſſertatio*, Rom. 1622. 4. HARL.

ALESSANDRO PECCANO *commentarj della ſcandella*, Veron. 1622. 4. Laudes ptiſanæ hordeatæ. EJUSD. *del bever freddo*, Veron. 1627. 4. EJ. *de chondro & alica* L. II. Veron. 1627. 4.

Ab AL. PECCANO adde ſubtile utique ſcriptum eſſe de potu frigido, & mire accuratam temperationem vini & aquæ frigidæ pro varietate hominum & vinorum præſcribere.

M. ZANARDI *de parvo mixto homine in ſenium conſervando*, Colon. 1620. 4. *

JOH. de CASTRO pharmacopolæ *hiſtoria de las virtudes y propriedades del tabaco y de los modos de tomade porat las partes intrinſecas y applitande a las extrinſecas*, Cordubæ 1620. 8. ANT.

MATTHIAS de PORRAS *breves advertentias para beber frio con nieve*, Lima 1621. 8. ANT. DE NERIS *de ſalubritate aeris Tiburtini*, Rom. 1622. 8.

FR. ANTONII CASERTÆ *de natura vinorum tum in ſanis tum in ægris corporibus*, Neapol. 1623. 4. HARL.

FRANCISCI BACON de VERULAM. *hiſtoria naturæ & mortis*, Londin. 1623. 8. & alias. Integram diætam ad ſenium facientem continet per ſingulas partes diætæ, ut inprimis ea laudet, quæ conſumtionem ſpirituum & motus vitales nimis celeres minuunt, nitrum, opium, diætam debilitantes. Et ipſe certe longe plus præſtitit ex ſolo mentis acumine, quam priores medici, qui vino aliiſque acribus ſenum vitam potius præcipitabant. Alimenta autem non theoretica, ſed talia laudat, quæ cum vita humana ſtare queant.

PETRI PICONI *Medicæ petræ diviſæ in 2. tomis*, 1. *de cognitione aeris in communi & Beneventani*, 2. *de regimine aeris Beneventani*, 3. *de antidotis*, Neapol. 1624. 8. MONG.

In J. B. CORTESII *miſcellaneis decas quinta eſt de ſex rebus non naturalibus*, Meſſan. 1625. fol.

PETRI CASTELLANI *κρεοφαγία ſeu de uſu carnium* L. IV. Antvverp. 1626. 8.

PETRI CASTELLANI L. IV. citati erudita ſatis collectio ſunt. Favet victui carnoſo.

AUREL. ANSELMI *gerocomia ſeu de ſenum regimine opus*, Venet. 1626. 4. HAEN.

P. H. CANONHERII *de admirandis vini virtutibus*, Antvverp. 1627. 8. Eſt collectio hiſtorica & poetica de laudibus vini, eorumque, quæ ex vino habentur, aceti, ſpiritus, &c. tum uvarum, ſapæ, & peroratio de vitiis ebrietatis, polyhiſtoris potius quam medici opus.

GALATEI LANDRINII *problemata ad ſanitatem & ægritudinem vitæ, longitudinem & brevitatem ſpectantia*, Ferrar. 1627. 4. LIND.

In J. C. CLAUDINI *operibus* continentur Tractat. *de natura & uſu juris galli veteris, pulli & columbi*.

PETRI VALERII *de incolumitate diu ſervanda*, Venet. 1627. 8. LIND.

Inter FRANCISCI RANCHINI opera Lugduni 1627. 4. edita eſt etiam *Gerocomica ſeu de ſenum conſervatione*, qua aer, victus & reliqua ad ſenum vitam prorogandam idonea recenſentur, ex veterum fere mente.

JOH. DOMINICI SALÆ *de alimentis & eorum recta adminiſtratione*, Patav. 1628. 4. Dictio non bona, editio vitioſa, ſed judicium viri ſanum, uti recte rejicit deſtillatas de carnibus aquas, & pro piſcibus ſcribit, & nimiam curam SANCTORII moderatur. Percurrit cibos, quibus utimur, & bonos primum maloſque indicat, deinde ſcribit rationem cibos ſumendi, quod numerum, pondus, & tempus adtinet. Libelli duo ſunt.

GUIL. FABRICII HILDANI *Tractatus de conſervanda valetudine* thermis Valeſiani, &c. Francof. 1629. 4. Simplex, breve & practicum & obſervationibus plenum conſilium. Idem edidit J. POSTHII *Schatz Kämmerlein der geſundheit*, Francof. 1628. 4.

JAC. FABRI *de alimentis* Norimberg. 1628. 4.

Hygieine ſeu bonæ valetudinis conſervandæ theſaurus locupletiſſimus, Colon. 1628. 12.

Theſaurus valetudinis conſervandæ variorum Libris conſtans, Luxemburgi 1628. 12. * An non idem cum modo dicto Libro?

ENGELBERTI LAMELIN *de vita longa* L. II. *quibus adjuncta ſunt commoda & incommoda ſobriæ & modernæ vitæ*, Inſulis 1628. 12.

T. VENNEL *via recta ad vitam longam, or the vvay to long life*, Londin. 1628. 4. HARL.

PROSPER RENDEL *de vinea, vindemia & vino*, Venet. 1629. fol. LIND.

J. NICOLAI BAUMANNI *de tabaci virtutibus, uſu & abuſu*, Baſil. 1629. 4. LIND.

J. ZECCHII *lectiones in I. ſectionem aphoriſmorum* HIPPOCRATIS, Bonon. 1629. 4.

J. FABRICII *trias Cratoniana. Tertia pars eſt Diætetica*, S. *lebens und ſpeis-ordnung* Speyer 1629. 12. *

MAURITII TERILLI *hiſtoria vini*, Venet. 1630. 4.

MAURITII TERILLI *hiſtoria vini* nullius momenti liber eſt.

BERNHARDINI STEINER *Gerocomicon ſeu diætetica de conſervanda ſenum ſanitate*, VVurtzburg. 1631. 4. L.

J. RONCONII de MUTILANA *tractatus de ſeri lactis natura, uſu & præparatione*, Flor. 1631. 8. *

J. RONCONIUS de MUTILANA de temperamento inprimis lactis & ſeri agit, quorum utrumque temperate calidum facit, & frigidum eſſe negat.

HIPPOLYTI ANTONELLI *apparatus animadverſionum in auctoritates & rationes quibus*

HYPPO-

HIPPOLYTUS OBICIUS *vinum exhibet ægrotis omni tempore in omni febre*, Venet. 1631. 8.

ANTONII COLMENERII de LEDESMA *trattado de la nadura y calidal del Chocolate*, Madrit. 1631. 4. Norimberg. 1644. 12. latine redditus.

ANTONII COLMENERII de LEDESMA *tract. de la natura leça y calidad del chocolate*, Madrit. 1631. gallice recuſus eſt a REN. MOREAU, Pariſ. 1643. 4. italice Bologna 1694. 4. * latine a VOLCAMERO, Norimb. 1644. 12.

PERSII TREVI (ſive PETRI SERVII) *declamationes* ad STEPH. RODERICI Caſtrenſis L. *de ſero lactis*, Rom. 1632. 8.

PERSII TREVI poſſideo editionem Rom. 1634. 8. Serum frigidum eſſe & purgare oſtendit.

CASPARI AMTHOR *memorabilium medicorum* P. I. continet regulas diæteticas, Jen. 1632. 4. *

DAN. SENNERTUS in *inſtitutionum* L. IV. copioſe, ut ſolet, & bono ordine de omnibus diætæ partibus egit, infantum etiam diætam proprio libello docuit.

GABR. NAUDE' *quæſtio* II. *an matutina ſtudia veſpertinis ſalubriora*, Patav. 1634. 8.

ALEXANDRI de VINCENTINIS *de calore per motum excitato atque de cœli influxu in ſublunaria*, Veron. 1634. 4.

ALPHONSI de DONNOLIS *de iis qui ſemel de die cibum capiunt*, Venet. 1634. 12. *

ALPHONSI de DONNOLIS citatum opuſculum, quod Venetiis 1674. prodiit (non 1634. ut ibi legitur) maculoſum & ſordidum mendis eſt.

FRANCISCI de LEIVA y AGUILAR *deſenganno contra el mal uſo del tabaco*, Corduba 1634. 4. ANT.

JOH. FREINSHEMII, viri doctiſſimi, *de calida potu*, Argentor. 1636. 8. ex vet. monumentis.

FERDINANDI CARDOSI *utilidades del agua y de la nieve del bever frio y caliente*, Madrit. 1637. 4. ANT.

P. ZACCHIAS *il vitto quareſimale* ſeu de cibis ejus temporis, Rom. 1637. 8. MANDOS.

BALDI BALDI *diſſertatio iatrophyſica ad textum* 23. HIPPOCRATIS *de aere, aquis & locis, in quo de calculorum cauſis & aquæ Tiberis bonitate diſſeritur*, &c. Rom. 1637. 4.

BARTHOL. PERDULCIS *ars ſanitatis tuendæ*, Pariſ. 1637. 12.

JAN. van BEVERVVYCK *ſchat der gezondheit*, Dordrecht 1638. 8. & Germanice Amſtelodami 1664. 4. Francofurt. 1672. fol. Dictio excitata, res ipſæ vulgares & ex veteribus ſumtæ.

LEVINI FISCHER *de prolonganda vita*, Lipſ. 1640. 8. LIND. Nihil ab eo homine ſani ſpero.

CHRISTOPHORI PEREZ de HERRERA *Clypeus puerorum ſeu de eorum ſanitate tuenda*, Pintiæ (Valladolid.) 1640. 8. L.

JAC. PRIMIROSIUS diætetica conſilia dat in libro III. *Errorum*, repudiat nimium rigorem CORNARII, & ſpirituoſos potus Anglorum, & puerperarum calidam diætam. Aliqua de nutricibus monet.

EZECHIEL di CASTRO *tract. de colloſtro*, Veron. 1642. 4. & cum SCIP. MERCURIO, parvi momenti eſt.

ROB. MONTANI *diætema ſeu ſalubris victus ratio*, Lovan. 1640. 8. *

HIPPOLYTI GUARINONII *hydrœnogamia triumphans ſeu aquæ vinique connubium vetuſtum, ſanctum, ſalutare, oppoſitum* HIERONYMI DREXELII *œnohydromachiæ triumphatæ*, Oenipont. 1640. 8. *

VV. F. *treatiſe of vvarm beer*, Cambridge 1641. 8. Salubrius eſſe frigida.

V. PALLU *quæſtiones medicæ tres de epicraſi, de tabaco in dentium dolore, de riſu ad producendam vitam*, Turon. 1642. 8.

J. PETR. LOTICHII *de caſei nequitia Tractatus*, Francof. 1643. 8.

In ANTONII SANTORELLI L. *de ſanitatis natura*, Neapoli 1643. fol. edito Libri XXI. XXII. XXIII. & XXIV. de diæta agunt & rebus, quæ vocantur non naturales. Antiquo fere more, fuſe & abſque experimento.

GOD. MOEBII *βαλανειολογία ſeu de natura & uſu balneorum*, Jen. 1644. 4. *

J. JAC. CUFFARI *i biaſimi del tabacco, ovvero l' uſo pernicioſo d' eſſo, diſcorſo*, Panorm. 1645. 4. MONG.

JOH. FOLLINI *ſynopſis tuendæ & conſervandæ bonæ valetudinis*, Sylvæducis 1646. 12. Colon. 1648. 12.

J. JAC. SCHARANDÆI *de ratione conſervandæ ſanitatis* L. Amſtelodami 1649. 8.

Cum

Scopus meus eſt hic rariſſimos quoſque auctores indicare, dum ſimul utiles ſint. BRUYERINUS autem & SEBIZIUS (*a*) eruditiſſimis ſcriptis, totam rem, quæ ad hoc negotium ſpectat, abſolverunt; maxime tamen BRUYERINUS.

CLAUDIUS GALENUS, in Libro *de tuenda ſanitate* huc pertinet, qui Liber non modo rei cibariæ & potulentorum, ſed & regiminis optimi ſex rerum non naturalium ideam dat; unde de frictionibus, quas medici eo tempore adgnoſcebant pro mediis tuendæ ſanitatis, tractat, de aëre, aliiſque; totumque certe opus eſt ex eruditiſſimis GALENI ſcriptis.

Nun-

Cum PHILIBERTI GUIBERTI *Medico officioſo* præter varia coquinaria, etiam exſtat GUIDONIS PATINI *theſis de ſobrietate* anno 1646. defenſa, & L. *de valetudine tuenda*, quo cibos ſimplices & compoſitos percurrit, judicium interponit, bezoar & ſimilia falſe exagitat, ſpecifica lithontriptica refutat, & prodiit Pariſ. 1649. 8. Opera GUIBERTI gallice etiam prodierunt Pariſ. 1670. 8. ſub titulo *les œuvree charitables* de P. G.

DAN. L'AIGNEAU *traité pour la conſervation de la ſanté*, Pariſ. 1650. 4.

ANTONII VITALIANI *de abuſu tabaci*, Rom. 1650. 12. *

(*a*) MELCHIORIS SEBIZ *de alimentorum facultatibus* L. V. Argentor. 1650. 4. Hoc ſpiſſum volumen pleniſſimam continet ex omni vetuſtate collectionem, quæ cum ſit omnium priorum ſcriptorum compendium, eorum loco fere eſſe poteſt.

J. MANELPHI *menſa Romana ſeu urbana victus ratio*, Rom. 1650. 4. BURCH.

HENRICI NICOLAI *de pane, ejus natura, uſu*, Dantiſc. 1651. 4.

HERMANNI CONRINGII *de habitu Germanorum ejuſque cauſis* libellum edidit, Helmſtadii 1652. 4. cum inſignibus augmentis recuſum opera J. PH. BURGGRAVII Francofurti 1727. 8. CONRINGIUS quidem variæ eruditionis multum impendit in inveniendis cauſis proceritatis nunc diminutæ, oculorum cæſiorum qui frequentius nunc fuſci ſunt, crinium fulvorum, qui nigri. BURGGRAVIUS ea inprimis addidit, quæ propius ad medicinam pertinent. De victu veterum Germanorum & comparatione cum nuperis multa habet, & ſcitu curioſa & utilia.

HYGIPHILI ALETHEI *von der maeſſigkeit vvolleben, und der trunkenheit ſelbſtmord*, Ulm. 1653. 12. De ſumma noxa ebrietatis.

VINCENTII BUTII *de potu calido & frigido & temperato antiquorum*, Rom. 1653. L.

SEBASTIANI ROHT *de ſalubritate lotionum capitis & balneorum aqua dulcis decreta*, Lipſ. 1653. 4.

PAULI NEUKRANZ *de Harengo*, Lubec. 1654. 4. Defendit halecum uſum.

GEORG. COTACII *trutina medica qua vini exhibitionis vulgati in febribus uſus adverſus ὑδροφόβους perpenditur*, Patav. 1654. 4.

HEMR. SIGISM. SCHILLING *de tuenda ſanitate tract.* Dreſd. 1655. 4. LIND.

J. ANT. VANDER LINDEN in *ſelectis medicis* inque diſſertatione *vini pleni* habet eruditiſſimam collectionem de omni genere vinorum, Leid. 1656. 4. in eadem collectione exſtat *aſellus Lucius*, ſeu de eo piſce collectio ſeorſim edita, Leid. 1665. 8.

RICHARD SHORT *περὶ ψυχροποσίας of drinking vvater* (contra novatores qui laudant potum frigidæ), & *περὶ Θερμοποσίας contra libellum Cantabrigienſem* (nuper excitatum) Lond. 1656. 8. HARL.

J. BONTII *de conſervanda valetudine*, Amſtelodami 1646. f.

J. ULAKVELD GALENUS *hydropotes ἐλεγχόμενος*, Harlemi 1660. 4. Contra potum frigidæ.

TOBIÆ VVHITAKER *de ſanguine uvæ*, Hag. 1660. 8. Anglice *of the blood of the grape*, Lond. 1638. 8. Vini uſum in diæta & in morbis defendit, inani Libello.

T. EVELYN *fumifugium or the inclemency of London air diſſipated*. Lond. 1661. 4.

T. BARTHOLINUS *de nivis uſu medico*, Ham. 1661. 4.

SIMONIS PAULI *de abuſu theæ & tabaci*, Argentor. 1661. 4. 1681. 4. Francof. 1708. 4. &c. Theam cum Gale confundit, neque veras cauſas aperit, cur noceat.

Inter

Nunquam etiam deferendus SANCTORIUS in *medicina ſtatica*. Si libere eſt dicendum, quod cogito, nullus medicorum, qui ante eum ſcripſerunt, cardinem rei ita adtigit. Docet enim, qua via adſumta per vires noſtras tranſmutentur in indolem ſimillimam noſtri corporis; & quinam cibi ad eam ſubtilitatem

Inter *noctes geniales* J. NARDII II. huc facit, nempe *comment.* in HIPP. *de uſu liquidorum*, quem legitimum facit & valde admiratur. Varias digreſſiones miſcet, de uſu aquæ marinæ, de uſu frigoris in convulſionibus & tetano, &c. *Quinta* etiam *nox* tota diætetica eſt, *an alat vinum*, &c. In N. IV. de calidæ uſu apud veteres agit. EJ. *lactis phyſica analyſis*, Florent. 1634. 4. huc poſſet revocari. Lac frigidum facit, cum nonnullis calidis particulis, narrat antiquitates butyri, &c.

BRUNO CIBALDI (JOS. GALEANI) *del vero metodo di conſervar la ſanità, di curare ogni morbo col ſolo uſo dell' acquavita*, Panorm. 1662. EJ. (Anonymi tamen) *diſcorſo intorno all' uſo dell' acquavita, nel quale ſi dimoſtra quanti e quali ſiano le condizioni della propoſta acquavita*, Panorm. 1667. 12. MONG.

CONRADUS VICTOR SCHNEIDER in L. V. *de catarrhoſorum diæta* agit VVitteberg. 1662. 4. ſed re vera univerſam diætæ rationem eruditiſſime, ut ſolet, comprehendit.

HENRY STUBBS *of Chocolate*, Lond. 1162. 8.

J. JONSTON *idea hygieines recenſita*, Francof. 1664. 12.

MART. SCHOOK *ex butyro & averſatione caſei*, Groning. 1664. 12. *de cereviſia* 1661. 12.

EVERARD MAYNVVARING *tutela ſanitatis ſeu vita protracta*, Londin. 1664. 8. EJ. *learned diſcurſe proving that tabacco is a cauſe of ſcurvy*, Lond. 1672. 4. cum JACOBI Libro jam citato de *tabaco*. EJ. *method and means of enjoyi ghealth vigour and long life*, London. 1683. 8. *

J. SCULTETI *prophylaxis circa præſentem & futurum ſanitatis ſtatum*, Noriberg. 1665. 12.

In PHIL. TR. n. 410 CYRILLI de frigidæ uſu in febribus diſſertatio exiſtat. Ibidem varia ſparſim legas, litem an homines naturaliter carnivori an hortivori ſint, coffeæ deſcriptionem & alia, alibi adjecta.

FRANCISCI MARIÆ BRANCACII *de uſu Chocolatæ diatriba*, Rom. 1666. 4.

HENR. PETERSEN *de potu Caffeæ*, Gieſſ. 1666. 4.

D'ALICOURT *le bonheur de la vie où le ſecret de la ſanté contenu en divers préceptes tirés des meilleurs Livres qui en ont traité*, Pariſ. 1666. 12. STOLLE.

RAYMUNDI RESTAURANT HIPP. *de natura lactis ejuſque uſu*, Arauſione 1667. 8. L.

VALENTINI HENRICI VOGLER *commentariorum diæteticorum* L. I. Helmſtad. 1664. 4. Commentarius eſt in quædam capita DUNCANI LIDDELII. Proſequitur breviter cibos ſalubres aut inſalubres, tum alias diætæ partes, balnea, aërem, &c. etiam veſtes & alia vulgo prætermiſſa. EJ. *de valetudine hominis cognoſcenda*, ibid. 1674. 4.

J. B. DONII *de ſalubritate agri Romani reſtituenda*, Florent. 1669. 4.

J. B. DONII quem citavimus, eximius liber eſt, etſi poſthumus; cauſas aperit, quare in ea vaſtitate aër Romanus inſalubris ſit, cum aquæ aliquæ ſtagnent & putreſcant, miſtæ inprimis marinis fluviales, ob inſalubrem auſtrum & euronotum, ob ſubita ex ardoribus frigora: Reſtituendam ſalubritatem ſuadet, aquis in motum excitatis, ſiccatis paludibus, ſylvis intercifis, agro frequentato.

Primam editionem opuſculi LOVVERIANI *von der habercur* ſive de uſu avenæ in medicina non novi. Ulmæ prodiit germanice 1722. 4.

HENRICI MEIBOM *de cereviſiis*, Helmſtad. 1668. 4. Erudite ex omni antiquitate de potubus hordeaceis egit, hiſtoriam medicam & naturalem fere præteriit.

BALDASSARIS TIMÆI von Guldenklee *Reſponſa medica & diætetica*, Lipſ. 1668. 4. Germanicæ, Lipſ. 1704. 4.

PETRI GONTIER *de ſanitate tuenda & vita producenda*, Lugdun. 1668. 4.

GEORGII a TURRE *Junonis & Meſtis vires in humana ſalutis obſequium traductæ*, Patav. 1668. 4. De aëre & aqua, uſu frigidæ, balneis, acidulis.

EDMOND BAILLARD *traité du tabac & ſur tout du tabac en poudre*, Paris 1668. 12.

JOH.

tem redigi poſsint, ut exhalent ſine fæcibus, quinam porro in debili homine ; quinam in robuſto cibi conducant, nec ullus Liber in re medica ad eam perfectionem ſcriptus eſt.

Huc

JOH. THEODORI SCHENK *ſynopſis inſtitutionum medicinæ diſputatoriæ pars ſemeiotica, hygieine & therapeutica*, Jen. 1671. 4. Diætetica brevis eſt & parum proprii habet.

VOPISCI FORTUNATI PLEMPII *de togatorum valetudine tuenda commentarius*, Bruxellis 1670. 4. Eruditiſſimus jam ſenis labor. De ſex rebus non naturalibus, cibo inprimis & potu, & inſtrumento eo pertinente fuſe agit, ex philologia veterum. Cum judicio vero ſcripſit neque leges imperavit ut alii ſæpe, quibus vita humana non ſinat obſequi.

VALENTINI LOEBER *anchora ſanitatis* per dialogos. EJ. *de venenis*, Francof. 1672. 8.

Des BERGERIES *le gouvernement de la ſanté*, Genev. 1672. 8. cum CORNARII libro.

SC. CLARAMONTIUS *de aere, aquis & locis Angliæ* hic utcunque repeti poſſet.

SIMON de MOLINARIIS *de herba Thee*, Genuæ 1672. 12. huc omnino pertinet, ſed in botanicis dictus eſt.

BENEDICTI de BACQUERE *ſenum medicus & ſalvator quædam præſcribens obſervanda, ut ſine magnis moleſtiis aliquo uſque ſenectus protrahatur*, Colon. 1673. 8.

BENEDICTUS de BACQUERE recuſus exſtat Colon. 1683. 8. *

J. DAVIDIS PORTZII *Bacchus enucleatus ſeu examen vini Rhenani ejuſque tartari, ſpiritus, aceti, ex novis principiis depromptum*, Heidelberg. 1672. 4. Leovardiæ 1673. 16. Etſi promittat vini analyſin parum tamen omnino adfert. Artificia vini conſervando, & reſtaurandi aliqua proponit. Alcalinam vim in vino parum & muſto, parum certe firmam.

JOH. a CHOKJER *de ſenectute*, Leodii 1674. EJ. Tractatus *de ſenectute*, Leod. 1677. 4. *

G. VV. VVEDEL *de diæta literatorum*, Jen. 1674. 4.

G. VV. VVEDEL etiam eſt *de venere medica & morbifica*, Jen. 1688.

MICHAEL TOGNI *raccolta delle ſingolari qualità del caffè*, Venet. 1675. 12. *

MARCI MAPPI *de potu calido*, Diſp. II. Argentor. 1675. 4.

MICH. ETTMULLER *valetudinarium infantile*, Lipſ. 1675. 4. EJ. *de balneis artificialibus* bona diſp. Lipſ. 1678. 4. EJ. *de temulentia* diſp.

Kitchen phyſic of advice to the poor by the vvay of dialogue, Lond. 1676. 8. Regulæ diæteticæ.

VVARLIDGE *Tractatus on cyder*, Lond. 1678. 4.

PIERRE BARRA *de l'uſage de la glace, de la neige & du froid*, Lyon 1678. 12.

CORNELII BONTEKOE *Tractatus van de thee, de Coffy en Chocolate*, Hag. 1679. 8. 1685. 8. Intemperatiſſime theam laudavit, etiam ad 100. & 200. cyathos potam, tanquam panaceam ad omnes morbos, omnemque in debilitando ventriculo noxiam vim negat. EJ. *kurze abhandlung von dem menſchlichen leben geſundheit und tod* dicta eſt in pathologicis. In II. tomo operum exſtat *diætetica*. *In opbouvv der medecyne* pugnat contra acida & cibum inde petitum.

MAUR. HOFMANN *de rebus nonnaturalibus ſanguinem mutantibus & inprimis de aere*, Altdorf. 1679. 4.

Differenza tra il cibo e il cioccolato, Firenz. 1680. *

JAC. JOS. JOERSER *Iſagoge ſeu manuductio ad vitam longiorem variis de tuenda & reparanda valetudine diſputationibus illuſtrata*, Noriberg. 1680. 4.

A true account of the royal bagnio vvith a diſcourſe of its virtue, Londini 1680. fol.

PAULI MARIÆ TERZAGO *relatio circa diſtantiam ſationis oryzæ a civitate Novarienſi pro aeris ſalubritate*, Mediolan. 1681. fol.

J. SIGISMUNDI ELSHOLZ *neues tiſchbuch in* VI. *buchern*, Colln 1682. 4. Liber primus de plantis eſt & nonnulla propria habet, quæ alibi non invenias. Tres ſequentes ſunt de animalibus edulibus: quintus de condituris: ſextus de generibus potus, denique coquinaria. In poſterioribus Libris vix quidquam utile reperi.

Inter G. FRANCI diſputationes variæ huc pertinent, *ſtudiorum noxa*, Heidelb. 1671. *quam diu dormiendum* 1681. *de gallico planchette ejuſque noxa medica*, 1676. 4. Recuſæ exſtant in ſatyris.

Moyens

Huc pertinet quoque CORNARII, nobilis Veneti, rarus tractatus: *Laude della ſobrietate*, ſeu *Laus ſobrietatis*, ſeu regimen perveniendi ad centum annos,

Moyens faciles & éprouvés pour vivre près de cent ans, Caen. 1682. *

THOMAS TRYON *treatiſe of cleanneſſ in meats and drinks*, London 1682. 4. EJ. *nevv art of brevving and preparing all ſorts of liquors*, Lond. 1691. EJ. *a good houſevvife made a Doctor teaching hovv to prevent and cure moſt diſeaſes incident to mankind by Diet and kitchen phyſick only*, Lond. 1692. 8. EJ. *vvay te health long life and happineſſ*, Lond. 1697. 8. EJ. *vviſdom's dictates or aphoriſms and rules for preſerving the heal of the body and the peace of che mind*, Londin. 1696. 8.

HAVVORTH'S *deſcription of the duke's bagnio*, Lond. 1683. 8. *

JAC. VVOLF *de cereviſia Numburgenſi judicium medicum*, Jen. 1684. 4.

J. NICOLAI PECLIN *theophilus bibaculus*, Francof. 1684. 4. Aliqua ad theæ analyſin per *reagentia*, uſumque medicum. A vi adſtringente laudat, nimius in elogio, nimiſque oblitus quantum ventriculo noceat.

M. M. *Felix puerpera ſeu obſervationes medicæ circa regimen puerperarum & infantum recens natorum ad* DRELINCOURTIUM, Leid. 1684. 12.

J. VVOLF *de literatorum potu*, Jen. 1684. diſp.

HENR. MUNDII βιοχρηστολογία, ſive *de aere vitali, eſculentis & potulentis*, Oxon. 1680. 8. Lipſ. 1685. 8. Prior pars Libri agit de nitro aereo, quod defendit, altera de dieta ex tribus regnis, & fuſius de animalibus. Nihil peculiare habet.

J. ANDREÆ STISSERI *epiſtola de machinis fumiductoriis curioſis ſeu fumum impellendi intra corpus inſtrumentis eorumque in praxi medica adhibendi ratione & uſu* 1686. 4.

De la COUR *régime de ſanté pour ſe procurer une heureuſe vieilleſſe*, Pariſ. 1686. 12. Contra Librum *le médecin de ſoi-méme*.

EHRENFRIED VVALTHEN TSCHIRNHAUSEN *medicina mentis ſeu tentamen genuina logicæ .... cui annexa eſt medicina corporis ſeu cogitationes admodum probabiles de conſervanda ſanitate*, Amſtelod. 1686, 4. Lipſ. 1695. 4. Vienn. 1727. 8. Ponit duodecim regulas, quibus valetudo poſſit conſervari. In diæta alimentorum diverſi generis proportionem; ad obſervationem naturalis appetitus inprimis reſpicit. Morborum initia abſtinentia & ſpontaneo ſudore repellit, medicamenta tanquam inſolitos corpori hoſpites penitus rejicit. Vulnera ſola aeris excluſione, quiete, adplicatione oleoſi corporis continuata ſanat. Germanice prodiit Luneb. 1699. 16. & 1705. 12. ſub titulo *die curieuſe medicin*.

DE COMIERS *la medicine univerſelle ou l'art de ſe conſerver en ſanté, de prolonger ſa vie & de ſe guérir des plus fâcheuſes maladies*, Amſtelod. 1687. 12.

Le médecin de ſoi méme où l'art de conſerver ſa ſanté par l'inſtinct, Leid. 1687. 12. Cum duo tantum morborum principia ſint, plethora & fæcum in colo retentio, facile clyſteribus, abſtinentia, leni purgante & venæ ſectione omnes expugnari credit:

Libri quem citavimus ſub titulo *le mèdecin de ſoi-méme*, &c. prior exſtat editio, Leidæ 1683. in 12. Verſus a FRANCISCU RENIER CHIARI prodiit Italice Venet. 1743.

J. THILE *de uſu & abuſu potus calidi cum herba thea*. VVitteberg. 1687. 4.

Le bon uſage du caffee & du chocolat pour la préſervation & pour la guériſon des maladies, Pariſ. 1687. 12.

J. SCHREYER *trium fluidum magnum ſeu ſcrutinium medicum curioſum de natura aquæ, vini & cereviſiæ*, Zeit 1687. 8. Non legi, ſed auctor non malus.

JAN ABRAHAMI a GEHEMA *vvohlgegründete lebens ordnung*, Bremen 1688. 12. Stettin 1690. 12. ſub titulo *diætetica vera*. EJUSDEM *zvvanzig geſundheits regeln*, Francof. 1696. 8. Ex theoria acidi & alcali.

Monthly obſervations for the preſervation of health vvith a long and confortable life, Lond. 1688. 4.

PETRI PETIT *de moribus anthropophagorum*, Traject. 1689. 8. Varia contra eſum carnis humanæ.

PETRUS PETIT in libro citato literaria in primis aut ex itinerariis decerpta habet. EJUS etiam *nepenthes* HOMERI Tract. 1689. 8. poſſis huc revocare, ob collectanea de vino, opio, narcoticis.

licet corpus debile ſit. Italico ſermone hic Liber conſcriptus eſt; egregius, licet ſtilo poetico, & in receſſu multa bona recondita habens, multis linguis redditus exiſtat.

Refe-

J. BAPTISTÆ GUANINI M. *e Chirurgia diſcorſo que da muetra los nocimentos que produce la fermentacion*, Madriti 1689. 4. Munditiem ſuis civibus & platearum repurgationem commendat.

DOMERQUE *moyens faciles & aſſurés pour conſerver la ſanté ſans prendre aucun remede*; Pariſ. 1689. 8. *

STEPHAN BLANCARD *ſpeis und tiſchbüchlein ins deutſche uberſetz durch* G. *von* KEIL, Hanover 1689. 8. Primam belgicam editionem non vidi.

GEORG. SERMES *kortbondige verklaating van de gezonde en ongezonde ſtand des menſchen*; Amſtelod. 1690. 8. *

FABRICII PARAVICINI *ſollievo dell' età cadente*, Milano 1690. 8. EJ. *regola del vivere*, Milan. 1690. 8.

RICHARDI CARR *epiſtolæ medicinales*, Londin. 1691. 8. pleræque diætetici argumenti ſunt, contra tabacum, contra matutinos hauſtus vini generoſi, regimen ad thermas, pro itinere Monſpelienſi in tabidis, quot horis dormiendum & alia hujus generis.

RICHARDUS CARR anglice verſus a J. QUINCI prodiit Lond. 1714. 8.

J. IGNATII VVORP. BEINTEMA von BEIMA *lob des tobaks aus den holländiſchen uberſezt durch* J. S. D. Leipzig 1691. 12.

FLAMANT *l'art de ſe conſerver la ſanté ou le médecin de ſoi-méme*, Pariſ. 1692. 12. Amſtelodami 1692. 12. *

FLAMANT *l' art de ſe conſervar la ſanté*, &c. an idem cum libello jam dicto pag. 706?

J. ZACH. FURET *dialogus hygiaſticus... manuductio ad vitam longam & ſanam: & de annis climactericis*, Francof. 1692. 8.

CONRAD. PHIL. LIMMER *de cereviſia Serveſtana*, Zerbſt. 1693.

AMBROSII STEGMANNS *genaue unterſuchung des kentertings*, Lipſ. 1694. 12. ſpeciei nempe cereviſiæ.

NIC. HEINSIUS *armamentarium ſanitatis, of het vviapenhuys der gezondheit behelzende verſchyde heilſame geneeſmiddelen*, &c. Utrecht 1694. 8. Videtur potius arcanorum catalogus eſſe.

LUD. TESTI *diſinganni ovvero ragioni fiſiche fondate ſu l'autorità ed eſperienza*, &c. Venet. 1694. 4. cum titulo Coloniæ. * Negat aerem Venetum inſalubrem eſſe, & acidum de mari deſcendens volatile potius ægris conferre credit.

EB. GOCKEL *von der vveinkrankheit*, Ulm. 1697. poſſis huc referre.

J. CHRISTOPHORI Sutorii *kurtzer unterricht vvie ein menſch ſein leben auf des hœchſte alter bringen kan* ſeu de propaganda vita, Jenæ 1695. 8. *

JOH. BAGGAARD *de vvaarheid onontroernd van vorordeelen door een gezonde redekaveling over de ſes niet naturlike dinge*, Middelburg 1696. 4. *

JOHN FLOYER *enquiry in to the right uſe of baths*, Londin. 1697. Frigida balnea commendat ad morbos calidos. EJUSDEM *antient pſychrolusie revived*, Londin. 1702. 8. & EJ. *hiſtory of hot and cold bathing antient and modern vvith an appendix* of D. BAYNARD, ibid. 1709. 8. 1715. 8. 1722. 8. Germanice Uratislav. 1749. 8. In hac editione, quam ſolam legi, quatuor *epiſtolæ* habentur & *poſt ſcriptum*. In iis primo demonſtratur recte feciſſe veteres, qui frigidæ in baptiſmo infantes inmerſerint, male recentiores qui unice diſpergant: & ab eo tempore, quo inmerſio obſoleverit, obſervat rachitidem Angliam invaſiſſe. Deinde teſtatur lavacra frigida paſſim in Anglia uſurpata, a ſe ipſo vero, loco commodo inſtituta & renovata, maximos effectus habuiſſe in roborando ſyſtemate nerveo, in paralyſi, inpotentia, morbo hyſterico, rheumatiſmo, varicibus. Id ex cauſis demonſtrat & teſtimoniis ægrorum, qui ſanati ſint. BAYNARDI una epiſtola ſimilis argumenti & opiniones interponitur. EJUSD. *medicina gerocomica of preſerving old mens health, vvith an appendix concerning the uſe of oil and onction and a letter on the regimen of jounger years*, 1725. 8. ed. ſecunda. Breviter

Referemus huc quoque illuſtriſsimi auctoris BACONIS VERULAMII *Apho-*

viter & aphoriſtice diverſa vitæ regiminina, quibus continuos halitus vitioſos corrigant ægri, minime inutili ſcripto. Cæterum ante FLOYERUM frigidi balnei uſum TOBIAS MATTÆI Anglus Antvverpiæ revocare voluit, cito tamen deſertus ob magna inde mala ſecuta (PLEMP de *valet. rogator.* p. 55.)

JOHN FLOYER in editione V. *hiſtory of hot and cold bathing antient and modern* &c. Lond. 1722. quam nunc legi, eadem, quæ recenſui, habet, ſed paulum in fine aucta, hiſtoriis adjectis ad utilitatem balnei frigidi & tabaci noxiam vim ſpectantibus. Inde ſuccedunt plurimæ epiſtolæ BAYNARDI, quibus bonus ſenex varia de utilitate diæte acidæ tenuis, de noxia vi faſcinationis infantum, ſitiſque in morbis acutis, de exemplis morborum omnis generis ſanatorum frigido balneo. Intercedit diſſertatio de longævitate & longævis, & de eorum victu. In *appendice* laudatur frigida ad ſcorbutum, fluvii frigus ad fungum articulorum, & alia id genus.

MICH. AUG. ANDRIOLI *domeſticorum auxiliorum & facile parabilium medicamentorum* Tractatus V. diætetici toti, de potulentis ægrorum, regimine in morbis acutis, in chronicis, in ſenibus, in prægnantibus.

Traité de la longue vie, Pariſ. 1699. 12. Mortem ex defectu aſſimilationis ciborum fieri. *

In J. LOCKE Libro *de educatione puerorum* exſtat etiam diæta puerilis, frigida & ſevera.

D. N. LASSON *ſecret.... de prolonger la vie*, Chalons 1700. 8. *

BARTHOL LINAND *abſtinence de la viande rendue aiſée à pratiquer*, Pariſ. 1700. 8. Pro abſtinentia carnium & victu piſculento.

FRIDERICI HOFMANNI plurima ſcripta diætetica exſtant, eaque melioris notæ, maxime *diſputationes*. Iſta collectio *diſputationum phyſico-medicarum curioſarum ad tuendam maxime ſanitatem pertinentium* prodiit Leidæ 1708. 8. Ea continetur 1. *diſputatio de longævitate*. 2. *Medicus ſui ipſius*. Multas bonas de initiis morborum, de conſtitutionibus aeris malignioribus, de cibi ſimplicioris egregia utilitate, habet, ubi tamen inter potus varios mireris omiſſam aquam. 3. *Animus ſanitatis & morborum faber*. 4. De *ventis*, eorum ortu ab aere alicubi rarefacto, alibi conpreſſo, de motu mercurii in barometro, & effectibus tempeſtatum borealium aut auſtralium. 5. *De tempeſtatibus anni inſalubris*. Morbos epidemicos derivat fere ab humidis conſtitutionibus, a rore corroſivo. Multa hic minus vulgaria exſtant. 6. *Motus optima corporis medicina* anno 1701. edita 7. *Peregrinatio ſanitatis cauſa*. 8. *Inedia magnorum morborum medicamentum*, ex antiquis. 9. *Vini Rhenani praſtantia*, longa & curioſa diſſertatio, & multa propria habens, niſi forte vinum carpas nimis fere in omnibus morbis laudatum in podagra etiam, arthritide, & febris malignis. 10. *Methodus examinandi aquas ſalubres*. De aqua communi multa. Valde laudat pluviam, petroſas aquas non bene inprobat. In Decade 11. *Diſſertationum phyſico-medicarum*, Leidæ 1719. 8. edita huc ſpectat *Aqua medicina univerſalis*. Laudat ipſum aquæ elementum, atque ab eo inprimis curationem morborum acutorum jubet exſpectare. Tum diſſertatio in qua *ſeptem regulæ ſanitatis*. In *opuſculis* Ulmæ anno 1725. & 1726. editis primus tomus continet diſputationem *de pane groſſiori bonpournickel*, quem laudat ob vim acidam, & alvum ducentem. Hæ omnes & multæ aliæ recuſæ ſunt in collectione, cui titulus eſt *gründlich anvveiſung vvie ein menſch vor dem frühzeitigen tod und allerhand krankheiten durch ordentliche lebens art ſich vervvahren könne*, Hall. 1315. & ſeqq. annis novem tomis in 8. edita. Hic præterea habentur diſputationes *de diæta irregulari & morbis inde ortis: de veronica thea æmula: de cura*, ut vocant, *avenacea: de fumo carbonum foſſilium & ex ligno factorum: de valetudine ſenum conſervanda: de noxia venere: de lactis aſinini utilitate: de utilitate ſeri lactis: de prolonganda ſtudioſorum vita* quæ Halæ 1697. 8. prodierat. Aliæ ſunt adhuc diſputationes quæ huc faciunt, ut *de regimine prægnantium*, Hall. 1699. In *Patologia* multa etiam de inſalubribus cibis habet. EJUS *kurzgefaſte diæteticæ* ſeorſim Jenæ prodiit 1744. 8. EJUSque *gründlicher unterricht vvie ein menſch nach denen geſundheits regeln ſein leben conſerviren könne*, Ulmæ 1722. 8.

FRIDERICI HOFMANNI diſſertatio *de vini Rhenani praſtantia*, anno 1703. edita eſt. EJUS addenda eſt *diætetica ſcripturæ medicinæ*, Halæ 1718. 4. edita diſputatio, quæ cum plurimis aliis, jam nominatis, diæteticis recuſa exſtat in *opuſculis medicis varii argumenti*, Hall. 1739. 4.

G. E.

riſmos *de prolonganda vita*, ut & *Hiſtoriam vitæ & mortis*. Certe ibi mirabilia habentur experimenta.

Recens

G. E. STAHL. *propemticon de novo ſpecifico antiphthiſico equitatione*, Hall. 1699. 4. Alia paſſim diverſa habet.

G. E. STAHL hue etiam pertinet diſputatio *de requiſitis bonæ nutricis*.

LUCÆ ANTONII PORTII L. *de militis valetudine tuenda* recuſus, Hagæ 1739. 8. Placet ſimplex & verus. Multa habet de aere, de aqua, de atmoſphæra humana, de præſtantia aquæ calidæ in diæta, de depurandis aquis, quæ omnia vera ſunt & factu non difficilia. Scripſit anno 1686.

LUCÆ ANTONII PORTII prima editio eſt Viennæ 1665. 8. Recuſus exſtat in operibus omnibus.

HERMANNI VANDER HEYDE Medici Gandavenſis Librum de aquæ frigidæ uſu non vidi. Verſus autem Italice cum titulo *dell' incredibil virtù dell' acqua fredda data per bocca, ovvero, applicata di fuori, e alle ferite* prodiit cum SANCASSANI *dilucidationibus*. Laudatur demerſio in frigidam, ab hydrophobiæ exemplo, &c. adjectæ ſunt hiſtoriæ undecim doloris capitis, phrenitidis, alvi ſtrictæ, ſingultus, frigida ſanatorum.

J. ZELLER *docimaſia, ſigna, cauſa, & noxa vini lithargyrio mangoniſati*, TUBING. 1701. Altdorf. 1721. Bona diſputatio.

CAMILLI MANARA *de moderando tabaci uſu in Europæis & maxime in Inſubribus corrigendo & emendando*, Madrit. 1702. 12. *

ROB. SIBBALD *regulæ bene & ſalubriter vivendi*, Edimburg. 1701. 6. *

ANTI CORNARO *ou remarques critiques ſur le traité de la vie ſobre de* L. CORNARO Pariſ. 1702. 12. Nimis rigide vixiſſe CORNELIUM, & monachos ipſos triginta uncias intra 24. horas edere, ut omnino duodecim illæ a CORNARO conceſſæ non ſufficiant.

LOUIS LEMERY *traité des alimens, leur choix, leurs effets, leurs principes, avec de remarques ſur leur nature & uſages*, Pariſiis 1702. & 1705. 12. Anglice verſus editus eſt Londini 1704. 8. 1745. 8. Vulgaria inveni & vanas etymologias, ſperans meliora.

J. FR. HACK *ſittlicher Hippocrates oder vveg zum langen leben*, Erfurt 1704. 12.

THEOD. ZVVINGER diſputatio *de acquirenda vitæ longævitate* recuſa Baſil. 1703. 4. Lugduni 1705. 8. & Germanice ſub titulo *unterricht um ein hohes alter zuerlangen*, Nortbauſen 1727. 8.

J. JAC. BAYER *de literatorum ſanitate tuenda aphoriſmi*, Altdorf. 1705. 4.

EJ. *Problemata medica utrum vina ſulphurata noxia ſint: an cereviſia creta & pulverum injectione fiat inſalubris: 3. an potus theæ effectus aquæ an herbæ tribuendi*, Altdorf. 1706. 4.

EJ. *mel ſaccharo præſtantius* 1724.

P. DUNCAN *avis ſalutaire contre l'abus du caffé, du chocolat & du thé*, Roterdami 1705. 8. Laudedignum opuſculum. Exſtat etiam Anglice Lond. 1716. 8. & Germanice, Lipſiæ 1707. 12.

FRANCISCI FULLER *gymnaſtica or a treatiſe concerning the pover of exerciſe*, Londini 1705. 8. 1711. 8. 1704. 8. Germanice Lemgov. 1749. 8. Motum muſculorum in genere commendat, tum inprimis equitationem, quam SYDENHAMIUS laudaverat in tabe, ut eximium medicamentum extollit in phthiſi, hydrope, morbo hypochondriaco & chronicis morbis, frictionem vero ad obſtructiones & reparandam perſpirationem, balnea denique frigida, & frigidi aeris conſuetudinem ob robur corporis agendum.

Réponſe à la troiſième lettre de Mr. de SALINS *l' ainè* (quam non vidi) *contre la thèſe en faveur du vin de Champagne* Rheims 1706. 4. Pro vino Campano contra Burgundicum.

MARTIN *Traité du Lait*, Pariſ. 1706. 8. *

CAMILLI MANNÆ *de moderando panaceæ Americanæ abuſu, ſeu de tabaci vitio in Europæis*, Mediolan. 1707. 12 CORTE.

J. GOD. de BERGER numeroſæ extant diſputationes, & doctiſſimæ ad rem diæteticam pertinentes. Nam anno 1704. prodiit diſputatio *qua monoſitia ſeu conſuetudo cibi ſemel in die capiendi improbatur*, VVitteberg. 1704. 4. Deinde 1705. prodiit Diſſertatio *de vita ſobria*, & alia *de commodis exercitationis corporis*: anno 1706. alia *de ſomno meridiano*, anno 1708. aliæ *de vita longa & de tuenda valetudine*, anno 1709. *de cura diatæ in potu*.

JEREMIAS VVAINVVRIGTH *mechanical accunt of non naturals vvith an enquiry an the uſe of baths* Londini 1707. 8. 1708. 8. 1737. 8. & alias. Multum de aeris diverſo pondere habet, quo

Recens in Anglia editus eſt Liber, anglica lingua, nempe *Deſcriptio vitarum non-*

quo premat corpus humanum diverſis temporibus. Balnea frigida nocere monet in ulceribus, laudat ad fibram roborandam, effectum deducit a pondere aquæ. Perſpirationem nimiam eſſe poſſe & valde nocere obſervat. De aëre nihil particularum ſpiſſiorum reſorberi credit.

BROVVNE *of cold bath's vvith an adivce to vvater drinkers*, Lond. 1707. 8. *

LANCISII opera in Pathologicis laudavi. Non tamen poſſum, quin inter maximos publicæ diætæ auctores eum repetam. In Tractatu *de adventitiis aëris Romani qualitatibus* aquas Romanas experimentis ſubjecit, ventorum cauſas & effectus conſideravit, oſtendit cur aër Romanus medio ævo inſalubris factus ſit, nunc emendetur. Cloacas operiri juſſit, & variis operibus aërem Romanum emendavit. In *Epidemiis*, quas deſcripſit, aquarum cœnoſarum vitia, earumque ſalubrem in alveum reductionem per experientiam demonſtravit, ſylvarum utilitatem ad emendandum aërem oſtendit, & ad avertendos noxios a Roma auſtros. Bagnareæ ſalubritatem reſtituit lacunis exſtinctis, & ubiq; legi meretur.

LECAAN *advice to the gentlemen of the army of H. M. in Spain and Portugal*, Londin. 1708. 8. Laudat ſobrietatem in morbis epidemicis caſtrenſibus.

CHRISTIANI VVARLIZ *valetudinarium ſenum Salomoneum*, Lipſ. 1708. 4. Eſt commentarius in deſcriptionem ſenii quam dedit Salomo.

Conſilium de uſu herbæ & potus theæ, & de virtute & uſu Coffeæ, Berolin. 1708. 8.

PHILIPPI HECQUET *Traité des diſpenſes du Careme*, Pariſ. 1708. 1710. vol 2. 1715. vol. 2. Valde rigidus præceptorum Eccleſiæ obſervator diætam excarnem & vegetabilem laudat, & varios cibos eo pertinentes examinat. In EJUSD. *médecine théologique*, Pariſ. 1733. 12. vol. 2. pars prima eadem fere præcepta continet, abſtinentiam a carne, & aquæ laudes, cum fuſa & repetitionum plena adfirmatione, ante diluvium carnium uſum nullum fuiſſe indeque ortam eximiam illam longævitatem. Cum *médecine théologique* recuſæ ſunt diſſertationes *An chronicorum morborum medicina ab alimento*, Pariſ. 1695. *non potus ægris interdicendus* 1704. *An creatoris & naturæ legum imago carnisprivii lex.* 1723.

PHILIPPUS HECQUET *in traité des diſpenſes du carême* adeo acer eſt, ut etiam nicotianam excludat, & amphibia, aveſque aquaticas, ſolaſque ranas admittat. In poſthuma editione *du médecin charitable* habentur *obſervations ſur le régime maigre*, quod compendium & appendix ejus libri eſt, cum variis formulis ciborum & juſculorum, unde caro exſulat.

NICOLAI ANDRY *Traité des alimens du Careme & des differentes qualités des legumes*, Pariſ. 1709. 1713. vol. 2. 12. 1734. 12. Omnino debilitare piſces contra HECQUETUM oſtendit, & minus alere carnibus. Tritum in ventriculo negat. EJ. *an præcipua valetudinis tutela exercitatio*, Pariſ. 1723. 4. 1741. 4. Omnes fere morbos a motu ſanari, hinc practicos medicos facile ad ſenectutem pervenire.

An huc pertinet BEHM *armamentarium*, Venet. 1709. quod non vidi?

Diſſertationem de hygieine, Valence 1710. 12. laudatam lego in J. des SAV.

J. BARTH. ADAM BERINGER *Tractatus de conſervanda corporis humani viventis ſanitate ad eandemque conſervandam neceſſariis & non neceſſariis rebus*, Herbipol. 1710. 8.

BERNARDINI RAMAZZINI *de Principum valetudine tuenda*, Patav. 1710. 4. 1717. 4. Lipſ. 1711. 8. Elegans libellus, ſimplex, facilis & verus. EJ. *adnotationes in* LUD. CORNEL. Patav. 1713. 12. Recuſo CORNELII libello jam laudato, commentario adjecto varia ſimilibus experimentis illuſtravit, & nimiam aſperitatem victus correxit. EJ. *de virginum veſtalium valetudine tuenda* diſſertatio exſtat cum Libro de morbis artificum, qui & ipſe huc referri debet, ob varia in diverſis vitæ generibus obſervata vitia.

CONR. BARTHOLD. BEHRENS *ſelecta diætetica de recta valetudinem tuendi ratione*, Lipſ. ſeu Hildesheim. 1710. 4. ſatis plena hygieine, qua omnes res non naturales, balnea etiam, thermæ, & acidulæ conſiderantur, & diæta per ætates, vitæ genus & conditiones ægri varianda. Vulgaria autem fere habet & citationes de proximo petitas.

J. CAR. SPIES *ſchatz der geſundheit oder gründliche einleitung zur geſundheits pflege für alle menſchen*, Hanover 1711. 8.

LAUR. ROBERG *de aquoſi & acidi potus ſalubritate*, Upſal. 1711. diſp.

In

nonnullorum hominum, qui in Britannia longiſſimam & ſaniſſimam vitam duxerunt (a); edi-

In ALOYSII della FABBRA *diſſertationibus phyſico-medicis*, Ferrariæ 1710. iterumque 1712. 4. editis exſtat diſſertatio de Tabaci uſu: de ventis, meteoris, aqua, potu vario, caffea, thea, chocolata, vino, pane, aliiſque cibis.

A. BRENDEL *de balneis veterum valetudinis cauſa adhibitis* VVittemberg. 1712. 4.

LUCÆ TOZZII *de recto uſu rerum non naturalium* l. in V. Tomo operum extat parum utilis.

J. B. GASTALDI *an ſalinæ ſanguinis conſtitutioni cancri fluviatiles conveniant*, Avenione 1713. Omnino adfirmat in acida intemperie.

GEORG. DANIEL THEBESII *nachricht vom rauch und ſchnupftoback*, Hall. 1713. 4.

J. SIGISM. HENNINGER *quadriga ſcriptorum diæteticorum*, Argentor. 1713. 8. *

J. SIGISM. HENNINGER citat. liber ſunt libelli SANCTORII, VERULAMII (*hiſtoria vitæ & mortis*) EOBANI HESSI, CAR. FIERÆ & ſchola Salernitana.

NICOL. LANZANI *metodo di ſervirſi dell' acqua fredda*, Neapol. 1713. 4. & latine *de uſu aquæ frigidæ* in *febre*, ibid. 1717. 4. In febribus ſub fervido eo cœlo multum aqua frigida & nivata utuntur.

CHRISTIANI MICHAELIS ADOLPHI diſſertationum *medicarum ad diætam pertinentium triga* prodiit Lipſ. 1726. 4. nempe *de conclavi ægrotantium*, *frictione*, *balneis particularibus*, & alia: diſſertationum *medico phyſicarum chorographiam ſpectantium trias*, Lipſ. 1725. *de ſalubritate Sileſiæ*, *de aere locisque Lipſienſibus & de incolatus montani ſalubritate*. EJUSD. diſputationes *de equitationis eximio uſu medico* edita eſt Lipſ. 1713. 4. EJ. *de ſolvendo bono habitu corporis* & *de ſtatu convaleſcentium* diſſertationes huc etiam pertinent. Junctim omnes prodierunt Lipſiæ 1747. 4. Et paſſim collegit, & ſua etiam interſperſit.

F. SLARE *vendication of ſugar againſt* D. VVILLIS, Londin. 1715. 8. Saccharum ſalubre eſſe, dare in deſtillatione ſpiritum blandum, reſiſtere putredini, neque ob acidum neque ob calcem nocere, acute ſatis & per experimenta oſtendit.

An. F. SLARE hic recenſi defenſio fuerit *Nice cut for the demoliſher of* D. SLARE'S *experiments*, Lond. 1715. 8. *

IGNATIO CARCANI *conſiderazioni ſu le ragioni, ſperienze, ed autorità, ch'approvano l'uſo innocente delle carni, pelli, e ſevo*, ecc. Milan. 1714. 8. An liceat uti boum lue exſtinctorum carnibus, pellibus, ſebo?

In EL. CAMERARII *conaminibus medicinæ conciliatricis*, Francof. 1714. 4. de diæta etiam agitur & animadverſiones in TSCHIRNHAUSII conſilia habentur.

Notomia dell' acqua pubblicata da D. A. SANCASSANI MAGATI 1715. 8. Citata eſt in phyſicis. Auctor fuit D. VERATTI Medicus Ravennas.

FERDINANDI CARL VVEINHART *nuclei univerſæ medicinæ pars 2. hygieine eſt*, Patav. 1715. 8. *

HARCOURT *hiſtoire des perſonnes qui ont vecu pluſieurs ſiècles*, Pariſ. 1716. 8. *

J. HENR. COHAUSEN *Neothea*, Oſnabrug. 1716. 8. quæ aucta prodiit cum titulo *mediciniſche thee tafel*, Lemgovv 1728. 8. curante V. KRAUTERMANN. COHAUSENII proprius labor eſt inprimis de infuſis theiformibus, quibus ad varios morbos uſus eſt, jocoſo & ſatyrico ſtylo deſcriptis. Commentator Coffeæ, Chocolatæ, vini, cereviſiæ, tabaci, ſatis malas hiſtorias addit. EJ. COH. HERMIPPUS *redivivus ſeu de methodo ad 115. annos prorogandæ ſanitatis per anhelitum puellarum*, Francof. 1742. 8. Jocoſus & nugax. EJUSDEM *tentaminum phyſico medicorum decas de vita humana per pharmaciam prolonganda*, Oſnabrugg. 1714. 4.

J. HENR. COHAUSEN *tentaminum phyſico medicorum decas* &c. primum prodiit 1699. Oſnabrugg.

J. MICH. de COZAMERO *de ſecura infantum valetudine tuenda*, Bleslav. 1717. 8. Non male. Terrea medicamenta & valde potentia merito rejicit.

Directions tending to healt and long life, Lond. 1717. 8. *

F. BELLINGER *of the nutrition of the fetus in the vvomb*, Londin. 1717. 8. Fuſe inprimis de diæta hominis recens nati agit, in pultes invehitur, & lac maternum, aut vaccinum aqua dilutum commendat.

J. ADR.

(*a*); editus eſt in 8. Tradit methodum vivendi horum hominum: huc quidem non ſpectat, ſed tamen medicus, qui hæc legit, ex iis ſingularibus methodo VERULAMIANA ſpeciem concluſionis univerſalis deducere poteſt.

Ul-

J. ADR. SLEVOGT *vinum Jenenſe a nocentis calcis ſuſpicione vindicatum*, Jen. 1718. 4.

J. SAMUEL CARL *von der diæt vor geſunde und kranke*, Budingen 1719. 8. STAHLIANI auctoris opus minime malum. Perſequitur diætam ſecundum ſexus diverſitatem & vitæ genus, & ætates, & pro morbis aut morboſis diſpoſitionibus. Tandem diætam ſacram & diætam anachoretarum & philoſophorum deſcribit. Adgnoſcit miſtarum cum carnibus plantarum neceſſitatem, & acidi cibi, & prærogativam victus vegetabilis. EJ. *diætetica ſacra, hoc eſt diſciplina corporis*, Hafn. 1737. 8. Et diætetica præcepta & monita ad animi adfectus moderandos continet. EJ. *medicina aulica in einigen nöthigen täglich vorkommenden betrachtungen, vorſtellungen und anſchlägen betreffend die geſundheits ſorge*, Altona 1740. 8. vol. 2. EJ. *medicina univerſalis, vvaſſer und mäſſigkeit*, Hafn. 1737. 8.

J. SAMUEL CARL *Diætetica ſacra* prius, quam ibi dictum eſt, edita exſtat cum *Diæteticis particularibus* in EJUS *Zeügnüſſe von medicina morali*, Budingen 1726. 8.

Diſſertations on the uſe and abuſe of tobacco, Lond. 1720. 8.

THOM. COLLINS *de frigidæ lavationis antiquitate & uſu in medicina*, Leid. 1720. 4. diſp.

(*a*) J. HENR. HERLIN *remarquables und in mehr als hundert jahren beſtehendes alter vieler perſonen in Engell-Schott-und Irrland* F. Lipſ. 1710. 8. Hic Liber eſſe videtur, quem citat BOERHAAVIUS. Sed anglicam editionem ignoro.

ANT. VALISNIERI *dell' uſo e dell' abuſo delle bevande e bagnature calde e fredde*, Mutin. 1725. 4. In variis epiſtolis ad nobilem Hiſpanum datis, pugnat contra morem medicorum Neapolitanorum & Melitenſium, qui & in ſanis, & in febrientibus aquas nive temperatas commendant. Deinde multis epiſtolis calidus vini potus laudatur, ad quem commendandum exſtat etiam epiſtola J. BAPT. DAVINII avunculi VALISNERI ſeorſim edita Mediolan. 1720. 4. Mutin. 1725. 4. Ad vitia inteſtinorum, & ventriculi vinum calens mire laudat.

G. CRISTIAN GEBAUER *de calda & caldi apud veteres potu*, Lipſ. 1721. 8. Eleganter doctus, ex poetis & hiſtoricis undique collectam dat hiſtoriam thermopolii, in quo tres lebetes, ſupremus frigidus, medius tepidus, tertius calidior fuit, cui ignis ſubjiciebatur. Vaſorum etiam, quibus calidam bibebant veteres, icones habet. Calidam & duram & dulcem, & vino adfuſam potaſſe veteres oſtendit.

GEORG. CHEYNE in *eſſays on gout and bathvvaters* victum ſtrictum ex vegetabili cibo, & lacte, cum labore & purgationibus corporis commendat. EJUSD. *Tractatus de infirmorum ſanitate tuenda & vita producenda*, Londin. 1726. Pariſ. 1742. 12. Anglice ſub titulo *eſſay on health and long life* variis annis excuſus ut 1724. 8. & gallice ſub titulo *regles ſur la ſanté & ſur les moyens de prolonger la vie*, Bruxell. 1727. 8. Pariſ. 1725. 12. Plenius hic ſex res non naturales conſiderat, aerem, animalia plantaſque edules, neceſſitatem abſtinentiæ a nimio eſu carnium, atque præſtantiam, noxas vini, tum reliqua proſequitur diætæ momenta, eximio labore & qui mihi inter omnes diætæ ſcriptores excellere videtur, maxime pro victu eruditorum, debilium, quibus flatus incommodi. EJUS *eſſay on regimen vvith five diſcourſes ſerving to illuſtrate the principles and theory of philoſophal medicine*, Londin 1740. 8. idem opus paulum auctum eſt, inprimis adjectis quinque paradoxis diſpp.

JOH. HENRICI SCHULZE *mors in olla ſeu metallicum contagium in ciborum & potuum præparatione ac aſſervatione cavendum*, Altdorf. 1722. 4. jam laudavi. EJUDEM *de athletis* diſputationes. EJ. *de lacte*, Hall. 1742. *de cancris fluviatilibus* & aliæ hujus generis ſunt diſputationes.

EJ. diſputatio *de cœna immodice largiori gula intemperantis noxa certiori*, Hall. 1733. *de rerum naturalium ad valetudinem tuendam recto uſu* 1733. *de ſenum diæta* 1735. *de carne ferina* 1735. *de vino interdicendis* 1735.

FR. ERNEST. BRUCKMANN *catalogus exhibens appellationes omnium potus generum quæ olim in uſu fuerunt & adhuc ſunt per totum terrarum orbem*, Helmſt. 1722. 4. EJ. *relatio de ce-*

rovi ſia

Ultimo hic commendo HIERONYMUM MERCURIALEM de *arte gymnaſtica veterum*. Sunt Libri ſex editi Pariſiis anno 1577. in 4. quæ editio optima eſt. Italus ſed Patavinus profeſſor, eruditiſſimus, extricat exercitia, quibus utebantur

reviſia Regio-Lotharienſi vulgo Duckſtein dicta, Helmſt. 1722. 4. In EJUDEM *epiſtolis itinerariis* multæ etiam cereviſiæ deſcribuntur.

JAC. TODARI presbyteri, *aqua frigida vindicatio*, Panormi 1722. 4. Laudat frigidam diætam in plurimis morbis & externum uſum in convulſione.

J. DOMINICI GAGLIARDI *de educatione filiorum*, Rom. 1723. 8. Non vidi, ſed medicam etiam educationis partem lego continere.

Klyſtieren als ein algemeines haus mittel, ingleichen vom vvaſſer und tobac gebrauche, Hamburg 1723. 8. Auctor JOH. CASPAR SCHVVARTZ ex BONTEKOI familia eſt. Tabacum & theam valde laudat, dictione ad Mileſiarum fabularum modum compoſita.

GEORGII DETHARDING *manuductio ad vitam longam*, Roſtoch. 1724. 4. EJ. *de tribus impoſtoribus, potu Thea & Coffea, vita commoda & officinis domeſticis*, Roſtoch. vel Coſmopoli 4. 1731. EJ. *elementa diata ſeu regula ad ſanitatem conſervandam*, Hafn. 1734. 8.

ROB. VVELSTED *de atate vergente*, Londin. 1724. 8. Multa ex veteribus habet, & indicat, quid ſenibus utile ſit. EJ. *de hominum naturis & remediis ad ſingulas accommodandis*, ibid. 1731. 8.

P. HANCOK *febrifugum magnum or common vvater the beſt cure for feavers*, Londin. 1723. 8. 1724. 8. & gallice conjunctim cum aliis libellis, ſub titulo SMITH *Traité des vertus médicinales de l'eau commune*: HANCOK *febrifugum magnum*: GEOFROI *l'eau eſt un excellent remede en tems de peſte*: & HECQUET, *il ne faut pas défendre la boiſſon aux malades*. Pariſ. 1725. 12. Collector NOGUEZ longam plenamque ratiociniis præfationem præmiſit. SMITHIUS non medicus videtur fuiſſe, ſed de vulgo homo, ſola frigida, idemque per experientiam, omnes fere morbos ſanari poſſe demonſtrare vult, abſque theoria. CL. HANCOK, Clericus, non abſque aliqua medicinæ cognitione, oſtendere conatur omnes febres ſolo ſudore curari, quem non oporteat calidis cardiacis, ſed aqua frigida movere cum lecti calore conjuncta, etiam in variolis & morbillis, uti per experimenta credit ſe evincere. Nimius in laudibus etiam prunorum conditorum ad aſthma. Reliqua opuſcula *theſes* ſunt, ex ratiocinio natæ. In *priori* oſtenditur peſtem fieri ab irritatione fibrarum, quam aqua relaxet; in *altera* perfectionem ſanguinis in fluiditate eſſe, quam ab aqua habeat. Germanice vertit C. FRIDERICUS SCHVVERDTNER & editit Lipſ. 1737. 8. 6. vol.

GARDNERS *remarks on* HANCOKS *febrifugum magnum*, Lond. 1723. 8. *

ANT. GUIL. PLAZ & BAUER *de uſu medico exercitationis corporis potiſſimum perſonis illuſtribus familiaris*, Lipſ. 1726. 4. EJUSDEM PLAZII *de tabaco ſternutatorio*, Lipſ. 1733. 4. *de incommodis munditiei adfectata*, Lipſ. 1747.

Diſſertation ſur l'air maritime, Marſeille 1727. 4. Laudat aerem maritimum D. BERTRAND, accuſat D. GERIN.

JOH. STAHL *de pane præſertim triticeo*, Erfurt. 1727. 4.

ANDREÆ RUDIGER *commentationes de diata eruditorum*, acc. SANCTORII VII. *ſectiones aphoriſmorum de medicina ſtatica perpetuis ſcholiis illuſtratorum*, Lipſ. 1728. 8. Libet de diæta retuſus eſt 1737. 8.

J. BATT. FELICE *Parere intorno all' uſo della Cioccolata*, Firenz. 1528. 4. Damnat eum potum, ut calidum nimis & viſcidum, ita tamen ut convaleſcentibus & debilibus non neget. Contra FELICEM ſcripſerunt varii *lettera, in cui ſi eſaminano le ragioni addotte dall' autore del parere &c.* ibid. 1728. 4. auctore LAUR. SERAFINO: tum *altro parere intorno alla natura ed all' uſo della cioccolata* ibid. eodem anno, anonymi opus qui nomen ſignat F. C. C. S. I. denique CAROLI AVANZINI *lezione accademica in lode della cioccolata*, ibid. eodem anno.

J. CASP. BOXBERGER *media ſine remediis & medicamentis ex pharmacopolio depromtis ſanitatem diutius conſervandi & in ſeram uſque ſenectutem prorogandi*, Herbip. 1729. 8. BUKCH.

HANTSCHII *medicina mentis & corporis ſeu de heuretica & hygieine* L. II. Amſtelod. 1729. 8. *

PIGO-

bantur veteres ad roborandum corpus, ad expellenda morborum initia, & ad præcavendos morbos, paucis, nervoſe, & abſque ambagibus rem explicat, & dat ideam claram omnium exercitiorum veterum.

PICOTE' *an aqua vitæ aqua mortis*, Pariſ. 1729. 4. Contra potus ſpirituoſos. Spiritum vini feles in rabiem agere. Duas uncias ejus liquoris in venas injectas cani mortem inferre.

V. LAEUTE' *an ſagou phthiſicis prodeſt*, Pariſ. 1729. 4.

The nurſes guide Londin. 1529. 8. 1731. 8. recuſus ſub titulo *the art of nurſing*. Continet præcepta pro educatione puerorum ab ipſo partu, & artem nutriendi & neceſſaria medicamenta. Laudant Cenſores Lipſienſes.

S. VV. R. L. *Schaz der geſundheit und des lebens*, Hamburg 1729. 8. *

J. J. M. (MAYER) *nobilium oſtreorum defenſio*, Prag. 1730. 8 *

Inter LANZONI opera varia huc pertinent in *adverſariis*. Inter XIII. diſſertationes ſunt de peponibus, ſturione, acetariis, ceraſo, malo armeno, melle, inedia longa, potu calido, vino. De allio etiam, citro, aliis edulibus diſſertationes ſcripſit. Multa ſolebat colligere.

In COLBATCH *generous phyſician* maxima pars diætetica eſt, & motu, ſimplicibus medicamentis & apta victus ratione omnia mala ſuperanda ſperat.

J. F. P. GANSER *hygieine ſeu tutrix corporis humani*, Lipſ. 1731. 8.

J. F. P. GANSER plenum compendium eſt per omnia vitæ ſtudia, omneque genus rerum nonnaturalium.

JOH. ARBUTHNOT *eſſay concerning the nature of aliments*, Londin. 1731. 1732. 1735. & germanice verſ. Hambur. 1744. 8. BOERHAAVIUM fere ſequitur in morbis ſimplicibus compoſitis, aere, temperamentis, pathologia, praxi. De ſuo pauciſſima habet. EJUSDEM *eſſay concerning the effects of air on human bodies*, Lond. 1733. 8 gallice verſus, Pariſ. 1742. 12. ope D. BOYER de la PREBENDIE. Multum etiam utitur BOERHAAVIO, ſed ex idoneis etiam aliis auctoribus undique utilia phaenomena colligit.

DAV. FRANC. HETZEL *de valetudine ſalis coctorum*, Altdorf. 1731. 4.

FRANC. ADOLPH. HABERSACK *regulæ diætetico-prophylactico-euporiſtæ*, Vienn. 1731. 8. *

On the preparation, preſervation and reſtauration of mat liquors, Londin. 1733. 8. Ad hiſtoriam cereviſiæ; ſed videtur œconomici ſaporis eſſe.

P. J. MALOUIN *an ſagou phthiſicis prodeſt*, Pariſ. 1734. 4.

Traité de la biere, Valenciennes 1734. 12. Longa & utilis tractatio.

EHR. G. TROPANEGGER *gründlicher unterricht von diaetetiſchen regeln*, Dreſd. 1734. 4.

SAMUEL THEOD. QUELMALZ *novum ſanitatis præſidium ex equatione machinæ beneficio inſtituenda* Lat. & Germ. Lipſ. 1535. 4. Eſ. *de ſali communis neceſſitate*, Lipſ. 1743. 4.

J. SIEGM. HANN *unterricht von der kraft und vvürkung des friſchen vvaſſers in die leiber der menſchen*, Breslav. 1734. *

In J. DANIELIS GEYERI *müſſiger reiſeſtunden guten gedanken*, Dreſdæ 1735. 4. multæ diſſertationes huc pertinent ut *von den Urembetten* vel odoratis pyxidibus: *von der bruarophagia* poculis africanis quæ devorantur: *vom content und bon point* paſtis farinoſis noviter inventis: *vom Schnupftobak and Panja*: *vom Liprez* hydromelle lithuanico optimo. Mirus homo, in dictione, & in opinionibus.

BALTHASSAR LUDOVV. TRALLES *Entvvurf einer vernünftigent vorſorge redlicher mütter vor das leben und geſundheit ihrer ungebohrnen kinder*, Breslav. 1736. 8. ſeu de regimine prægnantium, prudentis viri utile opus.

C. NEUMANNI libelli *de vino, creviſia, coffea, thea*, Berolini 1735. 4. &c. certe inter omnium optimos ejus generis ſunt, ob analyſes chemicas, accuratas hiſtorias, & propria experimenta.

JOHN KING *eſſay on hot and cold bathing*, Lond. 1737. 8. *

J. CHIST. KUNDMANN *rariora artis & naturæ oder ſeltenheiten in der natur und kunſt und arzneyvviſſenſchaft*, Breslav. 1737. fol. Hiſtoriam continet ciborum inſolitorum. Omnium vero generum panis catalogum dat CL. SLOANE in itinere Jamaicenſi.

J. FR.

Abſolvi conſilii medici hanc partem, & hæc ſufficiunt, reliqui qui ſcripſerunt, fuerunt fere exſcriptores horum quos recenſui, hinc non omnes citavi, tantummodo principes.

Sequi-

J. FR. LE FEVRE *opera*, Viſuntione 1737. 4. Primus tomus agit de thea, coffea & chocolata & tabaco, & compilatio eſt, ſatis inutilis.

J. FR. RUBEL *vera vini & aquæ conſtitutio in Franconia & inprimis Svvinfurti*, Svvinfurti 1737. 4.

REINIKE *de potu vinoſo digeſtionem impediente*, Argentor. 1737. 4.

CORL. GOTTL. ROGISS *de aquæ ſalutari in forum medicum influxu*, Bresl. 1737. 4. Aquam frigidam & aquoſa in morbis acutis laudat.

JOHN BURTON *treatiſe on non naturals in vvich the geat influence they have on humans bodies is ſet forth and accounted for*, York 1738. 8. BOERHAAVIUM ſequitur per omnia, ejuſque diverſas acrimoniæ ſpecies recipit. Agit autem de ſex rebus non naturalibus, maxime de aere, a quo auctor morbos derivat, tum de reliqua diæta, cui chronicos morbos adſcribit.

GOTTFR. SAMUEL BÆUMLER *præſervierender artzt oder gründliche anvveiſung vvie ſich der menſch durch eine ordentliche diaet bey guter geſundheit erhalten und zu einen hohen alter gelagen könne vermehrt von* G. H. BEHR, Argentorat. 1738. 8.

M. D. L. M. (J. O. de la METTRIE) *lettre ſur l'art de conſerver la ſanté & de prolonguer la vie*, Pariſ. 1738, 12. Diætetica cum regulis non inutilibus.

FL. FRID. HEISTER *de principum cura circa valetudinem ſubditorum*, Helmeſtad. 1738. 4.

PETRI de ROTUNDIS *de victus ratione in morbis acutis*, Rom. 1739. 4. ad praxin fere pertinet.

CAMILLI FALCOMET *non ergo potus thée ad ſanorum diætam apud nos pertinet*, Pariſ. 1739. 4.

JOH. FRANCISCI COUTHIER *ergo non a vino Burgundico arthritis*, Pariſ. 1739. 4. Reſpondente LEANDRO PEAGET.

J. BAPTISTÆ MONGIN *ergo aer calefactus ex camino, gallice cheminée, ſalubrior quam aer calefactus ex hypocauſto, gallice le poele*, Pariſ. 1739. 4. Reſpondente BENJAMIN. LUD. LUCA.

MICH. ALBERTI diſpp. *Diæta cujuſvis morbi propria exemplo præcipuorum morborum exhibita*, Hall. 1739. 4. *de ſalubri ſepulchrorum translatione extra urbem* 1743. 4. *de fumoſo victu, ob geraücherte ſpeiſen dienlick* 1743. 4.

GOD. NEIGEFIND *de noxiis effectibus frigoris in humanum corpus*, Erfurt. 1740. 4.

STEPH. HALES libelli qui cum titulo *Inſtitutions contenant la maniere de rendre l'eau de mer potable, de conſerver l'eau douce & de ſaler les animaux*, Hag. 1740. 8. verſi ſunt.

J. CHRIST. EHRLICH *von der nothvvendigkeit einer guten diaet*, Stargard. 1740. *

In *organiſmi & mechaniſmi* parte I. COSCHVVITZIUS *hygieinen* tradidit.

J. JUL. HECKER *anleitung zur erhaltung der geſundheit*, Hall. 1740. 8.

FRIDERIC. LEBEGOTT PITSHHEL *ex hygieine de ſphæriſterio*, 1740. 4.

G. GOTTLOB RICHTER *de uſu frigoris in medicina*, Gotting. 1740. 4. EJ. *de vi ſtomachica vini calidi* 1741. 4. EJ. *de drimyphagia* ibid. 1744. 4. EJ. *de balneo inprimis animali*, Gotting. 1748. 4. eruditæ diſputationes.

JAC. BENIGNI VVINSLOVV *ergo juxta varias anni tempeſtates varie regenda corporis humani ſanitas*, Pariſ. 1741. 4. Reſp. de la SONE.

JOH. FRIC. BAUER *de balneis vaporoſis nativis*, Lipſ. 1741. 4.

J. ZACH. PLATNER *de victu & regimine lactantium*, Lipſ. 1741. 4.

LUVOVICI FLORENTII BELLOT *ergo in bilioſis gelida glaciatique liquores bradypepſiam præcavent*, Pariſ. 1741. Reſp. MAQUER.

JOSEPHI de JUSSIEU *ergo literatis ſalubris café uſus*, Pariſ. 1741. 4. Reſ. BERGIER.

ROBERTI HUBERTI LINGUET *ergo vinum Rhemenſe uti ſuave ita ſalubre*, Pariſ. 1714. 4. R. BOUTIGNY DES PREAUX.

In

Sequitur ut hoc ſtudium concludamus exponendo illam medicinæ partem, quæ finis eſt totius noſtræ ſcientiæ.

In *Trivultinis* 1742. reperiuntur *Reflexions pour ſubſtituer le fer au cuivre dans les meubles ſervans à la ſeparation des alimens*, ob noxiam ſolutionem cupri in aqua.

LUD. PETRI le Hoc *ergo aqua vita aqua mortis*, Pariſ. 1743. 4. Reſpondente ARCELIN.

BERNARDI de JUSSIEU *ergo ut in America ſic in hac regione Apalachines potus ſalubris*, Pariſ. 1743.

In SCHAARSCHMIDII *Berolinenſibus collectionibus*, Tomus IV. plurima diætetica continet.

J. G. KRUEGER *Traité du caffée, du thé & du tabac*, Mall. 1743. 8.

BERNARD LYNCH *guide to health through various ages of life*, Londin. 1744. 8. de ſucceſſiva declinatione corporis, de ſenio, de aere, de balneo & frictione agit.

ANTON. COCCHI *del vitto pitagorico*, Venet. 1744. 12. In oratione laudat victum vegetabilem. acidum.

ANT. COCCHI in dicta ſua oratione laudat cibos inſipidos, mites, vegetabiles. Hæc oratio nuper recuſa eſt Florentiæ 1750. 8.

J. FRID. CRELL *ſanguinis jacturam frequentem plethoram ſuſtentare*, Helmſtad. 1743. 4.

J. FRID. CARTHEUSER *de pravo carnium muriaticarum nutrimento*, Francof. ad Viadr. 1744. *de ciborum neglecta manducatione* 1748.

J. STORCH *ſchuldige pflicht eines phyſici gegen ſeine patienten*, Gotha 1744. Diæteticen continet.

THOM. REN. GASNIER *num valetudini tuendæ balneum*, Pariſ. 1745. 4.

HENR. HAGUENOT egregia diſſ. de noxia in templis ſepultura exſtat in *Mémoires de l'Académie des Sciences de Montpellier.* 1746.

AUG. FRID. VVALTHER *de balneis aquæ dulcis*, Lipſ. 1744. 4.

SIEGEMUND HAHN *unterricht von kraft und würkung des friſchen vvaſſers*, Breſl. 1745. 8. De uſu aquæ communis.

EMANUEL LOEBER *anführung zu einer heilſamem lebens art nach den Boerhaaviſchen geſezen* Jen. 1745. 8. Diæteticam BOERHAAVIANAM, & pathologicam & Chirurgiæ partem continet.

JOSEPHI MOSCA *dell' aria e de' morbi dall' aria dipendenti*, Neapol. 1746. 8. *

CHRISTIAN LUD. MOEGLING *de ſalubritate aeris calidi ſicci*, Tubing. 1746. 4.

The true qualites of tea, Lond. 1746. 8.

EL. COL. de VILLARS *ergo renovatus aer ſaluberrimus*, Pariſ. 1747. 4. Reſpondente de VALUN.

ANTONII FELICIS *de tuenda valetudine* L. IV. Venet. 1747. 8.

Inter PLATNERIANA opuſcula varia huc ſpectant, ut diſputationes *de morbis ex immunditie*, Lipſ. 1731. germanice nuper Dreſdæ 1749. 8. edita ſub titulo *abhandlung von den krankheiten aus unterlaſſung der Reinlichkeit*. EJ. diſputationes *de thoracibus* 1735. *victu & regimine lactantium* 1741. 4. *de negotioſa actione propter valetudinem circumcidenda*, ibid. 1744. deinde programmata *de arte gymnaſtica veterum* : *de aqua fontana cæteris ſalubriori*, & aliæ, eruditæ omnes.

PHILIPPI SAMUEL HORN *abhandlung von der trunckenheit*, Stralſund 1747. 8. Excitata dictione & grata deſcribit ebrietatem.

RUDOLF AUGUST BEHRENS *von den urſachen eines hohen alters*, Brunſvvic. 1748. fol. Laudat aerem repurgatum foſſa completa, lac maternum pro elemento ſumtum, calida jura loco theæ & coffeæ, victum miſtum, cantationem, orationem, animi tranquillitatem, ſtudia lætiora hiſtorica.

The beſt and eaſieſt method of preſerving health and long life, Londin. 1748. 8. *

FRID. BOERNER *de arte gymnaſtica* diſputationes, Helmſtad. 1748. 4.

J. N. HEERKENS *Xenia diætetica* 1748. 8.

ANDROPHILI ASCLEPIADEI *L. quo pauca explicantur quorum ſcitu ſanitas conſervari & vita hominis ab ignorantia medicorum poterit eſſe ſecura*, Neuſtatt in Auſtria 1748. 8. Mediocritatem laudat, acetum, aquam, victum excarnem, cibum ad ſatietatem uſque, lætam ad pocula ſocietatem.

Animadverſiones in libellum cui titulus ANDROPHILUS ASCLEPIADES 1748. 8. Nimiam in ANDROPHILO averſationem venæ ſectionis & remediorum purgantium, nimiaſque vini laudes corrigit.

An eſſay upon nurſing and the management of children from their birth to three years of age, Lond. 1749. 8. Accuſat calidas recens natorum veſtes, cibationem nimis frequentem & nimiam; laudat victum duriorem, lac maternum parcius datum, juſcula carnis cum pane, abſtinentiam a vino & ſpirituoſis in nutrice.

J. HIER. LAPI *raggionamento contra la volgare opinione di non poter venire a Roma nell' eſtate*, Rom. 1749. 8. * Negat febres Romanas aeremve adeo malignum eſſe.

SAM. SUTTON *of a nevv method for extracting the foul air out of ships*, Londin. 1749.8. huc poteſt revocari, qui machinam excogitaverit ad depurandum aerem corruptum navium.

THOMAS SHORT *diſcourſe on tea, ſugar, milk, made, vvines, ſpirits, punch, tabacco vvith advice for gouty people*, Londin. 1750.8. Liber popularis cum aliqua theæ analyſi, quam vehementer laudat, etiam in hyſtericis & hypocondriacis. Hydromel perinde extollit. Varias ſpecies ſpirituum potulentorum percurrit, ſatis æquus illi, qui ex ſaccharo paratur. Nicotianæ maſticationem commendat phlegmaticis, & catarrhoſis. De cereviſiis fuſe agit, & de aquis fontibuſque Angliæ.

CHR. GOTTI. LUDVVIG *de victu animali*, Lipſ. 1750. 4.

A diſſertation concerning the origine and antiquity of Barleyevine, Oxford. 1750. 4. parvi momenti.

J. GUTTLOB KRUGER *Diat oder lebens ordnung*, Hall. 1751. 8. Nondum a me lecta.

Huc etiam referri omnino debent ſcriptores botanices plurimi, inprimis qui integrum ſyſtema ſuo labore conprehenderunt, & fere ſemper occaſione ſtirpium edulium, panis, vini, cereviſiæ, diætetices partem dederunt, BRUNFELSIUS, FUCHSIUS, RUELLIUS, TRAGUS, P. A. MATTHIOLUS, REMB. DODONÆUS tum in magno opere, tum in eo *de cerealibus*, MATTHIAS de LOBEL, J. HORST *de vite*, J. THEODORUS TABERNÆMONTANUS, C. BAUHINUS *in theatro*, J. BAUHINUS, J. PARKINSON, ERN. ABR. van DEHN *vveinbaubuch*, OV. MONTALBANI *ſpeculazione circa le biade e circa le viti*, P. CASTELLI *de qualitatibus frumenti cujuſdam Meſſanam delati*, R. THORII *de Tabaco*, MAGNENI de eodem, STUBBE *de chocolata*, ALDROVANDUS & JOHNSTONUS *Dendrologia*, OVINGTON *de thea*, STELLA *de tabaco*, FAUSTI NAIRONII in E. N. C. anno 1671. recuſum opuſculum & DOM. MAGRI *de coffea*, SIMON *de thea aſiatica*, BONTEKOE *de thea, coffea, cocholata*, STERREBEEK *de fungis*, TOGNY *de coffea*, THEODORUS ZVVINGER, PRADE *du tabac*, CASTILLON *de coffea*, ROB. MORISON, DU FOUR *du thé, du caffé & chocolat*, SPONIUS de iiſdem, CHAMBERLAYNE de iiſdem, BLANKART *de thea*, BLEGNY de eadem & *coffea* & *cocholata*, H. COSMII de iiſdem, BROMEL *de lupulo*, TAPPE *de tabaco*, MAPPUS *de thea, coffea, chocolata*, SCHOON *de tabaco*, BAILLARD de eodem, E. CAMERARIUS in *diſputationibus de thea, coffea*, FAGON *de tabaco*, ANDALORI *de coffea*, KOENIGIUS, de la ROQUE *de coffea*, P. VITTORI *de laudibus olivarum*. *Hiſtoire naturelle du café & du ſucre*, MEISNER *de thea, coffea, chocolata*, BRADLEY *de coffea*, DOUGLAS de eadem, LANGLY *de pomona*, SHORT *de thea*, SECKER *de coffea*, CIVININI *de eadem*, MILLER *gardners dictionary*, HOPPE *von Erdapfeln*, & infiniti fere alii ex claſſe itinerariorum, & hiſtoriæ naturalis, quos jam ſuo loco diximus. Porro qui de ludis veterum ſcripſerunt, ut du FOUR, G. J. VOSSIUS, MEURSIUS, & alii. Deinde qui *domus ruſticas* ſcripſerunt omnes huc pertinent, PETRUS de CRESCENTIIS, CAROLUS STEPHANUS, CONR. ab HERESBACH, OLIVIER des SERRES de PRADEL, ELSHOLZII *gartenbuch*, VVOLFG. HELMARDT de HOCHBERG, cujus Liber III. & ſeqq. huc faciunt, LOUIS LIGER, N. CHOMEL, BRADLEY in variis libellis, ELLIS, & SVVITZER, LAVVRENCE & alii.

Materiæ medicæ ſcriptores etiam omnes huc pertinent & chemici plurimi, & plurimorum operum practicorum, & inſtitutionum ſcriptores, qui omnes etiam diætæ aliquem in ſuis ſcriptis locum conceſſerunt. In *Mémoires de l'Acad. des inſcriptions & des belles lettres* T. I. habetur BURETTII *de exercitationibus veterum* diſſertatio. In *Mémoires de l'Acad. des ſciences de Berlin* 1747. Clar. MARGRAV accuſat ſtannum menſale, cui magna vis arſenici inmiſta ſit. Sed infinita quis perſequatur?

METHO-

METHODI STUDII MEDICI

PARS XII.

THERAPEUTICE.

EST ea pars inſtitutionum (*a*) medicarum quæ docet ex ægris diſcere, quibus morbis laborent, & deinde ex hiſce præceptis diſcere, quænam requirantur ad curationem remedia, & quo modo adplicanda.

Revera hæc eſt Therapeutice, quæ docet in ægris cognoſcere, quo morbo adficiantur, & vocatur invenire Indicantia, Indicationem, & Remedia.

Habet in primis eas partes, ut indicantia, indicata, & ſic porro inſtrumenta explicet.

Inſtrumenta medicinæ ſunt mechanica, chirurgica & remedia, quæ intus adſumuntur. De materia medica, de materia chirurgica, deque ejus adplicatione, dicemus quædam in praxi, videatur tamen in conſiliis chemicis. Optime autem de his inſtrumentis legi poſſunt FALLOPIUS, SAMUEL DALE, Londini in 8. edita *Pharmacologia*. MARCGRAVIUS in materia medica contracta. Hi ad hanc partem fere ſufficiunt. Addantur ſimul ea, quæ in conſiliis botanicis dedi.

Altera pars therapeutices verſatur in explicatione methodi medendi. *Methodus medendi* autem eſt doctrina, quæ proponit regulas, quarum indicio medicus apud ægros præſens indicata, indicantia, contraindicantia, contraindicata, concordantia & repugnantia, &c. poteſt invenire.

Sequi-

(*a*) Therapeuticos & de Praxi medica agentes ſcriptores omnino, omitto cum fuſius de iiſdem repetito agat PRÆCEPTOR poſt Chirurgiam. Chirurgiæ ſcriptores non eodem trado, quo optimus PRÆCEPTOR, ordine. Cum enim mihi magni laboris compendium fiat, ſi ſecutus fuerim annorum ſeriem, neque quidquam inde decedat lectori, & multæ omnino repetitiones evitentur, gratiorem fore hunc noſtrum ordinem credidi, ut mihi facilior eſt. Incipiemus autem ab HIPPOCRATE, AESCULAPII enim, qui omnino chirurgiam exercuit, PODALIRII, qui venam antiquiſſimus ſecuit eorum, qui noti ſunt, & qui una cum MACHAONE ſolis vulneribus medebatur (CELS. Lib. I. *Præfat.*) DEMOCEDIS, cujus in Perſica aula factæ curationes chirurgici ſunt generis, nulla ſcripta ſuperſunt, HIPPOCRATIS vero & multa, & ejuſmodi, ut non alia meliora reliquerit, lucida, methodica, plena, & perfecta, & ne noſtro quidem ævo contemnenda, quod eo minus mirum, cum ex Epidemicis & Libro περὶ ἰητρείς adpareat, HIPPOCRATEM manu medicinam feciſſe, & in curandis vulneribus magnam partem vitæ triviſſe, ut etiam id conſilii det junioribus medicis, ut caſtra ſequantur. Libri vero HIPPOCRATIS integre chirurgici ſunt περὶ τῆς κεφαλῆς τρωμάτων. Genuinus & ſapiens, & facilis Liber, & optimis præceptis plenus. Humida in vulneribus capitis jubet vitare, nulla negligere, ſuturas radere donec totæ deletæ ſint, &c. Hic etiam illæ claſſes vulnerum cranii toties repetitæ habentur,

Sequitur, ut dicamus quinam de methodo in primis mereantur legi, & certe non ita facile eſt illud definire, quia ante HARVEIUM omnis methodus innititur imaginariæ conſtitutioni bilis, ſanguinis, atræ bilis, facultatibus, gravitati elementorum. Si GALENICUS aliquis ſcriptor conſulatur, ut diſcatur, quo modo medicus apud ægrum præſens indicationem invenire poſſit, inveniet omnes morbos pendere a quatuor elementis, humoribus, facultatibus, &c. hinc medico videndum eſſe, an prædominetur terra, aqua, aër, ignis, an peccet aqua, pituita, bilis, an calor, frigus, &c. hinc ſupplendum eſſe quod deeſt, & tollendum quod ſupereſt, hinc totam methodum eſſe in eo, ut mutatis corporis qualitatibus indicantia inquirantur. Videamus modo JOANNEM ARGENTERIUM, cujus opera proſtant in folio, Venetiis apud Juntas edita. Fuit ſuo tempore maximus inter methodiſtas, ſed omnium infeliciſſimus in cognoſcendis & curandis morbis: nempe ſyſtema ſuum expolivit quam optime, ſed cum falſum eſſet, nihil aliud fecit, quam id, quod mathematicus faceret, qui falſa adſumeret, & inde egregie ratiocinaretur.

Verum qui bene incepit ſcribere de hac re, eſt egregius ille idem MELCHIOR SEBIZIUS *in Collegio therapeutico ex* GALENI *methodo medendi depromto, ac in diſputationes* XXV. *redacto*, Argentorati edito 1634. 1638. in 4. Melius adhuc, ſed compactius, & egregio Romano ſtilo ſcripſit de hac re BERNARDUS SVVALVE in *Diſquiſitione therapeutica generali*, in 12. Amſtelodami edita anno 1657. adeoque poſt circulationem inventam, hinc pro tirone non eſt vituperandus libellus.

Scri-

tur, & aliqua oſteologica. Seorſim prodiit *latinitate donatus & commentariis illuſtratus* a FRANCISCO VERTUNIANO Pariſ. 1578. 8. Liber exſtat etiam in collectione VIDIANA, quæ cum titulo *Chirurgia a Græco in Latinum* converſa cum ejus commentario prodiit Pariſiis 1544. fol. Habetur etiam in eum Librum FALLOPII *commentarius*, ſed poſthumus, ex prælectionibus Clar. Viri decerptus, hinc minus bona dictione, non ideo ſine experimento, in tanta auctoris peritia. Seorſim prodiit Venetiis 1566. 4. ANDREÆ etiam DOERERI *diſputatio* Baſileæ 1589. prodiit 4. cum Græco titulo *ἀμφισ. βητήσεως ἰατρικῆς περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων κατὰ τὸν ἱπποκράτην*. RIV. In eum porro Librum commentatus eſt JULIUS CÆSAR ARANTIUS, cujus *brevem commentarium in L. H. de vulneribus capitis* edidit cum *adnotatiunculis marginalibus* CLAUDIUS PORRAL, Lugdun. 1580. 8. Leid. 1639. 12. In eo commentario proprii parum eſt, niſi curationem velis vulnerum capitis puerilium, a quibus inciſionem vult abeſſe, & cauſas funeſti eventus in capitis vulneribus. In eundem Librum exſtat commentarius HIPPOLYTI PARMÆ Venet. 1608. 8. LIND. alius J. B. CORTESII, cui *adjecti tractatuli de contuſione calvariæ in pueris & de hydrocephalo*, Meſſanæ 1632. 4. Boni ſenis, in legendo magis quam in artis opere exerciti, etſi TAGLIACOTII fuerit diſcipulus. Sermo græcus & maculoſus eſt. JOSEPHI etiam SCALIGERI *epiſtola ad* STEPHANUM NARDIUM *ad dictata* MARTINI in Librum HIPPOCRATIS *de capitis vulneribus* excuſ. Coloniæ 1578. 8. * PETRI PAVII etiam exſtat *ſuccenturiatus anatomicus ſive commentarius in* HIPPOCRATEM *de vulneribus capitis & in* CELSI *Libri* VIII. *capita* IV. *priora* Leidæ 1616. 4 Caſus aliquos habent infortunii, & mortis a depreſſione cranii. CELSUM, qui fiſſuras non vult radi ſed emplaſtra ſuadet experiri, recte refutat, & multas ac opportunas figuras ad explicandum auctorem ſubjicit. BERNARDINUS denique FALCINELLI Florentiæ anno 1693. 8. edidit *commentario al Libro d' Ipocrate delle ferite del capo*. De MAGATIANA ſecta fuit, & palinodiam cecinit priorum editorum, atque naturalis methodi præſtantiam adgnovit.

Porro genuinus eſt etiam Liber *περὶ ἀγμῶν*, ſive *de fracturis*. Fractura humeri, femoris,

Scripſit etiam FRANCISCUS *de le Boe* SYLVIUS opus, omnium eorum quæ edidit, optimum, nempe *Methodum medendi*. Exiguus eſt tractatus, & maxime defæcatus ab acido & alcali. Exſtat tantum in ejus operibus in 4. editis, non in ejus praxi, quæ in 12. proſtat, nec in ejus diſputationibus. Meretur legi, nam plura bona habet. Scripſit etiam WALLAEUS, Lugduni Batavorum olim medicinæ profeſſor, methodum medendi breviſſimam. Libellus eſt in 12. editus Auguſtæ Vindelicorum apud Welſchium anno 1619. Vir in arte ſummus fuit, ut patet ex duabus epiſtolis anatomicis ad BARTHOLINUM, ſcripſit etiam praxin & methodum medendi illam, exploſis Galenicis, ſecundum circulationem HARVEIANAM, ſed difficile adquiritur.

Ultimo DANIEL SENNERTUS.

Jacta nunc ſunt fundamenta dirigendi totum ſtudium medicum, ſupereſt, ut ad praxin addiſcendam media citiſſima fideliſſime proponam.

Itaque enarrabo auctores, qui in medicina facienda, ſeu praxi, mihi viſi ſunt conſilia vera dediſſe.

Praxis medica, ſive id, quod vocamus *facere medicinam* eſt, „ iu quolibet „ ægro per ſingularia ſigna morbum ejus ſingularem cognoſcere, & deinde per „ ſingulare remedium & per ſingularem methodum curare ". Differt ergo vocata exercitatio medica ſeu praxis ab inſtitutionibus in eo, quod medicus in inſtitutionibus generales pronuntiet regulas, quæ medico, qui nunc faciendæ medicinæ ſe dedit, inhæreant, & obſervatæ ſint, ut his uti queat.

Hinc praxis eſt totius medicinæ perfectio ſeu pars ſumma; & tota in binis his rebus conſiſtit 1. In cognoſcendis in ægro ſingulis per ſingularia ſigna morborum ſingularium 2. In curandis ſingularibus morbis per remedia ſingularia, & methodum ſingularem, quod ſemper attendendum eſt, nam nulla generalis regula de methodo & de morbis curandis datur.

Uno

ris, tibiæ, cubiti, luxatio genu & tibiæ & cubiti cum encheireſibus, monitis chirurgicis, cautelis & machinamentis, nitide hic deſcribuntur. Aliqua quidem veteris ruditatis veſtigia ſuperſunt, ut virgæ corneæ inflexæ inventum, cujus elatere vult tibiam extendere. Pleraque vero Libri præcepta valde placent, & meretur prælegi. In eum habemus GALENI *tres commentarios*, qui cum adjectis iconibus in collectionibus operum ejus exſtant. Finis deficit. PALLADII etiam *ſcholia* habentur in eundem Lib. in editionibus FOESIANIS & CHARTERIANIS. Liber περὶ ἄρ'ρων ejuſdem dignitatis eſt, unus proprie & continuus cum priori Liber. Hoc fracturæ reliquæ & luxationes pertractantur. Vertebrarum, maxillæ, femoris, digitorum, luxationes eadem ratione exponuntur, femoris autem inprimis luxatio quam quadruplicem facit, & reponi jubet HIPPOCRATES, culpatus hinc olim a CTESIA, & ab HEROPHILO, qui inutiliter reponi os non manſurum monet, quum ligamentum teres violatum ſit. Defendit HIPPOCRATEM olim APOLLONIUS Citieus apud COCCHIUM in M. S. codice, cujus fragmentum exſtat in ejus viri libro *dell' Anotomia*. Recentiores fracturam frequentius inveniunt. In hunc cæterum Librum GALENUS quatuor commentarios reliquit, cum machinarum, ut ſcamni HIPPOCRATIS, iconibus. Paſſim aliqua deſunt. Exſtant etiam in VIDI collectione, jam dicta, & in hunc Librum & in Librum περὶ ἀγμῶν & κατ' ἰητρεῖον commentarii. Liber *Mochlicus* eſt compendium non inconcinnum Librorum priorum de fracturis & articulis. Liber περὶ ἑλκῶν non videtur HIPPOCRATICUS eſſe, nimis enim & multa & varia medicamenta habet, inter quæ nonnulla ex plantis deſcribit. Videntur in univerſum minus inconcinna eſſe, quam aliæ veterum

Uno exemplo res declarabitur. Video hominem deficere animi deliquio, ut is curetur, non conſidero in genere animi deliquium, ſed quid hic in hoc præſente ægro animi deliquium ſit. Si enim in genere animi deliquium conſideravero, poterit id eſſe, & a defectu ſanguinis, & a defectu virium cordis, & a moſcho ſubolfacto, & ſic porro; aliter autem curari debet, ſi a defectu ſanguinis eſt, quam ſi a moſcho ſubolfacto, in meo ergo ægro in naturam & cauſas peculiaris hujus deliquii inquiro, ut ea remedia adplicem, quæ ſingulari huic cauſæ opponuntur. Hinc videmus, exercere medicinam, idem eſſe, ac ſingulatim rimari cauſas morborum, ita quidem ut generalis in animo ſit medicus, ſed ita medicum eſſe, quando ſingulariſſime munus ſuum obit.

Praxis ergo medica eſt cognoſcere, deinde curare morbos.

Hoc poſito, dico curationem omnem fieri per quædam inſtrumenta; quæ morbum, & cauſas ejus, & effectus debellare valent.

Verum HIPPOCRATES & CELSUS ad hæc tria revocant medicamenta, ut omnis medela fiat, & manu, & victu, & auxiliis.

Hinc

terum formulæ, neque eſt abſque utilibus monitis, uti v. g. oleoſa vitare jubet, & humida præter vinum, & partes vulneri circumpoſitas curari ſuadet. Venæſectionis mechaniſmum deſcribit. Italice cum notis editus eſt a JOSEPHO CIGNOZZI Florentiæ 1690. 8. Liber περὶ συρίγγων fiſtulam ani & procidentiam deſcribit. Illam jubet filo erodere, vel etiam ſecare, quæ utraque operatio ad noſtra tempora ſuperfuit. In prolapſu ani adſtringentia laudat. Auctor videtur idem eſſe, qui librorum *de morbis*, ut adparet ex theoria morborum, quos ex pituita & bile deducit. περὶ ἐγκατατομῆς παιδίȣ ſpurius & brevis, deſcribit fetus in partu difficiliori diſſectionem, & extractionem. Concuſſionem in partu etiam commendat, ad excludendum fetum. Liber κατ᾽ ἰητρεῖȣ genuinus, egregiis monitis plenus eſt, qui ne minutias quidem negligat. Liber περὶ ἰητρεῖȣ mere chirurgicus eſt, ἰητρεῖον idem ſignificat, quod hodie officina chirurgi. Eam fuſe deſcribit HIPPOCRATICUS AUCTOR, deſcendit ad minutias omnes medicamentorum, herbarum, deligationes, ſplenia, ferulas, reſtitutiones luxationum fuſe deſcribit. Spurius eſt. Qui enim potuiſſet dixiſſe HIPPOCRATES, ſuo ævo nullas eſſe expeditiones bellicas, qui furente bello Peloponneſiaco vixerit? In eum exſtant GALENI *Commentariorum* Libri III. eruditionis variæ & lectu digniſſimi.

In Libro περὶ εὐσχημοσύνης in Medico etiam adparatus inſtrumentorum requiritur. In aliis Libris HIPPOCRATIS ſparſim Chirurgica aliqua continentur. In *Aphoriſmis* de funeſto eventu vulnerum, de vulneribus capitis varia habentur præſagia. In Libris *de morbis* varia huc pertinent, ut in II. Libro de carie, de empyemate cum curatione, de vulneribus arteriæ aſperæ, de aneuryſmate, tonſillarum morbis, ranula. In Libro IV. calculum ortum ex lacte pituitoſo explicat. In *Coacis* de gibbo, ulceribus, calculo (quem etiam de aëre, aquis & locis tangit) præſagia exſtant. In Libro περὶ γυναικείων β. de cancro, prolapſu uteri, clauſo utero, morbis mammarum, in *primo libro* de partu difficili, mola, agitur. Peſſos & glandes ſæpiſſime laudat Auctor. In *Prorrheticorum* Lib. II. prolapſum ani, vulnera in univerſum & peculiariter medullæ ſpinalis capitis, &c. prolapſum gurgulionis, ulcera (hæc fuſe) perſequitur. In Libro περὶ ὄψιος ſpurio exſtat celebris ille locus, quo palpebrarum ſcarificatio deſcribitur, & aliæ crudeles operationes, uſtiones venarum, fiſſiones ſincipitis. In Libro περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον cauteria varia commendat, paracenteſin deſcribit, & ulcera ferina. In Libro περὶ παθῶν vulnera & eorum curationem, uvulæ morbos reperimus.

Epidemicorum Libri plurima chirurgica habent. Liber *Quintus* multos morbos chirurgicaſque curationes continet, ibique celebris exſtat HIPPOCRATIS a futuris decepti confeſſio, cæterum rara multa & utilia, de riſu ſardonio ex vulnerato ſepto tranſverſo, de te-

tano

Hinc tota medicina, quæ clinica ſeu practica eſt, conſiſtit in chirurgia, diætetica & pharmaceutica invenienda, præſcribenda, adplicanda.

Ita tota praxis medica, proprie loquendo, duas partes habet 1. Chirurgiam, quæ morbos externos manu comprehendendos curat. 2. Morborum internorum curationem: Et Chirurgia eſt illa pars medicinæ practicæ, quæ docet cogno-

rano a medicamento acri in vulnus admiſſo, de morte a levi percuſſione capitis, &c. Genuinus equidem non videtur eſſe, cum in eo arteriæ & venæ diſtinguantur. Liber VII. aliqua habet cum Quinto communia, & caſus chirurgicos varios. In Libro VI. paracenteſis, calculi hiſtoria & ad abſceſſus aliqua ſunt. In IV. etiam aliquæ vulnerum hiſtoriæ continentur & de ulceribus nonnulla, in II. de calculo aliqua & de ulceribus. Præter GALENUM, cujus commentarios laudabimus, exſtant in HIPPOCRATIS opera aliqui etiam chirurgici commentarii. VIDUS VIDIUS cum aliis veterum Chirurgicis HIPPOCRATIS *libros de vulneribus capitis, ulceribus & fiſtulis*, cum verboſis ſatis commentariis edidit Pariſ. 1544. fol. Habet icones aliquas inſtrumentorum; trepanum cylindricum abſque alis, &c. BARTHOLOMÆUS GENGA in HIPPOCRATIS *aphoriſmos ad chirurgiam ſpectantes* latinos & italicos *commentarios* edidit Bononiæ 1727. 8. editos, valde libere & abſque ſuperſtitioſo cultu boni ſenis ſcriptos. MATTHÆUS NARVATIUS *ſylvam ſententiarum ad chirurgiam pertinentium ex Libris* HIPPOCRATIS excerptam dedit Antvverp. 1576. 8. 1602. 8. recuſam, qua etiam inſtrumenta ad vulnera capitis curanda continentur.

BARTHOLOMÆI GENGA *in* HIPP. *aphoriſmos ad chirurgiam ſpectantes commentarii* Romæ prodierunt 1694. 8.

ANTONIUS THYMUS *reſolutionem* dedit *aphoriſmi* XLV. *Sect.* VI. *quo ulcerum antiquorum ſtatus & prognoſis continetur*, Jen. 1665. 4. * Quid ſit HIPPOCRATIS *chirurgia nunc primum græce reſtituta, latinitate donata & commentariis illuſtrata a* STEPHANO MANIALDO, non novi. Prodiit Pariſ. 1619. 8. RIV.

Poſt HIPPOCRATIS tempora chirurgia valde exculta fuit in Ægypto & in Græcia. AMMONIUM notum eſt inveniſſe uncum, quo calculus comprehenderetur, deinde ferramentum prima parte tenue, acie retuſa & ex altera parte ictum calculum findens (CELSUS L. VII. c. 26.) MEGES ferramentum aliud ad calculum excogitavit, quo ſi quid ex calculo promineret, decideret, (CELSUS ibid.) cujus viri etiam medicamenta paſſim laudantur ut L. V. c. 28. & monita (VII. c. 7.) atque citatur luxatio ad anteriora in genu ſanata, gravis certe morbus (VIII. c. 21.) Idem tres umbilici prominentias facit, ab inteſtino, omento, & humore ortas. (VII. c. 14.) MEGESEM etiam inter primarios inventores IDEM CELSUS refert (L. VII. præfat.) Et in univerſum audax & maſcula Græcorum chirurgia fuit. ASCLEPIADIS inventio fuit laryngotome, cujus etiam de luxatione femoris apud COCCHIUM fragmentum exſtat; quam vidit extrorſum factam. In paracenteſi fiſtulam in vulnere relinqui ſuaſit. HERACLIDES Tarentinus palpebram albo oculi connatam ſcalpello reſecabat (CELS. VII. c. 7.) CRITOBULUS abſque deformitate ſagittam de oculo PHILIPPO extraxit (PLIN. L. VII. c. 37.) PRAXAGORAS inteſtinum cæcum in ſcrotum elapſum reponebat manubus, & ni cederet, jubebat ventrem pube tenus diſcindi, & dividi inteſtinum, ſtercore vero educto reponi (CÆL. *Acut.* L. III. c. 17.)

Præter hos viros CELSUS in præfatione ad L. VII. laudavit etiam PHILOXENUM Ægyptium, GORGIAM, SOSTRATUM, HERONES duos, APOLLONIOS duos, nuperum ſcriptorem TRYPHONEM & EUELPISTUM PHLEGETIS filium. Iidem Græci multi fuerunt in deligationibus & machinamentis inveniendis, quibus pleni ſunt GALENI & ORIBASII Libri, ut Plinthium NILEI, gloſſocomium NYMPHODORI mutatum ab ARISTYIONE PASICRATIS, &c. ſed ea omnia perierunt. Codex M. S. commentarii APOLLONII CITIEI in HIPPOCRATIS Libros *de articulis* exſtat quidem Florentiæ, exſcriptus a COCCHIO, vitioſus, antiquus tamen ſeculo IX. vel X. ab alio ſcriptore accentibus auctus, a LASCARI in Italiam adlatus, in quo locus eſt HEROPHILI, quem edidit COCCHIUS in Libro *dell' anat.* & ASCLEPIADIS, uti diximus fragmentum, (PHIL. TR. 333.) De eodem codice aliqua etiam in commentario ad CONRINGIUM SCHELHAMMERUS reliquit.

Codex

ſcere & ſanare eos morbos, quos manus mediate & inmediate adtingere poteſt. De hac ergo medicinæ parte primo loco agere debemus.

Codex M. S. commentarii APOLLONII CITIEI in HIPP. Libros *de articulis* a NICETA primum exſcriptus eſt, deinde & a COCCHIO, ut diximus. Hujus collectionis editionem certo promittit COCCHIUS ob exhortationes gnarorum (*de art.* anat. 46.) Cæterum eum codicem SCHELHAMMERUS parvi facit, loco citato.

CÆLIUS in *chirurgumenis*, hic dictis, rationem tradidit ſecandi calculi (Chron. V. 2.)

Deinde ARETÆUS paucula huc pertinentia habet, & calculum adhærentem veſicæ. CASSIUS pauca chirurgica habet, de cauſis, cur ulcera rotunda minus bene ſanentur, de vulneribus cerebri, &c. CÆLIUS, qui etiam *chirurgumena* ſcripſit (*Chronic.* Lib. V. cap. 2.) aliquoties ſuum judicium de chirurgicis interpoſuit, uti *Tard.* III. cap. 8. ubi paracenteſin abdominis commendat, & modum præcipit, quo eam adminiſtrare oporteat, ſanatoſque aliquos fuiſſe teſtatur, *laryngotomen* idem damnavit, *lanceolum* deſcripſit, novum inſtrumentum pro calculis arthriticorum eximendis, mechaniſmum clyſteris e folliculo dandi ſubtiliter expoſuit *Tardar.* Lib. IV. cap. 3.

M E-

METHODI STUDII MEDICI

PARS XIII.

CONSILIA AD CHIRURGIAM.

CAPUT I.

CHirurgia, cum ſit illa pars medicinæ, quæ manus adplicatione morbis curandis inſervit, pro objecto ſuo eos tantum morbos habet, qui ab adplicatione manus poſſunt ſuſcipere ſanationem, hos omnes morbos vocabimus chirurgicos.

Hujus modi morbi plurimi dantur; ſi v. g. quis in extrema corporis parte inflammationem habuerit, quæ in tumorem altum tranſierit, debebit curari apertione hujus tumoris, qui tunc pus effundet; ita pariter cui os humeri ex eminentia ſcapulæ luxatum eſt, morbus eſt iterum externus, nam medicamenta interna elapſum os nunquam reſtituerent, ſed oportet unice brachium bene extendere & elevare, ut reſpondeat cum cavitate, unde excidit, tunc ſi illud ſibi permittamus, retrotrahetur a muſculis in ſuum locum.

Ergo hi proprie morbi vocantur chirurgici, qui adplicatione manus tantum, non per diæteticam aut pharmaceuticam curantur.

Illa chirurgia, quatenus eam diſcimus ex ſcriptis, eſt quadruplex. Non loquor de Inſtitutionibus chirurgicis, ſed uti auctores ſcripſerunt. Eſt ergo 1. ſyſtematica; 2. de nonnullis morbis ſingularibus agens; 3. operationes ſolas deſcribens; 4. obſervationes rerum factarum colligens. Omnes auctores ſcripſerunt bona mala promiſcue, ut vero, quidquid boni in hanc uſque diem ſcriptum eſt, enarrem, oportet omnes ſcriptores etiam in quatuor colligere claſſes.

Prima claſsis eſt ſyſtematicorum, hoc eſt, lege doctrinæ ſcribentium.

Altera eſt eorum, qui de certa definita parte artis ſuæ tantum quidem ſcripſerunt, & meliores in ea parte, quam ſyſtematici fuerunt.

Alii, qui omnia reliqua omittentes, operationes tantum, hoc eſt opus manus ſeu methodum ſua dextra utendi deſcripſerunt.

Quarta claſsis eſt eorum chirurgorum, qui deſcripſerunt caſus chirurgicos, qui ſibi obvenerunt.

CAPUT II.

Prima claſſis Chirurgorum.

S*Yſtematici* vocantur, qui generalia omnium morborum chirurgicorum, horum naturam, differentiam, cauſas, effectus, ſigna, & remedia, quæ eo

 ſpe-

ſpectant, abſolute pertractant. Horum autem non eos commendabo qui com-pilatores fuerunt, & morbis forte non viſis nihilo minus in muſeo eos deſcri-pſerunt. Verum eos recenſebo, qui per multos annos in praxi excelluerunt, dum vixerunt, & ſimul anatomes periti fuerunt.

In hac parte ſyſtematicorum, ſecundum præſcriptas conditiones, princeps omnium eſt HIPPOCRATES, in ſectione ſexta operum ex editione FOESIANA. Fateor aliquando obſcurum eſſe propter vetuſtatem, & quia codices manuſcripti vitioſi fuerunt, aliter egregium opus eſt, & videtur HIPPOCRATES maximus fuiſſe in chirurgiâ.

Verum inter legendum hunc ſcriptorem, ſi quis velit conjungere ſummam eruditionem, addere debet commentaria GALENI in Chirurgiam Hipprocraticam. Ratio, cur hæc ſuadeam conjungi, eſt, quia GALENUS græcus fuit, & ſub imperio SEPTIMII SEVERI vixit; hinc diſtat a nobis quidem 1500. annis, a tempore vero HIPPOCRATIS non niſi ſexcentis, & eo ſeculo vixit, quo manuſcripta HIPPOCRATIS ſupererant, quæ ubique adlegat. Qui vero unum horum ſcriptorum ſolum abſque altero legerit, vix emerget ex difficultate.

AURELIUS CORNELIUS CELSUS (*a*) omnium veterum & etiam hodiernorum,

(*a*) Sed princeps omnino poſt HIPPOCRATEM auctor CELSUS eſt, qui medicinam ipſe fecit, ancyloblephari exemplo (L. VII. c. 7.) & in lingua operationis (L. VII. c. 12. n. 4.) Chirurgiam totam tradidit; nitidiſſime, ut omnia Calculi apparatum minorem ita bene deſcripſit, ut RAVIUS diſcendi cupidos unice ad CELSUM ablegaret. Cataractæ etiam depoſitionem, perterebrationem oſſis carioſi docuit, quæ multis foraminibus fit (L.VIII.c.2.) Hydrocelen internam ab externa ſeparavit, cerebri concuſſionem obſervavit, & rupta vaſa oſſe integro (L. VIII. c. 4.) & alia hic non repetenda. In multis HIPPOCRATEM ſecutus eſt. In ulceribus capitis mollius paulum egit, vere Romanus, & raſionem fiſſuræ diſſuaſit, &c. In ejus *meliceriam* (L. V. c. 26.) commentatus eſt CHR. LUD. CHARISIUS Regiomont. 1717. 4. In (L. VII. c. 26.) *calculi veſicæ manu demendi rationem* tradidit VALENTINUS MARCUS, VVittemberg. 1600. 4. *Lithotomiæ* CELSIANÆ titulum nuperæ diſſertationi præfixit LAURENTIUS HEISTERUS, qua anno 1745. perfectiorem ſectionem calculi Ravianam laudavit, & oſtendit proxime ad CELSIANAM accedere eam, quam emendatam laudaverunt CHESELDENUS & SALVATOR MORAND. Libr. de Acia CELSI ſuo loco laudabimus.

CL. GALENUS a SEVERINO accuſatur, quod artem chirurgicam effeminaverit. Et certum eſt rarius paulo ad eas curationes acceſſiſſe quæ manu fiunt. Imperatorem enim nonnunquam pro milite pugnare, ſic medicum in neceſſario caſu manu uti ejus vox eſt. Non tamen ideo abſque experientia utique fuit. Nam Commentario περὶ ἰητρείου citat ſanationem, quam peregit, cum medicus non vidiſſet, ob æqualitatem longitudinis in utroque humero, luxationem adeſſe. In ipſo pericardio ulcere nato, ſanavit puerum, *de decret.* HIPPOCRATIS *&* PLAT. L. I. In *commentario* in L. *de fractura* humeri luxationem antrorſum factam, HIPPOCRATI non viſam, quinquies ſe vidiſſe ſcribit, ut alia loca taceam, quæ plurima ſunt. Præter commentarios in HIPPOCRATEM, & aliqua ſparſa inter practicos Libros, pauca Chirurgica GALENI exſtant. Liber *de faſciis*, & *laqueis* & machinamentis græce non exſtat, niſi in M. S. codice, qui apud Cardinalem RODULPHUM latebat, & quo VIDIUS uſus eſt. Conjunctos HELIODORUM & SORANUM, qui in eodem volumine habentur, non utiliter neglexit IDEM edere, aliqua tamen ex utroque GALENICO Libro inſeruit. Mireris in eo Libro copiam habenarum & faſciarum, & elegantiam & nominum affectationem. Recudit eumdem Librum GALENI GESNERUS in collectione Chirurgica anni 1555.

In *arte curativa* ad GLAUCONEM varia huc pertinent. *Methodi therapeuticæ* Libri III. IV. V. VI. *de ulceribus & vulneribus*. Libri XIII. XIV. ſunt *de tumoribus*. In Libro XIII. *de inflam-*

norum, in chirurgia princeps fuit: quæ enim jam pro novis traduntur, apud eum inveniuntur. Sint enim exempli loco ejus opera de calculo, de fiſtula lacrymali, tantæ certe manus & inſtrumentorum ibi ſubtilitates inveniuntur, ut hodie

inflammationibus exſtat *commentarius* CONRINGII, Helmſtadt. 1662. 4. Inter ſpurios GALENI aliqua ſunt, ut *de clyſteribus & colica* ſeorſim editus Lugduni 1591. 8. *de tumoribus*, VVittemberg. 1589. 8. In Libellos *de curandi ratione per ſanguinis miſſionem*, *hirudinibus*, *revulſione*, *cucurbitula & ſcarificatione* exſtat MELCHIORIS SEBIZII *commentarius*, Argent. 1652. 4. GALENI Liber *de ſanguinis miſſione* ſeorſim prodiit Lugd. 1546. 8. In eum ſunt commentarii HIERONYMI NUNNI RAMIREZ Ulyſſipon. 1608. 4. * atque G. PATINI Pariſ. 1649. 8.

In Libro XIII. *de inflammationibus* CL. GALENI oſtendit Auctor ulcerum non unam naturam eſſe, neque eandem curationem omnia recipere. De arteriarum vulneribus minime imperite ſcribit. Vincula injici poſſe non ignorat, neque a thrombo neſcit vulnera claudi. Multas ſuas curationes refert. Ad vulnera nervorum idem, quo hodie utuntur, oleum calidum adhibet.

ORIBASII conjuncta & ſæpe pro Galenicis data opera, continuo ſubjiciam. Ergo EJUS *de laqueis* Liber, ſimilis argumenti & ingenii, cum iconibus, & Liber *de machinamentis*, exſtant a VIDO editi in collectione aliquoties citata. In iſto mechanica aliqua NILEI Plinthium, Fabri organon, Triſpaſtum, deinde medicæ machinæ deſcribuntur, ſcamnum HIPPOCRATIS, ſcala, Gloſſocomium, & adplicatio ad luxatorum artuum extenſionem. VIDUS adfirmat, ſe multo curatius edere, quam Græce habeantur. Icones aliquæ tranſpoſitæ ſunt. Cum GALENO etiam ſolent haberi, & cum *ſynopſi* ORIBASII, Baſil. 1557. 8. & in GESNERI collectione. Inter *collectanea* ORIBASII huc pertinet Liber VII. quo veneſectio, ſcarificatio, cucurbitulæ, hirudines, eſcharotica ex variis vetuſtis & deperditis ſcriptoribus deſcribuntur. Is Liber Lugduni etiam 1550. 8. cum nonnullis GALENI operibus ex AUGUSTINI GADALDINI interpretatione exſtat, & ſimilia fere habentur in Libro I. *Synopſeos*. Clyſteres glandeſque Libro VIII. exponit, ſinapiſmos, & pſilothra Libro X. In *Synopſi* Liber VII. totus chirurgicus eſt, ad vitia externa, cutanea, ulcera & gangrænas, neque abſque obſervatione ſcriptus. Ita humerariam venam abſque metu incidi monet, mediam cum magno metu ob nervi viciniam. Eſcharotica ad amputationes rejecit, quæ ſanguinem quidem comprimant, ut tamen idem cruſta delapſa vehementius erumpat.

AETIUS plures, quam GALENUS, chirurgias habet, ex variis collectas veteribus. Cauteria laudat & plurima deſcribit, & notante FREINDIO ſcarificationem in pedibus hydropicorum. In Libro III. de miſſione ſanguinis, ſinapiſmis, clyſteribus, glandibus, in Libro III. de morſubus animalium, in Libro XIV. de abſceſſibus, cancris, in Libro XV. de ſcirrhis, tumoribus cyſticis agit, & alibi morbos chirurgicos medicis interponit, ut Libro XIV. hernias. Medicamentis abundat.

PAULUS, quem ÆGINETAM vocant, Chirurgiam exercuit & ornavit, neque, uti fere priores, unice aliorum laboribus uſus eſt. Morbos chirurgicos & eos, qui proprie medici ſunt, conmiſtos dedit, ut totum opus, *primo* & VII. Libro excepto ad chirurgiam ſpectet. Et multa equidem medicamenta ex genio ſeculi corraſit, corraſit, curationes tamen, quæ manu fiunt, plenius propoſuit. De partu difficili primus fere auctor eſt, ut vulgo etiam obſtetrix ſit dictus. Naturali proximum eſſe partum cui pedes procedant, recte vidit. Cranium mortuo aperire docuit. Reponi tamen male ſitum in partu non naturali fetum, ut caput præcedat, cum aliis veterum non bene ſuadet. Contra uteri prolapſum a ſecundis extractis monet, ne ſecundæ valide adhærentes, vi evellantur, uti nuper RUYSCHIUS, eaſque mavult relinquere & ſpontaneum diſceſſum exſpectare. Bronchotomen commendat. In hernia ſaccum ligare jubet. Luxationem claviculæ ad ſternum negat fieri poſſe. Hypoſpathiſmum deſcribit, miram & crudelem operationem in fronte. Emphyſema in contuſione naſcens obſervavit. Paronychiam malignam notam habuit, & patellæ fracturam, & alia non vulgaria. Chirurgica PAULI ſub nomine *Chirurgie de* PAULUS ÆGINETA Lugduni 1542. 8. ſeorſim prodierunt.

Mo-

hodie meliora non tradantur, ſic per totum ejus opus prælucet omnibus. Ejus præterea ſcripra eleganti, & puriſsimo ſermone ſcripta ſunt, cum ſub TIBERIO vixerit.

Poſt

MISCHION ſuſpectæ ætatis homo, qui Juliæ Agrippinæ medicamentum ſe miſiſſe ajat, idemque a Judæis aliqua ſe ſumſiſſe fatetur, certe methodicæ ſectæ ſcriptor, præter *chirurgumena & ophthalmica*, quæ ipſe ſcribit ſe edidiſſe, libellum περὶ γυναικείων παθῶν reliquit, qui aliqua parte ad Chirurgiam pertinet. Inperfecta valde ſunt, quæ ad Chirurgiam ſpectant. In perverſo ſitu fetus nihil maſculi tentat, ſed unguentis fere utitur, & fetum ita dirigit, ut capite præcedat. Embryculum ad extrahendum fetum more veterum adhibet. Denigratam matricem reſecari poſſe adfirmat. Anatomica magis tolerabilia ſunt, ut alibi ſcripſit. Prodiit Baſil. 1566. 4. ope C. VVOLFII, & in ejus *Gynæciis*.

Nunc ab Arabes tranſimus, quorum tempore chirurgia valde eviluit, cum & medici; RHAZE manifeſto conquerente, opera, quæ manu fiunt, ſervis ſuis relinquerent peragenda, & chirurgorum ignorantiam acerbe accuſet IDEM ad MANSOREM lib. VII. c. 1. atque AVENZOAR omnes operationes, in quibus genitalia nudare neceſſe eſt, pro re abominanda habeat. Sed RHAZES quidem, etſi oſtendat FREINDIUS plurima ex Græcis ſumſiſſe, ut in omni tamen medicina, ita in chirurgia, cum dignitate verſatus eſt. Chirurgicos equidem Libros, qui in *Continet* continentur, non legi, qui videam eſſe locos communes RHAZIS. Sed inter opera ejus *exquiſitiora* Baſileæ 1544. fol. edita huc pertinet Liber ad MANSOREM VII. & inprimis L. *de caſibus qui ipſi acciderunt*, tum Liber *de ſectionibus cauteriis ventoſis*, Lugdun. 1510. 8. etiam editus. Setacea invenit. Alia paſſim cum practicis miſta ſunt, ut in libro IX. c. 47. inſtrumentum pro caſtiganda uvula. Hydrocelen ſingulis menſibus aperire docuit. Spinam ventoſam primus pro diſtincto morbo deſcripſit.

HALY ABBAS in *regali diſquiſitione* practicam chirurgiam etiam tradidit, quam plurimum legerat CARPUS.

AVICENNA, ut reliqui Arabes, univerſam medicinam & chirurgiam adeo adtigit, & in ejus caput *de phlebotomia, cucurbitulis & hirudinibus* proprius commentarius exſtat CONSTANTINI LUCÆ, Turin. 1584. 4. ad ejus vero textum *de apoſtemate calido, contuſione & attritione, caſu & offenſione calvariæ curatione* MARIANI SANCTI commentarius Venet. 1543. 4. RIV. Operationes etiam aliquas peculiares deſcribit, ut clitoridis amputationem, remotionem vermis ſubcutanei. Sed in immenſo volumine valde parum proprii eſt.

Melior eſt AVENZOAR, ita curioſus, ut etiam in hirco bronchotomes experimentum fecerit, & rariores aliquas chirurgicas curationes inſtituerit.

In Libro VII. *colliget* AVERRHOIS aliqua chirurgica ſunt, ad vulnera etiam vaſorum; fracturaſque oſſium. Sed hæc infra ſubtilitatem ejus hominis fuerunt.

JANI DAMASCENI chirurgica exigui momenti ſunt. Curationem tamen herniarum per inuſtionem habet.

JESU filius HALI Liber *de cognitione infirmitatum oculorum & curatione eorum* prodiit Venetiis 1499. fol. & 1500. fol. PL. cum ALBUCASI, & iiſdem annis ALCANA MOSALI *de paſſionibus oculorum* L. VVALTH.

Sed ABULCASEM, qui vulgo dicitur ALBUCASIS, inprimis gloriam Arabum chirurgicam vindicavit, qui neglectas dudum etiam aſperrimas operationes renovavit, & perfecit. Inſtrumentorum icones dedit, obſervationes proprias paſſim adjecit. In cauteriis plurimum ſibi placuit. Polypum narium exſtirpavit. Vulnera œſophagi ſanavit. Mortuum fetum pedibus juſſit extrahi. Vulnus ventriculi in fiſtulam abiiſſe vidit. Lapidem infernalem adhibuit. Calculi ſectionem parvam paulo fuſius expoſuit. Aliqua ætati condonari oportet, ut futuram inteſtinorum, quæ fit formicis admotis deinde ita diſſectis ut capita maneant, quæ mordicus inteſtini ſecti labia contineant. Vel ideo legi debet, quod communis quaſi fons ſit, ex quo recentiores, ſeculi inprimis XVI. chirurgi, hauſerunt. Cæterum EJUS opus ſub titulo *manualis medicinæ* ALBUCASIS prodiit Argentorati 1532. fol. Libris tribus, quorum *primus* ſola cauteria, *tertius* luxationes, *ſecundus* reliquam chirurgiam omnem continet. Alia editio cum PETRI de LARGELATA *chirurgia* prodiit Venetiis 1520. fol. Veneta

etiam

etiam 1500. fol. & Baſilienſis 1541. fol. exſtat. VVALTH. RIV. Quæ de muliebribus agunt ea in VVOLFII *gynæciis* repetuntur. Cæterum FREINDIUS oſtendit, eundem cum ALBUCASI eſſe ALZAHARAVIUM, hinc eadem omnino & ejus auctoris Libro X. & apud ALBUCASIM reperiri. Ætas viri incerta eſt, ad duodecimum tamen ſeculum ex quibuſdam conjecturis rejicitur a FREINDIO.

De ALBUCASI addimus, eum, quamvis multa propria habeat, multa tamen ex PAULO ſumſiſſe.

Ab Arabibus in Europæos medicos rediit Chirurgia, poſt ſex fere ſecula, quibus totis in eruditiſſima illa Italia nemo quidquam ad eam artem ornandam contulerat. Magno vero impedimento fuit utiliſſimæ ſcientiæ, quod apud Clericos fere unice medicina excoleretur, hi autem per leges canonicas & decreta concilii Turonenſis anno 1163. ipſamque muneris ſacri naturam a ſanguine fundendo & neceſſaria crudelitate adhorrerent, unde ad unguenta, emplaſtra, carmina & alia inertia medicamenta fere tota Chirurgia delapſa eſt, quam degenerationem LANFRANCUS non ſine dolore refert, & vitio medicorum tribuit, qui chirurgiam relinquant laicis, ignaris, nihil profecturis niſi medici fuerint. Quin excuſat ſe AVENZOAR, quod chirurgica tractet, cum ſuo ævo medici Venæ ſectionem & operationes manuales *ſuis ſervitoribus* relinquant. Non rectæ adeo CL. MATERNUS in *diſſertatione de medic. conjunct.* ſeparationem artis medicæ a chirurgica ſcholæ Pariſinæ tribuit, quod medici Papali edicto a praxi chirurgica abſterriti hanc laicis reliquerint. Et EROS quidem medicus inter Salernitanos videtur eſſe, ex antiquioribus, non quidem certæ ætatis, ſeculi tamen ad minus duodecimi, cum MAGISTRUM GERALDUM citet, qui ſpecillis uteretur. THEODORICUM etiam citat, an chirurgum, non dixerim. EJUS Liber *de paſſionibus mulierum* jam citatus eſt. Obſervationes paucas, tamen aliquas, ut feminarum quibus fruſta carnis ex utero pendeant c. 24. calculi veſicæ per foramen circa peritonæum ſugendo extracti c. 42. Sic GARYOPONTUS aliqua chirurgica habet, & CONSTANTINUS AFRICANUS Libro *de Chirurgia, phlebotomia, arteriarum inciſione, ſcarificatione, cucurbitulis, oſſium reſtitutione.*

ROGERIUS autem inter eos chirurgos antiquiſſimus eſt, quos barbaros vocant, & qui Venetiis an. 1546. atque alias in fol. conjuncti prodierunt. Eum enim ROLANDUS ab initio citat, & primo loco ponit GUIDO. EJUS *Chirurgia* fere tota medicamentaria eſt. In vulneribus vinum cum melle & herbis propinabat & laxantia GUIDONE teſte p. 286. Tota fere ejus *chirurgia* in ROLANDI opus tranſiit.

M. ROLANDI Parmenſis Liber *de chirurgia editus vel conpilatus* una prodiit, paulo antiquior is THEODORICO ex p. 149. b. ut tamen cum eo ſenior vixerit. Superſtitioſus homo carmine ad ſtrumas uti ſuſtinuit. Laxantia etiam & pultes unice adhibuit, GUIDONE teſte.

JAMERIUS, qui fatua multa ſcripſerit, ſecutus ROGERIUM, & a GUIDONE dictus, nobis ignotus eſt.

BRUNUS Longobardenſis vixit Patavii anno 1252, celebris ſuo tempore, multus equidem in medicamentis, & ſiccantibus inprimis, ut tamen manum operi admoviſſe ſatis adpareat. Barbare, ut reliqui, ſcripſit. EJUS *Chirurgia magna* & *Chirurgia parva* in eadem collectione prodierunt. Exſtant etiam Venet. 1490. 1559. fol. L. Venas in oculo parvas incidere & ligare juſſit, & fiſtulas ani totas incidere monuit, neque aliter ſanari poſſe p. 128.

THEODORICUS *Capellanus* & *Pœnitentiarius* Pontificis, inde Cerviæ Epiſcopus, ex ordine Prædicatorum HUGONIS de LUCA diſcipulus, & ipſe, ut BRUNUS, vino & ſiccantibus uſus eſt p. 135. cujus plurima rapuit, GUIDONE indice, & fabulas magiſtri ſui admiſcuit (in præfat.). Paulo ROLANDO recentior fuit, & eo inſpiciente a magiſtro ſuo vulnus pulmonis ſanari vidit, ut tamen ejus ſanationis honorem ſibi ſumeret ROLANDUS. Medicamentis equidem etiam valde utitur, ut abſque chirurgia omnia ſanare voluiſſe exprobet ipſi GUIDO p. 37. b. melior tamen fuit prioribus. Nam & carmina ſpernit (p. 143. b. 158. b.) a moribus equidem ſeculi ſui paſſim abreptus, cum fracturam capitis ope carminis & pulveris ſanatam pro certa re referat, p. 145. b. ingenuus homo, qui nattam ſeptem librarum de humero feliciter refectam fuiſſe, ſe diſſentiente, ſcriptum reliquit p. 168. Turunda in curatione abſceſſuum ſemel uti permiſit, & centies ſe id expertum teſtatur p. 165. b. & ROGERIUM & ROLANDUM carpit, qui iis eſſent uſi p. 148. In nervorum vulneribus nihil terebinthina melius eſſe monuit p. 141. b. Arteriam vulneratam bis ligare & inter vincula diſcin-

dere

dere juſſit. Prodiit ejus *chirurgia* Venet. 1546. fol. & prius 1499. fol. HAEN. 1519. fol. L.

GUILIELMUS de SALICETO THEODORICO fere coævus & ipſe Clericus fuit, Profeſſor Veronenſis, patria Placentinus, & obiit circa annum 1277. Pleriſque priorum præſtat, neque enim in medicamentis adquieſcit, ſed utique operationes & encheireſes ita deſcribit, ut manum operi admoviſſe ſatis adgnoſcas, neque indoctus fuit. Vulnus ſanavit, facta in inteſtino, deinde in abdomine ſutura p. 336. b. Carbunculum peſtilentem curari docuit p. 322. b. Vertebram luxatam reſtituit. Vulnus œſophagi ſagitta perforati ſanavit p. 331. b. Dulcibus tamen emplaſtris & unguentis uſum eſſe, non cum laude, narrat GUIDO (præf.) qui nihilo ſecius *valentem hominem* vocat. Alia excerpit FREINDIUS. EJUS *Chirurigia* & in collectione, quam hactenus ſequimur & alias prodiit, Venet. 1502. fol. LIND.

LANFRANCUS Mediolanenſis, Clericus, non ut Galli Chirurgi volunt, chirurgus laicus, GUILIELMI diſcipulus, nonnunquam & ipſe manum operi admovit venamque ſecuit, in defectu barbarii p. 209. b. neque probavit, quod iis hominibus (quos laicos vocat), ſuperbi medici curationes relinquant, quæ manu fiunt. Pariſiis vixit anno 1295. ex patria pulſus, hocque ſuum opus ſcripſit anno 1296. (*in fine oper.*). Catus homo, difficiliorum operationum prudens detrectator fuit, ut ſectionis calculi, herniæ, hydropicorum, quas encheireſes non vult peragere ob periculum (p. 245. b.). Uſtionem tamen in herniis proponit, ſibique tribuit. Felix & gratioſus, ſua experimenta paſſim citat. GUILIELMI modum in curandis vulneribus ſecutus eſt, & in aliis præceptorem imitatus, GUIDONE monente. Turundas omnino repudiavit p. 211. Ad umbilicum paracenteſin ſemper funeſte eveniſſe monuit. Nervum per tranſverſum inciſum ſuere juſſit, animoſior THEODORICO, qui vetabat acu uti p. 212. EJUS *chirurgia parva & ars completa totius chirurgia* exſtant in collectione jam dicta, tum Venet. 1490. fol. 1519. fol. Lugdun. 1553. fol. cum GUIDONE aliiſque (LIND.). Germanice etiam verſa eſt ab OTHONE BRUNFELSIO, & edita Francof. 1566. 8. Filius LANFRANCI inter illuſtriores Chirurgos Monſpelii floruit tempore GUIDONIS.

BERNARDUS GORDON initio ſeculi 14. floruit, Monſpelienſis Profeſſor & clinicus, bonus & modeſtus homo. EJUS *lilium medicinæ* ſæpe, & nitide, Lugduni 1550. 8. excuſum, aliqua chirurgica inter morbos miſta habet. Simplex ſcriptor fuit, qui corpore inverſo calculi exitum procurare velit, & plurimus in medicamentis.

HENRICUS de HERMONDAVILLA conjunxit THEODORICUM & LANFRANCUM (GUID. præf.). Vinoſis & calidis utebatur in vulneribus (GUIDO p. 29.). Editos EJUS Libros non reperio, cum tamen paſſim citentur.

JOHANNES de GADDESDEN ſub initio ſeculi XIV. ſcripſit *roſam Anglicam*, quam fatuam vocat GUIDO, & quæ ſæpe prodiit, mea vero editio Papiæ data eſt anno 1492. fol. Empiricus & indoctus homo, arcanorum amator, & ipſe Clericus. Ad chirurgiam multa pertinent de apoſtematibus, dislocatione, herniis, calculo, &c.

GUILIELMUS de VARIGNANA eo tempore vixit. EJUS exſtat Liber *de ulceribus* inter reliqua opera, Baſil. 1545. 4. &c.

DINI del GARBO *Chirurgia cum Tractatu de ponderibus, menſuris, nec non de emplaſtris & unguentis* prodiit Ferrariæ 1485. fol. (MANDOS), quem Librum non vidi, & 1536. fol. Una editus eſt GENTILIS de Florentia Liber *ſuper tractatum de dislocationibus & fracturis crurum*. HEIST.

GUIDO de CAULIACO (de CHAULIAC), clericus, cubicularius, capellanus, & medicus aliquot Pontificum, peſtem illam ſæviſſimam anni 1348. vidit, & opus ſuum ſcripſit anno 1363. quo tempore Avenione fuit a ſervitiis URBANO V. Pontifici. Eo ævo Chirurgia pene nulla ſupererat, ut inter quinque ſectas, ROGERIUS, ROLANDUS, & quatuor magiſtri, omnia vulnera ſolis cataplaſmatibus curarent, BRUNI & THEODORICI ſecta ſolo vino uteretur. GUILIELMI a SALICETO diſcipuli dulcibus emplaſtris & unguentis confiderent, Teutones ab incantamentis oleo & braſſica, denique alii a ſanctorum invocatione curationem ſperarent; (GUIDO in præf.). Hinc GUIDONEM ſolent inſtauratorem Chirurgiæ vocare (J. van HORNE *microtechn.* p. 534.) ut qui operationes, dudum intermiſſas ex Arabibus, ex PAULO, GALENO, & barbaris deſumta ad uſum revocaverit. Mihi tamen in multis videtur imperfecta valde encheireſi uſus, ut in hernia, quam caſtratione ſanat, & lithotomia adparet, in qua ſuturam adhibet. Superſtitioſus etiam conjunctioni nonnullo-

rum

rum planetarum peſtem tribuit, & Librum de aſtrologia ſcripſit. Interim, cum in opere ipſo ſit verſatus, & tamen literas calluerit, quas a Chirurgo exigit (*præf.*), hactenus laudem meretur. Trepanum deſcripſit & adhibuit, cum ſolis medicamentis alii uterentur. Tendines conſuit felici eventu (p. 34. b.). In hydrocele ſcrotum totum in ulcus verti ſuaſit. Fiſtulas ſolis medicamentis mitibus ſanari poſſe negavit p. 46. Vulnus cerebri ſanatum vidit, cujus partem exemerat. Inſtrumenta multa tradidit, inter quæ etiam arteriis ligandis deſtinatum forcipem invenio p. 27. Dedit autem *anatomen* compilatum, *compendium medicinæ*, *chirurgiam* & *antidotarium chirurgicum*. Ejus opera ſæpiſſime prodierunt ut 1498. PL. 1499. fol. PL. HAEN. 1500. PL. 1519. PL. Venetiis 1546. fol. Lugduni 1559. 8. 1572. 8. HAEN. LAURENTIUS JOUBERTUS, Cancellarius & Judex Monſpelienſis, *Chirurgiam magnam reſtitutam* dedit, Lugdun. 1585. 4. & notas addidit, quibus varia barbare a GUIDONE dicta illuſtravit: ISAACUS vero JOUBERTUS *Dictionarium* vocum barbararum & icones adjecit. FRANCISCI etiam FRANCHINI exſtant *queſtions en chirurgie ſur les œuvres de Mre.* GUI de CHAULICE, Pariſ. 1604. 8. Denique totum opus reformavit, dictionem correxit, adjecit loca veterum, JOHANNES TAGAULT Profeſſor Pariſinus, titulumque fecit *de Chirurgica inſtitutione* L. V. qui ſæpe prodierunt, Pariſiis 1543. fol. Lugdun. 1547. 8. 1560. 8. 1567. 8. HAEN. Francof. 1574. fol. Venet. 1549. 8. PL. & in collectione Tigurina 1555. fol. & Italice 1596. 8. HEIST. An aliud opus ſit quod *metaphraſin in* GDIDONEM CAULIACUM vocat LINDENIUS editam Pariſiis 1545. 4. non dixerim. Aliqua GUIDONIS TAGAULTIUM omiſiſſe monet FREINDIUS. Exſtant etiam JOHANNIS FALCON *remarques ſur la Chirurgie de* CHAULIAC, Lyon 1649. 8. & *abregé in Chirurgie de* GUI DE CAULIAC *par* VERDUC, Pariſ. 1704. 8. 1716. 8. & *commentaires ſur la grande Chirurgie de* CHAULIAC *par* SIMON MINGOLOUSEAUX, Pariſ. 1683. 8.

JOHANNIS TAGAULT L. V. *de chirurgica inſtitutione*, quos GUIDONIS de CAULIACO opus reformatum eſſe diximus, gallice prodierunt Lion 1580. 8. Cæterum operum GUIDONIS *extractum* aliud etiam exſtat, præter id quod citavimus, ſub titulo nempe *le Chirurgien methodique*, Lyon 1597. 12. MANGET. Chirurgiam etiam GUIDONIS cum gloſſa FALCONIS *corregida y emendada* edidit JOH. CALVUS Valent. 1596. fol. ANT. *

JOHANNES ARDERNUS a FREINDIO laudatur, coævus GUIDONI, tanquam primus Chirurgus, qui in Anglia eminuerit. Sed ejus ſcripta ſunt edita, ſolo excepto Tractatu *de fiſtula ani* (quam ſe ſanaſſe adfirmat), verſo a JOHANNE READ. a. 1588. * Annon ille eſt JOHANNES ANGLICUS, cujus *praxis medica de morbis, & de chirurgia*, Aug. Vindelicorum 1595. 4. edita citatur a L. HEISTERO?

NICOLAI de NICOLIS *ſermo* VII. eſt *de Chirurgia*, Venet. 1491. fol PL. 1533. HEIST. Vidi paſſim ex citationibus obſervaſſe & curaſſe, non omnino inutilem ſcriptorem.

VALESCUS de TARANTA, Monſpelienſis Profeſſor, paulo junior GUIDONE. ſub initio ſeculi XV. floruit, CAROLO VI. regnante. Ad Chirurgiam pertinent tum multa miſta cum morbis quos medici curant, ſecundum partes corporis recenſa, tum *Philonium*, ut vocat, *Chirurgicum* totum, quo magna pars hujus artis tractatur. Sed in vere chirurgicis valde brevis eſt, exemplo luxationis & fracturæ, multus in medicamentis. Ordo bonus eſt, & *canones* ſeu cautelas & axiomata practica paſſim interponit, & nonnullas ſuas obſervationes ipſe barbare ſcripſit, qualis mea eſt editio Lugduni 1535. 4. minori edita. Dictio autem in melius reformata eſt a GUIDONE DESIDERIO, cujus *epitome* VALESCI de TARANTA prodiit, Leid. 1560. 8. recuſa, curante VVEDELIO, Francof. 1680. 4. Arabes & GALENUM diligenter legit.

LEONARDI BERTA PALIA *de apoſtematibus, de vulneribus, de ulceribus, ægritudinibus nervorum & oſſium* libelli exſtant in collectione Veneta 1546. fol. Citat duas hominum diſſectiones factas anno 1439. 1440. Barbarus, credulus, deditus aſtrologiæ, laudator arcanorum nugacium, & in emplaſtris plurimus fuit. Chirurgiam exercuit, non timidus, qui cancrum non exulceratum exſtirpaverit *ruptorio*. Cauteria cauſticis recte præfert. Alias editiones habet LINDENIUS 1790. & 1519. fol.

PETRUS de ARGELATA hujus ſeculi eſt, cum ejus *Chirurgia* L. VI. comprehenſa, Venetiis 1480. fol. PL. tum 1492. 1497. & 1499. fol. HAEN. prodierit. Mea eſt Veneta 1520. fol. Suas obſervationes ſæpe interponit, ut in vulnere brachii, quo reſecto muſculo motus periit. Nervos tuere vetat, & ſufficere docet, ſi carnes conſuantur, nervique adducantur, ut nunc recentiſſime fit. In vulneribus profundis ſe ſutura centies feliciter uſum ipſe teſtis eſt.

Cum ſagittam de gula exſecaret, periiſſe in operatione ægrum fatetur, monetque *fratres*, ne ſimili temeritate utantur, &c.

In hoc ſeculum cadit etiam renovata Pariſiis ſectio calculi, tentata in latrone, ſuadentibus Medicis, permittente LUDOVICO XI. & adminiſtrante GERMANO COLLOT. Obſcura vero hiſtoria eſt, & ad adparatum altum pertinere videtur, cum inteſtina repoſita fuiſſe & futuram factam legamus. Laudem eam medicis vindicant Pariſini in *ſecond mémoire pour le Doyen & les D. D. Régens de la faculté*, p. 21.

ROLANDI CAPELLUTII *chirurgiam*, Venetiis editam 1490. fol. 1519. fol. 1546. fol. recenſet LINDENIUS. Sed is videtur eſſe multo antiquior ROLANDUS, qui non anno 1468. ſed ante GUIDONEM, uti dictum eſt, vixit. ROLANDI vero CAPELLUTII tractatus *de curatione peſtiferorum apoſtematum* ex CONRINGII bibliotheca editus eſt Francof. 1642. 8. Brunſvvic. 1648. 4. Is practicus potius eſt & peſtis dat deſcriptionem, quam ipſe vidit.

In JOH. a KETAN faſciculo, Venetiis 1459. LIND. & 1513. fol. (quæ mea eſt editio) edito, collectio formularum exſtat ad morbos chirurgicos, & de *phlebotomia* Tractatulus.

BARTH. de MONTAGNANA in *conſiliis*, Venet. 1749. fol. ſatis multa habet chirurgici argumenti.

HIER. BRAUNSCHVVEIG (SALER. civis Brunſvvicenſis) *buch der Chirurgia hantvvirkung der vvundarzney*, Augſpurg 1597. fol. RIV. PL. * *In dieſem büchlein findet man gar eine ſchöne untervveyſung und leer vvie ſich die Chirurgici gegen einem jeglichen vervvundten menſchen .... halten ſollen*. Auctor eſt JOHANNES KARETHANUS, Liber vero Coloniæ prodiit, anno non addito. Aliam editionem habet HEISTERUS, Erfurti 1545. 4.

HIER. BRAUNSCHVVEIG chirurgia Anglice prodiit *Jerom of Brunſvvic noble experience of the vertuous handyvvork of furgery*, Southvvark 1525. fol. AMES.

JULIANI GUTIEREZ de TOLEDO *de la cura de la piedra dolor de hyada y colica renal*, Toledo 1498. N. ANT. *

In ANTONII BENIVENII obſervationibus aliquæ ſunt, quæ huc pertinent, partus ex utero rupto, uteri amputatio, &c. Sic in A. BENEDICTI operibus, quæ laudavi in pathologicis, calculus circa anum natus & alia chirurgica exſtant, ut apud hominem, qui in caſtris militaverit. In L. XXIV. c. 36. ſanationem deſcribit herniæ, in qua ſolus ſaccus ligatus eſt.

J. BRABI CHAMICI *de capitis vulneribus* L. I. Conimbræ 1516. fol. LIND. *

Maximus autem ſequitur chirurgus, cujus opuſculum melius mihi videtur, quam priora, quæ exſtant, omnia JACOBUM BERENGARIUM Carpenſem volo, quem ad reformandam chirurgiam praxis manu duxit, & præluxit anatome. EJUS Liber *de fractura cranii* prodiit Bononiæ 1618. 4. PL. Venet. 1535. 4. HEISTER. Leidæ 1629. 1715. 8. Rudis equidem eſt dictio, & medicamenta nimis multa, nimiſque auctori laudata. Encheireſes & inſtrumentorum hiſtoria brevis eſt, quæ fere apud recentiores conſervata ſunt. Sed obſervationes multæ & propriæ adceſſerunt, cordati viri, & efficaci medicinæ adſueti. Arabes fere ſequitur, Græcos raro citavit. Uteri amputati hiſtoriam refert. In *commentariis ad* MUNDINUM partum ventralem vidit utero per apoſtema rupto.

JOHANNES de VIGO Genuenſis eodem tempore vixit, qui anno 1503. Romam vocatus fuerit a JULIO II, & ipſe utique manum operi admovit. EJUS *Practica* ſæpiſſime recuſa eſt Lugduni 1516. 4. HEIST. PL. 1518. 8. 1530. 8. 1534. 8. Venet. 1561. 8. Germanice ſub titulo *groſſe und kleine vvundarzney* prodiit, Noriberg. 1677. 4. Nam majus opus IX. Libris, minus V. aliis JOHANNES conplexus eſt, ut bene multi ſolebant, qui ultimi ſeorſim etiam *practica compendioſa* titulo prodierunt, Venet. 1570. fol. PL. Gallice etiam Vigonis practica Lugduni 1537. 8. Italice, Venetiis prodiit 1540. 1582. PL. 1560. 1568. 4. HEIST. 1598. PL. 1610. 4. MEIB. Multum quidem GUIDONE uſus eſt, quod JOANNES van HORKE advertit, & medicamentis valide indulſit, ex ſeculi ingenio, ſed propria tamen ſibi habet, & curationum eventus ipſe obſervavit. Pleniſſime cæterum ſcripſit, ut etiam anatomen & ſimplicium hiſtoriam cum ambitu Chirurgiæ conjunxerit.

Collectio librorum Chirurgicorum aliquoties prodiit, ut Venet. 1499. fol. In ea exſtant *Cyrurgia* G. de CAULIACO, *Cyrurgia* BRUNI, THEODORICI RULANDI, ROGERII, LANFRANCI, BERTAPALIA, & JESU HALI atque CANAMUSALI *de oculis*. Tum ibid. 1546. fol. nitidior editio prodiit in qua, omiſſis illis de oculis libris, habetur præterea LEONARDUS BERTAPALIA & GUIL. de SALICETO.

Cum JOH. ARCULANI practica, Chirurgia etiam cum inſtrumentorum delineationibus traditur. Mea editio eſt Veneta 1555. fol.

JOH.

JOH. VIGONIS practica Gallice primum prodiit Pariſ. 1530. fol.

ANGELI BOLOGNINI *de cura ulcerum* Liber & *de unguentis comunibus in ſolutione continui* Liber Papiæ 1516. fol. Baſil. 1536. 4. & in collectione GESNERIANA. Medicamentarius uterque.

Thegreate herbal.....and book of ſurgery, Lon. 1527. fol. AMES. *

GEORGII VALLAE *de univerſi corporis purgatione per .....cucurbitulas, venaſectionem*, Argent. 1529. 8.

THEOPHRASTI PARACELSI *Chirurgia magna* (*groſſe vvundarzney*) Tom. I. L. IV. & Tom. II. L. X. Argent. 1573. latine prodiit *, & germanice 1585. fol. * *Chirurgia* vero *minor* ſola, Baſil. 1579. 8. 1671. 4. * & Argent. 1573. fol * 1608. 8. * abſque numero anni adjecto & germanice edita eſt Strasburgi 1608. 8. * EJ. *drey bücher von vvunden und ſchäden*, Francofurti 1549. 8. 1565. 8. 1577. 8. * EJ. *chirurgiſche bücher und ſchriften* ſeu collectio chirurgica, Baſil. 1591. 4. * Argent. 1618. fol. * Edita eſt in minori chirurgia, quam ſolam legi, theoriam chemicam morborum dat, & ex eo fonte medicamenta opponit. Ita v. g. ex alumine plumoſo ſcrophulos derivat. Ad cancrum realgar ſublimatum illinit, &c. Et in univerſum Chemicis non exigua pars medicamentorum chirurgicorum externorum debetur, erodentia nempe mercurialia, omnium potentiſſima, tum ex argento, & calce ſumta, & uſto alumine. Deinde decocta vulneraria, jam antiquitus Germanis uſitata, PARACELSUS in uſum revocavit, quæ in carie & cacochymia non abſque utilitate ſunt.

MARIANI SANCTI *de lapide renum* L. & *de veſica lapide excidendo* L. Venet. 1535. 8. Pariſ. 1540. 4. (quæ mea eſt editio, quam procuravit JOHANNES ITINERIUS). EJUSDEM *Commentarius in* AVICENNÆ *textum de apoſtematibus calidis, contuſione & attritione*, &c. prodiit Rom. 1526. 4. & Liber *de calculo* recuſus eſt Venet. 1543. 4. RIV. Lugdun. 1542. 8. Denique *libellum quidditativum de modo examinandi medicos chirurgos* ſcripſit, & ipſum recuſum a GESNERO. De veſicæ lapide celeberrimum libellum legi, qui a GESNERO etiam recuſus eſt. Inventor novæ methodi propriæ fuit JOHANNES de ROMANIS Cremonenſis, edidit autem eo conſentiente diſcipulus ejus MARIANUS. Præcipuum in eo artificio eſt quod ſuper catheterem urethra aperiatur, quam ſuper calculum priores incidebant, & quod inciſio in anteriori parte perinæi fiat. Inſtrumenta autem pingit etiam plura, quam noſtro tempore, dilatatorium mirificum, & forcipem ſingularis fabricæ. Dictio ampullata. In L. *de renum lapide* pulverem ex petroſelino & carduo ſtellato pro ſpecifico lithontriptico commendat. *Compendium chirurgiæ* etiam a C. GESNERO recuſum eſt, & vulnera, ulcera & capitis læſiones tractat. Cum VIGONIS etiam nonnullis editionibus prodiit, ut Lugdunenſi 1534. & 1538. 8. Arterias ea ratione ligavit, ut nunc ſolent, acu nempe hinc & inde ad latus arteriæ infixa, & ea una cum carne adſtricta, & alia monet utiliter in opere ipſo verſatus.

NICOLAUS MASSA paſſim aliqua chirurgica tetigit. Gaſtroraphiam, quam ROUSSETI tempore in Gallia nemo norat adminiſtrare, deſcribit in *introductione anatomica*. In *epiſtolis* etiam aliquas obſervationes habet. EJ. L. *de venaſectione* prodiit Venetiis 1568. 4. * HEIT.

EUCHARII RHODIONIS *von der geburt des menſchen*, Francof. 1532. editus eſt 1565. 8. 1582. 1608. recuſus eſt inter antiquiſſimos libros obſtetricios. Cum titulo *de partu hominis, parturientium & infantum morbis*, Pariſ. 1535. 8. Francof 1551. 1563. 8. & gallice ſub titulo *Livre des divers travax & enfantemens des femmes*, prodiit Pariſ. 1540. 12.

Anonymi L. IV. *de morbis oculorum, herniis, tinea, dentibus & ulceribus antiquis*, Germanice editi ſunt Argent. 1538. 4. HEIST.

Nützlich bad und artzney den bruch an alten und jungen ungeſchnitten zu heilen, Strasburgi 1539. 4. Promittit ſanationem herniæ abſque ſectione.

J. von GERSTORF *genannt* SCHYLHANNS *feldbuch der vvundarzney*, Argent. 1526. 4. Francof. 1551. fol. PL. quod idem credo eſſe *de chirurgia caſtrenſi*, Argent. 1527. 4. HEIT. 1540. fol. EJ. *de chirurgia & corporis humani anatomia*, Argent. 1542. fol. HEIST. Francof. 1551. 8. LIND. EJ. *Haus, feld und ſtattbuch bevvährter vvundartzney*, Francof. 1598. 4. 1606. 4. Non vidi.

J. von GERSTORF ultimo loco citatus liber, quem tum non videram, nunc omnino coram eſt, ex editione Argentoratenſi 1517. fol. Chirurgus Argentoratenſis eſt, qui ipſe artem exercuit, non penitus ſpernendus, cum v. g. in amputandis artubus reducere cutem, tunc adtrahere ſuper truncatam partem jubeat, & circumambire veſica, & non adhibito ferro candente, niſi vena nimis ſævierit. Multum tamen medicamentis indulget.

Anonymi *chirurgia* cum iconibus ex ALBUCASE, germanice Argentinæ edita 1540. fol. HEIST.

HIPPOLYTI ANTONELLI *de cucurbitula* L. Pariſ. 1541. 8. LIND.

TERTII DAMIANI *Theorica Chirurgiæ*, Antvverp. 1541. GESN.

MICHAELIS ANGELI BLONDI *de partibus ictu ſectis citiſſime curandis & medicamento aquæ nuper invento*, Venet. 1542. 8. & in collectione GESNERIANA. Vulnera ſola aqua ſimplici vult ſanare impoſita, abſque turundis aut ſuppurantibus.

GUALTERI HERMANRYFF *handbüchlein gemeyner practic der ganzen Leibartzney*, Strasburg. 1541. 8. EJ. *groſſe Chirurgie oder volkommene vvundarzney*, Francof. 1545. 1559. fol. 1662. fol. EJ. *feld und ſtatt buch bevvärter vvundarzney*, Francof. 1556. 4. MEIB. EJUSDEM *ſchvvangerer frauen roſengarten*, Francof. 1561. 8. & EJ. *hebammenbuch*, Francof. 1569.8.1600. 4. HEIST. EJUSD. *nützlicher berichtvvie man die augen und das geſicht ſchärfen und geſund erhalten: die zähne friſch und feſt erhalten ſoll*, VVürtzburg 1548. 4. De oculorum & dentium malis. EJ. *bevveherte cur des ſteins und gries in nieren, blaſen und lenden .... auch gründlicher bericht den ſtein zu ſchneiden*, Argentor. 1543. 4. PL. Non legi celebris compilatoris opera.

The queſtionary of cyrurgy vvith the formularies lyttle Guidoin cyrurgie, ... vvith a ſyngular treaty of the cure of ulcers translated from the french by ROBERT VVYER, Lond. 1541. fol. * AMES.

JAC. HOLLERII STAMPANI Liber *de materia chirurgica*, Pariſ. 1544. fol. 1552. 1560. fol. HEIST. Lugd. 1547. 8. Francof. 1589. 12. cum TAGAULTIO, & in collectione GESNERI. Medicamenta ſunt ex veteribus collecta. Id opus autem paſſim cum tractatu de nervorum malis, de dolore, de hæmorrhagia, de pyroticis, præfecto titulo *Inſtitutionum chirurgicarum* L. III. Pariſ. 1552. 1571. 8. Lugdun. 1588. 8.

LAUR. BURRES *Chirurgia* Germ. Erfurt. 1544. 4. HEIST.

ALPHONSI GOMEZ *de tumorum præparatione*, Hiſpali 1546. 12. L. *

In JOH. BAVERII *conſiliorum Libro*, Argentin. 1546. 4. aliqua chirurgici ſunt argumenti.

J. DRYANDRI *Artzney ſpiegel beneben des menſchlichen körpers anatomey und chirurgiſchen inſtrumenten*, Brancof. 1547. fol. RIV. *

LEONHARDI FUCHS *ad quinque priores de curandi ratione Libros appendix in qua chirurgica maxime tractantur*, Lugdun. 1548. 16. Hi Libri VI. VII. VIII. & prioris operis *de ſanandus corporis humani affectibus*, Baſileæ jam anno 1542. 8. editi liber *quintus* huc pertinent.

MATTIÆ CORNACIS *hiſtoria quinqueniis fere geſtationis in utero & quemadmodum infans ſemiputridus reſecta alvo exemtus, ſed & mater curata evaſerit*, Vienn. 1550. & *hiſtoria* II. *quod eadem femina denuo conceperit & interierit* ibid. Eadem cum multis appendicibus ſimilis argumenti prodiit cum EJUS *conſultationibus medicis*, Baſil. 1564. 4.

BENED. TEXTOR *de cancro & ejus natura & curatione*, Lugd, 1550. 8. MIEB.

AMBROSIUS PAREUS, reformatæ religioni addictus, Chirurgus regius primarius quatuor Regum, quem primum Europæ Chirurgum vocat BRANTOME (*vie de Charles* IX.) ſolus a Rege CAROLO IX. in laniena illa crudeliſſima ſervatus grato ob ſanatum ſibi læſum in venæſectione tendinem. Vir modeſtus, cordatus, expertiſſimus, mediocriter tamen eruditus fuit, ut cui neceſſum fuit GALENI gallicam verſionem a medico exorare (JOHANNE CANAPE). Anatomen in ſcholis medicis exercuit. Caſtra diu ſecutus, obiit anno 1590. EJUS multa opera huc pertinent. Primum quod legi, eſt *Maniere de traiter les playes faites per harquebuſes, fléches*, &c. Pariſ. 1551. 8. Ab Italo chirurgo didicerat modum molliter vulnera curandi. Negat vulnera ſclopetaria amburere. Machinas ad educendas glandes delineat. De fracturis complicatis agit, & de carie, de ambuſtis, de gangræna & amputatione, in qua cauteriis utitur. Vulnerum graviſſimorum ſanatorum exempla profert. Adjicit aliqua obſtetricia quibus brachium præeuns vult amputari. Hujuſmodi etiam aliqua exſtant cum EJUS *briefve collection de l'adiminiſtration anatomique*, Pariſ. 1549. 8. cum ſectionis cæſareæ in mortua matre methodus. Deinde legi ejus opera, a docto viro recognita & latinitate donata, Pariſ. 1582. fol. recuſa, Francof. 1594. fol. 1610. 1612. fol. & apud UFFENBACHIUM, Gallice edita Lugd. 1641. fol. 1652. fol. & belgice Leid. 1604. Amſtelod. 1615. 1636. 1649. fol. Præfatio data eſt a PAREO anno 1579. Libri ſunt 26. quorum huc ſpectant *de tumoribus* Libri VI. & VII. *de vulneribus* Libri VIII. IX. X. (quorum poſtremum diximus), *de contuſionibus & gangranis* Liber

XI. *de*

XI. *de ulceribus , fiſtulis & hæmorrhoidibus* Liber XII. *de faſciis* Liber XIII. *de fracturis* Liber XIV. *de luxationibus* Liber XV. *de pleriſque affectionibus quarum curatio manu fere perficitur* Liber XVI. *de reparandis quæ deſunt* Liber XXII. *de generatione* (ubi ſitus perverſi fœtus , & partus & uteri prolapſus aliaque huc pertinentia vitia deſcribuntur) Liber XXIII. *de renunciatione* Liber XXVI Etſi non negaverim , opus PAREI a medicis Pariſinis pretio redemtis adornatum eſſe, quod RIOLANUS adfirmat, (*Anthr.* pag. 31.) & recte forte monuerit J. van HORNE, rectius fuiſſe facturum PAREUM, ſi ſolas obſervationes edidiſſet, neque auxiſſet librum alieno labore (*microtechn.* pag. 526.,) nihil tamen inde decedit magni viri meritis. Acu per carnem trajecta , deinde ipſa arteria forcipe prehenſa & ligata ſanguinis fluxum ſupprimere docuit , (niſi in Italia didicit) & pila ex charta intincta adſtringenti medicamento. In hydrocele ſetaceum adhibuit . Idem in collo ad oculorum mala adhibuit. Oſſa carioſa parvis foraminibus terebravit . Mammam amputabat trajecta acu. Arteriotomen commendavit & feliciter exercuit. Inſtrumenta multa invenit, aut perfecit. Encheireſes novas excogitavit . Dentes repoſitos comprehendere & firmari ante recentiores monuit. Uterum amputavit. Cartilagines in partu deprimi , etiam prope ſacrum os , obſervavit . Fracturam colli femoris pro luxatione habitam adgnovit. Humerum antrorſum vidit luxari. In paracenteſi perire monuit , quibus omnis aqua una emitteretur. Connatas vertebras dorſi vidit , ut infinita alia taceam , omni laude digna. Hic primus inter Chirurgos Pariſinos eminuiſſe videtur , cum GUIDONIS tempore inter quinque ſectas nulla eſſet Pariſinorum aut Gallorum memoria , neque Pariſiis excitaretur inter Chirurgos, niſi P. de ARGENTERIA , Medicus , neque notiſſimus homo . Ex Italia vero inprimis & ipſum PAREUM & THEODORICUM de HERY laudis ſemina reportaſſe certum eſt, PAREO fatente in Lib. de vulneribus ſclopetariis.

AMBR. PAREI opera Anglice prodierunt Lond. 1578. fol.

ANDREÆ LACUNA *methodus cognoſcendi & extirpandi excreſcentes in veſicæ collo carunculas*, Rom. 1551. 12. * Ulyſſipone 1560. 8. *

ANDREÆ LACUNA hic citati arcanum ad carunculas vindicat ſibi AMATUS.

CHRISTOPHORI a VEGA *de curatione carunculartum* , Salmanticæ 1552. ASTR. & Complut. 1553. LIND. *

BARTHOLOMÆI MAGGII Lib. *de vulnerum a globulis ſclopetorum illatorum curatione*, Bonon. 1552. 4. RIV. HAEN. & in collectione GESNERI , atque Veneta , quam dicemus , recuſus , 1566. 8. Bonus auctor. Venenatam & exurentem horum vulnerum naturam refutavit . In Inſtrumeutis & medicamentis multus fuit . De carie , de ulceribus etiam egit. Eum LAURENTIUS JOUBERTUS in Lib.gallico *de vulneribus ſclopetorum* exſcridſit VIGIER p.155.

J. PHILIPPI INGRASSIÆ *de tumoribus tomus* I. *in quo generatim tumorum omnium præternaturalium ſpecies declarantur*, Neapol. 1553. fol. Explicat C. I. Fen. III. Libri IV. AVICENNÆ & Libri *primi* dimidium. Reliqua, quæ promittit, numquam, prodierunt. Tumorum facit genera 226. cum eo referat carum etiam & lethargum. Doctus in concilian dis Græcis & Arabibus , quos , & Arabes inprimis , diligentiſſime legit . Obſervationes varias ad PAULI , AETII , & aliorum Græcorum latinas verſiones adſperſit . Hiſtoria ex cadaveribus & praxi ſua aliquas profert, ut abſceſſuum in cerebro. Cum femoris os luxatum crederetur, oſtendit trochanterem avulſum fuiſſe . Superſtioſus homo ſcribit a D. VINCENTIO inplorato ſanatum fuiſſe hydrocephalum fruſtra reclamantibus diabolicis hæreticis. EJ. *illuſtriſſimi Ducis Terranovæ enarratio & curatio*, Venetiis prodiit 1568. 4. cum conjunctis etiam VESALII & EUSTACHII conſiliis. Fractura duarum coſtarum erat , inde colluvies purulenta in pectus elapſa cum febre. Sanatus fuit æger tribus cauteriis admotis. Contra EUSTACHIUM acerbior fuit.

J. PHILIPPO INGRASSIÆ adde EJUS *iatrapologiam*, Venet. 1544. 8. quæ apologiam continet curatæ contuſionis tibiæ, & quæſtionem , num in capitis vulneribus liceat alvum ducere, quam adfirmat, cum nonnullis conditionibus.

PHILIPPI FLESSELLI *chirurgia*, Pariſ. 1553. 16. LIND.

ALPHONSI FERRI *opuſculum de caruncula ſeu callo quæ cervici uteri innaſcuntur*, Lugd. 1553. 4. & cum ſequente opere ubique recuſum eſt. Laudat erodentia , deſtructionem carunculæ per catheterem, candelas, vitriolum, multus in bene longis compoſitionibus. EJ. *de ſclopetorum vulneribus* L. III. Lugd. 155. 4. Venet. 1556. 8. Francof. 1575. 4. Lugd. 1583. 4.

& in

& in *collectione* GESNERIANA, Tigur. 1555. fol. triroſtre inſtrumentum, ſatis paradoxum, pro extrahendis glandibus excogitavit, & Alphonſurum dixit. Acus pro ligandis arteriis probo. In *corollario* defendit omnino ambuſtionem a vulneribus ſclopetariis.

JACOBI RUEFF *de conceptu & generatione hominis* Libri VI. Tigur. 1554. 4. Francof. 1580. 4. auctius & 1587. 4. Habet etiam partus difficiles Figuris expreſſos. Idem videtur ejus *Hebammenbuck*, &c. Francof. 1588. 4. HAEN. 1600. & *'t boeck van de vroetvvyf*, Amſtelod. 1670. 4. vertente MARTINO EVERARDO. * EJ. libellus *de tumoribus quibuſdam phlegmaticis nonnaturalibus*, Tiguri editus 1556. 4. belgice verſus ab HENRICO van ROONHUYSEN ſub titulo *Tractaat van de phlegmatyke gezvvellen*, Amſtelod. 1662. 8. Inmenſa vis formularum & theoria inutilis.

Inter FR. VALLERIOLÆ *exercitationes*, Lugduni 1554. fol. & ſæpe alias editas non adeo paucæ Chirurgici argumenti ſunt.

In J. LANGII LAMBERGII *epiſtolis* non pauci caſus chirurgici etiam rariores reperiuntur, ut refecti uteri. Excerpſit eos GESNERUS, & collectioni ſuæ addidit.

J. FRANCISCI ROTÆ Liber *de bellicorum tormentorum vulnerum natura enchiridion*, Bonon. 1555. 8. Venet. 1566. Antvverp. 1583. 4. Francof. 1575. 4. & in GESNERI collectione. Venenorum & ambuſtionum in his vulneribus defenſor, antiquorum inutilis imitator.

A. 1555. Königsbergæ, ſeu Regiomonti prodiit in 4. collectio in qua JOH. von PARISIIS *nevv vvundarzney*. LAUR. BURR's *nevv vvundartzney*, LANFRANCUS & alii habentur. *

AMATUS LUSITANUS in ſuis *curationibus* plurimas habet chirurgicas. Monet poſſe in futuris trepanum adhiberi, etiam in futura lamdoide, & fracto oſſe occipitis.

CONRADUS GESNERUS, ut omnem rem medicam, ſic Chirurgiam ingenio ſuo illuſtravit. Arteriotomen, dudum ſepoſitam operationem, in amico ſuo FELICE VVURZIO, celebri Chirurgo, feliciter renovavit. EJUS opera prodierunt *de Chirurgia ſcriptores optimi quique veteres & recentiores*, Tiguri 1555. fol. Auctores, quos recudi curavit, jam nominavimus omnes. Ipſe addidit paſſim figuras, & catalogum ſcriptorum chirurgicorum de more ſuo, minime inutilem.

RODERICI de MOLINA medici & chirurgi *inſtitution chirurgica en que facilmente ſe hallaran todas las ſpecies de llagas que ſon y pueden ſer hechas en la cabeça*, Granat. 1557. N. ANT.

PIETRO e LUDOVICO ROSTINI *compendio di tutta la Chirurgia*, Venet. 1557. & 1558. 8. 1630. 8.

FRANTZ RENNERS *vvundarzney*, Francof. 1576. 4. * PL. Idem citat EJUS *äuſſerlicher arzney.. handbuchlein*, Nurnberg. 1557. 4. *

HIER. MONTUI *chirurgica auxilia ad aliquos affectus qui reparationem exigunt, curationem morbi item venerei*, Lugd. 1558. 4. PL. *

J. BAPT. SUSII *de ſanguinis mittendi ratione*, Baſil. 1558. 8. & ex editione J. TRULLERII Rom. 1628. 12. * EJ. *de venis e directo ſecandis*, Cremon. 1559. 4. Sed hæc in practicis repetentur.

Inter JULII DELPHINI *quæſtiones medicinales*, Venet. 1559. 8. Liber II. eſt de cauteriis.

In COLUMBI ultimo Libro *de re anatomica* etiam chirurgici argumenti habentur obſervationes, ut ancylofis vertebrarum, &c.

LEONHARDUS BOTALLIUS Medicus Regius, qui caſtra ſecutus naturam ipſam ſollicite obſervavit, & manu, ſub fratre ſuo, medicinam fecit. EJUS multa exſtant chirurgica, ut *Tractatus de curandis vulneribus ſclopetorum*, Lugd. 1560. 8. 1565. 16. Venet. 1566. 8. 1597. 8. MEIB. PL. Antvverp. 1583. 4. germanice, Norimb. 1676. 8. utilis omnino eſt. Uſtionem omnem & vim venenatam refutat: maſculam vim trepani effert, qua eo ævo rariſſime utebantur: turundas longiores reprobat: inſtrumenta ſimplicia & commoda proponit. EJUSDEM *de curatione per ſanguinis miſſionem*, *ſcarificationem*, *hirudines*, Lugduni 1580. 8. Antvverp. 1583. Mechaniſmum venæſectionis deſcribit, & eam in omni fere morbo laudavit, vel auctor, vel promotor certe praxeos, quæ nunc in Gallia regnat. Revulſionem & derivationem rejicit. Opera omnia recuſa ſunt Leidæ anno 1660. 8. curante JOHANNE van HORNE.

ANTO-

Poſt hunc ſequitur GABRIEL FALLOPIUS (*a*), in ſuis chirurgicis operibus, gra-

ANTONII CHALMETEI *enchiridion chirurgicum externorum morborum remedia complectens; quibus acceſſit methodus probatiſſima curandi morbi venerei*, Pariſ. 1560. 8. mihi 1564. 8. HEIST. OSB. 1567. 8. Lugd. 1570. 1588. 12. Patav. 1593. 8. Baſil. 1621. 8. Orleans 1621. 8. PL. 1636. 8. & cum aliis libellis FRAMBESARII atque HILDANI, Baſil. 1634. 8. belgice etiam excuſum vertente GYSBERTO COETS 1640. 8. Amſtelodami. PL. Diſcipulus RONDELETII fuit, SAPORTÆ, J. SYLVII & GUILIELMI LAUTHIER, Librum recognoſcendum dedit NICOLAO FONTANO. Fere totus in formulis eſt, & medicamentis, cum perpaucis obſervationibus. In lue venerea præfert mercuriale unguentum.

ANTONII CHALMETEI dictus liber excuſus etiam exſtat Genev. 1659. 8.

PIERRE FRANCO *Traité des hernies*, Lyon. 1561. 8. Chirurgus Lauſannenſis & Bernenſis (in præf.) vir egregius undique, & anatomes peritus, pius homo, & induſtrius qui ſceleta iu bibliotheca Bernenſi dedicavit, Friburgi & Lauſannæ docuit. (HILDAN. *vom nutzen der anatom.* pag. 140. 141.) De herniis quidem utiliter ſcribit, multas hiſtorias adducit, filum aureum laudat. Sarcocelen & ejus operationem exponit, adhæſionem inteſtini ad teſtem obſervavit, hydrocelem ſanat, inciſo ſcroto, inſerta turunda. Plurimam vero laudem meruit nova operatione, quam neceſſitate coactus adminiſtravit, cum calculus per perinæum extrahi non poſſet; veſicam nempe ſuper os pubis contra præjudicia ſeculi incidit, quo vulnera veſicæ credebantur funeſta eſſe. Inſtrumenta etiam apta excogitavit, itinerarium *gorgeret*, & forcipem noſtris ſimilem. In vulgari etiam operatione, quando calculus ægrius ſequitur, ſuaſit ut differatur extractio, donec ſuppuratio partes laxaverit. De *cataractis* etiam & oculorum morbis egit.

HIERON. CRASSI *Tractatus de tumoribus præter naturam, de ſolutione continui, de ulceribus*, Venet. 1562. 4. PL.

GEORGII PHÆDRONIS *chirurgia minor ſeu omnium ulcerum perfecta curationis methodus*, Baſil. 1562. 4. Paracelſicus homo, in quem optimus GESNERUS vehementer in epiſtolis invehitur.

MATTHIÆ KAPFER *relatio vera quomodo cultrum ex ancillæ cujuſdam ventre quem per annum fere in eo geſtaverit, ex latere extraxerit, ægramque ſanitati reſtituerit*, VVolfenbuttel. 1563. 4. germanice HEIST.

ANTONII SAPORTÆ *Libros quinque de tumoribus præter naturam* huc refero, etſi longo poſt tempore ex bibliotheca F. RANCHINI eos ediderit HENRICUS GRAS, Lugduni 1624. 12. More & ordine veterum tumorum genera percurrit, adjecit quinque vel ſex proprias obſervationes, inprimis aneuryſmatum in arteria intercoſtali ſuperiori, crurali, aorta. Adjectus eſt libellus non utiliſſimus JOHANNIS SAPORTÆ *de lue venerea*.

FELICIS VVURZII poſthumum Librum hic citabo, quem frater RODOLPHUS, Baſileæ 1576. 8. HE. 1596. tum 1612. edidit, ſæpe recuſum ut Baſil. 1616. 8. 1687. 8. & 1675. 8. cum Libro obſtetricio & iconibus adjectis ab H. SCHAEVIO tum VVolfenbuttel. 1624. 8. Stettin. 1649. 8. 1659. 8. & alias ſub titulo *Practica der vvundarzney*. C. GESNERI coævus & amicus fuit. Libri quinque ſunt, tres de vulneribus, unus medicamentorius, ultimus pertinet ad curam infantum. Magni eum facit BOERHAAVIUS pag. 432. Tom. I. *Prælectionum Practicarum* edit. 1745. In vulnerum curatione turundas refutat, & cauteria ad hæmorrhagias ſupprimendas, & nimiam curioſitatem inquirendi in vulnera chirurgi, & abuſum ſpecillorum. Obſervationes multas profert, graviſſimorum vulnerum, multum uſus decoctis vulnerariis.

FELIX VVURZIUS prodiit etiam Breslau 1651. 8.

(*a*) GABRIEL FALLOPIUS ſive FALOPPIA magnus & anatomicus & medicus & chirurgus fuit (GUILANDINUS *de papyr.* pag. 75.) Quare omnino doleo omnia magni viri ſcripta chirurgica a morte demum prodiiſſe, prælectiones nempe a diſcipulis ſatis plerumque barbare & inornate editas. EJUS *Libri duo de ulceribus & de tumoribus præter naturam* prodierunt Venetiis 1563. 4. & *emendatiores atque magna acceſſione aucti a* BRUNONE SEIDELIO, Erfurti 1577. 4. quales etiam in collectione operum reperiuntur. Adparet inde ruditas aliqua in chirurgia, cum candente adhuc ferro in mortua carne artus amputaret, & reli-

graviſsimus vir, dexterrimus anatomicus, anatomes profeſſor, & chirurgus ſo-lertiſsimus.

Dein-

& reliquias putridæ carnis cauterio amburereт. Obſervationes tamen ſuas interſpergit; fumum pyritis accenſi ad ſcirrhum laudat, &c. EJUS alia opera ſunt præter jam citata, *de vulneribus* bene grande opus, Venetiis ſeorſim editum 1571. 4. *de cauteriis*, & *de luxatis & fractis oſſibus*. Multas utique ſuas obſervationes & curationes citat. Contrafiſſuræ exemplum habet, & ancyloſeos in dorſi vertebris. Paracenteſin jubet verſus os Ilium facere, ut nunc ſolet, cum eo tempore prope umbilicum adminiſtraretur. Fungum cerebri obſervavit, neque tamen pro parte ejus viſceris habuit. Calculum etiam ſecabat. THONERUS exemplum habet (L. VII. obſ. 4.) ubi calculus, quem cathetere non potuerat reperire FALLOPIUS, in cadavere multo viſco obductus apparuit.

PETRI FOGLIA *de faucium ulceribus*, Neapol. 1563. 4. 1635. 4. LIND. Ab ANDREA a CRUCE inter præcipuos Chirurgos citatur, ſi is eſt quem FOGLIATAM vocat.

ANDREAS VESALIUS & Anatomica & Chirurgica laude floruit, & CAROLUM, Hiſpaniarum hæredem, ex adliſo capite graviter laborantem felix reſtituit. Pauca tamen ejus chirurgica opera exſtant, *conſilia* nempe pro duce de TERRA NOVA, jam dicta, & *conſilium pro viſu partim depravato, partim abolito*, Baſileæ 1583. fol. cum MONTANO editum, & poſtuma *Chirurgia magna in ſeptem Libros digeſta*, quam a morte Præceptoris PROSPER BORGARUCCIUS regius medicus Venetiis edidit 1569. 8. Plenum opus, quo & anatomes pars aliqua & ſimplicia medicamenta continentur. Humiliter tamen de ea chirurgia ſenſit JOHANNES van HORNE (*micret.* pag. 521.) & compilationem variam editorem inſeſuiſſe HILDANUS auctor eſt opp. pag. 382. Et utique ſolet proponere ſententias GUIDONIS priorumque Chirurgorum, fuſe ſatis, ſua tamen conſilia & experimenta paſſim addit, & ſupplet omiſſa. Appendices in pueris divelli, cranium loco ab ictu alieno frangi, & alia plurima expertus monuit.

LAURENTIUS COLLOTUS eo ævo celebris in Gallia lithotomus fuit, quem etiam PAREUS citavit, & conductoribus uti ſcripſit. Imo duo ejus nominis viri fuerunt, pater & filius, quos laudat DURETUS ad HIPP. *aphoriſm.* & PAREUS, qui LAURENTIUM patrem, & LAURENTIUM & JOHANNEM filios commendat *des monſtres* pag. 443. 444.

JOHANNES BAILLEUL Abbas in *Jonval* HENRICI II. tempore magnam in curandis luxationibus auctoritatem conſecutus eſt, quæ laus & arcana ſanationis methodus in ejus familia manſit, nomen denique in omnes eos homines tranſiit, qui in reſtituendis luxationibus occupantur.

STEPHANUS GOURMELIN *ſynopſeos chirurgiæ Libros* VI. edidit Lutetiæ 1566. 8. LIND. & *chirurgicæ artis ex* HIPPOCRATIS *& veterum decretis ad rationis normam redactæ libros* III. ibid. 1580. 8. Opera chirurgica Gallice edita ſunt Pariſ. 1647. 8. Libros illos III. legi, nitidum nempe & latinum opus inveni, ſed quod nihil proprium neque de nuperioribus inventis quidquam præter apparatum magnum haberet.

STEPHANI GOURMELIN opera chirurgica Gallice primum prodierunt Pariſ. 1571. vertente ANTONIO MALEZIEU.

In J. WYERI obſervationibus pluſcula habentur chirurgici argumenti, quæ prodierunt Baſileæ 1567. 4. Pertinent ad atretas, gangrænam, ſarcocelen, &c. ſic in RUMLERI obſervationibus quas, uti dictum in Pathologicis, edidit WELSCHIUS, egregia deſcriptio aneuryſmatis aortæ exſtat.

PETRI ARIAS de BENAVIDEZ *ſecretos de Chirurgia e ſpecialmente....de la manera como ſe curan los Indios de L lagas* (ſive de modo quo Indi ſua vulnera ſanant) Valladolid. 1567. 8. *

OTHONIS BRUNFELS *chirurgia parva*, Francof. 1596. 8. *

FILIPPI PALATII *methodus medendi vulnera medicamento quod ex aqua ſimplici & fruſtulis de cannabi vel lino conſtat*, Peruſcæ 1570. 8. cum dilucidationibus SANCASSANI Italice edita, notis ibi aucta, & illuſtrata. Lintea aqua calida ebria ſola in vulneribus admittit. Editor vim eam etiam ad ulcera extendit.

J. PAULI NATII *opuſculum de chirurgia & præcipue de ſolutione continui*, Venet. 1570. 8.*

In

Deinde JOHANNES ANDREAS *a* CRUCE (*a*), non ita pluribus notus; ſed pro complemento totius artis habetur, cui innoteſcit. Fuit Italus & Venetus, & chirurgus claſsiarius, tandemque profeſſor publicus. Apud eum cum ſummo candore & ſine faſtu habentur omnia. Editus eſt Venetiis italico ſermone, ſed translatus in linguam latinam, germanicam, gallicam, & quod tamen

 mirum,

In MERCURIALIS *arte Gymnaſtica* aliqua de varicibus exſtant, & Libri *de affectibus aurium & oculorum* utcumque huc pertinent, Francof. 1591. 8.

HIER. MONTANUS circa hæc tempora vixit, in cujus *practica medica* Liber V. continet *chirurgica auxilia*, Venet. 1626. 4.

In JUL. PALMARII Libro *de lue venerea* aliqua ſunt de carunculis, in quibus FERRIUM refutat.

HORATII MORI *tabulæ univerſam chirurgiam uno ordine complectentes ex eruditionibus medicis collectæ*, Venet. 1572. fol. HEIST.

HIERONYMI MURILLO *therapeutica metodo de* GALENO *en lo que toca a cirurgia*, Saragoſſ. 1572. 8. *

VOLCHER COITER in obſervationibus aliqua chirurgica habet. Duram matrem, quam CARPENSIS non auſus erat adtingere, audacter aperiri jubet.

(*a*) ANDREÆ a CRUCE *chirurgia* Lib. VII. Venet. 1573. fol. 1596. fol. LIND. 1605. & EJUSD. *chirurgia univerſale e perfetta*, Venet. 1583. fol. 1605. fol. HAEN. germanice recuſa Francof. 1607. fol. Italicumque continet fuſiſſimum artis ambitum, ut v. g. ad fracturas cranii longo ordine diæta per ſex res non naturales exponatur, ſententiæ veterum ex ordine recenſeantur. Non tamen abſque ſuo experimento proprioque conſilio auctor ſcripſit, qui in operationibus conſenuerit, & multa cadavera humana ſecuerit. In Libro III. continentur TAGAULTII Libri de fracturis & luxationibus. In Libro VII. continetur pleniſſima hactenus inſtrumentorum collectio ex omnibus prioribus. In latina editione ſola habetur vulnerum tractatio, cum inſtrumentis quæ eo pertinent. In caput XIII. *degli ulceri* nuper edidit commentarios ANTONIUS FORZELLINUS, Venet. 1736. 8.

Chirurgie Françoiſe recueillie par J. DALECHAMP, Lyon 1570. 8. HEIST. 1573. 8. HAEN. cum iconibus inſtrumentorum.

ADAMI LONICER *conſtitutio & norma obſtetricum*, Francof. 1573. 4. german. HEIST. & 1703. *

ZECHENDORFERS *von der* LECHNITZ *gründliche und rechte untervveiſung der vvundartzney*, Francof. 1574. fol. *

FRANCISCI ARCÆI *de recta vulnerum curandorum ratione* Lib. II. Antvverp. 1574. 8. *cum adnotationibus* ALVARI NONNII, Amſtel. 1658. 12. belgice *kortbondige middel om allerhande zoorten van vvonden te geneeſen*, vertente GEUSIO, Leuvvard. 1667. 8. germanice *von der rechten vvunden cur*, Nürnberg 1674. 8. Auctor celeberrimus, a BENEDICTO ARIA MONTANO exoratus, Librum edidit, plurima paſſus ob novam methodum, octogenarius cum ſcriberet anno 1573. Curationem ſimplicem ſecutus eſt, abſque turundis in vulnere ſimplici non maximo, & in ipſis pectoris vulneribus, felix, ut per exempla adparet, in medendo, multum fidens medicamentis, ex balſamo ſuo notus. In cancro etiam amputando, uti nuperrimi Chirurgi, ſola manu uſus eſt. Gaſtroraphiam, adeo eo ævo raram, commendat. Multa de ulceribus habet.

ANDREÆ ALCAZAR medico-chirurgi in Guadaloxara & profeſſoris Salmanticenſis, *chirurgiæ* Libri VI. *in quibus multa obſcura loca antiquorum & recentiorum interpretantur*. Vulnera capitis, nervorum, thoracis, abdominis, pudendagram, mentagram ſeu morbum gallicum tractat. Opus Salmanticæ prodiit 1575. fol. EJ. *de vulneribus capitis* Librum ſeorſim excitat LINDENIUS excuſum 1582. fol.

CORNELII SCHYLANDRI *practica chirurgia* cum facili modo extrahendi olea prodiit Antvverp. 1575. 8. * HEIST.

HORA-

mirum, hodie vix cognoſcitur auctor, egregia tamen habet quod ad ratiocinia, & quo ad partes anatomicas de inſtrumentis excogitandis. Gallice dicitur JEAN *de la* CROIX (CROCE voce Italica;) ſed editio Veneta optima eſt, quæ prodiit apud Robertum Majettum 1596. in folio.

Pa-

HORATII AUGENII *de medendis calculoſis & exulceratis renibus*, Camerini 1575. 4. Curationem calculi refert, quæ ope olei vitrioli facta ſit.

JOSEPHI (du CHESNE) QUERCETANI *ſclopetarius ſeu de curandis vulneribus*, Lugdun. 1576. 8. 1600. 8. PL. EJ. *de la cure des arquebuſades*, ibid. eodem anno HEIST. an diverſi duo Libri?

JOSEPHI QUERCETANI primo loco citati opuſculi titulus plenus eſt *ſclopetarius ſeu de curandis vulneribus quæ ſclopetorum & ſimilium tormentorum ictubus accidunt*. Præfatio hujus libri data eſt anno 1575. Plenus eſt formulis, inprimis chemicis. Tepidæ fotu peractas curationes laudat. FRANCISCI MARTEL *de curatione vulnerum a bombardis inflictorum* librum citat PASCHALIS GALLUS, cujus annum ignoro.

FRANC. NEMER *vvundarzney-buch*, Francof. 1578. 4. HEIST.

Cum REMB. DODONÆI *hiſtoria vitis vinique* multæ memorabiles hiſtoriæ prodierunt Colon. 1581. 8. Rupta veſica & inde urinoſus hydrops. Hydroceles plures obſervationes: aneuryſmatum multæ hiſtoriæ: vulnera capitis, aliæque. Eadem hujus viri laus eſt in *obſervationibus medicis* quas citavimus in pathologicis.

J. IGNATII BOSCII *de lapidibus qui naſcuntur in corpore humano & præcipue renibus ac veſica & ipſorum curatione*, Ingolſtad. 1580. 4. *

J. CALVO *primera y 2. parte de la cirurgia univerſal y particular del cuerpo humano*, Hiſpal. 1580. 4. Madrit. 1626. fol. *

PAULI GULIARII *de vulneribus corporis curandis* Libellus, Veron. 1581. 4. *.

J. FRAGOSI *de chirurgia Liber*, Madrit. 1581. fol. LIND. *

JOH. FRAGOSI *Erotemas chirurgicas en que ſe enſenna lo mas principal de la cirurgia con ſua gloſa*, Madrit. 1570. EJUSD. Liber *de chirurgia*, Madrit. 1581. fol. LIND. EJ. *chirurgia univerſal commendada y annadida*, Complut. 1601. fol.

J. FRANCISCI ROUSSET ὑϛεροτομοτοκία ſeu *de partu cæſareo Liber*, Pariſ. 1581. 8. & auctior, adjecta *aſſertione hiſtorica & dialogo apologetico pro cæſareo partu* 1590. 8. Baſileæ 1582. 1588. 8. 1591. 8. Francof. 1601. 8. cum variis ex ROUSSETO, & ex aliis novis obſervationibus adjectis, CORNACIS hiſtoriis jam dictis, & poëmate ſatis grandi ROUSSETI in ALBOSII lithopædion, ut hæc editio optima ſit, gallice excuſa eſt ſub titulo *Traité nouveau de l'hyſteromotocie ou enfantement cæſarien*, ibid. 1581. 8. EJUSD. *brevis apologia pro partu cæſareo in dicacis cujus dum chirurguli theatralem invectivam*, Pariſ. 1598. 8. excuſa eſt. Eximius Liber, medici, qui chirurgiam intime preſpexerat, & cui certe nullum ejus temporis chirurgorum, & omnium minime PAREI opus comparari queat, recentiorum pauca. Demonſtrat per plurimas hiſtorias, ulcera, vulnera, inciſiones uteri partumque cæſareum non neceſſario mortem inferre. Gaſtroraphiam, eo ſeculo vulgo ignoratam, commendat, tum herniæ incarceratæ operationem. Denique apparatus alti lithotomiam, ſive FRANCONIS, & laudat, & eximiis anatomicis obſervationibus & cautelis illuſtrat. Editionibus poſterioribus acceſſit JOH. ALBOSII *lithopædion ſenonenſe*, breve id quidem, & PROVANCHERII *de eodem* fetu 28. annis geſtato, more antiquo ſcriptus libellus, denique varia a C. BAUHINO adjecta tum ſimiles hiſtoriæ vulneris uteri ſanati, & inteſtini & veſicæ, tum oſſium pubis in partu diſceſſus, & alia, ut ipſius coli valvulæ deſcriptio.

URBANI HEMARD *recherches avec les traités anatomiques des dens & des maladies qui leur adviennent*, Lyon 1582. 12.

J. JACOBI MANNI *de malleolorum ſcarificatione ex veterum ſententia*, Patav. 1583. 4. RIV. In Oriente aliquamdiu vixit, ubi copioſiſſimas apud Arabes ſcarificationes obſervavit, &c.

GEORGII BARTISCH, chirurgi ocularii & herniotomi Dreſdenſis, ὀφθαλμοδουλεία *oder augendienſt*, Dreſdæ 1583. fol. Norimberg. & Sulzbach 1686. 4. Longo artis uſu exercitus

homo,

Pariter inter principes recenſendus eſt HIERONYMUS FABRICIUS AB AQUAPENDENTE (*a*); ſuperavit enim omnes, & nemo illi hanc diſputat gloriam. Vir fuit certe, qui per totam Italiam ſuo tempore ita inclaruit, ut incre-

homo, ſuperſtitioſus tamen, qui chemoſin omnino pro magico morbo (zauberey) deſcribat. Anatomen dat oculi, non bonam. Icones multæ, & nitidæ ſunt. In medicamentaria parte fuſus eſt, & aliqua adjicit ad medicamenta præparanda. In cataracta aliiſque morbis tutam viam ſequitur. Inſtrumentum ad palpebram comprehendendam a VERDUYNIO pictum cauſa ipſi litis cum RAVIO fuit.

J. B. SYLVATICI *de ſecanda in putridis vena ſalvatella, deque noſtro in ſecandis venis modo cum antiquo comparato*, Mediol. 1583. 4. *

PETRI MARTYRIS TRONI *de ulceribus & vulneribus capitis* Libri IV. Ticin. 1584. 4. HEIST.

P. PAOLO MAGNI *diſcorſi ſopra il modo di ſanguinar i corpi humani*, Rom. 1583. OSB. 1584. 4. 1586. PL. HAEN. 1613. 4. HEIST. OSB. 1624. 1674. HEIST.

P. PAOLO MAGNI mea editio eſt Romana 1626. 4. Curioſus ſatis liber eſt, cum iconibus, quæ encheireſes repræſentant.

J. B. CARCANI LEONIS, magni anatomici, *de vulneribus capitis abſolutiſſimum Librum triplici ſermone contentum*, Mediol. 1582. 4. HAEN. BURCH. EJ. *exenteratio cadaveris illuſtriſſimi Cardinalis* BOROMAEI (nunc in ſanctos relati,) Mediolan. 1584. 4. (CORTE qui poſteriorem libellum recudi fecit.)

GEORGII SALMUTH. *quæſita quædam chirurgica* 1585. 4. *

NERI NERII *aſſertio quod in ſiniſtri lateris ſtupore a cauſa frigida oborto liceret mittere ſanguinem per ſedis venas & applicare cauterium occipiti*, Neapoli 1585. 4. LIND.

RODERICI de FONSECA *de calculorum remediis qui in renibus & veſica gignuntur* Libri II. Rom. 1586. 4. L.*

J. VARISMANNI *de rabidi canis morſu & hydrophobia tractatus*, Regiomont. 1586. 8. L.*

ANDREAE BACCII *de venenis & antidotis.. de canis rabioſi morſu & ejus curatione*, Rom. 1586. 4. PL.

WALTHER CARYES *hammer of the ſtone* (AMES) 1587. 12.

MICHAELIS GAVASSET Libri III. *Primus de natura cauterii*, Venet. 1587. 4. reliquis ejus libellis melior. GALENI juratus adſecla fuit.

LEONARDO FIORAVANTI, arcaniſta, *Chirurgia*, Xenet. 1588. 8. HEIST. 1610. 8. OSB. 1679. 12.

LEONARDI FIORAVANTI *Chirurgia* citata, agyrtæ aut arcanorum venditoris opus eſt, magni anatomes, etiam in chirurgo, contemtoris.

AUGUSTINI VASQUES *quæſtiones medico-practicæ & chirurgicæ*, Salmantia 1589. 4. L.*

MARCI ANTONII MONTAGNANÆ *de herpete, phagedæna, gangræna, ſphacelo & cancro*, Venet. 1589. 4. HAEN.

J. PETRI PASSERI *de cauſis mortis in vulneribus capitis & recta eorum curatione.. de perforatione & abraſione in cranii læſionibus non ſatis apparentibus*, Bergom. 1590. 4. PL.

ANDREÆ de LEON *Examen de cirurgia a viſos para ſanguis y purgas*, Pinciæ 1590. 4.

In BALDUINI RONSEI *epiſtolis*, Leidæ 1690. 8. editis aliqui partus difficiles recenſentur, etiam ob hydrocephalum, & retenti in utero fetus.

An approved practice for all young. ſurgeons concerning burnings vvith gunpovvder and vvounds made vvith ſhote, ſvvord, &c. Lond. 1591. 4. cum tractatu de lue venerea. *

JULII HOLDER *vvahrhafte beſchreibung eines rechten vvundarztes*, Francof. 1592. 4.*

(*a*) HYERONIMI FABRICII ab AQUAPENDENTE *pentateuchus chirurgicus opera* J. HARTMANNI BAYERI prodiit Francof. 1592. 8. Patavinus Anatomicus, Medicus & Chirurgus fuit, meticuloſus in operationibus gravioribus, ut inter futuras ſolam ſiccam admitteret, in excogitandis vero inſtrumentis & armamentis ſatis ingenioſus. Opus, quod citavi anno 1604. 8. inde Patav. 1647. fol. recuſum eſt cum inſtrumentorum iconibus, conjunctum cum ejuſdem *operationibus chirurgicis* ſub titulo *operum chirurgicorum*, Venet. 1619. fol.

increbile ſit. In primis in chirurgia excellit, omnes morbos chirurgicos ponderat, horum originem, ſpeculationem, & eventum prædicit; in inſtrumentis eſt incomparabilis & in fulcimentis, per plures caſus. Omnibus potius aliis ſcriptis quam

Francof. 1620. fol. HEIST. & denuo 1666. fol. Lugdun. 1628. 4. Leidæ vero 1723. fol. Italice vero 1711. fol. & germanice vertente SCULTETO, Norimb. 1672. 4. 1716. fol. Et *pentateuchus* quidem de tumoribus, vulneribus, ulceribus, fracturis & luxationibus ita agit, ut plurimus ſit in medicamentaria parte, & recenſione veterum opinionum. In *operationibus* a capite ad calcem perſequitur morbos, quibus manu oportet mederi. Obſervationes ſuas paſſim ſatis copioſas excitat.

HIERONYMI FABRICII ab AQUAPENDENTE hic recenſi practica paſſim edita aliena ſunt, BARTHOLINO teſte *vindiciarum* pag. 3. & de *pentateucho* etiam querebatur, non ad ſententiam ſuam ſcriptam eſſe.

ALEXANDRI MASSARIÆ *de abuſu medicamentorum veſicantium*, Vicetiæ 1593. 4.

HERCULIS SAXONIA *de phœnigmis* Libri III. *de univerſa rubificantium natura, pſilothris, ſmegmatibus, dropacibus, ſinapiſmis, vulgo veſicantibus de quorum uſu in febribus peſtilentibus multa diſputantur*, Patav. 1593. 4. Fortiter veſicantium cauſam contra MASSARIAM egit, & eo in primis tempore ad febres peſtilentiales a MERCURIALI aliiſque veſicantia emplaſtra in uſum introducta fuerunt.

LUDOVICI MERCATI *inſtitutiones chirurgicæ in duos Libros ſectæ*, Madrit. 1594. 8. Francof. 1619. fol. EJ. *inſtitutiones artis luxatorum & de oſſium fractura & curatione* lat. ex hiſp. verſæ CAR. PISONE, Francof. 1625. fol. MEIB.

MART. HELLING *theſ. de phlebotomia*, Marpurg. 1594. 4. *

ANDR. LIBAVII *Tractatus de impoſtoria vulnerum per unguentum armarium ſanatione Paracelſicis uſitata*, Francof. 1594. 8.

J. COSTÆUS *de igneis medicinæ præſidiis*, Venet. 1595. 4.

J. COSTÆI dictus liber non incommodus eſt, quo omnis Græcorum & Arabum eruditio de cauteriis continetur, tum de dropacibus, veſicatoriis, &c. tractatio. Hernias cauterii potentialis ope curare docet.

J. BAPTISTÆ SYLVATICI *Tractatus de aneuryſmate*, Vicentiæ 1595. 4. HAEN. Venetiis 1600. 4. quæ mea eſt editio. Per aneuryſma intelligit unice, id quod nos *ſpurium* vocamus, & a ſola dilatatione arteriæ aneuryſma naſci poſſe omnino negavit. Cum omnes eo tempore chirurgi id malum pro incurabili dellererent, ipſe ex PAULO & Arabibus curationem propoſuit, utrinque nempe juſſit ligari arteriam, tunc incidi, grumos eximi, & ex propria obſervatione arterias vulneratas ſanari adfirmavit.

JULII CÆSARIS ARANTII Liber *de tumoribus ſecundum locos affectos*, Venet. 1587. 4. 1595. 4. cum *obſervationibus anatomicis* ibid. In *obſervationibus* etiam aliqua habet huc facientia, ut partum difficilem ab oſſibus pubis introrſum gibbis.

J. BAPTIST. ZAPATA *ſecreti varj di medicina e di chirurgia*, Venet. 1595. 8. TH. 1618. 8. HEIST. 1677. 8. cum titulo *mirabilia ſeu ſecreta medico-chirurgica* recuſa, Ulm. 1696. 8. *

BARTHOLOMÆI HIEROVII *methodus chirurgica docens rationem ſanandi apoſtemata, vulnera, ulcera*, Francof. 1595. 8. cum *methodis medicinalibus* ALB. BOTTONI & ÆMILLI CAMPOLONGI Libro. *

PETER LOVVE *D. in the faculty of chirurgie at Paris, chir. to Henry IV. eaſy certain and preſent method to cure and prevent the ſpaniſh ſickneſſ.* Lond. 1596. 4. AMES. *

GABRIELIS FERRARA *nuova ſelva di Chirurgia*, Venet. 1596. 8. Ex italico latine vertit P. UFFENBACH, cum nomine *ſylvæ Chirurgicæ* & edidit Francof. 1625. 8. Liber *primus*, cui titulus eſt *obſervationum*, eſt compendium chirurgiæ vulgatioris, cum nonnullis ſuperſtitioſis, & fabuloſo verme. In Libro II. inſtrumenta & formulæ, in III. chemica præparata deſcribuntur.

DURANTIS SCACCHI *ſubſidium medicinæ in quo quantum docta manus præſtat ad immanes morbos tollendos eluceſcit*, Urbin. 1596. 8. HEIST. *

HIPPOLYTI BOSCI *de vulneribus a bellico fulmine illatis*, Ferrar. 1596. 4. 1603. 4. L. *

JO-

quam hoc ipſo carere poſſumus, & quoties magna operatio chirurgica eſt inſtituenda, ſi tum aliquem conſulere velimus, hunc perpendere ſupra hac re debemus. Editus eſt Patavii anno 1666. quæ editio optima eſt, & Lugduni Batavorum anno 1723.

Huic

JOSTERII de JOSTERIIS *adminiſtrationes de uſu veſicantium, de cucurbitulis affligendis, de V. S. omiſſione*, Venet. 1596. 4.*

CASPARI TAGLIACOII (*Tagliacozza*) *de curtorum chirurgia per inſitionem ſeu de narium, labiorum & aurium defectu per inſitionem arte hactenus ignota ſarciendo. Additis inſtrumentis cutis traducis & delegationum*, Venet. 1597. fol. Francof. 1598. 8. Mirum artificium & pro phyſico experimento pulchrum, pro chirurgica operatione pene crudele. Poſt inutiles primi Libri theorias fuſiſſime & cum omnibus cautelis per dierum ſeriem & numerum, modum deſcribit, quo particula cutis de brachio exciſa, cum truncati naſi cruentato vulnere conſuta, ſenſim naſo adhæreat, a brachio reſecetur, novaque in ſede quaſi inſita comprehendat. Cæterum, cum videam rem vulgo pro fabuloſa haberi, teſtimoniis eam confirmaſſe non erit ſuperfluum. Ecce aliqua antiquiora, quam TAGLIACOTIUS. PETRUS RONZANUS Epiſcopus Lucerienſis in T. VIII. *annalium mundi* citat ad annum 1442. BRANCAM Chirurgum Siculum, inventorem hujus artis, & ANTONIUM filium perfectorem, qui etiam labia & aures reparavit, (apud GIMMAM in ſcriptorib. Ital.). VINCENTIUS vero VIANEUS medico-chirurgus, Maidæ in Calabria natus, inventor artis reparandi naſi ex BARRIO contemporaneo ab eodem citatur. ALEXANDER etiam BENEDICTUS *Anatom.* Libro V. c. 19. & A. VESALIUS Libro III. c. 19. & PAREUS Libro 22. c. 2. & STEPHANUS GOURMELINUS ejus artificis meminerunt. Inter coævos reparationum TAGLIACOTIANARUM teſtem ſe dat Jac. HORSTIUS in *vvund. der nat.* p. 380. ULMUS *de utero* p. 174. 175. in *phyſiol. barb.* p. 233. Et ipſe inquit, & amicus meus JACOBUS ZENARO, ex urbe *Montechiaro* agri Brixiani, multos ſanavit niſi inſitione, cujus unus egregius artifex eſt. Deſcripſit artem in quinque partibus, cum iconibus. MERCURIALIS *de decoratione* p. 23. ſcribit. Certum eſt in Calabria dari qui reficiant nares & TAGLIACOTIUS indicavit mihi duos, quibus nares reparavit, modumque addidit. GRIFFONIUS apud HILDANUM exemplum reparati naſi more TAGLIACOTIANO habet *Centur.* III. *obſ.* 31. *Epiſt.* 62. THOMAS FIENUS in Libro XII. quem continuo citabo, ſanationum a TAGLIACOTIO perfectarum ſe teſtem obtulit c. 1. Hinc TAGLIACOTIO ſtatua poſita in theatro Bononienſi, quæ dextra naſum tenet. Poſt ea tempora P. A. MOLINETTI *de quinque ſenſibus* reſarciri a Patre ſuo nares vidit anno 1625. (p. 62.) J. B. CORTESIUS in *Miſcell. Dec.* III. fuſe hanc artem deſcribit, quam ex BOIANA Medicorum Turpienſium familia didicerat TAGLIACOTIUS. (Fuſe etiam pro ea operatione ſcripſit PURMANNUS in Libro cui titulus der *Lorberkranz.*) Pro TAGLIACOTIO etiam teſtimonium dicit F. LICETUS *de monſtr.* II. c. 29. Noſtro tempore adhuc in BOIANORUM familia hoc artificium exercetur, REAUMUR, *Hiſtoire dell' Académie des Sciences*. p. 37.

CASPARI TAGLIACOTII artificium pro fabula etiam venditat THOMAS FITZMAURICE in *Quæſt. medicis*, Monſpel. 1749. 4.

MIGUEL de LERIZA *libro de cirurgia que tratta ſobre las llagas en general* (nempe hactenus in GUIDONEM) *con un trattado proprio en el qual ſe enſenna el modo de curar las carnoſidades que eſt an en la via de la orina*, Valentiæ 1597. 8. ANT.

SEVERINI PINÆI (*Pineau*) *opuſculum phyſico-anatomicum de integritatis & conceptionis virginum notis: & de partu naturali in quo oſſa pubis diſtrahi demonſtratur*, Pariſ. 1597. 8. Per experimenta oſtendit ſenſim ante partum hiſcere ab invicem & pubis oſſa, & ilium os a ſacro diſcedere, eaque manu ſua palpavit, lenteque coaleſcere obſervavit. Ab apophyſi præter naturam nata oſſis pubis funeſtam partus difficultatem obſervavit. Eum libellum in Germania a ſeveris morum cuſtodibus prohibitum fuiſſe auctor eſt DE VAUX L. C. IDEM conceſſis cadaveribus uſus eſt ad inventa propria de ſectione calculi, & de operatione ſua gallice ſcripſit (DE VAUX *index funer.* p. 555. *Réſponſe de Recteur & des D. D. de la faculté de Médecine*) libellum quem in *bibliotheca Thuanea* invenio, *diſcours touchant l'invention & l'extraction du calcul de le veſſie*, Pariſ. 1615. 8.*

DA-

DAVID HERLICII *unterrichtung von den ſchvvangern frauen und kind-betterinnen*, Gryphiſvvald. 1597. 8. PL. & Stettin. 1618. 8.

JAC. MARCHANT *declamationes in apologiam* FR. ROUSSET, *quibus παράδοξον de cæſareo partu impugnatur*, Pariſ. 1598. 8. *

THOMÆ FIENI *de cauteriis* Libri V. Lovan. 1598. 8. Colon. 1608. 8. fuſiſſime & pleniſſime de cauteriis ex omni antiquitate agit EJUSD. *Libri chirurgici* XII. *de præcipuis artis chirurgicæ controverſiis* a CONRINGIO poſt mortem auctoris editi ſunt Francof. 1649. 4. Londini recuſi 1733. 4. Agit de trepano, cataractæ depoſitione, bronchotome, paracenteſi thoracis, abdominis, arteriotome, ſectione cæſarea, ſectione (ubi apparatum parvum laudat), ſectione herniæ, amputatione reparatione naſi, cujus enormem difficultatem ſatis demonſtrat. Verſus eſt Liber cum titulo *handgreepen der heelkonſt*, Amſt. 1685. 8. & germanice, Norib. 1675. 8. *vvundarzneykunſt*.

In CASSERII Libro *de vocis organis* deſcriptio exſtat bronchotomes, ejuſque operationis defenſio, cum inſtrumentis. IDEM invenit pyxidem, ex qua cupri candens lamina expellitur, pro cauterio in ægris meticuloſis.

ANDREÆ LAURENTII *diſcours de la conſervation de la vue*, Ruen 1600. 12. * EJUSDEM *de mirabili ſtrumas ſanandi vi ſolis Galliæ regibus conceſſa* Liber I. & *de ſtrumarum natura, differentiis, cauſis, curatione quæ fit arte medica* Liber. Pariſ. 1609. 8. *

FRANC. MURATORII *apologia therapeutica vulnerum brachii*, Bonon. 1600. 4.

In FRANC. MURATORII citato opuſculo hiſtoria continetur, qua ex ictu arteriæ hæmorrhagia nata ægrum ſuſtulerat. Tuetur ſe MURATORIUS, cum neque ipſe neque adverſarius quidquam veri præſidii ad ſupprimendum ſanguinem adhibuiſſent.

J. B. GEMMA *de varia ratione curandi bubonis & carbunculi peſtilentialis*, Venet. 1600. 4. *

BENEDICTI BASELLI *apologia qua pro chirurgiæ nobilitate ſtrenue pugnatur* Llibri III. Bergom. 1600. 4. *

GUIL. FABRICII HILDANI *obſervationes chirurgicæ* XXV. item *de gangrana & ſphacelo*, Francof. 1598. 8. prodierunt & 1611. inde longa ſerie alia opera, *Centuria* nempe *obſervationum & curationum chirurgicarum*, Baſil. 1606. 8. *ſecunda* 1611. 8. *tertia* Oppenheim 1614. 8. *quarta* ibid. 1619. 4. *quinta*, Francof. 1627. 4. *ſexta* cum prioribus in operum collectione: *Centuria* V. Lugdun. 1641. 4. Porro Baſileæ 1634. 8. excuſa ut *ciſta militaris ſeu neu verbeſſerte feldartzney* ibid. repetita 1686. 8. Tum ſucceſſit *de gangrana & ſphacelo* I. Francof. 1600. 8. Oppenheim. 1617. 4. cum numeroſis obſervationibus gangrænæ a frigore aliiſque cauſis ortæ, Germanice prodiit Baſil. 1615. 8. *von heiſſen und kalten brande*. *Lithotomia veſicæ* germanice edita eſt Baſil. 1626. 4. & a HENR. SCHOBBINGERO latine verſa, Baſil. 1627. 4. anglice vero a R. C. Lond. 1640. 8. *Appendix Epiſtolarum de uſu & abuſu turundarum poſt extractionem calculi adhibendarum* una prodiit. *Obſervatio vulneris graviſſimi ſclopeto inflicti*, Oppenheimi excuſa eſt 1614. 8. *De combuſtionibus* I. Baſil. 1607. 8. *Epiſtolarum centuria* I. *de ichore & meliceria* CELSI, in qua ſynoviæ hiſtoriam habet & ancyloſeos, & decocta vulneraria VVURTZII rejicit, & alia omnia junctim recuſa ſunt in operibus, Francofurti 1646. fol. & 1682. fol. ſed primæ editiones multo nitidiores ſunt. *Obſervationes & epiſtolæ* ſeorſim recuſæ ſunt Argentinæ 1713. 4. In Libro *von der fürtreflichkeit und nutzen der Anatomie*, qui Germanice ſolum exſtat, Bernæ 1624. 8. exſtant multæ hiſtoriæ funeſtorum caſuum ex anatomes ignoratione. Hic civis noſter Bernæ Poliatrici munere functus, a pago natali *Hildez* nomen traxit, vir induſtrius, indefeſſus in inveniendis pro re nata & perficiendis chirurgicis inſtrumentis, in curandis graviſſimis malis felix, addictior medicamentis & turundis quas defendit. Quare longo ſermone claſſicum ſcriptorem a nemine negligendum non neceſſe eſt fuſe laudare. In *lithotomia* inſtrumentum gorgeret invenit, inventum deſcribit, apparatum altum repudiat, ſcirrhorum pro exſuccis habitorum obſervationes adfert. In amputatione, quam candente ferro adminiſtrat, arteriis tamen injectum vinculum laudat.

GUIL. FABRICII HILDANI *ciſta militaris* primum prodiit Baſileæ 1615. 8. IDEM HILDANUS Germanice prodiit vix mutatus, verſus a FRIDERICO GREIFF Francofurti vel Hanoviæ 1652. fol. & ſeorſim *bericht von den brüchen und deren keilung*, Ulm. 1696. 12. *

JACOBI GUILLELMEAU Chirurgi Pariſini Libros huc refero. EJUS Liber *des maladies de l' œil*, Pariſiis jam anno 1585. 8. prodierat, belgice verſus a JOHANNE VERBRUGGE cum

titulo

titulo *hondert en dertien gebreken der vogen*, Amſtelod. 1687. 12. GUILLEMÆI libellus non utiliſſimus eſt, & ſpem fere in formulis ponit. In adjectis adnotationis VERBRUGGII aliquæ hiſtoriæ utiles inveniuntur, ut illa de inſectis conjunctivam rodentibus. Germanice recuſus eſt Dreſdæ 1710. 8. Deinde Liber *de l'heureax acouchement des femmes*, Pariſiis anno 1609. & 1643. 8. prodiit, bonus Liber & melior quam eo tempore ſolebant ſcribi. Converſionem & extractionem fetus pedibus apprehenſi ex primis laudat. Obſervationes multas proprias profert. Ob hæmorrhagiam continuo extrahere fetum jubet, & PAREI filiam eo artificio ſanavit. Sectionem cæſaream expertus rejicit. Atretarum, quæ conceperunt, hiſtorias & inciſiones ad emittendum fetum protulit. Uteros in partu ruptos vidit. Opera omnia collecta prodierunt Dordraci 1598. fol. HEIST. Pariſ. 1612. fol. nobis autem ſub titulo *œuvres de Chirurgie de* J. GUILLEMEAU *augmentées de pluſieurs traités extraits des leçons de* M. GERMAIN COURTIN, Rouen 1649. fol. Hac editione continentur præter priora & alia quæ non ſunt hujus loci *Magazin des inſtrumens de Chirurgie : ſommaire des tumeurs contre nature, playes, ulcères, fractures & dislocations*. Integra fere Chirurgia eſt ad ſeculi genium, non abſque tamen proprio judicio. Ita in amputatione propter gangrænam cauterium, in amputatione abſque gangræna forcipem pro vaſis ligandis abſque cauterio recte præfert. Aneuryſma legitimo modo ligata arteria ſanavit. Cæterum audacter incidit, trepanum in ſuturis. *Apologie pour les chirurgiens*. Sunt hiſtoriæ infelicium eventuum abſque culpa Chirurgi, & felicium abſque ejus vera induſtria. *Traité de la parfaite méthode d'embaumer les corps*, quo libello ſectiones cadaverum regum CAROLI IX. HENRICI III. & IV. continentur.

ALEX. SEITZ *aderlaſſ buch vom rechten gebrauch dee aderlaſſ ventoſa oder köpf.* 1601. 8. PL. *

ALEX. SEITZ hoc loco dictus multa ſuperſtitioſa habet, & venæ ſectionem nimis metuit, qui ex nupera miſſionis ſanguinis frequentia ipſam luem veneream oriri credat.

EUSTACHII RUDII *de tumoribus præter naturam*, Venet. 1600. 4. *de ulceribus* Libri III. Patav. 1602. *de externarum partium adfectibus*, Venet. 1606. fol. Experimenta pauca & labor Galenicus.

J. JESENII von JESSEN *inſtitutiones chirurgicæ quibus univerſa manu medendi ratio oſtenditur*, VVitteb. 1601. 8. *anvveiſung zur chirurgie*, Nuremberg 1614.8. Laudat J. van HORNE *microtech.* p. 526. ob omiſſum familiarem tunc medicamentariæ materiæ abuſum, & manuarias operationes puriores. EJ. *de ruſtico Bohemo cultrivorace hiſtorica relatio*, Hamburg. 1628. 8. *

J. JESSENII von JESSEN dictæ *inſtitutiones chirurgicæ* non abſque obſervatione natæ ſunt, tum propria, tum præceptorum, quos optimos in itineribus audivit.

JOH. RIOLANI patris *Chirurgia* Lipſ. 1601. L. & in collectione operum, Pariſ. 1610. fol.

VVILLIAM CLOVVES *treatiſe for the artficial cure of ſtruma or kinge evil*, London. 1602. 8. EJUSD. *Tractatus of chirurgy for the cure of gunſhot and of the cure of lues venerea*, Lond. 1637. 4. *

In CABROLII obſervationibus etiam chirurgicæ aliquæ ſunt, cum auctor manu mederi ſit ſolitus, vulnera inſignia ſanata, ulcus renale.

In HIERONYMI CAPIVACCII operibus continetur etiam Liber *de cauteriorum recta applicatione*, Francofurt. 1603. fol.

PETRI PARISII *breve diſcorſo ſopra il moderamento del vino ed oglio per guarire ogni ſorte di ferita*, Panorm. 1603. 4. *

PETRI UFFENBACH *vvundartzney oder Theſaurus chirurgicus verdeutſcht*, Francof. 1605. fol. & EJUSD *theſaurus chirurgiæ continens præſtantiſſimorum auctorum opera chirurgica*, Francof. 1610 fol. Ex GESNERI collectione habet TAGAULTIUM, HOLLERIUM, MARIANUM SANCTUM, ANGELUM BOLOGNINUM, MICHAELEM ANGELUM BLONDUM, ALPHONSUM FERRUM, JACOBUM DONDUM; adjecit autem Centuriam I. obſervationum HILDANI, EJUSDEM libellum de combuſtionibus, & PAREI opera.

FRANCISCI PLAZZONI egregii viri, qui operationes Chirurgicas in Theatro Patavino demonſtrabat, nimis autem præcoci morte abrepti (RHOD *de acia* p.153.) *de vulneribus ſclopetorum tractatus* prodiit Patavii 1605. 4. PL. Venet. 1618. 4. Patav. 1643. 4. 1669. 4. *

BERNARDINI CAII *de veſicantium uſu.*, Venet. 1606. 4. LIND.

DOMI-

DOMINICI TERILLI *de veſicantium rectu uſu ac utilitatibus mirificiſque in praxi fructibus*, Venet. 1607. 4.

DE DOMINICO TERILLO vide in practicis.

In PETRI MATTHÆI ROSSII *Conſultationibus & obſervationibus ſelectis*, Francof. 1638. 8. multæ chirurgicæ ſunt, neque eæ inutiles. Ita monet, ne ſymptomata quæ fracturis aliena accidunt, ipſi malo tribuantur. Cæterum in mortua carne amputat, &c.

JOACH. TANKIUS *de plegmone ex ſententia* GALENI Lipſ. 1608. 4. PL.

Inter J. HEURNII opera exſtant Libri *de morbis oculorum*, Antvverp. 1608. 4. tum *de morbis mulierum* & alii, quibus morbi aliqui chirurgici, ſed medice magis tractantur.

HIPPOLITI PARMÆ *Praxis chirurgica in qua operationes deſcribuntur*, Venet. 1608. 16. EJUSD. *introductionis ad chirurgiam* Libri II. Patav. 1612. 4. Laudat JOH. van HORNE & GOELICKE in *hiſtoria chirurgiæ recentioris*.

HIPPOLITUS PARMA primo Libro *introductionis* ſuæ ſolitam pentateuchum tradit, altero claſſes auxiliorum, revulſionem, derivationem, digeſtiva, adſtringentia, inſtrumenta, &c. Non utiliſſimum opus.

DIONISIO DACA CHACON *Pratica y theorica di Chirurgia en Romance y en latin*, Valladolid 1609. 2. tom. fol.*

EX THEODORO BARONIO *de operationis mejendi triplici læſione & curatione* aliqua huc pertinent, de caruncularum conſumtione per cereos medicamento illitos abſque dolore, de catheteris periculis, & de malis eventibus, ſectione calculi quam ſemper funeſtam obſervavit, de injectione lithontripticorum per ulcus perinæi, &c.

PETRI PIGRAEI *chirurgia cum aliis medicinæ partibus juncta*, Pariſ. 1609. 8. LIND. & EJUSD. *Epitome præceptorum medicinæ chirurgicæ*, Pariſ. 1612. 8. gallice verſa cum titulo *Epitome des préceptes de Médecine & Chirurgie*, Rouen 1658. 8. & belgice *kort begryp van de Cure der medicine en der Chirurgie*, Amſtelod. 1633. 4. Poſterius opus legi, quod videtur idem priori, ſed auctius, cum prius ſe edidiſſe auctor ajat in præfatione. Habet aliqua aut propria, aut certe eo tempore non vulgaria, & punctionem veſicæ, & obſervationes aliquas, & hiſtorias vulnerum capitis, & alia. Nimis tamen multus in theoria & parcus videtur in encheireſi. In partu difficili pedibus jubet fetum extrahere, &c. Gallice edidit *Chirurgie miſe en théorie & en pratique*, Pariſ. 1610. 8. quem Librum non vidi.

PETRI PIGRAEI *Epitome de préceptes de Médecine & de Chirurgie* mea editio eſt Rouen 1642. 8. Hæc verſio aucta & melior editione latina hujus libri.

J. G. SCHENK *lithogeneſia von vvunderbaren ſteingevvächs oder ſteingeburthim menſchilichen leibe aus dem lateiniſchen überſezt*, Francof. 1609. 4. nonne lithopædion ALBOSII?*

SEBASTIANI CORTILIO Armienenſis *Libri* V. *Inſtitutionum chirurgicarum & Practica chirurgica* Libri IV. Francof. 1610. 8. LIND.

PETRI FORESTI ſunt *obſervationum & curationum chirurgicarum Libri* V. *de tumoribus præter naturam*, Leid. 1610. 8. *Libri* IV. *de vulneribus, ulceribus, fracturis & luxationibus* ibid. eodem anno, præter plurima chirurgica quæ cum morbis in obſervationibus medicis tractatis occurrant. Hiſtoriæ in illis numeroſæ ſunt, & propriæ, & aliorum, cum ſcholiis de more, gratæ lectu, in parte autem medicamentaria, ut tunc ſolebat, quam chirurgica, uberiores.

In T. THEODORI SCHENKII collectione obſervationes chirurgicæ per partium corporis humani ordinem diſtributæ magno numero reperiuntur, undique collectæ, quæ omnino legi merentur.

In H. SMETII *Miſcellaneorum* Libro X. etiam chirurgici aliqui caſus deſcribuntur.

TOB. TANDLER διασκέψεων χειρουργικῶν δεκας *de hirudinum uſu ſcarificatione felicius adhibenda, plebotome puerorum & pregnantium.. & ſalvatella, de hyſterocele, hyſterotomia, matricis eſtirpatione, lineis extractione, commodiori ſetacei adplicatione, cohibenda partis amputatæ hæmorrhagia*, VVittemberg. 1610. 4. PL.

ANDREÆ KALT. *de mola, ejus cauſa, ſignis, curatione*, Conſtant. 1611. 4. PL.

T. GUILLAUMET *Livre Xenodochal*, Pariſ. 1611. & *Traité des ouvertures, trous & ulceres ſpontênes*, 1611. 12. MEIB.

In VIDI VIDII *operibus omnibus ſunt de Chirurgia* Libri IV. Venet. 1611. fol. Compendium quo breviter operationes chirurgicæ & inſtrumenta deſcribuntur, inprimis tamen delegationes. Pleraque aut omnia ex veteribus ſumſit. HIE-

HIERONYMI VENEROSII *conſultatio reſponſiva de urinæ ſtillicidio, pruritu & herpete exedente*, Venet. 1611. 4. PL.

J. EMANUEL LABADIE *conſeils de chirurgie*, Toulofe 1611. *

VALERII BALDUTHI *tumorum omnium præternaturalium curandorum methodus*, Venet. 1612. 4.*

Leçons anatomiques & chirurgiques de feu M. GERMAIN COURTIN *dictées depuis 1575. juſques a 1587. recueillies & corrigées de pluſieurs manuſcrits par* M. ETIENNE BINET *Chirurgien juré*, Pariſ. 1612. fol. Lyon 1638. 8. Prægrandis Liber undique collectitius.

ZACHARIÆ a PUTEO *clavis medica rationalis ſpagirica & chirurgica quæ.. de ſtranguria, pruritu & herpete varia recludit præſidia*, Venet. 1612. 4.*

RODOLPHI GOCLENII *Tractatus de magnetica vulnerum curatione citra ullum dolorem & remedii applicationem*, Francofurt. 1613. 8. Defendit ſigilla aſtralia & curationes ſympatheticas. Contra eum ſcripta eſt JOANNIS ROBERTI *Tractatus novi* GOCLENII *de magnetica vulnerum curatione anatome*, Lovan. 1615. 8. LIND. Reſpondit ille in *ſynarthroſi magnetica oppoſita infauſtæ anatomiæ* J. ROBERTI *Jeſuitæ pro defenſione Tractatus de magnetica vulnerum curatione*, Marburg. 1617. 8. LIND. ſed ROBERTUS variis libellis ad certamen rediit, ut *metamorphoſi magnetica* CALVINO GOCLENIANA, Leodii. 1618. 8. & in GOCLENIO *heauton timorumeno ſeu curationis magneticæ & unguenti armarii ruina*, Luxemburg. 1618. Nuremberg. 1662. 4. tum in GOCLENIO *mago ſenio delirante*, Duaci 1619. 12. denique in *curationis magneticæ & unguenti armarii magica impoſtura*, Luxemburgi 1621. 8. ubi tiam in HELMONTIUM pugnat. LIND. Denique GOCLENIUS *novam defenſionem magneticæ curationis vulnerum ex ſolidis principiis* repoſuit, Francofurt. 1625. 8. 1643. 8. Nam eo tempore hujus modi hiſtoriæ fidem inveniebant.

JOSEPHI PANDOLPHINI *Tractatus de ventoſitate ſpinæ ſæviſſimo morbo*, Firmi 1614. *reviſus & annotationibus noviſque obſervationibus illuſtratus a* G. A. MERCLINO, Norimberg. 1674. 12. in patholocicis dictus eſt.

In FELICIS PLATERI *obſervat.* Baſil. 1614. & alias excuſis, multæ ad morbos chirurgicos pertinent. Sic in *praxi* varix, aneuryſma hernia, fiſtulæ ani aliiq. morbi chirurgici tractantur.

JACOBI SCHALLING *ophthalmia ſeu diſquiſitio hermetico-Galenica de natura oculorum eorumque viſibilibus characteribus, morbis & remediis*, Erfordiæ 1615. fol. latine & germanice prodiit. Anatomen, morbos, & medicamenta oculorum deſcribit mirus homo, ex PARACELSI ſchola, qui, ut BARTISCHIUS, inflammationes oculorum graves refert ad magiam. Integram fere ex ſuo ingenio medicam materiam ſubjecit.

J. CASTELLANUS edidit ANTONII BALDESII *quæſtiones de gangræna & ſphaceli diverſa curatione*, Venet. 1616. 8. LIND. EJ. *phylacterium phlebotomiæ & arteriotomiæ* prodiit Argentorati 1628. 8. germanice verſum. *

CÆSARIS MAGATI *de rara medicatione vulnerum* Libri II. Venetiis 1616. fol. 1676. fol. & nuper in Germania 1733. 4. recuſi ſunt, quo celeberrimo Libro multa peculiaria continentur. Experientiæ in MAGATO multum fuit, literarum Galenicarum & ſcholaſticarum potius nimis, ut plurimum rationibus ex ſcholarum theoria deſumtis utatur, quæ noſtro ſeculo parum habeant roboris. Antiquam autem HIPPOCRATIS, & Germanorum, ante GUIDONEM, & VVURTZII praxim renovaverant chirurgi aliqui Romani, a quibus edoctus MAGATUS vulnerum delegationem frequentem, & curioſam deterſionem, & delegationum renovationes ſuperfluas, & turundas, longe a curandis vulneribus removet, unionem labiorum, clauſum vulnus, mitem medicandi rationem laudat, libro I. ubi de vulneribus in univerſum agit. *Secundo* libro vulnera cranii copioſe, reliqua parcius perſequitur, occupatus in veteribus partim defendendis. Ipſe quidem MAGATUS in religionem Franciſcanam tranſiit, arte medendi tamen non penitus deſerta. Cum vero contra ejus methodum ſcripſiſſet SENNERTUS noſter, ſub nomine F. JOANNIS BAPTISTÆ MAGATI edidit *tractatum, quo rara vulnerum curatio defenditur contra* SENNERTUM, qui cum J. BAPTISTÆ *conſiliis* anno 1637. 4. Bononiæ prodiit, recuſus in Veneta editione anni 1676. fol. & in editione Germanica, in quo methodum ſuam non in omnibus vulneribus, ſed in ſimplicibus valere, & GALENI & antiquorum doctrinæ convenire, defendit, & aliqua experimenta chirurgica addit. Eſſe enim ipſius CÆSARIS auctor eſt DIONYSIUS SANCASSANUS *dilucidazion.* p. 163. Obiit CÆSAR ſectus ob calculum anno 1647.

ALFONSI ROMANI de CORDOVA *theorica y practica de cirurgia* Madrit. 1617. 8. 1639. 1661. 8.

Guilielmi Loiseau *de internorum & externorum morborum curatione libellus cum hiſtoriis notatu digniſſimis*, Bergerac. 1617. 8. L. Bourdeaux 1620. 8. Carunculas ſanaſſe jam monuimus. Sed vide Astrucium, neque enim legi.

Caspari Hofmanni *de ichoribus & in quibus illi adparent adfectibus*, Lipſ. 1617. 8. *

Caspari Hofomanni citatum hic opuſculum collectio eſt locorum veterum.

Henrici Petræi *handbuchlein der vvundartzney*, Marpurg. 1617. 4. Norimberg. 1625. 7. cum Hildano. da ſphacelo.

Francisci Pecceti *Chirurgia in quatuor libros digeſta de tumoribus, de vulneribus, ulceribus & fracturis*, Florent. 1616. fol. Francof. 1619. 8. 2. vol. Ticin. 1697. fol. Collectio ex veteribus, cum plurimis medicamentis, & exigua utilitate.

Nicolai Habicot *Problemes medicinaux & chirurgicaux*, Pariſ. 1617. 4. *qu' un Chirurgien doit abſolument pratiquer l' opération de la branchotomie* ibid. 1620. *Rec. de l' hiſt. de la Chir.*

Henrici de Alsaro *propoſicion chirurgica y cenſura judicioſa en las dos vias curativas de heridas de cabeça y otra* del patria de Avicenna, Hiſpali 1618. 4. Ant. *

Hermanni Follini *de cauteriis*, Antvverp. 1618. 8. *

Scipione Mercurii *la commare o raccoglitrice*, Malin. 1618. 8. maj vel 4. min. Venet. 1620. 4. Verona 1652. 4. 1662. 4. Pl. germanice verſa & aucta a Godofredo Vvelschio cum titulo *kinder mutter oder hebammenbuch*, Lipſ. 1652. 4. VVittemberg. 1671. 4. Primas editiones non vidi, ſed Liber dudum ſcriptus videtur, cum anno 1560. Arantium auctor audiverit. Verboſus admodum, in iis brevior eſt, quæ neceſſaria ſunt. Partus difficiles ex ordine pluſculos enumerat, ſed omnes, ex veterum ſententia, vult reduci in caput prævium, etiam quando pes vel brachium præit, eumque partum qui fit pedibus præcedentibus pro valde difficili & malo habet. Uncos formidabiles pingit; partus cæſarei exempla felicia habet. In Veronenſi editione adjectus eſt Liber Petri de Castro *de coloſtro*, quo de meconio agit, a quo retento variolas deducit.

Inter Hippolyti Obicii opuſcula ſunt etiam *adverſus veſicantia decem deciſiones & reſponſiones ad ſingula capita diſputationis* Bernardini Caii, Vicetiæ 1618. 4. Lind. *

Jac. de Marque *Traité des bandages de Chirurgie*, Pariſ. 1618. 1631. 8. He. Ej. *introduction méthodique à la Chirurgie*, ibid. 1652. 1662. 1675. 8. He.

Matthiæ Glandorp *ſpeculum chirurgicum*, Brem. 1619. 8. Vulnera tractat præmiſſa anatome, ſubjectis obſervationibus patris & Spigelii, atque Holtzemii. Ejusdem *methodus medendi paronychia*, Brem. 1623. 8. Morbi ſecundum & gravius genus deſcribit, in quo perioſteum inflammatur, obſervationes decem addit, valde eruditas. Laudat alyſſon polygoni folio. Ejusd. *de polypo, narium affectu graviſſimo, obſervationibus illuſtrato*, Brem. 628. 4. Exciſionem & vinculum laudat, obſervationes addit non multas, nimis etiam eruditas.

Ejusd. *gazophylacium polyplufium fonticulorum & ſetaceorum*, Brem. 1633. 4. Intolerabiliter dives gazophylacium, & a noſtris nunc moribus alienum.

Ejusdem *opera omnia* Londini prodierunt 1729. 4. Patre chirurgo natus, cujus obſervationibus multum utitur, Fabricii & Spigelii diſcipulus.

Hermanni Corbei Liber *de vulneribus lethalibus & ſanabilibus*, Franco f. 1620. 8. Oratio.

Domineco Galvani *delle fontanelle*, Padoa 1620. 4. Pl. *

Raimundi Minderer *medicina militaris*, Aug. Vind. 1620. 8. Germanice ſcripta eſt cum vero titulo *gemeine handſtüklein zur kriegs artzeney gehörig*.

Joannis Colle Bellunenſis *Elucidarium anatomico chirurgicum ex Græcis, Arabibus & Latinis ſelectum cum commentariis in 4. Fen* Avicennæ. *Inſerti ſunt tractatus de vulneribus, ulceribus, tumoribus, fracturis, luxationibus*, Venet. 1621. fol. Theoreticus & compilatitius auctor.

Alfonsi Mennoz regii barbitonſoris *inſtrucion de los barbieros phlebotomicos*, Madrit. 1621. 8. Ant.

P. Zacchiæ magnum opus inter ſcriptores medicolegales, ut vocant recenſebimus.

Johannis Hornung *chirurgiſcher bericht von brandſchäden*, Nurnberg 1622. 8. Idem in ciſta medica etiam chirurgicas obſervationes habet.

Medicus niſi chirurgus ſemiplenus vel nihil eſt, Magdeburg. 1622. 4. He.

Stephani Calander *breviſſima chirurgicæ facultatis compendiaria*, Saviliani 1623. 12. Lind.

JACOBI CARANTA *decadum phyſico-medicarum* Libri II. *de morſu canis rabidi*, Saviliani 1623. 4. Occaſione ſcripſit hominis, qui tertio menſe, cum incolumis videretur, hydrophobicus perierat. Inde exempla congerit aliorum animalium rabidorum, quibus non a morſu canino malum ortum fuit, ſed quæ propria rabie perierunt.

FRANCISCI GUILIELMI CASMAK *relaçam chirurgica de ſuem caſo grave a que ſuccedere mormortificarſa ſuem braco e cortarſe con bon ſucceſſo*, Lisboa 1623. 4.* ANTON.

GUILIELMI LAUREMBERGII *epiſtolica diſſertatio curationem calculi veſicæ continens*, VVittemberg. 1623. 12. Leid. 1619. 8. quam editionem non vidi. Jam anno 1610. ſcripta eſt, & continet curationem, ut credebatur, auctoris, qui calculum in propria veſica etiam tactu perceptum, uſu aſellorum ſiccatorum & aliorum quorundam medicamentorum ſe ſuſtuliſſe ſibi perſuaſit, neque enim mihi vere ſanatus fuiſſe videtur. Cum VVittembergenſi editione exſtat epiſtola PETRI filii in qua fuſe de chirurgiæ utilitate & inde orta laude agitur.

C. BARTHOLINI *ſyntagma medico-chirurgicum de cauteriis præſertim poteſtate agentibus* ſeu *ruptoriis*, Hafniæ 1624. 4. prælectiones Patavinæ ſunt, minime certe indoctæ. Defendit Cauteria contra FABIUM PACIUM & MERCURIALEM, brevior tamen de ferro candente, fuſior de potentiali, cujus innumerabiles formulas habet, maxime *infernalium lapidum* omnis generis. Fonticulorum ſedem & encheireſim fuſe tradit.

MARTINI PANSÆ *conſilium phlebotomicum oder aderlaſſ büchlein nebſt* 50. *fragen vom blut und blutlaſſen*, Lipſ. 1624. 8. *

Inter HOECESTETTERI obſervationes etiam aliquæ chirurgicæ ſunt.

JOSEPHI de AROMATARIIS *diſputatio de rabie contagioſa*, Venet. 1625. 4. Francof. 1626. Antiquitas morbi deſcribit, ſubtiliter oſtendit, quomodo alii auctores potuerint pro novo morbo habere, cum aliqui antiquum facerent, & aquæ timorem a rabie abeſſe poſſe; naſci etiam a non rabido homine per morſum, eſſe anginæ ſpeciem, cujus ſedes ſit in arteria aſpera, docet. Horrorem aquæ eo refert, quod ægri deglutire nequeant, quod etiam in aliis anginoſis reperiatur. Cum SALIO DIVERSO helleborum laudat, non probat ſubmerſionem in aqua. Fabuloſos illos in urina catellos refutat.

His temporibus vixit LUDOVICA BOURGEOIS dicta BOURSIER, cujus habeo *obſervations ſur la ſtérilité, perte de fruits*, &c. Pariſ. (1626.) 1642. 8. *Livre ſecond* ibid. 1642. *Livre troiſiéme* 1644. & *ſecrets de la même* 1635. 8. & *apologie contre le raport des Médecins* 1627. 8. Liber etiam, Francofurt. 1628. 4. germanice recuſus eſt ſub titulo *hebammen buch*, & Belgice 1658. Delft. Cordata ſatis & prudens femina amata magnatibus, & perpetua filiorum HENRICI IV. obſtetrix. Ordo nullus, encheireſes nimis parcæ, obſervationes paucæ, aliquæ tamen raræ, fides in arcanis nimia.

SANCTORII SANCTORII *Commentarius in I. Fen.* AVICENNÆ, Venet. 1626. fol. Chirurgica inſtrumenta hic varia proponit, a ſe ipſo inventa, acum triquetram (troiſcart) varii generis, & forcipem fiſſilem ad calculum urtehræ, de qua etiam HALESIUS cogitavit. Bronchotomen laudat. Metrenchyten inventum deſcribit, & docet rationem qua clyſterem ipſe æger ſibi injiciat. In Libro *de remediorum inventione* obſervationes chirurgicas habet, de fiſtulis ani, & veſicæ. Cauteria futuræ coronalis in Italia vulgaria damnat. Ajunt SANCTORIUM artem poſſediſſe aquas hydropicas in viris per ubilicum, in feminis per uterum inmiſſo inſtrumento extrahendi.

CASPARIS VVINCK. J. S. *notæ unguenti magnetici & actiones ejuſdem adverſus* GOCLENIUM, Diling. 1628. 8.*

MARTINI RULAND *de phlebothomia, ſcarificatione, ventoſatione*, Baſil. 1627. 8. PL.

MARTINI RULAND citatum opuſculum germanice exſtat Baſil. 1613. 8. cum titulo *vom aderlaſſen und ſchrepfen*. Secundum ſeries morborum empirice fere hanc vel illam venam jubet pertundere.

J. BAPT. SORI. *conſigli ed avviſi di Chirurgia col modo di far giudicj ne' mali: una taſſa dell' onorario loro, delle fontanelle del morbo Gallico & aforiſmi toccanti la Chirurgia*, Molin. 1626. 8.*

In HORSTII *obſervationibus*, Ulmæ anno 1628. 4. Norib. 1737. 4. editis, multæ chirurgicæ ſunt, & totus IV. liber huc pertinet, tum aliqua ex epiſtolis.

Huic addatur MARCUS AURELIUS SEVERINUS (*a*) Neapolitanus profeſſor egregius, de quo nonnulli dixerunt fuiſſe MACHAONEM & PODALIRIUM horum temporum. BARTHOLINUS fatetur obſtupiſſe ſe, cum ejus operationes viderit. Peritiſſimus in anatomicis & medicis fuit, & pariter ſummus philoſophus & ab ephebis chirurgica manu operatus eſt. Ejus opus de *Trimembri chirurgia* editum eſt Francofurti 1653. in 4. alterum opus de *chirurgiæ efficacia* Francofurti 1646. in folio. Hi bini tractatus ſæpius legendi ſunt medico verſanti in praxi, ultimum docet quo modo igne & ferro, alterum quo modo medicamentis & victu curentur vulnera, & hoc diffisilius adquiritur, cum Liber de efficaci medicina etiam impreſſus ſit bono cum fructu poſt *Obſervationes* chirurgicas FABRICII HILDANI.

Hiſ-

PEDRO LOPEZ *pratita y teorica de las apoſtemas*, Sevilla 1628. *

EJUSD. *pratica y teorica de las apoſtemas in general y particular.. queſtiones y practicas de cirurgia y heritos Uagas y otras coſas nuevas*, Hiſpal. 1628. fol. * ANT.

JEAN BONNART *le ſommaire des medicamens obſervés és chef-d' œuvres de* M. BARBIOS *chir. de Paris*, Pariſ. 1629. 8. Materia medica, quæ ſimplicia & compoſita medicamenta chirurgis utilia continet.

ANTONII de VIANA *eſpejo de chirurgia primera parte de los tiempos del apoſtema ſanguineo*, Ulyſſipon. 1631. 4. * N. ANT.

BERNARDI SUEVI *de inſpectione vulnerum lethalium* Libr. in forenſi medicina dicemus.

THOM. BONHAM *the chirurgians' cloſet*, Londin. 1630. 4. HE.

FRANC. JOELIS *operum medicorum* Tomus VI. continet *methodum univerſalem curandi morbos chirurgi manu*, Roſtoch. 1630. 8. & in operibus omnibus Amſtelod. 1663. 4. * Idem Liber germanice prodiit cum titulo F. JOELIS *chirurgia oder vvundarzney in 7. theilen*, Nurnberg. 1680. 8. *

SEB. GREIFFENS *bevvährte vvundarzney aus Phil. Theophraſt. ſcriften nunmehr kurtz zuſammen gezogen durch* J. MECKER, Schleuſing. 1630. 8.

J. STEPHANI STROBELBERGER *de dentium podraga ſeu de odontagra ... in qua .. dentium ſine & cum ferro artificioſe extraendorum varii modi theorice & pratice proponuntur cum collactenorum dolori & extractioni dentium ab auctoribus dicatorum appendice*, Lipſ. 1630. 8. *

MALACHIÆ GEIGER Medici Bavari *kelegraphia ſeu deſcriptio herniarum cum earum curationibus tam medicis quam chirurgicis*, Monachii 1631. 8. & germanice *ausfuhrlicher bericht von den brüchen*, Suttgard 1661. 12. Ulm. 1696. 12. Proponit caſtrationem, punctum aureum, cauſtica, & medicamentorum plurimum habet, in obſervando parcior.

His temporibus Chirurgia in Italia fere ad meram artem medicamentariam contracta fuerat. Unicus anno. 1627. Romæ Chirurgus fuit, qui obſtetriciam faceret. FABER ad HERNANDEZ p. 767. Aneuryſmatis operationem neminem fuiſſe qui ſuſciperet, SYLVATICUS auctor eſt. Sic de calculo BARONIUS queritur relinqui eam operationem Empiricis, & cum Gallus nomine du FAU tendines extenſorum digitorum conſuiſſet, habuerunt pro incantamento *Philoſoph. tranſact.* n. 265. ſed exſtitit tunc Medicus Neapolitanus, imperterritus & animoſus homo, qui ferrum & ignem antiquæ Græciæ in uſum reduxit. MARCUS nempe AURELIUS SEVERINUS.

(*a*) EJUS multa ſcripta ſunt, primum & princeps *de recondita abſceſſuum natura* cujus Libri VII. Neapolianno. 1632. 4. minori, *octo* vero *Libri* (addito nempe libello jam dicto *de peſtilente παιδαγχόνη*) Francofurti 1643. 4. prodierunt, quæ editio aliquot capitibus & alias auctior ſatis maculoſa eſt, adornata a Polyhiſtore illo LUDOVICO de HOERNIGK. Dictio barbari quid & contortuplicati habet, ſed experimenti & maſculi roboris plurimum. Ad chirurgiam autem inprimis pertinet Liber III. de abſceſſibus anomalis, ciſticis inprimis, ferro & igne tollendis, & Liber IV. ampliſſimus, *de noviſſime obſervatis abſceſſibus*, quo etiam varices & aneuryſmata

tra-

Hiſce addamus AMBROSIUM PAREUM in folio Pariſiis editum an. 1582. gallico ſermone, ſed in linguam etiam latinam, belgicam aliaſque translatus eſt, illa autem editio ab ipſo fuit perfecta, & a Domino *du* PUY edita, & idem opus eodem tempore latine fuit editum. Mirum eſt, quod chirurgus a corpore trium regum in Gallia huic potuit vacare. JOHANNES RIOLANUS, omnium ſcriptorum ſeverus cenſor, de PAREO narrat, eum, cum in favore trium regum fuiſſet, in expeditionibus ſemper uſum eſſe ea auctoritate, ut perſuaderet & cogeret alios medicos, ſpe remunerationis apud regem inpetrandæ, ut caſus exquiſitiſsimos colligerent, qui tunc ſubpreſſo eorum nomine exirent in ſuum nomen, & ſic egregium illud opus confectum eſſe. Sed ipſe certe etiam vir fuit eruditiſsimus, qui plura vidit; cum caſtra ſæpius ſecutus ſit.

Se-

traduntur, & morborum rebellium in oſſibus ipſis fundatas radices exponuntur. Venas varicoſas adnatæ acu pungere docet. Nova nomina equidem habet, ſed multas graviſſimorum malorum per ferrum & ignem curationes. In Libro V. *pædarthrocacen* ſeu ſpinam ventoſam deſcribit, & recte oſtendit, in oſſe ipſo fundari, hinc extrorſum ſerpere. Liber VI. eſt de gibbis, paulo minus plenus. Reliqui ad praxin pertinent. Recuſus eſt Patav. 1651. 4. Francofurti 1668. 4. Leidæ 1729. 4.

EJUSD. *de efficaci medicina* Libri III. Francof. 1646. fol. 1671. fol. Rejectis medicamentis debilibus conmendat fortiora, quæ ex ordine & fuſe tradit, arteriotomen, venæ ſectionem, ſcarificationem, paracenteſin, non abdominis ſed fere omnium tumorum, ſectionem, & amputationem omnis generis, trepanum, cauterium, cucurbitulas, balnea, ſetacea. In cauteriis inprimis fuſus, ea per ſingulos morbos laudat, & nimio fere affectu etiam imperat, ubi ferrum poterat ſuffeciſſe, ut in hydrocele, & morbis uvulæ. Sic arteriarum & venarum ſectiones eruditiſſime per ſingula membra perſequitur, parcior in enarrandis encheiriſibus, & nimius in morbis ſingularibus, quos ad claſſes non reducit. Varia autem paſſim utiliter monet. In amputatione cutim ſurſum revellere jubet. In fonticulis verum locum inter deltoidem muſculum & bicipitem reſtituit. Scarificationem in pueris præfert venæ ſectioni &c. Gallice verſum opus provenit Genevæ 1669. 4. ſub titulo *de la médecine efficace*.

EJUSD. *chirurgia trimembris diætetico-pharmaco & chymico-chirurgica*, Francof. 1643. 4. Leid. 1725. 4. materies medica eſt, cum formulis tum undique collectis, tum a SEVERINO primum laudatis. EJUSD. *ſeilo-phlebotomia caſtigata ſeu de venæ ſalvatellæ uſu & abuſu*, Hanov. 1645. 4. Francof. 1668. 4. Venæ *ſeilem* ſectionem prodeſſe ad jecoris & lienis inflammationem, non ad mala eorum viſcerum diuturna docet. Practica adeo potius & anatomica eſt, quam chirurgica.

EJUSD. *ſynopſis chirurgiæ* Lib. VI. ſpurium opus, Amſtelodami 1664. 12. editum. Nam eſt SEVERINI, HORNIO teſte *microt.* pag. 251. nec niſi index capitum.

PETRI JOH. FABRI *chirurgia ſpagirica*, Argentor. 1632. 8. Tolcſæ 1638. 8. *

MELCHIORIS SEBIZ *prodromi examinis vulnerum pars prima*, Argentor. 1632. 4. *ſecunda* 1633. 4. *tertia* 1634. *examen vulnerum partium ſimilarium* 1635. 4. & *diſſimilarium partes* IV. 1636. 1637. 4. *examen vulnerum partium ſingularium & Tractatus de ſynovia ſeu meliceride* CELSI *vulgo das glied vvaſſer* 1639. 4. *

J. BAPTISTÆ CORTESII *in univerſam chirurgiam inſtitutio in qua tumorum, vulnerum, fracturarum, luxationum cognitio & curatio habetur*, Meſſanæ 1633. 4. Non utile opus, etſi aliquando curationibus præfuiſſe adparet.

Inter EJUS viri *miſcellanea* huc pertinet *Decas tertia de curtorum inſtauratione*. Operationis inventionem PETRO TURPIO tribuit, inſtrumenta & alia pleraque habet ex TAGLIACOTIO.

J. AGRICOLÆ *Inſtitutiones Chirurgiæ*, Francof. 1634. 12. *chirurgia parva das iſt vvundartzney*, Nurnberg 1643. 8. 1674. 8. * *nette feldſcherer kunſt*, Dreſd. 1716. 12. *

J. AGRICOLÆ *chirurgiæ parvæ* mihi editio eſt Norimb. 1643. quæ titulum præfert *chirurgiæ*

ſpagi-

Sequitur JOHANNES *a* VIGO, Italus, ſed debemus fateri & ipſum & alios peccaſſe in eo, quod omnia ſine ferro & igne voluerint ſanare, uti alii contra ferro & igne voluerunt uti: hinc fallit ſæpe, quandu conſulit, ut ſine ferro & igne mala tractentur, & ut hoc & illud medicamentum chemicum adplicetur. Opus eſt in 4. pluribus editionibus inpreſſum.

VIDUS VIDIUS, notus olim profeſſor, ſcripſit quatuor libros de chirurgia in folio, editos Francofurti anno 1667. Ibi leguntur ab uno auctore collecta, quæ ſparſim apud alios inveniuntur.

Pro

ſpagirica. Abſque operationibus, quas valde metuit, ſolis pene medicamentis omnia perficere conatur. Ita trepanum, exciſionemque glandium plumbearum rejicit, &c.

NICOLAI FONTANI *de extractione fetus maturi per anum*, Amſtelod. 1633. 12. cum ejus *aphoriſmis Hippocratis methodice diſpoſitis*: In *analectis* etiam chirurgici caſus habentur, & in notis ad SEB. AUSTRIUM jam deſcriptis, laryngotome deſcribitur.

JAC. CHIFLETI *acia* CELSI *propria ſignificationi reſtituta*, ALPHONSUS NUNNESIUS *defenſus*, Antvverp. 1633. 4. Eſt vero acia filum quodcunque per foramen acus trajectum GAL. *Comment.* II. *ad* L. HIPP. *de iis quæ in medicina fiunt*. CHIFLETUS & NUNNESIUS metallicum filum faciunt. In *obſervationibus* CHIFLETUS aliqua chirurgica habet, & paracenteſes thoracis ob empyema.

In SENNERTIANÆ *praxeos* Libro V. continentur chirurgica *de tumoribus*, *ulceribus*, *cutaneis vitiis*, *vulneribus*, *fracturis*, *luxationibus*, VVittemberg. 1634. 4. Ex more ſuo dilucide & utiliter obſervationes & deſcriptiones collectas ordinat, & pleraque continet, quæ ante eum meliora dicta ſunt, ſuis etiam minime vulgaribus obſervationibus adjectis. De vulneribus multus eſt, & turundas defendit & MAGATUM refutat, HILDANUM paſſim in chirurgicis ſecutus eſt.

NICOLAI ABRAHAMI FRAMBESARII *canones chirurgici* cum aliis libellis editi ſub titulo *chirurgiæ militaris*, Baſil. 1634. 8. LINC. * EJUSD. opera gallice, Lyon 1669. fol. in quibus etiam chirurgia. *

NICOL. PIETRE theſis, *Ergo ad extrahendum calculum diſſecanda ad pubem veſica*, Pariſ. 1635. recuſa a DOUGLASSIO in edit. *lithot.* DOUGLASSIANÆ, Lond. 1723. & alias. Pro apparatu alto ſcripſit.

ALEX. READ *Chirurgical lectures of tumors and ulcers*, Lond. 1635. 4. EJ. *ſurgerey*, Lond. 1659. fol. *

GEORG. LOTHI *kurtze relation von einem abgeſchluckten und auſgezogenen meſſer*, Danzig. 1635. 4. *

ROTGER HEMSING *ablehnung etlicher ungereimter dinge ſo im neulichen meſſer tractate* GEORG. LOTHI *geſtanden*, *nebſt einer verbeſſerten relation von dem den* 29. *Maii* 1635. *geſchlukten und den* 9. *Julii auſgeſchnittenen meſſer*, Elbing. 1635. 4. Deglutitus culter ſatis titubanter & ruditer, feliciter tamen eductus eſt. Recte ridet ROTGERUS uſum emplaſtri magnetici. Reliquæ lites nihil ad nos faciunt.

DANIEL BECKER *de cultrivoro Pruſſiaco*, Regiomont. 1636. 4. PL. Leid. 1640. 8. & *hiſtoriſche beſchreibung des Preuſſiſchen meſſerſchlukers*, Königsberg 1643. 8. Anglice ſub titulo *cure of the Pruſſian ſuallovv knife*, Lond. 1642. 4. Eadem hiſtoria eſt, aliis parallelis caſibus congeſtis ornata, vulnerum ſanatorum ventriculi & aliarum partium, etiam ex propria obſervatione: Subjectæ ſunt Quæſtiones 15. Turundas & frequentem deligationem contra MAGATUM defendit, magicas hiſtorias narrat, ſuperſtitioſus homo, qui etiam mederi hæmorrhagiæ jaſpidem, & magneticum emplaſtrum prodeſſe educendo ferro defendat. EJUSD. *de unguento armario*, Norimberg. 1662. 4. *

VALERII MARTINII *opuſcula de veſicantibus*, *ſinapiſmis*, *cucurbitulis*, *ligaturis*, *dolorificis frictionibus*, Venet. 1636. 4. LIND. *

THEOPHILI RAYNAUD *de ortu infantum contra naturam per ſectionem cæſaream*, Lugd. 1637. 8. Jeſuitæ opus procul dubio philologicum. *

JOH.

JOH. van BEVERVVYCH *de calculo renum & veſica libellus*, Leid. 1638. 12. cum HIERONYMI THEBALDI & aliorum conſultationibus jam dictus eſt. EJUSD. *ſchat der ongezondheit* pro *tertio* Libro habet chirurgiam *oder die heilungs kunſt* cujus prima, ni fallor, editio ſub titulo *heelkonſte ofte middelen om alle uytvvendige gebreken te geneſen*, prodiit in urbe Dordrecht 1651. 8. legi vero Francofurtenſem editionem 1671. 8. 1674. fol. Anatomen conjunctam habet, arterias, venas, oſteologiam, icones aliquas. Ad chirurgiam pertinent primo medicamenta ſecundum claſſes diſpoſita, tunc tractatus de tumoribus, vulneribus, luxationibus & fracturis, non integrum adeo artis ambitum abſolvit. Non eſt abſque propriis obſervationibus, de paracenteſi, reſecandis nævis, &c.

FRANCISCUS THEVENIN obiit anno 1638. etſi EJUS *œuvres contenant ut traité des opérations de Chirurgie, un traité des tumeurs, & un dictionaire etymologique de mots Grecs ſervans à la Médecine a* GUILIELMO PARTHON demum anno 1658. & iterum 1669. 4. Pariſiis edita ſint. Valde laudant Chirurgi Pariſini in *Recherches ſur l'hiſtoire de la Chirurgie* pag. 270. procul dubio, quod auctor de grege eorum fuerit. Ita THEVENINUM calculi ſectionem myſteriis ſuis nudaſſe ſcribunt, quem nos nihil reperimus habere, quod alii non habeant, imo ideo legimus minus probare parvum apparatum, quod corpus veſicæ incidatur. Partum cæſareum defendit.

JOHANNIS RHODII *de acia* CELSI *qua ſimul univerſa fibulæ ratio explicatur*, Patav. 1639. 4. & auctius Hafniæ 1672. 4. denique Lundæ Scanorum ſub titulo *antiquitatum a* CELSO *&* RHODIO *de acia ab interitu vindicatarum* 1694. 4. Præter multa alia, quæ ad alias fibulas pertinent, erudite oſtendit, aciam non metallicum filum fuiſſe, ſed linum tortum, fibulam vero ſuturam filo etiam vulgari factam. Erroris cauſam in GUIDONE repetit. IDEM in SEPTALII *cautiones & animadverſiones medicas analecta & notas*, Patavii 1652. 8. edidit, ad univerſam chirurgiam collectas undique obſervationes & medicamenta, & aphoriſmos prognoſticos adſpergit.

MICH. RAPH. SMUTZ *methodus curandi calculum*, Neoburg. 1640. 12.

JOSEPH COUILLARD *le Chirurgien opérateur*, Lyon 1640. 4.

PAULI MARQ. SLEGEL *ophthalmographia & opſioſcopia*, Jenæ 1640. 4. *

In NICOLAI TULPII *obſervationibus*, Leidæ 1641. 8. & ſæpe alias recuſis multæ & valde memorabiles obſervationes chirurgicæ reperiuntur.

FACONDINI ANGELINI *methodus pro venæſectione eligenda*, Patav. 1641. 4. *

In P. ALPINI *medicina Ægyptiorum* multa habentur ad ſcarificationem & cauſticorum Ægyptiacorum cognitionem ſpectantia.

SAMUELIS CHABIDI *ſeu Dilecti Luſitani ocyrrhoë ſeu de venæ ſectione tractatus*, Venet. 1642. 4. * an hujus loci ſit ignoro: An forte AMATI opus? Inter ZACUTI *Luſitani* obſervationes paſſim variæ chirurgicæ ſunt, ſanatus hydrocephalus ope acus triquetræ, atreta, cui fæces per virgam exibant inciſa membrana curatus, & aliæ.

A. de CORBYE *fleurs de chirurgie cueillies aux Livres des plus excellens auteurs*, Lyon 1642. 8. Pariſ. 1660. HE. *

PETRI SERVII *de unguento armario*, Rom. 1642. 8. *ſeu bedenken von der vvaffenſalbe*, Francofurti 1672. *

Inter G. BALLONII Libros eſt *de calculo*, Pariſ. 1643. 8. jam citatus.

JOSEPH SCHMIDS *Examen chirurgicum*, Aug. Vindel. 1644. 12. EJ. *ſpeculum chirurgicum*, Ulm. 1656. Auguſt. 1675. 4. EJ. *examen phlebotomicum oder gründlicher bericht vom aderlaſſen*, Ulm. vel Aug. Vindelicor. 1653. 12. EJ. *kriegs arzney*, Francof. 1664. 12. EJ. *inſtrumentorum chirurgicorum deſcriptio*, Aug. Vind. 1697. Germanice. EJ. *miſcellanea medico-chirurgica ſeu mediciniſches und chirurgiſches ſchazkäſtlein*, Francof. 1709. 8. & *neu eingerichteter feldkaſten vor vvundarzney* ibid. 1710. 8. HE. armamentarium nempe chirurgicum. *

NICOLAI PAPINII *de pulvere ſympathetico diſſertatio*, Lutet. 1644. 8. 1650. 8. LIND. *

Inter HELMONTII opera huc pertinent *cauterium*, cujus inutilitatem conatur oſtendere, *de magnetica vulnerum curatione*, quam defendit, &, ſi mavis huc referre, Lib. *de lithiaſi*.

FRIDERICI MONAVII *bronchotomia*, Regiomont. 1644. 4. Gryphſvvald. 1654. 4. Jen. 1711. 8. Habet obſervationes aliquas ſanatorum vulnerum arteriæ aſperæ & bronchotomiæ felicis, & ſuffocationum, tum medendi modum, & iconem.

ANE

ANDREÆ CNOFFELII *apologie vvegen unguht curirten gliedſchvvammes*, Leipzig 1645. 4.*

LUDOVICI SETTALA *compendio di Chirurgia*, Milan. 1646. 8. * In EJUS *cautelis & animadverſionibus* de vulneribus agit Libro VII. quo commendat methodum MAGATI, & vulnera etiam nervorum, capitis & thoracis percurrit, additis conſiliis ad curationem, & hiſtoriis.

ALESSANDRO TADINI *breve compendio per curare ogni ſorte di tumori eſterni*, Milan. 1646. 8. * Videtur ex SEPTALIO decerpſiſſe.

RENATI MOREAU *de laryngotomia* Liber, Pariſ. 1646. 8. cum T. BARTHOLINI libello *de angina epidemica puerorum Campaniæ & Siciliæ*, jam a nobis citato, prodiit, quo etiam vulnera & abſceſſus cerebri funeſti deſcribuntur.

Ipſe BARTHOLINUS chirurgiam paſſim illuſtravit. Edidit *anatomicam diſſecti aneuryſmatis hiſtoriam*, Panormi 1644. 12. nati nempe ex venæ ſectione. Porro, in libello *de inſolitis partus viis*, Hafniæ 1664. 8. excuſo, deſcribit primo hiſtoriam feminæ Lalandicæ, cui per 18. annos retentus fetus per ulcus hypogaſtrii denique exiit. Ea occaſione colligit varias hiſtorias fetuum per anum, illa, os ipſum excluſorum. In *hiſtoriis* habet varia huc pertinentia, atretas, vulnera, inſtrumentum Norvegicum ad uvulam longiorem caſtigandam. In *Epiſtolis* herniarum, calculoſorum hiſtorias tradit, alia in *Actis Hafnienſibus*, ut erat vir plurimæ lectionis. IDEM edidit cum Libro *de inſolitis partus viis poſthumas* J. VESLINGII *epiſtolas*, quibus varia pulcherrima continentur. MAGATI defenſio: luxatio femoris ſibi viſa: ſutura tendinis: vulnera cerebelli ſanata, &c. IDEM cum LYSERI cultro conjunctas edidit SEIDELII, MOIMCHENII, BOGDANI obſervationes utiles, de aneuryſmate, hydrocele, reſecto utero, vulnere inteſtini ſanato &c.

J. FIERRARAS *vraie méthode de la parfaite chirurgie*, Pariſ. 1648. 8. HE. *

In ARNOLDI BOOTII *omiſſis adfectibus* qui primum Londini 1649. 12. prodierunt, aliqua chirurgica ſunt, & fuſa de nodis rachiticis in coſtis tractatio.

ISBRANDI de DIEMERBROECK *Oratio de reducenda ad medicinam chirurgia*, Ultrajecti 1649. fol. In EJUSD. *anatome* paſſim obſervationes chirurgicæ exſtant.

J. A. GUERIN *le chirurgien charitable*, Lyon 1651. 8. PL. *

PETRI von der STILLE *handbuch der Chirurgie*, Francof. 1648. 8. Hafniæ 1651. 8. Francof. 1682. 8. *

PETRI von der STILLE libelli citati maxima pars in medicamentis occupatur.

J. SCHILLING *de carcinomate*, Argent. 1649. 4.

PETRI de PLATEA *breve ed utile diſcorſo di chirurgia*, Rom. 1650. 4. *

JOH. HEUNIUM hic citatum laudat STAHLIUS in diſputatione *de ſanguiſug.*

JOH. HEUNII *de hirudinum uſu & efficacia*, Gryphſvvald. 1652. 12. *

Ad HUXHOLZTIUM adde: antiquo more ſcripſiſſe, & caput juſſiſſe in pronum dirigi.

JOH. FONTEYN *het eerſte deel der leſſen betreffende de konſt der Chirurgie door* ANT. FONTEYN, Amſtelod. 1651. 12. MEIB. * Non magni eum fecit, ſi idem eſt, ULHOORNUS *tvveede vertoog* pag. 333. Chirurgiam prælegebat Amſtelodami.

LAURENTII STRAUSS *epiſtola de pulvere ſympathetico ad* DIGBÆUM, Darmſtatt. 1651. 8. IDEM *theatrum ſympatheticum*, ſcriptorum nempe hujus generis collectionem edidit, Norimberg. 1660. 12. 1662. 4. EJUSD. *de Muſſipontano fetu* libellos jam diximus.

VVOLR. HUXHOLTZ *unterricht der hebammen*, Caſſel 1652. 8. *

In LAZARI RIVERII *obſervationibus*, Hag. 1651. 8. & alias editis, non paucæ ſunt chirurgicæ ad vulnera, fracturas, tumores, abſceſſus, &c.

SAM. FORMY *Traité des bandes, laqs, emplaſtres, compreſſes, atelles & bandages*, Montpell. 1653. 8. HE. alii annum habent 1651. 8.

Cum *novis opuſculis anatomicis* RIOLANI, Pariſ. 1653. 8. prodiit CAR. ARTHURI PLESSII epiſtola, qua inciſio colli veſicæ ad pus in iſchuria emittendum feliciter inſtituta deſcribitur. RIOLANUS ipſe *Enchiridio anatomico* varia habet chirurgica, apparatum altum, quem non valde probat, puncturam perinæi in ſenibus.

GEO. GELMANN. *dreyfache chirurgiſche blumen nebſt 90. fragen auff der anatomie, vervvundungen und arzneyen*, Francof. 1652. 4. RIV. 1680. 4. Anatomen habet & vulnera capitis, thoracis, artuum. *

In ISAACI CATTIER *obſervationibus*, Caſtris 1653. 8. editis chirurgicæ aliquæ ſunt, ut ſanatio gangrænæ inteſtini incarcerati.

ISAACUS

ISAACUS CATTIER hoc loco dictus libellum anno 1651. Pariſiis edidit *de la poudre de ſympathie* 8.

J. PHAR. RHUMEL *opuſcula chymico magica medica de curatione herniarum*, &c. 1653. 12. HE. *

JOHANNES SCULTETUS Ulmæ utramque medicinam exercuit SPIGELII diſcipulus. EJUS princeps opus eſt *Armamentarium Chirurgicum* ſæpiſſime recuſum. Prima editio eſt Ulm. 1653. fol. tum alia 1655. fol. * Recuſum eſt Hag. 1657. 1662. 8. Venet. 1665. 8. cum 43. tabb. Francof. 1666. 4. cum 66. tabulis, & copioſius Amſtelodami 1672. 8. Germanice etiam vertente J. MEGERLIN prodiit Francofurti 1679. 4. & Gallice cum titulo *arſenal de Chirurgie*, Lyon 1675. & 1712. 4. & Belgice Dordrecht 1657. & 1670. nuper vero cura GERARDI van DICTEN auctius editum Leidæ 1748. 8. ſub titulo *vvapenhuys der heelkonſt*.

JOHANNIS SCULTETI *armamentarium chirurgicum* cura etiam J. CHR. de SPROEGEL anno 1741. 8. recuſum exſtat.

SCHULZII ipſum opus poſthumum eſt, tabulas proprias habet 43. obſervationes ſubjectas 100. Icones & inſtrumenta eo tempore nota continet, & operationum encheireſes. Inter inſtrumenta reperio ad obſervationem 89. *tourniquet* illud Gallorum, quod illi vulgo multo ſerius inventum eſſe ſcribunt. *Auctarium decem tabularum* ab heredibus adjectum eſt, cujus mea editio eſt Amſtelodamenſis 1669. 8. quo deligationes, inſtrumentum ad uvulam amputandam, aliqua ad luxationes continentur. Addidit Amſtelodami J. B. a LAMZVVEERDE *appendicem* 103. *obſervationum*, peſſimus homo, qui uſus P. de MARCHETTIS obſervationibus, loca unice mutaverit, jam ab ALMELOVEENIO in furto deprehenſus *invent. novantiq.* pag. 28. Adjecta ſunt varia alia ad infuſionem & transfuſionem, tum Chirurgorum Belgii celebrium obſervationes. Inde Amſtelodami acceſſit *auctarium* II. continens obſervationes PETRI HADRIANI F. VERDUYN ex Belgico Latine redditum a M. FILINGIO, anno 1693. 8. Viginti omnino obſervationes ſunt & PETRI, & HADRIANI patris, quæ inprimis ſcirrhorum amputationes continent.

CONRAD FROMMAN *Tractatus medico-chirurgicus de gangrana & ſphacelo*, Argent. 1654 LIND. *

J. SOPHRONII KOZAK *Tractatus ſpagirici de phlebotomia & de fontanellis*, Brem. 1655. 8.*

PAULI MOTH *caſus chirurgicus perforati thoracis*, Hafn. 1656. 4 LIND. & auctius Francofurti 1660. 8. *

BARTH. BONACURSII *opuſculum de externis malis*, Bonon. 1656. 4. PL. *

MICH. LYSER *de ſphacelo cerebri*, Lipſ. 1656. diſputationes cum obſervationibus in Italia natis.

JEAN VIGIER *la grande chirurgie des ulcères* II. ed. Lyon 1656. 8. EJUSD. *opera medico-chirurgica*, latine reddita a JOHANNE filio, Hag. 1659. 4. Ineunte ſeculo ſcripta eſſe videntur, ignoro autem primam editionem. Continentur in collectione *Chirurgia magna* ſive pentateuchos ille veteribus familiaris, cum plurimis medicamentis. Tum *armamentarium chirurgicum* ſive materiæ medicæ pars chirurgica. Reliqua anatomica ſunt. Totum fere PAREUM exſcripſit SCHULZE *chirurg.* pag. 43.

ABRAHAM LINCOBSON FOX *experimental Tract of ſurgery*, Lond. 1656. 8. Eſt verſio, ni fallor VVURTZIANI operis.

In J. NARDII *noctibus genialibus tertia* eſt de gangræna, cujus curationem a curatione ſphaceli non differre & requirere ſcarificationem & acria medicamenta oſtendit, contra neſcio quem chirurgum blandæ curationis laudatorem.

In J. DANIEL HORST *Decade obſervationum*, Francof. 1656. 4. aliquæ chirurgicæ habentur, paralyſeos lateris alterni in cerebri abſceſſu, ecchymoſium a cauſa interna. Nam ipſe chirurgiam ſua manu exercuit, & trepanum feliciter adhibuit, reclamantibus, qua erant ruditate, chirurgis *Epiſt.* ad FONTANUM.

LUDOVICI CLUEYRATI *Tractatus de vulneribus capitis*, Toloſæ 1657. 8. LIND. *

CONRAD. VICTOR SCHNEIDER diſputatio *de fractura cranii*, VVittemb. 1657. *de partu difficili* 1675. & aliis.

CONR. VICTOR SCHNEIDER hic jam citatus in Libro IV. *de catarrhis* fuſe *de cauteriis & veſicatoriis* egit.

Treatiſe of phlebotomy vvith the uſe of cupping glaſſes and luches, Lond. 1658. 8. *

KENELM DIGBY *diſcours de la guériſon des playes par la poudre de ſympathie*, Pariſ.1658. 12. Anglice ſub titulo *diſcourſe touching the cure of vvounds by the povvder of ſympathy*, 1658. 8. 1659. 8. 1660. 12. EJ. *receipts in phyſic and ſurgery*, Londin. 1668. 12. * EJUSD. gallice prodierunt *nouveaux & rares ſecrets*, *& un diſcours touchant la guériſon des playes par la poudre de ſympathie*, Antvverp. 1678. 8. uterque prior libellus, ut videtur. Vir bene in bonas artes animatus, ſed credulus, magnus curationum ſympatheticarum ope vitrioli ad ſolem calcinati factarum defenſor.

KENELM DIGBY *nouveaux & rares ſecrets*, *& un diſcours touchant la guériſon des playes*, &c. Germanice prodiit cum titulo *eröfnung unter ſchiedner heimlichkeiten der natur durch die ſympathiam*, Francof. 1689. 8. Ratzeburg 1715. 8.

J. GODOFR. MOEBII diſp. *de ſpina ventoſa*, Jen. 1658.

HERMANNI van der HEYDE *phyſical diſcourſe of the vvounderfull virtues of cold vvater*, Londin. 1724. 8. a SANCASSANO recuſus cum titulo *delle incredibili virtù dell' acqua fredda sì data per bocca come applicata di fuori e alle ferite*. Prima editio, quam non vidi prodiit 4. 1658. Gandavenſis medicus exemplis & comparatione hydrophobiæ per inmerſionem ſervatæ, confirmat in dolore capitis, phrenitide, mania, alvo conſtricta, ſingultu, reſuta manu feliciſſime aquam ſimplicem adhibitam fuiſſe.

PAULI BARBETTE *Chirurgie*, *tvveede ſtuk*, Amſtelod. 1658. 8. latine Leidæ 1672. 12. EJUSD. *chirurgia notis ac obſervationibus rarioribus illuſtrata ſecundum recentiorum inventa*, *opera* JOH. MUYS Amſtelod. 1693. 12. recuſa etiam Genevæ cum MANGETI 1683. 4. cum nonnullis collectaneis additionibus: cum gallico titulo *la pratique de chirurgie enrichie & augmentée de pluſieurs remarques*, *hiſtoires*, *guériſons & explications*, *par* J. MANGET, Lyon 1693. 12. vol. 3. & Germanice vertente PHIL. JACOBO VVALDSCHMID, Francof. 1683. tum in *operibus omnibus* Germanice editis Lipſ. 1718. 8. Non incommodum compendium pro eo tempore, etſi multus ſit in medicamentis. Herniam femoralem habet, & acum triquetram *troisquart*, a BLOKIO propoſitam rudiorem.

PAULI BARBETTE *chirurgie*, *tvveede ſtuk* recuſa exſtat Amſtelod. 1663. 8. EJUSD. *opera omnia* Latine excuſa ſunt Rom. 1682. 8. J. JAC. etiam VVALDSCHMID edidit Germanice EJUS *chirurgiſche und anatomiſche ſchriften*, Francof. 1683. 8. cum emendationibus.

VOPISCI FORTUNATI PLEMP *ophthalmographia* edit. III. Lovan. 1659. fol. Habet morbos oculorum, qui vulgo a Chirurgicis curantur.

J. THEOD. SCHENK *de fractura tibiæ cum vulnere & prominente oſſe* diſp. Jen. 1659.

J. MERLET *opuſcula medica duo*, *unum de cauteriis*, *alterum de tuſſi*, Pariſ.1659.12. RIV.*

SIMON PAULI *relatio de periculoſiſſimo*, *difficillimo*, *anatomico & chirurgico caſu*, Francof. 1660. 8.* Nonne idem cum vulneris thoracici & inteſtinorum hiſtoria, cujus ad RIOLANUM deſcriptionem dedit ad finem παρεκβάσεως de cauſa febrium malignarum. Habet in eo Libro etiam alia vulnera, tendinum, &c. Reſpondet in epiſtola una excuſa RIOLANUS.

THEATRUM SYMPATHETICUM, Norimberg. 1660. 12. & 1662 4. editum, eſt collectio uti diximus, eorum, quæ pro unguento armario, pulvere ſympathetico, aut contra eadem ſcripta fuerunt. In eo exſtat etiam J. NARDII, Liber *de prodigioſis vulnerum curationibus*, & alii quos fere citavimus.

In *Theatri ſympathetici* priori editione (nempe anni 1660.) nunc video unice contineri DIGBYI opuſculum cum STRAUSII ad auctorem epiſtola.

G. C. L. C. (forte LE CLERC) *école du chirurgien ou les principes de la Chirurgie Françoiſe*, Lyon 1684. 12. Compendium pro tironibus.

GOD. VVELSCH *rationarium vulnerum lethalium* inter forenſes medicos repetemus.

GOD. VVELSCH etiam eſt *ſcrutinium fontanellarum*, Lipſ. 1684. 4.

Cum STEPHANI RODERICI a CASTRO *ſyntaxi* prodiit etiam Tractatus *de chirurgicis adminiſtrationibus*, Lugduni 1661. 4. *

ANTON. DEUSING *de pulvere ſympathetico*, Groning. 1662. 12.

BATTI *handboek der Chirurgie*, Amſtelod. 1662. 8. *

GUERNER ROLFING *de ichore ulcerum ſeroſo*, 1642. *de vulneribus*, Jen. 1653. *de genuina calculorum in corpore humano generatione*, Jen. 1663. Diſputationes ſunt. In ultima obſervationes aliquas, & cancrorum phænomena deſcribit. EJUSD. Diſputationes *de entero-*

cele

Pro compendio autem habebatur olim *ſyſtema chirurgicum* JOHANNIS HORNII (*a*), qui Lugduni Batavorum profeſſor fuit ante DRELINCURTIUM. Hic Liber Lipſiæ editus eſt anno 1707. Pariter huc ſpectat PAULUS ÆGINETA *de Rebus chirurgicis*.

Hi ſufficiant pro ſyſtematicis ſcriptoribus.

cele 1664. *de cataracta*, Jen. 1664. *de ſcrophulis ſeu ſtrumis* 1667. *de curatione hydropis imprimis paracenteſi* 1668. 4. Chirurgicas operationes perficiebat propria manu, & feliciter herniam incarceratam ſectione curavit *diſſertatio anat.* pag. 182. Obſtetriciam etiam artem exercebat, & armamentarium chirurgicum optime inſtructum collegerat.

GUERNER ROLFINK etiam eſt diſputatio *de gutta ſerena*, Jen. 1669. Cæterum hic auctor, quem artem obſtetriciam exercuiſſe diximus, 206. feminas alvi pondere liberavit.

PHIL. GRULING *tractatus de calculo*, Northauſen 1662. 4.

(*a*) JOHANNES van HORNE, proficiendi cupidiſſimus homo & præmatura omnino morte abreptus, non expers ipſe ſecandi, & M. AURELII SEVERINI diſcipulus, ſcripſit Leidæ editam 1663. 12. 1668. 12. & 1675. 12. *Microtechnen*, ſæpiſſime recuſam, & cum notis atque correctionibus J. VVILHELMI PAULI Lipſ. 1707. 8. Belgice prodiit eadem, Amſtelod. 1684. 8. & germanice cum titulo *kl.ine kunſt oder anleitung zur vvundarzney*, Halberſtad 1679. 8. 1685. 8. Ordo non commodus eſt, neque ubique perinde auſcultari debet, ut in amputationis rudi modo quam a BOTALLO recipit. Minime tamen inutile compendium eſt, cum quo breve etiam de ſcriptoribus chirurgicis judicium exſtat. Fracturam femoris a cauſa externa negavit. IDEM jam anno 1644. cum BARTHOLINO epiſtolam *de aneuryſmate* arteriæ tibialis & popliteæ ediderat. IDEM BOTALLI opera edidit.

HENDRIK van ROONHUYZEN *heelkonſtige aanmerkingen betreffend de gebreken der vrouvven*, Amſtelod. 1663. 8. 1672. 8. Obſtetricia arte fungebatur, ſtipendio conductus, (van HORNE ex edit. PAUL. pag. 471.) idemque filio ROGERIO & Chirurgis Amſtelodamenſibus arcanum modum fetum educendi reliquit, de quo nuperam litem alibi citabimus. Hoc libello, per experimenta nato, continentur hiſtoriæ partus cæſarei, quem laudat & difficultatibus liberat, de prolapſu vaginæ, quem ſolum admittit excluſo uteri prolapſu, de atretis omnis generis, de rupta veſica, de adhæſione duræ matris (qua occaſione & trepanum & repulſionem duræ membranæ rejicit, quæ fit meningophylace) de fracturis capitis, labio leporino, vulnere nervi. Singula capita multis obſervationibus illuſtrat. Deinde IDEM edidit Amſtelodami anno 1672. obſervationes quæ ſub titulo *hiſtoriſche heilkuren*, prodierunt Norimbergæ 1674. 8. Præter priora hoc volumine continentur 35. curationes inſigniores ab auctore peractæ.

HENDRIK van ROONHUYZEN magno cum applauſu artem obſtetriciam exercuiſſe ipſius HENRICI van DEVENTER non ſuſpecto teſtimonio confirmamus (ad VINK pag. 309.) EJUS primo loco dictus libellus Anglice verſus prodiit Lond. 1676. 8.

J. RUD. SALZMANN *an unguentum armarium naturaliter ſalutem afferat*, Argent. 1663. 4.

CHRISTOPH. SCHORER dictus libellus brevis eſt, cum collectis laudantium teſtimoniis.

Cum J. FRANCI citato libro recuſus etiam exſtat Salfeld 1671. 8.

CHRISTOPH. SCHORER *bericht vom nutzen und gebrauch der fontanellen*, Ulm. 1665. 8. (1664. 8. KAESTN.) Aug. Vindelic. 1686. 12. cum J. FRANCI Libro *de ſetaceo*, Salfeld 1706. 8. *

PETRI de MARCHETTIS *obſervationum medico-chirurgicarum ſylloge*, Patav. 1664. 8. Amſtelod. 1665. 12. 1675. 4. Londini 1729 8. germanice Norimbergæ 1673. 8. Magnificæ certe & difficiles curationes a medico Profeſſore peractæ. Pertinent ad vulnera, tumores, cancros, fiſtulas ani, urethræ, ſpinam ventoſam, &c. Earum una, tendinis flexoris pollicis ab equo evulſi, ſeorſim unico in 4. folio edita proſtat, Patav. 1654 4.

J. GEORG. SOMMER *hebammen ſchul*, Coburg. 1664. 1691. 1715. 12. HEIST. Arnſtatt. 1676. 12. *

LUDOVICI NASSAVII *de modo curandi vulnera per ſympathiam epiſtola*, Roterod. 1665. 8. LIND. *

J. LAUR. BAUSCH in *proœmio* Libri *de hæmatite & aëtite* magnam habet collectionem vulnerum etiam rariorum.

In PHILIPPI JACOBI SACHSII *Gammarologia*, Breslau 1665. edita, collectio calculorum reperitur.

Aderlaſſbüchlein oder bericht vom aderlaſſen und ſchrepfen, Nurenberg 1665. 8. HE. *

In PHILOSOPHICIS TRANSACTIONIBUS inſignis continetur theſaurus obſervationum rariorum, quarum eas citabo, quæ mihi præcipuæ viſæ ſunt.

N. 56. Calculus veſicæ in ſuibus frequens in Jamaica.

N. 83. THOMÆ CORNELII contra Tarantulæ vim illam celeberrimam objectiones. Morbum habet pro Chorea S. Viti.

N. 94. DENYS de liquore ſtyptico eximio. De eodem 95. 96. 97. ubi ejus in claſſe Regia ſucceſſus laudatur.

N. 99. Calculi in veſica humana triginta & octo.

N. 101. Calculi in veſica bubula 200. aurei rotundi.

N. 144. TYSON de viperæ morſu & veneno, & ejus cum ſanguine fermentatione.

N. 157. & 182. FRIDERICI SLARE egregia experimenta cum calculo humano.

N. 168. Calculus circa acum natus.

N. 170. Calculi per anum redditi.

N. 171. Calculus enormi mole.

N. 175. Calculi per penem egeſti.

N. 176. Ulcus in inteſtina penetrans.

N. 187. 191. De curandis hydrophobis.

N. 202. Magnus calculus ex urethra feminæ.

N. 207. Hydrophobiæ hiſtoria: & de calculo in renibus reperto.

N. 208. VV. COVVPER de liquoribus ſtypticis VV. COLBATCH experimenta.

N. 209. Calculi ſectio.

N. 210. Efficacia cauterii ad morſum viperæ caudiſonæ.

N. 211. Iterum de viperæ morſu.

N. 215. Ancyloſis univerſalis pene omnium oſſium.

N. 219 Vulnus ventriculi iu equo ſanatum.

N. 220. Calculus poſt 20. annos ex urethra ſectus.

N. 222. Calculus 51. unciarum.

N. 223. De nephrotome.

N. 227. MORLEY Oſſa per anum ejecta.

N. 228. Calculus in cerebro & ſphacelus.

N. 229. Fetus ex ulcere umbilici.

N. 236. MOLYNEUX de calculi ex femina extractione.

N. 237. GEORGII DAMPIER remedium ad canem rabidum, nempe lichen terreſtris cinereus, etiam MEADIO probatus.

N. 242. Pueri hydrophobi ſanati mercurio vitæ.

N. 243. Fetus ſuper os pubis ex ulcere extractus felici eventu.

N. 245. Experimenta cum vipera.

N. 250. Ad calculum laudatur genus oſtracitis. De vaccino bezoar. De operatione Fr. JACOBI.

N. 252. COVVPERI ſutura tendinis Achillis felix: COCKBURNE de vi veſicatoriorum in febre.

N. 258. Pro utilitate bronchotomes.

N. 259. Antliæ pro cucurbitula uſus.

N. 260. PROBY acus de veſica reſecta.

N. 261. Calculus capillatus. Silex intra calculum. Polypus in cane. De calculis cancri.

N. 267. LA FAGE hiſtoria maximi aneuryſmatis.

N. 275. Cancer peculiaris funeſtus. Fetus per umbilicum abſcedens.

N. 277. Hydrophobiæ natura contagioſa.

N. 282.

N. 282. Mala varia ab oſſiculis prunorum deglutitis.
N. 283. SKIPTON de parte inteſtini feliciter reſecta.
N. 285. Hiſtoria cultrivori Pruſſici.
N. 285. Paracenteſis felix in ulcere pulmonum a variolis.
N. 295. Calculi grandes per urethram.
N. 300. GREENHILL funeſtus ſchirroſus tumor pectoris.
N. 301. Acicula in ventriculo animalis.
N. 302. Oſſa fetus per ulcus matris excreta.
N. 305. Tumor ampliſſimus glandulæ Thyreoideæ.
N. 307. A. de MARCHETTIS laudat coccygis repreſſionem in partu: partum cæſareum adminiſtravit.
N. 308. Tumor colli hydatidibus plenus.
N. 309. Antlia & cucurbitula ad caput fetus extrahendum fruſtra adhibitæ.
N. 317. AMYAND caſus chirurgici.
N. 320. Glans plumbea poſt 30. annos de capite exeuns. Fiſſura ſuturam tranſeuns.
N. 325. Calculi per anum egeſti. Ulcus renum.
N. 330. Abſceſſus coli ab acicula.
N. 335. Experimenta cum viperis in demorſis canibus facta.
N. 336. Calculi duo magni per urethram educti.
N. 337. Scirrhus mammæ in dura cyſtide incluſus. Hominis a vipera demorſi ſymptomata.
N. 339. De inoculatione variolarum & n. 347. de eadem PYLARINI tr.
N. 548. Graviditas diuturna.
N. 354. Tumor cyſticus genæ peramplus reſectus.
N. 365. Fractura patellæ ſuppoſititia. Aliqua chirurgica STEIGERTHALI.
N. 366. VATER obſervatio inteſtini coli de corpore penduli.
N. 370. Scapula amiſſa ex gangræna.
De inoculatione ibid. & 373. 374. 375. 382. 419. 429. 432.
N. 371. Vulnera & abſceſſus ventriculi. BENEVOLI de cataracta obſervatio. J. DOUGLAS nova methodus ſcandali calculi.
N. 376. DUDLEY phænomena ſerpentis caudiſoni.
N. 377. De calculo obſervationes.
N. 383. C. SPRENGEL de liquore ſtyptico EATONIANO.
N. 384. VATER obſervationes cataractæ & viſus partialis.
N. 389. Tumor profunde in pectore radicatus, ſanatus.
N. 391. Vulnus a furca per anum immiſſa ſanatum.
N. 394. Sectio corporis calculoſi.
N. 397. Calculus magnus cum urina redditus.
N. 399. De punctione veſicæ. HALL ſymptomata viperæ caudiſonæ.
N. 440. Foramen in ventriculo. Fiſtula oſſis malæ.
N. 404. F. NICHOLLS de aneuryſmatibus. CHESELDEN de inſtrumento ad cataractam, & obſervationes calculi renalis.
N. 405. Rari tumores abdominis.
N. 413. Calculus magnus ex urethra egeſtus.
N. 416. Fetus per anum excluſus: Bronchotome.
N. 417. Calculus ſponte fractus.
N. 421. RAMBY hiſtoria herniæ umbilicalis.
N. 422. Exomphalos naturalis.
N. 423. SKIPTON de uſu corticis Chinæ ad gangrænam.
N. 437. FRANC. JOS. HUNAULT de fiſtula lacrymali, quam abſque turunda ſanari vult, &c.
N. 439. 441. Canes rabidi argento vivo ſanati.
N. 440. Subſtantia oſſea in utero.
N. 444. Obſtructio a pruno colo impacto. Cæci hernia cum vulnere.
N. 445. AMYAND funeſta amputatio humeri in articulatione. Ruptum inteſtinum in hernia umbilicali ſanatum. Acicula circa quam calculus coaluerat in hernia inguinali. De vi olei ad ſanandos morſus viperarum. De eodem N. 444. 445. 451. In Anglia felix, in Gallia debile fuit.

N. 446.

N. 446. Tumor pelvis calloſus.

N. 448. Sanata hydrophobia ope remedii DAMPERIANI conf. 445.

N. 449. Vulnus ſclopetarium oeſophagi. Apoſtema ex obſtructione veſiculæ fellis. Evulſum brachium a molendini ala ſanatum.

N. 450. AMYAND bubonocele & de noxis omenti in hernia. Acicula in calculo GREGORY. Calculus maximus.

N. 451. FERGUSON par lienis exſtirpata.

N. 452. Tumor genu difficilis.

N. 453. Vulnus membranæ corneæ ſanatum abſque cicatrice. Caſus aliqui chirurgici.

N. 456. Atheroma femoris enorme exſtirpatum. Calculus per perinæum SISLEY. Exoſtoſes miræ dorſi.

N. 458. Oſſicula multa in cerebrum & duram matrem impreſſa. Tympani pars deſtructa, &c.

N. 459. Perforandorum inteſtinorum in flatulentia conſilium. Machina pro fractura femoris. Calculi ex ano & ex abuſu lapidum cancrorum. Oſſa mollia. Hernia inguinalis.

N. 460. LE CAT experimenta in inteſtino poſt herniam ſuppuratam adnato ad abdominis parietes, cum ano ſecundario. Fetus ex ano egeſtus. Cruſtæ piloſæ & pili ex urina. Cyſtides aquoſæ peritonæi.

N. 461. Ancyloſis univerſalis totius ſceleti. Inſtrumenta nova pro illuminanda aure. Siphones ad tubam aperiendam. De callo ſupplente fracturam femoris. Felix ſectio cæſarea.

N. 462 Antidotum contra venenum Indorum MILLVVARD. Calculi in appendice veſicæ urinariæ. Inſtrumentum ad callipædiam. Calculoſi diſſectio, qui fruſtra medicamenta STEPHANIANA ſumpſerat. Ulcus inteſtini recti a maxilla piſcis impacta.

N. 464. Mirus cancer fungoſus abdominis ab adliſo dorſo.

N. 466. Saccus cutaneus ampliſſimus ad calcem ex dorſo pendulus. SCHLICHTING de cancro. BASTER de hydrocephalo. Pancreatis ſcirrhus & cancer late ſparſus.

N. 468. Calculus ex muliere exemptus. Machina pro gubernandis ægris ob molem nimiam immobilibus.

N. 469. LE CAT de ambe HIPPOCRATIS perfectiori.

N. 470. BEVAN oſſa puellæ mollia. Inſtrumentum pro reducendo humero.

N. 471. Paracenteſis in aſcite felix.

N. 472. HALE in hydrope utilitas injecti poſt paracenteſin vini conf. 473. AYLETT ſpina bifida. Morbus P. BOLOGNINI.

N. 473. TAUBE (Doctoris Gottingenſis) hernia umbilicalis funeſta ex partu difficili.

N. 474. Vulnus pulmonis ſanatum. ARDENON ferramentum ex veſica evulſum. Ectropion ſanatum. Ureter clauſus.

N. 475. Opinio & balneo frigido ſanatus homo, quem canis rabidus momorderat. Conceptio extra uterum. Os humeri ſponte fractum AMYAND. VVINTHROP fetus per anum excluſus.

N. 476. LE CAT de ſua ſecandi methodo conf. 480.

N. 477. HALES de extrahendis minoribus calculis. SIMON fetus per anum eductus eventu funeſto.

N. 478. Iterum fruſtra adhibita medicamenta STEPHANIÆ. Os illum fractum & ſanatum.

N. 479. Sanatus, quem vipera caudiſona momorderat.

N. 480. CLAUDII AMYAND de ſpina ventoſa diſſertatio. Inflammatio pedis ex ſeta porcina irrepente. Calculus ex pene ſectus, ubi 15. annis hæſerat.

N. 482. Canis calculoſus. BLOCKLESBY de vehementiſſimo veneno armario Indorum.

N. 483. LUCAS de felici ſaponis uſu. CORNELIS HERLS *Examen der chirurgie* prius prodiit Amſtelodami 1660.*

N. 484. Calculus acervatus. Felix effectus lixivii ſaponarii. Articulationes in recens nato omnes luxatæ.

N. 485. Os pubis divulſum ab equi ſubita ſucceſſione. Fetus 16. anno ex abdomine extractus.

N. 486.

N. 486. Fetus retenti oſſa per inciſionem educta.

N. 487. HUXHAM de tumore congenito fetus in quo alterius fetus rudimenta.

In JOURNAL des SAVANS paſſim etiam ad Chirurgiam varia pertinent, ut:

An. 1678. Teſtimonium RAINSANT pro ſectione cæſarea. Curationes variæ ope minimarum acuum & cannularum ad paracenteſin.

1679. Calculus in aqua diſſolutus, quæ manu poterat ſuſtineri abſque eroſione.

1680. De ſtyptico VVEBERI.

1686. Sanatæ per pulverem ſympatheticum hæmorrhagiæ hiſtoria. Contuſio in oſſe parietali, inde tumor, in quo natum animal.

1691. Oſſa totius ſceleti ſponte fracta. Aneuryſma 10. annis geſtatum.

1693. In veſica fungus & calculus. Sectio cæſarea felix.

1694. Punctio veſicæ DROUIN. Empyematis paracenteſis.

1700. BAUDELOL calculi equini. TOLET veſicæ hernia cum prolapſu uteri.

1722. Partus per anum.

1749. Varia inſtrumenta nova ad ſectionem calculi in LECATII epicriſi, & reſponſione inventoris.

FRANCISCI BLONDEL *epiſtola* ad ALLIOTUM *de cura carcinomatis abſque ferro & igne*, Pariſ. 1665. vel 1666. 4. ALLIOTI medicamentum fiebat arſenico rubro ſoluto in aqua forti, addito aceto ſaturni, donec nihil ultra præcipitaretur, pulvis autem præcipitatus edulcorabatur duodecies aqua ſimplici, donec ea inſipida deflueret, tunc ſpiritu vini quinquies vel ſexies accenſo.

J. SIGISMUNDI ELSHOLZ *hiſtoria ſteatomatis ovarii*, Berolin. 1666. 4. Lipſ. 1676. 4.

CHRISTOPH. THEOPHIL. SCHEUR Liber *de arteriotomia*, Norimberg. 1666. 8. HE.*

SIMEON de PROVANCHIERES *annotations ſur la Chirurgie de* FERNEL, Toulouſ. 1667. 8. PL.*

PIERRE DAILLY *Traité des playes faites par les armes à feu*, Pariſ. 1668. 12. * Lego eſſe verſionem operis PLAZZONIANI, defendere incendium in his vulneribus, &c.

NICOLAI PFIZER *VVunden urtheil*, Norimberg. 1668. 8. *

CORNELIS HERLS *Examen der Chirurgie*, Middelburg 1668. 8. Amſtelod. 1672.8.* Laudat TITSINGIUS.

CORNELIS *van der* VOORDE *lichtende fakkel der Chirurgie*, Amſtelod. 1668. 4. Middelburg. 1680. 4. Medicus & Chirurgus fuit. Continetur in eo volumine primo non brevis anatome & phyſiologia, tum communia morborum & praxeos. Deinde in chirurgica parte per quæſtiones & reſponſa traditur Pentateuchos illa ſolita veterum, nempe tumores, vulnera, ulcera, fracturæ & dislocationes, medice inprimis, per medicamenta & citationes.

In BALDASSARIS TIMÆI obſervationibus non paucæ huc pertinent, ad abortum, cancrum, ulcera, vulnera, gangrænas, &c.

JOHANNES VERBRUGGE cum Libro modo citato CORNELII van der VOORDE edidit *Chirurgiſche ſchepskiſt* ſive medicamentorum apparatum, quibus Chirurgi navales egent, recuſam Amſtelod. 1693.8.& alias. IDEM ſcripſit *het nieuvv hervormde examen van landen-zee Chirurgie* ſæpe recuſum etiam anno 1714. 8. Amſtelod. & nuper cura JOH. DANIELIS SCHLICHTING, Amſtelod. 1748. 8. inſigniter, inprimis in parte anatomica auctum. Germanice etiam verſum eſt a MARTINO SCHURIGIO, atque VValdeburgi editum 1714. 8.& Dreſdæ 1731. 8. Elementa ſunt chirurgiæ ex more ſeculi pro tironibus ſcripta. EJUSD. *veſtibulum chirurgiæ*, Amſtelod 1674. 8. tenue omnino & parum doctum compendium eſt, cum unica obſervatione, vulneris renis ſanati.

JOB. van MEKERN *heel en genees konſtige aanmerkingen*, Amſtelod. 1668. 8. latine recuſæ cum titulo J. M. *obſervationes medico-chirurgicæ in latinum translatæ ab* ABRAHAMO BLASIO Med. St. ibid. 1682. 8. Poſthumus labor chirurgi Amſtelodamenſis omnino laude dignus. Sequitur ordinem partium corporis primis 69. obſervationibus, & 16. alias in appendice ſubjicit, prudens homo, & lepidi ingenii, candidus, non cautus eventuum minus felicium negator, in obſervando curioſus, etiam anatomicus. Inſtrumenta varia invenit, ut acum perforatam ad hypopyon, aut perfecit, aut minus vulgaria deſcripſit, ut ſyringotomen, tubulatam acum. Fuſius aliqua perſecutus eſt, hernias, fracturas cranii, uii, unguium morbos.

J. D.

J. D. MAJOR M. ETTMULLERI & aliorum de chirurgia infuſoria Libros inter anatomicos recenſuimus. Prioris exſtat etiam diſputatio *de clyſteribus veterum & novis*, Kilon. 1670. *de tactis fulmine* 1673.

In *obſervationibus* quas & ſuas & aliorum G. HIERONYMUS VVELSCHIUS edidit, Ulmæ 1668. 4 aliqua huc pertinent, ut aneuryſma inter obſervationes RUMLERI. Calculus circa acum natus, & candela cerea ex urethra exciſa VVELSCHII.

FRANCISCUS MAURICEAU Chirurgus Obſtetricator nunc incepit in arte eminere. EJUS *Traité des maladies des femmes groſſes & de celles qui ſont acouchées*, &c. primum Pariſiis 1668. 4. tum 1675. deinde 1681. 4. inde 1694. 4. 1721. 4. & 1740. 4. recuſum eſt, tum germanice, *von krankheiten ſchvvangerer und gebäherender vveiber*, Baſil. 1680. 4. anglice ſub titulo *diſeaſes of the vvomen vvith child and in childbed translated by* HUGH. CHAMBERLEN & ipſo obſtetricio viro & inventore celebris nunc maxime forcipis. Lond. 1683. 8. 1716. 8. Grandi Libro multa primo anatomica tradit, quæ alibi laudavimus. Inde practicum tractatum de morbis gravidarum addidit, & hæmorrhagiam funeſtam ſolo extracto fetu ſupprimi triſtiſſimo exemplo edoctus docuit. *Secundo Libro* inprimis partus difficultas conſiderat. Pedibus extrahendos male ſitos infantes ſuadet, mortuorum capita aperiri vult proprio inſtrumento tiretête, quod applauſum non invenit. Operationem cæſaream rejicit. *Tertio libro* morbos puerperarum tradit. EJUSDEM *obſervationes ſur la groſſeſſe & ſur l'acouhement des femmes groſſes*, priori opere potius utiliores ſunt, primum anno 1695. Pariſiis editæ, mea vero editio eſt ibid. 1715. 4. germanice etiam verſæ a SCHURIGIO, Dreſd. 1709. 8. Magna vis eſt obſervationum molarum, partuum difficilium, fetuum abortivorum ex diuturna praxi in urbe populoſiſſima collectarum. Succeſſerunt anno 1706. (neque enim vetuſtior editio mihi nota eſt,) *dernieres obſervations ſur les maladies des femmes groſſes & acouchées*. Mea editio eſt anni 1715. 4. EJUSDEM generis ſunt obſervationes 150. EJUSDEM *aphoriſmes touchant la groſſeſſe, l'accouchement, les maladies & autres indiſpoſitions des femmes*, Pariſ. 1694. 16. ſæpe recuſi ſunt Amſtelod. 1700. & continent corollaria ex obſervationibus deſumpta.

TARDUCIO SALVI *il chirurgo, trattato breve in 6 parti e un diſcorſo di chirurgia di* PIETRO *di* PIAZZA, Rom. 1669. 4.*

FRANCISCI ROMANI *conſultationes medico chirurgica*, Neapoli 1669. fol. *

CINTO JAMATO *Pratica nuova e utiliſſima di tutto quello che al diligente Barbiere appartiene*, Vinegia 1669. 4.*

GEORG. PET. PIEVER *de natta*, Argentor. 1669.*

HENR. MEIBOM diſp. *de ſuffuſione*, Helmſt. 1670. *de paracenteſi in hydrope* ibid. eodem anno, *de cancro mammarum* 1673. *de ulcerum natura & curatione in genere* 1674. *de laſionibus cranii* 1674. *de laſionibus cranii a cauſa violenta externa* 1674. *de ſuppreſſione urina* 1676. *de tumoribus pedum* 1679. *de vulnerum natura in genere* ibid. 1685. *de hernia* ibid. 1686. *de lethalitate vulnerum* ibid. 1694. *de catheteriſmo* 1639. (ubi catheteres flexiles deſcribit). *de abſceſſuum internorum natura & conſtitutione*, Dreſd. 1718 5. Omnes eruditæ & utiles.

Hoc anno cœperunt edi EPHEMERIDES NATURÆ CURIOSORUM quibus innumeræ obſervationes chirurgircæ continentur. Ecce aliquas eximias.

PEIERI hernia veſicæ *Dec.* II. *ann.* I.

VVEPFERI de vulneribus inteſtinorum *ann.* VIII.

VOLCAMER de vi lithontriptica acmellæ *Dec.* III. *ann.* VII. VIII.

J. TH. VVOOLHOUSE quadraginta operationes *Centur.* V. VI.

HEISTER de methodo ANELLIANA, *Centur.* VII. VIII.

VVIDMANN de prolapſu vaginæ ibid.

Ictus aranei periculoſus, *Centur.* IX. X.

JANELLI de prolapſu coli ibid.

TREVV hiſtoria aneuryſmatis ſanati abſque vinculo arteriæ *viol.* VIII. ſed totum legere oportet.

THOM. SHIRLEY *of the cauſes of ſtones in the greater vvorld in order to find out the cauſes and cure of the ſtone in men*, Londin. 1671. 8. Hamburg. 1699. 8.

COSME VIARDEL *obſervations ſur la pratique des acouchemens naturels contre nature & monſtrueux*, Pariſ. 1671. 8. 1748. 8. Germanice ſub titulo *anmerkungen von der vveiblichen geburt*,

geburt ; Francof. 1676. 8. Antiquam ſuperſtitionem paſſim retinet multumque medicamentis tribuit, ordine nullo, MAURICÆI, quem paſſim carpit, æmulus. Aliquando uterum ipſe extraxit, neque erubuit. Aliquas tamen obſervationes & partuum præter naturam encheireſes habet. In nupera Pariſina editione anonymus obſervationes non maximi momenti adjecit.

ANDR. HOMBERG *de tentigine ſeu clitoridis excreſcentia nimia*, Jen. 1671. diſp. c. L. *de fracturis cranii*, VVittemberg. 1671. 4. *

LUD. SALZMANN diſputatio *de abſceſſu interno inſignis magnitudinis cum hydrope*, Argent. 1671. Abſceſſus cyſtici gelatinoſis hydatidibus varii, procul dubio ex hydrope ovarii.

J. ARNOLD FRIDERICI *diaphragma ex vulnere læſum*, Jen. 1671. 4.

VVILLIAM SERMON *the engliſh midvvife*, Lond. 1671. 8. *

In J. HIL. GRULING Libro *de triplici in medicina evacuationis genere & in ſpecie de Venæ ſectione, ſcarificatione, hirudinibus .. clyſteribus, ſuppoſitoriis .. fontanellis*, Lipſ. 1671. 4.

In GRAAFII anatomicis de hernia femorali aliqua habentur.

P. de SORBAIT *Chirurgia & examen chirurgicum*, Norimberg. 1672. fol. *

JULII HOLDERS *beſchreibung eines rechten vvundarztes*, Lipſ. 1672. 8. *

In XI. ſua *conferentia* DENYSIUS experimenta cum ſuo liquore ſtyptico facta proponit.

JACOB GIRARD de BERGERIES *la médecine domeſtique .. le chirurgien charitable*, Genev. 1672. 8. *

JOHANNIS BOHNII Liber *de renunciatione vulnerum* : & *de officio medici duplici* inter forenſes medicos laudabimus. Hic autem citabimus diſputationes *de polypo narium* 1672. *de inflammatione* 1686. 4. *de trepanationis difficultatibus*, Lipſ. 1694. 4. cum obſervationibus; *de revulſione cruenta* 1704. *de abortu ſalubri* 1707. *de phlebotomia culpoſa* 1713. Aneuryſmatis hic hiſtoriam & diverſas theorias habet, & mechaniſmum venæſectionis deſcribit. *Chirurgiam* ejus *rationalem*, Brunſvvici 1732. 8. edidit HENRICUS VVINKLER, ex poſthumo codice germanice verſam. An ſatis genuinus liber ſit, non dixerim. Nihil certe valde proprii habet, neque nupera ad hernias, ad calculi ſectionem inventa.

CINQ *de veſicæ & renum calculo*, Leid. 1672. diſp. cum hiſtoria calculi in 20. ramos diviſi.

J. HENRICI LAVATER *de ἐντεροπεριςολῇ*, Baſil. 1677 4. diſputatio in qua multæ obſervationes exſtant.

GUALTH. ANDR. VVOLTER *pyrotechnicum opuſculum de cauteriorum ſeu fonticulorum uſu & utilitate*, Breslavv. 1672. 8. *

GUALTH. ANDR. VVOLTERI indoctum ſatis eſt quod citavimus opuſculum.

J. ARNOLDI FRIDERICI diſputatio *de diaphragmate vulnere læſo*, Jen. 1672.

JAQUE CONSTANT *Chirurgien charitable*, Genev. 1673. 12. *

LEONARD TASSIN *Chirurgie militaire*, Nimegue 1673. 12. * Pariſ. 1688. 8. *kurze kriegſvvundarzney*, Norimbergæ 1676. 8.

LEONARD TASSIN continet deligationum mechaniſmum, & aliqua de amputatione & gangræna. Recte tamen obſervat, vulnera tendinum non valde nocere, neque convulſiones facere.

P. van der BUSCHE *de calculo renum & veſicæ*, Leid. 1673. cum obſervationibus.

PETRI MOELLER *hiſtoria de ventoſitate ſpinæ quam in Noſocomio R. Montis obſervavit*, Regiomonti 1673. 4. PL. *

J. CHRISTOPH. HELVVIG *de calculis microcoſmi præcipue renum & veſicæ*, Grifsvvald. 1673. 4. An ejuſdem eſt *Chirurgia in nuce*, Mülhauſen 1709. 8. EJ. *obſervationes* alibi dictæ, Francof. & Lipſ. 1711. 8. editæ etiam chirurgici generis ſunt.

J. FRID. VVEIPARTS' *Trifolium chirurgicum oder güldenes kleeblatt der vvundarzney*, Francof. 1673. 12. * Lipſ. 1699. 8. *

Inter FRANCISCI REDI opera eſt Libellus *eſperienze intorno a quell' acqua, che ſi dice che ſtagna ſubito tutt' i fluſſi di ſangue*, Florent. 1673. repetitus in dilucidationibus SANCASSANI. Oſtendit vanas eſſe laudes arcanorum liquorum ſtypticorum, & perinde ſanari vulnera quibus nihil chirurgus addidiſſet niſi ſimplicem aquam. IDEM in Libro *de viperis* & in *epiſtola apologetica pro obſervationibus de viperis*, qua ſe defendit contra CHARASSII objectiones, oſtendit omnino venenum in liquore viperarum eſſe, quoties is inmutatus in ſanguinem pervenit, devoratum non nocere, & aliquando etiam debilem viperam poſt multos morſus non funeſtum vulnus inferre, aut multum denique ſanguinem virus eluere.

GEORGII FRANK collectoris diſputatio *de reſtitutione partium corporis chirurgica ſeu artifi-*

artificiali, Heidelberg. 1672. *de caſtratione mulierum* 1673. *de alapis ſeu colaphis* 1674. *de inciſu freni ſub lingua* 1682. *de labiis leporinis* 1686. *de lapicidina thoracis*, Heidelberg. 1688. *de mola* 1689.

EJ. diſputatio *de partu difficili*, Heidelberg. 1680. EJ. diſputationis jam citatæ *de lapicidina thoracis* titulo adde: *corallii ſimilis lapidis in chorde chiliarchi*.

J. GOD. de BERGER *de arterotomia*, Jen. 1673. 4. *de morbis oculorum*, VVittemb. 1699. 4.

CORN. van SOLINGEN *embryulcia ofte afhaaling eenes doden vruchts door de hand van den Heelmeeſter*, Hag. 1673. 12. Multus in refutandis veterum methodis, in ſua exponenda parcus. Obſervationes non contemnendas ipſe profert, nam manum operi admovebat utique, & inſtrumenta ipſa ſibi fabricabat. EJUS *manuale operatien der Chirurgie, benefens het ampt en pligt der vroedvrouvven*, Amſtelod. 1684. 4. 1698. 4. germanice cum titulo *handriſſe der Chirurgie* recuſæ Francof. ad Viadr. 1693. 4. VVittemberg. 1712. 4. Medicus qui Chirurgiam exercebat, multa invenit aut perfecit, ut acum triquetram, quam fecit fiſſilem. Multa etiam utiliter obſervavit. Calculum in feminis incidebat per ipſam vaginam. Venæſectionem fuſe deſcribit, & ortum inde ſtillicidium lymphaticum. De vulneribus etiam ſclopetariis fuſe agit.

P. AMMAN *de reſonitu vel contrafiſſura cranii* diſſertatio Lipſ. 1674. qua defendit reſonitum, recuſa cum EJUS *paraneſi*. Alibi ejus *de vulneribus lethalibus* Librum & *medicinam ticam* citabimus.

PETRI BURGERII *candidatus chirurgiæ das iſt gründliche erörterung aller anatomichen und chirurgiſchen fragen*, Konigsberg 1674. 8. Hanov. 1692. 8. Laudat SCHULZIUS. *

HENRICI MARTINI *medicina ſanguinis ſtyptica*, Brig. 1674. 8.*

CAR. DRELINCOURT *la legende du Gaſcon, ou lettre a M. PORE'E ſur la methode prétendue nouvelle de tailler la pierre*, Leidæ 1674. 12. 1680. 12. & *deux autres lettres* EJ. Erat lithotomus Carnutenſis nomine RAOUX, qui apparatu parvo utebatur neglectis vinculis, & celeriter opere defungebatur. Contra hunc hominem ſcribit DRELINCOURTIUS, & adparet fraudibus uſum RADULPHUM, ut ſilicem ſuppoſuerit, quaſi eductum ex ægro calculum (In *epiſtola* BARTHOLINI.)

FRIDER. LEAUSON *Traité des plus belles opérations*, Genov. 1674. 8. Exigui momenti, Germanice recuſus Dreſd. 1709. 8.

BERNARDINO GENGA *Anotomia chirurgica, cioè iſtoria anatomica dell'oſſa e muſculi del corpo umano*, Rom. 1675. 8. 1687. 8 quam editionem legi. Obſervationes chirurgicæ utiles intercedunt, & HIPPOCRATES ob infelices operationes vix tironi condonandas carpitur. Herniæ incarceratæ ſectionem ut nimis ſævam proſcriptam vult, nec trepanum in ſuturis admittit. Curationem ſimplicem laudat, vulnera cerebri magna ſanata recenſet. Anthelicem ad odontalgiam adurit. In brachio arteriam non ſemper ſub vena eſſe in venæſectione monitos vult Chirurgos. EJ. *commentaria latina & italica* ad HIPPOCRATIS *aphoriſmos ad chirurgiam pertinentia*, Rom. 1694. 8. laudari video, ob utilia obſervata, ſed non legi.

In ANTONII MOLINETTI *diſſertationibus anatomico pathologicis* circa acum natus calculus & alia chirurgica reperiuntur.

HYACINTHI BOVII *novi flores medicinales* P. IV. *de arte chirurgica*, Venet. 1675. 8. *

La médicine & la chirurgie des pauvres, Pariſ. 1675. 12.*

In C. BARTHOLINI Thomæ filii *Exercitationibus miſcellaneis agitur etiam de ſtyptici liquoris interno uſu*, Leid. 1675. 8. Repetuntur ibi REDI experimenta jam laudata.

In C. BARTHOLINI *Exercitationibus citatis* agitur etiam de uſtione bregmatis.

NIC. GULPEPERS *teſtament begreiffend allerhand ſelzame experimenten inſonderheit in der arzney und heilkunſt*, Hamburg. 1675. 8. curationes continet varias. *

In THEOPHILI BONETI *prodromo anatomiæ practicæ ſeu de abditis morborum cauſis ex cadaverum diſſectione revelatis* L. I. P. I. Genov. 1675. 8. habentur vulnera capitis & cerebri abſceſſus. Deinde in *ſepulchreto anatomico* non ſolum paſſim cauſas chirurgicas miſtas habet in morbis, ſed etiam imprimis de vulneribus, & tumoribus integros in IV. libro tractatus, in *tertio* vero de abortu, partu difficili & eo pertinentibus morbis. In *Medicina ſeptentrionali*, ut alia varia, ſic etiam rariores chirurgicos caſus collegit.

HENRICI LUBERT *unterricht von der vvaſſercur*, Lubeck 1675. 12.*

J. CONR. RASOR *de ophthalmia cum fiſtula lacrumali* diſp. Leid. 1675. J. J. ZENTGRAFF *de tactu Regis Franciæ quo ſtrumis laborantes reſtituuntur*, VVittemberg. 1675. RI-

RICHARD VVISEMAN *ſeveral chirurgical treatiſes*, Londin 1676. fol. 1686. fol. quæ mea editio eſt, 1705. fol. 1719. 8. vol. 2. Libri ſunt VIII. de tumoribus, ulceribus, morbis ani, ſcrophulis & adfinibus morbis, vulneribus ſclopetariis, fracturis & luxationibus, & lue venerea. Plurimum expertus & debilis per 20. annos corpuſculi ſed ſani judicii homo fuit, cui vix alium præferrem. Vaſorum & capitis vulnera multis inprimis obſervationibus illuſtrat. In vulneribus pectoris graviſſimis turundas rejicit, & ubique MAGATI methodum dudum ante BELLOSTIUM inculcat. In paracenteſi uſum acus triquetræ rejicit. Hæmorrhoides, condylomata, ani laxitatem, fiſtulas fuſe tradit. Inter luxationes femoris luxationem adfirmat, bonus ubique & modeſtus auctor, qui non diſſimulat triſtiores eventus uti v. g. fiſtulas ani, in quibus ſola uſus ligatura fere infeliciter ægros curavit. Theorias inutiles rejicit, & opus correxit amicus ejus GUALTHERUS NEEDHAM.

J. GIPPING *antidotarium chirurgicum*, Ulm. 1676. 4. Edidit G. H. VVELSCH. *

B. VVILH. GEILFUS *de moxa*, Marburg. 1676. 4.

GEORG. THANMULLER *collectanea medico chirurgica & antidotarium medico-chirurgicum*, cum priori. *

THOMÆ STROMAIER *experimenta medico-chirurgica & collectanea medico-chirurgica* cum priori. *

LAURENT. LOSSENS *chirurgiſches handbüchlein*, Eiſenach 1676. 12. * Meinungen 1679. 12. PL. EJ. *peſt-barbierer* 1682. 12.

M. MAPPI *de fiſtula terminata ad dentem curioſum*, Argent. 1676. diſputatio. EJ. *de gurgulionis prolapſu*, 1660. *

TIBERII MALPHI *neue anleitung zur barbier und vvundartzney*, Norimb. 1676. 8. Editionem Italicam ignoro. Varia habet quæ non ubique reperias, ut ambuſtionem capitis medicam, quæ fit accenſo vini ſpiritu.

AUG. HENR. FASCH *hiſtoria & curatio calculorum humanorum*, Jen. 1676. 4.

BERNHARD VVILHELM GEILFUS *de moxa*, Gieſſ. 1676. diſputatio.

H. BUSCHOFF *auſgefundenes podagra*, Breslau 1677. 12. & alibi. Moxam laudat, de qua inprimis legere oportet Equitem TEMPLE in *opuſculis*.

H. BUSCHOFF anglice prodiit, Lond. 1676. 12.

NICOL. de BLEGNY *l'art de guérir les hernies de toutes eſpèces dans les duex ſexes avec le remede du Roi*, Pariſ. 1677. 12. 1693. 12. quæ mea eſt editio. Libellus videtur lucri cauſa ſcriptus fuiſſe, ut venderet bracheria elaſtica ex laminis in frigore tuſis, comprimentibus, & circulo chalybeo, quæ valde laudat, & medicamenta chemica varia, inprimis Prioris *de Cabrieres*. Anatomen præmittit partium, in quibus operatio fit, & tres facit annulos, unde non multum ſperes. Ligaturam proceſſus peritonæi inutilem eſſe, & adfirmat, & pro invento alicujus habet. Ad retinendum elapſum anum ridiculum inventum ſuadet ex ventriculo galli indici inflato. In *Zodiaco medico Gallico*, quem BONETUS vertit, multæ obſervationes chirurgicæ habentur, recuditur una Tractatus *de herniis*. Anno I. M. Jan. exſtant experimenta cum aqua Rabelii facta. EJ. *doctrine des raports de chirurgie*, Lion 1684. 12. non vidi.

G. VV. VVELSCH & J. MICH. VEHRII *theſaurus Exper. medica cum ſpecimine de abortu*, Aug. Vind. 1677. 4. *

ANDRIES BOECKELMAN *noodvvendig bericht angaende het afhaalen van een doode vrucht*, Amſtelod. 1677. 8. & EJ. *vvederleging van* D. BONAVENTURA *van* DORTMONDS *bericht vvaer in aangevvefen vvord de quade pratyquen van* D. D. *en deſſelfs onkunde angaende het afhaalen van een doode vrucht*, Amſtelod. 1677. 8. *

In BINNINGERI obſervationibus aliquæ chirurgicæ ſunt, ut rupta integra cute veſica.

L. v. H. (von HAMMEN) *diſſertatio academica de herniis*, Gedan. 1677. fol. & Leid. 1681. 12. Diſcipulus DRELINCOURTII, titulo a Rege Poloniæ auctus, idem ni fallor, cui vermiculi ſeminales inventi debentur. Nihil de herniis valde boni dixit. In ſubjectis epiſtolis habetur obſervatio tumoris pro calculo veſicæ habiti, cum nonnullis aliis de calculo obſervationibus.

J. VALENTINI SCHEID *viſus vitiatus*, Argentorat. 1677. diſputatio. EJ. *hiſtoria lienum ruptorum* 1725. *de quibuſdam viſus imminuti vitiis*, Argent. 1720. 4.

JOHN BROVVN *compleat diſcourſe on vvounds*, Londin. 1678. 4. cum ic. EJUSD. *adeno-*

choiradologia ſeu de glandulis & ſtrumis ſeu anatomical chirurgical treatiſe of glanduls' and ſtrumas or kings evil ſwellings. De privilegio agit Regum Angliæ, quo ſcrophulas ſanant.

J. PAUL. WURFBAIN *de ſparganoſi ſeu tumore mammarum ex lacte*, Altdorf. 1678. 4.

MATTH. RAMELOVII *beſchreibung des nierenſteins*, Lipſ. 1679. 8. *

JAMES YONGE *currus triumphalis e terebintho or an account of the admirable vertues of oleum terebinthinæ*, Londin. 1679. 8. Vim hujus olei calentis ad hæmorrhagias & vulnera arteriarum, & amputatorum denique artuum ſiſtendum ſanguinem, mire laudat, quam habuit a D. SPRAGES & D. SPENCERO. In *altera epiſtola* deſcribit novam methodum amputandi tibiam, cum reſervatis ſuræ muſculis, quam habuit a C. LOWDHAM Chirurgo. EJ. *wounds of the brain proved curable*, ibid. 1682. 12. Hiſtoria eſt vulneris graviſſimi cerebri, cum ipſius viſceris jactura, & depreſſione cranii, ſanati ab auctore & SPENCERO. Cum eam D. DRUSTON pro fabula haberet, auctor colligit ex variis ſcriptoribus teſtimonia ſimilium curationum, & ſatis aſpere ſe vindicat.

EBERHARD GOCKEL *bericht von wütenden hunds biſſen*, Auſpurg. 1679. 8. * IDEM in *Gallicinio* anno 1700. edito, aliqua etiam chirurgica habet, ut mortem ab oſſiculo oeſophago inpacto, cum tamen rejectum fuiſſet, inteſtini in hernia incarcerata partem deſtructam eventu non funeſto.

ANT. FILIPPI CIUCCII *promtuarium medicum-chirurgicum*. Macerata 1679. 4. EJ. *filo d' Arianna ovvero fedeliſſima ſcorta agli eſercenti di chirurgia, al quale ſi aggiunge un breve trattato della circolazione del ſangue*, Macerata 1682. 12. * Chirurgi Maceratenſis opera cum obſervationibus, dicta DIONYSIO SANCASSANI.

J. DAVID PORTZII *de tumoribus in ſpecie de ſpina ventoſa*, Leovard. 1679. 12. Alcali & acidum defendit.

CHRISTOPHORI VOELTER *neueröfnete hebammenſchule*, Stutgard 1679. 1687. 8. 1722. 8. Non diſplicet, qui etiam ſatis multas neque vulgares obſervationes habeat, in quibus majus Libri pretium ponitur.

CHRISTOPHORI VOELTER citatum obſtetriciæ artis opuſculum praxi 40. annorum exaratum eſt. Cæterum ſimplex & credulus auctor eſt, aliquando etiam antiquos non optime ſecutus, qui fetum male ſitum dirigere conetur, ut caput præeat. Veſicæ cervicem frequenter in partu lacerari monet.

JOH. CORNELII WEBER *anchora ſauciatorum, h. e. liquor ſtypticus confeſtim ſanguinem ſiſtens*, Uratislav. 1680. 8. Eſt ſolutio vitrioli cum oleo vitrioli miſta, cujus vim mirifice prædicat, aulæ Cæſareæ, ut ſe vocat, medicus.

GEORGII THOMPSON *τρία πειρητήρια ἀνήκουσα*, *ſeu experimenta admiranda*, Londin. 1680. 8. Nominat pleurotomiam & neſcio quæ alia, chemicaſter ut videtur. *

The comp'eat mid wifes practice enlarged, Lond. 1680. 8.

In STEPHANI BLANCAARD *hollandiſch jaarregiſter*, Amſtelod. 1680. 8. & ſeqq. Lipſiæ anno 1690. germanice recuſo, multæ chirurgicæ obſervationes exſtant, tum ex Gallico Zodiaco, tum etiam a Chirurgis belgicis acceptæ, *van* DUEREN, GRIMM, *van* DYCK & aliis. Ita in ganglio cryſtallinam gelatinam inventam, gangrænam ſiccam, THOUVENOTI acum triquetram paulum a vulgari diverſam, forcipem pro reſtituendis depreſſis coſtis, epilepſiam cauterio ſuperatam, ſanatum tumorem oeſophagi qui cibi deſcenſum inpediret, moxæ Chinenſis hiſtoriam, & alia memini me notaſſe. EJ. *nieuwe konſtkamer der chirurgie ofte heelkonſt*, Amſtelodami 1685. 8. germanice recuſa eſt Hanover 1690. 8. quam vehementer carpit W. SCHOUTEN (*van gezwellen* p. 849.) In *anatome* practica etiam aliqua habet huc pertinentia. FIENI *duodecim tractatus* jam citatos, notis auxit. EJUSD. *inſtitutiones chirurgicæ verioribus fundamentis* (nempe BONTEKOI) *ſuper ædificatæ & obſervationibus ſelectiſſimis adornatæ* in editione operum exſtant, Leidæ 1701. 4. Fere medicamentariæ ſunt, & theoriam ſequuntur CARTESIANAM, obſervationes vero, ſi propriæ ſunt, laudem omnino merentur.

JOH. SCHNEIDERMANN *de phlebotomia*, Helmſtat. 1681. 12. *

R. RESTAURAND HIPPOCRATES *de inuſtionibus ſeu de fonticulis opus hiſtoriis medicis refertum*, Lugdun. 1681. 12. Contra HELMONTIUM ſcripſit adjutus a D. MOREAU. *

FRANÇOIS TOLET *Traité de la lithotomie ou de l'extraction de la pierre hors de la veſſie*, qua-

quatrieme édition, Pariſ. 1681. 12. recuſa 1682. 12. 1689. 12. 1718. 12. 1722. 12. la Haye 1686. 12. belgice verſa inpreſſa Ultrajecti 1693. 8. & germanice Hanover 1695. 8. VVeſel 1700. 8. Utilis auctor & curioſus in apparatus alti encheireſi, quo ſolo in *noſocomio Charitatis* eo tempore utebantur. Aliqua etiam habet de punctura perinæi, & de apparatu alto. In vinculis & re medicamentaria ſtudioſus fuit.

FRANÇOIS TOLET Pariſiis recuſus etiam exſtat 1708. 12.

CAR. PATIN *oratio quod optimus medicus debeat eſſe chirurgus*, Patav. 1681. 4. Maj. *

J. NICOLAI PECHLIN *Ephemeris vulneris thoracici*, Kiel. 1682. 4. longiſſimæ ſanationis hiſtoria cum putredo vehementer in ipſo pulmone invaluiſſet. Recuſa eſt cum obſervationibus. In *obſervationibus*, Hamburgi 1691. 4. editis magna pars huc pertinet, ad lithotomiam, calculos, gangrænas, oculorum morbos, egregia omnia. EJ. diſputationes *de vulneribus ſclopetorum in genere*, Kiel 1674. 4. recenſetur a PL.

ANT. NOVARINI *chirurgia curioſa*, Rotenburg ad Tubarim 1682. fol. Anatome, quam legi, parum boni finit ab hoc viro ſperare.

EDUARD MAYNVVARING *of iſſues and ſetons*, London 1682. 8. *

J. MICHAULT *diſcours de chirurgie pour l'explication des nouvelles machines pour les os & pour la verole.. lorſqu' elle y fait des nodes & exoſtoſes & ancyloſes aux jointures*, Pariſiis 1682. 8. * Machinas habet ad reductionem oſſium, exoſtoſes deſcribit, & ſanari vult uſu mercurii.

DIONYSII *van der* STERRE *voorſtelling van de noodzackelickheit der kdyſerliken ſnee*, Leid. 1682. * EJUSD. *genees en heelkonſtige practyc der medycinen*, Amſtelod. 1687. 8. De theoretico hujus Carteſiani ſcriptoris ingenio valde queritur VVALTHERUS SCHOUTEN.

J. ABR. a GEHEMA *die eroberte gicht durch die chirurgiſche vvaffen der Moxa*, Hamburg 1682. 12 Deſcribit cauterium ex moxa. EJ. *der vvohlverſehene feldſcherer*, ibid. 1684. 12. EJ. *obſervationum chirurgicarum decas* I. & II. Hamburg. 1686. 12. Francof. 1690. 12. In *medicis* etiam *obſervationibus* jam citatis uſum moxæ ad podagram laudat. Ex ſchola, uti alibi dixi, CORNELII BONTEKOE.

Obſervationes medico-phyſicæ tres excerptæ ex epiſtola PETRI RIVALIEZ ad JOH. SPONIUM. Fetus oſſa poſt diuturnum uteri ulcus per anum egeſta.

NICOLAI FRANCHEMONT *lithotomia medica ſeu tractatus lithontripticus de calculo renum & veſicæ*, Prag. 1683. 8. *

In ACT. ER. 1683. continentur experimenta cum ſpiritu vini, ſtypticorum optimo, in vivis canibus capta.

VVILHELMI ten RHYNE *diſſertatio de arthritide & mantiſſa ſchematica de acupunctura*, Londin. 1683. 8. Moxam deſcribit, ejuſque multiplicem uſum, quem cominus in Orientali India viderat, deinde inſtrumenta & tabulas ſubjicit locorum, in quibus Japonenſes acupuncturam exercent.

J. EBERH. SCHLEIERMACHER *de juvene ophthalmia laborante*, Gieſſ. 1683. 4.

J. FRANCI *vom ſchnurzieben*, Augſpurg 1683. 12. De ſetaceo.

J. FRANCI citatus libellus de ſetaceo agit, tum ex proprio, tum ex aliorum bonorum ſcriptorum experimento.

EL. VVESTPHAL *ſchifbarbier* 1683. 8. HE. *

PHIL. MATTHÆI diſſertatio *de pulmonum vulneribus*, Franeker 1683. *

DAVID van der BECKE *diſſertatio anatomico-practica de procidentia uteri ab erroribus* J. GARMERI *Phyſici Hamburgenſis primarii vindicata*, Hamburg. 1683. 8. & EJ. GARMERUS *ex* GARMERO *demonſtratus*. GARMERUS ediderat *diatriben*, in qua refutaverat BECKII, SCHULZII & BIESTERI reſponſum de vaginæ prolapſu in puella, quem prolapſum in ipſo utero fuiſſe, & uterum etiam extra partum abſque periculo prolabi poſſe defenderat. Reſpondet BECKIUS, poſſe utique vaginam prolabi, nempe internam ejus membranam, uterum vero non abſque graviſſimo periculo excidere, & in puella, de qua quærebatur, vaginæ fuiſſe, non uteri prolapſum, cum digitos inſeruerint & ipſe & alii Medici. Reſpondet jam ſenex GARMERUS in *diatribe de quæſtionibus phyſico-medicis curis ſecundis auctiori*, Hamburg. 1683. 4. & in *auctario ad ſuas quæſtiones phyſico-medicas*, ibid. 1684. 4. & aliorum ſuffragiis & aliquot *facultatum* reſponſis, & ſuo experimento defendit. Uterque juſto acrius ſcripſit, cum uterque verum ſcriberet, alterum verum non ſcribere male negaret.

ELIAS

ELIAS BEYNON'S *barmherziger ſamariter*, Jen. 1684. 12. quo etiam ars obſtetricia continetur. *

THOMÆ BRUGIS *vademecum chirurgicum oder reiſgefehrt eines vvundarztes zu waſſer und zu land*. *Dem beygefügt* ELIAE PRAT *unterricht von der artzneykunſt*, Hamburg 1684. 8. *

GABRIEL CHARLES le CLERC *l'ecole du chirurgien, ou les principes de la chirurgie françoiſe*, Pariſ. 1684. 12. PL. *

G. VV. VVEDEL innumerabiles ſunt diſputationes chirurgicæ. Ecce aliquæ, in quibus obſervationis aliquid. *De partu difficili*, Jen. 1675. *de caſu ab alto*, Jen. 1684. *de vulnere capitis* 1684. *de ægro vulnere capitis laborante* 1684. *De varice* 1690. *De cucurbitula ſicca* 1691. *de fundamento lethalitatis vulnerum* 1695. *de ægro iſchuria laborante* 1699. *de varice* 1699. *de calculi mechaniſmo* 1701. *de contrafiſſura* 1708. *de atretis* 1709. *de excutia ventriculi* 1712. *de carie oſſium* 1713. *ægra mola laborans* 1714. *de narium polypo* 1715.

EJ. Diſputatio *de uſu ligaturarum in hydrope*, Jen. 1703. 4. *de liquore non corroſivo lapides duriores abſumente* 1709. *de cantharidibus* 1717.

Sic etiam BERNHARDI ALBINI bonæ pleræque ſunt diſputationes *de fonticulis*, Francof. ad Viadr. 1681. de *miſſione ſanguinis* 1686. *de cervo vulnerato* (quem Electrix glande per cor trajecerat, & qui longa tamen fuga ſe ſubtraxerat, de quo etiam in diſſertatione *de peritia anatomica veterum* egit P. J. HARTMANN) ibid. 1686. *de paracenteſi thoracis & abdominis* 1687. *de cantharidibus* 1687. *paronychia* 1694. *de cataracta* 1695. *de ægilope* 1695.

MICHAELIS ETTMULLERI *Chirurgia medica* magna ſuo tempore fama fuit, ut ſæpe recuſa ſit, in operibus etiam omnibus. Gallice verſa fuit cum titulo *Nouvelle pratique de chirurgie medicale & raiſonée*, Lyon. 1690. 12. Amſtelod. 1691. 12. Medicamentaria cæterum eſt omiſſis encheireſibus, & idem, quod reliqua viri opera, judicium meretur, neque omnia continet, ſed pentateuchum chirurgicum. Inter diſputationes laudavimus eam, quæ eſt de chirurgia infuſoria. Altera eſt *de vipera morſu*, Lipſ. 1666. ubi furorem ex morſu iratæ feminæ natum recenſet.

MATTHIAS GODOFREDUS PURMANN chirurgus plurima expertus in caſtris & alibi, acuti ingenii homo fuit, qui in ſe ipſo experiri ſit auſus chirurgiam infuſoriam, idem tamen ſuperſtitioſior, etiam in armario unguento credulus & pulvere ſympathetico, ut nimia tribueret medicamentis, longiſque formulis & cauſarum indagationibus uſus ſit, neque operationum difficiliorum, ut calculi ſectionis, morborum oculorum ſatis gnarus fuiſſe videatur. Secabat tamen, parvo apparatu. EJUS multa opera ſunt, ut *chirurgiſcher lorberkranz oder vvundarzney*, Halberſtat 1684. 4. Francofurt. 1692. 4. Breslau (F. Lipſ.) 1705. 4. emendatius. Inſtrumenta nonnulla proponit, ut bifidum illud ad oculum ſpeculum. EJ. *chirurgia curioſa*, Francof. 1699. 4. HEIST. F. Lipſ. (Breslau) 1716. 4. Syſtema chirurgiæ eſt, in quo veterum methodum ſequitur, cauteriis & turundis multum uſus, ſubodoratus tamen poſſe vulnera etiam breviori methodo ſanari. Et hic & in priori Libro multas obſervationes ſuas proprias habet. EJUSD. *fünf und zvvanzig ſonderbare ſchuſsvvunden Curen*, Breslau 1687. 8. & *funfzig ſonder-und vvunderbare ſchuſsvvunden curen*, Leipzig 1693. 8. F. Lipſ. (Breslau) 1721. 8. Omnino inſignes curationes, viſcerum etiam, pulmonis, lienis vulnera ſclopetaria ſanata refert, nimium tamen & hic fidei in ſuis unguentis & emplaſtris ponit. EJ. *rechter und vvahrhafter feldſcherer*, Halberſtat 1680. 8. HE. Lipſ. 1693. 8. F. Lipſ. (Breslau) 1715. 8. Vulnera, fracturas, luxationes, morbos caſtrenſes tradit, cum plurimis ubique medicamentis. EJ. *aufrichtiger und erfahrner peſt barbierer* fuſe de peſte, deinde etiam de carbonum & bubonum curatione & infectarum ædium repurgatione ſcribit. Cum priori prodiit EJ. *anvveiſung zur ſalivations cur*, Lipſ. 1692. 8. & 1715. 8. EJ. credo eſſe libellum M. G. P. *anvveiſung peſtilenzialiſche drüſen zu erkennen und curiren* 1686. 8. EJ. *curioſa obſervationes chirurgica* Fr. Lipſ. 1710. 4. Obſervationes octoginta vulnerum, & aliorum morborum chirurgicorum. Sed & hic inprimis formulas tradit.

In JUSTI SCHRADERI *obſervationibus anatomicis* quas alibi laudavi, varia chirurgica, & correctio erroneæ theoriæ herniarum continetur. FRIDERICI vero SCHRADERI *diſputationes* utiles *de partu difficili*, Helmſtad. 1685. & *de vulnerum cura* anno 1695. prodierunt.

G. BALTH. METZGER Χιθογένεσίας *in Corpore humano ſcrutinium*, Tubing. 1685. 4.

GI-

GIDEON HARVEY *a memorable caſe of a nobleman.. more over the art of curing the moſt dangerous of vvounds by the firſt intention*, Lond. 1685. 8. videtur pro methodo MAGATI eſſe. *

JAMES CROOKE *mellificium chirurgicum or the marrovv of chirurgery vvith an anatomical treatiſe and inſtitutions of phyſic*, Lond. 1685. 4. *

PAUL PORTAL *pratique des acouchemens ſoutenue d'un grand nombre d'obſervations*, Pariſ. 1685. 8. Belgice *practyq der Vroed meeſters*, Amſtelod. 1690. 8. Obſervationes ſparſæ. *

JOH. MUYS *Praxis medico chirurgicæ rationalis decades quatuor*, Leidæ 1682. 12. *quinque* vero Leid. 1685. 12. deinde *decas ſexta* & *ſeptima* Leidæ 1690. 12. & *duodecim decades* Amſtelod. 1695. 8. Germanice etiam prodierunt Berolini 1699. 4. Valde laudatur a SANCASSANO *dilucidaz.* T. I. pag. 218. Theoriam & quidem acidam ſecutus eſt, & ætiologias ſuas morbis ſubjecit, adparet tamen experti in utraque medicina viri eſſe, qui memorabiles morbos expugnaverit. EJ. PODALIRIUS *redivivus*, Leid. 1686. 8. Appendix obſervationum. Utrumque opuſculum recuſum eſt Neapoli 1727. 4. cum PORTZII Libro *de ſpina ventoſa* & IVONIS GAUKES *praxi med. Chir.*

ISAAC BEBBER *vvaare en vaſte gronden der heelkonſt*, Amſtelod. 1685. 8. Auctor Medicus fuerat Dordracenſis, & breve hic compendium phyſicum, & phyſiologicum præmittit; tunc de chirurgia, tumores, & ulcera breviter percurrit.

ANTONII de HEYDE *Centuria obſervationum medicarum*, Amſtelod. 1684. & plenus 1686. 8. Ad callum & modum quo oſſa conſervet, experimenta propria adfert, alias etiam in paronychia gravi aliiſque morbis obſervationes chirurgicas. Puris dedit analyſin. EJ. *obſervationes chirurgicas*, quæ cum *nieuvv licht der Apothekers*, Amſtel. 1682. 8. prodierunt, non vidi, niſi eadem ſunt.

HENRY EMANUEL MEURISSE *art de ſaigner accommodé à la circulation du ſang*, Pariſ. 1686. 12. 1689. 12. ſed omiſſo nomine, recuſa Pariſ. 1738. 12. aucta a DEVAUX.

CORNELII STALPART *van der VVIEL ſeltſame aanmerkingen zo in de genees als heelkonſt*, Hag. 1686. 8. ſive *obſervationum rariorum medicarum anatomicarum & chirurgicarum Centuria Prior & poſterioris pars Prior*, Leid. 1687. 8. 1727. 8. Utilis liber ob proprias, & ad eas collectas aliorum obſervationes.

Von peſtilenzialiſchen drüſen, beulen und carbunkeln, 1686. 8. HE. *

J. ANDR. STISSER *de machinis fumi ductoriis curioſis*, nempe clyſtere tabacario, Hamburgi 1686. 4.

PHILIPPI CNOPII *diſputatio de calculo renum & veſica*, Gieſſ. 1686. Membrana veſicæ ſabulo obſita extracta.

MICHAELIS BERNHARD VALENTINI *hiſtoria moxæ*, Leid. 1686. 12. EJUSD. diſputatio *de herniis*, Gieſſ. 1697. ubi ſepti tranſverſi vulnus ſanatum recenſetur, exſtat etiam in EJUSD. *polychreſtorum exoticorum* diſſertatione VI. & habet hiſtoriam curationis herniarum per ſpiritum ſalis intus ſumtum, arcanum nempe Prioris de CABRIERES, emtum & publicatum a LUDOVICO XIV. EJUSD. *Praxis medicinæ infallibilis Pars II. cum Noſocomii Academici continuatione*, Francof. 1715. 4. Percurrit primo breviter morbos chirurgicos a capite ad calcem, miſcet aliorum clarorum virorum conſilia & exempla, pleraque ex E. N. C. aliqua propria. In *Noſocomio* diſputationes aliquas chirurgicas repoſuit, ſecundum ſeriem Libri *l'art de faire des raports*.

JOHANNES *von* MURALT *Collegium anatomicum*, Nürnberg 1687. 8. Obſtetricabatur MURALTUS, & chirurgiam exercebat, & medicinam omnem. Hoc in Libro miſcet anatomen, herbarum hiſtoriam, & ex arte obſtetricandi obſervationes, diſcipulus MAURICÆI. Subjicit breviſſimum compendium chirurgiæ. EJUSD. *chirurgiſche ſchriften*, Baſil. 1691. 8. Continentur hoc volumine primo pentateuchus ille chirurgicus, tum deligationum, quales tunc Pariſiis receptæ erant, deſcriptio, inde operationes chirurgicæ, porro obſervationes 217. cum ſubjectis HENRICI RUFFII, JOHANNIS FREYTAGII, CASPARI MANZII & aliorum, hiſtoriis, denique chirurgia militaris. Sed obſervationes majorem Libri partem abſolvunt. EJ. *hebammenkunſt*, Baſil. 1697. 8. Continet anatomen partium genitalium, fetuſque, conſilia ad partus difficiles, obſervationes aliquas & valetudinarium infantile.

Curious obſervations on that part of chirurgery relating to the teeth, Londin. 1687. 4. *

OL. BORRICHII *de lapidum generatione in macro & microcoſmo, cui accedit* additio JOSEPHI LANZONI, Ferrar. 1987. 12.

In TSCHIRNHAUSII *medicina corporis* omnia vulnera ſolo ſuperfuſo adipe ſanari docetur:

JACOBI GROENEVELD *diſſertatio lithologica*, Lond. 1687. 8. 1688. 8. & anglice auctior 1710. 8. cum titulo *treatiſe on gravel and ſtone*, nomine mutato, ut nunc vocetur GREENFIELD. Obſervationes aliquas habet, ſigna calculi, calculos enormis molis, &c.

THEOPHILI MULLER *von vvinterkranckheiten und fontanellen*, Francof. 1687. 8. *

TOBIÆ SCHUTZ *chirurgiſcher handleiter*, Lipſ. 1687. 8. HE. Berol. 1714. 8.

In J. J. HARDERI *apiario* aliqui etiam chirurgici morbi deſcribuntur, hepatis ulcus poſt vulnus ſanatum, &c.

In DOMINICI GAGLIARDI anatome oſſium morbi etiam, & emollitorum oſſium hiſtoriæ habentur.

FRANCISCI NIGRISOLI *obſervationes ad anchoram ſacram ſauciatorum*, Ferrar. 1687. * In EJus Libro *de glandulis* etiam chirurgica habentur.

CONR. FILIP. LIMMER *de fonticulis*, Serveſtæ 1687. 4.

DAVID KELLNER *unterricht von ſchvvürigen offnen ſchenkeln*, Nordhauſen 1688. 12. abſque nomine auctoris. HE.

Inter J. JACOBI VVALDSCHMIDT opera ſunt etiam *notæ ad praxin chirurgicam* PAULI BARBETTE, Francof. 1695. 4. 1707. 8. & *chirurgus Carteſianus detegens aliquot in chirurgia errores*, Marburg. 1687. 4. Ex Carteſiana ſchola, medicamentis inprimis utitur ex alcalica claſſe repetitis, & hic brevis omnino libellus eſt. Inter diſſertationes pluſculæ chirurgici argumenti ſunt.

JOH. DOLAEI *encyclopædia chirurgica rationalis*, Francof. 1689. 4. Cum operibus omnibus recuſa eſt ibid. 1703. fol. Ex eodem ſumta.

Inter *Miſcel'anea curioſa medica* CHRISTIANI LANGII eſt etiam *de calculi curatione* Tractatus Francof. 1688. 4.

L. le MONNIER *traité de la fiſtule de l'anus*, Pariſ. 1689. 12. Rationem ſecandi deſcribit, quæ fit ſtilo argenteo anſato, tum ſyringotomo, & medicamenta inprimis habet.

Der erfahrne Chirurgus, Hamburg 1689. 8. *

LAURENTII VERDUC Chirurgien juré, *maniére de guérir les fractures & les luxations par le moyen des bandages* II. *edition augmentée d'un traité des playes d'arquebuſades*, Pariſ. 1689. 12. & ſub titulo *Pariſiſches verbandhuys*, Amſtelod. 1691. 8. Circa hæc tempora Chirurgia incepit caput efferre Pariſiis, cum Rex LUDOVICUS perpetuis bellis inplexus eorum hominum opera egeret. Profeſſiones etiam duas jam ann. 1622. J. de LAUNAY fundaverat, quibus quinque omnino cathedras in amphitheatro D. COSMI Rex anno 1724. addidit. Non ideo adhuc eam famam conſecuti erant, quam ambiebant. Demonſtravit enim PETTY, paulo ante hos annos, noſocomia gallica non optime regi, cum una quarta pars ægrorum in *Hôteldieu* pereat, Londini vix quinquageſima. Sed paulatim tamen inſtrumenta perficere ceperunt, & aliquas obſervationes difficiliores revocare in uſum. Inter primos ſcriptores ejus ordinis fuerunt VERDUCII fratres. Et in iſto opuſculo quidem Chirurgus bonam dedit vinculorum brevemque deſcriptionem, cum obſervationibus nonnullis. Negat apechema. In altero libello multus eſt in medicamentis, in Chirurgia parcior. EJ. *le maitre en Chirurgie*, Pariſ. 1704. 12. quæ tertia eſt editio. Eſt compendium G. de CAULIACO cum additis recentiorum inventis, tum myologia, oſteologia, phyſiologia.

ALTER FRATER Medicus J. BAPTISTA edidit anno 1701. *Traité des opérations de Chirurgie*, Pariſ. 1701. 12. Amſtelod. 1739. 8. vol. 2. Continet operationum compendium & vincula chirurgica, cum novis ubique ejus temporis inventis. EJ. *la pathologie de Chirurgie*, Pariſ. 1710. 2. vol. 12. 1727. 2. vol. 12., Amſtelod. 1714. 2. vol. 12. IDEM in *ſuite de l'oſtéologie* varia chirurgica habet, ut tumores a pure incluſo in vaginis tendinum. Cæterum inſigniter in ea arte valuit, qua aliorum inventa involantur. EJus ſcripta ſub titulo J. B. VERDUC *chirurgiſche ſchriften*, Germanice verſa ſunt, Lipſiæ 1712. 4.

Le CLERC *Chirurgie complete*. Primam editionem ignoro, ſed oportet hoc tempore prodiiſſe, cum germanice verſam anno 1690. 8. exſtare legam. Prodiit etiam, Pariſ. 1694. 12. & in Belgio 1695. 12. Liege 1702. 12. Genev. 1699. 12. Pariſ. 1706. 8. Bruxelles 1724. 12. Leide 1731. 8. vol. 2. Pariſ. 1739. 8. & germanice Dreſden 1699. 8. 1707. 8. ſub titulo *volkommene chirurgie*. Multum aucta editio anni 1739. Habet ARNALDI patris machinas ad fracturam patellæ femoriſque, & pharmacopolium ſatis abundans. In editione 1706. continen-

tinentur in ſecundo volumine eximiæ obſervationes de oſſium morbis quæ ſunt JOSEPHI DUVERNEY. EJ. *appareil commode en faveur des jeunes chirurgiens*, Pariſ. 1700. 12. cum figg. Eſt armamentarium Chirurgicum. *

Le CLERC *chirurgie complete* Italice excuſa eſt Neapoli 1734. 4.

HEYDENTREYLI OVERKAMP *medicinale chirurgicale en philoſophiſche vverken*, Amſtelod. 1694. 4. & germanice Lipſ. 1705. 4. ſed EJUS *beginzelen tot de genees en heelkonſt*, Amſtelodami 1681. 8. & EJUS *nieuvv gebouvv der chirurgie*, Amſtelodami anno 1682. 8. & cum titulo *neues gebaü der chirurgie* jam germanice prodiit 1689. 8. quod in hac collectione recuſum exſtat. Carteſiana & medicamentaria tractatio eſt, in qua ex theoria vis alcalinorum & ſudoriferorum evehitur, ſuppuratione omni evitata ſola reſolutio permittitur, venæ ſectio negligitur, &c. Valde invidioſum eſt quod curationes PLATERI & HILDANI perpetuis commentariis perſecutus ubique ex hypotheſi methodum magnorum virorum redarguerit.

In CORNELII BONTEKOE operibus hoc anno 1689. junctim Amſtelod. 4. editis ad Chirurgiam multa pertinent. Ita in *omvverp van 't oud geſtel der medicyne* pars prima demonſtrat *dat de generale theorie der chirurgie valſch is*, quæ quidem pars potius theorias humorales & veterum placita inpugnat. In *tertio Libro* oſtendit *dat de gemeene gevoelen van de oorzaak der geſvvellen, vvonden en ulceratien valſch zyn*. Etiam hic inpugnat ſcholas, & fluxiones atque congeſtiones rejicit. Tractat hic de ſcirrho, cancro, gangræna, phlegmone. In *quarto Libro* rejicit cum venæſectione cucurbitulas, & ſimilia. In altero tomo exſtat *de grondslag van een nieuvv gebouvv van.. chirurgie ontdekt in 't alcali en 't acidum*, Hag. 1680. 8. ex quo titulo adparet ſcopus, omnia reducendi ad vim reſolventem & antacidam. Germanice, ni fallor, editum eſt ſub titulo *grundſätze der chirurgie*, Hanoveræ 1687. Aug. Vind. 1721. 8. EJ. *vervolg van het eerſte deel van een gebouvv* ibid. prodiit 1681. 8. tractatus. Parum autem ab his hominibus aucta eſt chirurgia, quæ manu, non lingua operatur, & nocuerunt arti, rejiciendo ſuppurationem, venæſectionem, abutendo ſudoriferis.

CORNELII BONTEKOE *de grondſchlag van een nieuvv gebouvv*, &c. Germanice etiam exſtat ſub titulo *neues gebaüde der chirurgie* ex verſione J. F. ALBRECHT, Francof. Lipſ. 1697. 8.

Medicinale collegie voor de pratyk der medicynen, Amſtelod. 1690. 8. * Examen chirurgicum continet.

JOHANNIS MUNNIKS *chirurgia ad praxin hodiernam adornata*, Ultraject. 1689. 8. Genevæ cum titulo Amſtelodami 1715. 4. & germanice Francof. 1700. 8. Eſt pentateuchos chirurgicus, cum medicamentis, & breviſſima chirurgia, paſſim collectus cum pauciſſimis auctoris obſervationibus.

J. GAILLARD *de vena ſectione diſquiſitio*, Hafniæ & Lipſ. 1689. 12. *

HUGH RYDER *practical chirurgery*, Lond. 1689. 12. *

De LAUNAI *inſtructions néceſſaires pour ceux qui ſont incommodés de deſcentes*, Pariſ. 1690. 12. 1730. 8. Edit epiſtolam ab ægro provinciali ſcriptam, & reſpondet. Laudat bracheria, aliqua habet de Priore illo Cabrerienſi, nihil vero ad operationes. Annon idem eſt CHARLES DENIS de LAUNAI cujus *diſſertations phyſiques & pratiques ſur les opérations de la pierre*, prodierunt Pariſ. 1701. 12. Contra F. JACOBUM. In Libro *de generatione* ſectionis cæſareæ a chirurgo PREVOT peractæ hiſtoria exſtat.

JUSTINA SIEGMUNDIN nata DIETERICH, *Brandenburgiſche vvehmutter*, Coloniæ ad Spream. 1690. 8. Berolini 1723. 4. belgice, vertente C. van SOLINGEN 1691. 4. Femina non inficeta, etſi caſu ad officium acceſſit & in membranis perforandis, vinculo in uterum bacilli ope inferendo & fetui injiciendo diſplicet, neque icones valde probem. Cæterum in encheireſibus ad partum difficilem, & emendationibus, quas ars admittit, cum optimo quoque conſentit. Cum ANDREAS PETERMANNUS in hunc librum ſcripſiſſet *gründliche deduction vieler andgriffe der Churbrand. vvehmutter die auf vergeblicher ſpeculation beruhen*, Lipſ. 1692. 4. ſatis acriter reſpondit, in *nöthiger bericht vvieder* ANDR. PETERMANN *und ſendſchreiben an* A. P. *vvegen eines corollarii ſeiner diſput. de gonorrhœa*, Cölln an der Spree 1692. 4. recuſis in editione Berolinenſi.

JOSEPH de la CHARRIERE *Traité des opérations de chirurgie*, Pariſ. 1690. 12. 1692. 12. 1693. 12. 1721. 12. HAEN. & anglice Lond. 1705. 8. & a D. J. DANIELE SCHLICHTING

 nuper

nuper belgice verſus cum præfatione. Cuique operationi præmittit morbi theoriam, operationes ipſas breviter deſcribit, ut noſtro ævo non poſſit valde utilis haberi. Cataractam poſuit in obſcuratione lentis cryſtallinæ.

JOSEPH de la CHARRIERE Germanice exſtat 1700. 8.

FILIPO MAZIERO *il chirurgo in pratica*, Venet. 1609. 8. 1702. 8. 1729. 8. Compendium chirurgicum dialogi modo propoſitum. In medicamentis multus eſt. EJUSD. *opere chirurgiche* tribus vol. 4. Patav. 1707. edita continent præter priorem libellum *il ſogno chirurgico & il pratico perfetto*, Venet. 1702. 8. obſervationes etiam habet, ſed multa ſuperflua.

PRAT *vademecum chirurgicum*, Hamburgi 1690. 8.

ELIÆ PRAT *vademecum chirurgicum* primum prodiit Hamburgi 1684. 8.

DIEDERICI GOODSCHALCK *prodromus de oſſium tum generatione tum corruptione interna*, Leidæ 1691. 8.

In PAULI SPINDLERI *obſervationibus centum*, Francof. ad M. 1691. 4. excuſis aliquæ ſunt chirurgicæ.

CAPUT II.

Secunda Claſſis chirurgorum, qui de ſingulis morbis ſcripſerunt.

CHirurgi ſequuntur qui de ſingulis morbis ſingulatim ſcripſerunt, & pluris ſæpe faciendi ſunt, quam ſyſtematici. Multum hic laudatur JACOBI BERENGARII *Carpenſis* Liber *de Fractura cranii*. Elogia ejus plus quam centies vidi, eſt idem ille, qui in Italia primus omnium inſtaurator anatomes fuit, idem gloriabatur ſe ingentem maſſam auri ex mercurio produxiſſe, nam primus luem veneream inunctionibus ex mercurio ſanavit. Editus eſt hic Liber Lugduni Batavorum ab HERMANNO CONRINGIO.

MARCUS AURELIUS SEVERINUS huc pertinet in Libro *de occulta abſceſſuum natura*, hoc eſt, de miris collectionibus humorum & naturalium & præternaturalium in certa quædam loca, nam ille abſceſſum vocat, ubi HIPPOCRATES receſſum materiæ in quemdam locum; adeoque ibi reperiuntur de ſcirrhis, cancris, & omnibus humoribus obſervationes. Editus eſt hic Liber Neapoli 1643. 4. & Lugduni Batavorum 1724. 4.

De gangræna & ſphacelo legatur FABRICIUS HILDANUS, qui ſingulares tractatus perfectos de gangræna & ſphacelo ſcripſit.

De combuſtione per ignem & ſclopetarium & chemicum & culinarium, &c. videatur idem FABRICIUS HILDANUS.

De meliceria ſeu ſtillicidio moleſto in ulceribus, etiam tractatum ſcripſit FABRICIUS HILDANUS optimum.

De tumoribus in genere optimus tractatus eſt GUNTERI CHRISTOPHORI SCELHAMMERI (*a*), cujus *Oncologia parva* ſeu de *tumoribus* corporis humani, Jenæ edita eſt anno 1695. ibi ſine ullo temporis diſpendio inveniuntur, quæ eo pertinent.

De

(*a*) GUNTHERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMER ſcripſit pluſculas diſputationes, quæ huc pertinent, ut *de ſuffuſione*, Jen. 1691. *de epulide & parulide*, Jen. 1698. qua in re egregias habet, maxime a WEPFERO obſervationes, *de ſpina ventoſa*, Kilon. 1698. *de odontalgia tactu ſedanda* 1701. EJUSD. *ὀγκολογία parva ſeu de corporis humani tumoribus* prodiit, Jen. 1695. 4. brevis, methodica, & ſatis probabilis. Multum utitur HILDANO. Proprias obſervationes paucas habet.

FRI-

De morbis oculorum unus auctor eſt emendus MAITRE JEAN *traite des maladies de l'œil*, Pariſ. anno 1707.

Ff 2 De

FRIDERICUS RUYSCHIUS cum medicina & chirurgiam & obſtetriciam artem conjunxit, & obſervationes magni momenti per opera ſua diſperſit. Et primum in *obſervationum anatomico-chirurgicarum centuria*, Amſtelod. 1691. 4. multi rari morbi recenſentur, verus prolapſus uteri, hernia veſicæ, calculi ex hernia prolapſa exciſi, ſpina bifida, aneuryſmata aortæ, &c. Hæ obſervationes multis figuris truncatæ gallice recuſæ ſunt cum PALFINII *anatomie chirurgicale*. Inter *epiſtolas* XIVta eſt de amputatione manus cum labro reſervato. In *theſauris adverſariis* raras obſervationes multas habet, fractam Patellam, ſarcoma uteri ligatura ſanatum, tumorem adnatum tendinibus funeſtum, atretas & alia. De hydrocele ejuſque radicali curatione agit in *adverſ.* II. in I. ſcirrhum oeſophagi ſuperatum ſalivatione recenſet. In Muſæo & alibi exempla habet cariei.

Höchſt nützliche und nothvvendige hebammenkunſt, Merſerburg 1691. 8.

J. HELFRICI JUNKEN *compendium chirurgicum manuale oder begriff aller operationen der chirurgie ſo einem feldſcherer zu vviſſen nöthig ſind*, Francofurti 1691. 8. Nurenbergæ 1700. 8. 1710. 8. 1718. 8. * EJUSDEM *lexicon chirurgico-pharmaceuticon* ibid. 1699. 8. * Medicus fuit, qui multa collegit.

In J. VIRIDET *Traité des vapeurs* habetur aneuryſma funeſtum, & alia, quæ huc pertinent.

Lettre de M. HELVETIUS *a* M. REGIS *ſur la nature & la guériſon du cancer*, Pariſ. 1691. 4. & auctius 1706. 12. Deſcribit forcipem novam acutis cruribus, ad conprehendendum cancrum factum, & aliqua ſub finem medicamenta. EJ. *Traité des pertes de ſang de quelque eſpèce qu'elles ſoient avec leur remede ſpécifique*, Pariſ. 1706. 12. Hoc remedium eſt alumen ignem fuſum, & cum ſanguine Draconis in pilulas factum. Multa curationum exempla refert.

JOS. LANZONI *diſſertatio de clyſteribus*, Ferrar. 1691. fol. Inter *conſultationes* & *obſervationes* & in *animadverſionibus* multæ chirurgicæ ſunt, ut cutis illæſa cum fracto cranio, de paracenteſi, de veſicantibus, clyſteribus, &c. IDEM MOINICHENII obſervationes ſcholiis illuſtravit.

ANTONII NUCK *operationes & experimenta chirurgica*, Leid. 1692. 8. edita a J. TILING, tum an. 1714. 8. 1733. 8. & Germanice ſub titulo *chirurgiſche handgriffe*, Lubec & VViſmar 1709. 8. cum notis vero HENRICI BASSII germanice titulo præfixo *d r erlaüterte* NUCK Hall. 1728 8. Brevis & poſthumus libellus a diſcipulo medicinæ ſtudioſo editus, operationum brevem hiſtoriam continet, cum multis inſtrumentis propriis. Vulnus vaſis lymphatici in venæſectione factum, & hujus encheireſis, herniæ umblicalis tractatio, tendinis ſutura, & alia minus vulgaria ibi reperiuntur. Arteriam poſt amputationem vetat ligare non bene. In *adenographia* calculi generationem egregiis experimentis illuſtravit.

VVOLFGANG CHRISTOPH VVESENER *halliſcher meſſer ſchlucker ſamt deſſen cur und den 2. auguſti 1692. erfolgte entledigung von dem den 3. Januar 1691. eingeſchluckten meſſer*, Hall. 1692. 4. Cultrivori hiſtoria tertia feliciter ſanati.

THEOD. CHRISTOPH. KRUG *triga obſervationum curioſarum*, Noriberg. 1692. 4. Prima eſt de eodem cultrivoro.

DUBE' *le Chirurgien des pauvres*, Pariſ. 1693. 8. Rouen 1712. 8. *

ALESSANDRO PISONI *breve compendio della dottrina del* MAGATI Cremona 1693. 12. recuſum cum SANCASSANI *dilucidationibus*, exiguum opuſculum. Pater fuit OMOBONI PISONI.

JEAN FRANÇOIS LAUGIER *Traité des remedes vulneraires*, Pariſ. 1693. 8. HE. *

SALOMON van RUSTINGH *nieuvve veld medicyne en chirurgie*, Amſtelod. 1693. 8.

GODOFREDUS a LANKSICH in *Actis eruditorum* anno 1693. partum cæſareum felicem deſcripſit, in femina quæ conceperat, cum vagina pene ab ulcere coalita eſſet.

Nouvelle méthode des opérations de chirurgie.. & de la nouvelle maniere de guérir la vérole, Pariſ. 1693. 12. (potius in Belgio) Nullius momenti.

PHILIPPE PEU *pratique des acouchemens*, Pariſ. 1694. 8. Praxin ſuam laudat, neque ſe ſcripſiſſe ait, niſi poſt 5000. partus, quibus adfuerit. Recte monet, nihil eſſe mutandum manu, niſi fetus minus naturali modo diſpoſitus ſit. Uncum MAURICÆI & partum cæ-

De aure optime omnium ſcripſit clariſsimus JOSEPHUS DUVERNEY, *in tractatu phyſiologo-therapeutico de auditu*, gallice conſcripto & edito Pariſiis anno 1683. 12.

De

ſareum rejicit. Multus eſt in funiculi evolutionibus, & eruditionem nimis adfectat, audax diſtorquere fetum. Cum in nupera editione operis ſui contemtim eum habuiſſet FRANCISCUS MAURICEAU, reſpondit PHILIPPUS in *reponſe de* M. PEU *aux obſervations de* MAURICEAU, Pariſ. 1695. 8.

CHRISTIANI VATER Profeſſoris VVittembergenſis *hiſtoria & cura bubonis inguinalis cum putrefactione inteſtini & eruptione lumbricorum*, VVittemb. 1693. 4. EJ. diſputatio *de partu cæſareo* 1695. cum hiſtoria LANKISCHII. EJ. *de commotione cerebri* 1699. EJ. *de ulceribus fiſtuloſis* 1700. *de trachomate* 1704. *de viſionis vitiis* 1706. *de origine & remediis ulceris veſicæ* 1709. *de gangrana* 1709. cum obſervationibus; *de partu poſt mortem matris* 1714. *de ſuffuſione* 1715.

CHRISTIANI VATER etiam eſt *hiſtoria ſarcomatis*, VVittemb. 1693. 4.

B. de BOUT *het nieuvve examen der chirurgie*, Amſtelod. 1694. 8.

La guériſon du cancer au ſein, Rouen 1694. 8. *

ÆGIDII DAELMANN *nieuvv hervormde heelkonſt*, Amſt. 1694. Berolini vel Francof. ad Viadr. 1694. 8. 1702. 8. Principiis ſuperſtructa alcali & acidi.

VVALTHERI SCHOUTEN Liber *de vulneribus capitis* belgice editus eſt cum titulo *het gevvonde hoofd*, Amſtelod. 1694. 8. Roterodami 1726. 8. & germanice cum titulo *verlezter kopf. d. i. kurz und gründlich unter ſuchte heilkunſt aller kopfvvunden und brüche der hirnſchalen ingleichen der vvunden des halſes und angeſichtes*, Lipſ. 1695. 8. Vulnera inprimis capitis, tum colli percurrit, exempla curationum fere in India nata recenſet. In temporali muſculo inciſionem molitur, ſed triangularem, rejecta ea, quæ crucem refert. Negat duram membranam in futuris cum pericranio conjungi. Elevatorium paulum mutatum & longius proponit, contrafiſſuram ſeu calamitatem non admittit. Vulnera ſagittarum venenatarum facile ſanavit. EJUSD. *verhandling van deu tegennatuurlyke gezvvellen vertoont en op gronden van Reden en Onder vinding door vyftigjaerige konſtoeffening beveſtigt*, Roterodam 1727. 8. 2. vol. Hoc opus poſthumum eſt, cum auctor RUYSHIO cognatus obiiſſet anno 1704. idem vero eſt cujus exſtant Indica itinera. Multum pugnat contra recentiores chirurgos ex ſecta BONTEKOI, contra repercutientia, contra oſores venæſectionis, turundarum, contra exſiccantia, ſuppreſſionem ſuppurationis, nimiam emiſſionem puris ſubitam, nimias inciſiones. Singulos tumores obſervationibus propriis illuſtrat; mitis in univerſum chirurgus, qui malit relinquere fiſtulam quam nimias inciſiones moliri, ſincerus qui malos eventus non diſſimulet. Fuſe de gangræna agit.

JOH. ADRIANI SLEVOGT eruditæ diſputationes chirurgicæ numeroſæ exſtant, ut *de carie cranii*, Jen. 1695. *de fonticulo ſuturæ coronalis vitiorum memoriæ remedio* 1696. *de paracenteſi thoracis & abdominis* 1697. *de ſcarificatione hydropicorum* 1697. *de ligaturarum uſu in hæmorragiis* 1698. *de ambuſtione* 1698. *de polypis capitis* 1669. qualem vidit lapideum, *de muliere gravida prolapſu uteri laborante* 1700. ubi recenſet hiſtoriam reſecti feliciter uteri: *de partu difficili & perinæo inde rupto* 1700. *de femina mola laborante* 1700. *de dolorum partus ſpuriorum cum veris collatione* 1702. *de ſingularibus quibuſdam partus impedimentis* 1704. *de ægra ſecundinarum retentione laborante* 1704. *partus naturalis collatus cum præternaturali* 1705. *de cauteriis* 1708. *de inſtrumentis* HIPPOCRATIS *chirurgicis hodie ignoratis* 1709. *de partu cæſareo* 1711. *de embryulcia Hippocratica* 1711. *de fungoſis artuum tumoribus* 1715. bona diſputatio; *de tumoribus tunicatis* 1719. Ipſe Jenenſis Profeſſor manum operi etiam obſtetricio admovit.

Bona inprimis diſputatio eſt JOH. ADR. SLEVOGT, quam citavimus *de tumoribus tunicatis*.

FRIDERICI DECKER *exercitationes practicæ circa medendi methodum*, Leid. 1694. 4. Ordo ſequitur diverſas claſſes remediorum; ad chirurgiam adeo pertinent clyſteres. Sed multa alia

alia chirurgica intercedunt, cauterium canulatum ad dentes; cauteria ad verticem, paracenteſis abdominis, ſcroti, cucurbitulæ ad tempora, placenta calculoſa, alia.

N. BERENGER *Celandre ou traité nouveau des deſcentes avec un autre traité des maux du ventre*, Pariſ. 1695. 12. 1701. 12. Non utilis liber, ſcriptus ad vendenda arcana ſua, pulvinata bracheria & medicamenta. Negat v. g. jejunum aut colon poſſe herniam facere. In altero Libro Helmontianam quamdam theoriam proponit:

Chirurgie complete diverſum a CLERICI opere, POUPARTI opus eſſe video ex elogio FONTENELLI, quod excuſatione egit editum 1695. 12.

STEMAN *de hydrophobia* diſputationes Ultraject. 1695. cum exemplis.

BERNHARDI CONNOR *diſſertationum medico phyſicarum* duæ huc pertinent, *de ſtupendo oſſium coalitu*, ſceleti nempe cujus omnia oſſa coaluerant; & *de immani hypogaſtri ſarcomate*, Oxon. 1695. 8. ſubſtantiæ nempe uteri in carneam maſſam degeneratio.

R. VVILHELM KRAUS *de ſclopetorum vulneribus*, Jen. 1695. diſputatio & aliæ, quas omittimus.

R. VVILH. KRAUSS adde diſputationem *de ulceribus crurum antiquis*, Jen. 1699.

NICOLAI GRIMBERG *de calculo renum & veſicæ*, Hafn. 1695. 8.

AUGUSTIN BELLOSTE *Chirurgien de l'hopital, & manière de guérir promtement les playes*. Lego Pariſiis 1696. & 1698. 8. prodiiſſe, & 1715. 8. Mea editio eſt Pariſina anni 1705. 8. & alia Amſtelodamenſis 1707. 8. Chirurgus in caſtris Gallicis, deinde in aula Sabaudica vixit. MAGATI methodum renovavit, methodum nempe ſanandi vulnera abſque turundis & cum rara deligatione: oſſa perforare docuit frequentibus foraminibus ad cariem ſupe-randam, uti CELSUS. Obſervationum ad vulnera ſclopetaria vim & alia adjecit, & medicamenta chirurgica. Hunc librum ſub titulo *Chirone in campo* vertit, & hiſtoriam monſtri addidit, DIONYSIUS SANCASSANI, Venet. 1729. 8. vol. 2. & alias. Germanice reddidit MARTINUS SCHURIG, Dreſd. 1703. 8. 1710. 8. 1724. 8. In GIORN. de' LETTER. vol. IV. p. 130. ſeqq. accuſatur plagii, & quod ſua, ipſamque plumbeam ad trepani foramen laminam, ex MAGATO deſcripſerit. In *ſecundo volumine ſeu ſuite du Chirurgien de l'hopital*, Pariſiis 1725. 8. edito multis contra turundas & earum defenſorum PANDOLFUM MARAVIGLIAM agit: deinde fuſiſſime laudat ſolvens mercuriale, cauteria etiam retro aures ad oculorum morbos commendat & frigida fomenta ad hernias, mercurii potum ad volvulum. Aliquæ EJUS epiſtolæ exſtant cum SANCASSANI *dilucidationibus*, & in fine I. partis lamina plumbea duræ matri poſt perforationem cranii imponenda defenditur.

J. THOMÆ de VVOOLHOUSE *catalogue d'inſtrumens pour les operations des yeux*, Pariſ. 1696. 8. Laudat venæſectionem oculi, ejus paracenteſin, &c. EJ. *expériences des différentes opérations manuelles & des guériſons qu'il a pratiquées aux yeux*, Pariſ. 1711. 8. Jen. 1715. 12. Genev. HE. EJ. *obſervations critiques de VV. ſur un Livre imprimé en Angleterre*, Lond. 1713. 8. In KENNEDYUM. EJ. *diſſertations ſavantes & critiques, ſur la cataracte & le glaucome de quelque modernes*, Francof. 1717. 8. & latine *diſſertationes de cataracta & glaucomate contra ſyſtema* BRISSÆI, ANTONII & HEISTERI *in latinum* translatæ a CHRISTOPHORO LE CERF, Francofurti 1719. 8. ſumma rei eſt, defendere contra nuperos dari cataractas membranaceas, in utraque oculi camera, cryſtallinæ vero lentis obſtructiones a cataracta differre, & eſſe malum inſanabile. Decem autem omnino ſunt libelli: 1. *Epiſtola ad* P. le BRUN contra BRISSÆUM, quem plagii accuſat. 2. Octo partes adnotationum in ANTONIUM, quas in *mercurio Gallico* ediderat. Acerbe ſcribit, impoſturæ reum facit ANTONIUM. 3. Contra HEISTERI primum de cataracta Librum. 4. & 8. Judicium de HEISTERO ex *J. des Savans*. 5. Epiſtola ad PALFYNIUM quam alias dicam. 6. Carmen ad HOVIUM, valde illepidum. 7. DANIELIS GEISLER epiſtola, qua hiſtoria cataractæ membranaceæ traditur. 9. Cenſura in G. GOVVARD *ophthalmoiatriam*. Aliqua hic ad hiſtoriam ſcriptorum de oculorum morbis 10. Programma de quadraginta illis operationibus, inter quas fuſe agit de ophthalmoxyſi. Rixoſus ubique rudiſque. EJ. *remarques ſur l'avertiſſement de* M. VVINSLOVV in *diario Trivultino* anni 1724. excuſæ acerbiſſimæ ſunt, refutatio fructu fatis caſſa. Vindicat ſibi GARENGEOTI ſpeculum *baſſin oculaire*. IDEM anno 1726. 12. edidit *obſervations ſur la mémoire de* M. MORAND *inſeré dans l'hiſtoire de l'Ac. R. des Sciences*, *tou-*

chant

chant les cataractes, aſper ut ſolet. Annon etiam eo pertinet *réponſe aux difficultés touchant le cataracte membraneuſe in Diar. Trivult.* 1726. *Dec.* aſpere in YVESIUM ſcripta? IDEM anno 1706. in *diario Eruditorum* ſuas operationes laudaverat, & ſuccum millepedum mire extulerat ad cataractas. Anno 1728. in eodem diario commendat ſuam curationem in homine nomine L'EPY, quem neque PETITUS neque S. YVES ſanaverant, & acerbe invehitur in D. de S. YVES, quem pro plagiario, & parum quidem docto habet. In *Trivultinis*. anno 1725. Martii M. exſtat diſſertatio ad cataractam.

Librum, quem ad VVOOLHOUSIUM citavimus ſub nomine *treatiſe of the cataract and glaucoma*, nunc legi, qui acerbi diſcipuli VVOOLHOUSII opus eſt. Defendit cataractam eam, quæ acu deprimitur, membranæ ſimilem eſſe, figuræ incertæ, & in humore aqueo retro iridem naſci, cum cryſtallinæ lentis opacitas inſanabilis ſit. Diætam, ætatem, ſelectum in deponenda cataracta rejicit, operationem deſcribit. Perforationem etiam cataractæ, & fiſſionem, & elevationem, & extractionem per inciſam corneam deſcribit.

Quid ſit EJUSD. *treatiſe of the cataract and glaucoma*, Londini editum 1745. 8. non novi.

PETRI ADRIANI filii VERDUYN *diſſertatio epiſtolaris de nova artuum decurtandorum ratione*, Amſtelodami 1696. 8. belgice ſub titulo *verhandeling van een nieuvve manier om leedematen af te zetten*, Amſtelod. 1697. 8. & eodem anno ibid. Gallice. Eam fuſe deſcribit methodus, qua ſura reſervatur in amputatione tibiæ, dudum deſcriptam apud YONGIUM.

PETRUM ADRIANUM filium VERDUYN eruditum hominem fuiſſe teſtis eſt SCHLICHTINGIUS *traumat.* p. 269.

GEORG. ALB. HAMBERGER *optica oculorum vitia*, Jen. 1696. 4.

ANDR. PETERMAN *de enterocele*, Lipſ. 1696. 4.

ANDREÆ PETERMAN etiam eſt *Deduction vieler handgrieffe .. die in der Chur Br. VVehemutter gerühmt vverden und auf bloſſer ſpeculation beruhen* 1692. 4. Contra SIEGMUNDIAM, cujus nimis præcocem dignotionem fetus male ſiti a fetu recte poſito, bacillum pro extrahendo fetu & alias encheireſes carpit.

De la VAUGUYON *traité des opérations de chirurgie*, Pariſ. 1696. 8. Belgice verſus cum titulo *heelkonſt in haar volmaaktheit*, Amſtelod. 1700. 8. Chirurgorum ſui ævi inventa proponit, ſatis bono ordine, ut hiſtoria mali præcedat, ſequantur encheireſes, tunc deligatio & curatio. Obſervationes ad quamlibet operationem dedit, fere ex HILDANO. De partu fuſior, MAURICÆUM ſecutus.

FRIDERICI HOFMAN infinitæ in univerſum, permultæ etiam ad Chirurgiam ſunt diſputationes, ut *de amputatione membrorum ſphacelatorum*, Hall. 1696. *de fiſtularum nova curatione* 1697. *de ſucci nutritii ex thorace ſtillicidio* 1704. Singularis hiſtoria læſi, ut videtur, ductus thoracici, *de fiſtula ani feliciter curanda* 1718. (ſed videtur CL. BASSII,) *de veſicantibus* 1722. *de venæſectione prudenter adminiſtranda* 1723. *de exulceratione veſicæ* 1724. *de incontinentia urinæ ex partu difficili* 1724.

Sic G. ERNESTI STAHLII multæ diſputationes huc ſpectant, ut *de ſanguiſugarum utilitate* 1699. *de ſcarificatione narium Aegyptiaca* 1701. quam probat, *de affectibus oculorum* 1502. *de fiſtula lacrumali* 1702. 4. ubi ſtylum Annellianum mente certe prævidit & juſſit per ipſum punctum chorda chelyos immiſſa ſaccum pertentare, ad os vero uſque incidere. Pus unice per ductum ſuperiorem exire obſervavit. EJ. diſputatio *de cancro* 1699. *de venæſectione*, Hall. 1705. *de medicinæ & chirurgiæ perpetuo nexu* 1705. *de officio medici circa caſus chirurgicos* 1710. *de medica chirurgia in genere* 1713. EJ. *einleitung zur chirurgie*, Lipſ. 1730. 8. videtur codex eſſe aliena opera editus. Acceſſerunt caſus chirurgici quatuordecim (qui ſeorſim prodierant cum titulo *elementa chirurgiæ manu & methodo Stahliana* Budingæ 1727. 8. editi) & 61. caſus STAHLII.

G. ERNESTO STAHL adde diſp. *de nova pathologia calculi renum* 1698. *de abortu & fetu mortuo*, 1704.

ABEILLE *le parfait chirurgien de l'armée*, *Traité des playes d'arquebuſade. Chapitre ſingulier tiré de* GUIDON, Pariſ. 1696. 12. In primo libello deſcribit vincula magis neceſſaria, gaſtroraphiam, fiſtulam ani, amputationes, fracturas, inſtrumenta. Morbos etiam caſtrenſes deſcribit, & curationem calidam proponit. Vulnera ſclopetorum non venenata eſſe

eſſe demonſtrat, multus in eruditione oſtendenda. Tertius libellus eſt examen candidatorum chirurgiæ.

ANTOINE le QUIN *chirurgien herniaire*, Pariſ. 1697. 12. HEISTERUS citat editionem anni 1684. & 1690. Nepos fuit alterius le QUIN qui anno 1665. de herniis ſcripſerat. Laudat bracherium ſuum ex ferreis filis factum, tum peſſum ope bracherii firmatum.

CHRIST. a STEENEVELD *de ulcere verminoſo*, Leid. 1697. diſſertatio quæ etiam cum BIDLOI opuſculis recuſa eſt.

J. B. CONTULI *opus de lapidibus, podagra & chiragra*, Rom. 1699. 4. potius practicum eſt.

J. B. CONTULI quod citavimus opus, practicum quidem potius eſt, utique tamen obſervatione plenum.

In JOHAN COLBATCH *collection of treaties chirurgical and medical* continetur *novum lumen chirurgicum*. Contra turundas & digeſtiva ſuppurantia ante BELLOSTIUM ſcripſit anno 1695. Arcana vero ſua nimis laudat, pulverem nempe, cujus ſolutione in vulnus injecta hæmorrhagiam & omnia ſymptomata tollebat, etiam a ſclopetorum ictu, abſque ſuppuratione, & veneno interemtum amicum ſuum queritur a chirurgis, & ægrum, quem tractaverant nudatum vinculis, ut periret. EJ. *nevv light of ſurgery vindicated*, Lond. 1696. 8. Contra libellum, cujus auctorem vocat HALL, defendit pulverem ſuum, eoque perfectas curationes. EJ. *a relation of a viper by the means of acids*, Lond. 1698. 8. Elixire vitrioli ſanavit hominem periculoſe a vipera demorſum.

S. CRISTAU *la chirurgie pratique*, Luxemburgi 1697. 12. Compendium præcipuorum capitum chirurgiæ, ad tumores, ulcera, vulnera, fracturas, luxationes, cum inſtrumentis, & medicamentis maxime neceſſariis, & nonnullis obſervationibus ſuis, ut cyſtici tumoris ablati, quem ſcarificavit, & conſumſit cathæreticis, &c.

Lettre ſur l'impoſſibilité des cures ſympathiques par M. L. *en Méd.* Roterodami 1697. 12. ſerio eas curationes refutat.

JEAN FONTRAILLES *traité de phyſique & de chirurgie*, Pariſ. 1697. 12. *

CONRAD HORLACHER *trifolium chirurgiæ genuinæ inauditæ i. e. vom krebs kropf und naſen gevvächſe*, Ulm 1697. 8. De cancri, ſtrumæ & polypi ſanatione * EJUSD. *alzeit fertiger chirurgus* F. Lipſ. 1701. 8. EJ. *art und vveiſe die brüche ohne ſonderbaren ſchmerzen zu curiren*, Ulm. 1895. 8. *

CONRAD HORLACHER etiam eſt *eröfnung der unſchmerzlichen cur die brüche ohne ſchneiden zu curiren*, Ulm 1693. 8. Arcano hernias curare ſuſcipit, nempe præparato colcothare.

DAN. HENRIC. MEIBOM *de patellæ oſſis læſionibus & curationibus*, Franeker 1697. 4.

Circa hæc tempora edi cepit GALLERIA *di* MINERVA in qua paſſim obſervationes chirurgicæ ſunt, de hydrophobia ex morſu canis rabidi, &c.

In COVVPERI magna *anthropographia* multæ obſervationes chirurgicæ continentur.

M. LISTERI *iter Pariſinum* omnino ad hiſtoriam ſectionis calculi legi debet, quam exercuit FR. JACOBUS, cujus curationes non feliciſſimas recenſet. Prodiit Londini 1699. 8.

ADRIANI KOENERDING *van het heet en koud vuur, en van het afzetten van kuyt en ſcheenbeenderen*, Amſtelodami 1698. 8. Peritus chirurgus novam operationem, quæ fit ſura reſervata, expertus rejicit, cum dolorifica ſit, tarde curetur, arteriæ inde varicoſæ fiant, nihilque inſit veræ utilitatis. Oſtendit ex YONGII epiſtola non novum eſſe inventum.

J. JACOB von DOEBELN *penis cancroſi ac feliciter reſecti hiſtoria cum diſquiſitione an pene nullo vel caſu abbreviato inſtructus ad prolificationem aptus eſſe poſſit*, Lipſ. (Hafniæ) 1698. 12. Ephemeris curationis non inutilis. Defendit autem generare poſſe pene breviſſimo. EJUSD. in *actis Balthicis* 1699. exſtat hiſtoria fetus in ventrem effuſi. EJ. *cataractæ natura & cura*, Lunden. 1727. 4.

ANTONII FABA *Pratica di Barbiero circa il cavar ſangue ed altre coſe appartenenti al detto officio*, Meſſan. 1698. 8. MONG.

Des getreuen ECKHARTS *vervvegener chirurgus*, Augſpurg und Leipzig 1698. 8. EJ. *unvorſichtige hebamme*, Lipſ. 1715. 8. *

J. ERN SCHAPER *de digitis manus dextræ per conquaſſationem nodoſitate, ſpina ventoſa & atheromate monſtroſis*, Roſtock 1698. 4.

J. B. ALLIOT *traité du cancer*, Pariſ. 1698. 8. Filius prioris ALLIOTI revocat illud arcanum arſenici rubri & una HELVETII librum, jam dictum, refutat.

CAR. MUSITANI *chirurgia theoretito-practica*, Genev. 1698. 4. Sacerdos & practicus medicinæ, vir confidens, ſcholarum oſor, dictione fuſiſſima, hic tumores, ulcera, vulnera & veneream luem deſcripſit, ſclopetaria vulnera ſola aqua reginæ hungariæ ſanare ſe adfirmat, oleum bufonum ad ſtrumas laudat, arcanorum amator.

In HAGEDORNII obſervationibus aliqua pertinent ad chirurgiam, gangrenas ſenum ſpontaneas, calculos ſub lingua, &c.

J. GEORG. KISNER *de læſione tendinum*, Leid. 1699. 4. ſuturam tendinum deſcribit.

JAC. FABRICII *diſputatio de phthiſi renali, calculo veſicæ complicata*, Gieſſ. 1699.

J. J. *the compleat midwifes' practice enlarged*. Ex L. BOURGEOIS, T. MAYERNE, T. CHAMBERLAYNE & N. CULPEPER collectum opus, Lond. 1699. 8. *

Synopſis doctrinæ & medicinæ vulnerum, VVittemberg. 1699. 4. HE.

CORNELII KELDERMANN *ondervvys voor alle vroedvrouvven, raakende haar ampt ende plicht*, Brugge 1699. 8. *

SEBASTIANI ROTARI *ragionamento contra l'uſo del ſalaſſo e delle ventoſe*, Veron. 1699. 4. repetetur in practicis.

In documentis reſtitutæ Academiæ Scientiarum Pariſinæ infinita huc pertinent. Ecce catalogum præcipuorum.

Anno 1699. J. MERY de calculo.

1700. Calculus ex equa. Cerebri ulcus & convulſio POUPART. TAUVRY oſſa mollia. Scirrhus teſtis pro conceptu male habitus.

1701. JOH. MERY de herniis.

1702. LITTRE calculi veſicæ connati hiſtoria. Sarcoma ventriculi. DUVERNEY hiſtoria vulneris. SABOURIN deſcriptio amputationis, qua ſura reſervatur.

1703. Teſtis ſcirrhus ſponte ſanatus. Excreſcentia oculi ſanata. DUVERNEY paracenteſis in hydrope thoracis & abdominis nonnunquam felix & aliæ obſervationes ad hydropem.

1704. LITTRE deſcriptio ſteatomatis. Ulcus ventriculi. Strangulationis ſymptomata. Veſicæ mira dilatatio. ANTOINE polypus exſtirpatus. Noxæ ſterni depreſſi. Cerebrum ſero obrutum.

1705. LITTRE mors a commotione cerebri. Vulnera abdominis ſanata. Tumor vaginæ cancroſus. Uterus a calloſitate obſtructus.

1706. Contra novam hypotheſin de ſede cataractæ & 1707. Vulnus cum jactura cerebri ſanatum. Mira exoſtoſis. Calculus natus in præputio, cum adeſſet phimoſis. Vulnus in thorace canis ſingulare.

1707. LITTRE de aneuryſmate. Calculi pulmonum.

1708. De vi medica cauteriorum.

1709. Utero vulnerato fetus occiſus, poſt tres annos per ſuppurationem expulſus. PANDOLPHINI inciſa cornea. De natta. MERY abſceſſus femoris. EJ. obſervationes pro ſede cataractæ in lente.

1710. Rectum inteſtinum in recens nato.

1712. GEOFROI in bezoardico calculo obſervationes. LITTRE de aneuryſmate. MERY hernia veſicæ. Aneuryſma aortæ.

1714. LITTRE obſervationes in hernia.

1716. MERY exomphalos maximus. J. L. PETIT machina ad luxationes. Ventriculi fiſtula.

1717. PETIT hernia veſicæ.

1718. PETIT de hydrocephalo. EJ. capſula ad fracturas complicatas. EJ. obſervationes de inſtrumento *Tourniquet*.

1719. Atreta cui fæces per vulvam exibant.

1720. JUSSIEU calculos veſicæ vidit in aqua ſimplici ſolvi. MERY manus monſtroſa.

1721. Aneuryſma enorme aortæ. Paracenteſis ſæpe in ægro repetita.

1722. PETIT de luxatione femoris; de tendine Achillis rupto.

1723. Placenta ori uteri adhærens. Vulnus ventriculi ſanatum, & inteſtini.

1724. DUSSE compreſſionis lenis laus ad hæmorrhagias a partu. Uterus ruptus. GUJOT de injectione in tubam EUSTACHIANAM MARCOT aneuryſma aortæ.

1725. Vulnus veſicæ ſanatum.

1726. Vacca cultrum devorat, qui ſub cute eminet. F. PETIT de loco ubi oportet acum in cataracta defigere.

1727. PETIT de hydrope oculi. Digiti fetus conjuncti ſeparati.

1728. J. L. PETIT tendo Achillis ruptus. GUISARD de natta maxima. MALOET de ancyloſi. CHOMEL abſceſſus peritonæi.

1729. Gonorrhœa ex ſuperficie glandis penis. Calculus felleus teſtudinis. LAMONIER de fiſtula lacrumali.

1731. MORAND de ſectione calculi larerali. Felicis operationis cæſareæ exemplum. J. L. PETIT de modo quo hæmorrhagiæ ſuperari poſſint. F. PETIT eo anno & 1732. 1733. 1735. de compeſcendis hæmorrhagiis egit.

1732. Prolapſus uteri a ſarcomate detracti. MORAND de aneuryſmate cordis.

1733. MALOET aneuryſma ſubclaviæ.

Anno 1734. J. L. PETIT de fiſtula lacrumali. MORAND de ſucceſſu operationis lacrumalis & 1737.

1735. IDEM de inteſtini coalitu. Vulnus cordis nono die funeſtum. Calculus in urethra circa acum natus. VVINSLOVV de curvitate colli a maſtoideo maſculo debilitato.

1736. MORAND hæmorrhagias a contractione arteriæ vulneratæ ſponte ſupprimi docet. PETIT aneuryſma.

1737. FARCY mira exoſtoſis. MARTIN prolapſus cartilaginis mucronatæ. GEOFROI oleum olivarum non ſufficere ad ſanandos quos momordit vipera oſtendit.

1738. LE CAT de ſectione calculi. Vulnus inteſtini craſſi curatum. Mors ſtramine aſperæ arteriæ inpacto.

1739. Magnum vulnus cranii ſanatum. De calculi laterali ſectione. MORAND & GEOFROI experimenta de efficacia medicamenti STEPHANIANI.

1740. MORAND de calculi exciſi hiſtoriis & calculis variis non facile cedentibus medicamento. PETIT de fiſtula lacrumali. GOULARD acus pro ligandis arteriis, forceps pro ſataceo per nares.

In documentis reſtitutæ Acad. Pariſ. Scient. anni 1740. eſt etiam hiſtoria deglutiti nummi a mercurio ſoluti.

1741. Prolapſus uteri, &c. DU HAMEL de unione partium oſſis fracti, exoſtoſi. MORAND de vi medicamenti STEPHANIÆ.

1743. HERISSANT de labio leporino. PETIT de coalitu punctorum lacrumalium & corniculorum limacum. (Non deſcriptum morbum putat, quem dudum deſcripſerat BOERHAAVIUS.) Vulnus maximum enſis in medullam ſpinalem inpacti, diu toleratum. Fiſtulæ externæ a vulnere cranii. De vi medicamenti STEPHANIANI ſymptomata mitigante. BUFFON de ſtrabiſmo. LE CAT de ſectione laterali felici. DU HAMEL de ancyloſi.

1744. Vulnus cordis. GRILLET felix ſucceſſus methodi lateralis.

1745. Q. L. PETIT agit de machina comprimente oculum.

In vetere Academia CHARAS de morſu viperæ huc facit.

ANN. ELISABETH HORENBURGIN *unterricht für die hebammem*, Hanoveræ 1700. 8. *

BENJAMIN SCHARF *gedanken von magnetiſchen curen*, Sondershauſen 1700. 8. *

JEAN MERY *obſervations ſur la manière de tailler par* F. JAQUES, Pariſ. 1700. 12. Egregius libellus veri amantis viri. Cum enim JACOBUS, Eremita, ſingularis homo, novo modo poſterius, quam fieri ſolebat, inciſionem pro educendo calculo faceret, & veſicam aperiret, commodis hujus operationis perſpectis MERYUS primo applauſit JACOBO. Deinde viſis funeſtis eventibus, in feminis inprimis, in quibus bis vagina diſſecta, magna vaſa violata invenerat, hominis quidem ruditatem increpuit, ſed methodi commoda nihilo ſecius confirmavit, & correctiones propoſuit. Belgice prodiit Amſtel. 1700. 8. *aanmerkingen oven de vvyſe van ſteenſnyden door* JAN MERY. Cæterum F. iſte JACOBUS primo in Belgio calculum ſecuerat cum adplauſu, neque tamen abſque funeſtis eventibus, qui RAVIO methodi inveniendæ dederunt opportunitatem, tunc in variis Galliæ provinciis, inde in Italia, feliciter omnino

VALISNERIO teſte T. I. opp. p. 361. in Germania inferiori & alibi, operationem exercuit, & videtur ſub poſteriora vitæ tempora cautius & prudentius ſcalpello uſus eſſe.

ABRAHAMI CYPRIAN *epiſtola hiſtoriam exhibens fetus humani poſt 21. menſes ſalva matre ex tuba exciſi*, Leid. 1700. 8. Celebris lithotomus, medicinæ tamen Doctor hoc egregio libello ventralem certe partum, etſi vix tubarium, feliciter excidit, & multa alia ad reliquam chirurgiam utilia adjecit. Recuſa eſt gallice. Amſtelodami 1707. 8. EJUSDEM diſputationem inauguralem *de carie oſſium* citat HEISTERUS, Ultraject. 1680. 4. & *orationem encomiaſticen in chirurgiam*, Franeker 1693. fol.

HENRICUS *van* DEVENTER M. D. Belga Deventrienſis, ſed qui frequenter in Daniam itinera ſuſcepit, a Rege CHRISTIANO V. ornatus (*in praef.*) obſtetriciam artem aliasque chirurgiæ partes cum praxi exercuit, & obſtipos, claudos, gibboſos ſanabat, nimius ſuarum rerum laudator. EJUS *novum lumen obſtetricantium quo oſtenditur, qua ratione infantes in utero tam obliquo quam recto prave ſiti.. extrahantur*, prodiit Leidæ 1701. 4. editum eſt anno 1724. 4. ibid. *ulterius examen partuum difficilium, lapis lydius obſtetricum*, & *de neceſſitate inſpiciendi cadavera* nempe puerperarum. Princeps inventum eſt, quod ab uteri ſitu obliquo, dudum equidem & ipſi HIPPOCRATI noto, plurimos partus difficiles deducat, ſigna indicet, & curationes, valde in his fuſus, inſtrumentis & medicamentis minus confidens. Falſos dolores a veris accurate diſtinxit. Coccygem juſſit repelli. Multos habuit diſcipulos & ſectæ adſeclas, JOHANNEM van HORNE, J. DAVVKES, MULLERUM, CL. THEMELIUM alioſque. Alii ut DAVVKES fuſum & tædioſum vocant p. 11. minusque tribuunt obliquo utero. Hoc opus belgice ſub titulo *nievv ligt voor de vroedvrouvven*, Leidæ 1701. & 1724. 4. & 1746. 4. Germanice Jenæ 1728. 1731. & 1740. in 8. 3. vol. excuſum. Gallice verſum eſt a JACOBO JOHANNE BRUHIER D'ABLAINCOURT, & editum Pariſiis 1734. 4. cum titulo *obſervations importantes ſur le manuel des acouchemens*. Translator confert auctorem cum Gallis & fere præfert. Anglice verſum jam anno 1716. 8. prodiit. Deinde Leidæ anno 1733. 4. nova editio prodiit aucta obſervationibus nonnullis ineditis redemptis ab hæredibus auctoris, nempe fetus, cui brachium præibat, feliciter reſtituti, fetus tranſverſi ab utero conſtricti, & uteri funeſtæ obliquitatis. Adjecta eſt epiſtola ad D. VINK cum hiſtoriis partium deſtructarum & conſilio inſtituendorum medicorum ad artem obſtetriciam in tanta feminarum ignorantia. EJUS opus *van de ziektens der beenderen, inſonderheit van de rachitis*, Leidæ 1739. 4. nec alia lingua, niſi fallor, prodiit, poſthumum, ſed ante mortem perfectum. Rachitidem ab abundantia vitioſa ſalis derivat, cui olea opponit in ſaponem mutata, quæ tamen non revelat. Spinam ventoſam habet pro rachitidis majori gradu. De carie multa peculiaria habet, negat nigreſcere oſſa, ſiccam & ſimplicem curationem laudat. Radium fiſſum ſanatum, toto fere oſſe deſtructo, narrat, tum de femina, cui ab immenſa cicatrice femur claudicabat. Subjecta ſunt varia aliena, ex DIARIO ERUDITORUM, & LEMERYI atque COURTIAL opus quod continuo dicetur.

YVONIS GAUKES *praxis medico chirurgica ratiociniis philoſophicis illuſtrata*, Groning. 1700. 8. Emden 1708. 8. Amſtelod. 1708. 8. Germanice Dreſd. 1709. 8. EJ. *Introductio in praxin medicam & chirurgicam*, Groning. 1727. 8. In priore opere 22. obſervationes ſunt cum explicatione mechanica ſymptomatum ad ſuas cauſas relatorum, & cauſarum, quare hac nec alia methodo auctor uſus ſit. Ad chirurgiam aliquæ abſceſſuum hiſtoriæ pertinent.

GOTHOFREDI SAND *diſſertatio qua fungus cerebri in generoſo equitum Pruſſorum viro, exſtirpatus*, Regiomont. 1700. 4. & EJUSDEM *rarus ventriculi abſceſſus* ibid. 1701. 4. Egregiæ duæ diſputationes.

J. J. VV. (VVOYT) *trifolium chirurgicum*, Lipſ. 1701. 8. * PL. & *curieuſe chirurgie*, Dreſd. 1715. 8.

ROSE *account of a celebrated called ſtyptick*, Lond. 1701, 8. OSB. * 1726. 8. *

Von erkenntnüſſ magnetiſcher urſachen, ſympathetiſcher curen, verpflanzung der krankheiten, &c. Francof. 1701. 8. *

Die Sächſiſche VVehmutter, Fr. Lipſ. 1701. 8. *

DES HAYES GENDRON *recherches ſur la nature & la guériſon du cancer*, Pariſ. 1701. 8. Radicem duram, calloſam, in cancro eſſe, docet, inde propagari radiculas, quas

pro

pro vaſis compreſſis habet. In ſanatione acria rejicit, & commendat emollientia narcotica & vitriolica.

NICOLAI VENETTE *traité des pierres qui s'engendrent dans les animaux*, recenſui inter Pathologicos.

SEBASTIANI ROTARI *ragionamento contra l'uſo delle ventoſe*, &c. Venet. 1701. 4. pertinet ad practicos.

POLYCARPI GOTTLIEB SCHACHER multæ & utiles diſputationes ſunt, ut *de cataracta*, Lipſ. 1701. *de labiis leporinis* 1704. *de fiſtula ſpiritali & bronchotomia* 1707. *de depreſſione maxima cranii innocua* 1720. *de morbis a mutato ſitu inteſtinorum* 1721. *de partu fetus diſparis magnitudinis* 1721. *de fonticulo* 1722. *de prolapſu vaginæ uteri* 1725. *de infante propter neglectam ex utero matris mortua exciſionem in primo ætatis flore exſtincto* 1731. *de epiplocele* 1734.

POLYCARPI GOTTL. SCHACHER citata *de labii leporinis* diſp. recuſa eſt Lipſ. 1722.

ANTON. MARIÆ BAZZI-CALUVE Lucenſis Medico Chirurgi in valle Tari... *nova tumorum methodus*, Parma 1701. 4. Maculoſum, obſcurum, barbarum opus.

DIONYSIUS SANCASSANI Medicus Comaclenſis MAGATI nomen ſuo addidit, pro miro, quo in MAGATUM ejuſque methodum tenebatur amore, hereditario fere, nam & Pater curabat ex methodo MAGATI (*dilucidaz.* III. p. 282.) EJUS *polyandria ſeu enneas diſſertationum epiſtolarium*, Ferrar. 1701. 4. edita eſt. * Deinde anno 1708. 8. & 1729. 8. edidit *il Chirone in campo*. Id BELLOSTII quidem opus eſt, MAGATO vero DIONYSIUS ſuam laudem vindicat, additque parallelifmum morborum oſſium, & partium mollium. Porro edidit *aphoriſmi generali della cura delle ferite col modo del* MAGATI, Venetiis 1713. 8. & *oſſervazioni medico-chirurgiche* cum *Tractatu de balſamo ſympathico* eodem anno excuſas & junctim cum reliquis operibus recuſas. IDEM ſub nomine ANTONII BOCCACINI Chirurgi Comaclenſis ſcripſit, Venetiis 1713. 8. *cinque diſinganni chirurgici per la cura delle ferite*. Commendatur rara deligatio, abſtinentia a turundis, & ſubjicitur hiſtoria vulneris ſclopetarii eo modo ſanati; tum *giunta di alcune lettere in difeſa de' diſinganni* qua approbationes ZECCHINI & BELLOSTII continentur. Anno 1714. edidit eodem nomine *cinque diſinganni per la cura delle ulcere*. Ulcera ad vulnerum modum abſque oleis & unguentis curare jubet, & ideo in nonnullis urbibus ulcera pedis ægre ſanari monet, quod male curentur. Subjecta eſt obſervatio in eum ſenſum & *Giunta ſeconda di alcune lettere in difeſa de' diſinganni* TORTI, CECCHINI, PETRUCCII. anno 1715. 8. ſubjecit ibid. excuſos *cinque diſinganni per la cura de' ſeni*. Sinus naſci ex turundis & injectionibus docet, quod confirmat auctoritate NIGRISOLI, AL. della FABBRA, J. DOMINICI GOTTI, in *Giunta terza di alcune lettere in difeſa de' diſinganni*. Ita certe ipſe teſtis eſt (*dilucidaz.* IV. p. 119.) auctorem ſe ipſum eſſe Librorum qui cum nomine *Diſinganni* prodierunt, etſi SANCASSANUS paſſim cum laude citetur. Denique *dilucidazioni fiſico-mediche tendenti a richiamare la medicina pratica alla prezioſa purità in cui la laſciò il grande* HIPPOCRATE prodierunt quatuor in folio voluminibus. Tom. I. Romæ excuſus eſt 1731. In eo exſtat libellus PHILIPPI PALAZIO jam dictus cum ejus vita, experimenta ZAMBECCARI, REDI, HERMANNI van der HEYDE, libellus ALEXANDRI PISONI, omnia cum notis SANCASSANI. Porro eodem tomo continentur 50. *obſervationes* ex MAGATO excerptæ, ſingularis curatio D. de la PEYRONIE quæ prius Biteriis (Beſiers) edita fuerat anno 1712. & cariem cranii late patentem tradit, in qua plurimum profuerunt impoſita linteola intincta in aquam Balarucenſem, tum epiſtola BACCHETTONI pro ſimplici curatione eorum quibus calculi exciſi ſunt, & alia minora opuſcula. Tomus II. Rom. 1733. prodiit. In eo vita MAGATI a nepote PROSPERO, *ed il vero Magato redivivo pe'l beneficio de' feriti*. Defendit MAGATUM, laudat ejus amorem ſimplicium medicamentorum, etſi ex ſeculi genio compoſitis etiam uſus, oſtendit probatum fuiſſe SEPTALIO, VESLINGIO, CIGNOZZIO, FALCINELLIO, adjicit catalogum ægrorum, quos duo Chirurgi curarunt, alter vulgari methodo, alter MAGATIANA, multum iſte felicior. Plurimas obſervationes ex BELLOSTIO adducit, cum ſuis adnotationibus. Sequuntur centuriæ quatuor aphoriſmorum ex MAGATO excerptorum, deinde initium centuriæ obſervationum curationum ſimplici methodo ab auctore peractarum. Tomus III. ſecutus eſt ibid. 1737. & continet reliquam partem earum 100. curationum, & decem hiſtorias infelicis uſus turundarum: apologiam J. B. MAGATI

jam dictam, & epiſtolas varias doctorum virorum; & SANCASSANI, & varias lites ſub nomine JOSEPHI ARCHANGERILLI a SANCASSANO agitatas cum AGNOZZIO. JOHANNIS etiam ANTONII MILLIANI obſervationes felicium curationum ex MAGATI methodo, & ANTONII FRIDIANI huic tomo infertæ ſunt. Tomus IV. anno 1738. editus poſthumus eſt. Continet aliqua adhuc ARCHANGERILLI nomine ſcripta, ANELLI, *l' art de ſuccer les playes*, literas nomine *chirurgiæ* quam *ſoclata* vocat prius excuſas Venet. 1716. contra *Chirurgiam inforzatam*, Venetiis 1721. 8. editam, cujus auctorem turundas defendentem refutat, contra *apologiam moralem*, Venetiis 1724. 12. pro *inforzata* illa ſcriptam. Porro exſtant in hoc tomo ANTONII MARIÆ FANELLII decem obſervationes, quibus utiles ſimplicis curationis confirmatur, & epiſtolæ eruditorum pro MAGATI methodo, inter quas eſt BOERHAAVII. Ubique verboſus ſed ingenioſus & acer turundarum & digeſtivorum hoſtis eſt, fatetur tamen turundas nonnumquam ad callum tollendum neceſſarias eſſe. Phlegma vitrioli in ulceribus laudat, inciſiones rejicit; dolorem ſummum ſola lotione cum aqua ſimplici ſuperavit. Opera omnia 4. vol. in fol. Romæ anno 1741. recuſa ſunt.

SAVIARD *nouveau recueil d' obſervations chirurgicales*, Pariſ. 1702. 8. Chirurgus primarius fuit in noſocomio Pariſino *hôtel-dieu*. Liber omnino laude ſua dignus, quo multa continentur, ad uteri verum prolapſum; cranium in femina a carie deſtructum, morſum viperæ, abceſſus magnos hepatis ſanatos, oſſa emollita, aneuryſma arteriæ cruralis ſanatum, depreſſiones cranii in adultis hominibus innocuas, calculos cyſticos per ſuppurationem egeſtos, digiti ad dirigendum in veſicam catheterem uſum, ſcorbuti hiſtoriam, & ſedem in glandulis meſenterii, magnas & difficiles varias operationes, cardianaſtrophen, monſtra. Ad finem formulas habet chirurgicas. IDEM in *Journal des Savans* 1692. refert herniæ ventralis a partu cæſareo natæ exemplum anno 1693. exemplum futuræ in aſpera arteria factæ, non tamen felicis, &c.

GEORGII RIEDLINI *obſervationes chirurgicæ cum* VITI filii itinere medico anno 1702. 8. Auguſt. Vindelicorum prodierunt, non magni momenti. VITI exſtat etiam libellus *de embrochis*, Ulm. 1710. 8. tum *bericht von den vornemſten verrichtungen eines vvundarztes* Ulm. 1724. 8. In *obſervationibus* vulnera etiam habet, & fracturam patellæ, &c.

JEAN PANTHOT (medici) *diſſertation pour la pratique ſur trois operations de la pierre faites en ſix mois*, Lyon 1702. 4. * Contra F. JACOBUM varia habet, & recenſet hiſtoriam ægri, cui bis intra ſextum menſem calculus feliciter exciſus eſt.

MAUBEC *Traité des tumeurs & des obſtructions*, Pariſ. 1702. 12. *

F. VV. KLOSE *de tumore aneuryſmatico*, Lipſ. 1702. diſputatio *

GEORGII BAGLIVI opera aliqua huc faciunt. Primam editionem Libri *de Tarantula* non poſſideo. Hujus autem veneni ridiculum effectum defendit, quod muſicæ unice obtemperat, fatetur autem pleraſque hiſtorias fraudulentas eſſe p. 617. Deinde *diſſertationum ſeptimæ de uſu & abuſu veſicantium* huc pertinet, quæ in viſcida intemperie laudat, in diſſoluta rejicit, obſervat etiam quibuſdam annis gengrænam ex eorum medicamentorum uſu facile naſci.

CHRIST. BERNARD *preſent ſtate of ſurgery vvith ſome remarks on the abuſe committed*, Lond. 1703. 4. OSB

ANDREÆ HOFMANN *de renum & veſicæ calculo*, Cuſtrin 1703. 4. non optima hiſtoria.

RUDOLPHI JACOBI CAMERARII diſſertatio *de clavo*, Tubing. 1703. EJ. *rationes embryulciæ & lithotomiæ* 1708. pro apparatu parvo.

Anonymi deliciæ medicæ & chirurgicæ, Lipſ. 1703. Conpilatio ex auctoribus non citatis, SOLINGENIO & aliis.

CAR. FRID. HOECHSTETTER *de ſpina bifida*, Altd. 1703. 4.

GOTTERIED STEIN *Abbildung eines ziemlich groſſen und vieler kleiner ſteinlein vvelche im korper der Marggräfin Sophien Louiſen gefunden vvorden*, Bareuth. 1703. 8. Calculus renalis multiformis unicus & grandis, in veſicula fellea vero calculi fuerunt 181. abſque ullis per vitam natis ſymptomatibus. Parallelas hiſtorias addit STEINIUS.

In CHRISTIANI JOH. LANGII operibus exſtat etiam diſputatio anno 1694. defenſa *de remediis vulnerariis*.

VVILHELMI ULRICI VVALDSCHMIDT Kilonienſis Profeſſoris diſputationes aliquæ chirurgici ſunt argumenti, ut illa *de calculo renum*, Kilm. 1703. (in qua Diætam laudat, cereviſiam): *de fractura oſſium ſine evidente cauſa externa* 1721. (recuſa a MICHAELE BRANDT pla-

De morbis oſsium omnibus præripuit palmam famoſus Pariſinus Chirurgus, in tractatu *l'art de guerir les maladies des os (a)*, edito Lugduni Batavorum apud

plagiario Groningæ 1722. 4.) *de vulneribus arteriarum in artubus ſæpe funeſtis raro lethalibus*, Kiel. 1728. *de κηλοτομίας abſque caſtratione inſtituendæ nova methodo* 1730.

JEAN RULEAU *Traité de l'opération Céſarienne & des acouchemens difficiles*, Pariſ. 1704. 12. Ipſe operationem fecit in urbe Santonum, feliciter, cum puerpera triduo fruſtra in partu laboraſſet.

JEAN RULEAU in dicto libello adducit ſimiles ejus quam retulimus hiſtorias partus cæſarei, aut uteri amputati, refutat adverſarios operationis ſuæ, raras alias hiſtorias narrat de menſium inſolitis viis, ovis femininis. Ipſe uterum incidit ob tumorem oſſis pubis, & coccygis introrſum curvum. Altera parte deſcribit morbos, quibus partui difficili ſubvenitur fere ad MAURICÆI modum.

J. SCHOCKVVITZ *obſervationes de juvene digitale ſartoribus uſitatum, e ferro indurato confectum, ultra penis ſui glandem infeliciter protrudente feliciter curato*, Berolini 1704. 4.*

GODOFREDUS BIDLOO Medicinæ Profeſſor, Chirurgiam fecit omnino & in caſtris & in academia, bronchotomen adminiſtravit feliciter (VVESTHOVEN *de angina* pag. 125.) & mammam amputavit VVALTHERO SCHOUTEN teſte. EJUS *exercitationum anatomico-chirurgicarum Decas* I. prodiit Leidæ 1708. 4. recuſæ in collectione *opuſculorum*, Leid. 1715. 4. Dictio equidem criſpa & tragica eſt, & potuiſſet abſtinere illa *exercitatione* qua de amuletis agit. Aliæ tamen obſervationes non minimi momenti ſunt, illa funeſti eventus aquæ limpidæ de vulnere oſſis cribroſi ſtillantis; ſpinæ bifidæ cum dehiſcente oſſe ſacro: ferramenti ſclopetarii extracti ex muſculis prope os ilium; hypopyi inciſione ſanati. Porro de ungue oculi, varicibus, cancro, exoſtoſi, fiſtulis ex vulneribus agit. In poſteriori editione ulcus illud verminoſum naſi D. van STEENEVELD repetitur, in quo muſca carnivora ova depoſuerat.

J. G. GRUHLMANN *de luxationum ſyntheſi in genere*, Hall. 1703. & *in ſpecie* Hall. 1704. 4. & germanice ſub titulo *neuer anatomiſcher chirurgiſcher tractat von verrenkungen*, Lipſ. 1706. 8. ſingulas luxationes percurrit.

In IDONIS VVOLFII Chirurgi Anhaltini *obſervationum medico-chirurgicarum* Lib. II. cum ſcholiis editi a J. CHRISTIANO VVOLF M. D. Quedlinburg 1704. 4. filio. Aliquæ obſervationes chirurgici argumenti ſunt, ut abſceſſus abdominis funeſtus a nixu, vulnera graviſſima ſanata, etiam cordis, partus difficilis, ruptus uterus, ſarcocele, tumores omnis generis.

J. JOSEPHI COURTIAL *nouvelles obſervations anatomiques, ſur les os ſur leurs maladies extraordinaires & ſur quelques autres ſujets*, Pariſ. 1705. Leid. 1709. 8. Inter morbos oſſium deſcribit emollitionem, curvaturam, fragilitatem, petrefactas carnes, &c. In obſervationibus X. quas ſubjecit, notabiles ſunt aliquæ partus ventralis, vulneris cordis, ventriculi, urinæ per anum redditæ. Recuſus eſt germanice, Dreſd. 1711. 8.

CAR. FRIDERICH LUTHER *de ſpina deglutita & per apoſtema hypochondrii dextri rejecta*, Kiel. 1704. diſputatio.

(a) JEAN LOUIS PETIT *Traité des maladies des os avec les apareils & les machines qui conviennent à leur guériſon*, Pariſ. 1705. 12. Leidæ 1709. 8. tum 2. vol. in 8. Pariſ. 1723. 12. & 1736. 12. quæ editio paulo auctior eſt, germanice vero ſub titulo *der Beinarzt*, Dreſdæ 1711. 8. & 2. vol. 8. Berolini 1743. ſub titulo *abhandlungen von den kraukheiten der knochen*. Chirurgus & Academicus Pariſinus adhuc ſuperſtes, vir excitati certe ingenii, & ab experimentis edocti, ut tamen paſſim illiterati hominis documenta ſuperſint. Primus tomus luxationes continet, in quibus & ſigna & encheireſes auxit & perfecit, & machinamenta ad reducendum brachium aliaque nova propoſuit. Non placent theoreticæ curationes, ut illa luxati capitis. Subjectus eſt libellus de ancyloſi, quo de cauſis fuſe agit, de curatione præter embrochas vix quidquam habet. Libro ſecundo fracturæ deſcribuntur cum ſignis, curatione, lectuli ſtraminei fuſa expoſitione; tum acceſſorii tract. de rupto integra cute achillis tendine, de cariei cauſis, ſignis, prognoſi, curatione, de qua plenus & doctus liber eſt: deniq; de rachitide & incurvatione oſſium quam emollitioni tribuit, & tractioni muſculorum.

apud Haak anno 1709. Nunc autem adeſt nova editio multo auctior, duobus voluminibus in 8. Pariſiis anno 1723. Hic Liber nunquam parem habuit, omnia enim,

rum. Acres adverſarios nactus eſt PETITUS. Et GEYERUS quidem in *epiſtolis itinerariis* ejus animum deſcribit nimis plenum ſui, & culpat, quod omnes morbos a lue venerea derivaverit, exque ea hypotheſi curaverit. Deinde NICOLAUS ANDRY in *Diario eruditorum* varia in Librum PETITI monuit. Reſpondit iſte *in Lettres* de M. PETIT *écrites a* M. *auteur de l'extrait du livre intitulé des maladies des os, inſeré dans le journal du* 8. *Mars* 1724. 12. fuſe defendit, vere ruptum fuiſſe tendinem ſaltatoris COCHOIX, neque eamdem eſſe PAREI hiſtoriam, neque ſimilem curationem. Os femoris non a callo vel exoſtoſi, ſed a ſynovia expelli confirmat. Errorem in trochleis commiſſum adgnoſcit. Reſpondit ANDRYUS alio libello, cui titulus eſt. *Examen de divers points d'anatomie, de chirurgie, de phyſique & de médecine, au ſujet de deux lettres touchant l'expoſé qu'on a fait dans le journal des Savans, d'un traité ſur les maladies des os*, Pariſ. 1725. 12. Minute hic adverſarium exagitat ANDRYUS. Negat veram eſſe tendinis achillis ruptionem: errores in polyſpaſto refutat, &c. Deinde ſucceſſerunt Pariſiis 1726. 8. abſque nomine *diſſertations en forme de Lettres au ſujet de l'auteur des Lettres ſur les maladies des os*. PETITUM acriter proſequitur anonymus etiam in omnibus ſcriptis in Academiæ monumentis editis. Diſſertationem de potu a PETITO monumentis inſertam BOSSUETO adſcribit. Objicit PETITUM nimis multa linguæ tribuiſſe, omiſiſſe operationem muſculorum uvulæ. Articulationem maxillæ inferioris cum oſſis temporum tuberculo non fovea committi monet. Chirurgos medicinam facientes acriter exagitat. Sunt qui has literas tribuant D. HUNAULD. Denique J. BENIGNUS VVINSLOVV, qui cenſor approbaverat PETITI librum, in propria epiſtola (*lettre écrite a* M. BIGNON *Journ. des Sav.* 1725. *Mai*) approbationem ſuam retractat, & queritur multa promiſiſſe ſe emendaturum PETITUM, nihil autem mutaſſe.

J. CH. HEYNE *tentamen chirurgico-medicum de præcipuis oſſium morbis*, Amſtelod 1705. 12. Non indocta inauguralis diſſertatio ad mentem BOERHAAVII ſcripta.

CHRISTIANI MICHAELIS ADOLPHI pluſculæ diſputationes huc pertinent, qui auctor & ipſe Lipſiæ ſupereſt, ut diſputatio *de ſpina ventoſa* anno 1705. defenſa: *de vinculis chirurgicis: de ligaturis dolorificis*. Junctim recuſæ ſunt, Lipſiæ 1747. 4.

J. CASP. SCHVVARTZEN *erſtes und zvveytes duzend vvundarzneyiſcher anmerkungen von gehauenen vvunden*, Hamburg 1705. 8. Ex ſchola BONTEKOI, inimicus ſuppurantium & turundarum, & injectionum. Simplici uſus chirurgia, fotibus aromaticis, linteo carpto puro, tinctura aloes & myrrhæ &c. Adgnoſcit veterem ſuum errorem, vitioſaſque cum turundis ſuſceptas curationes, quas a medico monitus dedidicit, & exempla adducit curationum, in quibus nocuit vulgata methodus. EJ. *drittes duzend von geſchoſſenen vvunden* ibid. 1706. 8. Ardorem vulnerum ſclopetariorum refutat. Enormem potentiam vulnerum tormentariorum deſcribit, quando globi corpus non tangunt, ſed proximi præterlabuntur. EJ. *clyſtieren als ein algemeines hauſmittel* ibid. 1723. 8. Clyſteres fere pro univerſali medicamento commendat, libello ad fabulæ mileſiæ morem ſcripto. EJ. *gezenete narrenkappe der bader und barbierer*, Freiburg 1730. 12. * quem ſatyricum libellum oportet ante Tr. de vulneribus prodiiſſe.

VVILLIAM READ *diſeaſes of the eyes*, Lond. 1706. 8. *

GUIL. COVVARD *ophthalmiatria*, Londin. 1706. 8. * Acerrime exagitatur a VVOOLHOUSIO.

PIERRE BRISSEAU *Traité de la cataracte & du glaucome*, Tournai 1706. 12. & *ſuite des obſervations ſur la cataracte*, Tournai 1708. 12. junctim excuſ. Pariſ. 1709. 12. & germanice *Abhandlung vom grauen und grünen ſtaar*, Berolini 1743. 8. Medicus Duacenſis præſtantiſſimus, per propria experimenta convictus, oſtendit cataractam eſſe opacitatem lentis cryſtallinæ, glaucoma vero decolorationem vitrei corporis. Contra Pariſinos Academicos, qui Diſſertationem jam anno 1705. eo tranſmiſſam ſuppreſſerant, acriter ſe tuetur in ultima diſſertatione.

S. J. M. D. *korte en bondige verhandeling van de vvorteeling en 't kinderbaren*, Amſtelod. *

enim, quæ ad fracturas & dislocationes ſpectant, & ne quidem mutationes muſculorum omittuntur, ſed ſcriptus tantum eſt pro eruditis, nam omnia, ad

lod. * 4. & 1711. 8. *Abhandlung von der erzeugung des menſchen und dem kindergebähren*; Francofurt. 1706. 8. Auctorem verum ignoro, ſed titulus præfert, quater in Belgio excuſum eſſe. De generatione fuſe, de partu difficili & abortu brevius agit, & CHAMBERLAYNIUM laudat, ejus tamen methodum non deſcribit.

In JAC. DRAKE *anthropographia* ozænæ per dentis extractionem & perforationem alveoli modus a COVVPERO inventus deſcribitur.

ANTONII MAITRE JEAN Chirurgi in civitate Mery ſur Seine *Traité des maladies de l'œil & des remedes pour les guérir*, Troyes 1707. 4. & Pariſ. 1741. 8. Anatomicum alibi ſe minime malum oſtendit, & hic etiam propriam ſuam oculi deſcriptionem dat. Deinde cataractæ ſedem, ex vetuſtis ſuis, ut repetit, obſervationibus ponit in lente cryſtallina, varioſque alios morbos ſimiles cataractæ in lente, vitreo corpore, retina, deſcribit, tum morbos oculi reliquos, etiam externos. Vitio ipſi dantur illa *acompagnemens* ſive ex ſucco exſudante per eroſam lentis capſatæ natas excreſcentias, quas frequentes putat, alii raro inveniunt, ipſe pro vera cataracta habet, & eam quæ nobis cataracta eſt, glaucomatis nomine refert. Belgice hunc librum vertit J. PALFYN & edidit Leidæ 1714. 4. auctum variis huc pertinentibus diſſertationibus ex *monumentis Academiæ ſcientiarum* deſumtis, ANELLII libello, epiſtola VVOOLHOUSII, Francofurti recuſa, & ſuis obſervationibus utique ſatis copioſis. Ea editio germanice verſa prodiit Norimberg. 1725. 8.

ANTONII MAITRE JEAN *Traité des maladies de l'œil*, &c. Troyes recuſus eſt 1722. 8.

DOMINICI ANEL *art de ſuccer les playes ſans ſe ſervir de la bouche ; avec un diſcours d'une ſpécifique propre a prévenir les maladies vénériennes*, Amſtelod. 1707. 8. 1716. 8. * & in *dilucidationibus* SANCASSANI. Sanguinem & pus de vulneribus jubet per ſiphonem extrahere, niſi ubi id fieri non liceat ob ſuppurationem. Adlegat exempla felicis ſuctionis, quam milites ſodalibus adminiſtrant, & propria ſimilia experimenta in vulneribus pectoris, punctione profunda, &c. Refutat ANELLIUM in notis SANCASSANUS, quod in ea ſuctione aeri acceſſus permittatur. Sequuntur remedia ANELLIANA, cum nonnullis obſervationibus.

EJUSDEM *nouvelle méthode de guérir les fiſtules lacrimales*, Turin 1713. 4. Collectio eſt numeroſorum tractatuum. Deſcriptionem novam dat punctorum lacrumalium, ſaccique & reliquarum viarum lacrumæ. Deinde morbum ab obſtructione ductuum natum ſanare docet ſtylo viam aperiente, & injectione ex ſiphone reſolvente quod obſtrueret, quem modum obſervationibus confirmat, & fatetur non ſufficere, quoties oſſa caries eroſit. Deinde inſeruit ſcriptum criticum FRANCISCI SIGNOROTTI & aliorum ocularioruin Pariſinorum cenſuras, ad quas omnes reſpondet. Sed ab iis litibus parum utilitatis cepi. EJUSDEM *ſuite de la nouvelle méthode de guérir les fiſtules lacrimales*, Turin. 1714. 4. Iterum reſpondet SIGNOROTTO, & deſcribit aneuryſma arteriæ femoralis ſanatum ligatura, abſque apertione ſacci.

EJUSD. *diſcours ſur l'hydropiſie du conduit lacrimal*, Pariſ. 1716. 12. Abſque ulcere natum morbum deſcribit, in quo via ad nares aperta manet.

TOMASO ALGHISI *litotomia*, Florent. 1707. fol. Venet. 1708. 4. Apparatum magnum deſcribit, curioſus in iſtrumentis & minimis etiam cautelis. Obſervationes caſuum rariorum paſſim adjicit. Ipſe nihil aut invenit aut perfecit, niſi velis conſilium de canula in urethra relinquenda. Icones urethræ in utroque ſexu dedit. Obiit ex diffracto ſclopeto anno 1713.

J. JACOBI BAIER diſputatio *de turundis*, Altdorf. 1707. Erudita diſputatio, utilis ad rei hiſtoriam. Defendit contra MAGATUM turundas.

PAUL. GOTTFRIED SPERLING *de ſtrumis ſeu ſcrophulis*, VVittemberg. 1707. diſputatio. Habet obſervationem ſtrumæ cum periculoſa hæmorrhagia exſtirpatæ.

Il lume all' occhio, Forli 1707. 8. Vindiciæ ſunt inventorum MAGATI. BELLOSTIUS plagii poſtulatur etiam ob laminam, qua dura meninx comprimitur.

VVILH.

ad fracturas, & luxationes poſſunt occurrere quæ ad vaſa ſanguifera, ligamenta pertinentia, &c. ea omnia addidit.

VVILH. HENR. MULLER *de ancyloſi*, Leid. 1707. 4. PL.

PIERRE DIONIS primæ notæ Chirurgi, & diu ab anno 1673. Anatomici in horto Regio *cours d'opérations de chirurgie démontrées au jardin Royal*, Pariſ. 1707. 8. 1714. 8. 1740. 8. Bruxellis 1708. 8. Germanice ab HEISTERO verſ. cum ejus notis prodiit, Auguſtæ Vindel. 1712. 8. Anglice Londini 1733. 8. Poſtquam 46. annis chirurgiam fecerat, jam ſenex hoc compendium ſcripſit prioribus omnibus utilius. Candidus, ſimplex, diligens, artis ſuæ omnem ambitum complectitur, & ad minima quæque deſcendit, bono judicio, ut ex approbatione apparatus alti aliiſque exemplis intelliges. Multas proprias obſervationes adjecit. Inſtrumentorum ad ſingulas operationes catalogum dedit & paſſim hiſtoriam inventorum candide tradidit, ut ad hernias, ad fiſtulæ ani operationem. In Pariſina editione 1740. GEORGIUS de la FAYE Chirurgus noviſſima quæque inventa addidit, tum notarum ſpecie, tum integras diſſertationes, ut illam de novis calculum ſecandi methodis, ut utiliſſimi compendii laudem mereatur. EJUSD. *traité général des acouchemens, qui inſtruit de tout ce qu'il faut faire pour être habile acoucheur*, Pariſ. 1718. 8. Bruxell. 1724. 8. Anglice 1719. 8. Belgice cum titulo *verhandeling van de kraamkunde*, Leid. 1735. 8. & germanice cum titulo *geburts hülfe*, Augsburg. 1723. 8. * ſenis ultimum opus de arte, quam equidem exercuit, ſed tamen ita, ut ab aliis ſuperaretur. Verboſior paulo, inque conſanguineum ſibi MAURICÆUM nimis cenſorius, ordine tamen uſus meliori, principia fere eadem retinet. Deſcriptio anatomica ad verbum ex *curſu ſuo anatomes* deſumta eſt. In eo *curſu* etiam obſervationes partuum ventralium & alia ad ſcopum chirurgicum reperies.

PIERRE DIONIS *cours d'opérations de chirurgie*, &c. belgice prodiit 1710. iterumque 1740. cum animadverſionibus anonymi Galli.

GERAD GORIS *ars obſtetricandi*, Leid. 1707. 8. *

In LANCISII Libro *de ſubitaneis mortibus* & *de corde & aneuryſmatibus* ſigna, hiſtoriæ & deſcriptiones aneuryſmatum numeroſæ reperiuntur.

RYDERS *ſurgery*, Lond. 1708. 8. OSB. *

De l'indécence des hommes d'acoucher les femmes & de l'obligation des meres à nourir leurs enfans, Trevoux 1708. 12. * PHIL. HECQUETI declamatio.

JOH. MOYLE *Chirurgical memoirs being an account of many extraordinary cures*, Londin. 1708. 8. Senex auctor, qui in tingitano præſidio ſtipendia meruerit, parum doctus aut latinus, vulgares encheireſes fuſe proponit, ſuperſtitioſus in medicamentis, qui plurimum pulvere bufonum utatur. Aliquæ tamen magni utique momenti curationes intercedunt, ut cancri labrorum ſanati, vulneris œſophagi ſanati, vulneris a tormento inflicti curati, &c. Luem veneream tergiverſante methodo ſanare docet, quando nempe ſalivatio purgantibus ſupprimitur. Capita ſunt 54. obſervationes plures.

HERMANNI BOERHAAVE *de morbis oculorum prælectiones*, habitæ Leidæ 1708. quas ex codice M. S. J. RUD. ZVVINGERI edidi Goettingæ 1746. 8. & recudi feci ex codice Libr. HEISTERI auctas Gœttingæ 1750. 8. priorem vero editionem imitati ſunt Pariſini 1748. & Veneti eodem anno. Primo de ipſo Libro dicam, quo nova de cataracta opinio ab ANTONIO propoſita recipitur, & fuſe demonſtratur. Aperiri præſtare canalem lacrumalem ipſum, quam novum parare, dudum vidit PRÆCEPTOR, veramque naturam fiſtulæ lacrumalis in obſtructis ductubus ante ANELLIUM docuit. Hemeralopiam & nyctalopiam, presbyopiam & myopiam erudite explicuit, & multa propoſuit, quæ nunc pro novis habentur. Sed vitioſiſſimus in prima editione codex fuit, ut paſſim errores inprimis in formulis manſerint, etſi ſummum certe laborem in corrigendis & emendandis figuris adhibuerim. EJ. *de calculo* libellum, Londin. 1741. 4. jam citavi. In *aphoriſmis de cognoſcendis & curandis morbis* magnam partem chirurgiæ tradidit, inflammationem, abſceſſus, gangrænam, vulnera, fracturas, cariem. In Epiſtola *de fabrica glandularum*, talparum & meliceridum veram naturam revelavit.

HERMANNI BOERHAAVE *de morbis oculorum prælectionum* verſionem gallicam Veneti dederunt anno 1750. 8. Ea quæ BOERHAAVIUS habet chirurgica in *aphoriſmis* ſuis excerpſerunt & verterunt germanice cum SVVIETENII eo pertinentibus commentariis, Dantzig 1749. 8.

LUD.

LUD. CHRIST. KRELL *memoria* G. F. SELIGMANNI *qua calculi portentoſi qui ipſi fatum properaverant deſcribuntur*, Lipſ. 1708. 4. *

PHIL. FRID. JACOBI *de cataracta nova pathologia*, Erfurt. 1708. 4.

DANIEL TURNER *caſe in ſurgery being an account of an uncommon fracture and depreſſion of the ſkull in a child about ſix years accompany'd vvith a vaſt apoſtume of the Brain*, Lond. 1709. 8. * EJ. *art of ſurgery*, Londin. 1722. 8. 1725. 8. 1736. 8.* Compendium practicum cum non malis obſervationibus. In Libro etiam *de morbis cutis*, & in ſcriptis *de lue venerea* multa huc pertinent.

In MISTICHELLII Lib. *de apoplexia* cauteria ad plantas pedis deſcribuntur & laudantur.

LE FRANÇOIS *des ulcères qui pénètrent la cornée* in JOURN. *des* SAV. 1709. Non debere ſanari, ſed adhiberi adſtringentia, ſic adhærere corneæ uveam, nec ultra mali quid ſequi.

SIMONIS PAULI HILSCHER medici nuper Jenenſis pluſculæ diſputationes huc pertinent, ut *de fractura cruris cum vulnere*, Jen. 1710. (qua propria machina deſcribitur, quæ fortiter coërceret ferulas & eminentia oſſa repelleret,) *de incontinentia urinæ ex partu globulis ligneis curanda* 1716. *de artuum amputatione rite adminiſtranda* 1718. *de calculo renum* 1734. (cum calculi analyſi); *de paronychia* 1736. *de ægro ſphacelo ſcroti venereo cum febri acutæ conjuncto laborante* 1739. (quæ notabilis eſt curatio); *de læſione uteri ab improvida ſecundarum extractione* 1741.

J. PETR. VVAHRENDOERFER *unterricht vom aderlaſſen*, Budiſſin 1709. 8. *

Medicíniſches und chirurgiſches ſchazkäſtlein F. Lipſ. 1709. 8. *

Chirurgyns gilde in Amſterdam, privilegien, vvillekeuren en ordinantien, Amſtel. 1709. 4.*

Der vveitgereiſete und vvohl practiſierte barbier, Regenſpurg. 1709. 8. *

CHRISTOPH. SIGMUND VVOLF *caſus guttæ ſerenæ*, Trajecti 1709. diſputatio.

J. VVILH. PAULI *de amputatione* diſputatio 1709. *

ANDREÆ OTTOMARI GOELICKE exſtat diſputatio *de novo artificio curandi procidentiam uteri veram*, Hall. 1710. qua elaſtica ferrea fila in ſpeciem peſſi torta commendat. EJ. diſputatio *de optima lithotomiæ adminiſtrandæ ratione*, Francof. Viadr. 1713. *de dyſtocia* 1732. *de tendinum adfectibus* 1734. *de ileo ex hernia* 1735. *de hernia femorali* 1740. *de tumore ventris oblongo poſt partum* 1741. EJUSD. *hiſtoria chirurgiæ antiqua ſeu conſpectus ſcriptorum qui uſque ad ſeculum XV. chirurgiam exornarunt*, Hallæ prodiit 1713. 8. & *hiſtoria chirurgiæ recentior plerorumque ſi non omnium ſcriptorum qui ſeculo* 16. (17.) & *circa initium ſeculi* 17. (18.) *chirurgiam exercuerunt* ibid. eodem anno. Librorum excerptum compendium & brevem hiſtoriam auctorum cum judicio ſuo continet. Cum *hiſtoria ſua anatomes* eodem anno edidit obſervationes, quarum aliquæ chirurgicæ ſunt, neque iis deſtituuntur *exercitationes Francofurtenſes aut ſelecta Francofurtenſia*.

M. de la MARCHE *inſtruction familière, & utile aux ſages femmes*, Parif. 1710. 8. non ſine obſervatione *uteri duplicis*. *

F. PETIT Medicus Pariſinus, in literis eximiis anno 1710. editis, de fracturis & vulneribus cerebri optimas obſervationes habet. EJUSD. aliquas de ſede cataractæ diſſertationes ex Monumentis Academicis excitavimus. IDEM in *Epiſtola*, Pariſ. 1729. 4. edidit *nouvelles lettres dans les quelles il démontre que le cryſtallin eſt fort près de l'Uvée & raporte preuves qui concernent l'opération de la cataracte*. Hoc exiguo ſed egregio libello demonſtrat, non poſſe ullo modo ſolita methodo oculum perforari, cataractam dejici, quin lens cryſtallina perforetur, loco moveatur &c. ſuadet aperire capſulam, lentem transfigere, reducere acum cum transfixa lente, eam deponere in parte anteriori fundi oculi, quam operationem ipſe adminiſtravit. Oculi accuratas dimenſiones dat, & oſtendit, minimam eſſe poſteriorem cameram. IDEM eodem anno reſpondit ſimili epiſtola (*lettre contenant des reflexions ſur ce que* M. HECQUET *a fait imprimer, touchant les maladies des yeux*. *) IDEM anno 1732. 4. anatomici magis argumenti tertiam epiſtolam dedit *contenant des réflexions ſur des découvertes, faites ſur les yeux*. *

CAPUT III.

Tertia claſſis Chirurgorum, Obſervatores.

CHirurgici obſervatores ſunt illi, qui enarrant ſingulares hiſtorias caſuum ſingularium, qui ipſis occurrerunt.

Huc referri debet 1. FABRITIUS HILDANUS, cujus centuriæ plurimæ obſervationum chirurgicarum in folio editæ conſtituunt opus lectu digniſsimum.

2. FORESTUS in Libro chirurgico ubi hiſtoriam primo exponit, deinde in ſcholiis adjungit, quod ex lectione auctorum ſuper eum morbum didicit.

3. DOMINICI DE MARCHETTIS, nobiliſsimi Patavini, opera chirurgica.

4. HENRICI VAN ROONHUYSEN chirurgia belgice conſcripta. Titulus eſt *Chirurgicale aenmerkingen*.

5. SCHULTETUS, qui plurima ſingularia habet in *Armamentario* ſuo *chirurgico* in 8.

6. FRIDERICUS RUYSCH in *Obſervationum anatomico-chirurgicarum centuria*. Ibi audaciſsimæ operationes chirurgicæ invenientur, a magnæ famæ chirurgis, BOECKELMANNO & PETRO ADRIANO filio, inſtitutæ. Liber in 4. editus eſt Amſtelodami 1691.

7. STALPARTVAN DER VVIEL *obſervationes chirurgicæ*, latine & belgice conſcriptæ, duobus voluminibus in 8.

Hi præcipui ſunt, qui circa obſervationes merentur legi; præter quos alii maximo numero habentur, ſed eadem recantant; hinc primarios tantum adlegavi.

CAPUT IV.

Quarta claſſis Chirurgorum, Operatores.

HUc Chirurgi adnumerantur, qui ſolas encheireſes ſeu operationes manuales deſcripſerunt.

Primo commendandus eſt JOHANNIS PALFYN, (*a*) Gandavienſis Chirurgi Liber in quarto editus Lugduni Batavorum anno 1713. ſed belgico ſermone con-

(*a*) JOHANNES PALFYN Chirurgus Gandavenſis, qui ſolebat ſingulis fere annis Pariſios iter facere, ut nova inde inventa reportaret, jam anno 1710. ſcripſit Leidæ 4. belgico idiomate *Chirurgiam*, quam non legi, germanice etiam verſam ſub titulo *abhandlung der vornemſten chirurgiſchen operationen*, Nurnberg 1717. 8. Librum *de morbis oculorum* belgice ex ANTONIO verſum citavi. Anno 1726. edidit *anatomie chirurgicale* recuſam Pariſiis 1734. 8. in qua cum ſingulis partibus corporis humani earum morbos eorumque curationes deſcripſit. In poſteriori editione una excuſæ ſunt RUYSCHII *obſervationes anatomico-chirurgicæ* & BRISSÆI, quas citabo. Cum oſſium hiſtoria etiam morbos expoſuit.

JOHANNIS PALFYN hic recenſi *Naauvvkeurlyke verhandeling der voornaamſten handvverken der heelkonſt* legi meretur, etſi multa ex aliis & ipſis Pariſinis monumentis habet,

Obſer-

ne conſcriptus, nunc gallice editus eſt Pariſiis duobus voluminibus in 8. anno 1726. Ibi habetur in primis adcuratiſsimi JOSEPHI DUVERNEY methodus, qua anatomen quotannis in cadavere abſolvebat.

Hh 2 Por-

Obſervationes tamen proprias & inſtrumenta noviter inventa utique deſcribit, ut cultrum herniarium, DRANIANO ſimilem, forcipem obſtetriciam, alia.

J. HENR. HEUCHER *chirurgus inſons*, VVittemb. 1710. diſputatio. EJ. *de calculo per adſtringentia pellendo* 1711.

DAN. NEBEL *de lithotomia*, Argentor. 1710. 4. * *de fetus extractione ex utero*, Heidelberg. 1713. 4. *

CORNELII TRIOEN *de partu naturali & methodo extrahendi fetum mortuum*, Leid. 1710. 4. *

PHIL. JONDOT *nachricht vom aderlaſſen*, Regenſpurg. 1710. 8. *

ADAMI BRENDEL *de lapicidina microcoſmi*, VVittemberg. 1711. 4. diſputatio cum obſervationibus.

ALBERTI LUDOVICI CHAPUZEAU diſputatio *de cataracta*, Leid. 1711. 4. Membranaceam defendit, & eo refert omnes cataractas, a quibus depoſitis viſus redit. Acus etiam varias depingit, inter quas duplices ſunt, quarum una alteri eſt pro conductore, & alia quæ poteſt in forcipem mutari, & obſervationes etiam utiles tradit.

Bibliotheca anatomica medica Chirurgica, Londin. 1711. 4. iij. vol. De ea in Anatomicis diximus, eſſe MANGETIANAM auctam. Chirurgia vero ad ſingulas partes acceſſit, & obſervationes peculiares DD. COZENS, RYLEY & aliorum, minime inutiles, adjectæ ſunt.

J. N. (JOSEPH. NOLET) *obſervations curieuſes ſur des phénomenes extraordinaires, qui regardent la médecine & la chirurgie*, Breſt. 1711. 12. * PL.

JOH. ab HAGEN *de nova artuum decurtandorum methodo*, Leid. 1711. diſputatio. Habet eamdem hiſtoriam quam in XV. epiſtola RUYSCHIUS.

In CHRISTIANI HENRICI ERNDL *itinere Anglico-Batavo* deſcribuntur operationes variæ, calculi ſectio a RAUIO adminiſtrata, labii leporini a PETRO ADRIANI F. VERDUYN conſuti, fracturæ complicatæ ab eodem chirurgo curata, herniæ veſicæ a RUYSCHIO obſervatæ hiſtoriam. Sed calculi quidem lectionem male deſcribi objecit DOUGLASSIUS.

Sonderbare und curieuſe Magenbürſte, Lipſ. 1711. 8. Excutiæ ventriculi deſcriptio, novæ machinæ, quæ cito in deſuetudinem abiit.

LAURENTIUS HEISTERUS Medicus, Anatomicus & Chirurgus celeberrimus, qui in caſtris manum exercuit, qua porro maxima ſua cum laude quadraginta annis uſus pergit etiamnum uti. EJUS innumerabilia fere ſunt opera quæ huc ſpectant. Et quidem *de cataracta in lente cryſtallina* diſputationes tres edidit anno 1711. & 1712. quibus novam de ejus morbi ſede in lente cryſtallina poſita ſententiam defendit, cujus veritatem ex primis perſpexerat. Eas recudi fecit ſub titulo diſſertationis *de cataracta, glaucomate & amauroſi*, Altorf 1713. 8. in qua eruditam hiſtoriam controverſæ de cataracta theoriæ dedit, & proprias obſervationes, & encheireſin deſcripſit. Cum autem acerbe in eum inveheretur, ut dudum citavimus, VVOOLHOUSIUS, ſubjunxit ibid. anno 1717. *Apologiam ſyſtematis ſui de cataracta, glaucomate & amauroſi contra* VVOOLHOUSII *objectiones, & diarii eruditorum* (a NICOLAO ANDRY profectam) *cenſuram*: deinde anno 1719. 8. *vindicias ſententia ſua de cataracta adverſus ultimas objectiones diarii eruditorum &* VVOOLHOUSII. Calumnias non magni momenti poterat ſpreviſſe vir celeberrimus, ſed ad hiſtoriam litis oportet legere. An HEISTERI fuerit, ut fere ſuſpicor, SINCERI FIDELIS *kune critic ubes des Pariſiſchen Oculiſten vom jüngern* D. le C. *heraus gegebene ſchandſchrift* 1719. 8. acre ſcriptum, quo negat, ſe cataractam membranaceam penitus excludere, GEISLERI tamen obſervationem in dubium revocat. Inde anno 1716. diſputationes *de nova methodo curandi fiſtulam lacrumalem*, Altorfi edidit, & alias ſequentibus annis, quarum eas citabo per quas plurimum profeci, *de Entero & Gaſtroraphe*, Altdorf. 1713. *Chirurgia nova delineatio* 1714. *de ſuperfluis & noxiis in chirurgia* 1719. *de optima cancri mammarum exſtirpandi ratione* 1720. *de fetu ex utero matris mature exſcindendo*, Helmſtad. 1720. *de trichiaſi* 1722.

de chi-

Porro *Curſus operationum* chirurgi Galli DIONYSII laudari meretur. Hic Liber operationes annales, quæ in uſum chirurgorum, juſſu regis LUDOVICI XIV. quotannis fiebant, continet, neque facile Liber editus eſt, qui tantum nomi-

de chirurgorum erroribus in curandis morbis venereis 1725. (valde laudata a CL. ASTRUCIO) *de kelotomia abuſu tollendo* 1728. (contra caſtrationem in herniæ operatione), *de alto apparatu* 1729. *obſervationes miſcellaneæ* (inter quas ſunt etiam chirurgicæ) 1730. *de hernia incarcerata ſuppurata ſæpe non lethali* 1738. *de oſſium tumoribus* 1740. *de arteriæ cruralis vulnere periculoſiſſimo feliciter curato* 1741. *de oſſium vulneribus rite curandis* 1743. *de vulneribus machinarum ignivomarum* 1744. *de genum ſtructura & morbis* ibid. eodem anno cum hiſtoria luxationis patellæ, *de labio leporino* 1744. *de hydrocele* 1744. *de lithotomiæ Celſianæ præſtantia & uſu* 1745. ubi CHESELDENII operationi CELSIANAM proxime accedere neque adeo contemtu dignum eſſe parvum adparatum oſtendit. Deinde primum anno 1718. vel 1719. Norimbergæ chirurgiam Germanicam edidit, recuſam anno 1724. 1731. 1742. & 1747. 4. quæ eadem multo auctior latine ſub titulo *inſtitutionum chirurgicarum* prodiit Amſtelodami 1739. 4. anglice etiam verſa, Venetiis recuſa 1740. quo compendio nullum aliud plenius aut ad informandam juventutem aptius habetur, ut quo omnia priorum inventa in optimum ordinem redacta continentur. IDEM Norimbergæ 1747. 8. edidit compendium chirurgiæ ad prælectiones peraptum ſub titulo *kleine chirurgie*, in quo nova FOUBERTI & LECAT in calculi ſecandi ratione inventa, & alia nuperrima inſtituta continentur. IDEM in *Annalibus Juliis* anno 1726. & alias, & in E. N. C. varias obſervationes publici juris fecit, aneuryſma, calculos varios, &c. IDEM in ACTIS. ERUD. 1719. M. Jan. reſponſionem contra cenſuram diarii eruditorum Gallici edidit.

LAURENTII HEISTERI etiam eſt *de prolapſu uteri cum inverſione* diſp. 1750. EJUS *inſtitutiones chirurgicæ* auctius nunc Amſtelodami anno 1750. recuſæ ſunt.

PAOLO GERONIMO BIUMI *ſcrutinio di notomia, e di chirurgia*, Milano 1712. 8. Comes, Profeſſor & Medicus Mediolanenſis, ſenex & ex more ætatis fuſiori ſtilo uſus, multa tamen & legit & citat. Turundas defendit, & ſectatores MAGATI infelicibus uti ſucceſſibus exprobat.

J. MATTHIÆ MULLER *de fractura cranii*, Hall. Suev. 1712. 8. inſigne exemplum enormis fracturæ ſanatæ. EJUS *obſervationes & curationes medico-chirurgicas* anno 1714. editas non vidi.

In KÆMPFERI *faſciculis* hydrocele *andrum* dicta Malabarica & ſpina ventoſa Orientalis Indiæ endemia deſcribitur.

VVILLIAM BECKET *cure of cancers*, Lond. 1712. 8. & in *collectione tract. chirurgicor.* Diſſolvens ſe poſſidere ait, quo admoto cancroſa maſſa de ſana carne decidat. Negat cancri virus corroſivum eſſe; neque ſemper contagioſum eſſe credit. Arſenico expertus eſt non cedere. IDEM jam anno 1709. ediderat, eodem loco recuſum *chirurgical remarks occaſiond by a death of a child vvhoſe caſe vvas printed by* D. TURNER, *and an account of the vvound of the Brain by a Bullet*. Infantem a ſuppreſſione evacuandi puris obiiſſe contendit. Vulnus ſclopetarium cum magna deſtructione cerebri abſque ſymptomate majori toleratum, funeſtum tamen, deſcribit. EJUS *chirurgical obſervations*, Londin. 1740. 8. poſthumæ ſunt, obiit enim anno 1738. numero 41. aliquæ non inutiles, cum ætiologia & encheireſi. Non delectabatur novis inventis, & utebatur in calculi ſectione magno adparatu. EJUS *collection of chirurgical tracts* ibid. 1740. 8. præter priores libellos continet aliquas obſervationes a RANBYO communicatas, JOHANNIS RUSHVVORTH hiſtoriam ulceris oris, quod JACOBUM KEIL celeberrimum virum, fruſtra mercurio uſum, enecuit; epiſtolas pro antiquitate mali venerei, editas olim in PHIL. TRANS., & *introductionem in hiſtoriam medicinæ & chirurgiæ*, quam molitus erat impar oneri BECKETUS, aliquos autem citat codices barbarorum medicorum gentis ſuæ: denique *apologiam lupanarium*, cum nomine præfixo LUCÆ OGLE.

HERMANNUS FRIDERICUS TEICHMEYER ſocer olim noſter manu medebatur, unde variæ non abſque experimento diſputationes natæ ſunt *de inſtrumento repurgatorio ventriculi* 1712. *de repellentium uſu damnoſo*, Jen. 1716. *de cancro & in ſpecie mammarum* 1732. *de ſtupendo aneu-*

nominis & elogii in hac re meruerit, omnia enim in eo invenimus, quæ chirurgi Pariſini nova invenerunt. Titulus eſt *cours d'operations de chirurgie, demonſtrees au jardin Royal*, a Paris. 1716. in 8.

Deinde *aneuryſmate in brachio feliciter curato* 1734. *de calculo* 1734. *de exomphalo inflammato, exulcerato & conſolidato* 1738. *de calculi veſicæ exulceratæ adhærentis ſectione & curatione felici* 1739. *de gangræna & ſphacelo* 1743. Pater etiam auctoris HERMANNUS epiſtolam edidit, qua fetus ventralis exciſionem aliquot annis a conceptu ſuſceptam & felicem deſcribit, eam filius cum medicina legali recudi fecit.

HENRICI HENRICI diſputatio *de abſceſſu meſenterii & muſculorum abdominis*, Hall. 1712. cum multis obſervationibus.

JOH. CHRISTIAN STISSER *unterricht vor frauenzimmer und ſonderlich vor vvehmütter*; &c. Leipzig 1712. 8. Compendium obſtetriciæ artis cum methodo ſectionis Cæſareæ.

JOH. CHRISTIAN STISSER Lipſiæ recuſus eſt 1750. 8.

J. G. VVIEDEMANN in diſputatione *de tonſillis*, Altdorf. 1712. habet iconem lanceolæ occultæ.

LUD. FRID. JACOBI *de entero & epiplocele utriuſque ſexus eorumque non ita pridem invento ammate commodiſſimo*, Erf. 1712. 4. *

RICHARD BOULTON *ſyſtem of rational and practical chirurgery*, Londin. 1713. 8. Compendium eſt operum VVISEMANNI, meliori ordine digeſtorum, cum additis medicamentis abſque fere propria obſervatione. In trepano tamen recte ſuadet, alteram diem non exſpectare. EJ. *phyſico-chirurgical treatiſe of the gout kings evil lues venerea and intermittent feavers* 1715. 8. *

In J. M. HOFMANNI *diſquiſitione anatomico-pathologica* etiam experimenta chirurgica continentur vulneris ventriculi ſanati, vulneris ſclopetarii, de vulnere pulmonum, vulnere cerebri cum jactura &c.

GEORGIUS DETHARDING nuper in profecta ætate obiit, Roſtochii primum, deinde Hafniæ profeſſor. EJUS utiles certe diſſertationes huc pertinent *de laryngotomia in ſubmerſis*, Roſtoch. 1713. *hiſtoria inoculationis variolarum* 1722. *de calculo veſicæ friabili* 1729. (qua lithontripticis ſe oſtendit parum fidere) *an ſub depreſſione cranii hujus elevatio per manualem operationem chirurgicam neceſſaria ſit* 1732. *de methodis medendi in medicina & chirurgia ſuſpectis* 1734. *de miſſionibus ſanguinis artificialibus*, Hafniæ 1738. Non crediderim ejuſdem eſſe *nomenclatorem chirurgicam* GEORGII DETHARDING qui prodiit Guſtroviæ 1696. 8. *

JOHANNES SALZMANNUS celebris olim Argentoratenſium anatomicus. EJUS bonæ exſtant diſputationes chirurgicæ ſatis multæ: ut *de chirurgia curtorum* 1713. *de mira cranii fractura in viro quadraginta annorum ſuperſtite* 1718. *de tumoribus quibuſdam ſeroſis externis* 1719. *de tumore tunicato membranaceo* 1721. *de nova membra amputandi methodo* 1722. *de luxatione femoris rariore, frequentiori fractura colli* 1723. *de veſicæ urinariæ hernia* 1732.

PETRI KENNEDY *ophthalmographia*, Londin. 1713. 8. In II. parte morbos oculorum non nimis utiliter tractat, in tertia parte morbos aurium. EJUSD. *ſupplement to his ophthalmographia*, Londin. 1739. 8. mera eſt cavillatio & calumnia. EJUSD. *eſſay on external remedies*, Lond. 1715. 8. * ſuadet admovere medicamenta cuti, quæ ad ſanguinem minus mutata perveniant, quam ea quæ longo itinere per ventriculum, inteſtina, vaſa lactea adrepunt.

In FANTONI obſervationibus egregiæ etiam chirurgicæ ſunt, ad fracturas cranii, &c.

BARTOLOMEO CORTE *rifleſſioni ſopra alcune oppoſizioni intorno al ſalaſſo*, Milan. 1713. 12. *

JACOBUS RAVIUS primo chirurgus, deinde Profeſſor Leidenſis, laborioſus & nitidus anatomicus, lithotomus feliciſſimus, inventor novæ aut perfectioris methodi, qua ipſa veſica inciditur, exterius quam in parvo adparatu, & lateraliter facta inciſione. Ipſe quidem vix quidquam ſcripſit, in oratione tamen Leidæ 1713. 4. edita aliqua de ano ſecundario ex vulnere nato, & alia habet huc facientia, Methodum neminem docuit, hinc imitati varii, nemo certa fide adſecutus eſt.

G. PHIL. VOGT. *de amauroſi ſalivatione curata*, Altdorf. 1713. diſputatio.

J. CASP. MUSTINGER *de luxationibus*, Argentor. 1713. 4.

RUD.

Deinde CORNELII VAN SOLINGEN *operationes chirurgicæ*, Lugduni Batavorum editæ legi poſſunt.

Tum

RUD. HUBER *de glandulis & de tumore ſcrophuloſo maxillæ inferioris a retropulſa gonorrhœa virulenta oriundo*, Baſil. 1713. diſputatio.

JOH. PEREGRINI NUVOLETTI *ſaggi del buon guſto in Chirurgia* jam anno 1710. prodierant, pro ſimplici & MAGATIANA methodo ſcripta. IDEM anno 1713. edidit Patavii *ſaggi di Chirurgia cum ſaggi d'anatomia*. *

PANDOLFO MARAVIGLIA *rifleſſioni ſopra i cinque diſinganni*, Ravenna 1713. * Modeſtiam laudant auctores GIORNALE de' LETTERATI, etſi methodum ſimpliciorem curandorum vulnerum inpugnat.

FRANC. SIGNOROTTI *Informazione*. EJ. *critiche della critica convinte*, Genua 1713. 4. EJUSD. *lettera nella quale il* SIGNOROTTI *brevemente riſponde al groſſo Libro del* S. ANEL, Genua 1715. 4. Non legi, niſi quæ edidit ipſe ANELLIUS, & quæ parvi momenti ſunt.

ALEX. CAR. GAKENHOLTZ diſputatio *de viſione per cataractam impedita*, Helmſtad. 1713.

SEBASTIANI MELLI *pratica chirurgica nella cura di tutti li tumori, ferite, ulcere ed eſcreſcenze*, Venet. 1713. 8. EJ. *il chirurgo ſvegliato, ovvero pratica chirurgica. Parte ſeconda* 1717. 8. Contra MAGATUM defendit vulnera non debere ad primam intentionem curari. IDEM Venetiis 1717. 8. edidit patris ſui BERNARDI poſthumum opus *la lancetta in pratica* cum obſervationibus phyſiologicis, anatomicis & chirurgicis. EJ. *arte medico-chirurgica eſaminata da' ſuoi principj*. *Diſpaccio* I. VI. Venetiis prodiit 1721. 8. & *Diſpaccio* VII-XII. ibid. 1723. 8. Priores ſex diſſertationes pertinent fere ad honores medicinæ & chirurgiæ augendos, & poſt ſingulam particulam unam pluresve obſervationes chirurgicæ ſequuntur auctoris aut amicorum. Earum pluſculæ pro ſcopo ſuo inprimis auctoris ſervandam dignitatem habent. Eadem reliquarum partium eſt ratio, aut deterior, ad excuſandos nempe infelices ſucceſſus. HIPPOCRATEM contra GENGAM in *ſeptima* diſſertatione defendit. EJ. *Pratica chirurgica* P. I. Venez. 1734. 8. P. III. 1738. 8. Annon nova editio Chirurgi excitati * EJ. *delle fiſtole lacrimali il pro e contra nel nuovo metodo di guarir le propoſte dal* S. ANEL *ed impugnato dal* S. F. SIGNOROTTI *con rifleſſioni chirurgiche ed anatomiche*, Venez. 1740. 8. Continet primo decerptos de Libro ANELLII locos cum notis criticis; negat autem MELLIUS ſeta poſſe obſtructionem tolli, & objicit potius ductum perforari. Morbum, quem ANELLIUS ſanavit, non fuiſſe fiſtulam, ſed obſtructionem oſtendere ſuſcipit. Vulgarem chirurgiam defendit, trepanum, raſorium, ignem. Iconem dat vitioſam viarum lacrumæ. Deinde SIGNOROTTI refert calumnias, qui negat ſetas poſſe per puncta lacrumalia trajici, & præferendas eſſe argenteis porcinas. Contra MELLIUS, mollit aſperum hominem, & ſetas argenteas parari poſſe fatetur.

J. DE VAUX *Index funereus chirurgorum Pariſienſium ab anno* 1315. *ad* 1729. Trevoux 1714. 12. recuſus cum *recherches ſur l'origine de la chirurgie*. Index chronologicus, cum diebus emortualibus, & nonnunquam brevi vitæ hiſtoria, valde vero levi librorum aut inventorum hiſtoria. Multos Libros IDEM latina lingua gallice reddidit.

ANTONII DEIDIER *diſſertatio medico-chirurgica exponens quatuor tumorum ſimplicium naturam*, Monſpel. 1714. 8. Recuſa eſt ſub titulo *diſſertation ſur la nature & la guériſon des tumeurs*, Pariſ. 1725. 12. & 1732. 8. 1738. 12. Integra hiſtoria tumorum eſt. In cancro laudat arſenici uſum, & ſanaſſe ſe carcinoma naſi contendit, multus in theoria. Editio poſtrema multum aucta eſt, adjectis propriis de cancro obſervationibus. In ſubjectis obſervationibus deſcripſit cataractam membraneam, poſt depoſitam lentem remanentem. EJ. diſputatio *Ergo rabiei caninæ balneum*, Monſpel. 1722. 4. * In J. *des* SAV. 1722. M. Julio paracenteſin abdominis deſcripſit, qua 38. libræ aquæ felici eventu eductæ ſunt.

DOMENICO CECCHINI *la difeſa de' diritti di* CESARE MAGATI, Rom. 1714. 4. Contra PANDULFI MARAVIGLIA *rifleſſioni*, oppoſitas BOCCACINII *diſinganni* jam citatis, pro methodo MAGATI pugnat. *

PIER-

Tum ANTONII NUCKII *operationes chirurgicæ*, Lugduni Batavorum editæ anno 1714.

De

PIERRE AMAND *obſervations ſur la pratique des accouchemens*, Pariſ. 1714. vel 1715. 8. nam non legi & utrumque annum citari video. Obſervationes ſparſas habet, in libro unice pro inſtrumento ſcripto, quo caput infantis relictum extrahere conatur.

In TRIVULTINIS hujus anni habetur hiſtoria hominis 47*ies*. paracenteſin abdominis paſſi nec dum plene ſanati.

J. PHIL. EYSEL *compendium chirurgicum*, Erfurt. 1714. N. EJ. diſputatio de *ruptura lienis* prodierat anno 1696. ibid. deinde diſputatio *de herniis* 1697. *ſcrutinium apoſtematis ventriculi* 1703. *de præcipuis uvulæ morbis* ibid. 1708. cum delineatione inſtrumenti; *de mola aquoſa* 1716. *de venæſectione infelici* 1712. & *de duplicato ventriculi vulnere non lethali* 1725. EJ. *opera medica & chirurgica* juncta prodierunt ibid. 1718. 4.

BARLHOLD KRUGERI *hiſtoria calculorum*, Brunsvvic. 1714. 8. *

CASPARIS PETZOLD *obſervationes medico-chirurgicæ ſelectiores*, Breslav. 1715. 8. Chirurgicæ paucæ ſunt, in noſodochio factæ, viri STAHLII ſecta.

CAR. LUD. VVALTHER *theſaurus medico-chirurgicarum obſervationum curioſarum d. i. mediciniſch chirurgiſcher ſchatz*, Lipſ. 1715. 8. Chirurgi Hallenſis centum obſervationes non valde docti hominis, plures chirurgicæ, medicamentis inprimis perfectæ. EJ. *merkvvürdiger vorfall des vvinddorns*, ibid. eodem anno in pathologicis citatus eſt.

C. M. L. (MOLZER) *obſervationes medico-chirurgicæ*, Aſchersleben 1715. 8. Germ. PL.

ANGELI CONTARINI *Chirurgia pratica accomodata all' uſo ſcolareſco*, Padova 1715. *

J. ANDR. GRUND *de hydrocephalo*, Leid. 1715. diſputatio cum obſervationibus.

In ACTIS ERUD. LIPS. hoc anno exſtat D. S. S. hiſtoria polypi œſophagi ab abuſu, ut credit, pulveris nicotianæ nati.

CHRISTIANI POLYCARPI LEPORINI *vvahrhafte nachricht vom handſchaden eines knaben*, Quedlinburgi 1715. 8. J. HENR. BOLLMANN *aufrichtige ſpecies facti uber die vervvundete hand eines knaben* 1716. 4. C. P. LEPORINI *continuation der vvahrhaften nachricht*, 1716. 4. Lis orta ex curatione pueri, uti LEPORINUS & chirurgus a ſclopeto læſo pendulum & pene avulſum pollicem primo ſutura firmare conati, coacti paulo poſt reſecuerunt. Accuſat imperitiæ BOLLMANNUS, tuetur ſe LEPORINUS, acriter & acerbe uterque. EJ. LEPORINI *erörterung einiger die zurükgeblibene nachgeburt betreffende fragen*, Quedlinburgi 1728. 4. Recte monet, non nimium fidendum eſſe RUYSCHII muſculo, ſed liberandum quantocyus placenta uterum.

BRISSEAU junioris ſex egregiæ obſervationes prodierunt Duaci 1716. recuſæ cum PALFYNI *anatome chirurgica* novæ editionis. Vulnus eſt tormenti majoris non lethale, vulnera cerebri graviſſima ſanata, &c.

LOUIS LEGER de GOUEY *véritable chirurgie établie ſur l' expérience & la raiſon*, Rouen 1716. 8. Varia continet hoc volumen, quod anno 1710. ſcriptum eſſe monetur in *præf.* & Chirurgiam quidem pene integram, ſparſam tamen tradit. Gibbum tribuit nimiæ tenſioni abdominalium muſculorum. Vulnus arteriæ cruralis ſanavit. Venæ jugularis ſectionem in angina laudat, raninæ rejicit. Deinde maximam partem anatomes miſcet, in ea minus exercitatus, aliqua tamen habet paradoxa, ut obliqui minoris actionem, quem ait caput in ſuum latus deprimere, idque erigi a maſtoideo lateris alterni. Denique princeps opus eſt viri, quod ſubjunctum eſt de generatione. Semen maſculum credit per poros uterini oris tranſſudare. Sæpe enim ſe clauſum vidiſſe etiam in gravidis. Ova muliebria a titillatione delapſa narrat, exſectum de inguine fetum ibi hærentem: partus cæſarei ex viva matre felicia exempla recenſet, partus demum difficilis varias formas & remedia.

LE BRETON *remedes choiſis.. de chirurgie*, Pariſ. 1716. 8. *

GOSSET Medicus Ambianus in Trivultinis hujus anni diſſertationem *ſur la gangrene* edidit, ad vendenda remedia ſcriptam.

JAC. ANT. LUPI *chirurgia ſvelata*, Venez. 1716. 8. Pro methodo MAGATI, cum adjecta obſervatione D. *de la* PEYRONIE, alia BELLOSTII, & alia in hunc ſenſum.

J. CHR.

De calculi ſectione videatur TOLETUS, qui ab aliquot annis edidit libellum *de ſecandi calculi methodo*: alia vero encheireſi antea utebantur Pariſini chirurgi: verum apud TOLETUM recentiſsima habetur methodus.

De exſtirpatione DIONISIUS iterum optimus eſt.

J. CHR. GOECKEL *Chirurgia medica*, Ulm. 1716. 8. *

J. AD. GENSEL in ACT. ERUD. LIPS. anno 1716. prolapſum uteri integrum deſcripſit.

JOH. KUPFERSCHMIDT *de morbis præliantium*, Baſil. 1716. 4. Curationes in caſtris Bernatum anno 1716. perfectæ.

CHRIST. FRID. PISTOR *de fetu e rupto utero in abdomen prorumpente*, Argent. 1716. 4. *

J. HENR. FEHR. *de calculo veſica ejuſque per ſectionem auferendi methodo*, Baſil. 1716. 4. Pro RAUJANA methodo.

J. G. STURM *de ægro pudendagra contractur ali laborante*, Jen. 1716. diſputationes.

JOH. CASPAR REISS *anatomiſche und chirurgiſche anmerkungen nach den grundſätzen des acidi und alcali*, Augſpurg. 1716. 8. Semibarbarus linguæ eruditæ & bonorum ſcriptorum ignarus. Compoſitiones tamen chirurgicas receptas non inperite cenſet. Vitriolum & alia erodentia ab amputatione removet, luxationes femoris multas ſe vult reſtituiſſe; quod non ſatis firmum videtur. EJ. *von aderlaſſen und ſchrepfen*, Augſpurg. 1744. 8. *

ERHART NORRE *chirurgiſcher VVegvveiſer*, Stuttgard. 1717. 8, * 1736. 8. Pro tironibus. Superſtitioſus homo; qui ſigna cœleſtia jubeat obſervari veterum in omnibus ſequax. Ita de luxatione femoris tamquam nunquam in dubium revocata ſecundum omnia diſcrimina loquitur, &c.

VVAGRET *obſervations de Médicine & de chirurgie faites dans les hopitaux de Valenciennes*, Pariſ. 8. Obſervationes chirurgicæ, natæ ad obſervatam alienam induſtriam, lacerati a deglutito oſſe oeſophagi, &c.

JOH. FREIND in *comment.* II. ad Epid. agit de venæ jugularis ſectione quam commendat: in IX. de veſicatoriis ſcribit, quæ primum apud JAC. de PARTIBUS invenit. In *hiſtoria medicinæ* integras diſſertationes chirurgicas habet, de aneuryſmate, hernia, deliquio animi in paracenteſi.

LAURENTII ROBERG bonæ diſputationes *de oſſibus tuberoſis*, Upſal. 1717. *de pede mareſcente & indurato* 1718. *de pernionibus* 1722. *de cataracta* 1722.

J. J. BAJER *de ganglio*, Altdorf. 1717. 4.

SIGISM. SCHMIDER *de polypo oeſophagi vermiformi rariſſimo* * *quotidiano pulveris ſternutatorii Hiſpanici abuſu progenito*, Deliz 1717. 4. *

Die bevvährte krebscur, Jen. 1717. 4. *

BANYER *microtechne or methodical introduction to the art of ſurgery*, Londin. 1717. 8. *

LUDVVIG CRON. *vom aderlaſſen und zahn ausreiſſen*, Leipzig 1717. 8. *

SANTI ZARINI *altune ragioni della cura fatta nella città di Prato d'una ferita nella corda magna*, Lucca 1718. 8. * Apologia eſt pro propria curatione, & methodi MAGATI contra turundas defenſio. EJ. (SANCTIS) Med. Chir. *ordin. civ. Prat. de curatione per ſanguinis miſſionem*, Luccæ 1732. 4. De parte medica alibi dicemus. Encheireſes vero venæ ſectionis in variis corporis partibus, & ſcarificationis & hirudinum, & cucurbitularum deſcribit.

GUILIELMI MAUQUEST *de la* MOTTE *Chirurgien juré & acoucher de Valogne réponſe au Livre de l'indécence aux hommes d'acoucher les femmes*, Pariſ. 1718. 12. cum Libro *de generatione* quem citavimus. Facile ſolvit argumenta HECQUETI, & contraria fortiſſima profert, ab imperitia obſtetricum invincibili petita. Lactationem propriorum infantum eludit narratis malis effectibus, qui inde & in matrem & in fetum redundarunt. EJ. *Traité complet des accouchemens avec un ſupplement*, Pariſ. 1722. 4. & vertente J. G. SCHEIDIO, Argentinæ 1732. 4. cum titulo *von krankheiten ſchvvangerer und gebährender vveiber*, & catalogo librorum obſtetrſciorum in præfatione recuſum. Obſervationes pleræque circa annum 1714. conſcriptæ ſunt poſt triginta annorum praxin; aliquæ ſubjectæ ad annum 1723. Ordinem nullum ſecutus eſt, hinc multa repetitio, & in libros chirurgorum PEU & MAURICEAU ſeverior cenſura. Verum in encheireſi magnam peritiam adquiſiverat per exercitii conſtantiam & rectum ingenium. Inſtrumentis vix uſus eſt, niſi quando caput juſto

juſto grandius præeuns fe incuneaſſet. Ita etiam a medicamentis valde abſtinet bonus, ſincerus, illiteratus in univerſum homo. Utcumque optime cupiam viro, aliqua tamen habet, quæ ægrius credo, ut hymenem neganti, & baptizanti vivos fetus non majores ſcarabæo. EJUSD. *Traité complet de chirurgie*, Pariſ. 1732. 12. vol. 4. prodiit: ſunt 411. obſervationes in titulos digeſtæ, quæ equidem totum artis ambitum non complent. Nihil enim ad oculos, labium leporinum, polypum narium, hernias habet. Etiam hic ſimplex ab inſtrumentis plerumque abſtinet, eamque methodum ſequitur, quam MAGATUS. Novi non multum invenit, in luxatione vetuſtiores encheireſes adhibet. Laudes ſuas non negligit, non perinde famæ collegarum ſtudioſus. Calculum deſiit ſecare, cum infelicius id ipſi eveniſſet.

RUD. PHILIP. BEUERLIN *de luxatione & fractura femoris*, Altdorf. 1718. diſputationes. Habet exemplum a cauſa interna emoti femoris.

J. BAPTISTÆ GUASTALDI *an cataracta vitio lentis*, Avenione 1718. 8. Veterum ſententiam defendit, & negat ſedem cataractæ in lente eſſe. EJ. *an emphyſemati diaphoretica*, ibid. eodem anno. Habet hiſtoriam emphyſematis ab adliſo pectore nati abſque coſtarum fractura, ſanati calido fotu, ſcarificatione.

HENRICH VVALTHER'S *glüklicher feldſcherer oder gründlicher unterricht von den kopfvunden*, Lipſ. 1718. 8. *

HENRICI BASSII profeſſoris adhuc ſuperſtitis Hallenſis diſputatio *de fiſtula ani feliciter curanda*, Hall. 1718. recenſa eſt cum HOFMANNIANIS. EJ. *gründlicher bericht von bandagen*, Lipſ. (1720. 8.) 1732. 8. commodum & ſatis plenum compendium, belgice etiam editum, Amſtelod. 1748. vertente UYLHOORNIO. EJ. *obſervationes anatomico-chirurgico-medicæ*, Hall. 1731. 8. Multa chirurgica habet de diſceſſu oſſis ſacri ab innominatis, annulum pro continendo prolapſu ani, cultellum occultatum intra cannulam exploratoriam; vulnus tendinis; hydrocelen, cartilaginem ſemilunarem tibiæ extrorſum emotam, ſcirrhum mammæ ſanatum, inſtrumentum pro ſcarificandis naribus, &c.

In PATRICK BLAIR *miſcellaneous obſervations in phyſik; anatomy, ſurgery; botanicks*, London. 1718. 8. Chirurgus animoſus, qui cataractam depoſuerit in maniacis. Obſervationes habet articulationis analogæ, fibulæ abſque noxa exemtæ, ſarcomatis uteri exſtirpati, &c.

J. FRID. de PRE diſp. *de ulcere aurium*, Erfurt. 1718. *de balſamo Evangelico Samaritano* 1723.

In GEORGII PHILIPPI NENTER *fundamentis medicinæ theoretico-practicæ*, Argent. 1718. 4. chirurgia etiam brevior occurrit.

J. VV. A. (ALRUTZ Phyſici nuper Harburgenſis) *vade mecum anatomico-chirurgicum*, Hanoveræ 1718. 8. Compendium pro tironibus.

ANDR. HUTTERI 40. *obſervationes chirurgicæ*, Roſtoch. 1718. 8. * & *quinquaginta* aliæ, ibid. 1720. *

GEORGII CLACII *obſervationes chirurgico-practicæ*, Hanoveræ 1718. 8.

GOD. KLAUNIG *noſocomium chirurgicum ſeu obſervationes medicæ & chirurgicæ*, Breſl. 1718. 4. Pleræque medicæ ſunt, ulcera tamen cum plurimo lymphæ de femore fluxu, paracenteſes & alia habet; huc pertinentia.

FRANCISCI VVIEDEMANN Chirurgi *bericht von ſtein und brüchen zu ſchneiden auch ſtaar zu ſtechen*, Augſpurg 1719. 8. * EJ. *kurze und algemeine lehre in der vvundarzney*, Augſpurg 1734. & 1737. 4. Compendium anatomicum, pathologicum, practicum, & chirurgicum pro tironibus. EJUSD. *Collegium chirurgicum über die bandagen* Oettingen 1734. 8. & Aug. Vind. tertia vice 1745. 8. editum; auctum 161. novis vinculis. Compendium ad uſum prælectionum.

FULVIO GHERLI *centuria d' oſſervazioni di medicina, e di chirurgia*, Venez. 1719. 8. & *ſecunda centuria* P. I. ib. 1724. P. II. 1725. recuſæ anno 1731. ib. Homo plenus arcanorum ſuiq; infenſus MAGATIANÆ methodo, multum tribuit turundis, naturæ parum. Magnos & longos morbos chirurgicos inprimis deſcribit. EJ. *i feriti poſti in ſalvo*, Padova 1724. 8. *

DAN. HOFMAN *hypotheſes* L. L. GOUEY cum *adnotationibus medicis*, Francof. 1719. edidit in 8. & refutavit. EJ. diſputatio qua continetur *hiſtoria rariſſima ſanationis cerebri quaſſati cum deperditione ſubſtantiæ* 1719. Rarum utique caſum deſcribit pueri, mihi bene noti, cui a latere illapſo magna pars cerebri eliſa fuit, abſque ullo magno ſymptomate. In diſputatione *de aëre microcoſmi factitio* habet emphyſematum hiſtorias.

CHRISTOPH. HELVVIG *haus medicus und land barbier*, Lipſ. 1719. 8. *

Defenſion der ehre und meinung D. HEISTERS *vvegen des ſtaars in denen augen vvieder* WOOLHOUSE F. Lipſ. 1719. 8. Anonymi opus, quod non legi. *

JOHANNIS von HORN *die zvvey vvohlerfahrnen hebammen Siphra, und Pua*, Stokholm, Suecice 1697. 1719, 8. Germanice 1726. 1743. 8. Ex DEVENTERII ſecta plurimus eſt in oris uterini obliquitate conſideranda, & in eductione brachii præeuntis atque craſſorum humerorum. Subjecit 30. obſervationes, inter quas eſt uterus elapſus & reductus, etiam in ACT. SUEC. anno 1724. recenſus. Cæterum breve & commodum hominis experti compendium. EJUS *obſtetrix Suecana*, Stok. 1723. 8. mihi non nota eſt, ſi differt a priori.

In ALLENI *ſynopſi* etiam chirurgici morbi habentur.

MICHAEL ALBERTI *introductionis medicæ*, Hallæ anno 1719. editæ Pars II. eſt chirurgica. EJ. plures ſunt, quam quæ citari queant, diſputationes chirurgicæ. Inter eas ſunt *caſus memoria dignus hydropicæ lapſu integro abdomine curatæ*, Hall. 1727. *de excreſcentia naſi cum hæmorrhoidum anomalia* connexa 1729. *de belladonna*, Hall. 1739. (quam commendat ad cancrum, & in initio mali mercurium) *de extractione fetus perverſi in utero poſt aquarum effluxum compreſſo* 1742. *obſervationes & cautelæ eæque chirurgico practicæ circa encheireſes phlebotomiæ* 1744. &c.

GOTTLIEB EPHRAIM BERNER cum ſua *applicatione mechaniſmi ad medicinam* anno 1720. Amſtelodami 8. edita dedit diſſertationem de araneæ punctura, cum libello vero *de efficacia & caſu aeris in corpore humano*, Amſtelod. 1738. 7. recuſa. Quatuor chirurgicas diſſertationes, *de fungo mammarum cancroſo curato*: *de conquaſſatione veſicæ urinariæ*: *de uſu pinguedinis viperinæ in curatione cataractæ & de calculo renum* edidit. Paradoxæ curationes & vehementer felices.

JOHANNES DOUGLAS Chirurgus JACOBI frater edidit anno 1719. *lithotomiam* DOUGLASSIANAM *vvith a courſe of operations*, Londin. 4. min. recuſam 1723. 4. & Gallice verſam. Prima, quam citavi, editio eſt ſchedula monitoria poſt primam cum apparato alto perfectam curationem, qua aliqua pars hiſtoriæ inventi continetur. JACOBUS, JOHANNIS frater, eximius anatomicus, & in bonorum ſcriptorum lectione diligentiſſima verſatiſſimus proculdubio fratri indicaverat, ex ROUSSETO ſumta, commoda alti apparatus, quæ iſte in corporibus humanis primus poſt PETRUM FRANCO expertus eſt, vel certe poſt hominum memoriam. In altera editione continetur deſcriptio operationis, qualem eo tempore moliebantur DOUGLASSIUS & CHESELDENIUS, cum novo inſtrumento, nunquam, quantum novi, a chirurgis recepto, cultro nempe in arcum obtuſiſſimum terminato, & hiſtoria operationum, & reſponſione ad dubia; & ROUSSETI locis huc pertinentibus, & PIETREI jam citata *theſi*. Idem Liber Pariſiis gallice verſus prodiit 1724. 8. ſub titulo *nouvelle operation de la taille par* J. DOUGLAS. Germanice vero JOH. TIMMIUS vertit cum titulo Jo. DOUGLAS *neue methode den apparatum altum ins vverk zu ſtellen*, Brem. 1729. 8. cum notis & ſupplemento. EJUSDEM DOUGLASSIANI eſt *account of mortifications*, Londin. 1732. 8. nempe de efficacia corticis peruviani ad gangrænam: & *ſhort account of the ſtate of mid vvifry*, Londin. 1636. 8. *

FRANCISCI RONCALLI PAROLINI *Exercitatio agens novam methodum extirpandi carunculas & curandi fiſtulas urethræ*, Brixiæ 1720. 8. magno, & *epiſtola ad* VALISNERIUM ibid. 1724. Medicus Brixienſis adhuc ſuperſtes, hic, juvenis adhuc, tres dedit libellos. In primo curationem refert nobilis juvenis Veneti ex fiſtula urethræ inſuperabili laborantem. In altero deſcribit catheterem flexilem ex argentea lamina tortili factum, circa quam conſuitur funiculus ſericeus, aut ureter animalis. Is catheter in urethra relinquitur, ut urina a fiſtula avertatur. In tertio narratur ſanatio ope hujus inſtrumenti perfecta. EJ. *diſſertationes quatuor* prodierunt Brixiæ 1740. 4. *ſecunda* huc pertinet *de hominibus invulnerabilibus & de acubus ferreis ſub cute Monialis repertis* notabilis obſervatio, Italice etiam recuſa, vertente ANGELO ZANARDELLI, Brixiæ anno 1746. 8. cum feminæ icone. In EJ. *hiſtoriis morborum*, Brix. 1741. fol. etiam chirurgici morbi deſcribuntur, ut hepatis vulnus ſanatum, & exſtat MORGAGNI de luxatione tibiæ reſponſum. Fatetur eo Libro RONCALLUS nonnunquam ſibi catheteris fui ſupra deſcripti uſum non bene ſucceſſiſſe. In *Europa medicina*, Brix. 1747. fol. & varia de chirurgicis inventis, & contra NICOLAUM ANDRY chirurgiæ defenſio continetur.

HENRICH BERNHARD HUBNER *relation von der Ermländiſchen meſſer ſchlukerim*, Konigsberg.

berg. 1720. 4. Ex feminæ ventriculo feliciter excifi cultri hiſtoria, quem devoraverat. An. Ej. tractatus *vom ſtein*, Hall. 1726. 4. *

JOHANNES JUNKER celebris practicus & Profeſſor Halenſis, edidit anno 1720. 4. & 1731. 4. Halæ recudi fecit *Conſpectum chirurgiæ tam medicæ methodo Stahliana conſcriptæ, quam inſtrumentalis recentiſſimorum auctorum ductu collectæ*. Bono ordine & facili uſus eſt. EJUS etiam variæ diſputationes huc ſpectant *de fiſtulis thoracis* Reſp. J. C. SCHATER 1736. *de prolapſu inteſtini recti habito pro tuberculi hæmorrhoidalibus* 1740. Reſp. ADELUNG, & *diſputatio qua de curatione calculi nuper in Britannia publicata modeſte diſquiritur* 1741. Stephaniana nempe, quam non valde probat. EJ. *de chirurgia chirurgiæ neceſſaria* 1744.

J. CONR. HENNINGER *obſſ. quædam & cautelæ circa oculorum curationem*, Argent. 1720. 4.

A. L. LUISCIUS *de calculo renum & veſicæ*, Leid. 1720. 4.

J. A. FISCHER *de tumore oculi ſcirrhoſo maligno feliciter amputato*, Erfurt. 1720. 4. EJ. *hæmorrhoides ex palato profluentes* 1722. EJ. *de ſtrumis & ſcrophulis Bunsgenſium* 1723. EJ. *de ſcroti ſphacelo curato*, Erfurt. 1729.

J. M. GLUSING. chirurgica inſtrumenta depinxit cum ſua mirifica anatome, quæ ſuo dicta loco eſt.

L. S. JERRE *praxis nova medico chirurgica ſeu collegium medico-practicum*, Dreſd. 1720. 8. *

ALEXANDRI CAMERARII R. JACOBI F. Tubingenſis Profeſſoris diſputatio *pes tumidus*, Tubing. 1720. EJ. *de apoſpamate piæ matris*, 1722. EJ. *de tumore præcordiali interno* 1734. EJ. *de ophthalmia venerea* 1734. Suadet conjunctivam incidere, & pus emittere.

PIERRE SIMON ROUHAULT *traité des playes de la tete*, Turini 1720. 4. Simplex & facilis, & modeſtus, ut paſſim aliqua ignoret, fungi v. g. curationem. In *opuſculis ſcientificis* anno 1732. hiſtoriam fetus in ventrem effuſi dedit.

DIETERICI SPROGEL *ſelectæ obſervationes*, Helmſt. 1720. diſputatio cum notatu digniſſimis obſervationibus, ſphacelati pedis ope ſpiritus vini per aliquot menſes ſervati, ſphacelorum ſenilium, &c.

ABRAHAMI VATER diſputationes ad rem chirurgicam numeroſæ & utiles ſunt, ut *de vulnerum inteſtinorum lethalitate*, VVittemberg. 1720. *von der art und vveiſe die blattern durch kunſt einzupropfen* 1721. *de vulnere cerebri ſclopetario ſeptima ſeptimana abſolute lethali* 1722. cum aliis etiam experimentis, *de duobus rariſſimis viſus vitiis* 1723. *obſervationes rariſſimæ calculorum* 1726. *caſus rarus ſarcomatis e pudendo muliebri ſectione ſublati* 1728. *de mola* 1729. *de uſu corticis peruviani ad ſiſtendam gangranam* 1731. *de partu difficili ex infantis brachio prodeunte* 1732. *de calculis in locis inuſitatis* 1741. *de gangrana per chinam chinam curata* 1734. *de veſicatoriorum ad domandas febres malignas virtute & efficacia* 1742. *de polypo naſi* 1743.

J. JAC. MANGET *bibliothecæ chirurgica*, Venet. 1721. 4. tom. fol. In alphabeti ordinem conjecit integra opera HIERONYMI FABRICII AB AQUAPENDENTE, HILDANUM, TAGLIACOTIUM, obſervatores vetuſtiores omnes, non novos, ne Gallos quidem. Propria tamen aliqua intercedunt. Icones malæ.

EL. CAMERARII *ſyſtema cautelarum medicarum*, Francofurti 1721. 4. continet etiam obſtetricias cautelas & cenſuram in opus PETRI DIONIS. EJUSD. diſputatio *de gemurſa Pliniana*, Tubing. 1722. habet hiſtorias ſphacelorum ſenilium. EJ. *theſes miſcellaneæ medico chirurgicæ* 1724.

In A. LEEUVVENHOECKII epiſtola 227. exſtant aliquæ curationum ſympatheticarum hiſtoriæ.

S. HORSMAN *de calculo renum & veſicæ*, Leid. 1721. 4.

JACOBI ANTOTII LUPI *la chirurgia rinforzata dal provido armamento delle taſte*, Venet. 1721. 8. MANG. Contra SANCASSANUM.

CAR. FRID. GLADBACH *de fiſtula ani*, 1721. 8. *

J. PHIL. ROHTEN *chirurgia*, Lubec. 1721. 8. & cum VVAGNERI *animadverſionibus*, Lipſ. 1734. 8. *

VVALTHER *vom verbrechen der kinder*, Lipſ. 1721. 8. * cujusnam VVALTHERI ſit, ignoro.

J. HENRICI FREITAG *de oſcheocele & bubonocele*. Argentor. 1721. diſputatio. Pro cataracta membranea. EJ. *de oſcheo & bubonocele Helvetiæ incolis frequentibus*, ibid. eodem anno.

J. HENRIC. HAMPE *de oculorum ſcarificatione Hippocratica*, Duisburg. 1721. *

ANTONII COCCHI *epiſtola ad* MORGAGNUM *de lente cryſtallina oculi humani vera ſuffuſionis ſede*, Rom. 1721. 8. *

J. HANDLEY *colloquia chirurgica or the vvhole art of ſurgery*, Londin. 1721. Malus auctor.

GERARD TABOR *de cancro mammarum ejusque nova exſtirpandi methodo*, Traject. 1721. 4. cum inſtrumento, quod eſt cultri circulare genus.

MICHAELIS RENUART *abregé de médicine & de chirurgie pratique*, Pariſ. 1721. 8. A-gyrta. *

PETRI HAGUENOT pluſculæ diſputationes huc pertinent ut *de ſuppuratione in partibus mollibus*, Monſpel. 1721. 8. *de cataracta confirmata*, ibid. 1731. 8.

J. ZACCHARIÆ PLATNER celebris medici ocularii & chirurgi medicique Lipſienſis multa huc faciunt, quæ inprimis ex eruditione ſe commendant, quæ in eo viro ſumma fuit, & ex pleniſſima bibliotheca nata. Manu etiam ita valuit, ut juvenis ægrum ſanaverit fruſtra a C. de S. YVES tentatam (*de fiſt. lacrum.* p. 48.) Multæ ergo huc *diſputationes* & multa programmata pertinent *de chirurgia artis medicæ parente*, Lipſ. 1721. 4. (quo progr. etiam agit de opthalmoxyſi) *de fiſtula lacrumali* 1724. *de ſcarificatione oculorum* 1729. (cujus arcanum, ut VVOOLHOUSII peculiaris diſcipulus, inprimis revelavit, & penicillum VVOOLHOUSII ex 20. barbulis ſecalis factum deſcripſit) *de arte obſtetricia veterum* 1735. *de curatione τοῦ ἀποσκεπαρνισμοῦ* 1737. *de calculo ad veſicam adhærente* 1737. *de noxis ex cohibita ſuppuratione* 1740. *de vulneribus ſuperciliis illatis* 1741. *de iis qui ex tuberculis gibberoſi fiunt* 1744. cum obſervationibus; *de hydrocele* 1745. ejuſque variis ſpeciebus. In *progr.* adjecto agit de vinculorum uſu in hydrope, aneuryſmate, &c. Collectæ ſunt, uti alibi monui, in *diſſertationibus & opuſculis* Lipſ. 1749. 4. conjunctim editis. Deinde non diu ante mortem edidit *inſtitutiones chirurgiæ rationalis tum medicæ tum manualis*, Lipſ. 1745. 8. recuſas Venetiis 1747. 8. Ordinatum ſyſtema chirurgiæ docte ſcriptum, breviter & nitide, quod non alteri cedit. De calculo & cataracta fuſiſſime egit. Germanice recuſum eſt ſub titulo *Einleitung zur chirurgie*, Lipſ. 1748. & 1749. 2. vol. 8. paulum mutatum, & omiſſis nimiis eruditis diſquiſitionibus, additis medicamentis. In ACT. ERUD. 1729. varia nova inſtrumenta deſcripſit.

J. ZACCHARIÆ PLATNER adde diſp. *de ſpina bifida*, &c. Lipſ. 1734. *de morbis oculorum* 1735.

J. ERN. VVREDEN *von den benöhtigten inſtrumenten und dem verband*, Hanover 1722. 4. * IDEM collegit *Collectanea chirurgia* Hanover T. I. 1722. 8. T. II. 1723. 8. Chirurgorum Hanoveranorum curationes, inter quas aliquæ ſingulares ſunt, ut ſphaceli ſponte nati, inoculatio tractata Hanoveræ, ſectiones aliquæ legales ſubjectæ. EJ. *gründliche nachricht von den im magen eines delinquenten gefundenen ſieben hölzern*, Hanover 1723. 8. Deſperabundus homo deglutierat ſeptem ingentia ligni fragmenta, & abſque magno incommodo tulerat. Deſcriptionem addit ventriculi & caſus ſimiles.

HENRICI von SANDEN *de prolapſu uteri inverſi ab excreſcentia carnoſa*, Regiom. 1722. Sarcoma natum ex abortu, quod uterum prolabi coegerat.

JOERDENS *chirurgia medica & inſtrumentalis*, Hall. 1722. 4. *

AMOS LAMBRECHT *van de ophthalmia*, Amſtelod. 1722. 8. potius ad praxin referri debet. EJ. *manuductio obſtetricantium of handleiding ter vroed kunde*, Amſtelod. 1731. 8. *

H. S. STOSCH *de reſonitu experientia comprobato*, Argentor. 1722. diſputatio.

J. B. AGNOZZI *diſcorſo apologetico o ſia la verità diſvelata o ſia racconto veridico del dibattuto caſo da un ferito di Ripatranſona*, Venez. 1722. 4. * De hac hiſtoria multum agitur in SANCASSANI dilucidationibus, vulnerati nempe nobilis viri, cui in femore natus abſceſſus ab AGNOZZIO tnrundis curatus, ſubito ſanatus fuit cum eæ rejicerentur. AGNOZZIUS hic famam ſuam tuetur & methodum MAGATI refutat.

J. ANDR. CONRADI *de vulnere fronti inflicto*, diſputatio. Leid. 1722. 4.

BURCHARDUS DAVID MAUCHART adhuc ſuperſtes, Archiater & Profeſſor Tubingenſis, diſcipulus HEISTERI & VVOOLHOUSII, manu in univerſum ſed oculis maxime cum ſumma ſua laude medetur, ejuſque pulcherrimæ ſunt diſputationes, quæ pene integrum ſyſtema morborum ocularium efficiunt. Prodierunt autem his annis Diſſertationes *de hernia incarcerata*, Tubing. 1722. cum anatome partium, icone morbi, paſſim recuſa & obſervationibus *de*

ophthal-

ophthalmoxyſi 1726. nempe VVOOLHOUSIANA oculi ſcarificatione: *de hypopyo* 1742. *de ſtruma œſophagi* 1742. *de ungue oculi ſeu pure inter corneæ lamellas collecto* 1742. *de ulceribus corneæ* 1742. *de empyeſi oculi* 1742. *de fiſtulis corneæ* 1742. *de ſetaceo nuchæ, auricularum & ipſius oculi* 1742. qua diſſertatione deſcribit,forcipem etiam feneſtratam pro ſetaceo. *De macculis corneæ & earum operatione apotripſi* 1743. *Tobiæ leucomata* 1743. *de paracenteſi oculi* 1744. *de hydrophthalmia* 1744. *de mydriaſi* 1745. *Pupillæ phthiſis & ſynizeſis* 1745. cum operatione ad aperiendam pupillam, *de luxatione nuchæ* 1747. (corrigit PETITUM, qui capitis luxationem ſanandam recipit), hiſtorias recenſet: Porro *de ſynechia ſeu præternaturali cohæſione iridis cum cornea* 1748. cum operatione: *De epiploenterocele crurali incarcerata curata* 1748. quæ memorabilis hiſtoria eſt, ſanati hominis, cum magna pars inteſtini reſecta eſſet, *de ſtaphylomate* 1748. (doctiſſima de controverſa valde materia diſputatio): *oculus artificialis* ὑποβλέφαρος *&* ἐκβλέφαρος 1749. IDEM *in Mercurio Gallico* M. Maji inſeruit *lettre critique ſur le Traité des maladies des yeux* (D. de S. YVES) & anno 1723. etiam M. *Majo* defenſionem contra eundem.

De S. YVES *nouvveau Traité des maladies des yeux*, Pariſ. 1722. 12. Amſtelod. 1736. 12. Anglice vertente D. STOKTON Londin. 1741. 8. Germanice Berolini 1744. 8. Chirurgus ocularius, VVINSLOVVI diſcipulus in anatome & itineris belgici comes (VVOOLHOUSE *J. de Trev.* 1726. pag. 2110.) plurimos ægros, meo tempore, Pariſiis curabat, & longe plures VVOOLHOUSIO, nepote diſcipulo adjutore uſus, Operis ſatis concinni pars prima anatomica eſt, ſequuntur ex ordine oculorum morbi, abſque nimia tamen illa ſubtilitate VVOOLHOUSIANA, cum encheireſibus & medicamentis, quibus multum tribuebat YVESIUS. In cataracta lentem ipſam laborare defendit, & de ea inprimis fuſius agit, tum de ophthalmia. In fiſtula lacrumali perforat os unguis. Loco ſcarificationis ipſas in oculo venas ſecat. Multos minores & ſubtiliores morbos omiſit. Contra ILL. MAUCHARDUM ſe defendit in *réponſe a une lettre critique inſerée dans le.. Mercure ſous le nom de* M. MAUCHART. Pariſ. 1723. 12. Contra eum vero libellum edita eſt in *J. des Sav.* 1724. Fevr. *réplique a la réponſe de* M. S. YVES *par* M. B. *oculiſte*, unde parum profeci.

ANTONII BENEVOLI chirurgi primarii in noſodochio Mariæ novæ *lettera ſopra la cataratta glaucomatoſa* ad VALSALVAM data Florentiæ 1722. 8. prodiit, quæ cum libello de caruncula recuſa eſt anno 1724. 8. In duobus hominibus, quibus cataracta depoſita fuerat, lentem loco motam in fundo oculi reperit in vitrei corporis angulo, & addit rationes minime ſpernendas, quare in lente ſemper ejus morbi ſedes ſit, ſumtas ab anguſtia cameræ poſterioris, duritate cataractæ, acus loco retro eam poſito, vi reſurgendi, a certa ſanatione ægri, cui poſt depoſitam cataractam nulla unquam nova naſcitur, &c. Contra hanc epiſtolam ſcripſit chirurgus Luccenſis PETRUS PAULUS cenſuram qua careo. Reſpondit BENEVOLI in *Manifeſto ſopra alcune accuſe contenute in un certo parere del* S. PIETRO PAOLI Florent. 1730. 4. & in *Giuſtificazione delle replicate accuſe del* S. P. PAOLI ib. 1734. 4. Objecerat PAULUS, nihil valde novi dixiſſe BENEVOLUM: vindicat ſe iſte, tribuitque ſibi obſervationes, quas ſuperius citavimus, & excitat epiſtolas clarorum virorum, qui ipſum laudaverunt. IDEM anno 1724. 8. Florentiæ edidit *nuova propoſizione intorno alla caruncula dell' uretra detta carnoſa*. Eruditum utique opuſculum ut etiam in erudita lingua boniſque ſcriptoribus adpareat non eſſe hoſpitem. Oſtendit carunculam, quæ ſit quaſi verruca urethræ, nunquam dari, ſed tumentem, ſcirrhoſam, ulceratam particulam in vitio eſſe, quæ dicitur *caput gallinaginis*. Id demonſtrat ex cadaveribus, ex perpetuitate ſedis, in qua caruncula reperitur. Corroſivas candelas refutat, mites adhibet cum bona diæta. EJ. *diſſertazioni ſopra l' origine dell' ernia inteſtinale: intorno alla più frequente cagione dell' iſchuria: ſopra il leucoma: Aggiuntevi* 40. *oſſervazioni* Florent. 1747. 4. Herniam a laxa mollitie meſenterii naſci, carunculas urethræ nullas eſſe, ſtranguriam ab acri urina fieri, analogam teneſmo demonſtrare ſuſcipit. In leucomate corroſiva rejicit. In obſervationibus multa utilia & candoris in adgnoſcendis erroribus teſtimonia. Mitis in curatione, fiſtulas aperire, pertentare, injicere vetat. Fetum tubarium deſcribit, per ulcus exclufum: Gangrænam late ſparſam inteſtini recti curavit. Bis vaginam in inguen elapſam vidit. Herniam maximam ſolo vinculo ſanavit. Rachitidem ente veneris ſuperavit.

ANTONII BENEVOLI hic recenſi *due relazioni chirurgiche una... d' un abſceſſo nella cavità dell' abdomine....l' altra d' un' ernia aſſai particolare*, Firenz. 1570. 4. nondum legi.

PIER

PIER PAOLO LAPI *lettera; eſaminando egli una lettera del* COCCHI *gli moſtra alcuni errori, tra gli altri eſſer falſo che l'umor criſtallino ſia ſempre la vera ſede della ſuffuſione*, Rimini 1722. 4. pro cataracta membranacea. *

In *Trivultinis* hujus anni grave vulnus cerebri deſcribitur, cui oſſa inpacta, abſque malo toleratum.

J. NIC. HOLFORF *caſus aneuryſmatis in capite pueri XI. annorum*, Argentor. 1722. 4. PL.

PHIL. HIERON. MULLER *dicti VVolheimer de aqua traumatica Gallorum, eau d'arquebuſade*, Heidelberg. 1722. 4. *

Hebammen Catechiſmus, Argentor. 1722. 12. *

JOHANNIS CRUGER *affectus chirurgici plerique aphoriſtice, breviter & accurate expoſiti* Thorunii 1722. 4. Nullius momenti, archeo & alchemiæ creduli auctoris, bufones, ſaphirum ad peſtem laudat, &c.

JACOBUS RENATUS CRESCENTIUS de GARENGEOT, ut amat vocari, Chirurgus & Demonſtrator Pariſinus, diligens in colligendis aliorum inventis, ut etiam a VIGNERONIO, artifice, cujus novam inſtrumentis chirurgicis additam perfectionem paſſim eo non citato ſuam fecerat, accuſatus fuerit, & lite ceciderit. EJUS *nouveau Traité des inſtrumens de chirurgie les plus utiles*, Pariſ. 1723. & 1727. 2. vol. 12. prodiit, germanice etiam verſus Berolini 1729. 8. cum titulo *abhandlung von den nützlichſten und gebräuchlichſten inſtrumenten der chirurgie*. Hoc armamentarium equidem non plenum eſt, & multis præcipuis inſtrumentis deſtituitur, commodum tamen, quod recentiſſima inventa tradat, tum in ornandis & emendandis inſtrumentis, tum in novis excogitandis, omiſſis, certe plerumque, minus bonis & obſoletis. Accurate etiam omnia, & artifici ſimilis deſcripſit. EJUSD. *Traité des opérations de chirurgie*, Pariſ. 1720. 1731. 3. vol. 12. 1737. 12. 3. vol. germanice vers. *Abhandlung von denen operationibus chirurgicis*, Berolini 1733. 8. & anglice, vertente S. ANDRE' Lond. 1723. 8. Multum hic uſus eſt ARNALDI, PETITI, PERCHETI, & aliorum chirurgorum inventis. Operationes non omnes, ſed præcipuas tamen, cum recentiſſimis emendationibus deſcripſit, magnos hinc inde tractatus interpoſuit, inprimis de calculo, cui ſecundum totum tomum dicavit. Suturam clavatam renovare voluit, in gaſtroraphia & vulneribus profundioribus. Methodum MAGATI in ſimplicioribus vulneribus ſequitur. Sectionem lateralem, nunquam a ſe ipſo peractam, ſemel viſam, inperfectius deſcripſit. Hiſtorias nonnullas ægre credibiles adſperſit. Cataractæ & oculorum in univerſum & dentium operationes omiſit. Acris contra eum a chirurgo anonymo *noſocomii hoteldieu* ſcripta eſt epiſtola ſub titulo *lettre a* GARENGEOT *ſur la nouvelle édition des inſtrumens de chirurgie*, Pariſ. 1731. 12. ubi in curatione vulneris turunda corrupti eum aliena a vero ſcripſiſſe aſſeritur.

GEORGII DANIEL COSCHVVITZII *manuductio ad chirurgiam rationalem*, Hall. 1722. 4. EJ. diſputatio *de parturientium reclinatione inutili*, ibid 1725.

J. HERMANNI FURSTENAU *deſiderata chirurgica*, Rintel. 1723. 4. Diſputationes *de carcinomate labii inferioris abſque ſectione perſanato*, ibid. 1739. *de abſceſſibus muſculorum abdominis & vicinarum partium* 1742.

In MARTINI SCHURIG *compilationibus multa huc pertinent, ut in ſialographia* edita 1723. 4. ad morſus animalium & hydrophobiam. In *chylologia* excuſa 1725. 4. ad atretas, hernias, vitrivoros, & forenſia aliqua habet. In *gynæcologia* 1730. ad partum difficilem, excreſcentias vaginæ, &c. In *embryologia* 1732. ad prolapſum uteri ex partu, &c. In *hæmatologia* 1744. 4. ad vulnera. In *lithologia* ibid. eodem anno excuſa calculorum omnis generis hiſtorias, lithontriptica, & lithotomiæ modos, vulgaria omnia, & ex mediocribus auctoribus exſcripta.

MART. GOTTHILF LOESCHER *obſervationes chirurgicæ, medicæ & anatomicæ*, VVittemberg. 1723. diſputatio cum bonis obſervationibus ad amputationem, ſpinam ventoſam. Totam hiſtoriam inoculationis, quæ tunc maxime in Anglia agitata eſt, ad praxin differo. EJ. *de uteri procidentia* diſputatio prodiit 1738.

MICHAELIS ADAMI GUSOVII *de novo paracenteſeos inſtrumento*, Regiomont. 1723. Acum triquetram valde compoſitam deſcribit, quæ poſſit pro lubitu & findi in duas, & cum ſuo ſtylo uniri.

CHRISTIANI FRIDERICI HÆNEL olim amici noſtri diſp. *de morbis ſcroti*, Argent. 1723. 4. cum egregiis obſervationibus ad hydrocelen, &c.

¶ J. Casp. Kuchler *de glandulis colli puerorum tumefactis*, Lipſ. 1723. 4. *de ulceribus dentium fiſtuloſis* 1733. diſputatio.

C. L. Rosa *de calculo veſicæ*, Argent. 1723.

Robinsonii Librum de calculo hoc anno editum in pathologicis citavi.

Wilhelmus Cheselden primæ notæ chirurgus, & anatomicus Anglus, & ipſe ſuperſtes. Ejus primus Liber, huc pertinens, eſt *treatiſe on the high operation of the ſtone*, Londin. 1723. 8. Alto nempe, cum hunc libellum ſcriberet, adparatu utebatur. Deſcribit hoc libello peritonæi ſitum, & ad veſicam habitum, tunc modum incidendi, qui ſatis feliciter eo tempore eveniebat. Libellos Rousseti & le Mercier perinde, ut Douglas, recudi fecit. Contra hoc ſcriptum prodiit, Douglassii forte ipſius ope, *Lithotomus caſtratus or* M. Cheseldens *treatiſe on the high operatien examine'd*, Lond. 1723. 8. Nihil addidiſſe hic objicitur Cheseldenio & ipſas citationes ex Douglassio ſumſiſſe. Ab eo tempore, ob difficultatem in curanda veſica in fundo inciſa, mutavit methodum, & lateralem Ravii paulum emendatam, ſecutus, maxime faventes ſucceſſus habuit, ut etiam itinere in Angliam ſuſcepto, novum modum didicerit S. Morand. Eam deſcripſit, uti alibi dicetur, Jacobus Douglas, & ipſe in nuperrima anatomes editione. Auctor in *anatome* jam citata multas obſervationes habet chirurgicas, fracturam femoris pro luxatione habitam, ſcapulam evulſam, patellæ fracturam, paracenteſin felicem, herniæ hiſtorias. In magna *oſteographia* ancyloſeos & cariei innumera exempla depingi fecit. Ad editionem nuperrimam Liber *de operationibus chirurgicis* Henrici Francisci le Dran aliqua nova inſtrumenta adjecit, acum ad labium leporinum, acum anulatam cum filo pro polypo, ferram amputatoriam, trepanum quod manu rotatur, deligationem ad corrigendum pedem introrſum detortum, acum triquetram curvam ad cataractas.

Idem 1730. cum editione *anatomes* ſuæ 3. fiſſionem iridis in ſyniceſi deſcripſit.

Girolamo Marini *pratica delle più difficili operazioni di chirurgia che riguardano il litotomo ed oculiſta*, Rom. 1723. 8. Apparatum magnum & parvum deſcribit, ſed de nuperis inventis nihil videtur inaudiviſſe: Aliqua peculiaria habet de apparatus parvi uſu in feminis, & de calculo ſcrutando cerei ope. Cataractam membraneam facit. Aliqua addit de herniis ſpuriis, mediocris in univerſum auctor.

Martini Ernesti Boretii *de apparatu alto*, Regiom. 1723. 4. Legi meretur, vidit enim & Johannem Douglas feliciter eo modo ſecantem, & Denys ægrius Rauiano more utentem, & Rauiana methodo ſæpe veſiculas ſeminales lædi monuit.

Vidal (medici Verdunenſis) *traité ſur la production des pierres dans le corps humain*, Chamberi 1723. 12. Calculus 12. unciarum, enormis eductus, funeſto eventu hic deſcribitur. *

In Trivultinis ſept. 1723. deſcribitur calculus adhærens extractus ſequente membrana veſicæ abſque tamen majori malo.

Christophori Jacobi Trevv *nachricht von einer raren hauptvvunde*, Nuremberg. 1724. 4. Enorme vulnus ſclopetarium cerebri, diu ſine majori ſymptomate toleratum, accurate ex ephemeride deſcriptum hic habetur cum cadaveris ſectione. In *commercio* etiam *literario Norico* plurima reperiuntur argumenti chirurgici.

Bottentuit *diſſertation ſur une machine pour réduire les luxations*, Pariſ. 1724. 12. Refutat inſtrumentum J. L. Petiti, mammas contundere objicit, & funeſtos eventus recenſet, manumque nudam præfert, ut *ex diario Erud.* video.

Dunn *method of chirurgical operations*, Londini 1724. 8. *

Chabert *obſervations de chirurgie pratique*, Pariſ. 1724. 8. Chirurgi Maſſilienſis obſervationes 191. magna ex parte vulnerum, minime malæ.

Chabert cujus *obſervations de chirurgie pratique* dictæ ſunt, ſimplex homo & ſani ſenſus eſt, & plerumque facillimis methodis utitur. Fiſtulam lacrumalem abſque perforatione ſanat. Vulnera abſque turundis aut digeſtivis curat. Trepano non delectatur, & Bellostium in univerſum ſequitur. Chirurgiam in triremibus exercuerat.

Hoc anno *Collegium medicum, anatomicum & chirurgicum*, Berolini utiliſſimo inſtituto inauguratum eſt. Et hoc etiam anno *quinque cathedra demonſtratorum in Amphitheatro* D. Cosmi a Rege Ludovico XV. conſtitutæ ſunt, quæ ipſa epocha fuit magnarum inter Medicos & Chirurgos Pariſinos litium, cum iſti nulla in re Medicis cedere, eos ab *examini-*

minibus Chirurgorum rejicere, annuum teſtimonium venerationis negare, novam in Academia Facultatem efficere conarentur. Infinita inde in utramque partem ſcripta nata ſunt, quorum aliqua citabimus.

J. JAC. SCHÆFFER *de variis lithotomiæ generibus*, Argent. 1724. 4.

J. ABR. MEYER *de curatione ulcerum rebellium*, Gryphiſvvald. 1724. 8.

SAMUEL PYE *ſome obſervations on the ſeveral methods of lithotomy in a letter* D. JOH. LANE Londin. 1724. 4. Contra apparatum altum ſcribit, quem quater infeliciter tentaverat. Rationes tamen, quæ omnino adferri poterant, non protulit.

AUGUSTINUS FRIDERICUS VVALTHERUS variis minoribus ſcriptis chirurgiam ornavit. Sarcoceles eximiæ hiſtoriam deſcripſit in A. E. 1725. penemque monſtroſum anno 1729. diſputavit *de obſtetricum erroribus*. In A. E. 1738. anatomen duorum hernioſorum dedit. EJUS *de aneuryſmate aortæ* programma ejuſdem anni eſt. *De ſcarificatione occipitis* diſputavit anno 1741. & *de cathetere & unguentis veſicæ collo virili inferendis* anno 1745.

JOHN. MAVVBRAY *female phyſician*, Londin. 1724. 4. * EJ. *midvvifry brought to perfection*, Londin. 1725. 8. ſe primum in Anglia obſtetriciam docere gloriatur, nullius cæterum momenti auctor.

ANT. FIZES *ſpecimen medico-chirurgicum quo præcipui ſuppurationis eventus expenduntur*, recenſetur in J. des SAV. 1725. *febr.* Idem gallice verſum & auctum cum titulo *traité de la ſuppuration des parties molles* prodiit Pariſ. 1742. 12. cum CHIRACI Libro *de vulneribus*. Aqueas lotiones ſalibus digeſtivis fetas præfert ſarcoticis oleoſis. Latine etiam recuſa eſt in collectione operum, Monſpelii 1742. 4. Ibi etiam continetur diſputatio *de cataracta*, in qua media via incedit, proprior tamen novæ hypotheſi.

J. MICH. LICHTMANS *geſchikter augenartzt oder beſchreibung des ſtaars und hirnfelles*, Nurnberg 1725. 4. * cum appendice de modo, quo convexis ſpecillis poſſimus uti.

GUALTH. HARRIS *diſſertationes medicæ & chirurgicæ habitæ in Amphitheatro* R.S. *Med.Lond.* Londin. 1725. 8. Senile opus viri, qui anno 1679. Londinum abſolutis ſtudiis repetierit. Abhorret ab operationibus, & aneuryſmatis inciſionem funeſtam fuiſſe narrat. Turrundas refutat. De chirurgis ignaris, lucrique cupidis fuſe queritur, excitatis exemplis diræ avaritiæ qua ægros torſerunt. Hernias a partu difficili ſæpe contrahi obſervat.

Mémoires pour l'univerſité de Paris au ſujet des patentes du Roi portant établiſſement de 5. démonſtrateurs chirurgiens à St. Côme, Pariſ. 1725. 4. * Oppoſuit ſe novis cathedris, ſed fruſtra, univerſitas. Reſponderunt Chirurgi *Réponſe pour les Chirurgiens de St. Côme au Mémoire des Médecins de la Faculté de Paris* ibid. 1725. 4. * & *Probléme philodémique ſi c'eſt par zéle ou par jalouſie que les Médecins s'oppoſent à l'établiſſement de cinq chirurgiens démonſtrateurs*, ibid. *

B. S. ALBINUS cum *indice ſuppellectilis anatomicæ*, quam RAUIUS in theſauris academicis dedicavit, edidit deſcriptionem inſtrumentorum, quibus utebatur RAUIUS & methodi atque encheiriſeos; qua ſolebat ſecare. Latere aliquid oportet in RAUII adminiſtratione, cum peritiſſimi viri ad ALBINI deſcriptionem ſecantes non pouterint veſicam aperire.

NICOLAI de JANSON *Guidon du chef d'œuvre de St. Côme*, Pariſ. 1725. 12. Pro candidatis chirurgiæ miſerum opuſculum. *Suite du Guidon*, Pariſ. 1728. 12. eſt compendium anatomicum.

D. MARTIN MARTINEZ *medicina ſceptica y chirurgia moderna*, T. I. Madrit. 1724. T. II. 1725. 4. *

In H. A. NICOLAI diſputatione qua *obſervationes ſelectæ* continentur, Arg. 1725. edita reperitur etiam hydroceles hiſtoria, & articulationis analogæ, &c.

URBAN ELFVVING *de vulnere lethali ventriculi*, Abo 1725. diſputatio.

In *Trivultino diario* hujus anni deſcribitur calculorum in uretere repertorum magnus numerus abſque iſchuria.

J. THOM. HENSING *de ulcere cacoetheo feliciter curato*, Gieſſ. 1725. diſputatio.

GOTTL. VVIPART LYSTHENII diſputatio *de aneuryſmatibus* 1725. In carotide externa exemplum habet.

JACOBUS DOUGLAS ſummus Anatomicus, in perficienda chirurgia magnum laborem poſuit, tum inveſtigando utilia veterum monumenta, tum in corporibus hominum in naturas morborum inquirendo, qui manu curantur. Et EJUS quidem *de herniis* opus, a

fratre

fratre promiſſum, quo continerentur figuræ ex utroque ſexu ad vivum delineatæ (in fine *lithot.* DOUGLASS.) quod multis præparationibus, ut vocant, illuſtraverat, penitus interiit. EJUS *hiſtory of the lateral operation*, Londin. 1726. 8. prodiit & cum titulo *hiſtoria lateralis operationis*, Leidæ 1729. 4. recuſa eſt. Magno hic cum judicio compilavit, quæ JOHANNES MERY, MARTINUS LISTER, D. BUSSIERE, B. S. ALBINUS & alii de F. JACOBI & J. J. RAUII ſecandi methodo reliquerant, cum quibuſdam D. BAMBER & CHESELDENII emendationibus. Per levatorem ani veſicæ corpus incidi vult DOUGLASSIUS, urethra intacta. EJUSD. *appendix to the hiſtory of the lateral operation y or of the ſtone* prodiit Lond. 1731. 4. & Leidæ 1733. 4. Latine recuſa eſt, cum titulo *appendix hiſtoriæ ſectionis lateralis ſeu cyſtotomia* CHESELDIANA: vertit PANAIOTA CONDOIDI DOUGLASSIUS ſumma cum cura deſcribit inſtrumenta CHESELDENII, tum menſuris expreſſis tum ponderibus, ſcalpellum anguſtum, & reliqua; deinde operationem per ſingulas ejus partes, & iter ſecantis cultri, catalogum partium quæ inciduntur. Eam, uti MORANDUS, reliquis præfert. In *præfatione* auctor verſionis antiquitates lithotomiæ ſequitur, ARETÆUM excitat, qui cervicem veſicæ ſecare juſſerit, CELSUM & PAULUM, qui propius ad lateralem ſectionem inclinaverit. Infauſtos ſucceſſus lithotomorum Pariſinor. ex tabulis publicis recenſet.

M. ERNESTI ETTMULLER diſputatio *de ſecundinarum excluſione*, Lipſ. 1726. Progr. *de ulcere inteſtini extus patente ſanato* 1730. *de vulnere diaphragmatis* 1730. *de vulnere ventriculi* 1730. *de pragrandi pedis inflammatione* 1730. *de ſpaſmo veſicæ* 1732.

ROBERT HOUSTOUN *hiſtory of ruptures and rupture cures occaſiond' by a letter from a phyſician of Paris to one at London . . on a nevv never failing vvay of curing ruptures vvith a genuine receipt of the ſecret*, Londini 1726. 8. Imitabatur veteres, qui cauterio efficiebant cicatricem, quæ prolapſum inteſtini impediret, Germanus agyrta, & cauſtico potentiali ſimilem cicatricem excitabat. Is arcanum D. SHAVV, hic THOMÆ BOVVLES tradidit, inde habuit T. RENTON, cui, poſt felicem ſucceſſum, Rex GEORGIUS I. equeſtrem dignitatem, libras 5000., & annuam penſionem 500. Librarum pro arcano revelando dedit. Oſtendit auctor, vulgo notum fuiſſe, & dudum adhibitum. Nunc obſolevit. Reſpondit Libro, quem non vidi KATHARINA BOVVLES ſub titulo *an anſvver to a book entitled the hiſtory of the ruptures*, &c. Lond. 1726. 12. Contra HOUSTOUNIUM ſpernentem arcanum, & & contra LITTLETONIUM vendentem idem remedii genus vindicat ſe vidua THOMÆ BOVVLES.

JAN van VVYCK *verhandeling der beengezvvellen, vervattende de rachitis, pædarthrocace, exoſtoſis, anchiloſis en crepitus articulorum*, Roterodami 1726. 8. Theorias dat mo. borum, rachitidem ab aquæ abundantia, ſpinam ventoſam ab acido derivat, &c. Curationes pene medicas deſcribit, & minime ſufficientes in tantis morbis. EJ. Chirurgi *vyftig aanmerkingen der heel en geneeskonſt*, Roterod. 1730. 8. * EJ. *proeven der rcedelyken heelkonſt*, Roterod. 1732. 8. Examen breve chirurgicum pro tironibus cum adjecta anatome. EJ. *vvaarneeming rakende een fungus aan de hiel*, Roterod. 1741. 8. * EJ. *verhandeling der ſpier en peeſgezvvellen*, Roterod. 1747. 8. Primæ ſpeciei ſunt inflammationes vulgo notæ. Tumores tendinum frictione aperire ſuadet, reſiduum conſumere. Ganglia ab externa vi derivat, eaque mollientibus præparat, tunc pollice elidit. Contuſiones tendinum vapore ſpiritus vini excipit, & mercuriali emplaſtro. Curvum collum deſcribit, & rejicit reſectionem tendinis ſternomaſtoidei muſculi.

RENEAUME *de la* GARANNE Profeſſor Chirurgiæ in ſchola Medica Pariſina, hoc anno edidit ſermonem habitum cum prælectiones auſpicaretur, cum *theſi* de herniis. EJ. titulus eſt *Diſcours tenu à l'ouverture des écoles de Chirurgie avec une théſe paraphraſée, ſous le titre de traité des hernies*, Pariſ. 1726. 12. In *ſermone* medicinam commendat, merita facultatis Pariſinæ in chirurgicam artem laudat, Chirurgos carpit. In *Theſi* aliqua minus nota habet, ut methodum VVINSLOVVI reducendi herniam per proſtrationem in genua, & alias obſervationes. Encheireſin etiam tangit.

Mémoires pour les DD. Régens de la faculté contre la communauté des chirurgiens & le S. PETIT, Pariſ. 1726. 4. Demonſtrantur merita ordinis Medici in artem chirurgicam. Cum antiqui Chirurgi artem deſidia amiſiſſent, ordinem Medicum anno 1505. barbitonſores inter diſcipulos recepiſſe, & ita erudiviſſe oſtenditur, ut ipſis ceu ſolis uteretur civitas. An. 1660. Barbitonſores cum chirurgis in unum collegium unitum fuiſſe, omnia tamen jura Medicorum reſervata, & antiqua etiam privilegia an. 1725. edicto Regis confirmata eſſe docetur. Et

certe ex S. GOURMELENI præfatione adparet anno adhuc 1551. Senatum edixiſſe, ne quis *magiſter Chirurgiæ* fieret niſi a quatuor præſentibus medicis explorati profectus ejus eſſent, quam legem ratam eſſe juſſerunt *Status Regii*, cum Bleſii anno 1576. convenirent. IDEM chirurgos die 15. nov. in ſchola medica obſequium facultati ſpondere teſtis eſt. Ex GUIDONIS vero PATINI *Epiſtolis* adparet, 21. febr. 1669. adſertum eſſe in Senatu imperium Medicorum in Chirurgos, & deletum titulum *collegii chiriatricii*, & interdictum Chirurgis toga & pileo, & dicatam D. COSMÆ cathedram.

Le chirurgien médecin, Pariſ. 1726. 12. Vehemens ſcriptum eſſe legi, ſed ipſe non vidi.

JAN SERMES *lithotomia Douglaſſiana ofte een nieuvve vvyze of ſteen ſnyden opgeſtelt in een vertaaling van* J. DOUGLAS *en* VV. CHESELDEN: *benevens de gedagten van* L. HEISTER *over deeze vvyze, vvaarby eenige aanmerkingen over de vvyſen van ſteen ſnyden geoeffend door* J. DOUGLAS *en* RAU, *en een nieuvv manier van breuke te ſnyden*, Ultrajecti 1726. 4. Medicus & Chirurgus, operatoris vices Amſtelodami exercuerat ab anno 1715. & lithotomi Amſtelodamenſis ab anno 1720. Exercere cœpit anno 1723. apparatum altum, & poſt 11. felices operationes, cum in puero calculum extrahere non potuiſſet, ab officio remotus eſt. De ea lite fuſiſſime ſcribit. Libellos DOUGLASSII & CHESELDENII, hic latine redditos, jam citavi. Deinde ſua addit. Poſt repletionem veſicæ, SERMESIUS inciſionem faciebat in perinæo, & veſicam cathetere ſubibat, qui eam offerret cultro, per vulnus abdominis introducto. Eo cathetere peritonæum in eo puero infeliciter perforaverat. Hernias, ad imitationem vagabundi herniotomi, nomine *Franks*, ligato ſacco ſuadet ſanare.

DANIEL KOCH *de hernia crurali*, Heidelberg. 1726. Bona diſputatio, cum obſervatione herniæ a ruptione ortæ: herniæ cruralis in cadavere obſervatæ.

NIC. le TELLIER *quæſtio medica: Non ergo cuique gangrana ſolius chirurgiæ auxilium*, Reſp. BERNARDUS de JUSSIEU Pariſ. 1726.

Letter from a male phyſician to the female phyſician, Londin. 1726. 8. Inutilis cenſura libri D. MAUBRAY.

P. V. du BOIS *nouveau Traité des ſcrophules*, Pariſ. 1726. 12. Cibum infantum & pultes carpit. Secuta eſt *ſuite des maladies chroniques*, Pariſ. 1726. 12. 1733. 12. in qua morbi etiam oculorum tractantur.

G. FRID. de FRANKENAU in A. E. anno 1726. pro educendo calculo fundam HESSII Chirurgi inventam propoſuit.

J. J. DOEBEL *de cataracta natura & cura*, Londini Scanor. 1727. 4. *

J. D. SANTORINI *iſtoria d'un feto eſtratto delle parti deretane*, Venet. 1727. 4. Præter hiſtoriam fetus per anum extracti, poſt quem alter a matre conceptus fuerat, varia habet huc pertinentia, connatum inteſtinum ut fæcum tranſitus negaretur, rupti uteri tria exempla, alia.

NICOLAI PATUNA *relazione intorno al cadavere d'un feto da lui cavato dalla parte poſteriore*, Venet. 1727. 4. Minime malus libellus. Hiſtoriam deſcribit, quam SANTORINUS, ſed fuſius, cum ipſe oſſa prioris fetus per anum extraxerit, felice eventu, adfuerat autem aliquot diebus & medicinam fecerat SANTORINUS. Exempla congregat ſimilia PATUNA, & conjecturam proponit, fuiſſe fetum tubarium. Addit graviſſimæ hæmorrhagiæ uteri hiſtoriam, quam ſuſtulit extracto fetu. EJ. *Tract. dell' erpete*, Venet. 1729. 4. *

FRANÇOIS COLOT *Traité de l'opération de la taille avec des obſervations ſur la formation de la pierre & les ſuppreſſions d'urine*, Pariſ. 1727. 8. Ab ipſo LUDOVICO XI. ars ſecandi pro calculo extrahendo in familia COLOTORUM fuit, primamque illam perfecit GERMANUS COLOT. Seculo XVII. celebris ex ea gente fuit LAURENTIUS qui Gandavi ſecuerat (BLANCAARD *jaarregiſter Cent.* VI. n. 40.) Noſter ultimus ſuæ gentis, obſervationes hic dat ex immenſa praxi ſumtas. Altum & lateralem apparatum rejicit, ut qui magno adſueviſſet. Satis laudat interruptam operationem, quæ tempore demum ſuppurationis perficeretur. Iſchuriam ex paralyſi veſicæ, ex calculo inpacto aliiſque cauſis natam fuſe perſequitur. In *præfatione* anonymus medicus, quem fere pro CL. HUNAULD haberem, pro alto & laterali apparatu contra magnum dicit, neque chirurgis parcit.

JOHN MIDDLETON *ſhort eſſay on lithotomy as it is performed above the os pubis and a letter of* M. MACGILL *to* D. DOUGLAS Londin. 1727. 4. Totus Douglaſſianus, recenſet operationes alto apparatu factas a THORNHILLIO, quarum duæ fuerunt cum apertione peritonæi. Ad aliqua argumenta SAMUELIS PYE reſpondet, & apparatum altum defendit.

J. CA-

J. Casimiri Hertii diſputatio *de variis lithotomiæ adminiſtrandæ methodis & Ravianæ præſtantia*, Gieſſ. 1727. Viderat reſpondens Filgus ſecantem Rauium.

J. Sam. Carl *Elementa chirurgiæ medicæ ex mente & methodo Stahliana proflua* 1727. 8.

Wilhelm Henrich Proebisch *von der operation des ſteinſchneidens uber dem offe pubis*, Königsberg 1727. 4. Hiſtoria operationis quaſi re bene geſta per inciſum peritonæum factæ, unde gaſtroraphiam adhibere neceſſe fuit. Urina moleſtiam fecit, æger tamen ſanatus eſt.

J. Daniel Gohl Epiſtola *de ſpina ventoſa*, Hall. 1727. 4. Fuſa & cum obſervationibus. Ej. *einleitung zur praxi chirurgica*, Nurnberg 1736. 8. qua tumores, vulnera, ulcera, luxationes, fracturæ & quædam alia vulgatiora mala chirurgica deſcribuntur.

J. Bapt. du Bois & Boyer quæſtio medica: *Ergo fetus extra uterum genitus ſalva matre poteſt excludi*, Pariſ. 1727. 4. Hiſtoriæ partuum ventralium & fetuum per anum extractorum. Ej. *vulneris moderate ſuppurati rara curatio* 1734. Ej. *ergo curtæ nares ex brachio reficiendæ* 1742.

Christoph. Martin. Burchart *de tumoribus ſcirrhoſis*, Roſtoch. 1727. diſp. cum obſerv.

Rudolf Aug. Behrens *triga caſuum memorabilium medicorum*, Wolfenbüttel 1727. 4. Fracturæ femoris in Principe funeſtæ: & abſceſſus hepatis a vulnere capitis hiſtoria. R. A. B. (Behm Pl. ſed puto Behrens) *de imaginario quodam miraculo in gravi oculorum morbo* (epiphora ſebacea) *ejuſdemque ſpontanea atque fortuita ſanatione*, Brunſwic. 1734. 4. De curatione nobilis Hiſpani agit, quam Montgeronius inter miracula D. Paris receuſuerat, adlato etiam S. Yvesii teſtimonio.

Canuti Wigelii diſputatio *de cataracta*, Upſal. 1727. 4.

Gerh. Stoer *unterſuchung der frage ob es nötig und möglich ſey die praxin der Medicin Chirurgie und Apothekerkunſt in einer per ſon zu vereinigen*, Helmſt. 1727. 4. Contra Gölichii diſſertationem & contra unionem trium partium medicinæ.

Christoph. Ernest Conqu, *de hydrope lapſu curato*, Hall. 1727. 4.

Salvator Morand, eruditus anatomicus & Chirurgus Pariſinus, inclaruit inprimis arte ſecandi veſicam & educendi calculum. Ejus *Traité de la taille du haut appareil avec une diſſertation de M. Morand & une lettre de Winslow ſur la même matière*, Pariſ. 1728. 8. prodiit. Anglice verſa eſt Lond. 1729. 8. a J. Douglas, adjectis ſexaginta hiſtoriis hominum apparatu alto ſanatorum. Initium continet obſervationes ab aliis peractas, & hiſtoriam operationis: inde ſequuntur duæ operationes a Morando inſtitutæ, quarum altera felix fuit, & demonſtratio utilitatis apparatus alti, & reſponſio ad objectiones. Winslowus præter anatomica varia etiam commoda boni ſitus demonſtrat capite non erecto. Ej. *éloge de M. Marechal*, Pariſ. 1737. 4. Ejusd. *réfutation d'un paſſage du traité des opérations de Sharp*, Pariſ. 1739. 12. Morandus perceptis incommodis alti apparatus, Londinum ſe contulerat, & meliorem methodum didicerat a Cheseldenio. Cum autem varii eo apparatu uterentur, neque feliciter omnes, narratum eſt in Anglia, publica lege Pariſiis hanc methodum eſſe profcriptam. Eam famam refutat hic Morandus. Ej. *diſcours pour prouver qu'il eſt néceſſaire à un Chirurgien d'être lettré*, Pariſ. 1743. 4. Chirurgo neceſſariam eſſe cognitionem Phyſices, Logices, Chemiæ, & omnis fere ambitus medicinæ, neque ſolo manus exercitio veros Chirurgos fieri, oſtendit, addictus cauſæ Chirurgorum, ut tamen a modeſtia non recedat.

In *Trivultinis* hujus anni Jul. M. Medicus Helvetus nomine Walthier deſcripſit hiſtoriam diſſecti apud Santorinum oculi, in quo membrana vera fuerit, cum lens ſana eſſet.

In *Actis Monſpelienſibus* D. Lamorier mortem ex fiſtuloſo tumore inteſtinorum deſcripſit.

Le Moine & Boyer *non ergo eſpectanda cataractæ maturatio*, Pariſ. 1728. poſſe enim adnaſci lentem uveæ, vel indurari, vel in lacteam naturam conputreſcere. Millepedes in recente malo laudat.

Christ. Ernest Clauder *mirabilis calculi humani hiſtoria*, Chemniz 1728. 4. Calculi nempe in ſcroto reperti hiſtoriam dat, & de laryngotomia in ſubmerſis agit.

J. Frider. Becker *de fiſtulis urethræ virilis*, Hall. 1728. 4.

Pierre Fauchart *chirurgien dentiſte ou Traité des dents*, Pariſ. 1721. 8. & 1746. 12. vol. 2. germanice Berolin. 1733. 8. Dentes, eorum morbos, curationem, inſtrumenta, encheireſes fuſiſſime deſcribit, ex longa experientia, & plurima obſervatione. In poſteriori editione adjectus eſt tractatus de ſymptomatibus infantum dentientium, & Bunonum qui

nimis vulgarem fecerat dentium a morbis acutis læſionem FAUCHARDUS paſſim refutat. Deinde novam operationem ſuadet, perforationem nempe dentis ad ulcus internum. Dentes, etiam primos evellere diſſuadet contra eundem dentarium medicum. Machinam deſcribit, qua defectum reſarſit omnium dentium labii ſuperioris. Pleniſſimus mihi videtur liber eorum qui de morbis dentium exſtant.

Ordnung des hebammen meiſters und ſämtlichen hebammen der ſtadt Straſburg ibid. 1728. fol. Exemplum optimi inſtituti pro erudiendis obſtetricibus, quæ jubentur apud proprium pro ipſis conſtitutum Profeſſorem artem diſcere, & ſectionibus corporum adeſſe, partum vetantur præcipitare, &c.

LUD. FRANC. MANNE *obſervation de chirurgie au ſujet d'un playe à la tête*, Avignon 1729. 8. Hiſtoria hominis, qui longo tempore bene ſe habuit, cum in cerebro partes oſſis depreſſi laterent.

JOACH. PARIS *della litotomia* Palermo 1729. 8. * Habere inſtrumenta a vulgaribus diverſa lego.

AUBREY *ſed ſurgeon*, London 1729. 12. *

In CL. SCHODERI diſputatione *de ingreſſu inteſtinorum*, Altdorfii 1729. defenſa, hernia deſcribitur, in qua appendicula vermicularis ad ſaccum adnata, & una in inferiorem partem inteſtini ſuperior ingreſſa erat.

BENEDICTI DUDDELL *Tract. of the diſeaſes of the horny coat in the eyes*, Londin. 1729. 8. Diſcipulus VVOOLHOUSII, ſcarificationem frequentiſſime adhibet; vetat radere corneæ cicatrices: Cataractam in lente ponit, & deſcriptionem dat ſatis obſcuram & miſtam, cum multo tamen experimento: non ignorat capſulæ opacitatem, vel ſolam vel cum lentis opacitate conjunctam. EJUSD. *ſupplement of the treatiſe of the diſeaſes of the horny coat of the eyes*, Lond. 1636. 8. * EJUSD. *appendice to the treatiſe of the diſeaſes of the horny coat of the eyes*, Lond. 1738. 8. *

BENEDICTUS DUDDELL in *appendice* citata nullo omnino ordine varia percurrit: de ſacco lacrumali, adhæſione palpebræ ad oculum; CHESELDENII inciſione iridis, quam vehementer carpit; de adhæſione cataractæ, opacitate vitrei, imaginibus perpetuis, quæ ſint bullæ in arachnoidea membrana; lentis emollitæ extractione per corneæ vulnus, tumore arachnoideæ, unde objecta majora appareant, fiſtula ani. *Supplementum* citatum etiam fere TAYLORO opponitur, qui male & infeliciter operatus ſit. In eo DUDDELLIUS carpit ejus lanceolæ uſum in ſclerotica incidenda. Pro retina adfert hiſtorias boni viſus, cum choroidea vitiata eſſet. Hiſtorias narrat hippi, iridis rubræ in puero, laudat ſcarificationem oculi in amauroſeos principio.

In *Trivultinis* anno 1729. habentur MORASCHII & aliorum obſervationes, qui cataractam in oculo viderant, cum lens ſana eſſet.

MAURIT. HENRIC. HENRICI *de cataracta*, Hall. 1729. diſp.

C. G. STENZEL *de ſteatomatibus & tumoribus cyſticis*, VVittemberg. 1729. 4. diſputatio. EJ. *de cantharidum & ſimilium medicamentorum ad calculum efficacia* 1741. EJ. *de externo cantharidum uſu* 1745. & aliæ exſtant diſputationes.

C. G. STENZEL adde diſp. *de cantharidibus auctoribus proſperæ & adverſæ valetudinis*, VVittemberg. 1740. 4.

ADAM. JOSEPH. GERNECK *vindiciæ artis chirurgicæ*, Vienn. 1729. 4. *

HENRICUS FRANCISCUS LE DRAN noſter olim hoſpes ingenio & judicio magis, quam ſubtili anatome, aut eruditione viget, & plurima in arte experientia eminet. EJ. *parallèle de la taille*, Pariſ. 1730. 8. prodiit, experimenta vero ad eum librum pertinentia in cadaveribus & in vivis ægris facta ipſe vidi. Egregius liber brevis eſt & nitidus, icones delineatæ a Medico STANISLAI R. nomine RENNO. Apparatus varios comparat, parvum rejicit, magnum corrigit inciſione in collum veſicæ protracta, Rauiano laterali palmam dat, alto iniquior. Germanice exſtat *vergleichung der mancherley manieren den ſtein aus der blaſe zu ziehen*, Berlin 1737. 8. & Anglice, Londin. 1738. 8 EJUSD. *obſervations de chirurgie avec des réflexions*, Pariſ. 1731. 12. vol. 2. Obſervatione 115. pleræque propriæ, aliquæ communicatæ, multæ graviſſimorum morborum, in quibus ſimplicia auxilia plerumque feliciter adhibuit, neque infauſtos ſucceſſus diſſimulavit, & pereuntium ſectiones adjecit. De herniis multa habet, ad quarum curationem, quando incarceratæ ſunt, novum inſtrumentum deſcripſit. Multas obſervationes & monita & deliberationes de utilitate hujus alteriuſve curationis ſuaſque rationes adjecit. Germanice prodierunt *chirurgiſche anmerkungen*,

kungen, Norimberg. 1738. 8. & Anglice 1739. 8. EJ. *réflexions ſur les playes d'armes a feu*, Pariſ. 1737. 12. Amſtelod. 1745. 12. Breviter & practice & gnaris ſcriptus liber. In operationibus non timidus, trepani, & inciſionum cordatus ſuaſor. Germanice verſus eſt cum titulo *Abh. von der cur derer ſchuſſvvunden* Norimberg. 1740. 8. EJ. *Traité des opérations de chirurgie*, Pariſ. 1742. 12. Bruxell. 1745. 8. Egregius iterum labor, quo in ſingulis obſervationibus abſque novitatis affectatione novi tamen habetur aliquid & accurata methodi expoſitio; ad magnum apparatum paulum perfectiorem, variis tentatis, rediit. Amputationis cum retentis ſegminibus duobus inventum deſcribit. In humeri articulo brachium amputavit, quod S. MORANDI inventum eſt. (de VAUX *ind. funer.* p. 611.) vel LE DRANII patris, huic etiam filius tribuit. Non omnes operationes habet. Anglice verſus eſt a GATAKERO cum additamentis CHESELDENII, Londin. 1749. 8.

Additamenta que diximus CHESELDENIUM dediſſe ad anglicam verſionem HENRICI FRANC. LE DRAN *Traité des operations de chirurgie*, icones ſunt novorum quorundam inſtrumentorum, tum monita de nonnullis operationibus, aneuryſmate, calculi extractione, fiſtulis, herniis, &c. quibus ſimpliciores plerumque modi operandi docentur.

J. BUBBE *nachricht vvas von dem blutlaſſen überhaupt inſonderheit von der ader und pulſader eröfnung ingl. dem ſchrepfen und anlegen der blutegel zu halten ſey*, Gotha 1729. 8. *

JOHANNIS THEODORI ELLER *medicíniſche und chirurgiſche obſervationen an dem Beroliniſchen hoſpital der charité*, Berolini 1730. 8. excuſæ, optimæ notæ ſunt, maxime ad calculi ſectionem hypogaſtricam, ad cancrum ejuſque naturam & curationem, ad ani fiſtulam, nixus nimii noxas, &c. IDEM in *Mémoire de l'Acad. des ſciences de Berlin* 1746. dedit diſſertationem *de gangulis*, effuſa nempe in celluloſam tendinis gelatina.

FRANCISCI MARESCOTTI *relatio mirabilis operationis in tumore carcinomatoſo linguæ*, Bonon. 1730. 4. * Italice.

Parere del P. PAOLI Luccæ 1730. Contra BENEVOLUM. EJ. *riſpoſta ſopra alcune accuſe dategli in un certo manifeſto del* S. ANT. BENEVOLI, Lucca 1731. 4. Ea ſcripta ſunt, quorum refutationem recenſui cum operibus BENEVOLI.

CHRISTOPHORI HENRICI KEIL *chirurgiſches handbüchlein*, Lipſ. 1747. 8. & alias editum. Pro tironibus.

J. CASP. SCHOBINGER egregia diſputatio *de fiſtula lacrymali*, Baſil. 1730.

In VALISNERII operibus, Tomo inprimis III. varia huc pertinentia habentur, ad morſum viperæ, hydrocephalum, calculos varios etiam circa acum natos, ſcorpii ictum, tarantulas.

JOH. CASPART *de exoſtoſi cranii* Argentor. 1730. 8. Magna & funeſta exoſtoſis cranii a morbo venereo.

J. D. EHRHARDT BRUNNER *de partu præternaturali ob ſitum placentæ ſuper orificium internum uteri*, Argentor. 1730.

CAMILLI FALCONET theſis: *Ergo educendo calculo præferendus apparatus lateralis*, Pariſ. 1730. 11. Maj. recuſa anno 1744. nam primam editionem non habeo. Crudelitatem magni apparatus oſtendit, non ab anguſtia ſolum ſphincteris, ſed a conſtrictione convulſiva quæ ab ea encheireſi abeſſe nequit. Præfert lateralem, in latere ſiniſtro exercitum apparatum, cum in eo fere ſemper latere veſicæ appendices ſint. Eruditam habet hiſtoriam lithotomiæ.

J. ADAMI KULMUS *de tendine achillis diſrupto & arteriis in oſſeam ſubſtantiam degeneratis*, Gedan. 1730. memorabilis obſervatio. EJ. *hiſtoria calculi apparatu alto inciſi* exſtat in A. ER. 1732. EJ. eſt diſputatio *de exoſtoſi ſteatomato de clavicula ejuſque felici ſectione* 1732. 4. & EJ. diſputatio *de uteri delapſu, ſuppreſſionis urinæ & mortis cauſa* 1732.

In *ſecundo* Tomo collectionis HECQUETIANÆ (*de la digeſtion & des maladies de l'eſtomac.*) Pariſiis 1730. 2. vol. 12. editæ exſtat L. V. *ſur les maladies des yeux* in PETITUM. EJUSDEM *Chirurgie* cum *Médicine & Pharmacie des pauvres* prodiit Pariſ. 1740. 12. EJUSDEM *le brigandage de la chirurgie ou la Médicine opprimée par le brigandage de la Chirurgie*, Utrecht 1738. 8. *

In FRANCISCI QUESNAI *obſervations ſur les effets de la ſaignée avec des remarques critiques ſur le Traité.. de* M. SYLVA Pariſ. 1730. 12. practicas quidem inprimis utilitates venæ ſectionis perpendit, ipſam tamen encheireſin, contuſionem & alia chirurgica non penitus omiſit, IDEM varios nuper chirurgicos libellos edidit *de la gangrène*; Pariſ. 1749. 12. quos nondum legi,

legi, & *Traité de la ſuppuration* ibid. 1749. 12. plenum omnino opus, quo mechaniſmus mali & medicamenta per claſſes diſtributa fuſe exponuntur. Negat ubique ab inflammatione naſci ſuppurationem. Pus in ipſis arteriis generari adfirmat. Exitum inflammationum *per deliteſcentiam* fuſe deſcribit. Defendit repellentia, & ſuppurantia non valde probat. Puris traſſudationem obſervat. Turundas defendit. Salis ammoniaci externe adhibiti vim in contuſionibus laudat. Negat a reſorbto pure poſt abſceſſus cerebri ſequi hepatis abſceſſus, &c.

FRANCISCUS QUESNAY hoc loco recenſus in *Traité de la gangrène*, Parif. 1749. 8. frigidam a ſicca, & in utraque varias ſpecies ſollicite diſtinguit, curationes ex theoria opponit, collatis aliis CL. virorum obſervationibus. Inciſiones in contuſionibus, ſtupore partium rejicit, & amputationem in gangræna, niſi ea jam moram egerit, ipſa.

HENDRIK UYLHOORN *noodig denkbeeld van ſpina bifida aan* H. A. TITSING, Amſtelodami 1732. 8. Lector in chirurgorum ſchola, ſpinam bifidam deſcribit & deducit a flexione vehementi ſpinæ, quando fetus caput deorſum vertere, ſeque dare præcipitiem prohibetur. Inciſionem rejicit, ut oportebat, & curationem palliativam commendat. Ad hunc tractatum forte ob nonnulla UYLHOORNII verba, quibus Amſtelodamenſes & academica ſtudia ſpreviſſe videbatur, acriter reſpondit ABRAHAMUS TITSING, collegii chirurgici decanus, in libello *heelkundige verhandeling over de tegennatuurlyke ſplyting der ruggegraat*, Amſtelod. 1732. 8. A flexione vertebrarum nimis naturali, nihil mali ſequi oſtendit, cauſamque veram ſpinæ bifidæ ponit in hydrocephalo, aut nævo ex materno terrore nato, aut denique in externæ alicujus injuriæ effectum. Delabitur ſub finem ad litigia, & chirurgiam elevat, medicinæ, quam adverſarius ſpreviſſe videbatur, faventior. Paſſim obſervationes ſuas & aliorum profert. Acerbe reſpondit UYLHOORN in *tweede vertoog over de ſpina bifida tot tegenantwoord aan* A. T. Amſtelod. 1133. 8. Ignorantiam TITSINGIO reprobat, & errores & timiditatem in operationibus; vim imaginationis maternæ refutat, modum, quo ab inflexione ſpinæ hoc malum naſcitur, pluribus explicat, paralyſin inde pedeſque incurvos plerumque oriri obſervat. Infenſus æmulo, medicinam ipſam adgreditur & juniorem minuſque nobilem chirurgia eſſe contendit. Pariſiis educatus fuerat. IDEM HEISTERI inſtitutiones chirurgicas belgice vertit, & ita auxit, ut J. D. SCHLICHTINGII (minime in chirurgos blandi) plenum elogium meruerit. Amſtelod. 1741. 4. Nuper obiit.

De HENDRIK UYLHOORN adhuc notamus, eum inprimis in inveniendis aut perficiendis inſtrumentis ingenioſum fuiſſe.

ABRAHAMI vero TITSING, acris ingenii hominis, aliqua alia ſcripta ſunt. EJUS *heelkondige verhandelingen over de ſteen & ſteenſynden van* F. JAQUES *uytgevonden*, *van* RAU *beſchaaft*, *en door* J. DENYS *verdonkert*, Amſtelod. 1731. 8. Acre ſatis in DENYSIUM ſcriptum, in gratiam UYLHOORNII, tunc adhuc amici, & JOHANNIS SERMEE ſcriptum. Demonſtrat DENYSIUM artificium RAUII non aperuiſſe, & a muſis alienum hominem eſſe; multa etiam ad hiſtoriam lithotomiæ adfert, qualis in Belgio exercetur. Mala veſicæ & hiſtorias varias adjicit. EJUS *verdonkerde heelkonſt der Amſterdamers* prodiit Amſtelodami 1735. 4. invidioſo titulo præfixo tædioſa quadam literarum varietate ingratum. Vulnerum, ulcerum, abſceſſuum, fracturarum & luxationum curationem tradit, cum plurimis obſervationibus. Ita fiſſuram tibiæ frequenter invenit. Gangrænam in itinere Spizbergico a frigore natam ſæpe vidit, in claſſe enim, deinde Amſtelodami multis annis chirurgiam exercuit. Sed vaſtum opus hic excerpi nequit. EJ. *diana ontdeckende de dwaasheit der vroedmeeſteren*, Amſtelod. 1750. 4. editum nondum vidi. Nimis fere ubique acerbus eſt, hinc in perpetuis inimicitiis vitam terit.

Notus mihi fuit olim JACOBUS DENYS chirurgus, lithotomus & obſtetricator, qui magnas divitias arte ſua acquiſivit. EJUS ſunt *obſervationes chirurgicæ de calculo renum, veſicæ, urethræ, lithotomia, veſicæ punctura*, in quibus *probat Rauianam methodum tutiſſimam eſſe*, Leid. 1731. 8. Ordinem deſideres, encheireſin & deſcriptionem operationis, cæterum opus experimentis pleniſſimum eſt. Oſtendit fallacia eſſe ſigna, & multas hiſtorias narrat, in quibus calculus adfuit nemini exſpectatus, vel contra nullus repertus eſt, cum adeſſe firmiſſime crederetur. Plurima de calculi latentis natura ſigna profert. Altum apparatum fuſe refutat, adfirmat myſterium Rauianæ operationis ſibi ſoli notum eſſe. Caſus

ſus funeſtos nullos ſibi accedere gaudet, calculos adhærentes, nimis magnos, nimis parvos, ramoſos jubet deferere. Pauca de punctione veſicæ addit, ad quam fiſtulam ſuadet in fine tribus oculis apertam. EJUSDEM *verhandelingen over het ampt der Vroedmeeſters en Vroedvrouvven met aanmerkingen derſelven konſt rakende*, Leid. 1733. 4. Liber certe minus notus, quam oportebat, (cum v. g. deſit in bibliotheca PLATNERI) qui inter ſui ſimiles mihi potius excellere videtur, ob candorem, laudabilem patientiam in accuratiſſima recenſione hiſtoriarum & encheireſeon, ob copiam utilium obſervationum, ob theoriæ inutilis abſentiam, ob pleniſſimam molarum hiſtoriam, ob partus monſtroſos, hæmorrhagias, ſitus perverſos uteri accurate deſcriptos, manus auxilia vera & practica & etiam LAMOTTIANIS faciliora, niſi quod laqueo utatur ad educendos debilium puerorum pedes. Caput digito perforat; quoties educere oportet.

JOHANNES DE GORTER ex præcipuis BOERHAAVII diſcipulis, Profeſſor Hardervicenus ediderat jam anno 1731. 8. belgice *de gezuyverte Heelkonſt*. Eam, rejectis iconibus, reformatam cum nomine *Chirurgia repurgata* latine edidit Leidæ 1742. 4. Florentiæ etiam recuſam 1743. 4. Multa phyſiologica habet, chirurgiam medicam inprimis proponit, omiſſis encheireſibus difficilioribus, ad educendum fetum, vel calculum, & ad calcem formulas adjicit. EJUSDEM *kort vertoog hoe en vvar de ſtuytband der kraamvrouvven moet gelegt vvorden*, Amſtelod. 1744. Vulgarem modum, quo adſtringunt abdomen puerperarum, nocere oſtendit, & ſanguinis iter ſupprimere. Ipſe ſuffulcire unice vinculo ſuadet, ut uteri vis contractilis adjuvetur, lochia expellantur, ſiſtatur hæmorrhagia, placenta retenta abſque operatione expellatur. Utitur mantili, quo totum abdomen circumdatur, id poſt aliquot horas, quando ſponte laxatum eſt, adſtringi jubet, in macilentis pulvinis explet cavitatem ilium. Ad menſes nimios laudat idem vinculum circa oſſa coxæ & per natium intervallum firmatum.

Hoc annus *primus Tomus Commentariorum Acad. Bononienſis* prodiit, alter anno 1746. In priori F. J. LEPROTTUS de aneuryſmatibus plenum tractatum dedit, & de iiſdem egit MICHELOTTUS. In hoc altero imprimis multa egregia chirurgica ſunt. P. PAULUS MOLINELLUS agit de vitiis viarum lacrumalium, & naturalem canalem ſuadet aperiri. Cortex peruvianus ad gangrænas exhibitus incerto fuit auxilio. Vulnera tendinis abſque ſutura ſanata recenſentur. Calculis plenus ſaccus ex ano feliciter eductus eſt. JOSEPHUS VERATTI in veſicatoriorum naturam inquiſivit.

Multa etiam bona chirurgica habentur in C. J. TREVVII *Commercio Literario Norico*, & in GOTTLIEB BUDAEI *miſcellaneis medico-chirurgico-practicis* quæ Gorlizii annis 1731. & ſeqq. in 4. prodierunt, & in *Academiæ Biterienſis monumentis*, ut anno 1731. ad aneuryſma ſpurium: anno 1735. ad reſectionem uvulæ gangrænoſæ, ad vulnus ſinus frontalis.

MART. GUIL. SCHVVENKE *de operatione inguinali*, Leid. 1731. 4. *

J. GEORG. MAURER *vademecum chirurgicum*, Schafhuſæ 1731. 8. * PL. qui Liber F. & Lipſiæ 1737. 8. recuſus eſt, cum titulo *gründliche enleitung zur chirurgie*.

JAC. MICH. KORNMANN *höchſtnöthiger unterricht von der geburt des menſchen*, Erfurt 1731. 8. Nempe ars obſtetricia.

Spagiriſche chirurgie, Schneeberg 1731. 8. 1742. 8.

AGRICOLÆ forte opus eſſe ſuſpicor, quod citatum hoc loco eſt ſub nomine *ſpagiriſche chirurgia*.

HUG. GOURAIGNE *de tumoribus humoralibus in genere*, Monſpel. 1731. *de tumoribus humoralibus ſimplicibus*, ibid. 1733. *de tumoribus tunicatis* 1733.

IN SCHVVENKII *hæmatologia* appendix eſt, in qua obſervatio exſtat luxationis femoris.

EJ. *ſchets van de heelmiddelen en haar uytvverking*, Hag. 1745. non vidi.

JOH. TIMM *einiger Engelländer und Frantzoſen anmerkungen über den ſteinſchnitt nach dem Engliſchen apparatu*, Brem. 1731. 8. MORANDIANI operis excerptum eſt, & PLATNERI in A. ERUDITORUM publicata nova inſtrumenta repetit. Inter EJUS *anmerkungen in eröfnungen von körpern*, Brem. 1735. 8. habentur etiam vulnerum funeſtorum hiſtoriæ, ſpinæ venoſæ, aneuryſmatis. IDEM anno 1731. vertit & Bremæ in 8. edidit ANTONII librum *de morbis oculorum von den augenkrankheiten*, cum ANELLI methodo curandi fiſtulas, VVOOLHOUSII ad PALFYNUM epiſtola, & nonnullis PALFYNI de cataracta obſervationibus.

J. HEN-

J. Henrici Cohausen *Lucina* Ruyschiana, Amſtelod. 1731. 8. etiam oſtendit non ſufficere muſculum uteri ad expellendam placentam, neque exſpectationem hic locum habere.

Acta Societatis Edimburgenſis plurima eximia ad chirurgiam pertinentia continent, & obſervationes ſolitarias, & integros tractatus Monroi in T. II. (& IV.) de aneuryſmate, ſcirrho lethali oeſophagi; in T. III. de vitiis canalium ſalivalium, de forcipe anglico; in T. IV. de amputatione: in T. V. de herniis & hydrocele, & carie. In T. III. & IV. D. Porterfields tractatus de morbis oculorum. In T. V. Roberti VVhytte experimenta cum lithontriptico Stephaniano adfini inſtituta, nempe cum aqua calcis, qua feliciter lapidem diſſolvit. Nova inſtrumenta chirurgica T. V. n. 41. deſcribuntur, &c.

J. Mauricii Auerbach *de procidentia ani* bona diſſertatio, Erfurt. 1732. 4.

J. Petri Divoux *de hernia veſicæ urinariæ*, Argent. 1732. quæ etiam inter Salzmannianas cenſa eſt.

J. Friderici Bauer *de ſcarificatione certo remedio podagrico*, Lipſ. 1732. diſputatio.

Otto Just. VVreden *anvveiſung zur Chirurgiſchen praxi in vvelcher die vvunden abgehandelt vverden nebſt einen anhang von den eigenſchaften eines rechtſchaffenen chirurgi*, Hanoveræ 1732. 8. * Ej. *kurtzer unterricht von chirurgiſchen feldkaſten*, Hanoveræ 1743. 8. * Olim amici noſtri opuſcula.

J. Jac. Scheuchzer *beſchreibung von den fligenden zungenkrebs*, Tigur. 1732. Maligni ulceris linguæ hiſtoria, quod in bubulo genere graſſatum eſt, cum inſtrumento, quo feliciter radebatur, icone & progreſſus mali diario.

John Douglas *ſhort account of mortifications and of the ſurprizing effect of the barck*, Lond. 1732. 8. Novi tunc inventi hiſtoria. Ejusd. *on the ſtate of midvvifry in London*, ibid. 1736. 8. Invectiva in Chapmannum & Chamberlaynium, quem infelicem cum ſuo arcano fuiſſe objicit. Obſtetrices tuetur, & operi ſufficere contendit. Noſocomium pro puerperis condi ſuadet.

G. Smith *inſtitutiones chirurgica or principles of ſurgery*, Londin. 1732. 8. Pharmacopœa potius eſt ſeu materia medica chirurgica, ſecundum claſſes medicamentorum diſpoſita, ut encheireſes breviter & quaſi obiter tetigerit.

J. B. VVinslovv theſis: *Non ergo poteſt anatomes parum gnarus funeſtos errores evitare*, Pariſ. 1732. Hiſtoriam habet, in qua chirurgi in æſtimanda æqualitate femorum erraverunt. Juſſit VVinslovv comparare ſitum utriuſque coxendicis, ne alter retineretur ſuperius, dum alter trahentem chirurgum ſequeretur.

Ej. *Non ergo ad ſervandum præ fetu matrem obſtetricium hamatile minus anceps & æque inſons quam ad ſervandum cum matre fetum ſectio cæſarea*, Pariſ. 1744. Rejicit uncos, & recenſet felicem eventum ſectionis cæſareæ.

In *Actis Monſpelienſibus* hujus anni Lamorier aquæ uſum in ulceribus & inflammationibus laudavit.

Nicolai Andry *An in luxatione humeri ambe potius quam ſcala, janua, polyſpaſtos*; Pariſ. 1732. diſputatio. Contra Petitun, amben laudat, etſi fateatur nocere in luxatione ſub alam. Contra Petiti machinam contundere inſigniter, &c. objicit, &c. Huc etiam refero Ejusdem *orthopedie ou l'art de prévenir & de corriger dans les enfans les difformités du corps par des moyens a la portée des peres & des meres*, 2. vol. 12. 1741. Bruxell. 1743. 8. Germanice Berolin. 1744. 8. Difformitates corporis univerſi valde minute proſequitur, ut in unguibus exemplum eſt, & omnia conſiderat, quæ rectum corporis habitum vitiare poſſunt, ne ſellæ quidem figura excepta. Conſilia dat diætetica, aut vincula aliqua, aut machinas, aut artificia, uti v. g. collum obliquum determinata in alteram partem colli verſione ſanet. In nonnullis ſuperſtitioſior videtur, ut in panno quatuor colorum ad ſtrumas calcinato. Gibbum derivat a tenſione nimia muſculorum abdominis, &c. Ejusdem eſt libellus *Cleon à Eudoxe, touchant la prééminence de la médicine ſur la chirurgie*, Pariſ. 1738. 12. 1739. 12. * Jam Aristotelis tempore medicos architectorum ſimiles fuiſſe oſtendit, qui chirurgis, ut operis, imperarent. Ipſos chirurgos togatos (*de Robe longue*) medicis ſubjectos fuiſſe, iiſque tonſores fuiſſe ſubſtitutos, cum officio minus bene defungerentur, recte docet. Ad hunc libellum anno 1738. 4. reſpondit pſeudonymus Nic. *des* Rosiers in *réponſe à l'écrit intitulé* Cleon *&* Eudoxe *par* Nic. *des* Rosiers.

Nic.

NIC. LEMERY & J. B. CHOMEL *Ergo in partu difficili manu potius quam inſtrumento utendum*, Pariſ. 1732. theſ.

RAYM. JAC. FINOT & POUSSE *Ergo rumorum externorum ſuppuratio reſolutioni præferenda*, Pariſ. 1732.

JACOB TOURNEAU & BARFEKNECHT *Ergo noxiæ vulneribus turundæ*, Pariſ. 1732.

J. GODOFR. MEYFELD *hiſtoria partus difficilis ex ſpaſtica ſtrictura uteri circa placentam*, Altdorf. 1732. diſputatio.

J. VVILHELL KHINDL *inſtitutiones chirurgicæ oder kurze jedoch gründliche anleitung zur vvundarzney*, Augſpurg. 1732. 12. *

CORNELII GLADBACH *inſtrumenta in partu non niſi in ſumma neceſſitate in auxilium vocanda eſſe*, Leid. 1732. Pro capite incidendo laudat ſcalpellum in ſulco occultatum (*biſtouri caché.*)

In D. MARTIN tractatu de venæſectione alibi citato de aneuryſmate ex male ſecta vena orto agitur.

JOHN. RUSHVVORTH *propoſals for the improvement of ſurgery*, Londin. 1732. 8. Data eſt anno 1725. & continet prima experimenta de utilitate corticis chinæ in gangræna. Aquas etiam aliquas fontanas in cancro commendat.

J. HOOGVLIET *konſt om vvonden te ſchouvven* inter forenſes libros citabo.

JOH. HENRICUS SCHULZE chirurgiam equidem raro exercuit, ad eam tamen, ut vir eruditiſſimus, paſſim lucem adfudit. Huc ergo diſputatio *de emphyſemate*, Hall. 1733. *de emplaſtrorum uſu & abuſu*, 1739. An *dentur medicamenta quæ calculum comminuant* 1734. & *de lithontriptico nuper in Anglia invento* 1739. germanice ſub titulo *abhandlung von der ſteincur*, recuſa Lipſ. 1740. 8. cum hiſtoria lithontripticorum. EJ. diſputatio *de procidentia uteri* cum delineatione machinæ & obſervationibus. *De luxatione femoris* 1738. *de lithiaſi ſiniſtro quam dextro reni magis infeſta* 1738. *de erroribus quibuſdam haud vulgaribus in medicina & chirurgia commonſtratis* 1742. *de auribus exulceratis* 1743. EJ. *chirurgia in uſum auditorum edita*, Hall. 1747. poſt mortem Cl. auctoris prodiit. Pentateuchon continet, cum medicamentaria inprimis curatione, abſque calculi ſectione aut aliis operationibus difficilioribus. Præmiſſa eſt hiſtoria chirurgiæ.

JOH. HENRICI SCHULZE diſp. etiam eſt *de oſſibus conferventibus*, & aliæ quas omittimus.

J. AUG. OEHM *expediter feld-chirurgus*, P. I. & II. Dreſd. 1733. 8. 1735. 8. In exercitu cæſareo in Ungaria chirurgiam exercuit, & præcipua enarrat, quæ curari debent a caſtrenſi chirurgo, medicamenta inprimis, quibus, & maxime arcanis ſuis addictior eſt, nimis etiam timidus in liganda arteria brachiali, unde gangrænam non recte metuit.

DANIEL GOTTLIEB SIGMUND BEHRENS *de vulnere cerebri non ſemper & abſolute lethali*, Francof. 1733. 4. Obſervationem habet, in qua cerebro impacta fuerunt fragmenta cranii, neque tamen eventus funeſtus fuit.

ÆGIDIUS CRATO KECK *de ectropio*, Tubing. 1733. diſputatio. Præſes J. ZELLERUS. Accedunt obſervationes de cataracta membranacea.

J. LEMBKEN & JOH. BIRGHOLTZ *de ulcere inteſtini recti ſcirrhoſo*, Gryphſvvald. 1733. diſputatio.

PATER du PUY *vermakelykheden omtrent de vryheit der heelkonſt*, Leid. 1733. 8. VINKIUS in Libro alibi citando ſcripſerat medicorum ſervos fuiſſe, qui manu curaverint. Contra PETRUS ex hiſtoria medicinæ demonſtrare ſuſcipit, antiquiſſimos medicos vel unice chirurgos fuiſſe, vel certe in manuum uſu majorem partem ſuæ artis poſuiſſe: deinde & clinicos medicos & chirurgos perinde in libera & in ſervili conditione reperiri, neque magis liberos clinicos. Satis ignarus homo, qui *cochliodem fabricam* vertat *lepelsvvyze*, cum a cochlea, non a cochleari vocem derivare oporteat.

J. STEPH CANZLER'S *unvorgreifliche information vvie die von denen jetzo graſſierenden vvütigen hunden gebiſſene perſonen zu tractieren*, Landshut (in Bavaria) 1733.

Kurtzer entvvurf vvas bey vorfallender vvuth der hunde zu beobachten, Monach. 1733. 3. Multa incerta & vana medicamenta.

J. THOMAS FETZER *de morſu canis rabidi*, Landshut 1733.

GERARD FITZGERALD *de tumoribus tunicatis*, Monſpel. 1733. 8.

J. H. FRANKEN *vier hoofd handgreepen der heelkonſt*, Amſtelod. 1733. 4

JOH. ATKINS *navy ſurgeon*, Lond. 1734. 8. 1742. 8.

VVILLIAM GIFFARD *caſes in midvvifry reviſd and publishdby* EDVVARD HODY D. Lond. 1734. 8. Laborioſi hominis, rotundi, cordati, opus poſthumum; qui ad detegendam fraudem partus cunicularii aliquid contulit. Caſus ſunt 225. ſimpliciter narrati, abſque fere corollariis. Infiniti ſunt ſimiles caſus inpacti capitis, quod ſua fere ſemper forcipe extrahebat auctor. Hæmorrhagias etiam a ſoluta aut retenta placenta valde multas recenſet. Partum tubarium, & partum veſicularium ex retenta placenta vidit.

Idee des principes de la chirurgie avec un traité de la ſaignée, par CLAUDE DUBAN, Dreſd. 1734. 8. PL. *

J. HENR. KRONAUER *de tumore genitalium poſt partum ſanguineo*, Baſil. 1734. 4. *

BERNARDI (& JOS.) de JUSSIEU *an a ligatura polypi narium tutior curatio*, Pariſ. 1734.

GUIL. JOS. de L'ESPINE & COCHON du PUY *ergo poſt gravem ab ictu vel caſu violento capitis contuſionem etiam mediocriter ſuſpecta cranii fractura vel fiſſura cutis una cum pericranio ad os uſque incidenda*, Pariſ. 1734. theſ.

LUDOV. HIERON. COSNIER & HENR. GAYOT *Ergo inter apoſtemata pauca ſunt ferro aperienda*, Pariſ. 1734. Chirurgos, qui vel immaturos abſceſſus aperiunt, vel præter neceſſitatem, accuſat.

J. BAPTISTA BOYER & J. F. VAN DER MONE *Ergo fiſtulæ ani ſectio chirurgica*, Pariſ. 1734. theſ.

DAVID VASSE & J. DE DIEST *Ergo hæmorrhagia ex dentium evulſione chirurgi injuria lethalis*, Pariſ. 1734.

THOMÆ RENATI GASNIER & BELLOT *Ergo in artuum exciſione tutius a ligatura quam ab alia conpreſſionis ſpecie ſanguis ſiſtitur*, Pariſ. 1734. Contra conpreſſionem a PETITO propoſitam, non ſufficere monet, nocere poſſe.

DESIDERII CLAUDII FREMOT & A. J. DAVAL *Non ergo ſuendi tendines*, Pariſ. 1734. ſed quiete & adductione finium ſanandi.

J. PETRI DEVOUX *de præcipuis oculorum affectibus*, Argentor. 1734. 8.

PHIL. DANIEL de BREVILLE & COCHU *ergo educendo calculo ceteris anteponendus apparatus altus*, Pariſ. 1734. cum magnus ad magnum calculum ineptus ſit, & ob hæmorrhagiam periculoſus lateralis.

FRANC MERX & MALAVAL *Non ergo vulnus inteſtinorum tenuium lethale*, Pariſ. 1734. cum exempla ſunt, coaluiſſe nempe cum ſpirituoſo fotu delata eorum parte in hernia ſphacelata.

LUDOVICUS JOH. le THIEULLIER *Ergo dubio in hepatis abſceſſu præmittenda incidendi loci perforatio*, Pariſ. 1734. Exempla emphyſematis pro abſceſſu hepatis habiti & inciſi: & inciſionis, qua nihil eduxerat, cum alius chirurgus adhibita acu triquetra pus eduxerit. EJ. *non ergo ante maturitatem parotides aperiendæ* 1744. Contra præcipites nimis chirurgos.

J. TRANT & BOURDELIN *Ergo ad extradendum veſicæ calculum diverſa pro re nata adhibenda chirurgia*, diſputatio Pariſ. 1734. recuſa anno 1746. Incommoda oſtendit chirurgiæ apparatus alti, in veſica humili, quo in caſu apparatus magnus melior eſſet, &c.

J. ZENGVARDINI *genees en heelkondige aanmerkingen*, Amſtelod. 1734. 8. Chirurgi indocti ſuperciliosi opus, magni contemtoris medicorum. Nihil tamen valde eximii reperio. Non placet, quod tumores cyſticos incidit, quod ſpinam aperit, quod arcana habet, quod medicamentorum formulas longiſſimas, &c.

DAN. ABRAH. HANCKE *vom aderlaſſen und kalten und vvarmen bädern*, Lipſ. 1734. 8.

R. JAMES *method of preventing and curing the madneſſ cauſed by the bite of a mad dog*, London. 1735. 8. 1741. 8. turpetho nempe minerali & canes & ipſos demorſos homines ſanari docet. De libro P. de SAULT egi in pathologicis.

J. VALENTIN HARTRANFF *de non differenda ſecundinarum adhærentium extractione*, diſputatio Lipſ. 1736.

EDMUND CHAPMAN *treatiſe on the improvement of midvvifry*, London 1736. 8. ed. II. Chirurgus practicus, valde laudat forcipem, qua caput inpactum extrahit, laudat tamen etiam reticulum. Obſervationes anatomicas aliquas habet. Pedes ſeorſim extrahit, non cum capite, ut plerique. Obliquitati uteri nihil tribuit. Placentam a partu continuo extrahit. Hafniæ anno 1747. 8. prodiit germanice, non bene redditus. EJ. *reply to* DOUGLA'S *ſhort account of the ſtate of midvvifry at London* ibid. 1737. 8. *

JOH. TAYLOR univerſam Europam obit a quindecim retro annis, & cataractam alioſque morbos

bos oculi curat, & nuper nobis præſentibus varias operationes perfecit. EJ. *nevv treatiſe on the diſeaſes of the cryſtallina humour*, Londin. 1736. 8. prodiit. Cataractam veram deſcribit, opacam nempe lentem, deinde ſpuriam, ubi capſula opaca eſt, & intus fluidum continetur, tum glaucoma ſeu lentem præter modum mole auctam. Operationes deſcribit, inter quas eſt operatio ad ſanandum genus cataractæ, in quo capſulam lentis non amputat. EJUSD. *Traité ſur les maladies de l'organe immédiat de la vue*, Pariſ. 1735. 12. Amſtelod. 1735. 8. germanice Berolin. 1735. 8. editum cum titulo *abh. von den krankheiten des unmittelbaren vverkzeüges des geſichts*. Nempe morbos nervi optici & arteriarum retinæ vulgo amauroſeos nomine venientes, multos, ſubtiliter valde diſtinctos, per gradus cauſarum & tempora durationis valde certe definita recenſet. EJ. *mécaniſme du globe de l'oeil avec l'uſage de ſes parties*, Pariſ. 1738. 8. Anglice ut video ex ejus nupero programmate 1727. 8. & Hiſpanice anno 1738. prodiit. In fine libri habet morbos oculi, valde numeroſos, cum tot diverſas v. g. faciat inflammationes, quot diverſæ ejus ſedes ſunt. Bibliotheca valde vitioſa eſt, quam addidit. EJUSD. Librum *de vera cauſa ſtrabiſmi* Pariſ. 1738. 8. editum, *librum de morbo & curatione* D. A. de SALDANHA Viceregis Indiæ Ulyſſipone Luſitanice anno 1739. excuſum, libellum *of the caſe of* S. JEREMY SAMBROOKE, Lond. 1743. 8. editum, & *catalogum morborum* 249. *qui oculos afficiunt* Anglice 1749. fol. inpreſſum nondum vidi, dextera vero firmaque manu acubus teretibus tenuiſſimis cataractas deponentem, oculos radentem, & ſcarificantem, ectropia exſcindentem nuper cominus inſpexi. Contra TAYLORUM multi ſcripſerunt. Anonymus J. S. ſcripſit Londini 1736. 8. D. TAYLOR *couched of the cataract*. Deinde ELIAS FRIDERICUS HEISTER LAURENTII fil. Helmſtadii anno 1736. 8. edidit *beſondere nachricht vvegen des.. ocnliſten TAYLORS und einer von ihm verrichteten unglüklichen cur*. Frictionem globi oculi (quam ab eo viro, ipſo adminiſtratam vidi) & ſimplicem etiam cataractæ depoſitionem male TAYLORO ceſſiſſe objicit, qui contra caſidis ab HEISTERO ſe abſente tractatum & corruptum oculum queritur. De ejus operationibus, omnium ni fallor primus in COMM. NOR. anno 1734. p. 353. decerptam ex ejus prælectione recenſionem dedi.

JOH. TAYLOR *mecaniſme du globe de l'œil avec l'uſage de ſes parties* Germanice etiam prodiit 1750. 8. Francofurti. EJUS *catalogus morborum* 243. *qui oculos afficiunt* Anglice primum prodiit Londin. 1743. deinde Edimburgi auctior recuſus eſt 1744. tum Londini iterum excuſus prodiit 1749. quem annum jam indicavimus. Recuſus etiam eſt in editione Germanica brevis, cum mirificis nominibus. Totidem icones pictas ſolet oſtendere. Cæterum ipſe TAYLORUS de propria laude edidit *urtheil'e der öff. lehrer in der arzneykunſt über die operationen des* D. TAYLORI Anglice 1743. 8. Gallice Amſtelod. 1749 8. Francfor. 1750. 8.

PIERRE GUISARD *pratique de chirurgie ou hiſtoire des playes en général & en particulier*, Avenione edidit 1735. 12. * recuſam Pariſ. 1733. 12. 2. vol. Multas magni momenti hiſtorias habet, vulnerum ſclopetariorum penetrantium pectoris, nullo viſcere læſo, abſceſſus per umbilicum ſanati, abſque turunda, ſarcomatum infeliciter amputatorum, membraneæ internæ veſicæ decedentis, hepatis contuſi & per anum egeſti, pro rabie habitæ phrenitidis. Suturam clavatam defendit, turundas vero omnino rejicit. Gangrænas ſiccas & putridas recte diſtinguit, & in illa corticem chinchinæ laudat. Aquas minerales Balarucenſes & Balneirgy (Barege) ad ulcera nimis valde ſuppurantia inſigniter extollit. Non ſemper nudatum cranium emori monet. Trepanum admovere & duram membranam audacter incidere jubet. Suturam pellionum rejicit. Vulneribus tendinum colophonium & thermas opponit. In ambuſtione ſpiritum vini repudiat. Inſtrumenta nova aliqua deſcribit, ut acum pro arteriis ligandis curvam obtuſamque. De ozæna, catalepſi, aneuryſmate aortæ diſſertatione ſubjecit.

HYAC. THEODORE BARON *queſtion de médecine dans laquelle on examine ſi c'eſt aux médecins qu'apartient de traiter les maladies vénériennes*, Pariſ. 1735. 4. *

C. FRANC. FAUDACQ. Chirurgi Namurcenſis *reflexions ſur les playes, ou méthode de procéder à leur curation*, Pariſ. 1735. 12. 1736. 12. Diſcipulus PETITI & MORANDI, expertus homo, unde obſervationes variæ natæ ſunt, verboſior tamen, & plenus ratiociniis parum habet proprii. EJ. *nouveau traité d'armes à feu avec des remarques & des obſervations*, Namur 1746. 8. nondum vidi.

D. MOMBERS libellum de calculo citavimus in pathologicis.

J. N. LUTZEN *de abortu*, Ultun. 1735. 4. *

HENRIC. VVINKLER *anleitung zu aller chirurgiſchen vviſſenſchaft* VI. *ſtücke*, Berlin 1735. ad 1738. 8. Collectio diſputationum & opuſculorum, PLATNERI, STAHLII, VVEDELII (*de amauroſi*), BURGMANNI, VVALTHERI, SCHACHERI, quæ ſuis locis dictæ ſunt: miſcuit etiam anatomica, ut VVALTHERUM de coeliaca.

J. MARTIN REICHART *de utero gravida una cum fetu vulnerato*, Argentor. 1735. diſſertatio utilis,qua hiſtoria habetur vulneris ſclopetarii uteri vita ſuperſtite in fiſtulam terminati.

J. STORCH *de militum morbis* citavi, Norimbergæ 1735. 8. editum, quo multa chirurgica continentur. EJ. *unterricht vor hebammen* qui primam partem operis de morbis mulierum conſtituit, Gotha 1746. 8. Vetuſtam anni 1658. legem obſtetriciam recuſam & auctam illuſtravit commentariis & obſervationibus, & ipſe utique manum operi admovit ſimplex & ſincerus. EJ. *vveiberkrankheiten vierter theil*, Gotha 1749. 8. Ad hiſtorias molarum, ſpinæ bifidæ, abortuum, ſuas & aliorum obſervationes habet. EJ. *abhandlung von kinder krankheiten*, Eiſenach 1750. 8. Varia habet, de labio leporino ſimplici & duplici, lingua duplici, atretis magis vel minus difficulter ſanabilibus, ſpina bifida.

J. STORCH *vveiberkrankheiten* nunc Tomus V. prodiit Gothæ 1750. 8. Pertinet inprimis ad partum difficilem, cujus multa exempla habet, ſigna mortui fetus explorat, partus cæſarei infelicis exemplum refert, fetus mortuis ſimiles compreſſo pectore excitat, & de duabus ſecundinis fuſe agit, quæ duos utique infantes demonſtrent.

JOH. HUVVE' *ondervvys der vrouvven aangaande het kinderbaren*, Haarlem 1735. 8. Nondum legi artis obſtetriciæ compendium.

CAROLI FRIDERICI KALTSCHMID *de vulnere hepatis curato* diſputatio Jen. 1735. Contra eam diſputationem HAMBERGERUS ALETOPHILI larvato nomine edidit *antvvortſchreiben darüber* ibid. 1735. 8. Reſpondit KALTSCHMIDIUS *antvvort auf A. ſmähſchrift* Cahlæ 1736. 4. Repoſuit HAMBERGERUS *unterricht vor* D. KALTSCHMIEDEN *vvie er ſeine diſputatio de vulnere hepatis beſſer hätte defendieren ſollen*, Jen. 1736. 8. Poſt ea tempora ad cathedram Jenenſem promotus CL. KALTSCHMID vulnera ſolet curare, & varia edidit ut *emendati inſtrumenti chirurgici trocar ſchema cum curatione virginis hydropica*, Jen. 1738. 4. cannulam nempe majorem cum epiſtomio: progr. *de oculo ulcere cancroſo laborante feliciter exſtirpato*, ibid. 1749. 4. diſputatio *de oralgia* ibid. 1749. 4. alia.

CAROLI FRIDERICI KALTSCHMID etiam eſt diſp. *de partu caſareo*, Jen. 1750. 4.

J. CHRIST. THEMEL *de abſceſſu teſtium venereo*, Jen. 1735. diſputatio. EJ. *anatomiſche nachricht von einem mit blut angefülten ſack in dem unterleibe*, Chemniz 1740. 4. in EJ. diario, quod nunc maxime prodit cum titulo *obererzgeburgiſches iournal* tumor magnus vaginæ refectus refertur. EJ. *hebammenkunſt*, Lipſ. 1747. 8. Ipſe obſtetriciam artem exercet, hinc ex praxi ſua ſcribit. Partum primo naturalem cum officiis obſtetricis eo pertinentibus perſequitur, deinde præternaturalem ſecundum diverſorum perverſorum ſitum ordinem. Obſervationes ſuas paſſim & monita interponit. Ita valde timet duplicati fetus partum. Pedibus dum fetum extrahit una cum capite vult ut ſequantur brachia. Inſtrumentis vix utitur.

Queſtion, ſi c'eſt aux médecins qu'il appartient de traiter les maladies vénériennes, Paris 1735. 4. *

PIERRE de SAULT Medici Burdigalenſis, *ſur la pierre des reins & de la veſſie avec une réponſe aux critiques de* M. ASTRUC, Parif. 1736. 12. Commendat injectiones, aquas *Balneiregy*, quæ ex ipſius experimento, calculum humanum macerando diſſolvunt. *

T. DAVVKES *the midvvife rightly inſtructed or the vvay vvhich vvomen ſchould take to acquire the knovvledge of midvvifry*, Lond. 1736. 8. Simplex & ad minora officia docenda minutus. Rete commendat ad extrahendum fetum. Brachia una cum capite extrahit, & DEVENTRIUM contra CHAPMANNUM defendit, atque in pleriſque ſequitur.

J. CHRISTOPH POHL profeſſor Lipſienſis in A. ER. anno 1736. dedit deſcriptionem tumoris fungoſi capitis cum carie cranii. Programmata & diſputationes edidit *de abſceſſu abdominali* 1737. *de proſtatis calculo affectis* 1737. *de tumoribus cyſticis feliciter maleque curatis* 1738. *de herniis & ſarcocele in ſpecie* 1739.

PETRI MALOET *Non ergo chirurgia pars medicina certior*, Parif. 1736. 4.

GUIL. de MAGNY *Non ergo chirurgus in arte ſua medico certior*, Parif. 1736.

LUD. de SANTEUIL *Non ergo eſt chirurgus medico certior*, Pariſ. 1736. 4. & Gallice ſub titulo *des propriétés de la Médecine par raport à la vie civile*, Pariſ. 1739. 8. Miror concedere LUDOVICUM, chirurgos melius diſſecare quam medicos ob dexteritatem manus uſu adquiſitam, quod cauſæ adverſum eſt & parum verum. Cæterum varia hiſtorica habet, etiam a *medica facultate* propoſita, chirurgos nempe fuiſſe receptos annis 1505. & 1644. inter ejus diſcipulos, & anno 1660. totam chirurgiam facultati ſubjectam fuiſſe, anno vero 1724. confirmatum, ut annuum juramentum chirurgi apud decanum jurarent, &c.

Mémoire où l'on fait voir en quoi peut conſiſter la préeminence de la médecine ſur la chirurgie, Pariſ. 1736. 4. * PL.

Lettre d'un médecin de la Faculté de Paris ſur ce que c'eſt que le brigandage de la médecine, Pariſ. 1736. 8. *

PETR. STUART *de ſecundinis ſalutiferis atque noxiis*, Argentor. 1736. diſputatio.

J. FRIDER. BEHLING *meditationes ſuper uterum in partu ruptum*, Altdorf. 1736. diſputatio.

ANTON. FORMELLINNII *commentarium ſopra il capitolo* XIII. *del* J. ANDREA *a Croce* (*delle ulceri con carie d'oſſe*), Venez. 1736. 8. jam citavi.

In *Miſcellaneis Berolinenſibus* 1736. de carie egit CL. BUDÆUS.

TUSSANI GILBERTI BOULLARD & ISOARD *ergo turundarum intermiſſio pectoris vulneribus noxia*, Pariſ. 1736.

GASPAR COCHON du PUY & MURRY: *Ergo poſt gravem ab ictu vel caſu capitis percuſſionem non juvante etiam iterata trepanatione dura mater inciſione aperienda*, Pariſ. 1736. ad emittendum pus ſæpe ſub dura matre collectum. Aliquot hiſtoriæ adlegatæ.

CLAUD. JAC. GERAUDLY *art de conſerver les dents*, Pariſ. 1737. 12. In JOURN. des SAV. laudatur.

HENRY BRACKEN'S *the midvvifes' companion*, Lond. 1737. 8. *

Gründliche einleitung zur chirurgie, Tubing. 1737. 8. Auctor chirurgus Helvetus fuit. Vulnera, fracturas, luxationes, tumores & ulcera deſcribit. *

J. GOLTDAMMER *offenherziger vveiber und kinderarzt mit einer hebammen probe*, Northauſen 1737. 8. *

J. GOLDHAMMER recuſus eſt Northauſen 1750. 8. Nullius momenti. *Gründliche einleitung zur Chirurgie* nonne idem liber cum MAURER quem pag. 269. citavimus? *

Vehemens ſcriptum contra medicos hoc anno prodiit, *lettres ſur les diſputes entre les médecins & les chirurgiens*, Pariſ. 1737. 4. & æque vehemens *le Baillon* pro medicis in PETITUM alioſque chirurgos eodem anno. * Reſponderunt Chirurgi ſub titulo *réponſe de* M. D. M. *Chir, au Médecin auteur du Baillon*, Pariſ. 1737. 4. * Eodem anno etiam prodiit *ſecond mémoire pour les Chirurgiens* 4. * & varia ſcripta contra ASTRUCIUM *réponſe d'un chirurgien de* St. Côme *à la premiere lettre de* M. ASTRUC 1737. 4. *Lettre de* J. L. PETIT *à* M. ASTRUC 1737. 4. recuſa cum epiſtolis ASTRUCII. Non vidi neque *lettres ſur les diſputes qui ſe ſont élevées entre les medecins & les chirurgiens par* M... *Chirurgien de Rouen*, Pariſ. 1737. 4. neque *réponſe à l'écrit intitulé Cleon à Eudoxe, touchant la préeminence, prétendue des Médecins ſur les Chirurgiens*, Pariſ. 1738.

Metodo ſicura per curar las fracturas par JOSEPH RODRIGUEZ, *Cerujano ſobra la diſſertation de las heridas de Cabeça qua defendro la Real ſocieted de ſevilla par* GASPAR PELLICE, Madrit 1737. *

SARAH STONE *compleat practice of midvvifry*, Lond. 1737. 8.

ZACHARIAS VOGEL chirurgus Lubecenſis edidit Lipſiæ anno 1738. & anno 1746. 75. paginis auctius recudi fecit *abhandlung aller arten der brüche* 8. belgice etiam verſum & excuſum anno 1743. 8. In præfatione D. J. GER. VVAGNER defendit repoſitionem ſacci hernialis integri. Multas cæterum proprias obſervationes continet, & recentiſſimorum Gallorum inventa ad hernias foraminis ovalis, vaginæ, appendicem vero de gangræna in hernia nata. Paſſim contra CL. GUNZIUM aliqua monet.

J. HENRICI KESSELRING *hiſtoria & examen methodi Foubertianæ*, Hall. 1737. Egregia diſputatio.

C. A. SCHEERER *de calculis ex ductu ſalivali redditis*, 1737.

CHRISTOPH. PHILIP. GLASS *de inflammatione oſſium*, Hall. 1737.

J. GOTTLOB KRUGER *de nonnullis ad motum globuli ex ſclopeto exploſi pertinentibus*, Hall. 1737. 4. bona diſp.

A diſ-

A diſſertation on the ſtone in the bladder, Lond. 1738. 8. *

ELIAE COL DE VILLARS (Medici Pariſini, & Profeſſoris olim chirurgiæ) *cours de chirurgie, dicté aux écoles de médecine*, T. I. II. Pariſ. 1738. Poſt phyſiologiæ partem hoc tomo continetur tractatio de tumoribus, medice inprimis ſcripta, cum medicamentis & obſervationibus propriis. In T. III. anno 1741. edito vulnera, & in Tomo IV. anno 1741. excuſo ulcera continentur; denique eodem anno *dictionarium vocabulorum medicorum & chirurgicorum* ſucceſſit. EJUS variæ theſes ſunt, ut anno 1738. *Ergo leucophlegmatiæ leves ſcarificationes*: & 1742. *Ergo vera cataractæ ſedes in lente*. Introducere jubet acum infra corneam, ut inpurus aqueus humor educatur. Deinde anno 1744. Ergo in *reſecandis artubus carnis ſegmina reſervare ſatius*, ubi methodum VERDUYNII laudat.

ELIÆ COL de VILLARS jam dicti *ſuite du cours de chirurgie, traité des luxations & fractures*, Paris 1749. 12. nondum legi.

Principes de Chirurgie par M. Pariſ. 1738. 12. Continet anatomes partem, & theoriæ, & hiſtoriam tumorum; non operationes alias difficiliores.

FRIDERICI KNOLLE *de luxationibus artuum ſuperiorum*, Argentor. 1738. Non male & fuſe egit de luxatione cubiti.

STUART *new diſcoveries in ſurgery*, Londin. 1738. 8. Nullius momenti.

BARBARA VVIEDEMANNIN *anvveiſung chriſtlicher hebammen*, Augſpurg. 1738. 8. SIGMUNDIAM fere ſequitur, etiam ubi præſtabat non ſequi, ut in aperiendis membranis, illaqueandis fetus pedibus. In medicamentis multa eſt. Habet cochlear ad vertendum fetum, & uncos pro lacerandis membranis.

ERNST. EUSEB RECHTER *vorſichtige hebamme*, Lipſ. 1738. 8.

Notizia della ferita e della cura chirurgica ſeguita in Giov. Prati di Bologna, Bol. 1738. fol. Auctor eſt CAJETANUS TACCONUS, erat autem coli inteſtini vulnus ſanatum. IDEM in *Memor. de' Valentuomini* Luccæ prodeuntibus, inque vol. II. agit de hernia crurali.

JOHANNES ASTRUC *Tractat of the fiſtula of the anus*, cum additionibus JOHANNIS TREKE chirurgi prodiit Londin. 1738. 8. Neque alia lingua, mihi non lectum opus; IDEM ſæpe pro ordine medico pugnavit contra chirurgos. EJUS ergo ſunt *lettre ſur un écrit intitulé ſecond mémoire pour les chirurgiens*, Pariſ. 1737. 4. Refutat Chirurgos, oſtendit eos minime inveniſſe artem ſanandæ venereæ luis, & THEODORICUM de HERY Roma eam in Galliam apportaſſe, cum dudum deſcripta eſſet, jam anno 1527. a JACOBO de BETHANCOURT medico, & in libello cui titulus *cura pœnitentialium quadrageſima*. EJ. eſt *ſeconde lettre* ibid. 1738. 4. Adfirmat ſanandæ luis venereæ curam ad Medicos ſpectare. *Troiſième lettre de M. A. à M.* DE LAIRE *ſur un écrit intitulé la réponſe d'un Chirurgien de St. Côme* (a J. L. PETITO editum vel directum). Oſtendit nihil ſe habere à THEODORICO de HERY. EJ. *quatrième lettre* 1737. *à M.* DE LAIRE *ſur un écrit intitulé réponſe d'un Chirurgien de St. Côme à la I. lettre de M.* ASTRUC 1738. 4. Frictionem laudat in ſananda lue. Primum bene de eo malo ſcripſiſſe ANGELUM BOLOGNINI monet. Nihil inveniſſe JOHANNEM de VIGO. Multos Gallos ante T. de HERY Romam adiiſſe demonſtrat, &c. EJ. *cinquième lettre ſur l'extrait qui a été fait de la quatrième par* (l'ABBE' des FONTAINES), 1738. 4. CARPENSEM facile oſtendit medicum fuiſſe & Profeſſorem. Chirurgos ſua a medicis ſumere demonſtrat, & PETITO exprobat, quod homines alat qui contra medicos ſcribant, (hæc tangunt Abbatem des FONTAINES.) Omnes una editæ ſunt cum hoc titulo *douze lettres de* J. ASTRUC, J. LOUIS PETIT *& autres ſur les diſputes qui ſe font élevées entre les médecins & les chirurgiens par M. avec leurs réponſes*, ibid. 1737. 8. majori. Præcipua diſputatio fuit, an medicis, an chirurgis propria ſit curatio morborum venereorum. EJUSD. *la néceſſité de maintenir dans le Royaume les écoles de chirurgie, qui y ſont établies dans la faculté de médecine*, Pariſ. 1749. 4. EJ. *Ergo eſt anatome ſubtiliori medicina certior*. Pariſ. 1743 Narrat ſanationem hominis, iſchuria perituri, quem LITTRIUS ſanavit conpuncta veſica. Quod attinet illam *réponſe d'un chirurgien à la première lettre de M.* ASTRUC, quæ Pariſ. 1738. 4. prodiit, conantur ibi oſtendere Chirurgi, THEODORICUM de HERY poſſe pro auctore methodi fricandi haberi, cum eam perfecerit.

JOHANNES ASTRUC *tractat of the fiſtula of the anus* natus eſt ex latina *theſi*, ut vocant, Cl. viri, & editus a VV. BARROVVBY.

Hoc anno cœperunt prodire SAMUELIS SCHAARSCHMID *mediciniſch chirurgiſche nachrichten*

chten quæ hebdomatim ab initio prodierunt, deinde junctim edita ſunt anno 1742. Berolini 4. & ſeqq. Magna pars chirurgica eſt, ut in T. IV. fuſus tractatus de vulneribus ſclopetariis, & contuſionibus, in V. hiſtoria maxime cariei cranii ſanatæ; iterum de vulneribus ſclopetorum, ubi laudantur digeſtiva, rejiciuntur ſpirituoſa, emetica a le DRANIO commendata limitibus arctioribus circumſcribuntur. Porro de calculo Rauiana methodo ſecto; de iſchuria, vulneribus pectoris, amputatione abſque deligatione & infinita alia huc ſpectant.

CORNELII van REVERHORST diſputatio *de ægilope*, Leidæ 1738. 4.

HEN. DAN. HOLLING *de officio obſtetricis in partu naturali & cauto remediorum illum promoventium uſu*, Argent. 1738. 4.

ANTONII FERREIN *non ergo fiſtulæ lacrumali cauterium actuale*, Pariſ. 1738. Commendat uſum acus triquetræ & ſpecillis viam ad nares reſtituere jubet. EJ. *quinam ſint præcipui, quomodo explicentur, & curentur lentis cryſtallinæ morbi*, Pariſ. abque anno. *

J. BAPT. SYLVA & BOUVART: *Ergo qui tumores deleri debent ferro potius, quam cauterio potentiali, delendi*, Pariſ. 1738.

J. BAPT. MARTINENQ & RABOURS: *non ergo in plagis abdominis vulnerato inteſtino pellionum ſutura*, Pariſ. 1738.

JOH. BESSE: *Non ergo ingruente in artubus gangræna a cauſa interna eorumdem artuum amputatio inperanda* R. MAJAULT, Pariſ. 1738. Fruſtra amputari in eo caſu monet, & exempla funeſti eventus adfert.

In *Mercurio Gallico* hujus anni & aliorum varia chirurgica & inprimis hiſtoriæ ſecti calculi a le CLERC & aliis continentur, quæ nunc hic repetere nequeo.

EL. FRID. HEISTER brevis ævi juvenis *de nova brachii amputandi ratione*, Helmſtad. 1738. diſputatio, nempe brachii in articulo humeri exciſi ob conbuſtionem exemplum.

CAROLI RICHA hiſtoria aneuryſmatis in *opuſc. ſcientif.* 1739.

PETRI CHR. BURGMANN *de ſingulari tunicarum utriuſque oculi expanſione*, Roſtoch. 1739. 4.

RICH. MANNINGHAM *compendium artis obſtetricandi*, Lond. 1739. 4. & cum titulo *abſtract of midwifry*, Lond. 1744. 4. Utilis in ſua brevitate Liber, conditiones partus naturalis & non naturalis, varios ſitus noxios & encheireſes; morbos etiam gravidarum & puerperarum in tabulis proponit; ſubjectis aphoriſmis ſuis & Hippocratis. Recudi fecit PHILIPPUS ADOLPHUS BOEHMERUS, Hall. 1746. 4. & varia addidit. In *præfatione* multa monuit, converſionem fetus refutavit, quæ ante partum ſolet ſtatui: Adjecit diſſertationem de forcipe, quam invenit CHAMBERLEYNE, perfecerunt CHAPMAN & GIFFARD, & accurate delineavit, cujus utilitas inprimis eſt ad extrahendum caput cunei modo inter oſſa pubis impulſum, quo ipſo vir Cl. ſæpe feliciter uſus eſt.

In hæc tempora cadit inventum celebre medicamenti lithontriptici Anglicani, quod neſcio unde ad virginem JOHANNAM STEPHENS venit, & a *Parlamento* ſeu ſupremo Regni ſenatu, quinque millibus librarum & redemtum & publicatum eſt. Infinitis ſcriptis hoc inventum anſam dedit, quorum pleraque legimus, & indicabimus.

M. STEPHENS *receipt for the ſtone and gravel with proper obſervations*, Lond. 1739. formulæ noviter revelati arcani cum breviſſimis notulis.

DAVID HARTLEY A. M. nuper ex ſyſtemate novo de anima humana celebris edidit Londini 1739. 8. *A view of preſent evidence for and againſt Mrs. Stephens's medicine containing 155. caſes with ſome experiments and obſervations*. Recuſus eſt gallice cum titulo *Recueil d'expériences & d'obſervations ſur la pierre, & en particulier ſur le remède de Mle. Stephens*, Pariſ. 1740. 12. Edidit D. BREMOND, unice cum ea diverſitate, ut caſus D. KIRKPATRIK in ea editione ad ſecundum volumen rejectus fit. Deinde *ſupplement of the view of the preſent evidence* ſubjecit HARTLEY, cujus editio Gallica in T. II. *recueil des expériences ſur la pierre* reperitur. In eo Libro brevem hiſtoriam medicamenti tradit, & experimenta in proprio corpore capta, erat enim calculoſus. Id ipſum opuſculum paucis mutatis etiam ſub titulo D. H. *Epiſtolicæ diſſertationis de lithontriptico a. J. S. nuper invento* editum eſt Leidæ 1741. 8. Baſileæ 1742. 8. Plerique caſus favent medicamento, aliqui dubii ſunt. Ubique fere ſquamæ & ſedimentum album ab uſu medicamenti deceſſerunt, & multis ægris ſymptomata inde lenita ſunt. Experimenta vero HARTLEYI, cum maceratis in urina medicata calculis facta ſunt. In Gallica tandem collectione epiſtolæ exſtant S. MORAND;

GEO-

GEOFROI, VV. CHESELDEN, CLAUDII AMYAMD, & SHARPII. D. GEOFROI experimenta aliqua adfert & corrigit formulam nimis nauſeoſam. In *Mercurio Gallico* 1740. M. Febr. exſtat D. HARTLEY ad D. CANTVVELL epiſtola.

Opuſculum quod ſub titulo D. H. *Epiſtolicæ diſſertationis de lithontriptico a J. S. nuper invento* citatum eſt, recuſum exſtat Bathoniæ 1746. 8.

Eodem tempore JACOBUS KIRKPATRIK caſum ſuum deſcripſit, curationis per ea medicamenta peractæ, qui etiam ſeorſim belgice prodiit cum titulo *naauvvkeurig verhaal van het ſucces der medicyne van J. Stephens tegen de ſteen in de blaas*, Amſtelod. 1739. 8. Varia vero continuo ſcripta novo invento oppoſita fuerunt. Ita HENRICUS BRACKEN edidit *lithiaſin Anglicanam or an enquiry into the nature and origine of ſtone and gravel*, Londini 1739. 8. contra hoc ipſum arcanum, & *a letter to* D. HARTLEY *author of the caſes in behalf of Mrs. S. medicines*, ibid. 1739. 8. Huc etiam credo pertinere *an adreſſ to the faculty of phyſick relating Mrs. Stephens medecine*, Lond. 1739. 8. * Neque vidi VVILHELM SHAVV *diſſertations on the ſtone in the bladder*, Lond. 1739. 4. neque DIONYSII COETLOGON *treat. on the ſtone and analyſis of Mrs. S. medicine*, ibid. eodem anno editam, nec *a letter to the gentleman of the faculty in an anſvver to a letter on Mrs. S. medicines*, Lond. 1739. 8.

Opuſculum quod citavimus ſub omine *an adreſſ to the faculty of phyſick relating Mrs. Stephens medicine*, Lond. 1739. 8. contra STEPHANIAM pro ordine medico ſcriptum eſt, quem amici medicæ feminæ dicebant virginem odiis ſuis opprimere. In libro ibid. etiam citato *diſſertations on the ſtone in the bladder* CL. SCHAVV difficultates varias movet, & judicium de effectu arcano STEPHANIANO dubium reddit, ſuadetque in veſicam potius immitti, &c. DIONYSII COETLOGON acerbum ſcriptum eſt quod citavimus*. Carpit per ſingula formulam medicamenti STEPHANIANI. HARTLEYI caſus nonnullos contra ipſum citat.

Longe vero firmior fuit pro STEPHANIANA Liber CL. THEOPHILI LOBB; qui cum titulo *a treatiſe on diſſolvents of the ſtone and on curing the ſtone and the gout by aliments*, Lond. 1739. 8. Baſileæ recuſus anno 1742. 8. Ducentis fere experimentis calculos & humanos, & a natura genitos adgreſſus refert, eos a plurimis liquoribus ſolvi, non quidem ab ullo alcalino, ſed a ſucco limonum, porrique inprimis & panis decocto. Diætam vero vegetabilem certum ad calculum & podagram præſidium eſſe invenit, cum calculi generatio a ſale fere animali pendeat.

THEOPHILI LOBB citatus tractatus gallice verſus prodiit *traité des moyens de diſſoudre la pierre*, Pariſ. 1744. 12.

Experimenta MORANDI & GEOFROI de medicamento Stephaniano, cujus vim iſte in ſapone poſuit, ille in plurimis ægris efficacem reperit, lege in *monumentis Academiæ ſcientiarum* ad annos 1739. 1740. & 1741. Ab iſtis plurimum auctoritatis novo invento acceſſit. Neque parum ipſi profuit induſtria viri Clar. STEPHANI HALES, qui edidit anno 1740. 8. *an account of ſome experiments and obſervations on Mrs. S. medicines for diſſolving the ſtone*, quæ gallice prodierunt in ſecundo tomo *recueil d'expériences* jam citato. Continet HALESII experimenta tum ea quæ exſtant in ejus *Hæmaſtatiks*, tum nova alia, facta cum lixivio ſaponis aliiſque partibus medicamenti Stephaniani. Oſtendit in urinis medicatis & calcem ſoluti calculi ineſſe. Eodem *ſecundo tomo* Pariſ. 1743. 8. edito epiſtolæ aliquæ HARTLEYI, nondum penitus ſanati, PELLETI aliorumque ad Gallos amicos continentur, quibus nonnulla de recentioribus curationibus continentur.

STEPHANI HALES dictus libellus etiam cum F. CLIFTON *ſtatu medicinæ* gallice verſo excuſus eſt Pariſ. 1742. 12.

Eo anno edidit anonymus *an full examination and impartial account of Mrs. S. cures and medicines*, Londin. 1740. 8. 2. p. Eum non legi, neque RICHARDI GEM *account of the remedy for the ſtone*, Londin. 1741.

Anonymi quod citavimus opus *A full examination and impartial account of all relating to* Mrs. STEPHENS *cure and medicine for the gravel*, Lond. 1740. 8. contra STEPHANIAM & HARTLEYUM ſcriptum eſt. Potuiſſe levamen in ægrotis a diæta aliiſve cauſis natum eſſe, neque ipſum HARTLEYUM convaluiſſe ex uſu ſui arcani objicit.

RICHARD GEM liber dictus etiam eo loco, mera ni fallor eſt verſio.

In *Trivultinis* anno 1741. exſtat collectio bonorum effectuum hujus medicamenti, CANT-

VVEL-

VVELLO auctore. In urina medicata molleſcere calculos oſtendit & ſolvi. IDEM anno 1742. præſide LUD. MARIA POUSSE theſin ſub his vocibus præfixis edidit: *Non ergo calculo veſicæ ferrum ſemper neceſſarium*, qua experimenta deſcribit & in vivis hominibus facta, & in calculis in urina medicata maceratis, & in cadaveribus eorum, qui ſapone uſi fuerant, nam eo inprimis utebatur, ut tamen vim ſolvendi in calce viva & animali ipſe poneret.

JUNKERI diſputationem dixi. Amici noſtri J. CHRISTOPHORI BOHLII *medicamenta lithontriptica Anglicana reviſa*, non vidi edita Regiom. 1741. 4.

Anno ſequente JAC. ALBERTUS HAZON pro novo medicamento ſcripſit theſin ſub hoc titulo: *Ergo in calculi ætate & temperamento ægrotantis remedium alcalino ſaponaceum Anglicum*, quo calculos nonnullos ægre a medicamento tangi, alios optime, & hanc ſummam utilitatem eſſe docet, quod calculorum regenerationem impediat, quam nulla ſectio impediret. Sanationum etiam exempla habet.

Sed eo ipſo anno acris adverſarius exſtitit JACOBUS PARSONS, qui cum hiſtoria veſicæ urinariæ edidit *animadverſions on lithontriptic medicines*, Londin. 1742. 8. quibus neque novum eſſe medicamentum contendit, neque innoxium in tanta copia alcalini ſalis, & calces generare objicit, quæ cum urina decedant, maleque haberentur pro fracti calculi fragmentis, & calculos repertos eſſe in cadaveribus eorum, qui fuerant pro ſanatis habiti, quæ quidem graviſſima eſt objectio, cum vera ſit. Acriter omnia & cum animo evertendi famam medicamenti.

Contra eodem anno 1742. amicus noſter BENEDICTUS STÆHELIN, cum HARTLEYI & LOBBII libris edidit *epiſtolam euchariſticam ad* D. HARTLEYI, Baſil. 8. excuſam, qua fabricam calculorum & naturalium & morboſorum detegit, & gluten elaſticum deſcribit, quo granula lapidis coguntur, & ut ſolvantur oſtendit, ſoluto eo glutine, natis in ipſa ſubſtantia lineis ſulciſque. Succum limonum, aquam nivalem, aquas Hohleanas ſolvere humanos lapides oſtendit, glutine extracto fundum petente, quo ablato tota maſſa collabitur, diſcedentibus elementis.

Favet etiam STEPHANIÆ JOHANNES RUTTY cujus *account of ſome nevv experiments and obſervations on* J. STEPH. *medicine for the ſtone vvith ſome remarks on* D. HALES *experiments on the ſame ſubject* prodiit Londin. 1742. 8. Experimenta D. RUTTY demonſtrant, aquam calcis calculum ſolvere, ſpiritum ſalis tamen etiam potentius, etiam maxime dilutum; potentiſſime vero nitri ſpiritum. JURINUS, nunc collegii Medici præſes, lixivii ſaponis capitalis, drachmam quotidie ſumtam in ſe ipſo utilem expertus eſt.

PETRI BOURGEOIS *diſputationem de calculo & remediis eum ſolventibus*, Leid. 1744. non vidi, CL. vero VVHYTTE experimenta felicia in Actis Edimburgenſibus recenſa jam citavi.

Anno 1744. amicus noſter ingenioſiſſimus J. FRIDERICUS SCHREIBER ad me epiſtolam dedit *de medicamento* JOHANNÆ STEPHENS *contra calculum renum & veſicæ divulgato & inefficaci & noxio*, Gotting. 4. Experimentum narrat in juvene captum, cui prodeſſe videbatur medicamentum. Cum obiiſſet, & calculus in veſica repertus eſt, & inflammatio. Negat novum medicamentum eſſe, negat tutum, negat poſſe in omni ætate adhiberi, negat calculum vere ſolvere.

Quare ſatis excuſsa re adparuit, molliore calculo laborantes homines, in quibus lixiva degeneratio non metueretur, plerumque bene a medicamento habere, etſi non ſemper calculus ſolveretur; in ſcorbuticis vero ægris, & in iis in quibus dominaretur lixivum principium, & in calculis præduris & in iis quos adpendices veſicæ occultant, & nihil poſſe remedium, & nocere.

VACHER *diſſertation ſur le cancer des mammelles*, Beſançon 1740. 12. Chirurgus noſodochii & anatomicus, nulla hypotheſi uſus, cancrum diſtinguit, occultum, benignum, quem ita permittit amputari, ut una cutis removeatur: majorem vero & exulceratum integræ mammæ exſtirpationem cum deſtructione totius cutis requirere vult, quæ relicta novi mali fomes ſit. Sententiam per experimenta confirmat.

GIUSEPPE LARINI *trattato ſopra la qualità de' denti, e il modo di cavarli, mantenerli, e fortificarli*, Firenze 1740. 4. Non magni momenti eſt, inſtrumenta vulgaria pingit, etſi tenaculam cum elaſtro ſibi propriam vindicet. Didicit artem apud CARMELINE Gallum, magis in dentibus poliendis quam extrahendis occupatum, ſuperſtitioſus ipſe & jactator.

JUST. GOD. GUNZ *de calculi curandi viis*, Lipſ. 1740. 8. Nova inventa Gallorum, nuper Pariſ. redux hic recenſet, cum epicriſi ſua, & conſiliis ad emendationem. FOUBERTIANAM metho-

methodum, & merito, rejicit, GARENGEOTUM plagii accuſat, LEDRANII nuperiores emendationes refert, CL. NIC. le CATII nova inſtrumenta novamque inciſionem laudat. Sed iſte chirurgus aliter inſtrumenta pinxit & methodum ſuam reformavit. EJUSD. *recenſio critica ſuarum epiſtolarum, quarum altera a Chir. Anonymo, altera a* COGHLANO *ſuper* FULBERTI *calculum ſecandi rationem Gallice ſcripta ſunt* Lipſ. 1745. 4. & in ACT. ER. Et ipſæ contra FULBERTUM ſcriptæ ſunt. EJ. *de commodo parientium ſitu* I. Lipſ. 1742. 4. EJ. *obſervationes anatomico-chirurgica*, Lipſ. 1744. 4. Noviſſima Gallorum inventa proponit, novaſque herniæ ſpecies cum ſuis nonnullis obſervationibus, multus in GARENGEOTI & aliorum correctione, minus copioſus in curatione chirurgica. EJ. diſputatio *de ſtaphylomate*, Lipſ. 1748. Eo nomine corneæ membranæ dilatationem intelligit, uveam prolabi negat. EJ. *obſervationes de entero-epiplocele*, Lipſ. 1749. in cadavere factæ.

EJ. diſp. *de ſuffuſione*, Lipſ. 1750. 4.

J. GEORGII HENRICI KRAMER *medicina caſtrenſis chirurgica*, Nurnberg 1740. 8. Medicamentorum, etiam ſpecificorum, amator, balſami DIPPELIANI, ruſtici decocti, &c.

SAMUEL SHARP *treatiſe on the operations of ſurgery a deſcription and repraſentation of the inſtruments, and an introduction on the nature and treatment of vvounds abſceſſes and ulceres*, London 1739. 1740. 8. gallice verſus a D. JAULT Pariſ. 1741. 8. Brevis liber, & prælecturo commodus, ubique fere aliqua propria habet, & a vulgatis diverſa, trepanum abſque manubrio verſatile, acum canulatam ampliorem; multa etiam utiliter monet in hydrocele & alibi. Diſcipulus CHESELDENII, ex optimis.

SAMUEL SHARP edidit etiam *enquiry in to the preſent ſtato of ſurgery*, Lond. 1750. 8. Non reſpondet titulo, ſed eſt ſeries diſſertationum de nonnullis morbis chirurgicis & operationibus. De herniis fuſe, ad quas ſectionem regiam laudat, ſaccum vero integre reponi diſſuadet. Inde hydrocelen ad duas unice ſpecies reducit, & incidendo ſanat. Sarcocelen teſtis a ſarcocele epididymidis ſeparat, quarum hæc innocua eſt, illa facile creſcit; idemque vix permittit ſarcocelen exſtirpare. De urethra ejuſque fiſtulis carunculiſque copioſiſſime ſcribit; & candelas laudat modumque docet parandi. In ſectione calculi rejicit FULBERTI methodum, ſuamque, a CHESELDENIO edoctus, laudat, & inſtrumenta perficit. Plura alia habet quæ legi merentur.

Lettre de M. Chir. de Province à M. Chir. à Paris au ſujet de la remarque pag. 249. *de l'édition de* DIONIS *par* M. *la* FAYE Pariſ. 1740. FOUBERTI opus, refutat chirurgum la FAYE, qui ſuam calculi ſecandi methodum non probaſſet, & MORANDUM nihil inveniſſe contendit, GARENGEOTI vero merita extollit.

ERN. HENR. KECK *de dolorum præcipue ad partum cauſis & curandi ratione*, Argent. 1740.

MICH. LUDVVIG KNOBLOCK *de cancro mammæ ſiniſtræ curato*, Erfurt 1740. diſputatio.

JOACH. FRID. BOLTEN *de gangliis generatim*, Hall. 1740. 4. Bona diſputatio.

J. ANDR. DEISCH *de neceſſaria in partu inſtrumentorum applicatione*, Argentor. 1740. 4. Inſtrumenta expertiſſimi FRIEDII depingit, oſſa pubis ſeparata vidit.

J. CONR. SCHMIDT *de vulnere thoracis & pulmonis ſiniſtri feliciter curato*, Baſil. 1710. 4.

Obſervations critiques ſur la lettre d'un chirurgien de Province par M. COGHLAN *Chir.* Pariſ. 1741. 8. Contra FOUBERTUM, cujus methodi incommoda revelat. MORANDO audio tribui, etſi Hiberni Chirurgi titulum præferat.

VVILH. BERNH. NEBEL. diſp. *de ſynovia*, Heidelberg 1741. *de pedarthrocace* 1745.

P. ROUSSIN de MONTABOURG & LUD. GUIL. LE MONNIER *non ergo in oſſium carie cauterium actuale*, Pariſ. 1741. theſ. Radi ſcalpello præfert, & putrida exſcindere. EJUSD. & BOUTIGNY *ergo in herniis inteſtinalibus etiam cognita prolapſi inteſtini læſione operatio celebranda*, Pariſ. 1742. Exempla inteſtinorum in hernia gangrænoſorum eventu non funeſto.

PAULI VALCARENGHI *de aortæ aneuryſmate duas obſervationes* in pathologicis laudavimus.

JOH. GRASHUYS *exercitatio de ſcirrho & carcinomate in qua etiam fungi & ſarcomata pertractantur*, Amſtelod. 1741. 8. etiam belgice recuſa, ſedem mali in celluloſa eſſe: ut fungi ipſi cerebri excreſcentiæ ſint diploes. Multa collegit. EJ. *de formatione puris*, Amſtelod. 1747. 8. Bono ordine ſcriptum opuſculum retulit propoſitum in Academia Chirurgica Pariſina præmium. Sedem ſuppurationis cum BOERHAAVIO in celluloſa ponit, puris materiem in adipe invenit; medicamenta per claſſes diſponit, agendi modum explicat.

BUNON *diſſertation ſur un préjugé concernant les maux de dents des femmes groſſes*, Pariſ. 1741.

1741. 12. Refutat eos, qui dentium evulſionem in gravidis periculoſam eſſe credunt; caninì etiam dentis periculoſiorem extractionem refellit. EJUSD. *eſſai ſur les maladies des dents où on propoſe de leur procurer une bonne conformation dès la plus tendre enfance*, Pariſ. 1743. 12. Eroſionem deſcribit, malum a carie diverſum, quo dentes corrumpantur intra alveolos ſuos, prius quam prodeant, a ſcorbuto, variolis, febribus acutis. Deinde monet, multum vitii in dentibus oriri a maxillarum anguſtia, qua fiat, ut ordine legitimo prodire nequeant: eoque in caſu ſuadet mature dentes primigenios evellere. Contra ANDRYI in *Orthopædia* conſilia aliqua monet. EJUSD. *expériences & démonſtrations*, Pariſ. 1746. 12. Eroſionem ſuam in latentibus hactenus dentibus præ viſim *Commiſſariis* Academiæ chirurgiæ in noſodochio *de la Salpetriere* demonſtravit: obſervationes de noxa tophi dentibus circumnati, de ulceribus alveolorum, de elapſu dentium a robore nimio oppoſitorum dentium, de inæquali craſſitie materiæ vitreæ propoſuit.

ARTHUR. CONRAD ERNESTING in *nucleo* ſuo *quinquepartito*, Helmſtatt. 1741. 4. habet etiam lexicon chirurgicum.

GODOFR. THIESEN *obſ. de calculo raræ magnitudinis a virgine per urethram ſponte & feliciter excluſo*, Regiom. 1741. 4.

In CL. J. B. BIANCHI etiam num ſuperſtitis Libro *generatione viziofa* multa huc pertinent ad partum ventralem, cæſaream ſectionem, quam eo ſolo in caſu laudat.

VVURTH *caſus ex veſica calculo orti deſcriptio*, Arnſtein 1741. 4. *

PETRUS IDEMA in ſua *verhandling van't cog*, Leeuvvaarde 1741. 4. de cataracta agit, quam membranaceam defendit, in ipſo opere, ut putat percepto diſcrimine.

FRANC MICH. DISDIER *Traité des bandages ou méthode exacte pour apliquer les bandages les plus uſités*, Pariſ. 1741. 8. *

JOS. ANTON. SCRINSKL diſputatio *de inflammatione, gangræna, ſphacelo in genere*, Prag. 1741. 4. *

VVILH. BERAND diſputatio *de ſynovia ejuſque remediis*, Heidelberg. 1741. *

P. J. MALOUIN *An herniæ inguinali cum adhæſione ſubligaculum nocet*, Pariſ. 1741. *

M. des MOURS cum verſione Gallica Tomi I. *Edimburgenſium actorum* edidit morbos oculorum perite & ſubtiliter deſcriptos, mydriaſin, & uveæ ad corneam adhæſionem.

GERARD vand SVVIETEN Archiatri Auſtriaci *commentaria* in HERMANNI BOERHAAVE *aphoriſmos de cognoſcendis & curandis morbis* prodierunt Tom. I. Leid. 1742. Tom. II. ibid. 1745. Chirurgica Præceptoris illuſtrat multis ſuis, & HILDANI, LAMOTTII aliorumque obſervationibus.

FIELDING OULD *a treatiſe of midvvifry in three parts*, Dublin 1742. 8. Compendium, quo plerorumque caſuum difficiliorum encheireſes traduntur. Situm non bonum eſſe, quando facies directe os ſacrum reſpicit, valde urget, & mutari debere eum ſitum, donec mentum fetus alterutri humero inſiſtat. Obliquitatis uteri malos effectus repudiat. Cum capite brachia una educere contra DEVENTRIUM diſſuadet. Pharyngotomo pro capite aperiendo utitur, & pro abdomine. Partum Cæſareum rejicit. Forcipem Anglicam & ejus uſum deſcribit.

PIERRE CHIRAC *obſervations de chirurgie ſur la nature & le traitement des playes*, Pariſ. 1742. 12. Verſio diſputationis cujus primam editionem non vidi. Symptomatum ætiologiam proponit. Balarucenſes aquas in vulneribus tendinum laudat. Simpliciorem curationem præfert.

CHR. STEPH. SCHEFFEL *de præſtantia ſitus parturientium in lecto præ reliquis aliis conſuetis*, Gryphiſvvald. 1742. 4.

J. FRID. TSCHEP *de amputatione femoris non cruenta*, Hall. 1742. diſputatio.

GE. FRID. SIEGVVART *de ſanatione ophthalmiæ*, Hall. 1742.

JOSEPH HURLOCK *practical treatiſe upon dentition*, Londin. 1742. 8. Demonſtrare ſcopus eſt, optimum remedii genus in difficili dentitione eſſe inciſionem gingivarum, qua convulſiones & mors ipſa occupentur. HARRISIUM refutat, adverſum inciſioni, cariem dentium adhuc in alveolo latentium non ignoravit.

JAMES GARLICK *on injections in the cure of gonorrhœas*, Londin. 1742. 8. *

PETRI PAULI MOLINELLI *ad publicam chirurgicarum operationum in cadaveribus oſtenſionem*, Bonon. 1742. * Laudat has adminiſtrationes. EJ. *de aneuryſmate e læſa brachii in ſanguine mittendo arteria*, Bonon. 1745. 4. cujus editionis pauciſſima exemplaria ſunt, recuſa eſt autem in Bononienſibus commentariis. Oſtendit ex ſuis & VALSALVÆ curationibus,

 bus,

bus, non ſufficere, ſi vulnerata arteria ſuperius & inferius ligata fuerit, ſed claudi oportere ramos minores, qui mire dilatentur ligato trunco. Statum arteriæ & nervi poſt aneuryſmatis operationem degeneris deſcripſit.

Liſte delle operazioni fatte dal S. ENRICO MEINERS *e ſcielta delle più ſingolari guarigioni fatte in Torino ſulle malattie degli occhi*, Turin. 1742. Ambulantis ocularii artificia hic deſcribuntur, pupilla artificialis, depoſita cataracta, &c.

FRANC. JOS. HUNAULD & BUSSON *Ergo ab ictu, lapſu, niſu; quandoque vertebrarum caries*, Pariſ. 1742. Deſcribit ancyloſes vertebrarum, & cariem ex caſu vel nixu.

HENR. FRANC. BOURDELIN & ISEZ *Ergo in pectoris hydrope quo maturior eo felicior thoracis paracenteſis*, Pariſ. 1742.

PAULI JACOBI MALOUIN & GEVIGLAND *Ergo herniæ inguinali cum adhæſione ſubligaculum nocet*, Pariſ. 1742.

HYACINTHI THEODORI BARON & BARON D'HENOUVILLE *Ergo fracto cranio non ſemper admovenda terebra*, Pariſ. 1742. Non adhibendam, niſi ſanguis magna copia effuſus fuerit, tentandam purgationem, venæ ſectionem, &c.

ANTONII CASA MAJOR & PETRI LALOUETTE *Ergo cereoli in pleriſque urethræ fiſtulis ſectione præſtantiores*, Pariſ. 1742. Inciſionem rejicit ob anguſtiam, & commendat cereos ex inteſtino in chordam contorto ſenſim craſſiores.

ROBERI HUBERTI LINGUET & LIGER *Ergo in abſceſſu mediaſtini celebranda ſterni terebratio*, Pariſ. 1742. Monet ut adhibeatur trepanum in parte ſiniſtriori.

J. BAPT. LUDOV. CHOMEL & BERCHER *Ergo prægnanti ſuperveniente uteri hæmorrhagia partus manu promovendus*, Pariſ. 1742.

A. N. GUENAULT & VANDENESSE *Non ergo vulnerata crurali arteria ab amputatione auſpicandum*, Pariſ. 1742. Poſſe ligari arteriam cruralem, nec inde metui debere ſpacelum, ob ramos communicantes.

LUDOVICI PETRI le HOC *Ergo oculi punctio cataractam præcavet*, Pariſ. 1742. Cataractam membraneam defendit, hinc humorem aqueum turbidum emittit punctione, ne nova regeneretur.

CHRIST. STEPH. SCHEFFEL *de præſtantia ſitus parturientium in lecto præ reliquis alias conſuetis*, Gryphſvvald. 1742.

DALE INGRAM *eſſay on the cauſe and the ſeat of the gout*, Londin. 1743. 8. Cauteria, dudum fere neglecta, inter gaſtrocnemios admota mire ad podagram laudat.

Mémoires de l' Académie Royale de Chirurgie, Pariſ. 1743. 4. & 3. Tom. 12. Anglice etiam verſ. Nova Academia hactenus hoc unum teſtimonium ſuorum profectuum edidit. In ea continetur verboſa QUESNAI diſſertatio de humoralibus morbis. Sceptica tractatio de neceſſitate admovendi trepani: J. L. PETITI nova ad calculos veſicæ felleæ extrahendos operatio: FOUBERTI methodus extrahendi calculi, qua veſica ſuper prælongam acum triquetram aperitur: herniæ ventriculi & ovalis foraminis: feminis in veſicam regreſſio ob cicatricem quæ urethram obturabat: SEVINI collectio corporum œſophago impactorum: fetum non extrahi debere in gravidis ſanguinem amittentibus: partus cæſarei felicis hiſtoria, & alia plurima.

CORNELII TRIOEN *obſervationum medico-chirurgicarum faſciculus*, Leid. 1743. 4. Inprimis ad oſſium ulcera, & cariem pulchras obſervationes habet.

NIEROP *de libera urinæ excretione*, Leid. 1743. 4. Calculum ipſe ſecuit & obſervationes adduxit.

FISCHER *de modo quo ſe oſſa accommodant* Leid. 1743. Habet hiſtoriam analogæ articulationis.

J. VVILHELM SCHMIDT *hiſtoria hydropici paracenteſi plus quam 40. es inſtituta curato*, Gedani 1743. 4. qui ex recidivo morbo periit.

J. A. BUCHNER *de ancyloſi*, Hall. 1743. *de diæta vulneratorum* 1743. *de calculi renum excretione* 1745. bona diſputatio, *de gangliis* 1748.

J. CAR. VOIGT *de capite infantis abrupto & variis illud ex utero extrahendum modis*, Gieſſ. 1743. Inſtrumenta varia delineat, docta diſputatione. Negat oſſa pubis diduci.

JAQ. MESNARD *guide des accoucheurs*, Pariſ. 1743 8. Nihil novi vel reconditi, ſed forceps paulum correcta, & cranio perforando deſtinatum inſtrumentum delineantur. Partum

tum cæſareum commendat & deſcribit. Encheireſes cæterum breves, icones ex J. MAURICEAU.

CAROLI JOSEPHI de BUCKIS & LOVVENFELS *apologia pro arto ſympathetica*, 1743. 4. * Pro vendenda arte.

CHRISTIAN VVENKER *de virgine per 27. annos ventriculum perforatum habente*, Argentin. 1743.

J. FRID. CRELL *de tumore capitis fungoſo poſt cariem cranii*, Helmſtad. 1743.

J. FRID. CRELL. dedit etiam *anatomen puellæ gibboſæ* in progr.

J. ERNESTI HEBENSTREIT *oculus lacrimans*, Lipſ. 1743.

JOHAN. HENSELER *hiſtoria brachii prætumidi*, Altorf. 1743.

J. ANDR. VVESTPHAL *de vulnere inteſtini coli feliciter conſolidato*, Gryphsvvald. 1743.

LEBR. DAN. CHRISTH MITTELHAUSER *de modis articulorum & incurvatione oſſium rachitica*, Jen. 1743. diſputatio.

JULIANUS OFFRAI in *obſervations de médecine pratique* habet fiſtulas ani venereas ſolo mercurii uſu ſanatas: exomphali hiſtoriam.

Cum hoc inprimis anno Rex Chirurgis imperaverit, ut neminem reciperent, niſi artium eſſet magiſter, aliaque ipſis privilegia impertiverit, lites inter Medicos & Chirurgos Pariſinos nunc primum vehementiſſime exarſerunt. Auſus eſt nonnemo ſcribere *Réflexions ſur la déclaration du Roi*, Pariſ. 1743. 8. in quibus mala demonſtrantur, quæ ex litteratulis neque manu exercitis chirurgis oriri poſſent. Reſpondit Chirurgus anonymus ſub titulo *obſervations ſur un écrit intitulé réflexions*, Pariſ. 1743. 4. Errat defenſor, dum PAREUM, THEODORICUM de HERY, alioſque inſignes chirurgos ait ex literato grege fuiſſe, qui omnino ex illiterato fuerint. Reſpondit medicus in *notes ſur les réflexions* ibid. 8. eodem anno, in quibus objicitur, HEVINUM, SENOT, QUESNAI alioſque eruditos chirurgos neminem habere quem curent, & illiteratos eſſe, quibus cives ſe committant, &c. Deinde In *Mémoire pour la faculté de médecine contre l'auteur des obſervations*, ibid. 8. refutatur chirurgus, & oſtenditur nunquam facultatem Pariſinam chirurgos pro doctoribus habuiſſe, ſed inter diſcipulos numeraſſe. Non legi, qui ſequuntur, *nouvelles réflexions ſur la déclaration du Roi* 1743. 8. *Themis & le malade pour la ſubordination dans la médecine*, ibid. & I. de SANTEUIL *lettre & réflexions ſur la qualité de M. és arts nouvellement exigée pour être chirurgien à S. Côme*, Pariſ. 1743. 8. Sed LAURENTII FERRET orationem oppoſitam MORANDO cum titulo *des moyens de former des parfaits Chirurgiens*, Pariſ. 1743. 4. legi Chemiam & Phyſicen, aliaſque artes liberaliores inutiles eſſe chirurgo, D. QUESNAI alioſque chirurgos theoreticos parum practicos eſſe oſtendit.

JOHN. RANBY *gunſhot vvounds*, London. 1744. 8. Frequentem uſum corticis in contuſis maliſque vulneribus commendat, tum lenem tractationem, & evitationem omnis lacerationis, dum glans extrahitur, quam mavult, quoties pertinacius hæret, ſuo loco relinquere. Recte monet, ſi amputandum, id faciendum antequam gangræna acceſſerit. Gallice verſus libellus prodiit Pariſ. 1745. 12. EJUSDEM *narration of the laſt illneſſe of the Earl of Orfort*, Lond. 1745. 8. jam citavi. Veſica inflammata erat & undique cruſtam villoſam calculis habebat obſitam. Contra utrumque opuſculum prodiit *an expoſtulating adreſſ to* J. RANBY *occaſioned by his treatiſe on gunſhot vvounds, and by his narrative of the Earl of Orfords laſt illneſſ*, Lond. 1745. 8. * Contra alterum *a letter from a phyſician to another at Bath concerning the caſe of the Earl of Orford*, London. 1745. 8. * & *an ſecond letter occaſiond by Ranby's appendix to his Narrative.*

OTTO PHILIP PRAUN *anleitung zur krebſcur ohne ſchnitt*, Ulm. 1744. 8. Arcana laudat, ut aquam ex ſpermate ranarum.

KLEINSCHMIDT *unterricht für die hebammen*, Ulm. 1744. 8. *

J. FRID. HENKEL diſputatio *de cataracta cryſtallina*, Francof. Viadr. 1744. In qua noviſſima FERRENII de obſcurata lente & capſula inventa proponuntur. EJUSDEM Medici & Chirurgi *Samlungen mediciniſcher und chirurgiſcher anmerkungen* I. II. III. & IV. Berolini in 4. ab anno 1747. eduntur. Multa hic utilia reperiuntur, chirurgica inprimis, ad morbos oſſium, luxationes, hernias, lithotomiam LE DRANII & CHESELDENII, aneuryſma aortæ, fracturas varias, hydrocephalum, unde difficilis partus, ſphacelum a

caufa

cauſa interna, ſpinam bifidam, cariem, &c. Contra hoc opus acre anonymi ſcriptum prodiit *ſendſchreiben an einen erfahren medicum* 1747. 4.

J. FRID. HENKEL *ſamlungen med. und chirurgiſcher ammerkungen* V. & VI. nunc etiam prodierunt.

Chirurgie complete ſuivant le ſyſtême des modernes, Pariſ. 1744. 12. *

HENRIC. AUG. GERLACH *de cura cancri in mamma exulcerata poſſibili*, Hamburg. 1744. 4.

HENR. AUG. GERLACH citatus liber exſtat etiam in E. N. C. Vol. VIII.

Recherches ſur l'origine, ſur les divers états & ſur les progrès de la chirurgie en France, Pariſ. 1744. 4. Non adeo liber eſt, quam libellus forenſis, quo chirurgi favorem judicis aucuparunt, omnia adeo in contumeliam Medicorum, & gloriam ordinis chirurgici reficta, adſcripti Chirurgis LANFRANCUS, BERENGARIUS, alii, vere Medici, ſuppoſititiæ leges collegii chirurgici ad antiqua tempora per fraudem fictæ, occultata vera origo chirurgiæ Gallicæ, quæ eſt a medicis Italis, qui iidem ſuam ab Arabibus habuerunt, corrupta rerum geſtarum mille modis hiſtorias, ſuppreſſa fama tonſorum, qui in chirurgia excelluerunt, laudati ſupra merita ſua obſcuri homines. Una recuſus eſt index funereus DEVAUX. Contra hunc librum prodiit *Mémoires pour le Doyen & les DD. Régens de la faculté contre le Prévot des chirurgiens*, Pariſ. 1744. 4. Longe aliter hic, quam in Chirurgorum ſcripto, res geſtæ narrantur, illiteratos nempe Chirurgos fuiſſe, anno vero 1436. primum inter diſcipulos facultatis medicæ receptos, deinde anno 1551. ſubjectos ei facultati, etiam cum annui tributi inpoſitione & additione Medicorum ad recipiendos candidatos chirurgicæ artis, eamque legem etiam anno 1724. renovatam, neque unquam veniam datam chirurgis, ut artem ſuam latine docerent. Cæterum hoc libello tota chirurgiæ Gallicæ hiſtoria verior continetur. In *Requête au Roi contre le S. do la* PEYRONIE queruntur Medici, abſque venia decani ſecare cadavera chirurgos, & malle obſtetrices & candidatos nullos recipere, quam medicos habere tentaminum præſides.

Manifeſto da RAZAM da QUEIXA, Liſſabon 1744. fol. * Miſerat experimenta ſua de cancri cura Pariſios pro præmio obtinendo, neque judices faventes invénerat. Hic de fato ſuo queritur.

In J. des SAVANS 1744. MOPILLIERE chirurgus Andegavenſis libellum contra utilitatem fonticulorum & veſicatoriorum edidit.

CARD. DAN. FISCHER *de calculo veſicæ urinariæ*, Erfurt. 1744. Bona diſputatio cum propriis obſervationibus.

J. HENRICI VVELSI *de hernia crurali*, Angentor. 1744. diſputatio.

J. AD. RULMANN *de partu præternaturali & difficili ob hæmorrhagiam uteri antecedentem*, Gieſſ. 1744.

JOH. BESSE & LALLEMANT. *Ergo ubi partus difficilis ac deſperatus tentanda etiam in matre viva ſectio uteri caſarea*. Pariſ. 1744. in magno capite, hydropico fetu, arcta pelvi.

PETRI ANS L'EPY & BERNARD: *Ergo mammarum cancri ferro tutior quam cauſticis ablatio*, Pariſ. 1744.

J. CLAUD. ADR. HELVETII & de la MOULIERE: *Ergo in partu difficili ſola manus inſtrumentum*, Pariſ. 1744.

THOM. BERN. BERTRAND & PERSON: *Ergo venæ ſectio operationum frequentior ſimulque periculoſior*, Pariſ. 1744. bona deſcriptio.

Prémier mémoire pour les DD. & D. Régens de la faculté contre le S. de la PEYRONIE *& la communauté des chirurgiens*, Pariſ. 1744. 4. Volebat FRANCISCUS GIGAUT de la PEYRONIE ſolus doctores chirurgiæ creare. Hanc adfectationem imperii Medici graviter accuſant. Adparet eo tempore ſcripſiſſe GIGALTUM de la PEYRONIE *memoire* ſeu libellum quo ſe tuebatur. Eum ut pleraque chirurgorum non vidi. Reſpondit ad hunc chirurgorum libellum *Univerſitas Pariſina* ſub nomine *réponſe du Recteur, Doyens, Procureurs, & Supots de l'Univerſité de Paris, au mémoire du S. de la* PEYRONIE, Pariſ. 1744. fol. Hic Academia Chirurgos, quintam facultatem ſub præſidio primarii chirurgi, conſtitutos, dimittit cum negato petito, & demonſtrat chirurgos ab anno retro 1436. in Univerſitate non aliter fuiſſe receptos, niſi ut diſcipulos medicorum, ab omni vero tempore ipſis fuiſ-

ſe

ſe interdictum ne docerent aut theſes defenderent, neque novum jus ipſi accedere, quod magiſtri eſſent. *Second mémoire pour le D. & DD. Régens de la Faculté contre le S. de la* PEYRONIE, Pariſ. 1745. 4. Iterum errores Libri *recherche*, &c. caſtigantur, & corrigitur hiſtoria chirurgiæ. Anno 1671. confirmatum eſt, ut chirurgi medicis præſentibus reciperentur, & anno 1676. ut annuum præſtarent juramentum apud decanum, & in ipſis chirurgorum ſtatutis anno 1699. ſancte ſervata ſunt facultatis jura, etiam ſi nunc ab anno 1742. recuſent juramentum & tributum. Imo anno demum 1749. condemnati fuerunt, ut medicos advocarent ad examina. Errores etiam & funeſta crimina chirurgorum exponuntur. Juſtus & curioſus liber. Eodem anno prodiit *à Meſſieurs les adminiſtrateurs de l'hôtel dieu*, fol. 1743. Queruntur medici, abſque decani venia cadavera chirurgis concedi.

JAQUES DARAN *recueil d'obſervations chirurgicales ſur les maladies de l'uretre traitées par une nouvelle méthode*, Avignon 1745. 12. recuſa & multum aucta anno 1748. cum titulo *obſervations chirurgicales ſur les maladies de l'uretre, traitées ſuivant une nouvelle méthode*. Scopus eſt oſtendere adlatis hiſtoriis & teſtimoniis, ſuis candelis ſuoque diſſolvente arcano carunculas & fiſtulas urethræ tolli. Defendit carunculas ſibi etiam in cadaveribus viſas, iſchuriæ cauſas perſequitur. Hiſtoriæ ad 200. & teſtimonia plurima.

OLOF ACRELL *utförig förklaring om fris ka ſors eganskaper*, Holm. 1745. 8. De vulneribus ſimplex & luculentus tractatus. Vulnerum hiſtoria uberior, quam apud ullum alium ſcriptorem, ſecundum omnes partes corporis deſcripta, & ſanum judicium de ſinguli vulneris majori aut minori ad necandum potentia. Curatio non addita.

J. FRANCISCI MAURIN *diſputatio de vulneribus*, Monſpel. 1745. 8.

GOULARD de ſectione calculi in *Actis* (*Mémoires*) Academiæ Monſpelienſis anno 1745.

De GOULARDO, quem ibi citavimus, nunc ſubjungimus, eum virum valde laudari a PAULUCCIO.

PETRI PASQUAL *de ſignis & partu fetus mortui*, Leid. 1745. 4. Signa fere omnia rejicit.

CHRISTOPH. ERNST ENDLER *ſamtung vom krebs*, Hamburg. 1745. 8. *

J. CASIMIRI AULBER *de fetus prægreſſo capite partum retardante*, Gieſſ. 1745. Varia bona habet, & deſcripſit inſtrumenta & encheireſes pro capite inpacto.

LUDEVVIG MICHAEL DIETRICHS *Rede von einem vvahren vorfall und glüklich unternommener abſetzung der bährmutter*, Ratisbon. 1745. 4. Notatu digna hiſtoria de partu difficili, poſt quem elapſus uterus, induratus, reſectus & in demortuæ poſt aliquod tempus cadavere nullus uterus repertus eſt. EJUSD. *obſervationes de uſu corticis peruviani in cancro mammæ*, Ratisbon. 1746. 4. Recenſet GERARDI van SVVIETEN hiſtoriam utiliter adhibiti in mammæ cancro corticis, & ſpiritus ſalis, & ſimilium a ſe ipſo factorum experimentorum.

PHIL. JAC. BOHMER *de prolapſu & inverſione uteri*, Hall. 1745. Utrumque prolapſum defendit, & uteri, qualem deſcribit, & vaginæ. EJ. diſſertatio *de neceſſaria funiculi umbilicalis deligatione*, Hall. 1746. 4. Deſcribit arterias umbelicales, abrumpi negat, & neceſſariam eſſe deligationem confirmat.

THEODORI KOPPENHAGEN *de inſigni uſu veneſectionis in ſanandis vulneribus*, Altdorf. 1745.

GEORGII AUGUSTI LANGGUTH *de fractura patellæ & genu*, VVittemberg. 1745. *de terebratione capitis chirurgia generoſa*, 1748.

EJ. diſp. *de terebratione capitis non difficili neque lethali*, VVittemb. 1749. 4. *de ſinus frontalis vulnere ſine terebratione curando*, ibid. 1749. 4.

J. DAVID SCHLECEL *de calculo veſicæ prægrandi in puero novenni*, Erfurt. 1745.

J. JAC. MULLER *caſus rariſſimus uteri in partu rupti*, Baſil. 1745. docta diſputatio: Fuſe pro DEVENTRIO ſcribit.

J. BENI. BOEHMER *de pſyllorum marſorum & ophiogenum adverſus ſerpentes*, &c. Lipſ. 1745. diſp.

Cum PHILIPPI CONRADI FABRICII ſolertiſſimi & modeſtiſſimi viri, *ſciagraphia hiſtoriæ phyſico-medicæ Butisbaci*, VVetzlariæ 1746. 8. edita. Prodierunt etiam obſervationes chirur-

rurgicæ de periculoſo uſu trepani; de luxatione vertebrarum colli in ſuſpenſis non ſatis vera, de vulnere in quo integra cute cranium ulceribus perfoſſum erat. Ej. *de facilitate inſigni extractionis fetus vivi in procidentia uteri*, Helmſtad. 1748. 4. Exemplum fetus ex utero prolapſo nec converſo extracti.

PHILIPPI CONRADI FABRICII etiam eſt *curatio juvenis prægrandi effuſione puris in abdomine laborantis*, Helmſtad. 1750.

Dictionaire de Médicine univerſel proprie Anglice ſcriptum eſt a D. JAMES, quam editionem non poſſideo, ſed gallicam verſam a D. DIDEROT EIDOUS & TOUSSAINT, Pariſ. VI. vol. fol. 1746. & ſeqq. annis. Tota HEISTERI chirurgia hic repetitur, & magna vis aliarum obſervationum ex *Tranſactionibus Philoſophicis*: *Academiæ Pariſinæ monumentis*, cum iconibus inſtrumentorum.

JANI PLANCI (JOH. PIANCHI) Ariminenſis medici acuti ingenii, prodiit anno 1745. *de veſicatoriis diſſertatio* * quam prælegit in Academia Lynceorum reſtituta: Ea medicamenta refutat.

De JANI PLANCI hic dicta diſſertatione *de veſicatoriis*, qua medicamenta ea refutat, addimus, multas inde lites natas eſſe.

ATTHALIN *lettre à un Médecin de Province au ſujet des accidens funeſtes, ſurvenus au bout de 54. jours enſuite d'un coup de tête*, Beſançon 1746. 8. Ex pondere capiti illapſo nulla ſymptomata, ſed mors tarda ſucceſſerat, cum putredine cerebri.

CHRISTIAN EHRENFRIED ESCHENBACHS *anfangsgründe der chirurgie zum gebrauch ſeiner vorleſungen*, Roſtoch. 1746. 8. Compendium in quo morbi magis vulgati deſcribuntur, encheireſes ex optimis recentioribus docentur.

Hoc anno in lite *medicorum cum chirurgis* prodierunt PROCOPE COUTEAUX *diſcours ſur les moyens d'établir une bonne intelligence entre les médecins & les chirurgiens*, Pariſ. 1746. 4. Satyra in adfectantes doctorum titulos chirurgos.

Mémorie pour F. la PEYRONIE *& les Prevôts, & Collège des Chirurgiens, contre la fatulté de Médicine & l'Univerſité de Paris*, Pariſ. 1746. 4. *

MOUTON *Eſſays d'odontotéchnie ou diſſertation ſur les dents artificielles*, Pariſ. 1746. 12. Demonſtrat utilitatem dentium artificialium.

ANGELO NANNONI *trattato delle malattie delle mammelle*, Firenze 1746. 4. In inflammatione acetum, in cancro vero amputationem laudat, qua feliciter ipſe fit defunctus. EJUSDEM *diſſertazioni chirurgiche*, Pariſ. 1748. 8. De fiſtula lacrumali, catarrhacta, medicamentis exſiccantibus & cauſticis agit, quas ultimas diſſertationes pro præmio obtinendo ſcripſerat.

ANGELO NANNONI hic etiam recenſi *diſcorſo chirurgico nell' introduzione al corſo delle operazioni*, Firenz. 1750. 4. nondum legi.

ROBERT VVILLAN *eſſays on the kingsevil*, Lond. 1746. 8. *

SAMUEL MIHLES *elements of ſurgery*, &c. Londin. 1746. 8. non malum compendium, quo tota res chirurgica breviter exhibetur, cum iconibus inſtrumentorum & encheireſeon. Errores intercurrunt. Quis credat DUVERNEYUM præſente BOERHAAVIO anno 1730. humerum in articulatione ſcapulæ amputaſſe.

CAR. AUG. a BERGEN *de ſpina ventoſa*, Francof. ad Viadr. 1746.

Principes de Chirurgie, Pariſ. 1746. 12. *

GOTTFRIED HOERLE *de ſtaphylomate fungoſo*, Gieſſ. 1746. diſputatio.

BEAT. IGNAT. la CHAUSSE *de hernia ventrali*, Argentor. 1746. eximia diſputatio.

In JAC.NIC. VVEISS Profeſſoris Altdorfini programmatibus aliquæ obſervationes exſtant quæ huc pertinent, ut diſceſſus epiphyſion a variolis in progr. V.

VICTOR HENRICH RIECKE *unterricht vor die hebammen*, Stuttgard. 1746. 8. *

FRANC. BIDAULT: *Ergo in paronychia operatione celebranda torcular verſus ſupernam brachii partem adplicandum*, Pariſ. 1746. 4.

In *Actis Stokholmienſis Academiæ* paſſim operationes & obſervationes chirurgicæ exſtant, ut labii leporini ab O. ACRELL ſecti: ex inguinis ulcere egreſſa tænia: cariei & exemtæ tibiæ, cataractæ lacteæ a CL. RIBBIO, olim mihi familiari, ſanatæ.

Ex *Actis Stokholmienſis Academiæ* huc etiam pertinet tractatio de ſignis calculi, quam BACK & SCHUTZER inſeruerunt.

Sic

Sic in *Gentleman's Magazine* intercurrunt caſus rariores huc ſpectantes.

Et in *Memorie di valent' uomini* quæ Luccæ prodeunt TABARRANI de luxationibus vertebrarum, quas minime admittit, TACCONI & aliorum aliquæ obſervationes.

LEVRET *obſervations ſur les cauſes & les accidens de pluſieurs accheouchemens laborieux*, Pariſ. 1747. 8. De capite fetus in utero retento, & modis id extrahendi agit, iconem dat inſtrumenti ex tribus laminis chalybeis facti, quæ ſeorſim introduci, tunc circa caput in tricruris forcipis modum claudi queunt. Forcipem etiam CHAMBERLAINI corrigit excavando maxillas, addendo laminam, cujus ope angulus maxillarum major minorve reddi queat, ejus vero inſtrumenti utilitatem per obſervationes confirmat. Denique agit de cauſis incuneati capitis. EJ. *obſervations ſur la cure radicale de pluſieurs polypes de la matrice, de la gorge & du nés, opérée par de nouveaux moyens*, Pariſ. 1749. 12. nondum legi, laudant vero inprimis auctores Diarii Eruditorum, ob ſigna variorum polyporum & prolapſuum uteri vaginæque, &c. In nuperis *diariis eruditorum* (februar. 1750.) & aliqua contra LEVRETUM cenſura, & ejus reſponſio exſtat.

J. DAN. SCHLICHTING medici Amſtelodamenſis, qui etiam nunc curat, *Embryulcia nova detecta, of heel nieuvve behandelinge in de moeyelickſte baaringen op't ſpoedigſte te helpen, geoeffend door* ROONHUYZEN, Amſtelodami 1747. 8. Deſcribit forcipem, cujus ope ROONHUYZIUS ejuſque filius uterum pene clauſum aperiebant, fetumque utcumque ſitum educebant. Id arcanum ſuum fecerat collegium chirurgorum Amſtelodamenſium revelat auctor. Depinxit autem machinam ſeu forcipem ex duabus laminis chalybeis elaſticis factam, quibus oſtium uteri diducitur. EJ. *embryulcia nova detecta appendix*, ibid. Veram ſe machinam delineaſſe per teſtes idoneos confirmat. EJ. *traumatologia novantiqua, ofte vernieuvvde vvond-heelkunde*, Amſtelod. 1748. 4. Plenum opus de vulneribus in univerſum & ſingulis: de eorum majori vel minori periculo, &c. Multa hic nova aut rariora. Vulnera tendinum minus periculoſa eſſe oſtendit, quam vulgo creditur. Vulnera arteriæ cruralis ſanari poſſe confirmat. Hepar contuſum ſanatum vidit. Turundas & emplaſtra in curatione rejicit. Corticis Peruviani effectum in longis cum gangrænaconjunctis febriculis verum invenit, in aliis gangrænis minus fidum. EJ. *corollaria* adjecta novæ editioni VERBRUGGIANI operis jam citavimus. Medicamenta ſæpe meliora ſuadet; fomenta ad ulcera ex pane & vino, ſpiritum nitri in ſcorbuto, cantharides recipiens unguentum in fiſtulis, mercurii uſum in cancro clauſo. Fonticulos ad ſananda ulcera rejicit, &c.

J. P. RAHTLAUVV *het berugte geheim in de vroedkunde van* ROONHUYSEN *ontdekt*, Amſt. 1747. 8. *

J. P. RAHTLAUVV in libro hic citato fere eodem modo, quo CL. SCHLICHTINGIUS, a chirurgis provocatus, iconem inſtrumenti ROONHUYSIANI publicat, quam chirurgus van der SVVAMM, diſcipulus junioris ROONHUYSII cum VELSENIO medico communicaverat. Addit ipſe forcipem Anglicanam perforatis cochlearibus aliamq; pro extrahendo fetu propriam.

HENRICH KLINGEN *ſendſchreiben an einen chirurgum in Strasburg*, Berolin 1747. 8. Contra HILMERUM oculariüm, quem agyrticarum fraudum reum agit; infelix ſcriptum quod auctori acrem vindicem immiſit.

GEORGE KEY *a diſſertation on the effects of mercury on human bodies*, Londin. 1747. 8. Pleraque practici potius argumenti ſunt; in appendice vero vulnus ſclopetarium deſcribitur, in quo glans pelvim ſubierat per foramen magnum oſſis pubis, & ſecuti erant ſinus plurimi, præter ſpem ſanatum. Laudat inſtrumentum novum ad venæ ſectionem a ſe ipſo excogitatum.

JAC. van der HAAR *verhandeling van de geſchotene vvonden*, Amſtelod. 1747. 8. * niſi verſio eſt.

BROVVNE LANGRISH in ſuis *phyſical experiments upon brutes*: expertus eſt aquæ calcariæ in veſicam canis injectæ potentiam, & quam portionem toleret ſaponis aut calcis, quam minus ferat.

Remarques ſur les Mémoires de l'Académie de Chirurgie, Pariſ. 1747. 8. *

ADRIANI DICTEN *diſputatio de gangrana & ſphacelo*, Leid. 1747. cum exemplis.

LAURENT. MIZLER *de balſamo univerſali*, Erfurt. 1747. 4. Laudat inventum ſuum ad ſcirrhum mammarum, viperæ morſum, cataractas. Cæterum notum eſt DIPPELIUM duplicem & vegetabilem & mineralem balſamum vulnerarium excogitaſſe, minime inutilem, quem utrumque C. NEUMANNUS deſcribit.

Hoc anno edidit J. ASTRUC (tecto nomine) *état des conteſtations entre la faculté de Méde-*

cine & la communauté des Chirurgiens, Pariſ. 1747. 4. Ubique in Gallia Medicos recipiendis chirurgis præſidere, & inſanam eſſe petitionem D. de la PEYRONIE, qui honores chirurgicos propria auctoritate tribuere velit. *Requête au Roi pour les DD. Régens de la Faculté*, Pariſ. 1747. 4. Oſtenditur chirurgos ſuppoſititia protuliſſe ſtatuta, & Regi impoſuiſſe, dum ad obtinenda petita adfirmarint ſe jam anno 1268. in facultatem coaluiſſe. Ea vero ſtatuta anni 1600. ficta eſſe demonſtratur. Hanc criminationem confirmant advocati in *conſultation pour les DD. & D. Régens de la Faculté*, 1747. 4. & notas ſuppoſitionis in Chirurgorum ſtatutis liquido demonſtrant, ut puduerit ſceleris Chirurgos, neque auſi ſint fraudem tueri. *Troiſième Mémoire pour les D. & DD. Régens de la Faculté de Médecine*, Pariſ. 1748. 4. Contra ſcriptum Chirurgorum, qui dimiſſa petitione aggregationis ad Univerſitatem Pariſinam, docendi tamen latine jus petebant. Oſtenditur Medicos omni ævo unice latine de chirurgia prælegiſſe, Phyſicos idem, quod Medici, ſonare, & alia plurima ad hiſtoriam utilia.

PLANQUE *bibliothèque de médecine tirée des ouvrages périodiques*, Pariſ. 1748. 4. nequidem integram A literam continet, cum inprimis ſub titulo *Acouchement* innumeras hiſtorias partuum difficilium coacervaverit, ulcerum vero in *abſcés*, tum molarum, &c.

GEORGE ARNAULD *diſſertations on hernias or ruptures*, London 1748. 8. & gallice verſ. Pariſ. 1749. 8. 2. vol. ſub titulo *traité des hernies*. Memorabilis liber hominis unice fere in hoc morbo occupati, & a patre ſimiliter in herniis curandis conſeneſcente educati. Utilia plurima habet, hic non repetenda, ſed inprimis modum, quo herniæ adhærentes reponuntur, propriis pulvinis ſenſim urgentibus, ſcalpello, &c. Gangrænam etiam minus metuit & ſæpe curavit. Strangulationem a ſolo ſacco factam deſcribit cum ſignis ſuis. LE DRANIUM paſſim refutat.

ANDREÆ PASTA *diſcorſo del fluſſo di ſangue dall' utero delle Donne gravide*, Bergomi 1748. 8. Non ſemper a diſceſſu placentiæ hæmorrhagias gravidarum oriri, ſed ab oſtiis menſium apertis, neque ſemper partum accelerari debere, ſed quietem & venæ ſectiones præſtare oſtendit.

GIAMBATTISTA GISMONDI *lettera intorno una proſcritta, che contiene note critiche ſopra la diſſertazione de' veſicatori del* S. GIOVANNI BIANCHI, Piſauri 1748. 8. PLANCUS veſicatoria rejecerat, defenderat D. VANDELLI. Reſpondet GISMONDUS, & oſtendit conſentientes magnos viros, quibus ea remedia diſplicuerunt. Ad hanc autem apologiam in 4. *epiſtola* earum, quas anno 1748. Lucæ 8. edidit, reſpondet OCTAVIUS NERUCCI.

J. HENRICI KNIPHOF vexatorum theoria & hiſtoria, Erford. 1748. Diſp.

J. FREKE *eſſay on the art of healing*, Lond. 1748. *

J. FREKE boni ſenis citatum librum *eſſay on the art of healing* nunc legi. Theoriam malorum dat, huic ſuperſtruit operationes. Pus deducit a ſanguine cum aere in ſpeciem ſpumæ ſaponaceæ abeunti. Verrucas ſanguini per arterias vehementiori impulſui tribuit. Medicamenta interna pene ubique rejicit. Venenatam naturam vulnerum ſclopetariorum reſtituit. Sic a bile eryſipelas, ab atra bile cancrum iterum cum ulceribus derivat, &c.

G. DOVVMAN *phyſicomechanical diſſertation on the ſcirrhus*, Londin. 1748. 8. Aquas ad ſcirrhum ſaponaceas & petroleo miſtas laudat. Amputationem in cancro (gypſea ſpecie excepta) rejicit, & adfirmat, ſe ſanare cancros ope antimonii cum mercurio & kermes minerali. Morbum ab ovario ſcirrhoſo deſcribit.

VV. DOUGLAS *letter to* D. SMELLIE Londin. 1748. 8. Contra SMELLII forcipem ligneam ad partus difficiles adhibitam. *

BENJ. PUGHE *treatiſe of midvvifry*, Lond. 1748. 8. * Forcipem novam deſcribit a ſe inventam, tum caſus graviores, novam methodum tibiam amputandi, machinam pro luxatione humeri, &c.

ANTONII BERGIER & J. BARDEU DUBOURG *Ergo tracheotomiæ nunc ſcalpellum nunc biſidus mucro*, Pariſ. 1748. Illud ubi aliquid illapſum eſt, hic, ubi aer unice admittendus.

PETRI ALOUETTE & THOULOUSE DE VALLUN *Ergo femur in cavitate condyloidea aliquando amputandum*, Pariſ. 1748. Experimento oſtendit, comprimi poſſe arterias iliacas, ut amputare liceat femur, etiam in ſuperiori parte.

JAC. FRANC. le CHAT de la SOURDIERE *Ergo tenſio ſterno-maſtoideorum muſculorum nocet chirurgicæ herniarum curationi*, Pariſ. 1748. Monet, ne permittatur ægris, quibus herniæ reponitur, flexio capitis, quæ requirat ſternum fixum, hinc tenſionem muſculorum rectorum abdominis.

CORNELII VAN NIEL *de partu difficili*; Leid. 1748. 8. Hiſtorias varias habet, & enchei-reſes ad caput oſſi pubis incuneatum. Brachia cum capite educere ſuadet.

J. CHRISTIAN KISNER *de morbis puerperarum*, Leid. 1748. diſputatio.

JAC. ROELKE *de therapia morborum per ulcera*. Lipſ. 1748. diſputatio.

BENED. GOTTFR. OEHME *de amaurosi*, Lipſ. 1748. cum CL. GUNZII obſervationibus.

ANDR. EL. BUCHNER *de abſceſſibus & ulceribus mammarum*, Hall. 1748. 4. EJ. *de en-teroepiplocele*, ibid. 1750. 4. EJ. *de vulneribus cerebri non ſemper lethalibus*, ibid. 1750. 4. & aliæ diſp.

C. CHRISTOPH. DETHARDING *de exclusione fetus immaturi*, Roſtoch. 1748. 4.

AUG. SCHAARSCHMID *kurtzer unterricht von den krankheiten der knochen*, Berolin. 1749. 8. PETITUM ſequitur, fiſſuras oſſium docet adgnoſcere, & obſervationem habet emolli-ti oſſis.

DAN. WILH. TRILLER *de veterum Chirurgorum arundinibus atque habenis*. Wittemb. 1749. Progr.

In CL. DAUBENTON *deſcription du cabinet du Roi*, Pariſ. 1749. 4. continetur multa ca-riei, exoſtoſeos, ancyloſeos exempla, delineata.

LOUIS *obſervations & remarques ſur les effets du virus cancreux*, Pariſ. 1749. 12. A can-cro natam cariem oſſium albam ſiccam deſcribit. Laudat ad cancrum fonticulos, alumen, ſedum acre, ex theoria.

GIOV. DOMENICO BACIOCCHI *lettera intorno l' eſtrazione d' un calcolo eſiſtente ſotto la lingua*, Breſcia 1749. 8. Extraxit calculum ductus ſalivalis WARTHONIANI.

In J. *des SAVANS* 1749. anonymus novum inſtrumentum ad ſecandum calculum propo-ſuit, adfine ſcalpello occulto, quo in herniis utuntur, idemque defendit contra cenſu-ras CL. NIC. LE CAT. Forcipem etiam habet ad frangendum majorem calculum.

JANO REGHELLINI *lettera chirurgica ſopra l' offeſa della viſta in una donna*, &c. Venet. 1749. 8. Hiſtoria eſt novæ pupillæ, quam non a depoſita cataracta ſed ab inflammatio-ne & abſceſſu natam eſſe contendit, & poſtquam viſus duplex factus eſt. Multæ bonæ obſervationes accedunt. Statuit cataractam membranaceam, & eam ſæpe ſe vidiſſe adfirmat.

GERH. ARMBSTER *de paragomphoſi fetus in partu*, Gott. 1749. diſputatio. Cum capitis incuneatione prolapſum uteri fere adeſſe, emollientia tunc plurimum prodeſſe & enchei-reſes docet quas indicat.

J. JULII WALBAUM *de vena ſectione veterum & recentiorum*, Gotting. 1749. Erudita diſputatio, cum novo inſtrumento elaſtico, quoad quamlibet directionem quæſitam cutis perforari poteſt.

J. G. STROSHLEIN diſputatio *de relaxatione vaginæ, prolapſu & inverſione uteri*, Argent. 1749. Bonæ diſputationes ſunt quas citavimus J. G. STROSHLEIN & J. FRID. CHRIST. CORVINI.

ANDR. SEVASTO *de lithogeneſia*, Leid. 1749. 4.

D. GOTTLOB EHEBESII *ep. chirurgica*, Hall. 1749. de gravi cerebri vulnere curato.

J. FRIDER. CHRISTIAN. CORVINI diſputatio *de hernia cerebri*, Argentor. 1749.

BARTHOLD WICHMAND, qui & ipſe inter noſtros diſcipulos, fuit *de partu difficili ex funiculo umbilcali pravio*, Hafniæ 1749. diſputatio.

La ſupériorité des Médecins ſur les Chirurgiens prouvée par les loix & l' uſage de toute l' Europe, Pariſ. 1749. 4. Teſtimonia ſunt octo Academiarum, inter quas etiam noſtra eſt, qua demonſtratur, ubique in Europa recipiendis Candidatis Chirurgorum Medicos præſi-dere, ubique docere Chirurgiam, & graviores operationes dirigere, &c.

F. P. COMBALUSIER *conſiderations d' un Médecin de Montpellier ſur les deux prémiers mé-moires du S. PICHAUT de la MARTINIERE*, Pariſ. 1749. 4. Archiatri in manus jurare Chi-rurgum primarium, Archiatrum in Regias Chirurgos Doctoris titulos ambire & apud provinciales facultates obtinere; Chirurgos melioris notæ fuiſſe Medicorum diſcipulos: PETITUM furtim librum de oſſibus edidiſſe, cum promiſiſſet ſe errores a WINSLOVVO in-dicatos correcturum: & alia demonſtrat Chirurgis non placitura.

Réponſe au dernier mémoire de M. le Prémier Chirurgien & à l' écrit intitulé examen im-partial, Pariſ. 1749. 4. Auctor dicitur eſſe D. PAYEN. Oſtenditur Chirurgos literatos pa-rum ad artis propriæ incrementa, plurimum Medicos contuliſſe: multa infortunia a pra-xi Chirurgorum oriri, &c.

Denique 12. Aprilis 1749. hæc diuturna lis edicto Regio ita conpoſita eſt, ut Chirur-gis

gis recipiendis Medici adeſsent, & examinarent Candidatos, & duplex ordo fieret Chirurgorum, Academicorum, Magiſtrorum docentium, & illiteratorum; loco jurisjurandi vero Chirurgi Decano Medicorum catalogum omnium utriuſque ordinis ſui membrorum jubentur mittere. Ante operationes Medicorum vota debere colligi & prima.

F. SAUVAGES *de la* CROIX diſsertatio *ſur la nature & la cauſe de la Rage*, Toulouſe 1749. 8. Artum demorſum amputari debere, aut carnem profunde ex vulnere exſcindi, intus mercurium adhiberi.

* T. KNIGTH *on Catholicus*, Londin. 1749. 8. habet aliqua de vi medicamenti Stephaniani, quam tribuit igni in calce latenti; de CYPRIANI arcano lithontriptico ex calce & pyrite miſtis, fermentatis cryſtallis in lixivio natis.

CAR. LINNAEI *de generatione calculi*, Upſal. 1749. 4.

A. HALLER *de herniis congenitis*, Gotting. 1749. aliæque obſſ.

DESPORT *traité des playes d'armes à feu*, Paris 1749. 12. Mitiorem curandi rationem præfert, rejectis corroſivis, ſpiritu vini & nimiis inciſionibus. Turundas defendit. Glandes tamen impactas fortiſſime extrahit etiam oſſibus de induſtria fractis. Novam fracturæ cranii ſpeciem deſcribit *fracture en pente*.

TAILLARD le fils *élémens de la phlébotomie*, Paris 1749. 12. Mechanicam rationem & cautelas in V. S. manus pediſque docet.

J. MONNIKHOF *ontleed en heelkondige ſamenſtelling der ooſaaken, kenteeken, bevallingen en genezingen van de ſcheurzels*, Amſtelod. 1750. 8. Culpat bracheria, hactenus nota; proprium promittit ſe deſcripturum; frigida fomenta rejicit, & repoſitionem ſacci non aperti.

S. THEOD. QUELMALZ *de narium incurvatione*, Lipſ. 1750. 4. *de ileo ex hernia ſuppurata*, ibid. 1750. 4.

J. B. LUD. CHOMEL *Ergo tumidis hæmorrhoïdibus hirudines*, Pariſ. 1750. 4.

RAVATON *traité des plaies d'armes à feu*, Pariſ. 1750. 12. Nondum legi, ſed paſſim lego refutare DESPORTUM.

J. GOTTFR. JANKE *de forfice & forcipe ferramentis a* BINGIO *inventis*, Lipſ. 1750. 4. Hæc ſpecies Anglicanæ forcipis eſt, quam præfert reliquis JANKIUS, illa ad aperiendum fetus caput excogitata.

JOSEPH. ANTON. STEIMANN *de cauſis cur frequentius viri pra feminis calculoſi fiant*, Argentor. 1750. 4.

GUIL. FRID. JAHN. *de inſolita ingentis calculi per ſcrotum excluſione*, VVittemb. 1750. 4.

ABRAHAM SZELI *damna graviora ex abortibus*, Altdorf. 1750. 4.

PALLUCCI *Nouvelles remarques ſur la lithotomie ſuivies de pluſieurs remarques ſur la ſéparation du penis & ſur l'amputation des mammelles*, Pariſ. 1750. 12. Diligenter ſcriptum opus. Poſt pelvis anatomen deſcribit varios calculum extrahendi modos, eosque novis nominibus inſignit, apparatum minorem tuetur, Gallos accuſat, quod alias partes incidant, quam in libris nominent. In apparatu alto perforare imam veſicam ſuadet, longo *trocart*, in lotium in celluloſitatem effundatur. Laudat GOULARDI ſecandi rationem, & tubulum in vulnere relictum. Diarium dat aliquot operationum, ſuarum & FAGETI. STEPHANIÆ medicamentum fruſtra fuiſse monet. In *præfatione* de cataractæ depoſitione agit, & inſtrumentum deſcribit, quod ex ſiphone & ex acu componitur. Aliqua etiam de penis & mammæ amputatione docet. EJ. *deſcription d'un nouvel inſtrument pour abatre le cataracte*, Pariſ. 1750. 12. Acus lanceolatæ, quam nondum vidi, icon. EJ. *hiſtoire de l'opération de la cataracte faite à ſix invalides*, Pariſ. 1750. 12. Inter alia, etiam capſulam opacam lentis per corneæ inciſionem extraxit.

Die gebährende frau ſamt ihrer leibes frucht in lebens gröſſe abgebildet, Franc. Lipſ. 1750. 8. Icon meo ſpecimini deeſt, qua ſtatua exprimitur ad diſcendos modos obſtetricandi apta, cum præceptis eo pertinentibus.

JOS. MARIA QUADRIO *nuovo metodo per curare ſicuramente ogni cancro coperto*, Venet. 1750. 4. Nondum legi.

J. de DIEST *Non ergo in plagis abdominis vulnerato inteſtino pellionis futura*, Pariſ. 1750. 4. Reſp. S. LEGER.

HYAC. THEOD. BARON & MOUGUEZ *Ergo in chirurgicis naturæ medicatricis efficaciam agnoſcit medicina militaris*, Pariſ. 1750. 4.

Jo-

JOSEPH de JUSSIEU & VANDERMONDE *Ergo a ligatura polypi tutior curatio*, Pariſ. 1750. 4.

JAC. ALB. HAZON & THIERY *Ergo tutior faciliorque datur aneuryſmatis curatio*, Pariſ. 1750. 4.

J. JAC. WELTIN *De aneuryſmate vero pectoris externo hemiplegia ſobole*, Baſil. 1750. 4.

PHIL. FRID. GMELIN *de effectibus morſus canis rabidi*, Tubing. 1750. 4.

GUENIN hiſtoire *d'une opération céſarienne faite avec ſuccés*, Pariſ. 1750. 8. Nondum legi.

F. COME de lithotome cum le CATIO concertationes, & nova inventa in *diario Erudito-rum* deſcribuntur, cum novis inſtrumentis, & nunc junctim prodierunt Pariſ. 1751. 12.

CORNELII PLEVIER *gezuiverde Vroedkonſt*, Amſtelod. 1751. 4. cum præfatione S. D. SCHLICHTING. Nondum legi.

Multa alia, latentia in obſervationum medicarum collectionibus, nunc omitto.

De Medicina Forenſi ſeu Legali.

Medicina FORENSIS ſive LEGALIS nova in univerſum ars eſt: hinc cum Chirurgia, in-de cum Medicina connexa, cui hunc locum deſtinavi, cum in BOERHAAVIANO opere nul-lum invenerit. Nam Veteres equidem quæſtiones varias medicas in leges receperunt. In legibus Moſaicis virginitatis inquiſitio locum habet. In *Exodi* etiam c. 21. ſeptuaginta interpretes ita legunt; „ ſi percuſſa muliere exiverit aliquid nondum formatum, reus „ puniatur, ſed ſi formatum fuerit, moriatur morte. Ita in Paraphraſi PHILO, etſi aliæ verſiones non ita legant. Parcendum eſſe prægnantibus dudum ÆGYPTII ſtatuerunt apud PLUTARCHUM de *ſera deorum vindicta*, & Athenienſes apud ÆLIANUM. Iidem Ægyptii ſanxerunt legibus, ne Medici alio modo curarent, quam eo, qui in libris canonicis ha-bentur (DIODOR. SIC. L. I.) Deinde ZALEUCI lex fuit, qua pœna irrogaretur ægris, qui Medico non obtemperarent, ap. ATHENÆUM L. X. ARISTODEMUS apud PAUSANIAM (L. IV.) propriam filiam interemit, ut contra procum ejus confirmaret virginem eſſe, ne-que gravidam, neque indignam, quæ victima pro patria fieret. HIPPOCRATEM fœminam liberaſſe, quæ adulterii rea erat, quod infantem parenti diſſimilem peperiſſet J. H. SCHULZE monet Per. I. Sect. III. c. 2. n. 28. In EUMENIS exercitu, cum duæ feminæ certarent & utraque viro ſuo vellet commori, ab obſtetriciæ artis peritis luſtrata earum altera gravi-da inventa eſt (DIOD. SIC. *Bibl.* L. XIX.) Lege Regia ſectio cæſarea imperata eſt in femi-nis gravidis nuper exſtinctis, & quæ alia ſunt ejuſmodi. In *Juris civilis codicem* multa, uti neceſſe omnino fuit, huc pertinentia tranſiverunt, & magna HIPPOCRATIS auctoritas fuit, ut etiam ultra quam fuiſſet neceſſe, in tempore partus & alibi ipſi ſit obſecutum. CL. GALENI Lib. *quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi* huc utcumque ſpectat. Sed verum tamen ortum medicinæ legalis, tamquam propriæ partis medicinæ, refero ad *Con-ſtitutionem Criminalem* CAROLI V. in qua conſtitutum eſt; (ad art. 147.) ut in dubio vul-nere, quod mors ſecuta eſſet, non autem a vulnere neceſſario ſequi videretur, conſule-rentur Chirurgi, & art. 149. ut unus duove Chirurgi ante ſepulturam corpus occiſi ho-minis inſpicerent & de vulnere referrent. Ea lex ita nunc in Germania invaluit, ut *corpus delicti* deeſſe, neque pœnam ordinariam locum habere, Juriſconſulti pronuncient, niſi ca-daver hominis occiſi inciſum fuerit præſente Medico, nam is nunc perpetuo requiritur, & Chirurgo. Inde nata eſt ampliſſima ſeges obſervationum de lethalitate, ſive vi ad mor-tem inferendam vulneris, venenive. Adde nunc de partu occulto & infanticidio, in qua CAROLUS V. per obſtetrices (art. XXXV.) ream luſtrari jubet; noſtri mores nunc per Me-dicos luſtrari jubent, & alias de virginitate, de impotentia, de ætate, morbis fictis, tor-tura, evitandis publica cura morbis epidemiis quæſtiones; in quibus judex Medici ſen-tentiam requirit, & habes novæ artis ambitum, quæ ab Anglia penitus abeſt, in Gallia a paucis ſcriptoribus tractata eſt, in Germania vero vel unice vel præcipue ad Medicum ſpectat, & in ea inprimis regione plurimis in libris expoſita eſt. Eorum paucos & Medicos proferam, cum in Juriſconſultorum *bibliothecis* nihil omnino laboris poſuerim, quorum pau-cos omnino tangam, qui penes me ſunt. Primus tamen liber, quem invenio propriead hunc finem ſcriptum eſſe, AMBROSII PAREI eſt, cujus *Tr. de renunciationibus* ordinem operum clau-dit, quo ſigna etiam fulguratorum, ſubmerſorum, ſuffocatorum exſtat. De virginitate agit, hymenem rejicit, formulas pro Elogiis chirurgicis proponit, narrat curationem inſignem homi-

hominum a fumo carbonario pene exſtinctorum. Acceſſit caput de conditura corporum, ex quo adparet, jam ſuo ævo optimum PAREUM muſculos præparaviſſe in cadavere, & conſervaſſe maceratum in aceto, deinde in vini ſpiritu. Deinde JACOBUS GUILLEMEAU ſcripſit libellum *contre les abus qui ſe commettent ſur les procedures de l'impuiſſance*, ubi contra congreſſus peſſimum morem oſtendit, ſaniſſimum virum nihil in femina ſibi exoſa valere, &c. JOH. WIERUM utcunque huc poſſis revocare, cujus *de praſtigiis dæmonum* liber Baſil. 1564. 8. editus rogorum numerum cepit diminuere, cum rariſſimas ſagas eſſe cordatus oſtenderit.

ASCANII CENTURII de HORTENSIIS Libri V. *in quibus exponuntur omnes obſervationes, conſtitutiones, edicta publice propoſita atque alia plurima quæ contigerunt in peſte Mediolanenſi annis* 1576. & 1577. Venet. 1589. 8. PASCH.

J. EWICH *de officio magiſtratus tempore peſtilentiæ*, Neapol. Nemetum 1582. 8.

J. B. SYLVATICI *de iis qui morbum ſimulant deprehendendis*, Mediolan. 1595. 4. Francofurt. 1671. 12. *

In MARCELLI DONATI *collectione de cruentatione cadaverum* ad præſentiam rei aliquæ hiſtoriæ exſtant. Sed eas nunc narrationes nemo credit.

AND. LIBAVII librum *de cruentatione cadaverum injuſta cæde factorum præſente, qui occidiſſe creditur*, Francof. 1594. 8. non legi.

J. BOECKELII *Tractatus de philtris, utrum animi hominum iis commoveantur necne*, Hamb. 1599. 4. *

FREDERICI BONAVENTURÆ Liber *de partu octimeſtri*, Francof. 1601. fol. Spiſſo opere omnes, quæ unquam prolatæ ſunt de partu ejuſque tempore ſententias collegit. Cæterum octimeſtrem partum vitalem eſſe ex ARISTOTELIS ſententia contra coætaneos fere omnes defendit.

FORTUNATUS FIDELIS Panormi 1602. 4. Librum edidit, quem PAULUS AMMANUS anno 1674. Lipſ. 8. recudi fecit, & qui primus magnam partem medicinæ forenſis continet. Titulus eſt *de relationibus Medicorum* Libri IV. Per fraudem recuſus eſt Lipſ. anno 1679. 8. cum titulo THOMÆ REINESII *ſchola Juriſconſultorum medica*. In Libro I. diætam publicam tractat, locorum ſalubritatem & inſalubritatem, cibos, aërem, peſtilentiam. Libro II. agit de cicatrice, morbis ſimulatis, tortura & muſculorum læſionibus. Hæc pars non eſt abſque curioſitate, nam per ſingulos muſculos demonſtrat, quid cujuſque vulnus mali inferat. Errores etiam Medicorum & Chirurgorum exagitat. Liber III. eſt de virginitate, potentia & impotentia, morbis hereditariis, graviditate, mola, animationis fetus tempore, & partus, de monſtris. Denique Liber IV. de ſignis vitæ & mortis, lethalitate, ut vocant, vulnerum (nimis hic brevis) ſuffocatis, fulguratis, veneno necatis agit, quæ de ſuffocatis & ſtrangulatis maxime, ſatis placent. Totus autem Liber non quidem ex ſatis propriis experimentis natus eſt, neque noſtro ſeculo ſufficit.

FORTUNATI FIDELIS L. IV. *de relationibus medicorum* hic dicti, prodierunt etiam Venetiis 1617. 4.

THOMÆ SANCHEZ L. *de ſacramento matrimonii*, Genuæ 1602. fol. & infinitos alios hujus generis libros *caſuiſtarum* hic omitto, ut cum medicis maneam.

J. ALFONSI de FONTECHIA *diez privilegios para mugeres premnantes*, Complut. 1606. 4. ANT.

GREGORII HORST *de cruentatione cadaverum*, Wittemb. 1608. 8.

De la diſſolution du mariage pour cauſe d'impuiſſance, Pariſ. 1610. 8. & *ſecond traité ſur la même* ibid. eodem anno. Rejicit congreſſum, matrimonii ſcopum primarium eſſe exſaturationem libidinis contendit, eam ſi vir præſtitit, ſufficere, neque requiri fecunditatem; congreſſum vero perpetuo victoriam ad feminæ partes transferre monet.

Recenſioni libri citati ſub titulo *diſſolution du mariage pour cauſe d'impuiſſance*, &c. Proſcriptus denique fuit congreſſus ob injuriam manifeſtam nobili viro Marchioni de LANGRES illatam: *Nouvel art de ſuivre les raports* pag. 63.

BERNARDI SUEVI *Tractatus de inſpectione vulnerum lethalium & ſanabilium præcipuarum partium corporis humani*, Marburg. 1629. 8. germanice recuſus ſub tit. *wunden urtheil*, Hamburg. 1644. 8. In priori editione ſatis plene vulnera percurrit ex ordine, ne bicipitis quidem muſculi vulnere omiſſo. Ad ſingula vulnera ſubjicit veterum triſtia plerum-

rumque judicia, cum rationibus, & ſubjungit feliciores ex recentibus Medicis hiſtorias ægrorum, qui ex ventriculi, veſicæ aliorumque viſcerum vulneribus convaluerint.

In poſthumis RANCHINI exſtat Liber *de purificatione rerum infectarum poſt peſtem*, Lugdun. 1644. 4. quem non legi.

ALPHONSI a CARANZA *de partu naturali & legitimo*, Madrit. 1628. fol. Genev. 1630. 4. Ad Juriſconſultos pertinet, ſuſus in iis, quæ eo ſpectant, ut legibus fere ſtet, eaſque, quantum poteſt, defendat. Magna digreſſione de anno veterum duplici agit. Una editus eſt CAROLI ANNIBALIS FABROTTI *de tempore humani partus & numero puerperii* brevis libellus.

JOH. GUTTIEREZ de GODOY *tres diſcurſos para probar que eſt an obligadas a criara ſus hyos a los pechos todas las madres quando tienen buena ſalud*, Giennn. 1629. 4. NANT.

PAULUS ZACCHIAS, eruditus certe & judicio pollens Medicus, neque ignarus juris, Archiater pontificius, cepit edere Romæ anno 1621. *Quæſtiones medico-legales in quibus omnes ea materia medica, quæ ad legales facultates videntur pertinere pertractantur*. Eo anno liber I. prodiit, reliqui ſequentibus & ſeptimus anno 1635. LIND. recuſi Amſtelod, 1651. fol. Avenione Pars I. 1660. fol. Lugduni P. poſterior 1661. fol. tum J. DANIELE HORSTIO curante, Francof. 1666. fol. Lugd. 1674. fol. & cum GEORGII FRANCI præfatione Francof. 1688. fol. Lugduni 1701. fol. vol. 3. ad editionem HORSTII, & Norimbergæ 1720. fol. quorum doctorum uterque multas obſervationes adjecit, præter eas, quæ magno numero ex Juriſconſultis ſumtæ adſperſæ ſunt, quo in inſtituto diſplicet, quod omnino difficile ſit, niſi ad *uncos* accurate reſpicias, diſtinguere, quæ ZACCHIÆ ſint, & quæ, adeo multa, alii adſuerint. Et PAULUS quidem totum ambitum hujus artis prudenter, ingenue, cum judicii & eruditionis laude complexus eſt, ut princeps etiam noſtro ævo opus ſit, etiam ſi anatome nunc paſſim aliqua correxerit. Multæ etiam alio pertinentes obſervationes rariores medicæ intercedunt. In editione Francofurtenſi, cæterum optima, multa deficiunt, quibus inviti caremus, præter vitia, quæ habet plurima. In *tertio tomo conſilia & reſponſa* ad forenſem medicinam ſpectantia LXXXV. deinde *judicia & deciſiones Rotæ* Romanæ a LANFRANCO ZACCHIA collectæ habentur.

PAULUS ZACCHIAS prodiit etiam Venet. 1737. fol. vol. 3.

MELCHIORIS SEBIZ *examen vulnerum ſingularium partium* C. H. *prout ſanabilia, vel lethalia, vel incurabilia ſunt*, Argentor. 1638. 4. *

MELCHIORIS SEBIZ hic citati opuſculi plures ſunt partes: *Prodromus examinis vulneris ſingularium partium* P. I. Argentor. 1632. 4. in qua vulnerum nomina. P. II. in qua ſymptomata vulnerum. P. III. in qua problemata aliqua huc pertinentia, utræque anno 1733. *Examen vulnerum partium ſimilarium* 1635. 4. *Examen vulnerum partium diſſimilarium* P. I. *ad capitis vulnera* 1636. P. II. *ad vulnera thoracis & colli* 1637. *Pars* III. *ad vulnera abdominis*, ibid. 1637. *Pars* IV. *ad vulnera artuum*, ibid. 1637. totidem nempe diſputationes. Titulus, quem ex LINDENIO citavi, videtur collectioni præfixus eſſe.

GABRIELIS NAUDÆI *quæſtio an liceat Medico fallere ægrotum*, Rom. 1635. 8. huc referri poteſt. *

HENNINGI ARNISÆI *de partus humani legitimis terminis*, Francof. 1641. 12. Definit id tempus, ad finem menſis noni, & initium decimi, verboſior omnino.

LUDVVIG von HOERNIGK *gründliche antvvort auf vier fragen von Materialiſchen Drogiſten und Apotbekern*, Francof. 1646. Lipſ. 1679. 12. * EJUSD. *Politia medica oder beſchreibung deſſen vvas Medici, Apotheker, hebammen, vvie nicht vveniger unbefugte aerzte und die patienten ſelbſt zu thun haben*, Francof. 1638. 4. 1646. 4. EJ. *Medicaſter apella oder juden arzt*, Argentor. 1631. 8. *

GENDRY (Chirurgi) *les moyens de bien raporter en juſtice*, Angers 1650. * Paſſim eo uſus eſt nuperus auctor *de l'art de faire les raports*.

JOH. MICHÆLIS *de morbis ab incantatione & veneficiis oriundis*, Lipſ. 1650. 4. *

J. ANDR. FROMMAN *hypotypoſis juris furioſorum*, Tubing 1655. 4. Juriſconſulti opus.

GASP. CALDERÆ de HEREDIA *tribunal magicum, medicum, & politicum*, Leid. 1658. fol.*

HERM. CONRINGII *de incantationis circa morbos efficacia*, Helmſt. 1659. 4.

GODOFREDI VVELSCH *rationale vulnerum lethalium judicium*, Lipſ. 1660. 8. quæ mea editio eſt, tum 1674. 8 LIND. Vulnera graviora perſequitur ſecundum partis læſæ ordinem,

nem, tunc ex Actis Lipſienſis facultatis, aut ex aliis ſcriptis, excerpit judicia, & exempla de vi mortifera majori vel minori cujuſque vulneris, pro genio ſeculi, quod noſtro ſeverius fuit, ut etiam veſicæ vulnera & aliqua ventriculi inter *abſolute lethalia* referat, minime cæterum illaudabilis ſcriptor.

GASPARI a REYES *Elyſius jucundarum quæſtionum campus* Bruxellis 1661. fol. deinde Francof. 1670. 4. prodiit, miſcellum opus. Continet ad forenſem medicinam facientes quæſtiones de virginitate, impregnatione, monſtris, lacte, androgynis, abortu provocando, partus vero tempore, philtris.

FRID. MOELLER *obſervatio de partu* 173. *dierum vivo*, Cuſtrin. 1662. 8. Non abſque ingenio ſcripſit; ſed ut cauſæ ſerviret, dum ex fetu nondum ſemeſtri facere ſeptimeſtrem ſtudet, & adfectum menſem numerat pro integro, lunareſque ſumit pro ſolaribus.

In *Ciſta Medica* T. BARTHOLINI, Hafniæ 1662. 8. excuſa varia huc pertinent, ut ſtatuta collegii chirurgici ejus urbis, an lac in mammis ſit indicium graviditatis, de pharmacopoliis viſitandis, de ſuſpecto infanticidio, cenſura curationum medicarum, abortu, puerperii ſuſpicione.

J. HARDER *de partu ſeptimeſtri* J. C. *reſponſis & Medicorum placitis inſigni*, diſp. Leid. 1663. 4. *

CASP. PFAUZ *de fluxu ſanguinis & corpore occiſi ad præſentiam occiſoris*, Lipſ. 1664. 4. *

MICH. BOUDEVVYNS *ventilabrum medico-theologicum quo omnes caſus tum medicos, tum ægros, alioſque concernentes eventilantur*, Antvverp. 1666. 4. Ex ſcholarum docendi ratione & medico legales & ejuſmodi quæſtiones reſolvit, quæ ad conſcientiæ caſus pertinent, de jejunio, caſtitate, & aliis id genus, ut poſſit pro compendio haberi vaſtorum voluminum, quæ in eccleſia Romana in eum ſenſum ſcripta ſunt.

CAROLI DRELINCOURT *de partu octimeſtri vivaci*, Leid. 1668. 4. Vetuſtum præjudicium refutat, quo ſeptimeſtres fetus vitales ponuntur, octimeſtres minime; quod in Juriſconſultorum etiam ſcripta irrepſit.

J. THEOD. SCHENK *de macie puerorum ex faſcino*, Jen. 1664. 4. *

GOTTFR. VOGT *de ſtillicidio ſanguinis ex interemti hominis cadavere præſente occiſore*, VVittemb. 1667. 4. *

Inter TIMÆI a GULDENKLEE opera *reſponſa* habentur, quæ ipſe privatus, furente tunc bello & rebus omnibus confuſis, ſolus reddidit, omnino 58.

J. NIC. PFIZER *vvunden urtheil*, Nurnberg 1668. 12. * MEIB.

J. CHRISTOPH. HUNDESHAGEN *de ſanguinis ſtillicidio ex cadavere hominis occiſi ad præſentiam homicidæ*, Jen. 1669. 4.

In CHRIST. FRID. GARMANNI L. *de miraculis mortuorum* varia huc ſpectant, ut caput *de cruentatione cadaverum*.

J. ARN. FRIDERICI diſp. de *mania ex philtro*, Jen. 1670. 4.

PAULI AMMANNI *medicina critica ſeu centuria caſuum in facultate Lipſienſi reſolutorum variis diſcurſibus aucta*, Erfurt. (Sive potius Rudolſtatt) 1670. 4. melius autem & emendatius Stadæ 1677. 4. Vir ingenii acris & minime lenti, hæc reſponſa facultatis habuit a JOHANNE MICHÆLI inque ea prælegerat, partim antiqua, ab anno retro 1516. partim nova. Hiſtoriæ breves ſunt, reſponſa ſæpe paradoxa. Ita uno loco fetum undecimeſtrem pro illegitimo declarari videas, alio fetum 12. menſium cum dimidio pro legitimo, & quinquemeſtrem perinde receptum, medullæ ſpinalis vulnus pro non lethali declarari. AMMANNUS fere ex locis communibus ſimiles hiſtorias colligit. Ediderunt autem Lipſienſes *Facultatis Medicæ Lipſ. præliminarem excuſationem qua caſuum & reſponſorum ſuorum importunam editionem deprecatur*, Lipſ. 1670. 4. qua demonſtrant & ipſam publicationem & animadverſiones ſibi diſplicere. EJUSD. *Irenicum Numæ Pompilii cum* HIPPOCRATE, *quo veterum medicorum & Philoſophorum hypotheſes in corpus juris civilis pariter ac canonici hactenus tranſſumptæ a preconceptis opinionibus vindicantur*, Francof. & Lipſ. 1689. 8. Scopus eſt deſumtas ex HIPPOCRATE & receptis Medicorum theoriis leges examinare & refutare. Multum intercedit ſatirici ingenii, & dum ex ordine reſponſa facultatis ſuæ aliorumque refert, invenit largam carpendi occaſionem. Partus ſeptimeſtres, undecimeſtres penitus rejicit, & arguit ordinis ſui inconſtantiam, qui undecimeſtrem fetum, pauperis fœminæ rejecerit, Divitis duodecimeſtrem ſit tutata. Non bene hymenem & ſigna virginitatis rejicit, paſſim infra medicam gravitatem jocuſus.

EJUSD.

EJUSD. *praxis vulnerum lethalium ſex decadibus hiſtoriarum rariorum ut plurimum traumaticarum cum cribrationibus adornata*, Lipſ. 1701. 8. Pleræque vulnerum hiſtoriæ ſunt; aliæ de veneno propinato, atretis iterum ex tabulario facultatis Lipſienſibus, cum judiciis AMMANNI acris judicii, nemini facile parcituri, oſor hypocriticarum excuſationum, quas reorum patroni effingunt.

In GASPARIS BRAVO de SOBREMONTEY RAMIREZ operibus varia huc ſpectant, & in ſect. IV. de præſtantia medicinæ dogmaticæ quæſtiones aliquæ de Medicorum officiis, dignitate. In *conſultationibus* etiam de cruentatione cadaveris, ſuſpicione exhibiti veneni.

GERH. FELDMANN *Tractatus de cadavere inſpiciendo*, Groning. 1673. 4. Juris utique conſultus fuit, doctus homo & acuti ingenii. Multa equidem habet, quæ minus ad nos ſpectant, multa etiam bona. Judicem, non reum Medicos dare jubet, neque credit Medicos ſufficere, recte vero adhiberi, etſi ſolos Chirurgos CAROLUS V. vocari juſſerit. Sanguinem in præſentia rei fluentem nihil demonſtrare vult, cum etiam ad innocentiſſimi attactum nonnunquam viſus ſit manaſſe, &c.

SAM. FRID. FRENZEL *de cadaveribus humanis ad præſentiam occiſoris cruentatis*, VVittemberg. 1673. 4.

HENR. MEIBOM diſp. *de vulneribus lethalibus*, Helmſt. 1674.

GEORGII FRANCI *lupanaria ex principiis medicis improbata*, Heidelberg. 1674. diſp.

J. SCHIFMANN *corpus juris medicorum*, Venet. 1679. 4. *

JOH. EISENHART *de die critico vulnerum ac percuſſionum lethalium*, Helmſtad. 1679. 4. *

SIMONIS HENRICI MUSÆI *Hippocratis in jure tum canonico tum civili auctoritas*, Gieſſ. 1680. recuſa cum VALENTINI *corpore juris*, eruditum medicinæ legalis compendium.

CHR. SAM. ZIEGRA *de magica morborum curatione*, VVittemb. 1681. 4.

J. C. AXT *abortus in morbis acutis lethalis oder frage ob dem medico zugelaſſen in ſchveren krankheiten die frucht abzutreiben*, Jen. 1681. 12. *

J. C. AXT etiam eſt *de partu ſeptimeſtri*, de quo vide in anatomicis.

G. VV. VVEDEL *de morbis a faſcino*, Jen. 1682. 4. EJUSD. *fundamenta lethalitatis vulnerum*, diſp. Jen. 1695. Hanc partem medicinæ vir polygraphus omnium parciſſime adtigit.

HIERONYMI GASTALDI Cardinalis *Tractatus de avertenda & profliganda peſte politico-legalis*, Bonon. 1684. fol.

NIC. BLEGNY *doctrine des raports de chirurgie*, Lyon 1684. 12. * Multum eo uſus eſt Auctor libri *art de faire les raports*.

NIC. BLEGNY in libri citati prima parte præcepta reſpondendi dat, in altera exempla.

AHASVERI FRITSCH *medicus peccans* 1684. 12.

J. D. MAJOR *de moribundorum regimine & recte ferendis vulnerum judiciis*, Kilon 1685. 4.

PETRUS VVOLFART de pulmonum ſubmerſione agit, Marburg. 1685. 4. cum diſp. *de partu duplici*.

JOHANNES BOHN Lipſienſis Profeſſor, vir cautus & veri & juſti amans, expertus in tanta caſuum, de quibus Lipſienſes conſuluntur, frequentia, primarius hac in parte medicinæ auctor. EJUS Liber *de renunciatione vulnerum ſeu vulnerum lethalium examen* prodiit, Lipſ. 1689. 8. recuſus ibid. 1711. 4. cum duabus diſputationibus huc pertinentibus, *de partu enecato*, & *an quis vivus mortuuſve aquis ſubmerſus, ſtrangulatus aut vulneratus fuerit*. Plurima mihi valde placent ut ea v. g. quæ de debili temperamento aut ſenio ad rei occiſoris excuſationem male traducto: & quæ de vomicis aliiſque latentibus cauſis habet, quæ vulnera ex ſe ipſis non mortifera, funeſta reddunt. Recuſus eſt Amſtel. 1710. 1732. 8. IDEM cepit Lipſiæ diſputationes *de medicina forenſi* edere *primam* & *ſecundam* anno 1690. *de medici* vero *officio* I. II. & III. anno 1697. quartam anno 1699. & denique anno 1704. 4. *de medici officio duplici clinico & legali*, perinde laude omni dignum opus, cum caſibus, cautelis, monitis. Chirurgis reſpondendi facultatem non facile committendam eſſe ſuadet. Virginitatem tamen negat & experimentum pulmonis ſubſidentis aut natantis.

Editio JOHANNIS BOHN *de renunciatione vulnerum*, &c. Amſtelodamenſis 1710. dicta; cum præfatione L. HEISTERI eſt.

J. SCHULTZ *de contractu medici cum ægroto*, Gedan. 1689. 4.

JOHANNES ZELLER diſputatio *medico-forenſis quod pulmonis in aqua ſubſidentia infanticidas non abſolvat*, Tubing. 1690. 4. Hall. 1746. 4. Non continuo poſt unam alteramve

reſpirationem pulmoni vim natandi eripi, neque adeo certo non vixiſſe fetum, etiamſi pulmo in aqua ſubſederit per experimenta oſtendit. Poſſis etiam EJUS *docimaſticam ſupra cauſam & noxas vini lithargyrio mangoniſati illuſtratam* huc referre quæ Altdorfi 1707. excuſa eſt, & ad publicam diætam pertinet, tum ad jus, cum caupones aliquos capite plexos eſſe conſtet, qui venenato hujus modi vino perniciei civium ſtuduerunt.

JOH. SCHREYER *erörterung der frage ob es ein gevviſſes zeichen ſey vvann eines kindes lunge im vvaſſer unterſinkt, daſſ ſolches in mutterleib geſtorben ſey*, Zeitz 1690. 4. Hall. 1746. 4. & in *Pandectis* VALENTINI. Contrariam ZELLERO ſententiam defendit, certum nempe ſignum fetus vitalis a pulmone natante ſumi, ſubſidentem vero pulmonem certo demonſtrare, fetum in utero materno periiſſe. Conſentientium facultatum reſponſa adjecit.

EL. HENR. HENKEL *Tractatus de philtris eorumque efficacia ac remediis*, Francof. 1690. 8.

J. HERM. HAMER *medicina renunciatoria ſeu criſis qua J. C. & judicibus forenſibus reſpondere tenetur Medicus*, Erfurt. 1692. 4.

J. HENR. MEYER (Juriſconſult.) *de ferto virginum*, Erfurt. 1693. diſp.

FRANC. HENR. VVERKMEISTER *de abſoluta lethalitate vulneris arteriæ magnæ*, Hall. 1694. diſp.

J. GRONÆI *cautio criminalis ſeu de proceſſibus contra ſagas*, Sulzbach 1695. 12. *

C. B. B. (CONRAD BARTHOLD. BEHRENS) *Medicus legalis oder geſezmäſſige beſtall und auſübung der arzneykunſt*, Helmſtadt. 1696. 8. Commodum & cordatum compendium legum, quæ ad Medicos, Chirurgos & Pharmacopolas pertinent, non omiſſis diæteticis. Sub finem adjectæ ſunt obſſ. aliquæ mortium ſubitarum.

EL. CAMERARII diſputatio, *an liceat Medico pro ſalute matris abortum procurare*, Tubing. 1697. 4. EJ. *magici morbi hiſtoria attentius conſiderata* 1724. 4. EJ. *medicæ quædam adnotationes ad Thomaſianam diſputationem de præſumtione furoris atque dementiæ*, Tubing. 1730. 4. In *ſyſtemate etiam cautelarum medicarum*, quod Francof. 1721. 4. prodiit, aliqua habentur ad forenſem medicinam.

CHRISTIANI THOMASII celeberrimi J. C. *de jure circa pharmacopolia civitatum*, Hall. 1697. EJ. *de præſumtione furoris & dementiæ* 1722. EJ. *exemplum judicii circa magica* 1729. 4.

PANCR. VVOLF *cogitationes medico-legales*, Zeitz 1697. 8. HAEN.

JOH. KLEIN *examen juridicum lamiæ confeſſæ ſe ex nefando cum ſatana concubitu prolem ſuſcepiſſe humanam*, Straiſund 1698. VVittemberg. 1741. 4. *

CHRIST. GOTTFRID. SEILER (J. C.) *privilegia partus qui in utero eſt*, Marpurg. 1700. diſputatio.

J. NIC. MARTII *de magia naturali ejuſque uſu medico ad magice & magica curandum*, Erf. 1700. 4.

JUSTI HENRICI MANGOLD diſp. *de vulnere lethali*, Rintel. 1701. 4.

MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI *Pandectæ medico-legales ſeu reſponſa forenſia ex archiviis Academiarum & celebriorum Medicorum deſumta. Acc. declamationes panegyricæ*, Francof. 1701. 4. Pleraque reſponſa ex AMMANNO, BARTHOLINO, TIMÆO, aliiſque, aliqua Gieſſenſia ſunt, mire benigna, ut etiam graviſſima vulnera inter ea recenſeantur, quæ caſu occidunt. Primo tomo varia, altero vulnera continentur. EJUSD. *novellæ medico-legales cum introductione generali directorii loco ſerviente. Accedit ſupplementum pandectarum apologeticum*, Francof. 1711. 4. Caſus ſunt 51. In *appendice* continentur REINKINGII de ſagis libellus, J. C. HUNDESHAGEN diſp. *an ſtillicidium ſanguinis in cadavere ſit ſufficiens præſentis homicidæ indicium*: CASP. ÆVESTEL diſp. *pulvinar morienti non eſſe ſubtrahendum & defenſio contra* LUTHERUM Kilonienſem, de vitæ termino. EJUSD. *corpus juris medico-legale conſtans Pandectis, Novellis & Authenticis*, Francof. 1722. fol. Præter priora opera hic reperies caſus 18. ex ZITTMANNO & aliis ſumtos, cum titulo *Authenticorum*. Deinde diſputationes aliquas de ſagarum conventibus, MUSÆANAM jam dictam, CHR. BERNH. VALENTINI *labyrinthum medicum*, &c. *ſeu methodum ſtudii medici &* diſputationem GOELICKII ſubjunxit, quæ dicetur ad annum 1709. pauca demum alia.

J. A. SEILER *tota œconomia hominis naſcentis ſub ſchemate* 5. *caſuum forenſium*, Roſt. 1703. 4. *

HENRICI BODONII diſputatio *de non præferendis ſumtibus curationis ultimi morbi*, Lipſ. 1703. *

DE

De Vaux (ſed omiſſo nomine in ea editione, adjecto in nupera) *art de faire le raports en Chirurgie*, Pariſ. 1703. 8. Ut in Germania Academiæ de vulneribus & mortibus violentis conſuluntur, ita ut in Gallia & Pariſiis quidem Medici & Chirurgi Caſtelleti, & alibi in urbibus conſtituti Medici & Chirurgi reſpondent. Hujuſmodi reſponſa, aliqua etiam ex Blegny & Gendry operibus deſumta, hic traduntur, bono & nitido ordine, maxime vulnerum præmiſſis hiſtoriis. In pleriſque tamen eventus deficiunt, quod nihil ſint, niſi denunciationes Chirurgi ad Judicem. Congreſſum rejicit. Germanice verſum opuſculum prodiit Budiſſini ſub titulo *die kunſt chirurgiſche berichte und vvundzettel abzufaſſen* 1713. 8. Idem opus Morandus multis aliis caſibus auxit & ornavit, aliqua tamen mutavit & finxit ad majorem Chirurgorum dignitatem, & nuperas conſtitutiones adjecit, Pariſ. 1743. 12.

Gunth. Christoph. Schelhammer *de morbis magicis*, Kilon. 1704. 4.

J. Joachim Schödfer *de pulmone infantis natante & ſubmergente*, Roſtoch. 1705. Juriſconſulti ſcriptum in alieno foro aberrantis.

J. Frider. Zittmann *medicina forenſis d. i. neueröfnete pforte zur medicin und chirurgie*, Francofurt. 1706. 4. Medicus exercitus Saxonici inſignem hic dedit collectionem caſuum 600. cum reſponſis facultatis Lipſienſis ab anno 1650. ad 1700. ſumtis ex M. S. codicibus C. J. Langii Profeſſoris ejus urbis.

J. Andr. Fischer *conſilia medica quæ in uſum practicum & forenſem adornata ſunt*, Francof. 1705. 8. & *conſilia continuata* 1706. 8. Etiam iſte Medicus ſolus abſque facultate conſilia forenſia dedit, in mitiſſimum ſenſum omnia, ut etiam hepatis ſclopetaria vulnera ex lethalium cenſu removeat, infantem qui clamaverat, habeat pro mortuo, &c. Ej. diſp. *de vi faſcini in C. H.*, Erf. 1725. 4.

In Andreæ Petermann *obſervationibus medicis*, Lipſ. 1706. 8. editis, aliquæ hujus loci ſunt, & germanice prodiit *de cas I. caſuum medico legalium*, Lipſ. 1708. 8. *

Chr. Vater *de philtris*, VVittemb. 1706. 4. *de infanticidii imputati ſignis diagnoſticis*, VVittemb. 1722.

Adam Ludolf Loefler *de puella Zittavienſi incantata*, Lipſ. 1706. 4.

G. VV. Stahl *de privata diſpenſatione Medicorum* exſtat diſp.

Petri Muller (J. C.) *de jure prægnantium*, Jen. 1707. & 1732. diſp.

Benjamin Evvaldt *de eunuchis & ſpadonibus*, Regiomont. 1707. 4. Ejusd. *an fetus humanus vivus vel mortuus natus ſit*, Regiom. 1716.

Go. Frid. VVagner *de ſignis veneno interfectorum*, Regiom. 1707. 4.

J. G. Nic. Dieterichs *de erroribus in vero termino partus ejuſque cauſis commiſſis*, Gieſſ. 1707. 4.

J. Casp. VVestphal cum *pathologia dæmoniaca* dedit *obſſ. de prodigiis ſanguinis falſo habenus proclamatis* & *de viva jumentorum contagio infectorum contumulatione*, Lipſ. 1707. 4.

A. Ottomari Goelicke Profeſſoris Francofurtenſis ad Oderam, *de partu octimeſtri vitali*, Hall. 1708. *de mutilo medicinæ corpore reſarciendo* ibid. 1709. 4. ubi Medicis ſubjectam eſſe pharmaciam & chirurgiam contendit; & Paracelsum atque privatam diſpenſationem defendit contra Conringium, qui pharmacopœis faverat. Ejusd. *medicina forenſis*, Francofurti ad Viadr. 1723. 4. Non legi, ſed collectionem diſputationum eſſe ex cenſuris video, cum hiſtoria literaria ſcriptorum de medicina forenſi agentium.

Georg. Emerich *de connubio Aſtrææ cum Apolline*, Regiom. 1710. 4. In fractura cranii cum mala anatome pugnat pro reo, & ægrum caſu, non ex ipſa morbi natura, periiſſe oſtendit.

Christian Vvildvogel (J. C.) *de arbitrio judicis circa torturam*, Jen. 1710. diſp.

M. Ern. Ettmuller *de tormentis & pœnis ſuſtinendis*, Lipſ. 1711. diſp.

Maximil. Preuss *vulnerum lethalium vel minus lethalium ſciagraphia*, Bresl. 1712. fol. plag. 2.*

J. Frid. VVucherer *de moralitate abortus*, Jenæ 1712. diſp.

Hieron. Ludolf *de lethalitate vulnerum*, Erfurt. 1712. 4.

Michael Alberti de hac parte artis medicæ bene meritus eſt. Et diſputationes quidem numeroſas ſcripſit, quæ huc pertinent, ut *de abortus nefanda promotione*, Hall. 1716. *de hæmorrhagiis mortuorum & jure cruentationis* 1726. *de pulmonum ſubſidentium experimenti prudente applicatione* 1728. *de funiculi umbilicalis neglecta alligatione in cauſa infanticuli libitanda* 1730. 4. *de tortura ſubjectis aptis & ineptis* 1730. *commentatio medica in ædilitium edictum* L. XXI. T. I. 1738. 4. *commentaria in Jur. Canon. decret.* P. III. *diſtinct.* V. c. 21. ibid.

ibid. 1739. 4. *de inſpectionis corporum forenſis in cauſis matrimonialibus fallaciis & dubiis*, Hall. 1740. *de ſuſpecta lactis præſentia in innuptis ad* HIPPOCRATIS *Sect. V. aph.* 39. Hall. 1741. *de termino animationis fetus humani* 1745. Deinde magnum opus edidit *ſyſtema juriſprudentiæ medico-legalis*, cujus ſex volumina prodierunt, & primum quidem Schnebergæ 1729. 4. ultimum Görlizii 1747. Cum primo volumine edidit CL. auctor compendium hujus partis medicinæ juſto judicio & minime blandienti ſcriptum, cordatus & ſerius. Reliquum totum opus conſtat Hallenſibus reſponſis cum integris, ut vocant, *actis*, & defenſorum calumniis. Reſponſa fere in mitiorem ſenſum data ſunt, ut noxios potius homines excuſent, quam non ſatis meritos premant. Ita in II. tomi 18. caſu vehementiſſimi ictus ad hemiplegiam referuntur. In *tertio* volumine breves nonnulli caſus a D. ENGEL communicati, & diſputationes aliquæ auctoris recuſæ adjectæ ſunt. In *quarto vol.* ad finem nonnulla practica & multa corticis condemnatio, tum VVUNDERLICHII 51. breves hiſtoriæ exſtant. In *quinto* aliqui caſus ſunt, quos etiam VALENTINUS habet, & accurata diſſectio a CASSEBOHMIO inſtituta, tum practica multa, & diſputatio illa *de edicto ædilitio*. In VI. præfatio varia monita habet, quibus poſſit medicus calumnias patronorum rei evitare, experimentum de pulmone ſubſidente ſeverius inſtituere monetur, & de ſanguinis jactura poſt reſectum funiculum reſpondere docetur, (quo loco recte damnat excuſationem ſummi criminis, deſumtam a rariſſimo caſu, quo ab eo funiculo diſſoluto ſanguis minus vehementer fluit). Porro ad relationem de vulneribus, ad modum *acta* concinnandi varia docet. Defenſiones hic breviores ſunt, & index adjectus totius operis. Porro poſt multas diſputationes in eam rem habitas *commentationem in conſtitutionem criminalem Carolinam* edidit, Hall. 1739. 4. Singulos conſtitutionis Carolinæ articulos cautelis & obſervationibus illuſtrat, non omiſſis rarioribus capitibus de carcerum ſqualore, ſanguinis vetuſti & recentis diverſitate, &c. Magiæ & impotentiæ a faſcino fidem adhibet.

Recueil général de pièces contenues au procès du Marquis de Gevres & de Mad. ſon épouſe, Roterdam 1714. 8. Cauſa impotentiæ.

LUD. ANT. MURATORI doctiſſimi viri, *governo della peſte*, Modena 1714. 8. *

IGNATIO CARCANI *conſiderazioni ſu le ragioni, ſperienze ed autorità ch'approvano l'uſo innocente delle carni, pelli, e ſero*, &c. Milan. 1714. 8. *

J. JACOB. VVOYTS *unterricht von tödlichen vvunden*, Dreſd. 1716. 8. *

J. CHRIST. BAUZMANN *von tödtlichen vvunden*, Lipſ. 1717. 12. *

J. JAC. ROSENSTENGEL *medicus practicus clinico-forenſis ſeu brevis introductio in praxin clinicam & forenſem*, Francof. 1717. 8. HAEN.

J. GEORG. SIMONIS (J. C.) Liber *de impotentia conjugali*, Jen. 1718. 4. Omne ſpurcitiei genus hic compilatum eſt, non ad impotentiam ſolam, ſed ad illicitæ veneris omne genus, fabellis omnibus etiam maxime a fide alienis collectis, & retentis SANCHIANIS quæſtionibus, quas nemo ſanus aut caſtus proponit, aut propoſitas ſolvit. Aliqua tamen exempla judiciorum utilitatem habent.

J. von HORNE *de pulmonibus in aqua ſubſidentibus* libelli duo Suecici, Holmiæ 1718. & 1720. 8. citati in anatomicis, pro tuendo experimento cum pulmonibus facto ſcripti ſunt. Negat auctor, mortui nati fetus etiam putridum pulmonem natare.

J. DAN. GOHL. in *Actis Berolinenſibus* paſſim varia huc pertinent, ſectiones legales & reſponſa. EJUSD. *medicina practica clinica & forenſis* Lipſiæ prodiit 1735. 4. * In I. parte caſus ſunt 50. practici partim, & partim forenſes, & cadaverum ſectiones. Altera eſt reſponſionum forenſium. Tertia miſti argumenti. In SCHURIGIANIS compilationibus varia huc pertinent, ut de herniosis a tortura liberandis, de matrimonio ſolvendo ob ruptum perinæum in *chylologia*: de notis virginitatis, quas rejicit, in *parthenologia*: de impotentia, ſalacitate, variiſque ad res venereas facientibus in *gynæcologia*, &c.

Urtheil von tödlichen vvunden eines berühmten medici, Nurnberg 1719. 8. *

NIC. PRAGEMANN *Commentatio de fide quæ medicis apud* J. C. *eſt* Jen. 1720. 4. * PL.

CHRISTOPHORI BERNH. VALENTIN *an liceat vim inferre fetui ut ſervetur mater*, Gieſſ. 1720. 4.

FRIDERICI HOFMANNI, celeberrimi medici, *medicina conſultatoria* edi cepit, Halæ 1721. 4. & inde ad duodecimum uſque volumen ſequentibus annis prodiit. Multa continet ordinis medici Hallenſis reſponſa forenſia, fere omnia ad reorum excuſationem, in ultimis tamen

tamen tomis omnino nulla. Multæ etiam HOFMANNI diſputationes huc pertinent, ut illa *de cauta & circumſpecta veneni dati accuſatione* 1734. *Obſervationes medico-forenſes ſelecta de læſionibus externis abortivis, venenis & philtris*, Hall. 1729. 4. & aliæ.

LAURENTIUS HEISTER plurimas diſputationes huc pertinentes reliquit. *Ex pulmonis in fetu innatatione & ſubmerſione in aqua nullum certum in infanticidiis ſignum peti poſſe*, Helmſt. 1722. Diſputatio *de partu tredecimeſtri* 1727. quem pro legitimo habet. Diſputatio *de medicinæ utilitate in jurisprudentia* 1730. qua de vulneribus gravibus neque tamen funeſtis experimenta adfert. Diſputatio *de fallaci pulmonum experimento* 1732. 4. Diſputatio *de medico vulneratum curante a ſectione cadaveris non excludendo* 1749.

GOTTFRIED HELD de HAGELSHEIM *de tempore partus*, Baruth. 1722. 4. Ex animalibus & humano genere obſervationes collegit.

ERNESTI TENZEL (J. C.) *de inſpectione judiciali cadaverum*, Erfurt. 1723. Chrirurgos ſolos ad referendum non ſufficere oſtendit.

POLYC. LEYSERUS *de fruſtranea cadaveris inſpectione in homicidio*, Helmſtad. 1723. 4.

TH. ZVVINGER & MAERKII *de morbis a faſcino & faſcino contra morbos*, Baſil. 1723. 4.

CONR. PHIL. MOFMANN *ſcheda de inſignioribus puerperii temporibus*, Regiom. 1723. 4. *

J. FRANC. LOEUVV *theatrum medico-juridicum continens varias & notabiles tam ad tribunalia eccleſiaſtico civilia quam ad medicinam forenſem pertinentes materias*. Norimb. 1725. 4. *

C. HELVVIG (ſub nomine VAL. KRAUTERMANN *medicina renunciatoria & conſultatoria*, Arnſtatt. 1726. 8. Germ. *

MARTIN GOTTHELF LOESCHER *de judicio circa abortum concitatum ferendo*, VVittemb. 1726.

THEODORI KIRCHMAJER *de cruentatione cadaverum fallaci*, Altdorf. 1726. diſputatio.

GEORG. VVILH. DETHARDING *de neceſſitate inſpectionis vulnerum in crimine homicidii commiſſo*, Roſtoch. 1726. 4.

J. FRID. de PRE' *de vulneribus lethalibus in genere per ſe & per accidens contingentibus*, Erf. 1726. 4.

VVENDELINI BIETSCH HIPPOCRATES *Juſtinianeus, ſeu nexus inter medicinam & jurisprudentiam mutuus*, Argentor. 1727. 4.

GEORG. CHRISTOPH. PLATZ *an in homicidio ſectio & inſpectio cadaveris neceſſaria ſit*, Lipſ. 1727. 4.

J. ZACHARIÆ HARTMANNI (J. C.) *de conjugibus incantatis eorumque ſeparatione*, Kiel 1727. 4. Jen. 1741. 4.

JACOB SMITH *de ſubmerſorum morte*, Prag. 1727. 4. *

J. HENR. GEELHAUSEN *de pulmonibus nonnatorum aquæ innatantibus*, Prag. 1728. 4. Plures alios hujus generis libellos in capitibus ad reſpirationem & partum inter anatomicos citavi, quos non lubet repetere.

VVILH. ULR. VVALDSCHMID *de vulneribus arteriarum in artubus ſæpe funeſtis, raro lethalibus*, Kiel. 1728. diſputatio.

CAR. FRID. LUTHER *de morbis ſimulatis & diſſimulatis*, Kilon. 1728. 4.

ENNII GUSTAVI TOPPII *de naturali morborum incantamentis magicis falſo adſcriptorum explanatione*, Leid. 1728. 4.

J. CONRAD. BECKER *paidoctonia inculpata ad ſervandam puerperam*, Gieſſ. 1729. 4. Curioſum omnino opus, quo defendit, poſſe in difficili partu vivum fetum necari, ut mater ſervetur. Videtur autem propriam cauſam defendere, quod brachio prægreſſo, cum de morte fetus non conſtaret, eo occiſo matrem liberaviſſet. Præfert autem hanc neceſſariam ſævitiam ſectioni cæſareæ in viva femina factæ. Oſſa fetus deduci defendit, & deſcribit incifam atretæ, quæ conceperat, vaginam ad emittendum fetum.

ERNST. EUSEBII RICHTER *digeſta medica ſeu deciſiones medico-forenſes*, Lipſ. 1731. 4. Simile opus ZITTMANNIANO, quo 90. caſus medico-legales cum plenis defenſionibus reorum & judiciis ex variarum facultatum, maxime Lipſienſis, ſcriniis deſumti continentur.

PETRI GERIKE Prof. Helmſtadienſis diſputatio *de renunciatione vulnerum*, Helmſtad. 1731. *de neceſſaria vulnerati inſpectione poſt homicidium* 1737.

GOTTLIEB BUDÆI *collectanea medico-chirurgica practica & forenſia*, eorum Görlitii 1731. & ſequentibus annis tomi VII. prodierunt. Reſponſa brevia continet & cadaverum ſectiones.

BUR-

BURCH. GOTTFR. STRUVIUS *de partu ſuppoſito & cuſtodia feminarum illuſtrium*, Jen. 1732. 4.

JAN. HOOGVLIET *konſt om vvonden te ſchouvven, en over derſelven doodelyckheid te ordeelen*, Amſtelodami 1732. 8. recuſa niſi fallor 1749. Chirurgus non indoctus neque immodeſtus, qui fateatur ob chirurgorum ignorantiam, noſtro ævo chirurgis, qui ſoli olim occiſorum cadavera ſecuiſſent, medicos addi. Raras etiam ſanationes non impedire, quin vulnera *lethalibus* accenſeamus monet, triſtior in judicis, qui & arteriæ vertebralis, & renum, & *ſepti* tranſverſi & alia vulnera lethalibus adnumeret, quæ vulgo non ſolent eo referri.

J. HENRICI SCHULZE diſputatio *an umbilici deligatio nuper natis abſolute neceſſaria*, Hall. 1733. Negat hæmorrhagiam a funiculo non ligato ſequi, & obſequentes paſſim habuit juriſconſultos, quæ quidem adfirmatio de debili fetu nonnunquam vera, de ſano & robuſto & in univerſum falſa eſt.

Actenmäſſige relatio facti & juris uber den vvieder J. SCHLICHT *chirurgum erregten Proceſſ*, Francofurti 1733. 4. Defenſio chirurgi, quem ob fracturam complicatam in ſummo aëris frigore factam, non feliciſſime ſanatam, accuſabant ægroti parentes.

CHRISTIAN GOTTLIEB TROPANEGGER, Phyſici Dresdenſis, *Deciſiones medico-forenſes, vvorinnen deſſen eigene und unterſchiedlicher facultaeten urtheile ſonderlich de lethalitate vulnerum*, &c. Dresd. 1733. 4. Septuaginta omnino reſponſa ſunt, brevia multa, & nonnunquam imperfecta, cum morborum epidemicorum, & cancri illius linguæ bubuli generis epidemici deſcriptione. Caſum hæmorrhagiæ funeſtæ a non ligato funiculo habet.

J. HIER. HERMANN *ſammlung auſerleſener reſponſorum uber merkvvürdige und dubioſe caſus*, Jenæ 1733. 4. *

J. HENR. RESPINGER *de vulnerum lethalitate*, Baſil. 1733. 4.

J. N. L. *diſcurſus medicus de abortu & medicamentis abortivis* 1735. 4. Recte docet abortum vix unquam medicamentis procurari poſſe, & fere ab interno aliquo uteri vitio ſequi.

J. CHRISTIAN FRITSCH Archiatri Vinarienſis *ſeltſame jedoch vvahrhafte juriſtiſche mediciniſche und phyſicaliſche geſchichte*, Lipſiæ 1730. & ſeqq. annis tomi V. prodierunt. Ex STAHLII ſecta fuit collector, qui ſingulos caſus longa ſimilium eventuum ſerie ſuiſque explicationibus illuſtrat. Pauci cæterum caſus ſunt, ſed fuſe expoſiti, cum reorum deſenſionibus. Credulus fuit, qui *ligaturam* ad impotentiam efficacem credat, neque nimis doctus, qui VVILHELMI FABRI chirurgi in *Paſerne* nomine magnum illum FABRICIUM HILDANUM denotet, &c.

A. VATER *de valore & ſufficientia ſignorum infantem recens natum vivum aut mortuum editum arguentium ad dijudicandum infanticidium*, VVittemberg. 1735. 4. EJ. *de ingravidatione diſſimulata*, VVittemb. 1724.

BURCHARD DAVID MAUCHART *de inſpectione medico-legali*, Tubing. 1736. bona diſputatio cum hiſtoriis vulnerum, & ſuffocati hominis.

CHR. ERNEST. CLAUDER *Praxis medico-legalis oder XXV. auſgeleſene caſus medico-forenſis mit nöthigen cautelen und anmerkungen*, Altemburg 1736. 4. *

CHR. ERNEST. CLAUDER *Praxis medico-legalis* citata ſunt caſus cum auctoris phyſiologicis notis, & collectione caſuum ſimilium.

POLYCARPI FRID. & QUIRINI GOTTFRIED SCHACHER (J. C.) *de juris conſulto medico*, Lipſ. 1737.

FRANC. CAROLI CONRADI *de inſpectione cadaveris occiſi a ſolis medicis peracta, vitioſa nec ſufficiente ad pœnam ordinariam irrogandam*, Helmſtadt. 1737. 4.

J. HENR. KESSELRING *de juris prudentiæ medicæ LL. civilium & ſacrarum ſcientiæ arctius jungendarum ratione*, Amſtelod. 1737. 4. *

ABR. VVESTERHOFF *de cadaveribus auctoritate publica luſtrandis*, Leid. 1738. 4.

VVILH. BERNHARD NEBEL *de lethalitate vulneris pericardii*, Heidelberg. 1739. 4. *

PETRI SNELLEN *de lethalitate vulnerum eorumque renunciatione*, Leid. 1739. 4.

HERM. FRIDERICI TEICHMEYER, b. soceri noſtri, *inſtitutiones medicinæ legalis vel forenſis*, Jen. 1740. 4. Compendium eſt, ad uſum prælectionum academicarum ſcriptum, quo fere ſolo, quod mireris ambitus hujus partis artis medicæ in ordine ſuo traditur. EJ. diſputatio *de cadaveris inſpectione in ſectione legali*, Jen. 1742.

J. ZA-

J. ZACHAR. PLATNER progr. *medicos de inſanis & furioſis eſſe audiendos*; lip f . 1740.

J. G. GREGORY *de parte medicinæ conſultatoria*, Leid. 1740. 4.

J. ERNESTI HEBENSTREIT *de medici ſecantis religione*, Lipſ. 1741. *de corpore delicti ex medici culpa incerto* 1743. *de officio medici forenſi* 1748.

GEBHART CHRIST. BASTINELLER *de medico ex voluntate ægroti perperam curante*, VVitemb. 1741. 4.

GOTTVVALD SCHUSTER *commentationes difficiliora & notatu digna quædam themata tum ad medicinam tum ad juris prudentiam pertinentia conplexa*, Chemniz 1741. 4. utile opus.

In GOTTVVALD SCHUSTER citato opere caſus medico-legales diſp. de vulneribus fere lethalibus, & liber de quadrimellis continentur.

J. G. DEUSING *de nexu juriſprudentiam inter & medicinam*, Marburg. 1742. 4.

MATTHÆI BAZZANI & JOSEPHI POZZI *de ambigue prolatis in judicium criminationibus conſultationes phyſico-medicæ nonnullæ*, Bonon. 1742. 4. Quatuor defenſiones infanticidarum. *

LUD. HENR. LEONIS HILCHEN *de lethalitate vulnerum in inteſtinis*, Gieſſ. 1743. cum hiſtoria vulneris pro *abſolute lethali* declarati.

In *Traité des cauſes, des accidens & de la cure de la peſte*, Pariſiis 1744. 4. plurima extant, quæ huc pertinent, leges nempe latæ pro ſeparandis ægrotis & in noſodochia congregandis, ad urbes infectas obſidendas, alendas, repurgandas poſt peſtis ceſſationem; tum modus, quo Liburni cavetur, ne ex oriente cum navibus peſtis advehatur. Totus *ſecundus Tomus* pulcherrimi operis huc pertinet.

O. ACRELL Liber *om friska ſors* omnino huc pertinet, ut in quo ſingulorum vulnerum pericula æſtimentur.

J. HELFRICI SAGITTARII (J. H. SCHUTTE) *dreyfacher bevveiſſ daſſ die Promotion eines juden zum Doctor gegen die Chriſtliche Religion, geiſt und vveltlichen rechte, und bürgerliche Ehrbarkeit ſtreite*, Francof. 1745. 8. *

In *Mémoires de l' Académie des Sciences* 1745. per experimenta oſtendit MARQUIS de COURTIVRON, coria animalium, quæ ex morbo boum epidemico perierunt, non inficere.

J. JUNKER *quod non ſit homicida, qua abortum procuret, antequam anima corpori ſit infuſa*, Hall. 1746. 4.

A. E. BUCHNER *an dentur remedia abortum ſimpliciter promoventia. Negatur*, Hall. 1746. 4.

P. A. BÖHMER *de neceſſaria funiculi umbilicalis deligatione*, Hall. 1746. 4. Recte oſtendit, periculoſe ligaturam omitti, & in obſervationibus ſanguinem de funiculo non ligato fluxiſſe.

LUD. HOLBERG *bedenken über die jetziger zeit regierende viehſeuche*, Hafniæ.. & VViſmariæ 1746. 8. Oſtendit, medicamentis armentorum luem infeliciter oppugnari, legibus melius, cavendo a communicatione, parcendo vitulis, alendo equos, oves, præferendo vegetabilem cibum, &c.

LUDOV. PARMENIONIS D. M. *ſammlung verſchiedener caſuum medico-chirurgico-forenſium mit nützlichen anmerkungen*, Ulm. 1746. 8. ſenex phyſicus poſt praxin 46. annorum ſcripſit caſus 25. nonnullos chirurgicos, alios medicos, ad venena inprimis pertinentes, cordatus homo neque excuſator ſcelerum. Rarum hiſtoriam refert ægri veneno illiti.

CAR. FRID. KALTSCHMIDT *de diſtinctione inter fetum animatum & inanimatum* diſputatio, Jen. 1747. 4. Recte rejicit ab HIPPOCRATE repetitam illam abortivorum contra teneriorem fetum impunitatem.

G. AUG. LANGGUTH *fetum ab ipſa conceptione animatum eſſe*, VVittemberg. 1747. 4. Ejuſdem ſcopi.

Cum J. van VVYK libello *van peesgezvvellen* in chirurgicis dicto, quædam etiam prodierunt huc facientia de ſuffocatis & ſtrangulatis, &c.

ANDREÆ VVESTPHAL *morborum internorum curationem chirurgorum non eſſe tolerandam*, Gryphsvvald 1747. 4.

J. SAM. FRID. BOEHMER (J. C.) *de legitima cadaveris occiſi ſectione occaſione art.* CXLIX. C. C. *Car.* Hall. 1747. 4.

GEORG. CHR. DETHARDING *de fetus immaturi excluſione*, Roſtoch. 1748. Non facile abortum ſequi obſervavit, & nequidem a drachma una jalapæ.

J. GOT-

J. GOTTFRIED VIZELII *de inſpectione & ſectione legali* diſputatio Gieſſ. 1748.

CHRISTIAN EHRENFRIED ESCHENBACH *vulnerum ut plurimum lethalium ſic dictorum nullitatem demonſtrans commentatio*, Roſtoch. 1748. 4. Vulnerum hanc claſſem BOHNIUS aliique poſuerunt, qua ea continentur, in quibus plerumque funeſtus eventus eſt, nonnunquam tamen ægri convaleſcunt. Eam expungit auctor & partim ad funeſta, partim ad non lethalia vulnera refert. Deinde claſſes in univerſum vulnerum lethalium & non lethalium univerſales refutat, & in ſingulo vulnere, penſitatis omnibus, vult de ejus periculo pronunciari. Vulnera cerebri ad ventriculos uſque, carotidis, &c. pro lethalibus habet. EJ. *medicinæ legalis breviſſimis comprehenſa theſibus*, Roſt. 1746. 8. *

J. DANIEL SCHLICHTING *traumatologia novantiqua ofte vernieuvvde vvondheelkunde om alle vvonden vvel te kennen en te geneeſen*, Amſtelod. 1748. 4. Prima pars huc maxime pertinet. Vulnerum plura genera contemplatus eſt, quam fere fieri ſolet, & ea accurate notavit, in quibus plerumque funeſtus caſus obſervatus eſt. Vulnera tendinum minus periculoſa facit, neque arteriæ vertebralis, aut cruralis vulnera, neque ea quæ pectus utrinque penetrant; neque hepatis etiam contuſi vulnera pro *lethalibus* adgnoſcit.

In appendice ELLERIANI operis aut ELLERO adſcripti, quod edidit CL. ZIMMERMANNUS, aliqua de medicina conſultatoria & vulnerum inſpectione reperiuntur.

MATTHIÆ GEORGII PFANN *ſamlung merkvvürdiger fälle vvelche in die... gerichtliche medicin einſchlagen*, Nürnberg 1750. 8. Octo reſponſa Facultatis Erlangenſis ſunt, ſcripta a CL. VIRO.

BURCHARD DAVID MAUCHART *lethalitas per accidens*, Tubing. 1750. 4.

PHIL. CPNR. FABRICII *præcipuæ cautiones in ſectionibus & perquiſitionibus cadaverum humanorum pro uſu fori obſervandis*, Helmſtad. 1750. 4. Percurrit ſeriem vulnerum lethalium & non lethalium.

Infinitos alios libros, in quibus pauciora ſunt, quæ huc faciunt, lubens omitto, ut eos, qui de partus tempore & univerſa generationis hiſtoria ſcripti ſunt, tum qui de diæta publica, morbis epidemicis (ut LANCISIANI illi) de peſte, vulneribus, venenis agunt.

De Diætetica.

Διαιτή quidem proprie regulam victus deſignat, ſed hodie ſignificat totum regimen ægri circa ſex res non naturales.

Pauci in hac re boni ſunt auctores. Huc ergo referendus eſt HIPPOCRATES in tractatu *de Victu*, idemque in tractatu *de Victu in acutis*.

Huic addatur GALENUS *de Victu ægrorum*, qui fere nullibi meliorem, quam in hac parte ſe præſtitit.

Tunc videatur PETRUS GIRARDET, Pariſinus, cujus Liber in octavo Pariſiis editus eſt an. 1651. cum titulo *Commentaria in diætam acutorum* HIPPOCRATIS.

ARNOLDUS DE VILLA NOVA, famoſiſsimus Italus medicus huc quoque referri debet, qui medicus pontificis fuit. Scripſit opus *de modo præparandi cibos & potus infirmorum in acutis*. Habetur hic tractatus in operibus ejus in folio tribus tomis editis.

Hiſce unicum addo THOMAM SYDENHAM.

METHODI STUDII MEDICI

PARS XIV.

DE STUDIO PRACTICO, SEU DE CONSILIO FACIENDÆ MEDICINÆ.

HIc in primis ſollicitus commendabo auctores; nam errores hic erunt letales aut pericoloſi; hinc, quos ipſe, tamquam optimos, excuſsi, & qui communi ſuffragio laudantur, eos commendabo; in hac re non licet progredi, niſi pede fixo.

Omnes auctores, qui artem curandi morbos internos docent, dividuntur in tres claſſes, & in bibliotheca ſic diſponi debent in commodiſsimum uſum. 1. ſunt ſyſtematici; 2. qui ſingulares morbos deſcripſerunt; 3. denique qui obſervationes ediderunt. De omnibus pauca quædam præfari oportet.

Syſtema vocatur ab eruditis compages quædam integra, digeſta & ordinata cujuſdam artis, in qua reperitur inſtructio omnium eorum, quæ neceſſaria ſunt, ut ea ars cognoſcatur; ergo auctores qui tractatus ſcripſerunt, in quibus inveniuntur ea, quæ requiruntur, in quocunque morbo ſingulari & obſervatione cujuſcunque caſus, ii medici *ſyſtematici* vocantur. Nuſquam plures auctores habentur, quam in hac artis parte, ſi ſpectemus promiſſa & nuſquam pauciores, ſi expendamus verum meritum, & inquiſiverimus, an ſteterint promiſsis.

Deſcriptores ſunt, qui in quocunque morbo, quidquid eo ſpectat, enarrant, & tractant illum morbum, cujus deſcriptionem tradunt, ita ut nihil de ejus morbi natura, nihil de ejus origine, progreſſu, eventu, dicendum relinquant.

Ergo, quidquid primi generis auctores boni habent, id unice ex ſcriptoribus ſecundæ claſsis habent, nam ex peculiaribus obſervationibus, quando generalia excerpuntur, fit ſyſtema.

Tertia claſsis horum auctorum complectitur obſervatores, qui nempe non hunc illumve morbum ſolum, ſed quemcumque morbum obvium in ſuo ortu, progreſſu, eventu, remediis, pertinacia contra remedia, mutationibus variis, deſcribunt, ut in ſingulo caſu ipſis contigit videre.

Illi, ut ſtatim videbimus, fuerunt 1. obſervatores eorum, quæ contigerunt in vita, & 2. eorum, quæ deprehenſa ſunt poſt mortem. Omnium optimus inter eos qui obſervaverint ea, quæ in vita contingunt, eſt HIPPOCRATES (*a*); ſed qui examinaverunt cadavera poſt morbum, hi optime de arte meruerunt.

(*a*) Hiſtoriam Medicinæ ſcribere non conſtitui. Omiſſis ergo Artis originibus, omiſſo HERMETE, & AESCULAPIO, ſubito ad HIPPOCRATEM Coum HERACLIDIS f. tranſeo, cujus

I. *Medici Syſtematici Græci.*

Primus omnium eſt HIPPOCRATES; in hiſce ſuis ſcriptis (vaſtum autem hoc opus legi quodam ordine debet; non uti digeſtum habemus) 1. In *Aphoriſ-mis*

cujus alias laudes alias dixi, nunc practicas addam. Separanda ſunt autem ea, quæ certius ad HIPPOCRATEM pertinent ab iis, quæ alterius auctoris eſſe videntur. Maximam ejus auctoritatem famamque ab omni tempore fuiſſe certum eſt, & antiqua valde ſunt, quæ de PERDICCÆ morbo ex amore nato cognito & ſanato SORANUS habet. Antiqua etiam fama eſt de peſte per rogos excitatos ſublata (PLINIO dicta Libro XXXVI. n. 69. GALENO *de theriac. ad Piſ.* & aliis) Quam tamen laudem idoneus auctor PLUTARCHUS *de Iſide & Oſiride*, in ACRONEM transfert. Plinius vero & HIPPOCRATIS & EMPEDOCLI communem facit. L. 36. n. 69. omnino denique detrahit L. a CAPOA I. pag. 251. cum quo, in tanto ſilentio Thucydidis, vereor ne ſtare cogamur. A Perſarum rege vocatum HIPPOCRATEM abnuiſſe auxilium, vetuſta perinde aut laus eſt aut accuſatio, quam CATO major in Senatu citaverit, a BERNARDINO GENGA cum ſumma ignoratione morum Græcorum ad minuendam boni ſenis gloriam repetita. Ad DEMOCRITUM tamquam ſumus medicus in caſu graviſſimo publice vocatus eſt. Simulachra viri paſſim fuiſſe in larariis ex SUIDA adparet II. p. 145. & ex LUCIANO (in *mendace*) & honores tributos, qui HERCULI (PLIN. L. VII. c. 37.) ut de præmiis ſileam, quæ in ſpuriis ſcriptis dicuntur a Græcis ipſi decreta eſſe. Vide collectas viri laudes apud MEIBOMIUM in *commentario ad* HIPPOCRATIS *jusjur.* p. 287. ſeqq. Neque probabilitatem habet, ante HIPPOCRATEM fuiſſe obſervatores medicos, quorum hiſtorias in templo dedicatas noſter compilaverit, quam calumniam apud ANDREAM, & SORANUM in vita HIPPOCRATIS, VARRONEM (apud PLINIUM L. XXIX. c. I.) & TZETZEM legimus. Nam & ipſe accuſat priores medicos, qui hiſtorias morborum non utiliſſime ſcripſerint, varioſque errores eorum exponit *de diæt. acut.* P. I. & omnium optimæ ſunt inter HIPPOCRATICAS, quibus ejus ipſius ævo, non priori, ſævientes morbi deſcribuntur, nempe Epidemicorum Libri I. & III. Meditationem mortis fuiſſe ipſius Praxin, olim exprobratum eſt, quod in iis Epidemicis pene nulla ſua auxilia excitet, & adeo multos ægrotos ipſi periiſſe, ut medicus, qui ea eſſet infelicitate, Romæ noſtro ævo non toleraretur, audax eſt objectio B. GENGAE in *præf. ad Anat. Chir.* & iniqua. Non enim videmus, quomodo infelix medicus abſque eloquentia, & abſque philoſophia ad eam famam perveniſſe potuerit. Sed in acutis morbis abunde adparet, veram eum viam eſſe ingreſſum, quæ nunc etiam ab optimo quoque medico vix mutata teritur, & quæ venæ ſectionibus, aceto, diæta tenui vegetabili, febres ſuperare docet. Alibi valde ſæpe paradoxus fuit. Ita in L. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον tabem vehementibus purgationibus adgreditur. In hydrope cantharides & venæ ſectionem laudat (περὶ διαίτης ὀξέων P. IV.) Vinum nigrum ad volvulum laudat. Et in univerſum cum chronicis morbis potius diæta, quam medicamentis pugnavit, his autem vehementiſſimis, cum ignorarentur mitiora, helleboro, aere uſto, thapſia, peplio, quæ ipſi CELSO nimis acria videntur. Et longe magis LEON. a CAPOA *Raggion*: IV. p. 248. (L. II. c. 12.). Hinc in eorum morborum hiſtoria, in tanta materiæ medicæ infantia, inque theoriæ hiulca brevitate minus nobis prodeſt, ut ſincerus fatebitur, qui auctoritatis jugum excuſſit; legi enim, totumque in locos communes digeſſi HIPPOCRATEM. Prognoſin etiam non ſemper fidam eſſe neque abeſſe errores auſus eſt innuere le FRANÇOIS *Réfléxions* pag. 333. Dictio plerumque brevis, & obſcura eſt Jonica, cujus dialecti ratio videtur ex eo petenda eſſe, quod HIPPOCRATIS ævo, per totum ferre bellum Peloponneſiacum, Athenienſes præſidium in ejus patria aluerint. In Theſſalia autem & Macedonia vixiſſe conſtat ex hiſtoria, & ex Epidemicis, atque videtur, ut tunc ſolebant medici, in peregrinatione perpetua vixiſſe. Honeſtum virum vel laudatus olim PLUTARCHO *de profectibus in virtute* & CELSO candor prodit, quo errores ſuos, & infelices ægrorum exitus recenſet.

(a) In-

mis (*a*) *ſuis*, ibi enim habemus axiomata practica, ad quæ omnes medici hactenus provocaverunt, quoties inter ſe certaverunt. Nonnullos aphoriſmos excludimus, forte intruſos & depravatos, ſed iis paucis excluſis continet indiſputabilia, hoc eſt, caſus medicos, qui ſemper iidem manent. Non ratiocinatur ibi HIPPOCRATES, ſed prout natura eventus exhibet, ita deſcribit. Scripſit autem HIPPOCRATES ſtilo, quem vix quiſquam intelligit, quod nimis facile videbit, quicumque textum græcum expendet. Qui opera HIPPOCRATIS in linguam Romanam tranſtulerunt, pro ſuo captu hoc officio defuncti ſunt, ſed qui ejus opera in lingua græca legunt, difficultatem inveniunt ſummam in adſequendo ſenſu auctoris. Hinc aphoriſmorum horum commentatores debent eligi, qui verſatiſſimi medici fuerunt, non ii, qui in muſæo ſyſtemata excogitaverunt, ſed qui apud ægros omnia viderunt; tum 2. qui linguæ græcæ periſsimi ſunt; 3. qui verſatiſsimi in lectione auctorum antiquorum. Non alios oportet commentatores legere, niſi qui his tribus conditionibus præditi ſunt, qui ſcilicet Græcam linguam optime intelligunt, qui illuſtrent textum HIPPOCRATIS propriis obſervationibus, & qui citent auctores, qui vixerunt, quando ASCLEPIADEA familia adhuc viguit. Hi ſequentes viri ſunt omnium ſane principes.

1. GALENUS, qui in *Aphoriſmos* HIPPOCRATIS ita commentatus eſt, ut impleverit hos tres præcedentes titulos.

2. JACOBUS HOLLERIUS, Pariſinus profeſſor & medicus, reſtaurator medicinæ.

3. FRANCISCI VALLESII *commentaria in* HIPPOCRATEM. Hoc opus in folio prodiit, auctor vero regis Hiſpaniæ archiater fuit.

Hos ſcriptores qui habet, facile & ſine damno carebit reliquis. Nam recentiores omnes ſcribunt ex ſua hypotheſi, nos vero eos laudamus, qui ex obſervatione ipſa explicant ſenſum auctoris.

Legendus eſt pariter HIPPOCRATES in *Præceptionibus* (*b*) *medicis*, ubi exponit

(*a*) Inter Libros, qui SENI tribuuntur, certius HIPPOCRATICI ſunt aphoriſmi, jam laudati quorum exigua pars ad medendum pertinet, niſi IV. ſectionem de purgationibus velis, & diætetica interſperſa.

Liber περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον habet in fine monita practica, utilia, quale hoc eſt, in morbo ignoto, ægro debiliori fortiora pharmaca non debere adhiberi (qui familiaris priſcorum error fuit). Eum inter HIPPOCRATICOS citat CÆLIUS *Chronic.* V. c. 1. etſi argumento a ſeptem coſtis deducto REINESIUS non ante ARISTOTELEM ſcriptum eſſe contendat *var. lect.* p. 75.

De *Epidemicis* dixi in pathologicis. Eæ fere hiſtoriæ ſunt, abſque medela. In 1. Libro unicæ in tot ægris glandis meminit. Libro VII. caſtoreum ad muliebres morbos laudatur.

Liber περὶ διαίτης ὀξέων primarius eſt, maxime *ſecunda Pars*, qua pleuritidis curationem omnium temporum experientia confirmatam docet, niſi quod in ea ſpecie, in qua inferior pars pectoris laborat, carpere velis data purgantia, etſi alvum ducens polygala nunc maxime ad hunc morbum adhibeatur. De *priſana* vocarunt veteres PLINIUS Libro XVIII. p. 108. ATHENÆUS, GALENUS & alii. Prodiit ſeorſim Pariſ. 1543. 8. cum GALENI commentario. In eum commentatus eſt GALENUS, quorum commentariorum epitomen fecit SYMPHORIANUS CAMPEGIUS, Lugdun. 1516. 8. Sed HIER. THRIVERIUS, Lugdun. 1552. 8. LUDOVICUS DURETUS, Pariſ. 1631. 8. aliique in eumdem Librum commentarios dederunt, dictos in diæteticis, & iſte liber id fere continet, quod utiliſſimum in Praxi ipſa HIPPOCRATES reliquit.

(*b*) Libri cui παραγγελίας titulus eſt, memini in *hiſtoricis*. Liber περὶ διαίτης *primus* tempe-

ponit generalia, quæ unuſquiſque medicus in curatione morborum obſervare debet. Tertio in *ſectione quarta* editionis FOESIANÆ, ubi agit primo de *victu ſanorum in genere*: 2. de *victu ægrorum*; 3. de *victu acutorum*; 4. de *inſomniis*, 5. de *alimentis*; 6. de *officio medici*. Hæc *ſectio quarta* legi & perlegi debet ab unoquoque, antequam medicinam faciat, format enim animam medici, ut generalia optima præſto habeat, & animum præſentem ad ægros adferat, ſervetque.

Se-

temperamentorum vitia contraria diæta docet emendare. *Secundus* materiam fere medicam continet ſeu vires, quæ plantis inſunt ad purgandum, calefaciendum, refrigerandum, ſiccandum, humectandum, febrium etiam ſanandarum modum docet. Meretur genuinus eſſe. *Tertius* totus practicus eſt, & abſtinentia, vomitu, exercitiis definitis, morborum initia docet ſanare. Ad HERODICUM refert CLERICUS.

Spurius eſt omnino Liber *de uſu humidorum* repetitus ex *aphoriſmis*, exque L. V. initio. In hunc tanquam omnino genuinum commentatius eſt J. NARDIUS in *noctibus genialibus*.

Liber *de uſu purgantium* a JOHANNE CAIO primum inventus (de *ſcript. progr.* p. 141.) & editus eſt Baſileæ 1544. In eum commentarius eſt JOH. HEURNII. A JUNIO PAULO CRASSO latinitate donatus prodiit. Venet. 1536. 8. & Baſileæ cum THEOPHILO anno 1539. 4. Aliqua habet ex aphoriſmis, & electivam quatuor humorum purgationem adfirmat; quod non valde videtur HIPPOCRATICUM. Liber *de elleboriſmo* fere ex Aphorismis, Prognoſtico & Prorrhetico decerptus eſt. Libri 4. περὶ νούσων incerti auctoris ſunt, DIOSCORIDES alteri HIPPOCRATI tribuit THESSALI filio. CÆLIUS non videtur pro genuinis habuiſſe, negat enim HIPPOCRATEM curationem dediſſe phrenitidis, quam tamen in Libro III. περὶ νούσων reperimus: nihil ait de lethargo habere (*acut.* II. c. 6.) cum eum in 1. περὶ νούσων deſcriptum reperiamus. Citat tamen 2. *Librum de morbis* HIPPOCRATIS in *acut.* III. c. 8. In *ſecundo* & *tertio* continetur methodus therapeutica morborum per vomitum, purgationem, ptiſanam, mel, acetum, diætam. Quartus evidentius ſpurius eſt.

Liber περὶ παθῶν abſque curationibus eſt, & auxilia citat ex Libro *de Pharmacis* dudum amiſſo, niſi is ſit, quem de morbis nunc vocant.

Librum περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν olim ad Cnidios retuli. In Libro I. & II. περὶ γυναικείων enormis vis acrium purgantium eſt, cum peſſis & glandibus, & medicamenta plura quam in aliis HIPPOCRATIS Libris, viribus ſæpe valde paradoxis & ab omni noſtra opinione alienis, & praxeos denique ratio penitus a noſtris moribus abhorrens. Similia ſunt in Libro περὶ γυναικείας φύσιος. Librum *regularem* HIPPOCRATIS, quem CÆLIUS citat *acutor.* L. II. c. 29. Librum *de ſanguinis miſſione* ſpurium LAMBECIO teſte L. VI. P. 2. p. 144. latentem Vindobonæ, & alios ſpurios omitto, qui editi habentur. Operum omnium HIPPOCRATIS multæ editiones ſunt, præter antiquas, quas DIOSCORIDES, & ARTEMIDORUS CAPITO procurarunt (GALEN. περὶ ἰατρείου.) dudum amiſſas. Opera adeo Divi ſenis Græce apud ALDUM 1526. fol. prodierunt, & ad *vetuſtos codices collecta & inſtaurata* JANO CORNARO *procurante*, Baſil. 1538. fol. Latine MAR. FABIUS CALVUS primus edidit, Romæ 1525. fol. *octoginta volumina* HIPPOCRATIS. Ea verſio cum commentariis MARINELLI repetito prodiit, Venet. 1575. fol. & nuper adjecto PETRI MATTHÆI PINI indice, Venetiis 1737. fol. 3. vol. curante J. B. PAITONO. Variorum laboribus verſa opera HIPPOCRATIS, Baſileæ 1526. fol. prodierunt. Omnia autem denuo vertit JANUS CORNARUS, Baſil. 1543. fol. * & alias, in quo viro ſolent carpere defectum membranarum. FOESII verſio ſola prodiit, Francof. 1598. 8. Deinde *Magnus* HIPPOCRATES *Cous* PROSPERI MARTIANI *notationibus explicatus*, Romæ 1626. fol. Venet. 1652. fol. & A Patavii 1719. fol. editus eſt, poſthumus iſte cum verſione CORNARI. Græcolatina editio prima eſt quam cum titulo: HIPPOCRATIS *opera quæ exſtant Græc. lat. veterum codicum collatione reſtituta novo ordine in 4. claſſes digeſta, interpretatione latina, emendatione & ſcholiis illuſtrata* dedit HIERONYMUS MERCURIALIS, Venet. 1588. fol. CL. TRILLERUS nimium codicibus Vaticanis tribuiſſe objicit. Inde ANUTIUS FOESIUS *Græco-latinam* editionem procuravit, Francof. 1595. 1621.

LIND.

LIND. 1624. LIND. 1645. fol, LIND. Genev. 1657. fol. Hæc editio hactenus pro optima habetur, etiam CL. TRILLERO judice *ep. apolog.* p. 6. niſi quod nimis fuſum & timidiorem arguat *Ep. de edit.* HIPPOCRATIS *nov.* p. 7. Opera in *octo* ſectiones diſtributa ſunt, cum nova interpretatione, adjectis hic primum PALLADII ſcholiis, ad Librum περὶ ἀγμῶν, tum lectionibus variis ex codicibus, & brevibus ubique notis. De *Oeconomia* diximus. RENATUS CHARTERIUS anno 1679. 13. voluminibus in fol. HIPPOCRATIS & GALENI opera Gr. Lat. conjuncta edidit. Sed ea editio, ut rara, ita parum utilis eſt. Vide judicium D. VV. TRILLERI *epiſt. apolog.* p. 6. Inde JOHANNES ANTONII F. VAN DER LINDEN nitidam in duobus vol. 8. editionem Leidæ edidit anno 1665. 8. cum verſione J. CORNARII, commodam ob capitum diviſiones, cæterum omnibus criticis conſentientibus nimis in corrigendo textu audacem. FRANCISCUS CLIFTON, cujus commentarium in HIPPOCRATIS *de aëribus, aquis & locis* jam citavimus anno 1732. promiſit HIPPOCRATIS *opera nova & ordinata methodo digeſta* (Conf. *Comment. Lit. Noric.* 1732. *hebd.* 50.) nondum edita. Minus eam perfectam ob mortem FRIENDII eſſe fatetur in *hiſtoria* illa *medicinæ antiquæ*, quam dicemus.

Deinde vir clar. STEPHANUS MACKIUS nunc maxime Viennæ edit HIPPOCRATIS opera omnia Gr. Lat. *cum variis lectionibus potiſſimum ineditis ex* CORNARII *&* SAMBUCI *codicibus in Bibl. Caſarea aſſervatis partim ex aliis ejuſdem bibliotheca M. S. libris, ac denique ex Medicis MSS. codicibus; acceſſit Index* P. M. PINI. Tomus I. prodiit anno 1743. alter anno 1749. reliqui duo exſpectantur. Ex M. S. codicibus antiquis, a SAMBUCO collectæ lectiones ſæpe demonſtrant, quare CORNARII verſio non reſpondeat, & multa ex eo fonte in græcis emendata ſunt, animoſius quam a FOESIO & MERCURIALI. Loca parallela GALENI, ſparſas emendationes REINESII, TRILLERI, aliorumque ſuis locis MACKIUS adſperſit. Ordo, qui FOESII, cujus V. ſectiones jam poſſidemus. In *præfationibus* de librorum ſingulorum fide differit, mitior MERCURIALI. Libellus *de ponderibus* jam prodiit. Notulæ & variæ lectiones adjectæ ſunt imis paginis, quæ ad emendandam imprimis lectionem pertinent. Cæterum LAMBECIUS meminerat, exſtare in Bibl. Cæſarea *anonymi Græci varias lectiones, emendationes & notas in* HIPPOCRATIS *opera & in vitam ejus a* SORANO *conſcriptam*, quas digniſſimas vocat P. II. Lib. VI. p. 154.

CL. viri DANIEL. VVILHELMI TRILLERI *commentatio de nova* HIPPOCRATIS *editione adornanda*, Leidæ 1728. 4. prodiit, qua ſpem nobis fecit criticæ editionis, cum notis ex omnibus linguis omnibuſque artibus repetitis. Judicia addidit Vir Clar. commentatoribus, & editionibus. Utinam ipſum opus liceret ſperaſſe!

Anno 1697. ANDREAS DACIER edidit *les œuvres d'* HIPPOCRATE *traduites en françois avec des remarques, & conférés ſur les manuſcrits de la Bibliothèque du Roi*, Pariſ. 2. vol. 8. non omnia tamen opera, ut titulus fert, ſed fere ea, in quibus ratiocinia exſtant; cum vita Divi ſenis. * Laudat TRILLERUS *de edit.* HIPPOCRATIS n. 7.

HIPPOCRATIS *Coi viginti duo commentarii tabulis illuſtrati, Græcus contextus ex doctiſſ. VV. codicibus emendatus, latina verſio* CORNARII *innumeris locis correcta, ſententiæ inſignes per locos communes digeſtæ* THEODORI ZVVINGERI prodierunt, Baſil. 1579. fol. quos 20. Libros omnes ſuis locis citavimus, huc autem unice pertinent Libri *de humidorum uſu & de diæta*. Applauſum doctorum virorum ZVVINGERUS meruit. Ordo tabularis incommodus eſt.

CL. RADULPHUS SCHOMBERG propoſuit Leidæ 1747. 4. *novum omnium* HIPPOCRATIS *operum compendium*, Græcolatinum, quod nondum prodiit. Uſurus erat FOESII editione, & excerpturus de HIPPOCRATIS operibus ea quæ utiliora eſſent & certiora.

CL. Viri J. RUD. ZVVINGERI *opuſcula aphoriſtica ſemeiotico therapeutica octo*, & *ſpeculum* HIPPOCRATICUM vide in Pathologicis.

JOHANNES OBSOPOEUS, Francofurt. 1587. 16. edidit HIPPOCRATIS *jusjurandum, aphoriſmos, prognoſtica, prorrhetica, Coacas*, * Minutias ſectari objicit CL. TRILLERUS l. c.

J. HEURNIUS in multa opera HIPPOCRATIS, ut jam monuimus, commentatus eſt, ſeorſim vero *aphoriſmi cum prognoſticis, prorrheticis, coacis & aliis opuſculis* prodierunt Leidæ 1627. 12. Laudat HEURNIUM TRILLERUS *de edit. adorn.* num. 7. Mihi brevis videtur & paraphraſtes.

Apho-

Aphoriſmos recognitos, notis auctos, cum præſagiis a COPO *latine redditis & notis illuſtratis*, Bergomi anno 1750. 12. edidiſſe audio ANDREAM PASTAM. *

P. MATTHÆI PINI *compendium inſtar indicis in* HIPPOCRATIS *opera omnia*, Venet. 1597. fol. prodiit, recuſum cum nupera editione MARINELLI.

Epidemicorum librorum nucleus per aphoriſmos digeſtus prodiit Francof. & Lipſ. 1708. 12. *

THOMÆ BURNET HIPPOCRATES *contractus*, *ſeu opera* HIPPOCRATIS *in epitomen redacta* ſæpiſſime prodierunt, Edimb. 1685. 12 Leid. 1686. 8. & nuper Viennæ 1737. 8. & Lond. 1743. 8.

Poſt HIPPOCRATEM ad NICANDRUM uſque Colophonium longum ſilentium eſt medicorum. DIOCLIS Caryſtii enim, principis poſt HIPPOCRATEM medici, nihil ſupereſt, niſi epiſtolam *de morborum præſagiis & eorumdem extemporaneis remediis*, Lutetiæ 1572. 8. editam, alicujus momenti eſſe velis. Is Lyncurium (procul dubio electrum) ferri & aeris laminas adtrahere (minutas nempe) obſervavit, PLIN. Libro XXXVII. n. 13. EJUS exſtabat *de paſſionibus & cauſis & curationibus* opus, cujus paſſim meminit CÆLIUS, & quem non raro carpit, ut in anginæ curationem *acut.* L. III. c. 4. & Phrenitidis *acutor.* I. c. 10. Ilei tamen curatio per venæ ſectionem, cataplaſmata, plumbi pilam, clyſteres nihil alieni habet, CÆLIO dicta *acut.* III. c. 17. In iſchiadicis, diureticis utebatur CÆL. *chronic.* V. c. 1. & in tetano *acutor.* L. III. c. 8. In hæmorrhagiis ſecabat venam, dabat amylon & taurinum gluten. In mania propinabat frigidam CÆL. *chronic.* L. I. c. 5. Mortuos prodire lumbricos bonum, malum vero eſſe monebat ſi vivi exirent & ſanguinei *chron.* L. IV. c. 8. Hypochondriacum morbum apud GALENUM (*de locis affect.* L. III. c. 7.) utiliter & vere ſatis deſcripſit. Rationi minus quam experientiæ in viribus medicamentorum tribuebat, GALENO teſte. In hydropicis vomitum, urinam & ſudorem plantis calidis movebat CÆL. *tardar.* III. c. 8. In phthiſi ſudores movere non bene jubebat (CÆL. *tardar.* II. c. 14.) Conſilium de itinerum ratione & navigatione valde ſimplex exſtat apud ORIBASIUM *ſynopſ.* L. V. Alius erat Liber inſcriptus *de iis quæ in jatreio fiunt*, alius *de conſervanda ſanitate* GALENO dictus, cujus cum titulo libellus exſtat etiam Germanice ab H. TRAGO verſus, alius *de morbis mulierum* CÆLIO nominatus, & *de lumbricis alius*. Chirurgiam etiam faciebat, unde ejus *Scapha* ſeu *tholus* apud GALENUM *de faſciis* p. m. 422. & *graphiſcos* CELSO dictus L. VII. c. 6. ARISTOTELI coaetaneum facit CLERICUS.

PRAXAGORAS Cous, ex Aſclepiadum familia ultimus, GALENO auctore *meth. med.* Libro I. HEROPHILI præceptor, a GALENO paſſim laudatus, ſcripſit Libros 4. *de curationibus* (CÆL. *acut.* II. c. 8. III. c. 4. 8. &c) tum alios *de peregrinis paſſionibus*. Jecoroſis vomitum, ſudorem movebat & ſanguinem mittebat (CÆL. *tard.* III. c. 4.) In dyſenteria *peplium* dabat (ſpeciem tithymali) *tard.* IV. c. 6. & in ileo emetica. Hydropem ſanabat diureticis, & radice graminis *tard.* III. c. 8. Pus cuidam per ſedem erupiſſe, qui per 12. tamen annos ſupervixerit, reliquit apud RUFUM *de veſic.* p. 7. Chirurgiam non detrectabat, & uvam præcidebat vel dividebat in angina (CÆL. *acut.* III. c. 4.) In illeo jubebat abdomen aperire & expellere de inteſtino excrementa, tunc conſuere. Sed ea forte ad herniam incarceratam pertinent.

Nec ERASISTRATUM omittere fas eſt Ceum, non Coum, Juliatem, ARISTOTELIS nepotem ex filia, celeberrimum virum ex curato ANTIOCHO SELEUCI f. Syriæ Regis (SUIDAS I. p. 849. III. p. 296.) & principem Scholæ Medicæ, quæ Smyrnæ floruit, cujuſque medici in nummis Smyrnæorum frequenter apparent, editis a MEADIO, ſectæ denique auctorem, quæ etiam GALENI tempore, quarto inde ſeculo, nimis frequens fuit. In Medicina inſigniter a prioribus ſcriptoribus receſſit, contra quos paſſim invehebatur. Venæ ſectione plerumque abſtinuit, & purgantibus, quæ priores medici dederant & frequenter & vehementiſſima, exercitia tamen etiam corporis minus coluit, utebatur autem jejunio, diæta tenui, medicamentis ſimplicibus, rejectis compoſitis, tum fomentis, mollis in univerſum medicus. Opium, quod damnaverat, poſtea in uſum recepit. PLIN. L. XX. C. 15. Jecoroſis tamen cutem & membranam jecori incumbentem præcidebat (CÆLIO teſte *tard.* Libro III. c. 4.) In cœliaca duros dabat cibos, ut lentem (*tard.* IV. c. 3.) in dyſenteria, adſtringentia *tardar.* Libro IV. c. 6. In hydrope ambulationem, clyſteres, abſtinentiam imperabat & cataplaſmata *tardar.* Libro III. c. 8. in arthritide lenia cataplaſmata *tardar.* Libro V. cap. 2. in dolore capitis ſpongias. ORIBAS. *Synopſ.* Libro VIII. cap. 18. Miror

παγ-

πάγχρηςον ad ophthalmias reliquiſſe ORIBASIO dictam Libro IV. *Synopſ.* cum damnaverit compoſitiones]. Scripſit *ſalutarium præceptionum* Libros II. (CÆL. *tard.* II. c. 7. *acut.* III. c. 21.) tum I. *de morbis ventris* ſæpe ab eodem citatos, Librum περὶ τῆς καθ' ὅλον πραγματείας ATHENÆO dictum, Libro XV. & alios alterius generis.

Aliud HEROPHILO ingenium fuit, qui plurimum medicamentis etiam compoſitis tribuebat, PRAGAGORÆ diſcipulus, dialecticus homo (GAL. *de meth. med.* L. I.) Chalcedonius aut Carthaginenſis, Alexandriæ docuit, coævus ERASISTRATO, & medicinam & chirurgiam exercuit, argumento DIODORI, qui, ut luxatum humerum reſtitueret, adiit HEROPHILUM, & falſe ab eo exceptus eſt. Nihil ejus ſupereſt. Scholam ad *menſis Cari fanum* celebrem reliquit.

NICANDER Colophonius, Clarii Apollinis ſacerdos & medicus, ultimi Attalorum & ejus filii ſpurii temporibus vixit, medicus omnino, cujus fuerit ſcripta *curationum collectio*, & qui ex HIPPOCRATIS prognoſticis aliqua in carmen tranſtulerit. Nunc exſtant ejus *theriaca*, & *alexipharmaca*, ſeu *de venenis & antidotis duo libri* non humillimæ dictionis; cum *ſcholiis*, quorum equidem auctor minime medicus fuit aut botanicus, qui aconitum gramini comparet, ad elegantiorem tamen animalium & plantarum cognitionem pertinet. Ipſa *alexipharmaca* ex veterum more abſque ulla veri ſpecie temere collecta ſunt. Prodiit NICANDER græce cum ſcholiis apud ALDUM anno 1499. fol. cum DIOSCORIDE & annis 1518. 4. 1523. 8. grandi; Coloniæ vero apud Soterem 1530. 4. ſcholiis hic per ipſum poëma diſperſis. Porro Græce cum aliis poëtis edidit H. STEPHANUS, Pariſ. 1566. fol. Cum J. GORRÆI poetica metaphraſi & ſcholiis prodiit ibid. 1557. 4. Alexipharmaca ſola prodierant Græco-latine cum ejuſdem GORRÆI poetica verſione ibid. 1549. 8. & cum GORRÆI *definitionibus* Pariſ. 1622. fol. Recuſus eſt Gr. lat. cum aliis poetis, Genevæ 1606. fol. Latine cum *ſcholiorum* excerptis JOHANNE LONICERO interprete editus eſt Coloniæ 1531. 4. Carmine vero latino reddidit EURICIUS CORDUS, quod prodiit Francof. 1532. 8. & cum aliis poematibus CORDI, Helmſtad. 1614. 8. Alio carmine vertit D. JAIME ESZEVE cumque ſcholiis jam anno 1551. Valentiæ edidit N. ANTONIO teſte. Gallice etiam in carmen conjecit JOHANNES de GORRIS, ſeu GORRÆUS & edidit JACOBUS GREVINUS, Antvverp. 1567. 4. Egregius vero codex NICANDRI cum iconibus animalium venenatorum, & EUTECHNII ſophiſtæ in eumdem auctorem inedita paraphraſi latent in Vindobonenſi bibliotheca, LAMBECIO auctore.

Hunc ipſe GREVINUS vertit & inſcripſit GORRÆO.

Anonymi Græci poema *de viribus herbarum Deo alicui conſecratarum* cum DIOSCORIDE edidit ALDUS 1518. 4. recudi fecit J. A. FABRICIUS *Bibl. Gr.* Libro III. p. 429. quo tredecim plantarum vires canuntur.

HERACLIDIS Tarentini de induſtria mentionem facio egregii in viribus medicamentorum indagandis, in adgnoſcenda veritate candidi, (GALENO teſte) periti in medendo viri, ut ex curatione pleuritidis adparet, quam CÆLIUS AUR. recenſet *acut.* II. c. 24. In cholera dedit catapotia, quæ ſemen hyoſcyami ingrederetur, alioquin inter primos auctores exhibendi opii & narcoticorum. In phrenitide venam frontis ſecabat (CÆL. *acut.* Libro I. fin.) Purgabat in volvulo dacrydio, quod non ita placet (CÆL. *acut.* III. c. 17.) Catapotia ejus citantur a CELSO Libro V. c. 25. Scripſit Libros 4. *curationum interiorum* (CÆL. *chron.* I. c. 4. *acut.* III. c. 4. 17.) συμπόσιον ἰατρικὸν (ATHENÆO L. II. dictum). Empiricorum princeps fuit, nemini non laudatus, ne GALENO quidem.

ASCLEPIADES Pruſeenſis Bithynus Rhetor, MITHRIDATIS ævo vixit, ad quem Librum dederat (PLIN. L. XXV. c. 3.) Legatos vero ſprevit eodem teſte PLINIO Libro VII. c. 37. Romæ primariis viris & oratori CRASSO & CICERONI familiaris fuit. Ad medicinam ſero acceſſit, (PLIN. Libro 27. n. 7.) Sed ut valebat ingenio, magnos in ea arte profectus fecit, ut CELSUS, (qui multa ab eo ſe recipere faſſus eſt) S. EMPIRICUS, APULEIUS & SCRIBONIUS, ejus cum laude meminerint. Magna famæ acceſſio ipſi nata eſt a reſuſcitatione hominis, quem ad rogum delatum & vivere perſpexit, & ſanavit (PLINIO referente Libro 26. c. 8. VII. n. 37. & APULEIO in *Floridis*) tum ex longo & viridi ſenio. Ab HEROPHILO partem ſuæ theoriæ recepiſſe ex CÆLIO apparet Libro II. *acut.* c. 39. & ex ERASISTRATO pororum ſyſtema. HIPPOCRATEM ſtudioſe refutavit, & theoriæ praxin aut primus ſuperſtruxit aut certe evidentius. In praxi plurima mutavit, & ad mores inpri-

mis

mis Romanos refinxit, ut ægrotorum palato & conſuetudini inſerviret. Ergò medicamenta vehementa, purgationes & vomitus, & frequentiorem uſum venæ ſectionis ſuſtulit; CÆL. *acut.* Libro II. c. 29. PLIN. Libro 26. n. 8.) Vinum ægris indulſit & frigidam, PLIN. Libro 26. c. 8. Libro VII. n. 37. Diæta excarni, ambulatione, frictione, auxilio gymnaſtico, plurimum uſus eſt, geſtationem & clyſteres commmendavit, lectulos penſiles & balnea penſilia excogitavit. Magicas curationes, Romæ receptas, laudavit, & ſuperſtitioſa medicamenta; (ut illa ad epilepſiam dicta TRALLIANO.) Venerem ad epilepſiam commendavit. Humores etiam evertit, & ea quæ ex medicamentis dejiciuntur, ab iis ipſis naſci objecit; GAL. & PIS. c. 3. CÆL. *chronic.* I. c. 4. Phreniticos muſica ſanavit; CENSORINUS *de die natali* c. 12. Aquam ſalſam ad icterum commendavit; CELS. Libro III. c. 24. renovatum noſtro ævo remedii genus. In paralyſi tamen (CÆL. *chronic.* II. c. 1. in angina *acut.* III. c. 4.) alvum repurgavit. In angina venam ſecuit, tonſillas etiam diviſit, aſperam arteriam aperuit, CÆL. III. c. 4. & in pleuritide ſanguinem miſit, CÆL. *acut.* II. c. 22. Febrem abſtinentia a potu & a ſomno, peſſimo conſilio tollere conatus eſt, paſſim CÆLIO obſervante ſibi contrarius *acut.* II. c. 39. III. c. 17. Scripſit *de ulceribus* CÆLIO dictum Librum, & I. *de auxiliis communibus* (CELS. II. c. 14.) *de celeribus paſſionibus* Libros III. (CÆL. *acut.* III. c. 4. 17. *tard.* II. c. 7.) *de finibus* (CÆL. *acut.* III. c. 19.) *de definitionibus* (*acut.* II. c. 13.) *de lue*, (CÆL. *acut.* II. c. 39.) & *paraſceuaſtica*, (CÆL. *tard.* II. c. 13.) Ab eo THEMISON prima ſtamina ſuæ theoriæ hauſit, CÆL. *chronic.* I. c. 4. *acut.* II. c. 12. ſectæ methodicæ auctor. Ad eum CASSIUM refert CLERICUS qui vulgo ἰατροσοφιστής dicitur, virum ingenioſiſſimum, ſeculi (CELSI) medicus(CELS. Libro I. *praef.*) *Medicas* ejus *quaſtiones* habemus ſeu *problemata de animalibus* edita, Pariſ. 1541. 12. Græce, & recuſa latine 4. deinde Græcè, Leidæ 1595. *Gr.* * Sed etiam C. GESNERUS *naturales & medicas quaeſtiones* 84. *circa hominis naturam & morbos* Gr. lat. edidit Tiguri 1562. 8. latine vero verſas A. JUNIUS 1567. fol. * recudi vero fecit ἀπορήματα καὶ προβλήματα φυσικά περὶ ζώων παθῶν cum THEOPHYLACTO SIMOCATTA ANDREAS RIVINUS, Lipſ. 1653. 4. Gr. Lat. Mihi manifeſto methodicus videtur. Etſi enim ab ASCLEPIADE aliqua habeat, qualia & THEMISON Methodicæ ſectæ auctor, metaſyncriticum tamen circulum habet n. 15. & n. 70. adſtrictionem & laxationem pororum. Meretur omnino legi, ingenioſus homo. In *probl.* 40. ASCLEPIADEM citat, ſed aliam explicationem propriam addit. Colicum medicamentum, in quo lacruma papaveris, gloriabatur ſe inveniſſe, CELS. citat (L. IV. c. 14.) quod dat IDEM L. V. c. 25.

De M. ANTONIO MUSA archiatro AUGUSTI brevis ero. Notiſſimum eſt balneorum frigidorum uſum inveniſſe, qui in AUGUSTO, cujus valde debile corpuſculum fuit; felicem exitum habuit DION Libro 53. Carnibus etiam viperarum feliciſſime curabat ulceroſos. PLIN. Libro 30. n. 39. HORATIO & VIRGILIO amatus, a MARONE, ut creditur, JAPYDIS nomine celebratus eſt. Huic multos honores omnis medicorum ordo debet, & jus geſtandi anuli DION. ib. Paſſim ipſi tribuitur libellus *de betonia*, qui cum PLINIO VALERIANO prodiit, Baſil. 1528. fol. Ejuſdem ſaporis eſt cum APULEII Libro *de plantis*.

Eodem circiter tempore vixit THEMISON, inventor ſectæ methodicæ GAL. *meth. med.* p. XII. b. ed. LINACRI, ſummus auctor PLINIO (Libro 14. c. 17.) ASCLEPIADIS primo diſcipulus, cujus placita ſenior demum reformavit, CÆLIO teſte IV. *tard.* c. 1. & I. c. II. c. 12. Nempe purgabat olim, ipſo adhibito in epilepſia helleboro, tum in elephantiaſi, & alba quidem ſpecie, (CÆL. *tard.* IV. c. 1.) in aſthmate vero dacrydio, (*tard.* III. c. 1.) & venam ſecabat, (*tard.* I. c. 5.) quæ fortiora auxilia idem nunc ſenior rarius adhibuit. De theoria diximus in pathologicis, praxin ad eandem ſimplicitatem ſtringendi laxi, aut laxandi ſtricti reduxit. Hirudinum primus in Medicina meminit, & ad frontem quidem in cephalea, quod medicamenti genus in LUDOVICO XV. imitati ſunt Galli medici. (CÆL. *tard.* I. c. 1.) jecur morboſum ferro aut cauterio vulnerabat, antiquos ſecutus, CÆL. *tard.* III. c. 4. Diacodium primus deſcripſit. Oxymeli rejecit. In hydrope ſcarificavit talum, rejecta paracenteſi, quam admiſerat ASCLEPIADES CÆL. *tard.* III. c. 8. Hydrophobiam paſſus ſanatus eſt, inſigni exemplo, ut tamen non poſſet de eo morbo ſcribere, quo tentabatur, quotieſcunque ſcriptitare incipiebat, CÆL. *acut.* III. c. 16. In juventute ſcripſit Libros *periodicos* CÆL. *acut.* II. c. 12. deinde *ſalutarium* L. & *tardarum paſſionum* Libros II. CÆL. *tard.* III. c. 1. &c. in quorum *primo* nondum rectam viam ivit, nempe methodi-

thodicam, CÆLIO judice, deinde *epiſtolarum ad* DIMANTUM Libros II. (CÆL. *tard.* I. c. 3. II. c. 7. IV. c. 1. (Ea omnia perierunt. Paulo ante CELSUM vixit, CELS. præf. ad L. I. AURELIUS (vel AULUS, ut ALDUS legit) CORNELIUS CELSUS AUGUSTO imperante vixit, (POLENI *Exercitationes Vitruvianæ* & in eo MORGAGNI *in locum medicum* VITR. Patav. 1739.) ſi idem eſt CELSUS, quem HORATIUS monet, neque ſerius vixit argumento THEMISONIS, quem citat, & hiſtoriæ medicorum, quam aliquot locis exhibet, & quæ nullum continet medicorum qui poſt id ævum inclaruerunt, denique COLUMELLÆ CLAUDII coævi, qui paſſim CELSUM citavit, nam *de agrorum cultu* IDEM ſcripſerat, quæ præter fragmenta aliqua perierunt. Medicum fuiſſe certe oſtendit CLERICUS, qui ipſe ubique abſque metu ſuum judicium de methodis & medicamentis interpoſuerit. Plurimum uſus eſt ad morborum hiſtorias HIPPOCRATE, ad curationes vero ASCLEPIADE, quem ſe in multis ſequi fatetur Libro IV. c. 4. ab omni ſecta alienus, ut venæ ſectionem non totam rejecerit, nimiam vero & in omni morbo repetitam damnaret, in purgantibus etiam mitiora ſecutus ſit, diætam nimis ſtrictam in ſano homine rejecerit, plurimum tamen auxiliis diæteticis in eurando uſus, tum balneis, fomentis. Longos catalogos dat formularum & compoſitionum. Criticos dies, ut ASCLEPIADIS diſcipulus, parvi facit, & perinde ſubinde ſitim febrientibus imperat. Latiniſſime ſcripſit, & vel eo fine, ad formandum ſtilum, legi debet. Cæterum CELSI VIII. Libri *de re medica* ſic ſatis pleni ad nos pervenerunt, ut ſolus MORGAGNUS lacunam in Lib. IV. inſignem animadverterit (ed. 1746. p. 627.) quæ in omnibus codicibus eadem reperitur, ut ex uno omnes deſcriptos eſſe adpareat, COCCHI *de anat. ad fin.* Prima editio eſt cum tit. AUR. CORN. CELSI *de medicina* Libri VIII. Florentiæ fol. 1478. HARL. altera Mediolani 1481. fol. HARL. quam primo loco ponit LIND. alia Venet. 1493. fol. quæ penes me eſt, & alia 1496. fol. & 1497. fol. In illa 1493. mala adhuc eſt orthographia, paſſim y pro e & græca imprimis rudiſſime ſcribuntur. Porro Lugd. prodiit 1516. 4. FABRICIO teſte, & 1542. 8. * & 1549. 12. 1554. 12. 1557. 12. * Ibid. 1566. 8. cum SERENO & RHEMNIO editus eſt, quæ editio penes me eſt. In ea adparet J. CAPELLANUM ROBERTO CONSTANTINO codicum perantiquorum copiam feciſſe, qui ad marginem *varias lectiones* adjecit, notas adſperſit, & paſſim loca parallela PLINII, HIPPOCRATIS & veterum. Ibid. anno 1587. 12. prodiiſſe lego. Pariſ. etiam 1529. fol. prodiit. Quæ editio apud me eſt, cum SCRIBONIO & epiſtola atque carmine Vindiciani, & *Græcis omnibus dictionibus reſtitutis* ex emendatione BAPTISTÆ EGNATII apud ALDUM 1528. 4. & apud Soterem Hagenoæ anno 1528. Saligniaci anno 1536. 8. * Pariſ. 1533. cum notis J. CÆSARII. Inde Antvverp. 1539. 8. cum notis THRIVERII ad Librum I. & Tiguri 1540. 8.* excuſus eſt. Tunc cum SERENO, SCRIBONIO aliiſque iterum apud ALDI filios Venet. 1547. fol. recuſus eſt. PL. GUILIELMUS PANTINUS aliam editionem *multis in locis emendatiorem quam unquam antea* dedit, Baſil. 1552. fol. cum ſuis commentariis. Patavii etiam anno 1563. prodiit, & Venet. 1566. 8. * Cum Principibus HENRICI STEPHANI etiam excuſus eſt, & Leidæ 1592. 4. cum commentariis ad primum quidem librum JEREMIÆ THRIVERII, ad reliquos BALDUINI RONSEI. Emendationes ex conjectura natæ ad marginem rejectæ ſunt, commentarii practici ſunt, & ex ejus ſeculi ingenio. Genevenſes editiones ſunt annorum 1625. 12. 1626. 12. Succeſſit Leidæ anno 1657. & 1665. 12. editio J. ANTONIDÆ van der LINDEN a PATINO adjuti, recuſa Amſtelodami, ex recenſione THEODORI JANSEN ab ALMELOVEEN paulum auctior anno 1685. 12. 1713. 12. & Leid. 1730. 8. cum collatione cum vetuſtis editionibus. In his editionibus nitorem non deſideres, & loca parallela HIPPOCRATIS commode adjecta ſunt, cum variis lectionibus & notis nonnullis J. CÆSARII, R. CONSTANTINI, IS. CASAUBONI, & in poſteriori ALMELOVEENII atque MORGAGNI, ad calcem, quod incommodum, adjectis. Sed ob audaces emendationes minus viris doctis accepta fuit hæc toties repetita editio. GEORGIUS VV. VVEDELLI ad aliam, Jenæ 1713. 8. præfatus eſt. Patavii anno 1722. alia editio in 8. prodiit ad ALMELOVEENIANAM facta, ex conſiliis MORGAGNI emendatior, adjectis ejuſd; CL. Viri epiſtolis de quibus ſtatim dicam. Leidæ vero anno 1746. 8. grandi, & 1750. 8. ipſe Bibliopola LANGERAKIUS novam dedit editionem, in quam non paucas, ſed omnes, J. CÆSARII & ROB. CONSTANTINI. & ineditas JOSEPHI SCALIGERI & priores illas MORGAGNII perinde ad calcem ſubjunctas, & H. STEPHANI parallela loca, HIPPOCRATIS & CELSI adjecit, cum minus modeſta præfatione, quæ GULIELMI NOORTVVYKII opus eſt.

Ea omnia tamen nondum explent deſiderium vere medicæ editionis hujus inſignis ſcriptoris. Perierunt autem promiſſæ variæ editiones, SCALIGERIANA, RHODIANA, quæ in BARTHOLINIANÆ bibliothecæ incendio amiſſa eſt, BAIERIANA in proprio programmate anno 1720. propoſita, SCHULZIANA, cujus tamen ſupereſt codex M. S. & ſperare nos juſſit ſuam ex codicibus M. S. & primario illo MEDICEO deſumtam editionem COCCHIUS, qui notarum ſpeciem edidit *in libello anat.* Cæterum Germanice a J. KUFFNERO verſus CELSUS prodiit Moguntiæ 1531. fol. & Italice Venet. 1747. vertente Abb. CHIARI. Notæ autem in CELSUM præter jam excitatas, PAVVII, LOMMII, RHODII, CÆSARII, THRIVERII, ſunt JOH. MORISOTI Baſil. 1547. & HIER. RUBEI adnotationes, Venet. 1616. 4. * Sed imprimis huc pertinent J. B. MORGAGNI in A. C. CELSUM (& Q. SERENUM SAMMONICUM) *epiſtolæ*, Patav. 1721. & Hagæ 1722. 4. editæ, quarum tres ſunt ad CELSUM varia eruditione pleniſſimæ, tres etiam alias, dum hæc ſcribo, *ſex adeo epiſtolas* ſe anno 1750. edidiſſe idem vir Ill. ad me reſcribit. Eæ nunc apud me ſunt 1750. 8. Patavii editæ. Notas CONSTANTINI, quem incomparabilem virum vocat C. GESNERUS *Epiſt.* pag. 45. valde carpit J. NARDIUS, cujus totus octavus liber *noctium genialium* mera ſeries eſt animadverſionum in CONSTANTINUM, & defenſio recepti textus. Exſtat etiam J. HENRICI KROMAYER *erroris confeſſio ſapienti conveniens ad præclarum* CELSI *locum, qui eſt in* IV. *de medic.* Libro c. 16. Jen. 1724. 4. Epiſtolæ ad CALLISTUM CELSO adſcriptæ, & altera ad P. NATALEM, quæ cum MARCELLO prodierunt, SCRIBONII ſunt.

THESSALUS Trallianus, vaniſſimus ille ἰατρονίκης, rabie quadam omnes alios medicos perſecutus (PLIN. Libro 29. c. 1.) *methodi verior auctor* eſt, teſte *Auctore Libri introductionis*. Adeo ſibi ſoli placuit, ut minime parceret THEMISONI, cujus monſtroſas dixit eſſe communitates (GAL. *meth. med.* Libro I. p. VIII. b.) & quem acria in catarrho dantem corrigit, (CÆL. *tard.* II. c. 7.) & nihil veteres medicos bonum inveniſſe ad NERONEM clamaret, Romæ medicinam fecit, aſſentator divitum, & dum intra ſextum menſem artem ſe perdocturum promittit, multos nactus eſt diſcipulos (GAL. *meth. med.* Libro I.) Nempe omnes morbos ad duas illas ſtricti & laxi claſſes revocavit, & ſimpliciſſimam medicinam fecit, cum eumdem morbum ſemper eodem modo jubeat ſanare, GAL. *meth. med.* Libro VI. Metaſyncriſin ſive integram minimorum pororum mutationem invenit, GAL. *meth. med.* Libro IV. Eam urſit per receptam a poſterioribus διάτριτον, quam introduxit (GAL. *meth. med.* Libro IV.) & per acria medicamenta. Purgantia penitus proſcripſit, & etiam in eo audientem ſectam expertus eſt. Venam tamen in phreniticis ſecuit in Libro περὶ διαιτῶν. In hæmoptoe venam ſecare recuſavit, qua in re eum deſeruerunt reliqui methodici, (GAL. *meth. med.* Libro V.) Scripſit Librum περὶ διαιτῶν (CÆL. *acut.* III. c. 17.) *de regularibus* (CÆL. præf. ad *tard.*) *tardarum paſſionum* Libros 2. (CÆL. II. *tard.* c. 13.) Alia probat ejus CÆLIUS, alia ut non ſatis methodica rejicit, unum tamen ex principibus ſuæ ſectæ vocat *Acut.* II. c. 37.

APULEIUS CELSUS SCRIBONII LARGI præceptor, ex eo ipſo ad I. ſeculum a C. N. refertur. EJ. Liber *de herbarum virtutibus* inſcribitur, qui Pariſ. 1528. fol. & eodem anno cum titulo L. AP. MADAURENSIS curante TORINO cum PLINIO VALERIANO aliiſque Baſileæ fol. prodiit. A GABRIELE vero HUMELBERGIO ſub nomine LUCII APULEII PLATONICI, Tiguri 1537. 4. cum notis recuſus eſt, auctior & emendatior, quam tamen editionem DAUMIUS ad REINESIUM *ep.* 29. & CLERICUS minus fidelem & fictam, TORINIANAM vero magis ad codices expreſſam eſſe autumant. Recuſus eſt Venet. 1547. fol. cum aliis medicis, & Norimbergæ 1538. 8. * & Lugduni 1587. cum operibus APULEII MADAURENSIS. Sed is mihi manifeſto ſerioris ætatis videtur, quo tempore *e* græcum jam a latinis per *i* ſcriptum fuerit, ut *chamæmilon*, neque dictio eam puritatem habet, quæ illius ſeculi digna ſit. Mera cæterum vis virtutum abſque ullo judicio congeſtarum, & nomina *Prophetarum* habet, quæ & ipſa ſerius ævum demonſtrant. Ita Bugloſſam tres thyrſos habentem tertianæ, quatuor habentem quartanæ mederi ait, &c. ISAACUS VOSSIUS novam editionem ex codice 1200. annorum figuris ornato promiſerat, quæ nunquam prodiit. Alii ad Madaurenſem medicum referunt, a cujus tamen etiam ſtylo differt.

SCRIBONIUS LARGUS DESIGNATIANUS vulgo dicitur TIBERII tempore vixiſſe, quod Colicam CASSII compoſitionem ab ATIMETO TIBERII liberto acceperit, c. 120. & MESSALINAM *Dei noſtri Cæſaris* uxorem citet, atque cum eodem ajat ſe Britanniam petiiſſe *comp.* 163. A

Secundus ſyſtematicus practicus eſt ARETÆUS CAPPDOX (*a*), quem credo proximum HIPPOCRATI. Quantum enim adparet ex monumentis hiſto-

 riæ;

163. A GALENO paſſim ejus compoſitiones nominantur. Congeries eſt formularum, quas ipſe ait ſe præparaſſe omnes, & in quibus mira eſt vis ſuperſtitionis atque vanitatis. RUELLIUS primum edidit Baſil. 1529. 8. deinde ALDUS 1547. fol. cum CELSO, SERENO & aliis antiquis. Nitidam vero editionem J. RHODIUS dedit, qui S. LARGI *compoſitiones medicas recenſuit*, *notis illuſtravit*, *lexicon Scribonianum adjecit*, Patav. 1655. 4. Variæ utique eruditionis notæ ſunt quas dedit. Quare patientius caremus editione quam J. B. VVINDTHIER parabat ex *Vaticanis* codicibus J. FABRO teſte ad HERNANDEZ pag. 756.

AUCTORES rei ruſticæ etſi non ſolum paſſim aliqua ad mulomedicinam habent, ſed etiam elegantiori medico lectu neceſſarii ſunt, hic tamen omitto, ut qui obiter praxin contingant. Sic ANDROMACHUM Theriacæ auctorem, NERONIS medicum prætereo, cujus eſt cum GALENI commentario poema quo formula antidoti comprehenditur.

(*a*) ARETÆUS Cappadox paulo poſt ANDROMACHUM vixit, cum ποικίλην διὰ Θυρίων (*cur. diut.* I. c. 4.) ἀρτίσκυς ex carne viperarum abſque capite & cauda (*cur. diut.* II. c. 13.) & iterum τὴν διὰ ἐχίδνων ἑρπετῶν (*cur. diut.* II. c. 5.) & *antidoton* βησίνυ (II. *acut. cur.* c. 8. & Libro II. *cur. diut.* c. 5.) & ἱερὴν & denique ἀρχιήτρυ paſſim nomen habent, (*cur. acut.* II. c. 5.) quo titulo primum ANDROMACHUM uſum eſſe conſtat. Recentior etiam THEMISONE fuit, cum CÆLIUS neminem ante eum virum curationes diuturnorum morborum dixiſſe ſcribat, & paulo antiquior DIOSCORIDE, a quo in εὐπορίστοις laudatur. Romæ vixiſſe valde probabile eſt, cum inter vina Surrentinum, Falernum, Signianum, Fundanum in Syncope commendet, (*curat. acut.* II. cap. 3.) deinde ſaponem, garum, (*cur. acut.* I. cap. 2.) *far Thyrrenum* & alia ejuſmodi Romana ciborum genera nominet. Medicinam exercuit, & proprium μάλαγμα viride tanquam arcanum ſuum citat, (*cur. diut.* II. cap. 7.) Cæterum *de acutorum morborum ſignis* duos Libros habemus, & totidem *de eorum curatione*, totidem porro Libros *de diuturnorum morborum ſignis* & *curationibus* paſſim deficientes, ut integra capita deſiderentur. Mihi inter veteres medicos excellere videtur, ut eum, omnibus computatis, longe præferrem HIPPOCRATI, niſi æquum eſſet conſideraſſe, poſteriori ævo ARETÆUM vixiſſe, & potuiſſe multorum inventis ipſiſque HIPPOCRATIS ſcriptis frui. A LEONARDO etiam de CAPOA, magno illo medicorum contemtore, honorifice citatur *raggionamento* I. Dictio Ionica elegans eſt & comta; hiſtoriam morborum non ſparſam, ſed ordinatam dedit & continuam. Medicamenta magis congrua rationi propoſuit, quam COUS. In angina ſecat venam ad deliquium animi uſque, (*cur. acut.* I. c. 7.) repetito etiam in febre ardente, nephritide, ſanguinem mittit. In epilepſia trepanum adhibet, quod ſæpe nigra & craſſa dura membrana reperta ſit, & ſanatus æger I. *cur. diuturn.* c. 4. Cantharidibus ad veſicas excitandas primus uſus eſt, CLERICO jam obſervante. Superſtitioſa ſprevit argumento ſanguinis humani ad epilepſiam fruſtra, ut ipſe vidit, epoti, *cur. diut.* I. c. 4. & cerebri vulturis. Hydropem cyſticam adgnovit. Multum uſus, Romano more, diæta, geſtatione, fomentis, balneis. Ex *pneumaticorum* familia fuiſſe CLERICUS oſtendit. ARCHIGENES autem eum ad eam ſectam refert. IDEM, quem CÆLIUS cum MAGNO inter methodicos cenſet *acut.* II. c. 10. Primum ARETÆUS latine editus eſt a JUNIO PAULO CRASSO Venet. 1552. 4. cum RUFO, & ab eodem CRASSO ſub incudem revocatus, auctuſque, poſthumus recuſus eſt Baſileæ 1581. 4. cum RUFO aliiſque. Eas editioces valde ſprevit DAUMIUS ad T. REINESIUM *ep.* 35. Inde ARETÆI Libri VIII. J. P. CRASSO *interprete* prodierunt Pariſ. 1554. 12. Cum *Principibus* etiam apud H. STEPHANUM recuſus eſt, Græce vero apud TOURNEBOEUF J. GOUPYLUS Pariſ. edidit 1554. 8. *Acceſſerunt* autem *quæ* CRASSUS *non vertit*, *aliquot* ARETÆI *capita*, & Græce eodem anno ARETÆI *de acutor. & diuturnorum morbor. cauſis & ſignis* Libri IV. & *de acutorum & diuturnorum morborum curatione* Libri IV. apud TURNEBUM in 8. prodierunt. Inde Græce & Latine cura & cum notis GEORGII HENISCHII Aug. Vind. 1603. fol. editus eſt cum titulo ARETÆI *ætiologica*, *ſemeiotica & therapeutica morborum acutorum & diuturnorum ex* MS. CODD. *Veneto Bavarico Auguſtano*

riæ, non diu poſt HIPPOCRATEM vixit (*a*). Scripſit *de morbis acutis*, & alterum tractatum *de morbis lentis*. In utroque ſane morbum, dogmata, medicamenta tradit, eaque, quæ HIPPOCRATES per obſervationes tumultuarie congeſſerat, ordinatim digeſſit ad claſſes ſuas & capita, hinc fere omnes morbos ſyſtematice abſolvit, & hactenus ſuper HIPPOCRATEM ipſum eminuit.

Hujus ergo viri auctoritatem HIPPOCRATI æqualem habemus. Difficilius autem adquiritur. Editio omnium optima eſt in octavo, græce edita eſt ex typographia regia Pariſiis; alia editio eſt, quæ prodiit in folio Auguſtæ Vindelicorum 1603. in qua habentur CAPPADOCIS opera omnia, & ibi habetur commendatiſſimus textus ſecundum omnes codices. Reliqui auctores omnes has fere editiones deſcripſerunt.

Tertius ſyſtematicus eſt AURELIUS CORNELIUS CELSUS, qui vixit ſub AUGUSTO & TIBERIO, & hinc auctorum proximus HIPPOCRATI poſt ARETÆUM (nempe de practicis hic loquor & de ſyſtematicis quidem, nam RUFI EPHESII opus, & parva epiſtola DIOCLIS CARYSTII hic non facit ad rem) ſi careremus hoc auctore, milleſies ceſpitaremus in ſcriptis HIPPOCRATIS, ſed vir ille Romanus & aulicus Græca didicit, fuit Alexandriæ, ubi in bibliotheca egregia ſcripta HIPPOCRATIS eo tempore conſervabantur, pulcherrimo denique Romano ſtilo ſcripſit, hinc, qui Latine debet de rebus medicis diſſerere, hunc auctorem debet adſequi. Omnia HIPPOCRATIS & ARETÆI collegit, & breviſſime & nervoſiſſime, egregioque ſtilo tradidit. Utitur ſummo judicio in omnibus morbis, & eſt unicus ſcriptor, ex quo videmus, quo modo veteres morbos curare ſint ſoliti. Pauca medicamenta videmus interna, ſed frictiones, exercitia, &c. Optima editio eſt Elzeviriana anno 1657. in 12. auctore JOHANNE VAN DER LINDEN, Lugd. Batavorum profeſſore.

Lauda-

guſtano collatis. Inde Patavii ARETÆI Libri VIII. *de cauſis & ſignis acutorum morborum* 1700. 8. * excuſi ſunt. Sed cum PETRI PETITI eruditiſſimi viri notæ ad ARETÆUM poſthumæ laterent, ſcriptæ jam anno 1662. longo poſt tempore eæ, quæ ad *tres priores* Lib. ARETÆI pertinent, prodierunt Londini 1726. 4. curas ISAACI MAITTAIRE. Adjecta eſt PETITI & ARETÆI vita. Uſus autem erat PETITUS tribus codicibus, tum ſuis etiam conjecturis. (præf. p. XXIV.) Deinde JOHANNES VVIGAN ARETÆI *de cauſis & ſignis acutorum & diuturnorum morborum* Libros IV. *de curatione acutorum & diuturnorum morborum* Libros IV. cum MSS. II. HARLEIANO & VATICANO contulit, novamque verſionem dedit. *Acc. Præfatio*, *Diſſertationes in* ARETÆUM, *variæ lectiones*, *notæ & emendationes*, *tractatus de Ionica Aretæi dialecto*, *& lexicon difficiliorum vocum*, Oxon. 1723. fol. In eam editionem *emendationes* 101. D. VVILHELMUS TRILLER in *Act. Erud.* 1728. edidit. Denique BOERHAAVII cura, Leidæ 1731. fol. prodiit ARETÆUS Gr. Lat. cum *commentariis integris* jam dictis PETITI, & *notis* J. VVIGAN & MAITTAIRII *opuſculis*, *& obſervationibus* D. VV. TRILLERI, quæ quidem notæ, & pariter paucæ ſunt, quæ acceſſerunt JOSEPHI SCALIGERI. BOERHAAVIUS nihil niſi nomen addidit. Etiam ita, ex 13. codicibus emendatur, ſed malis & recentis ævi, ſatis vitioſus exſtat ARETÆUS. In ARETÆI Libro II. *de cauſis acutor. Caput* VI. *commentarius* cum titulo *Sepia Volvox* exſtat J. ANTONIDÆ *van der* LINDEN, Leid. 1653. 4. cum *ſelectis* recuſus.

(*a*) Error procul dubio diſcipuli.

PLINIUM omittimus, cujus hiſtorica & de medicamentis ſimplicibus Libros jam tetigimus.

SORANUS EPHESIUS, qui Alexandriæ vixit SUIDA teſte (III. p. 354.), & cujus diſcipulus

ATTA-

Laudatur etiam editio in folio antiquiſsima , ſed hoc eſt antiquitatem nimis venari, nam certe omne, quod bonum ibi erat, collegit VANDER LINDEN , & addidit etiam quæ ex codice bibliothecæ regiæ Pariſinæ excerpere potuit (*a*).

Quar-

ATTALUS a GALENO coævo in erronea curatione ulceris hepatis deprehenſus eſt , (*Meth. med.* Libro 13. p. 209. b. Edit. LINAC.) inter methodicos primarius (CAEL. *chron.* L. c. 1.) TRAJANI ævo vixit, eodem SUIDA teſte. Scripſit de *tardis affectionibus* pleniſſime CAELIO judice *ad tard. paſſ. præf.* & *de adjutoriis* Libros 22. (CÆL. *acut.* II. c. 29. *chron.* V. c. 1.) & *de communitatibus* Libros II. (CÆL. *tard.* IV. c. 1.) Ejus judicium laudat CÆLIUS *chron.* V. c. 1. ubi cantilenas in dolore iſchiadico deridet. In Lichene, novo morbo tunc graſſante & difficillimo, curando eminuiſſe videtur, cum MARCELLUS (c. 19.) ducentis hominibus eo morbo laborantibus SORANUM ſe locaſſe ſcribat. SUIDAS ejus Libros pulcherrimos & multos excitat, & ejus veriſſimæ *apprehenſiones* ſunt, quas ſermone latino deſcribere laborat CÆLIUS *acut.* II. c. 28. EJUS cum nomine *in artem medendi iſagoge ſaluberrima* prodiit cum L. APULEIO Baſil. 1528. fol. cura TORINI , tum apud ALDUM 1547. fol. In eo Libro valde dogmaticus adparet, qui velit Medico ſingularium partium operationes notas eſſe c. 4. qui quatuor humores ponat ſecundum anni ætates dominari c. 5. indeque temperamenta deducat, qui vomitum imperet c. 7. qui febres ab humoribus derivet, quartanam a melancholia &c. demum GALENUM citet, ejusque tres facultates principes recipiat, & tamen MÆCENATEM adloquatur. Quare ſpurium & poſterioris ævi opus eſt. Anatomica SORANI, quæ alibi laudavimus, veriora eſſe videntur.

RUFUS Epheſius eodem fere ævo vixit, SUIDA teſte III. p. 266. a GALENO ſæpe cum laude nominatus, & multa omnino ſcripſit *de ratione victus* Librum I. a RHAZE paſſim citatum (*de ſimplic. medicam.* p. 157.) *de victu navigantium* Librum I. *de medic. vulneribus articulorum* Librum I. *de ficubus* Librum I. *de materia medica: de atra bile: de lacte* Librum I. *de herbis* Libros IV. poemati, *de vino* Librum I. *de melle* & *commentarium* in HIPPOCRATEM. EJUS etiam aliqua apud ORIBASIUM reperiuntur *ſynopſ.* Libro III. & *quæſtiones* XI. græcobarbaræ Vindobonæ latent LAMBEC. P. II. Libro VI. p. 105. Anatomica, quæ ſuperſunt, diximus. Practici generis eſt brevis Liber *de medicamentis purgantibus* & alter *de veſica renumque morbis* cum non mala certe curatione per venæ ſectionem, clyſteres, fomenta, & lac aſininum in ulcere. Sed breviſſimus libellus eſt. Opera RUFI anatomica ſola frequenter cum ARETAEO prodierunt, ut Pariſ. 1554. Græce apud TURNEBUM & latine JUNIO PAULO CRASSO edente, Venet. 1552. 4. * & 1581. 4. Baſil. Pariſiis vero 1554. 8. Græce, & Latine 12. * edita ſunt, ubi adjectus eſt Liber practicus quem dixi. Omnia etiam opera RUFI juncta prodierunt cura GUILIELMI CLINCH Gr. lat. Lond. 1726. 4. BOGDANIANA intercidit, parata ad M. S. in Bibl. Bernenſi latens.

DIOSCORIDIS εὐπορίστα ſeu *de curationibus morborum per medicamenta paratu facilia* Libri II. huc pertinent , quos Græce cum interpretatione ſua & JO. MOIBANI edidit CONRADUS GESNERUS Argentor. 1565. 8. Genuina eſſe videntur, cum ab AETIO paſſim inde medicamenta excitentur cum DIOSCORIDIS nomine, etſi aliqua minus Græca irrepſerint. Cæterum medicamenta ſunt ad morbos corporis humani a capite ad calcem, omnis generis bona malaque, ex veterum more. Recudit JANUS SARACENUS cum aliis DIOSCORIDIS, & pariter inter genuina recepit.

(*a*) Nunc GALENUS ſequitur, uti univerſæ medicinæ ita practicæ inprimis partis ſive methodi medendi maximus auctor H. CONRINGIO judice p. 248. qui plurima propria habet, quæ vulgo nunc pro novis dantur, ut recte monet SCHELHAMMERUS ib. p. 64. cujus denique ſplendore omnia vetuſtiorum ſcripta ita offuſcata ſunt , ut perierint, ſolusque ſupervixerit. EJUS viri eruditio inſignis fuit lateque patens, animus innutritus dialecticis artibus, curioſitas in anatome, in materia medica major, quam priorum, qui ut theriacam præpararet accuratius, in Cyprum, Palæſtinam & Lemnum iter fecit *epitom. de antidot.* Methodus medendi imprimis plenior & comptior quam HIPPOCRATIS, & ad

theo-

theoriam ita commode adaptata, ut pene ad noſtrum ſeculum ſola ſuperfuerit. Vaſta eru-ditione ſua fecit, ut plurima veterum monumenta in ejus Libris conſerventur. Patre NI-CONE mathematum perito natus (*de ſuccorum bonis & vitio*), circa annum 131. P.C.N. omnes bonas artes, medicam vero Alexandriæ didicit, & ab anno 34. praxin orſus eſt (*de propr. Lib.*) Sed cum & Aſiaticus eſſet & in adverſarios amaret fuſe invehere, adeo lon-gum in ſermonem ſe diffudit, ut nulla fere lectoris patientia ſufficiat, & utilia ſub mo-le lateant inutilium. IDEM ſæpe, cum verum ignoraret, fecit verboſitate ſua, ut intelle-xiſſe videatur, aviduſque rem ipſam ex GALENO requirat lector, ſed nihil inveniat. In eo etiam poſteris nocuit, quod pene omnes morbos ad ſuas intemperies, omnem ergo cu-rationem ad immutationes præſentis intemperiei retulerit, quo ipſo conſilio plurima & potentiora medicamenta excluſit, ut opium, mercurium, ſpecifica omnia. Romæ praxi inclaruit & inprimis cognitione morborum & prædictionum felicitate celebritatem conſe-cutus eſt, *de pracognitione*. Odia medicorum incurrit ANTIGENIS & MARTIANI, quam fu-giens patriam repetiit Annos natus 37. (de ſcriptis propr.), ſed revocatus Romam a M. ANTONINO (qui vulgo PHILOSOPHUS dicitur) & L. VERO (*de propr. ſcript.*) in urbem rediit, præfectus valetudini COMMODI, & ab ipſo Imperatore ſæpe conſultus, M. ANTONINO CARACALLA imperante inter vivos eſſe deſiit, ſi ejus de theriaca ſcripta vera ſunt, annos natus 70. aut 87. ut SUIDAS I. p. 465. Libros ſcripſit pene innumerabiles, inter quos hi practici ſunt, eo ordine, quo ipſe eos in Libro *de propriis Libris* diſpoſuit. *De medendi methodo* Libri XIV. ſerius ſcripti ſunt, & poſt pleraque alia GALENI opera, contra THESSALUM inprimis & methodicos. Morbos in claſſes dividit, intemperiei & par-tium ſimilarium & organicarum. Ab iis cognitis morbis ſumit indicationes, eas ducere ad cognitionem medicamentorum recte urget, quas, per ſua ſigna, repetit a cognito mor-bo ejuſque cauſa: eam plerumque in plethora vel alia intemperie calida, frigida, humi-da, ſicca, nonnunquam tamen in ſolidi aliquo vitio ponit. His omnibus docet per con-traria obviam ire, medicamenta nempe frigida contra calorem, & definito gradu frigen-tia contra certum caloris gradum. In ſingulo vero morbo plerumque variam intemperiem ait ſubeſſe poſſe, unde varia derivatur indicatio contra methodicos, quæ non ad morbum in genere, ſe ad morbi definitam cauſam iſtamque intemperiem dirigatur, quæ in præ-ſenti ægro dominatur. Porro febres acutas curat diæta, venæ ſectione larga, quas ſingu-latim percurrit. Inde ſymptomata conſiderat, poſita in læſione actionis, vitio evacuatio-num, adfectione partium, dolore, quæ omnino ſanentur demum ſuis cauſis cognitis, & curatis; reliqua chirurgica ſunt. Libri iſti ſeorſim editi ſunt a T. LINACRO latine verſi, Venetiis 1517. 4. Baſil. 1529. 4. Pariſ. 1538. 8. * Lugdun. 1546. 16. GESN. In eos ſunt commentati J. AGRICOLA (PAURLE) *Ammonius* Aug. Vind. 1534. 8. * LUDOVICUS LE-MOS Salmanticæ 1581. fol. LIND. & CASPARUS HOFMANNUS, cujus *praxis medica curioſa* revera GALENI opus eſt *de methodo medendi* recenter verſum cum brevibus notulis. Prodiit Francof. 1680. 4. In *ſex Libros priores commentarii* viri doctiſſimi FABII PACII prodierunt Vicetiæ 1598. fol. * & *in ſeptimum* ibid. 1608. fol. LINT. Opus idem GALENI totum in 14. *diſputationes reſolvit* & edidit cum *prolegomenis* M. SEBIZ Argentor. 1639. 4. & *colle-gium therapeuticum* 25. *diſputation. ex* GALENI *methodo medendi deſumtum* dedit ibid. 1634. 1638. 4. *Periochen* VII. *librorum priorum methodi* GALENI ANTIOCHUS de MERI Pariſiis e-didit 1534. 16. cum adjectis formulis. 8. * L. *Tabulas curationum & indicationum ex pro-lixa* GALENI *medendi methodo in ſumma veram capita contractas* dedit J. FRELLON Lugdun. 1554. 4. (apud C. GESNERUM) In *methodum medendi generalem* GALENI *introductionem brevem* JACOBUS SYLVIUS ſcripſit in *operibus omnibus recuſam*, *methodicam* vero *Periochem* J. CRATO, Baſil. 1563. 8. *

Libros II. *de curandi ratione ad* GLAUCONEM vertit NIC. LEONICENUS, iidemque & ſeor-ſim editi ſunt Pariſ. 1514. 4. tum Pariſ. 1537. 8. Lugduni 1551. 12. * In *primum librum* exſtant explanationes STEPHANI ATHENIENSIS ab A. GADALDINO verſæ & editæ Venet. 1554. 8. Pariſ. 1555. 8. Lug. 1558. 8. L. Baſil. 1581. 4. cum ARETÆO, antiquo more ſcri-ptæ & parum utiles. In utrumque librum habentur commentarii MARTINI SANS MALI-CE ſive AKAKIA, Pariſ. 1538. 4. 1587. 8. Venet. 1547. 8. Lugd. 1551. 16. * tum J. B. MONTANI, Venet. 1554. 8. Lugdun. 1596. 16. * Hic Liber inter meliores magiſque me-ditatos GALENI eſt.

De Venæſectione Libri III. *adverſus* ERASISTRATEOS generoſiſſimi hujus remedii oſores, Liber tertius verſus eſt a THEODORICO GERARDO GOUDANO, Pariſ. 1529. 8. * omnes vero latine prodierunt Lugdun. 1549. 12. * vertente JOSEPHO TECTANDRO. In eos Libros commentarius exſtat FERDINANDI MENÆ, Turin. 1589. 8. * alius HIERONYMI NUNNI RAMIREZ Ulyſſipon. 1608. 4. alius G. PATINI, Pariſ. 1649. 8. quo profuſa in omnibus morbis venæſectio diſuadetur; alius MELCHIORIS SEBIZII, Argent. 1652. 4. Tertium Gallice reddidit PETRUS TOLETUS (C. GESN. in *catal.*)

De curandi rationibus ERASISTRATI L.

Ars medica, in tres vulgo Libros diviſa, GALENO quidem abjudicata a C. HOFMANNO *Apol.* Libro I. c. 16. 17. ſeorſim edita Græce Antvverpiæ 1549. 8. * latine vertente N. LEONICENO, Venetiis 1606. 24. Henricopoli 1576. 8. Ipſum quidem GALENI opus compendium eſt, neque plenum tamen, neque bono ſcriptum ordine, quo ſigna temperamentorum & variæ intemperiei per ſingula viſcera perſequitur, ab habitu externo, excrementis, functione læſa, dolore ſumta. Tunc conſilia aliqua diætetica tradit, & curationem per contraria, aliqua etiam chirurgica de vulneribus, porro ad obſtructionem & vitia in numero redit. In eam artem exſtant innumerabiles fere commentarii. Primo loco dicemus eum qui JOHANNITII nomen præfert in *artiſella* excuſum Venet. 1483. fol. 1487. fol. 1523. fol. tum alium HALYRODOHAM, Venet. 1496. alium DRUSIANI *plus quam commentatoris*, alium J. SERMONETÆ, Venet. 1498. fol. alium JACOBI FOROLIVIENSIS Papiæ 1514. fol. 1547. fol. * alium BAPTISTÆ FIERÆ Mantuæ 1515. fol. * alium SYMPHORIANI CAMPEGII, Lugd. 1516. 8. * *Paradoxa in eam artem edidit* IDEM SYMPHORIANUS, Lugd. 1516. 8. * Porro in artem parvam ſunt commentarii THADDÆI, Neapoli 1522. fol. * HUGONIS BENTII Senenſis, Venet. 1523. fol. * ANTONII CITADINI (*auſcultationes*) Faventiæ 1523. fol. * J. MANARDI, Baſil. 1536. 4. vel 16. nam utrumque reperio. LAURENTII LAURENTIANI, Pariſ. 1539. 16. (C. GESN.) MARTINI AKAKIA, Pariſ. 1543. 4. Lugdun. 1548. 16. Venet. 1549. 8. * J. AGRICOLÆ AMMONII, Baſil. 1547. 8. * JULII DELPHINII, Venet. 1557. 4. * cum nomine *explanationis*. JACOBI SCHEGKII, Francof. 1559. 8. * THEODORI ZVVINGERI, Baſil. 1561. fol. cum tabulis. FRANCISCI VALLESII Complut. 1567. 8. quæ noſtra eſt editio, tum Colon. 1592. Venet. 1591. 8. parum noſtro ævo quidem utilis. J. ARGENTERII Mandovi 1566. fol. * Pariſ. 1578. 8. Quæ mea editio grandi eſt volumine, duobuſque tomis. NIC. BIESSII, Antvverp. 1568. 8. J. PHILIPPI INGRASSIÆ, Venet. 1573. fol. * VINCENTII MUNDINI, Bonon. 1586. 4. * SALVII SCLANI, Venet. 1597. 4. * SANCTORII SANCTORII, Venet. 1602. fol. ODDI de ODDIS, Brix. 1607. poſthume editus LUCÆ TOZZII, Patav. 1711. 4. & in operibus omnibus 1721. 5. vol. Venet. ex acidi & alcali theoria natus. Tabulas in eosdem Libros condidit J. B. MONTANUS Venet. 1546. fol. & *explanationes in eumdem*, Venet. 1554. 8. * *Per tabulas in eoſdem L. oeconomia* exſtat FABII PAULINI, Hanov. 1610. fol. Tandem in 30. *diſputationes* reſolvit idem opus MELCHIOR SEBIZIUS, Argentor. 1633. 8. 1638 8. * In aliquam partem nempe a textu 46. ad 58. Libri *tertii* habetur commentarius SIMONIS ACAMPI, Neapol. 1642. 4. L.

Liber *de conſtitutione artis medicæ* ab CASP. HOFMANNO ibid. pro ſpurio habitus eſt: in eam exſtat *paraphraſis* CHRISTOPHORI HVYL. Mogunt. 1534. 4. * & *commentarii* F. VALERIOLÆ, Genevæ 1577. 8. * tum THEODORI ZVVINGERI, Baſil. 1561. fol.

Liber *de cognoſcendis curandisque animi morbis* Italice a FRANCISCO BETTO verſus Baſileæ 1587. 8. prodiit.

Liber *de dignotione atque medela peccatorum ſeu errorum in cujuſque animo* ſimili pene titulo, ut *affectionum* legas pro *peccatis*, Græce recuſus eſt a J. CASELIO Helmſtad. 1592. 4. * & cum Latina verſione & notis, Rudolſtad. 1715. 4.

Liber *quare purgare conveniat, quibus medicamentis, & quo tempore*, ſeorſim prodiit verſus a J. POLLTO Pariſ. 1544. 4. tum a SEBASTIANO COQUILLAT Latine verſus cum commentariis Lugdun. 1557. 16. * Docet non ſanos homines purgandos eſſe, ſed vicinos ſanis, & in principiis morborum, & quibus humores turgent.

Liber *de remediis paratu facilibus*, ſub quo nomine duo alii ſpurii exſtant; integrius in editione CHARTERII expreſſus, Latine prodiit ſeorſim Baſil. 1576. 8. * tum J. HOLLERII ope notiſque ornatus Pariſ. 1543. 16. *

Conſilium pro eo qui comitiali morbo laborabat etiam a GALENO ipſo citatur ſeorſim cum Libro

Libro *de Libris propriis: de parva pila exercitio, de praſagiis ex inſomniis, & quo morbum ſimulantes ſint deprehendendi*, Baſileæ prodiit 1531. fol. * Huc etiam refero Librum *de theriaca ad* PISONEM a J. CAMERARIO, Norimbergæ anno 1534. 8. editum ſuo loco omiſſum, & pro ſpurio a MATTHIOLO p. 539. & LABBEO habitum, ſed ab antiquis PAULO aliiſque pro GALENICO citatum. ANDROMACHI poema eſt de theriacæ formula cum GALENI obſervationibus in confectionem celebris hujus medicamenti. Multa docta habet de ſerpentibus, hiſtoria medica, &c. Theriacam poſt venena datam profuiſſe ipſe expertus c. 2. eſt.

Libri *duo de antidotis cum* FR. TIDICÆI *commentario* Thorunii editi anno 1607. 4. * iterum eamdem formulam habent, cum pari fere GALENI labore. Reliquos & ſpurios GALENO inſcriptos Libros in hac brevitate omittimus, & unice nominamus Librum *de partibus artis medicæ: de medicinis expertis: de cura uteri: de cura lapidis: de clyſteribus & colica* (qui ſeorſim editus eſt Leid. 1591. 8.) *introductionem ſeu medicum* (a SEBASTIANO SINGRELER excuſum Gr. lat. Baſil. 1537. 8. *): L. *de ponderibus ſeu menſuris*. Alios jam tetigi, qui ad eruditionem variam pertinent, ut L. *de ſectis ad eos qui introducuntur*; *de optima ſecta: de ſubfiguratione empirica* contra eam ſectam ſcriptus, *definitiones* ab eodem SINGRELERO editæ *de* HIPPOCRATIS *&* PLATONIS *decretis* Libri IX. (fere phyſiologici argumenti): *Commentarii in* HIPPOCRATIS *aphoriſmos: de ſimplicibus medicamentis* (quæ fere ſunt ex DIOSCORIDE). Liber *de iis quæ in* medicina (ἰατρεία) *fiunt, commentarius*. Liber *adverſus* Lycum, Liber *de ſubſtitutis, de purgantium facultate*, Libri X. *de compoſitione medicamentorum localium* ſeorſim Lugd. 1549. 8. excuſi, & Libri VII. *de compoſitione medicamentorum ſecundum genera* a me omiſſi ſunt in Pharmaceuticis, in quibus brevitatem adfectavi, ut video, nimiam. Opera omnia GALENI Græce bis prodierunt, apud ALDUM 1525. fol. 5. vol. & potius melius Baſileæ 1538. fol. 5. vol. cura HIERONYMI GEMUSÆI. Ejus editionis Tomus II. a FUCHSIO emendatus eſt. Græca & Latina unica eſt editio, cui acceſſit HIPPOCRATES, a RENATO CHARTERIO procurata Pariſ. 1679. fol. 13. vol.

Latine GALENUS prodiit Lugduni 1536. fol. & melius 1554. fol. * (Fabr.) Baſileæ 1542. fol. ſtudio H. GEMUSÆI, qui hiſtoriam medicinæ & vitam GALENI addidit, tum ibid. 1549. & 1550. fol. * quam editionem C. GESNER curavit 4. vol. fol. FABR. & inprimis 1562. fol. cum egregiis GESNERI præfationibus de GALENI vita, ſcriptis, & interpretibus. Venetiis Juntæ GALENUM ſæpe ediderunt nempe a 1541. 8. tum fol. 1550. 1556. 1563. 1570. 1576. OBS. 1586. 1600. 1609. 1625. quæ editio omnibus præfertur, & habet ſpiſſum indicem A. M. BRASSAVOLÆ, qui etiam ſeorſim exſtat ad *nonam Juntinam* reformatus, Venet. 1626. fol. Ita FABRICIUS, nam paulo alios annos habet LINDENIUS, unam nempe editionem Venetam anno 1562. fol. aliam Juntinam 1541. fol.

Editio CASPARI HOFMANNI eo vivo abſoluta *præf. ad Apolog.* GAL. latuit Norimbergæ in VOLCAMERI bibliotheca MERCLINO teſte in præf. Codex pulcherrimus apud M. A. SEVERINUM fuit *Zootom. Democrit.* p. 168.

Epitomen operum GALENI ſcripſit ANDREAS LACUNA *cum adnotationibus in* GALENI *interpretes & de menſuris & ponderibus medicinalibus*, Baſil. 1548. & 1551. fol. Lugdun. 1543. 16. & plenius 1554. 8. * Argent. 1604. fol. quæ tamen epitome & ipſa volumen non tenue efficit. *Epitomen* etiam GALENI ſeu *abbreviationem* SYMPH. CAMPEGIUS dedit, Lugd. 1516. 8. 1517. 8. * *Enarrationes* XLVI. in Galeni præcipua ſcripta edidit JULIUS ALEXANDRINUS Venet. 1548. 8. & Baſil. 1581. fol. * *Conciliationem locorum* GALENI JACOBUS PELETARIUS, Pariſiis 1560. 4. dedit, aliamque NICOLAUS RORARIUS, quam ſuo loco dicam. *Problematum ex* GALENI *ſententia* Libri VI. ALOYSIUS TRISSINUS ſcripſit Baſil. 1546. 8. * *Quæſita medicinalia* 4. *juxta* HIPPOCRATIS *&* GALENI *ſententiam diſcuſſa* edidit DOMINICUS BUCIUS, Lugd. 1555. 16. * *Limam & cribratrionem in* GALENI (AVICENNÆ & conciliatoris) *opera* dedit SYMPHORIANUS CAMPEGIUS, Pariſ. 1516. 8. Venet. 1565. fol. * Idem *hiſtoriales campos* GALENI Libris IV. *congeſtos & commentariis illuſtratos* edidit Baſil. 1532. fol. L. & *ſymphoniam* GALENI *cum* HIPPOCRATE Pariſ. 1616. 8. * atque *ſymphoniam* GALENI *ad* HIPPOCRATEM, CELSI *ad* AVICENNAM: *contra Arabum doctrinam pro* GALENO Lugd. 1526. 8. 1531. 8. L. *Epitomen* denique *commentariorum* GALENI *in* LL. HIPPOCRATIS *aphoriſmorum, prognoſticorum, diæta acutar. epidemicorum* IDEM Lugd. 1516. 8. * *Adnotationes in omnia* GALENI *opera* ALPHONSUS de CORELLA, etiam LOPEZ. de CORELLA dictus,

dictus, ſcripſit Saragoſſæ 1565. fol. Madrit. 1582. 4. editas. N. ANTON. laudatas H. CONRINGIO. In *locum difficillimum* GALENI explicatio JOSEPHI SCALIGERI prodiit *ex muſeo* JOACHIMI MORSII Leid. 1619. 4. * Floſculos ex GALENO decerpſit LEONHARDUS LEGIUS Venet. 1523. fol. L. * *Locos communes* ex GALENO concinnavit F. VALERIOLA Venet. 1563. 8. * *Fructus verò medicinales* J. CAROLUS AMATUS Genev. 1656. 12. Lugd. 1623. 12. * *Problemata ex* GALENI *commentario in* HIPPOCRATEM BERNHARDUS BALDINUS ſumſit Venet. 1567. 8.

Indicem præter illum BRASSAVOLÆ, qui ſeorſim exſtat Venet. 1550. fol. 1625. edidit etiam ALOYSIUS MUNDELLA ſub nomine *theatri* GALENI, Baſil. 1551. fol. compendium nempe GALENI in ſpeciem dictionarii digeſtum.

ALEXANDER APHRODISEUS Cilix M. ANTONINI CARACALLÆ tempore vixit, & philoſophiam inprimis Peripateticam coluit, multoſque in ARISTOTELEM commentarios edidit. Huc autem pertinent ἰατρικῶν ἢ φυσικῶν προβλημάτων βιβλία β. a THEODORO Græco latine verſa, edita Græce Venet. 1536. fol. * Græce & latine, Pariſ. 1541. 8. * & alias. Ejus Liber *de cauſis febrium* Venet. 1489. fol. prodiit (a G. VALLA verſus. FABR.) tum Baſil. 1542. Genev. 1612. 8. & alibi. *

CÆLII AURELIANI vel LUCII CÆLII ARRIANI, ſi ADRIANI JUNII conjectura aliquid ſani habet, *de morbis Acutis & Chronicis* Libros VIII. J. CONRADUS AMMANUS *recenſuit*, *emaculavit*, *notiolas adjecit*. *Acceſſerunt* TH. JANSON *ab* ALMELOVEEN *animadverſiones tam propriæ quam doctorum virorum*, *ut & ejuſdem Lexicon Calianum*, Amſtelod. 1709. & 1722. 4. CÆLIUS Siccenſis ex Africa, incerto tempore vixit, junior tamen SORANO, cujus *apprehenſiones* ipſe latine vertit *Acut.* II. c. 28. & coævus, ut videtur, GALENO. Ad V. ſeculum rejectus eſt a REINESIO ob ſolam dictionis aſperitatem *var. lect.* V. p. 652. neque enim videtur non citaturus fuiſſe alicubi GALENUM, adeo adverſum methodicis, aut SERENUM aliosque juniores medicos, inter quos etiam methodici fuerunt, ſi eo ævo vixiſſet. Nam ob ſolum odium, quæ REINESII conjectura eſt *var. lect.* p. 654. non nominaſſe GALENUM, minus probabile fit, cum CÆLIUS tot alios, quos ubique carpit, ſcriptores excitet. Utilis cæterum auctor eſt, etſi parum græcus, legerat enim veteres medicos, eorumque curationes ad ſingulos fere morbos tradit, quarum nulla alibi memoria exſtat; maxime vero ad acutos morbos. Methodicum fuiſſe notum eſt, qui omnes morbos ad ſtrictum & laxum, auxilia omnia ad laxantia calida, & ſtringentia frigida referret, inſenſus fere ubique purgantibus & venæ ſectioni (*Chron.* II. c. I.), ſed multum uſus diatrito, geſtatione, magnis compoſitionibus, diæta. Auripigmentum, quod Græci arſenicon vocant, ad vermes commendat *chron.* IV. c. 8. magno certe errore. Libri, quos citavi, ſoli ſuperſunt, ſcripſit autem longe plures *de chirurgumenis vel reſponſionum ad* LUCRETIUM. *acut.* Libro IV. c. 1. Libro II. c. 13. Libro III. c. 3. &c. *chron.* Libro I. c. 1. Lib. II. c. 1. Libro V. c. 4. &c. libr. *adjutorium ſpecialium*: Quem promittit Acut. III. c. 4. ASCLEPIADIS fabuloſam laryngotomen in eo refutaturus. Librum *epiſtolarum ad* PRÆTEXTATUM Græce ſcriptum. Gynæcia etiam promittit *chron.* I. c. 1. Cæterum hujus, quod habemus, operis prodiit pars *de tardis paſſionibus* Baſil. 1529. fol. & Venet. 1547. fol. *liber vero celerum adfectuum*, Pariſ. 1553. 8. Utrorumque eſt editio ROUILLII cum notis Lugdun. 1566. 1569. 8. * Editio noſtra vitiis plena eſt. ALMELOVEENIUS multum REINESIO & BARTHIO uſus eſt, AMMANI notæ breves ſunt. Editionem parabat BARTHOLINUS, ſed ea intercidit.

LUCIUS APULEIUS Madaurenſis anno tertio MARCI & VERI vixit, & uxorem duxit, & medicus equidem fuit, & curavit ægros. Scripſit Librum *de quæſtionibus naturalibus*, quo anatome piſcium continebatur, ſed is liber periit. ASCLEPIUS, præterquam quod ſpurius ſit, & angelos nominet, ad hiſtoriam pertinet, *Apologia* vero I. & II. ad ipſam APULEII hiſtoriam. De Libro *de herbis* jam diximus. Editiones operum L. APULEII variæ ſunt, legi Lugdunenſem 1604. 8. cum notis ex varia eruditione PHILIPPI BEROALDI. Ex APULEII ſcriptis decerptos eſſe *libros duos* qui cum titulo SEXTI PLACITI PAPYRIENSIS Norimbergæ 1588. 4. * Lipſiæ 1554. 8. & cum titulo SEXTI PLATONICI *de remediis animalium & avium*, Norimbergæ anno 1538. 8. prodierunt LIND. tum cura G. HUMELBERGII Tiguri 1539. 4. cum SERENO editi ſunt, J. ALBERTI FABRICII conjectura eſt.

ATHENÆUM, etiam ſi non medicus fuerit, legi non debere monui.

Quartus eſt PAULUS ÆGINETA (*a*), ſcriptor græcus, longe poſterior GALENO, nam vixit circiter anno 600. poſt Chriſtum natum; ergo ante eum fuit GALENUS, & ante hunc AURELIUS CORNELIUS CELSUS.

ÆGI-

Q. SERENUS SAMMONICUS pater, quem CARACALLA occidit, ſcripſit *carmen de medicina* ſæpe excuſum inprimis cum CELSO, Venet. 1488. 4. ibid. 1502. Lipſ. 1515. Venet. apud ALDUM 1528. Pariſ. 1533. 8. Lugduni 1542. 8. 1554. 8. & 1566. 8. cura R. CONSTANTINI cum CELSO. Hagenoæ 1528. 8. cum ſcholiis CÆSARII quæ editio Saligniaci 1538. recuſa eſt. Tum Tiguri prodiit 1533. & 1540. 4. curante GABRIELE HUMELBERGIO, cum commentariis, etiam mutato titulo ibid. anno 1581. 4. recuſa, & paulum aucta a C. VVOLFIO. Porro Venetiis 1547. fol. cum CELSO, MARCELLO, SCRIBONIO & aliis editus eſt, Baſileæ vero cum notis GEORGII PICTORII prodiit 1559. 8. cum ejus *ſermonibus convivalibus*. Lipſiæ anno 1654. 8. excuſus eſt curante A. RIVINO, adjecto SEXTO PLACITO, MARCELLO, CONSTANTINO. Amſtelod. 1662. 8. ex prelo exiit cum emendationibus, prolegomenis & notis ROBERTI KEUCHENII, quem furti arguit P. BURMANNUS. Patavii, cum CELSO 1722. 8. ad CONSTANTINI editionem recuſus eſt, Leidæ denique anno 1731. 4. curante. P. BURMANNO cum CÆSARII, PICTORII, C. VVOLFII, R. CONSTANTINI & R. KEUCHENII notis inſertus eſt collectioni *Poetarum latinorum minorum*. Cæterum liber eſt ad Empiricorum modum ſcriptus, cum variis ab omni ratione alienis medicamentis ſuperſtitioſis, in quibus præter aliquam vocum veterum copiam utilitatis nihil eſt, qua arti profit.

Solet in pleriſque editionibus conjungi Q. RHEMNII JUNII PALÆMONIS pſeudonymus *de ponderibus & menſuris carmen* ut Pariſiis 1533. 8. Lugduni 1542. 8. 1554. 12. Hagenau 1528. 8. in editione KEUCHENII, BURMANNI & aliorum, ſatis aſpere ſcriptum, & non improbabili conjectura ad THEODORUM PRISCIANUM relatum, in quo tamen hydroſtaticorum inſtrumentum ad metienda pondera ſpecifica liquorum deſcribitur. Deinde MARCELLI *de medicina* carmen ſubjungi ſolet, breve & parum caſti aut acuti poetæ. Exſtat Lipſiæ & carmen, RHEMNIUS, cum titulo, *collectanea bonorum ſcriptorum de medicina*. 1654. 8. tum apud BURMANNUM & alibi, ILL. etiam MORGAGNI cum *epiſtolis ad* CELSUM *epiſtola de* SAMMONICO prodiit, qua eruditiſſime, ut ſolet, de editionibus hujus libri agit, multoſque errores redarguit, & dubia loca reſtituit.

C. PLINII SECUNDI *de re medica* Libri V. *ab innumeris mendarum millibus repurgati* prodierunt Baſil. 1528. fol. & Romæ prius 1509. * & in collectione Veneta 1547. fol. * Eum PLINIUM T. REINESIUS ait vixiſſe ævo CONSTANTINI proximo, & ad dictionem hiſpanicam accedere, *variar.* p. 180. *ſeqq.* Sed videtur omnino recte CLERICUS pro ignoto plagiario habere. Compilatio certe eſt, ut multa ex DIOSCORIDE ſumantur, pleraque vero ex PLINIO majore, cujus ea hic excerpta ſunt, quæ ad materiam medicam ſpectant. Ad empiricorum morem nomen præfigit morbi, ſub hoc nomen medicamentorum inconditam abſque judicio copiam diſponit, abſque ullis ſignis aut cauſarum diſcriminibus.

(*a*) PAULUS ÆGINETA veterem Græciam ordine claudere videtur, qui vixerit poſt ALEXANDRUM, quem citat, & ex quo multa exſcripſit, medio fere ſeculo ſeptimo, ut tamen ex GEORGIO ABUL FARAI RHAZE ſit vetuſtior. Chirurgiam & muliebrium morborum auxilia laudavimus. Libri II. febres, Liber III. morbos topicos, Liber IV. tumores varios & Liber V. morbos a veneno tractat. Opera ſæpe excuſa ſunt. Græce prodierunt Venet. 1528. fol. cum titulo P. AEG. *de re medica* Liber VII. melius vero Baſileæ 1538. fol. cum notis & correctionibus HIERONYMI GEMUSÆI & 1551. fol. Latine vertente J. GUINTERO ANDERNACENSI Pariſiis 1531. fol. excuſi ſunt, tum Colon. 1534. fol. Venetiis apud ALDUM *cum adnotationibus* JAC. GOUPYLI, & *cum ſcholiis* J. B. CAMOTII prodierunt 1553. 8. (prius vero 1542. 8.) & 1554. 8. * quæ editiones non differunt. Ea ſcholia valde brevia ſunt, fuſiora GUNTERI, qui etiam loca exſcripta GALENI & ORIBASII indicavit. Ex JANI vero CORNARII verſione PAULUS excuſus eſt cum *dolabellis* Baſil. 1556. fol. & in H. STEPHANI Principibus. ALBANUS vero TORINUS & ipſe PAULUM vertit ediditque, Baſil. 1532. 1534. 4. & 1546. 1555. 8. * *Epiſtolam apologeticam ad* ANDER-

NACUM

ÆGINETA ſcripſit Librum, cui titulum dedit *de re medica Libri ſeptem*, mere GALENICE ſcriptum, adeoque non multa de ratiociniis Peripateticis omiſit, & GALENI diffuſiſſima congeſſit, confuſa fidiſſime digeſſit, ſed adhæret ſemper dogmatibus GALENICIS. Editio omnium optima eſt Græca in folio apud Aldum anno 1538., ſed hodie vix adquiri poteſt, cum fere omnia exemplaria in bibliothecis Britannicis lateant.

Rr 2 Quin-

NACUM qua oſtenditur *ipſus verſionem mendoſam eſſe, & ſimul græcus contextus ÆGINETÆ emendatur*. IDEM. edidit ALBANUS, Baſil. 1539. 8. Sed nugatorem & mangonem in ALEXANDRO, PAULO, & PLINIO vocat REINESIUS *in epiſt.* 51. *ad* DAUMIUM. CHRISTOPHORUS OROSCIUS edidit *annotationes in interpretes* PAULI ÆGINETÆ TORINUM & GUINTERUM, Venet. 1536. fol. HIERONYMI etiam GEMUSÆI *in Libros* PAULI ÆG. omnes *adnotationes primum in lucem editæ ſunt*, Baſil. 1543. fol. Multos Libros ſcripſiſſe SUIDAS auctor eſt III. p. 61. quos oportet periiſſe.

ORIBASIUM vide poſt ÆTIUM p. 832.

Et MARCELLUM ſuo loco ex temporum ratione recenſum.

Cum pauciſſimi Græci ſuperſint, deferemus tantiſper, ne eam medicorum claſſem turbemus, ordinem temporum, ut eos ſubjiciamus qui poſt PAULUM floruerunt. Et PALLADIUM quidem, atque DEMETRIUM PEPAGOMENUM, TRALLIANI exſcriptorem, & SYNESIUM, & THEOPHILUM, & STEPHANUM diximus.

NONUS *de omni particularium morborum curatione, ſic ut febres quoque & tumores præter naturam complectatur*, liber converſus per JEREMIAM MARTIUM, editus eſt Argentinæ 1568. 8. Græco latine. Exſcriptum fuiſſe oſtendit FREINDIUS p. 206. & EDUARDUS MILVVARD *in Alex.* p. 179. EJUS eſt etiam *medicinale* ad CONSTANTINUM PORPHYROGENETAM, indice CL. BERNARDO in *pref.* ad SYNESIUM.

PSELLI Librum *de lapidum virtutibus* nuper CL. J. STEPHANUS BERNARD recudi fecit, Leid. 1745. 8. IS, ut omnes recentiores Græci, merus fuit compilator.

MARCELLI SIDETÆ *ἰατρικῶν τὸ περὶ ἰχθύων* Gr. lat. interprete FREDERICO MORELLO prodierunt Lutet. 1591. 8.

JOHANNES ACTUARIUS ZACCHARIÆ fil. incerti, ſed ſerioris ævi ſcriptor eſt, quem ad ANDRONICUM ſeniorem refert LAMBECIUS ob inſcriptionem Libri ACTUARII ad APOCAUCHUM, cujus cum præceptore JOSEPHO RHACENDYTA familiaris fuit Libro VI. P. II. p. 112. Idem obſervat in alio codice vocari PYROPOLUM archiatrum. Aliqua etiam chemica operi admiſcuit. EJUS Libros *de urinis* diximus, non contemnendos. Liber *de medicamentorum compoſitione* RUELLIO interprete prodiit, Pariſ. 1539. 12. * Baſil. 1540. 8. 1546. 8. quo de formulis in univerſum aliqua, deinde plurimæ compoſitiones recenſentur, & qui idem eſt cum Libris V. & VI. ſequentis operis. Denique *Medicus* ejus ſeu *de methodo medendi* Libri VI. exſtant, plenum opus ſi chirurgiam & muliebria exceperis. Id prodiit Pariſis 1566. 8. cum reliquis operibus, tum cum Libris II. *de affectibus ſpiritus animalis* Venet. 1554. 4. tum in collectione H. STEPHANI.

NICOLAI MYREPSI Præpoſiti, ut vocant, Alexandrini, qui poſt ſeculum XII. vixit, *de compoſitione medicamentorum ſecundum loca* breviter tangam. Antidotarium eſt, quo plurimæ compoſitiones antiquæ & novæ ad morbos corporis humani continentur. Latine verſum a NICOLAO RHEGINO cum notis J. AGRICOLÆ *Ammonii* Ingolſtadii prodiit 1541. 4. & cum titulo *medicamentorum opus in* XLVIII. *ſectiones digeſtum a* L. FUCKSIO *luculentiſſimis annotationibus illuſtratum*, Baſileæ 1549. fol. Eadem editio cum *commentario* J. HARTMANNI BEYERI & cum titulo *Theatrum medico practicum* ſeu *de recta medicamentorum præparatione*, Norimbergæ recuſa eſt 1658. 8.

Auctores Muliebrium & in pathologicis, & in anatomicis, & in chirurgicis dictos, breviter repetemus. Princeps inter antiquos eſt MOSCHION, cujus nominis antiquus medicus fuit nominatus PLINIO (de raphano) GALENO (*de medicamentis ſecund. loc.* II.) TRALLIANO (in Libro I.) qui ſuperſtitioſa aliqua habet, quæ MOSCHIONI ait tribui, ſed

ſed quem credit differre a noſtro doctiſſimus REINESIUS *ep.* 51. *ad* DAUMIUM. Noſter; qui exſtat, methodicus fuit, diatriton obſervavit, & circulum metaſyncriticum; & SORANUM citat, ſectæ, uti dicimus, principem, qui ſe *ophthalmica* etiam, *chirurgumena*, *philetium* & *theoromatica* ſcripſiſſe ipſe auctor eſt. Latine videtur ſcripſiſſe, cum ἔντυβος, λαμνεία & alias voces habeat, latinæ originis. Latinam etiam editionem habemus pleniorem Græca. Quænam fuerit illa JULIA AGRIPPINA, cui formulam miſit pro generandis maribus p. 160. ed. VVOLF. non facile dictu eſt. Ejus præfatio Græca a J. A. FABRICIO edita eſt *bibl. Grac.* Libro 6. c. 7. p. 703.

EROS *de paſſionibus mulierum* ſpurius & recentis ævi eſt, MAGISTRUM GERALDUM citat, qui, cum medicamento quodam cum ſpecillis uteretur, viſum integrum recuperaverit. Is GERALDUS poſt SALVINUM de ARMATIS ſeculo 14. ineunte vixit. Aquam vitæ etiam recipit in formulas, & THEODORICUM citat, & TROTULAM feminam, cum cujus nomine (TROTULÆ *de mulierum paſſionibus ante, in, & poſt partum*) idem EROTIS Liber prodierat cum BENEDICTI VICTORII *empirica* Venet. 1555. 8. TROTULÆ etiam nomen conſervatum eſt in editione Argentoratenſi 1544. fol. quæcum HORATIANO prodiit. Nunc MOSCHIONEM, EROTEM, & ALBUCASIS capita de muliebribus, collegit C. VVOLFIUS & edidit Baſil. 1665. 4. cum titulo *Gynæciorum ſeu de mulierum tum aliis, tum gravidarum parientium, & puerperarum adfectibus*. Acceſſit *Harmonia Gyneciorum*, in qua MOSCHION, PRISCIANUS & CLEOPATRA, valde ſimiles ſibi auctores, in unum ſermonem ordinati exſtant, tum ALBUCASIS KOCHEI Liber *de morbis muliebribus*, *enneas* BONACIOLI, JAC. SYLVII *de menſibus* libellus. Hoc volumen recuſum eſt anno 1586. Baſileæ 4. & eſt *tomus* I. *Gynæciorum ſeu de muliebribus affectibus commentariorum olim & nunc recens editorum* cura C. BAUHINI. Hæc editio auctior eſt iconibus uteri ex PLATERO, & JAC. RUEFF *de generatione*. In T. II. ejuſdem collectionis H. MERCURIALIS *de morbis muliebribus* L. IV. J. B. MONTANI *de affectibus uterinis conſ.* X. VICT. TRINCAVELLII *conſilia muliebria tria*, ALB. BOTTONI *de morbis muliebribus Liber repurgatus*, JACOBI LE BON *Therapia puerperarum*, ALBUCASIS *capita de morbis mulierum*: AMBR. PAREI L. *de generatione hominis*, F. ROUSSETI *de partu caſareo* L. J. ALBOSII *lithopædion Senonenſe* una habentur. In T. III. MAURICII CORDEI doctus *commentarius in* HIPPOCRATIS Librum *de morbis mulierum* prior exſtat, melior reliquis gynæciorum auctoribus. In *Gyneciorum libris* editionis ISRAELIS SPACHII Argentin. 1597. fol. eadem, quæ in Baſileenſi habentur, tum MARTINI AKAKIÆ L. *de morbis muliebribus*, LUDOVICI MERCATI *Gyneciorum* L. IV.

JOHANNES KRAUT cum titulo *experimentarii medicinæ* edidit TROTULAM, HORATIANUM, HILDEGARDIS *phyſica*, ORIBASIUM *de ſimplicium virtutibus*, THEODORI *diætam*, & HIPPOCRATIS atque ÆSCULAPII pſeudepigrapha aliqua, Argentor. 1544. al. 1545. fol. Deinde collectio *Medicorum antiquorum omnium qui latinis literis morborum genera & remedia proſecuti ſunt*, Venetiis 1547. folio apud ALDUM juniorem prodiit, qua CELSUS, SERENUS, TROTULA, MARCELLUS, SCRIBONIUS, PLINIUS VALERIANUS, VINDICIANUS, SORANUS, APULEIUS, MUSA, MACER, STRABUS, CÆLIUS AURELIANUS & T. PRISCIANUS continentur.

Q. SERENUM, PRISCIANUM, CARMEN VINDICIANI, SEXTUM PLACITUM, CONSTANTINUM *de animalium virtutibus naturalibus*, THEODORUM *de diæta* edidit cum titulo *medicorum quorumdam bonorum ſcriptorum libri & reliquiæ ſingulares de materia & re medica* ANDREAS RIVINUS, Lipſ. 1654. 8. Sed inprimis utilis eſt nitida illa collectio, cujus titulus eſt *medicæ artis principes poſt* GALENUM, adornata ab H. STEPHANO 1567. II. vol. fol. Ea continentur ARETÆUS, RUFUS, PAULUS, CÆLIUS, ORIBASIUS, AETIUS, ALEXANDER TR. PHILARETUS *de pulſ.* THEOPHILUS *de retrimentis veſicæ*, ACTUARIUS, NIC. MYREPSUS, SEXTUS PL. CELSUS, SCRIBONIUS LARGUS, Q. SERENUS cum RHEMMIO, MARCELLUS Empiricus & aliqua minora, munde, ut ſolebat STEPHANUS, & emendate excuſa.

Alia collectio eſt, quæ *artiſellæ* nomine ab *arte parva Galeni* ſumpto ſæpe prodiit. Ea continet JOHANNITIS & HALY RODOHAM *commentarium in artem parvam* GALENI, PHILARETUM, THEOPHILUM, *Librum aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *cum* GALENI *commentario in aphoriſmos*, *Prognoſtica* HIPPOCRATIS *cum commentariis* GALENI; *Libros de victu*

acuto-

Quintus & ſextus, ſi GALENUM loco quarto ponere voluerimus, eſt AETIUS AMIDENUS (a). Titulus ejus operis eſt τετράβιβλος ἰατρικός, hoc eſt tetrabiblos ſeu quator Libri medici. Quoties de morbo quocunque ſcribere videbitur medico, ſemper in indice prius evolvat ÆTIUM, nullus enim eſt ſcriptor, ex quo poſſumus diſcere, quid HIPPOCRATES & GALENUS de morbis cenſuerint, præter AETIUM. Nam uti JUSTINIANUS, cum pandectas juris peritorum colligeret, juſsit prius evolvi omnes ſcriptores, ſic etiam fecit AETIUS, nam in illo infinitos invenimus auctores, quos ignoraremus, ſed hic auctor rariſsimus eſt. Optima autem editio eſt græca Venetiis apud Aldum in folio edita anno 1734.

Supereſt adhunc ALEXANDER TRALLIANUS (b) ſcriptor græcus, ſequens ætate priores memoratos, cujus ſcripta ex parte aliqua innituntur GALENICÆ auctoritati; quamvis plura egregia ipſe habeat. Editus eſt typis regiis Pariſiis in folio, tantum græco textu, ſed facillime intelligibili, verum in uſum eorum, qui non ita in lingua græca verſati ſunt, editus eſt etiam Baſileæ in 8. anno 1556. Grece & Latine. De eo auctore poſſumus notare, quod in remediis præſcribendis ad unumquemque morbum ſit omnium optimus, habet enim ſimpliciſsima & egregia medicamenta. Ejus etiam tractatus exſtat *de Lumbricis*, editus Venetiis anno 1570. in 8.

Tunc

acutorum HIPPOCRATIS Ejus *jusjurandum*, *de natura fetus*, & *Epidemicorum* Libri VI. *cum commentario* JOH. ALEXANDRINI: *floſculos ex* CELSO. JANI DAMASCENI *aphoriſmos*: AVICENNÆ *canticum*, Ejuſdem *Canonis* L. I. IV. RHAZE ad MANSOREM *Tractatum nonum*, & *ſummulam* JAC. de PARTIBUS in Meſuen. Prodiit Venet. 1483. 1498. fol. 1523. fol. Lugd. 1515. & 1534. 8. *

(a) AETIUS Amidenus diverſus ab Antiocheno, cujus nomine ALBANUS TORINUS noſtri operam inſcripſit, ſub quinti ſeculi finem vixit, primus inter medicos chriſtianos, quorum opera exſtant. EJUS *Librorum medicinalium* P. I. Græce apud ALDUM 1534. fol. prodiit, qua continentur Libri VIII. Libri vero ſex ab VIII. ad XIII. a JANO CORNARIO editi ſunt, J. A. FABRICIO teſte, deinde omnino XVI. Libri a J. B. MONTANO Baſil. 1535. fol. quæ mea editio eſt, iterum a JANO CORNARIO recogniti ibid. 1542. fol. & inter principes H. STEPHANI. Lugduni etiam 1549. fol. Ex CORNARII verſione. 1560. 12. cum non maximi momenti ſcholiis HUGONIS SOLERII AETIUS prodiit, Græci vero codices Libri IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. Vindobonæ in bibliotheca Imperiali ſervantur, quibus ALDI editio ſuppleri poſſet (LAMBEC. P. II. Libro VI. p. 103.). Adnotationes AETII interpretes edidit CHRISTOPHORUS OROSCIUS Baſileæ 1540. 4. * editas, quibus CORNARII verſionem ſollicitavit. In OROSCIUM autem animadverſiones dedit THOMAS REINESIUS *epiſt. ad* DAUMIUM p. 336. Et AETIUS quidem compilator eſt. ORIBASII de viribus ſimplicium ſcripta tota in ſuum Librum II. tranſtulit. Superſtitionis crimine non caret. In chirurgicis, animadvertente FREINDIO plenior eſt ORIBASIO, maxime uſus LEONIDÆ fragmentis. Aliquot morbos primus recenſuit, ut vermem ſubcutaneum. Formularum infinitam vim congeſſit, quales omnibus morbis poſt deſcriptionem magno numero ſubjecit, non ſine nimiis laudibus, quod & ipſum degenerantis artis indicium eſt. Multa loca veterum conſervavit.

(b) ALEXANDER TRALLIANUS Lydus, vergente ſexto ſeculo, JUSTINIANI ævo, Romæ vixit, floruit, & ÆTIUM citavit, uti a PAULO citatus eſt. Medicamentum laudat JACOBI PSYCRESTI Libro IX. p. 645. & p. 249. ubi vocat DEI amantiſſimum, qui LEONIS M. archiater fuit. Solus fere eo ævo veterum laudabilia inſtituta tenuit, morbos ſollicite deſcripſit ſimplici ſtilo, bono ordine, a capite ad calcem, omiſſis mulierum morbis & chirurgicis,

ſignis

Tunc ORIBASIUS ſequitur (*a*) ſcriptor ſequentis ſeculi & medicus JULIANI APOSTATÆ Imperatoris. Collegit omnia, quæ ſparſim ſcripta ſunt apud omnes medicos de omnibus morbis; hinc pretium intelligitur libri, dedit enim operam Imperator, ut unum volumen conſcriberet, quo ex optimo quoque medico exponeretur ſententia. Editus eſt Baſileæ in 8. anno 1557. tribus voluminibus. Scriptorem iſtum omni occaſione comparare oportet, quia apud eum commodiſsimæ ſententiæ veterum medicorum, & placita de quocunque morbo inveniuntur; hinc meditanti opportunitatem dat, & medicamenta ſingularia. Optimus etiam eſt in materia medica.

Hi ſunt auctores græci, quorum merita ejuſmodi ſunt, ut lectioni & bibliothecæ medicorum commendari mereantur, & habebunt certe tirones, ſi recenſitos adquiſiverint auctores ſufficientes in praxi.

Deſi-

ſignis curioſe additis, curatione paſſim, quam apud HIPPOCRATEM & GALENUM, meliori; quem correxit, quod in tuſſi calida adhibuerit, neque, ut par erat, in ſputo ſanguinis humectantia & refrigerantia adhibuerit, quod nimis calido victu in febribus uſus ſit, &c. Ad ſuam ubique experientiam provocat, ut in melancholia bilioſa, quam ſola ptiſana ſanavit, in angina, quam ſuſtulit repetita venæ ſectione, in hæmoptoe, quam vena tali ſecta ſuperavit, in ſcirrho lienis, quem non valde vulgari felicitate diſſolvit, in eryſipelacea febre ſubacta frigida, in uſu abſinthii ad tertiana nothas, peponum ad febres, &c. Primus venam jugularem cum bono eventu ſecuit, cum raninas non poſſet. Rhei vim adſtringentem notam habuit. In epilepſia ait ſe cum ſucceſſu lapidem armenum dediſſe Libro IX. ſuperſtitioſa vero habet quamplurima, & apologiam remediorum ejus generis ſcripſit p. 538. Conf. Librum X. p. 592. Librum XI. p. 658. Librum XII. p. 757. & medicamenta aliena atque empirica paſſim admiſit, os de corde cervi, ſanguinem hirci ad calculum, alia. Antidotis etiam & magnis compoſitionibus nimis tribuit, & varietatem medicamentorum potius nimiam congeſſit. EJUS Libri XII. Græce cum RHAZE *de peſtilentia ex* GOUPYLI *caſtigationibus* prodierunt, Pariſ. 1548. fol. apud R. STEPHANUM. Græce & Latine *interprete & emendatore* J. GUINTERO *Andernacenſi* cum *additis variis emendationibus &* JACOBI GOUPYLI *caſtigationibus* editi ſunt XII. *Libri* Baſil. 1556. 8. Latine *Practica* ALEXANDRI IATROS *cum expoſitione gloſſæ interlinearis* JACOBI de PARTIBUS & SIMONIS JANUENSIS in margine prodiit Lugd. 1504. 4. Turini 1520. 8. Venet. 1522. fol. * & *ex interpretatione* meliori J. GUNTERI Argentorati 1540. 8. * Lugd. 1560. 12. 1575. * & apud H. STEPHANUM cum Principibus. ALBANO vero TORINO interprete A. TR. *de ſingularum corporis partium ab hominis coronide abuſque imum calcaneum vitiis, ægritudinibus & injuriis* Libri V. prodierunt Baſil. 1533. fol. * *Paraphraſes* etiam *in Libros omnes* ALEXANDRI TRALLIANI *medici periodeuti caſtigatiſſime* edidit ALBANUS TORINUS 1541. fol. quas valde ſpernit REINESIUS ad DAUMIUM *ep.* 51. Epiſtola *de lumbricis*, Venet. 1570. 8. a MERCURIALI edita eſt, recuſa Francof. 1584. 8. & cum J. A. FABRICII bibliotheca Libro VI. p. 602. Vermium tria ſolita genera deſcribit. Theriacam ad lumbricos ex ſua experientia laudat. TRALLIANI *librum de podagra*, SEBASTIANUS COLIN gallice vertit & Pictavii anno 1556. edidit cum GUAYNERIO. * Libri *de morbis oculorum & eorum curatione* quos ſcripſit ALEXANDER (Libro II. init.) perierunt, tum qui *de fracturis* (Libro I. c. 14.) TRALLIANUM *redivivum, or an account of* ALEXANDER TRALLIAN *one of the greek autors that flouriſhed afrer* GALENS, *ſhevving that theſe autors are far from deſerving the imputation of mere compilers* edidit EDUARDUS MILVVARD, Londin. 1734. 8. Compendium eſt totius ALEXANDRI, ſecundum omnia capita operis, ut oſtendat ubique, quid apud eum auctorem novum, proprium aut laude dignum ſit. Promittit vir Clariſſimus novam editionem cum emendationibus, quarum exempla dat, ut Græca ex PARISINA editione, verſio a GUNTERO ſumatur. Sed nuſquam ea editio prodiit.

(*a*) ORIBASIUS vulgo Sardianus ſed Pergamenus omnino, ZENONIS Cyprii Alexandrini pro-

Definit hic græca ſchola, nam ea, quæ ACTUARIUS & alii habent, neſcio, an commendare auſim. Neque memorabo nunc exiguos auctores, hinc inde citatos, nam citavi ÆTIUM *Amidenum*, & in eo omnia græca inveniuntur.

Cum

profeſſoris diſcipulus, archiater, JULIANO Cæſari carus, non uno nomine, Quæſtor in Roma nova, ethnicus, laudatus EUNAPIO, a VALENTINIANO ad barbaros relegatus, ibi arte ſua tantam ſibi venerationem rudis gentis adquiſivit, ut in patriam revocatus ſit & quietam mortem obierit. Scripſit JULIANI juſſu *Libros ſeptuaginta*, ex optimis veterum compilatos, ſub nomine *collectorum*, quorum XV. priores Libros, deinde *vigeſimum quartum & quintum* ſolos habemus, qui ultimi anatomici argumenti ſunt. Latine prodierunt Pariſ. 1555. 8. & Baſil. 1557. 8. & ex verſione RASARII. Græce ſex tantum *capita priora* Libri V. & caput 14. Libri I. Græce & Latine prodiit AUGUSTINO RICCI procurante, Rom. 1543. 8. cum aliis DIOCLIS, RUFI, & ATHENÆI fragmentis; denique pars anatomica, ut jam alibi dictum eſt, Pariſ. 1556. 8. & nuper Leidæ edita fuit. Horum cæterum *collectaneorum* Liber VII. & VIII. eſt de variis evacuationibus: Liber IX. & X. formulas aliquas externorum remediorum; Liber XIV. medicamenta ſecundum claſſes, reliqui materiam medicam, diæteticam & chirurgiam continent. Ex his ſeptuaginta Libris *ſynopſin* ad filium EUSTACHIUM Libris IX. complexam extraxit, quæ ex RASARII verſione edita eſt Venet. 1554. 8. Pariſ. 1555. 8. FABR. Baſil. 1557. 8. Horum novem Librorum tertius materiam medicam, V. VI. VIII. & IX. morbos continent & curationes. Porro *Euporiſton* Liber III. & Liber IV. *de curationibus locorum affectorum* cum CÆLII *tardis* Baſil. 1529. fol. prodierunt, & Libri IV. ORIB. ad EUNAPUM *quibus facile parabilia medicamenta*, *facultates ſimplicium*, *morborum & locorum affectorum curationes continentur*, Venet. 1558. 8. recuſi, etiam cum *Principibus* editi. Eorum IV. Liber parum differt ab VIII. & IX. ſynopſeos, & multa penitus eadem habent, aliqua tamen fuſiora aut peculiaria. Liber I. cum V. *ſynopſeos*, Liber II. cum collectaneorum Libro XV. convenit. Liber III. ex variis collectus eſt, practici argumenti, & morbos etiam continet cum remediis. *Chirurgicos* Libros citavi, & *commentarios ſpurios ad aphoriſmos* HIPPOCRATIS Chriſtiani auctoris & incerti. Libri quatuor *πραγματείας ἰατρικῆς* perierunt, qui ante *collectanea* ſcripti fuerant. Fragmentum *de victus ratione quolibet anni tempore utili* cum PLINIO VALERIANO editum, Baſil. 1528. fol. jam dixi.

Degeneraverat jam eo tempore medicina, certe apud ORIBASIUM, & neglecto ſignorum ſtudio in meram fere collectionem auxiliorum mutata erat. Neque abſque ſuperſtitione auctor eſt, qui ſtercus lupi ſolo tactu multis profuiſſe ſuſtineat adfirmare. Et pleraque quidem ex GALENO habet, non nullibi tamen ex proprio experimento loquitur, ut de *humeraria* venæ tuta ſectione, periculoſa vero *mediæ* inciſione, *ſynopſ.* Libri I. c. 10. Ita eſcharotica, dum delabuntur, relinquere majus malum & majorem hæmorrhagiam monet VII. c. 20. Ex peſte ſe ſanatum ſcarificatione cum ampla emiſſione ſanguinis refert. Morbos aliquos obſervante FREINDIO primus deſcripſit. Deinde plurima ex ſcriptoribus amiſſis ſolus conſervavit, ex ARCHIGENE, HERODOTO, ANTYLLO, POSIDONIO, SORANO, LEONIDE, DEMOSTHENE, aliis.

VINDICIANUS, quem magnum ſuorum temporum medicum vocat AUGUSTINUS, VALENTINIANI Comes archiater fuit, & præceptor THEODORI, eo ipſo teſte in principio Libri IV. Epiſtolam edidit, excuſam Venet. 1547. fol. qua ſe methodicum prodit, & maſculam veterum medicinam carpit, & miram ſuam graviter febrientis hominis curationem narrat, quem vix refocillatum porcinis carnibus nutrivit.

THEODORUS PRISCIANUS, Archiater GRATIANI, vixit Conſtantinopoli, & ſcripſit ibi Græco ſermone *Libros græcos præſentaneæ meditinæ* (*præf. ad ed.* Baſ.) inde Romam rediit ex REINESII, certe eruditiſſimi viri, ſententia *variar. lect.* p. 510. ſeqq. ibique latine ea ſcripſit, quæ hodie ſuperſunt. Prima eorum editio eſt Argentinenſis 1532. fol. cum præfixo nomine Q. OCTAVII HORATIANI quatuor Libris diviſa, & iterum (cum titulo Libri I. *Logicus de curationibus omnium morborum humani corporis*, Libri II, *de acutis & chroni-*

Cum auctores hi rariſſime venales ſint, & cum Græca plurimis medicis (quod dolendum) raro legantur, utrique huic ſuppetias tulit, qua potuit, HENRICUS STEPHANUS, qui vir magnas ſuas perfudit opes; & ad inopiam ſe ipſum redegit pro republica; principes nempe medicorum poſt HIPPOCRATEM & GALENUM, uno & altero volumine edidit, ibi hos omnes jam citatos auctores, exceptis HIPPOCRATE & GALENO, & plures etiam alios auctores habemus, ut MARCELLUM EMPIRICUM (*a*); ſed præterea habet indicem incomparabilem, ita ut nuſquam exiſtat medico theſaurus melior, quam in hoc indice. Hæc collectio exſtat duobus tomis impreſſa.

II. PRACTICI SYSTEMATICI ROMANI.

Inter latinos habetur AURELIUS CORNELIUS CELSUS.

Sed hic etiam CAJUS PLINIUS meretur memorari. Is enim, quamvis medicus non fuerit, tamen ex aliquot millenis voluminibus tempore VESPASIANI collegit, quæcunque potuit, & coegit in hiſtoriam ſuam naturalem, cujus editio optima eſt DALECHAMPII, medicinæ profeſſoris, & botanici Galli. Non poſſumus eo auctore carere, quia plura memorat, quæ reliqui ſcriptores non habent, & cum parum poſt DIOSCORIDEM vixerit, habet adhuc pluſcula, quæ ille omiſerat. Deſinunt hic Romani.

Poſt hos certe vix ſcio ſyſtematicos, quos commendare poſſem, nam dudum BALLONIUM & HOLLERIUM commendavi, reliqui mere omnes Galenici ſunt, adeoque verſantur unice in demonſtranda philoſophia peripatetica, eam ſcilicet utilem eſſe in Medicina.

Alii

chronicis paſſionibus, Libri III. *Gynæcia de mulierum accidentibus & curis earumdem*, Libri IV. *de phyſica ſcientia experimentorum Liber*:) recuſus eſt Argentorati 1544. fol. eodem vero anno tres Libri priores ibid. cum titulo T. PRISCIANI *Archiatri ad* TIMOTHEUM *fratrem phænomenôn Euporiſton* Liber I. *Logicus* Liber II. *Gynæcia ad Salvinam* Liber III. prodierunt, quarta forma. Recuſi ſunt ab ALDO cum aliis 1547. fol. & cum *Principibus* H. STEPHANI. Methodicus fuit, ut ex diæta adparet atque ſcopo laxandi aut ſtringendi; quem perpetuo habet præfixum, ſed ad Empiriam eo ſeculo invaleſcentem inclinavit, ut adparet ex magno numero medicamentorum, ex ſignorum brevitate, & ſpecificorum remediorum laudibus. Libro primo externa mala, ſecundo interna, tertio jam dicto, muliebria, quarto varia miſcellanea ex diæta, materia medica, phyſiologia, curationibus morborum tradit. Editiones omnes vitioſæ ſunt. Conjectura eſt T. REINESII, eumdem eſſe PRISCIANUM, qui MOSCHION vocatur, & MUSCHIENI nomine citatur a CÆLIO AURELIANO (*var. lect.* p. 508.) Sed ipſa praxis THEODORI nimis ſimilis praxi MARCELLI eſt, neque ullum in CÆLIO veſtigium tam feræ vitæ. In ejus viri Libros caſtigationes aliquas dedit T. REINESIUS in *epiſt. ad* DAUMIUM p. 345.

(*a*) MARCELLUS Burdigalenſis, *Empiricus* a ſecta dictus eſt. EJUS *de medicamentis empiricis* Liber a JANO CORNARIO verſus editus eſt Baſileæ 1536. fol. recuſus apud ALDUM 1547. fol. cum aliis antiquis, & cum PRINCIPIBUS H. STEPHANI. Archiater THEODOSII fuit, & officiorum magiſter, & vixit aduſque THEOD. JUNIORIS tempora. SCRIBONIUM LARGUM totum compilavit, dictione barbara uſus abſque hiſtoria morborum, ut ſolas formulas, alieniſſimas & maxime ridiculas, & ſuperſtitioſas congereret, abſque ullo ordine vel judicio, degenerante jam in occidente cum ipſo imperio & reliquis bonis artibus medicina. Chemicum medicamentum habet p. 65. 66. nempe ex ferro & aceto per 14. dies in fimo digeſtis.

FLAVIUS

Alii, qui paulo ætate inferiores ſunt, omnes Arabes ſunt. Poſtquam nempe Vandali eruptione facta per totam Europam litteras omnes deleverant, & Mauri in Hiſpaniam irruperant, & ibi ſpoliaverant omnes bibliothecas, quæ fere in ea ſola regione ſupererant, & ſpolia detulerant in Africam, in urbem Marocco (a), quod contigit ſeculo ſeptimo, octavo, & nono, tota ſcientia nullibi niſi in Africa ſuperfuit. Ibi nempe Maroccana Academia condita fuit,

FLAVIUS VEGETIUS RENATUS, COMES, VALENTINIANI II. ævo vixit. Ejus cum nomine exſtant *artis veterinariæ ſeu mulomedicinæ* Libri IV. Baſileæ 1528. 4. maculoſiſſime editi, deinde caſtigati a J. SAMBUCO ibid. 1574. 4. nitide vero cum variis lectionibus ab eruditiſſimo VIRO J. M. GESNERO inter alios rei ruſticæ auctores Lipſiæ 1735. 4. cum novis codicibus comparati, & J. Z. PLATNERI etiam notis illuſtrati recuſi ſunt. Gallice vertit BERNARD de POY Pariſ. 1563. 4. Italice prodierunt Venet. 1543. 8. Sed alterius omnino ævi hoc opus eſt, ut ex peſſima dictione nimis facile adparet, quæ ſemi italica ſit, & *gamba*, *battitura*, *glanto ferreo* & ſimilia vocabula habeat, præter eas voces quas miſere ex latinis detorſit. Morbos equorum primis duobus libris, duobus aliis boum morbos deſcribit. COLUMELLAM exſcripſiſſe jam T. REINESIUS odoratus eſt *epiſt. ad* DAUMIUM p. 121. & fuſius oſtendit in *epiſtola* III. ad PONTEDERAM Vir ILL. J. B. MORGAGNUS, quæ exſtat cum Cel. GESNERI ruſticis; & ex eo ipſo VEGETIO varia in COLUMELLA emendat. Legi omnino meretur, cum multa utilia habeat. Boves morboſos a ſanis ſegregari recte jubet. Operationem ſatis ſimilem Anellianæ proponit. Calculi, qui in rectum inteſtinum ex veſica rumpit, habet obſervationem.

Reliquos *mulomedicos*, ABSYRTUM, dictum SUIDÆ I. p. 407. THEOMNESTUM, APHRICANUM, ÆMILIUM, ANATOLIUM, & alios Græce, Baſileæ 1537. 4. excuſos latine, Pariſ. 1530. fol. ex interpretatione RUELLII editos poſſidemus. Habemus etiam excerpta ABSYRTI, PELAGONII, HIEROCLIS, THEOMNESTI, HIPPOCRATIS, DIDYMI *de cura equorum*, quæ exſtant apud CONSTANTINUM BASSUM Lib. XVI. Ita DIDYMI, FLORENTINI fragmenta in Libro XVII. DIDYMI LEONTINI; ANATOLII *de morbis equorum* in Libro XVIII. reperiuntur. De ſpurio MACRO dixi in Botanicis.

ENDELEICHII *de morbis boum carmen*, de peſte anni 409. ſcriptum omitto. DEMETRIUS *de re accipitraria* Gr. Lat. Pariſiis editus eſt ex P. GILLII verſione anno 1612. 4. De eo varia REINESIUS obſervat *ep.* VIII. ad DAUMIUM.

(a) Exſtinctis fere in occidente literis, in Græcia vero langueſcentibus, Arabes cum imperio Orientis artium etiam principatum conſecuti ſunt. Et brevis mora fuit; poſtquam verſis optimis Græcorum ſcriptis; & ipſi Muſulmanni cœperunt in arte medica eminere, quam utique ex Græcis imprimis habuerunt, ut tamen ſuis etiam experimentis illuſtrarent, mitioribus vero medicamentis & nonnumq; melioribus ornarent. Sed iidem, certe plerique, etſi GALENUM ſecuti & ejus dogmaticam medicinam, in deſcribendis tamen morborum ſignis valde negligentes fuerunt, in medicamentis autem compilandis enormiter fuſi, propiores adeo Empiricorum. Inter antiquiſſimos Arabum eſt HONAIN ſive JOHANNICIUS citatus a RHAZE *de ſimplicibus medicamentis*, a MESUE (*canon.* p. 19. p. 226.) aliiſque. Eum PAULUM alioſque Græcos Arabice vertiſſe certum eſt. Reliquit *introductionem in artem parvam* GALENI; exiguam parvique momenti, ſæpe recuſam Venet. 1487. fol. a qua *articellæ* nomen ortum eſt. *Expoſitionem ſynonymorum*, nempe vocum medicarum græcarum arabice explicatarum citat RHAZES *ſimpl. medic.* c. 97. Idem GALENI Librum *ſpurium de clyſteribus & colica* Arabice vertit, qui in Hebræam inde linguam, denique in Latinam verſus prodiit Leidæ 1591. 8.

ISAACUS inde, quem SALOMONIS Arabiæ filium dicunt, vixit ſeculo ſeptimo inclinato. EJUS *ſanitatis theſaurus ſeu de victus ſalubri ratione & de diætis univerſalibus particularibus* prodierunt Baſil. 1570. Pariſ. 1607. 8. Lugdun. 1515. fol. * admiſtis Libris *Pantechni* qui etiam CONSTANTINO tribuuntur, tum *Viatico* aliiſque.

Si CAROLI MAGNI archiater fuit BUHA HYLYHA (ABU HALI) BYN (BEN) GEZLA

cujus

& cum hi populi aſtutiſſimi ſint, artem didicerunt ex auctoribus, quos ex Europa detulerant, magnique ibi viri ſurrexerunt, ut RHAZES (*a*), & GALENI in Arabicam lingua translata ſunt. Ita tota medicina fuit facta Arabica, & , cum omnes Arabes dediti eſſent philoſophiæ ARISTOTELIS, quem inſtar numinis colebant, GALENUSque ipſe totus Ariſtotelicus fuerit, tota etiam medicina Peripatetica facta fuit.

Hinc, qui medici a ſeculo ſexto ad ſeculum decimum quintum vixerunt ii, omnes fuerunt Arabes, & poſt Græcos fere tantum duo Latini medici proſtant.

Aucto-

cujus *Tacuini ægritudinum fere omnium cum curis earumdem*, Argent. 1532. fol. prodierunt, ut quidem lego in *défenſe de la faculté de Paris* p. 39. hic quidem inter antiquiſſimos Arabes erit. *Tacuini* tabulæ ſunt morborum ſecundum partium, quas infeſtant, ordinem, in quibus cauſa, ſignum, evacuatio, cura regalis, cum levis intentionis, & alia habentur, cum commentario. Deinde *canones Tacuinorum* continuam deſcriptionem morborum continent cum curationibus.

JANUS DAMASCENUS ſive JOHANNES filius MESUE ex CL. viri J. GODOFREDI HAHNII argumentis idem eſt ille vetuſtior MESUE Archiater HAARNI (AARONIS) RASCHIDIS filius, & vixit ad medium IX. ſeculum, cujus ſæpe RHAZES meminit, *ſimplic. medic.* c. 60. &c. Ejus *medicinæ therapeuticæ* Libri VII. prodierunt Baſileæ 1543. fol. non mali certe, neque ruditer verſi ab ALBANO TORINO. HIPPOCRATE & GALENO plurimum uſus eſt, & ALEXANDRO, & aliis Arabibus. Variolas, aquas deſtillatas, muſam, myrobalanos, nuces ſauſel primus habet. Hydrargyrum ad phthiriaſin eximium eſſe obſervat Libro III. c. 5. *Aphoriſmorum* Liber ſeorſim excuſus eſt Bonon. 1489. 4. LINDEN. & cum aliis libellis, Baſil. 1579. 8. * Oſtendunt acutum fuiſſe & prudentem virum, non ignarum earum artium, quibus ad faſtigium in arte medica pervenitur. Experimentum tamen proprium rariſſime citat. IDEM ALBANUS in L. JOH. DAMASCENI *de exquiſita febrium curatione paraphraſin*, & in ejus *aphoriſmos* edidit, cum ALEXANDRO *Aphrodiſæo*, Baſil. 1542. 8.

JOH. SERAPIONIS fil. vulgo SERAPIO exeunte ſeculo VIII. vixit. EJUS *practicam* genuinam eſſe demonſtrat FREINDIUS, quod multa pene iiſdem vocibus ex SERAPIONE HALY ABBAS adduxerit. Prodiit *Breviarii* nomine, & GERHARDO Carmonenſi interprete, Venet. 1497. & 1503. fol. deinde interprete ANDREA ALPAGO, Venet. 1530. & 1550. fol. Compilatio eſt, ut ſolent Arabes, cum mole medicamentum immani. Adjectus eſt poſteriori editioni Liber *de medicamentis ſimplicibus*, ſed is, ſeorſim editus ab O. BRUNFELSIO, Argent. 1531. fol., ſpurius eſt, cum in eo non MESUE ſolum, ſed etiam RHAZES citetur, non inutilis cæterum collectio ex Græcis & ſcriptoribus Arabibus deperditis, qua multa aromata primum deſcribuntur. Aliam lego eſſe verſionem SERAPIONIS ex arabico ABRAHAMI Judæi, Venetiis excuſam 1525. 4. Remedia Arabica explicat.

(*a*) ABUBECKER filius ZACHARIÆ, RHAZES a patria *Reſchd* Perſiæ urbe dictus, ineunte ſeculo X. floruit noſocomio Babylonico præfectus, & ad ſummum ſenium pervenit. Itinera varia feciſſe adparet, cum Hieroſolymæ ſe fuiſſe ipſe ſcribat (*de iis quæ ipſi evenerunt*). Egregius practicus fuiſſe videtur, & *experimentatoris* nomen meruit inter Arabes, cucurbitulis ſuſtulit apoplexiam, frigida febres continuas, quam ad 10. libras dedit (*de iis quæ ipſi accid.*) Venam in peſtilentia ſecuit I. c. 6. (nempe variolis & morbillis) & aquam frigidam dedit ibid. Lepram copioſiſſimis purgationibus ſanavit ad ALMANS. V. c. 31. Acida & diætam vegetabilem pro avertenda peſte laudavit ad MANS. IV. c. 25. Calidam in pleuritide methodum recte rejecit ad MANS. IX. c. 57. Chemica varia habet, ut oleum laterum (in antidotario), mercurium ſublimatum & alia. EJUS *Continens* prodiit Brixiæ 1486. fol. 1515. Venet. 1506. & 1542. fol. magno, quæ Venetæ editiones non differunt, a M. FERRAGIO, Salernitano, latine, & ſatis barbare verſus, correctus per M. HIERONYMUM SURIANUM. Vaſtum volumen, in XXV. Libros diviſum, continet omnem ambitum praxeos cum chirurgia, & *medicamentis ſimplicibus*; qui Liber ſeorſim editus eſt

ab OTHO-

ab OTHONE BRUNFELSIO cum SERAPIONE Argentor. 1531. fol. in quibus MESUEN ALKINDUM; JOHANNITIUM & omnino etiam COSTAM de agricultura citari video. Cæterum loci communes ſunt, ex GALENO, RUFO, ORIBASIO, PAULO, & Arabibus excerpti, adjectis tamen experimentis propriis auctoris. Sed ejuſdem *opera parva* Pariſ. 1510. 8. * aut *opera exquiſitoria*, Baſil. 1544. fol. edita melioris notæ ſunt. Eo ergo volumine continentur ad ALMANZOREM Principem provinciæ *Coraſſan Libri* X. ſeorſim etiam, ut videtur, editi Venet. 1510. fol. * Inter eos primi duo phyſiologici, ſeptimus chirurgicus eſt, reliqui practici, eorumque nonus inprimis morborum integram enumerationem continet, qui ſolus prodiit Pariſ. 1534. 8. In eum ipſum plurimi ſunt commentarii J. MATTHÆI de GRADIBUS, Papiæ 1741. & 1497. fol. excuſi & JOHANNIS ARCULANI editus a J. MARINELLO, Venet. 1490. 1497. 1560. fol. 1557. fol. Huic titulus eſt, *practica* JOH. ARCULANI *Veronenſis particularium morborum omnium*, fuſus omnino & verboſus liber, quem a LINDENIO valde laudari video, neque intelligo, quomodo mereatur. JOHANNIS de TORNAMIRA *clarificatorium valde ſingulare*, Lugdun. 1501. 4. Venet. 1507. fol. 1521. fol. SILLANI de NIGRO commentar. Venet. 1490. fol. 1497. 1518. fol. 1597. fol. * CHRISTOPHORI de BARZIZUS, Papiæ 1494. * GERARDI de SOLO, Lugd. 1504. 4. * GALCACII de S. SOPHIA, Hagenoæ 1533. fol. * J. B. MONTANI, Venet. 1554. 8. * & edente J. CRATONE, Baſil. 1562. 8. * LEONHARDI JACCHINI, Baſil. 1564. 4. Lugd. 1577. 8. 1622. 4. * ANDREAS demum VESALIUS, Baſil. 1537. 8. Lugd. 1551. 12. *paraphraſin* cum paucis emendationibus, locis parallelis & argumentis dedit. Italice etiam exſtant in fol. ſine anno & loco excuſi OSB. Liber *diviſionum* practicus eſt, abſque tamen morborum hiſtoriis in medicamentis unice occupatus. Liber *de peſtilentia* dictus eſt in Pathologicis, ſolus editus Baſil. 1529. 8. & Lutet. 1548. fol. cum TRALLIANO, Græce verſus ex Syriaco, & nuper emendatus a CL. MEADIO, Lond. 1747. 8. gallice redditus a SEBASTIANO COLIN, & editus Poitiers 1556. Venæ ſectione & diæta frigida, nivato potu, acidis & lacte ebutyrato hunc morbum ſanare adgreſſus eſt, in principio, in progreſſu emollientibus ad cutem adplicatis, decoctis de ficubus, vapore calido ad verrucoſum deterius genus. Sed is Liber non ſatis certo RHAZIS eſt. Vide in Pathologicis.

Liber *de caſibus qui ipſi acciderunt* etiam ibi laudatus eſt. De codicibus RHAZIS CL. MÖHSEN aliqua habet in ſuis *epiſtolis de bibliotheca Regia Berol.* M. S.

Serius vixit HALY ABBAS, qui exeunte demum ſeculo X. ſcripſit *regalis diſpoſitionis theoreticæ Libros* X. *&* *practicæ Libros* X. quos STEPHANUS Antiochenus latine vertit Venet. 1492. fol. Lugdun. 1515. fol. 1523. 4. * Plenum hoc artis compendium nondum legi, quod reliquis Arabum laboribus præfert FREINDIUS p. m. 244. Sed quod minime a Libro *pantechni* ISAACI differre, aut certe ſola verſione, lego.

HALY RODOHAM vel EBEN RODAN ſeculo X. floruiſſe dicitur, cujus *commentarium in artem parvam* GALENI Venet. 1496. fol. Lugd. 1516. 8. excuſum non vidi.

JACOBUS ALKINDUS AVICENNA antiquior eſt, cujus pilulas citat AVICENNA Libro VIII. S. I. Tr. IX. & *trochiſcos* Libro V. S. I. Tr. VIII. Arabibus adnumerari ſolet. EJUS *de gradibus rerum* Liber exſtat Argentorati 1531. fol. & Venet. 1561. fol. 1603. fol. quo perſubtiliter & mathematice, ex datis gradibus quatuor facultatum præcipuarum, compoſitio medicamenti ad quamcumque ægritudinem docetur, additis viribus ſingulorum medicamentorum in unum communem ſermonem conjectis.

ABUALI IBNTSINA vulgo AVICENNA Tartarus Usbecenſis, ex urbe Buchara, non Hiſpanus, ut recte oſtendit NICOLAUS ANTONIUS in *bibliothec. Hiſpan. vet.* T. II. p. 4. vixit exeunte ſeculo X. & initio XI. & valuit acerrimo ingenio, ut Liber inprimis oſtendit quo *Autoraaten* deſcripſit, magnus in arte medica compilator, verboſus, pauciſſima habens propria, RHAZE valde deterior. EJUS Liber *Canonis* ſolus prodiit abſque anno antiquiſſimæ editionis, tum Venet. 1520. fol. 4. vol. * cum GENTILIS de FULGINO *expoſitione*, & J. de PARTIBUS, J. MATTH. de GRADO *ſupplementis*. Idem cum Libro *de medicinis cordialibus* & *Cantico* *&* Libro *de removendis nocumentis quæ accidunt in regimine ſanitatis* & *de ſyrupo acetoſo* prodiit Venet. 1544. 1555. fol. 1564. 1595. fol. L. ope J. COSTÆI cum vita a NIC. MASSA ſcripta & 1608. fol. cum vita AVICENNÆ, Verſionem curavit GERARDUS CARMONENSIS, cujus laborem laudat PLEMPIUS, correxit ANDREAS ALPAGUS, & BENEDICTUS RINIUS. Totius artis fuſum ſyſtema eſt, ex Græcis compilatum,

 nomi-

nominibus rerum mire corruptis. EJUS P. I. ſive Libri I. & II. cum tractatione *de febribus* ex Libro IV. edita eſt a VOPISCO FORTUNATO PLEMPIO correctus ex M. S. Leidenſi, Alepenſi & Conſtantinopolitano, verſione barbara nitidius latine reddita, ſcholiiſque additis ſatis fuſis. *Libri* III. *Fen.* 1. *Tractatum* 4. *de ægritudinibus capitis* ex hebraico in latinum reddidit J. QUINQUARBOREUS, Pariſ. 1572. 8. & *Fen.* 2. *de ægritudinibus nervorum*, perinde Pariſ. 1570. 8. *Liber* II. *Canonis* Arabice & latine excuſus eſt a PETRO KIRSTENIO, Breslau. 1609. fol. ſed eum parvi facit VVELSCHIUS *de vena medinenſi*. *Canticum* eſt aphoriſmorum practicorum ſyſtema ſive compendium inſtitutionum in quod commentatus eſt AVERRHOES, Venet. 1552. fol. &c. Id *adjectis aphoriſmis* J. MESUE *latine redditum* eſt ab ANTONIO DEUSING Groning. 1649. 12. Liber *de removendis nocumentis*, *&c.* ſolus prodiit Ticini 1547. fol. Venet. 1547. fol. Opera omnia etiam prodierunt Venet. 1484. fol. 1486. 4. HARL. 1492. fol. vol. 4. cum GENTILIS de FULGINO expoſitione & Lugdun. 1598. fol. vol. 4. cum explanatione JACOBI de PARTIBUS & Arabice anno 1593. Romæ fol. Verſio terſa a J. C. SCALIGERO ſcripta evanuit, quam citat LAURENTIUS GRYLL in *peregrinatione medica*. Nec AMATI LUSITANI conatus exitum habuit, qui per JACOBUM MANTINUM melius curaverat verti (*cur.* I. *Cent.* I.) Neque ineditos V. Libros, quos RAUIUS in *oratione* promittit, qua *ſpolia ſua orientalia* recenſet, prodiiſſe lego. Apud G. POSTELLUM erat *compendium* AVICENNÆ M. S. *Commentatores* fere innumerabiles AVICENNA nactus eſt, in cujus opera, tamquam claſſicum auctorem, diu prælectum ſit, & omnium poſtremo in Germania a GUERNERO ROLFINKIO. In I. *Fen.* Libri I. eſt expoſitio JAC. FOROLIVIENSIS, Papiæ 1512. fol. Venet. 1518. fol. 1547. fol. * HUGONIS BENTII ſeu Senenſis, Venet. 1523. fol. * BERNHARDINI PATERNI *poſthumæ explanationes*, Venet. 1596. 4. * ODDI de ODDIS *expoſitio dilucidiſſima* Venet. 1575. 4. Patav. 1612. 4. * PETRI GARCIÆ CARRERO *diſputationes medicæ & commentaria in Fen. primam Libri primi* AVICENNÆ Complut. 1612. 1617. fol. * & *explanatio* JOHANNIS BAPTISTÆ MONTANI Venet. 1554. 8.

In *Fen.* 2. *Libri* I. *lectiones* ſunt J. B. MONTANI *de cauſis ægritudinibus accidentibus, pulſibus & urinis* a FRANCISCO REGOLATO editæ Venet. 1557. 8. * In *Fen.* 2. & 3. Libri I. SIRASI vel SERASI *commentarius* prodiit Venet. 1547. fol. * In *Fen.* III. Libri I. *doctr.* II. expoſitio eſt JACOBI de PARTIBUS Venet. 1518. fol. * In *Fen.* 4. Libri I. DINI de GARBO *commentarius* Venet. 1514. fol. * & HUGONIS BENTII *expoſitio* cum JACOBI de PARTIBUS *annotationibus* Venet. 1517. fol. 1523. fol. * J. B. MONTANI Venet. 1556. 8. * MARSILII de S. SOPHIA Lugdun. 1517. 4. Venet. 1514. fol. &c. * ANTONII MARIÆ BETTI Bononiæ 1491. fol. *

In *Canones generales de virtutibus antidotorum ſimplicium ſecundi Canonis* DINI de GARBO *expoſitio* prodiit Venet. 1514. fol. *

In Libri III. *Fen.* IX. & in 1. *Fen.* Libri IV. *commentarii & paraphraſis* J. exſtat STEPHANI, Venet. 1653. fol. * In ejuſdem Libri III. *Fen.* XXII. J. MATTHÆUS de GRADIBUS commentatus eſt Mediolani 1494. fol. * In Libri IV. *Fen.* I. edidit commentarium modo dictum J. STEPHANUS, Venet. 1649. 12. 1653. fol. tum GENTILIS FULGINAS, Venet. 1496. fol. Cum CERMISONIO *receptarum* nomine 1513. fol. 1552. fol. * qui inter commentatores Avicennæ optimus habetur, & J. ARCULANUS cum SYMPH. CAMPEGII *adnotationibus* editis, Lugdun. 1518. fol. Venet. 1560. fol. * & HUGO BENTIUS cum *caſtigatione* JOH. TOLENTINI, Venet. 1515. fol. * In Libri IV. *Fen.* II. PETRUM GARCIAM CARRERO *commentarios* edidiſſe video Burdigalæ 1628. fol. excuſos. * In V. *canonem* AVICENNÆ *commentarii* EBENESI prodierunt Ticini 1547. fol. * ſuper *canones generales de virtutibus antidotorum ſimplicium* DINI de GARBO eſt *expoſitio* Venet. 1514. fol. In omnia AVICENNÆ opera *caſtigationes* edidit SYMPHORIANUS CAMPEGIUS Lugdun. 1522. 4. * & *cribrationem*, *limam & adnotationes in* GALENI AVICENNÆ *& conciliatoris opera*, Pariſ. 1516. 2. tum *expoſitionem* PETRUS ANTONIUS RUSTICUS, Papiæ 1521. fol. * & *adnotationes* J. PAULUS MONGIUS Venet. 1594. fol. * præter eos quos primo loco diximus indicem in AVICENNAM dedit JULIUS PALAMEDES, Venet. 1584. fol. * GILBERTUS PHILARETUS *de conciliatione* AVICENNÆ *cum* HIPPOCRATE *&* GALENO ſcripſit Lugduni 1541. 4. Libro. *

ABU MERON ABENZOHAR vulgo ABHOMERON ABYNZOHAR aut una voce AVENZOAR

Medi-

Medicus Hiſpanus, natus Hiſpali, ante AVERRHOEM vixit ad ſummum ſenium, præfectus noſocomio, ſeculo XII. & chirurgiam præter morem ſeculi una exercuit cum clinica, inſignis practicus felix in ſe ipſo ſanando per profuſam venæ ſectionem cum mediaſtinum ipſi cum ſputo ſanguinis inflammatum eſſet, candidus homo & faſſus propriam culpam in uxoris graviditate adgnoſcenda, inſignes AVERRHOIS (*colliget* Libro VII. ſub fin.) & FREINDII laudes meritus eſt, quod ALCINDI aliorumque vanis theoriis ſpretis ad experientiam medicos revocaverit, multas proprias curationes, & obſervationes utiles reliquerit, multoſque morbos aut rariſſimos aut primos deſcripſerit, (bona medicamenta invenerit, correxerit, quem adeo legere oportet. EJUS *Liber Theiſir Dahalmodana vahalhabir rectificatio medicationis & regiminis* prodiit interprete JACOBO Hebræo & emendante HIERONYMO SURIANO cum *colliget* AVERRHOIS, Venet. 1496. vel 1497. fol. vol. 3. 1514. fol. * & Lugduni 1531. 8. In eum commentarius eſt *de cognitu difficilibus in praxi ex Libro Avenzoaris* JOHANNIS COLLI, Venet. 1628. 4.

Alius medicus fuit IBNZOR, & ipſe Arabs hiſpanus, ſed diverſus ab ABENZOAR.

AVERROES & ipſe Cordubenſis Hiſpanus, ſubtiliſſimus interpres ARISTOTELIS; in patria judex, ob hæreſin damnatus, ſed reſtitutus, docuit & vitam obiit in urbe Marocco, circa annum 1166. filioſque duos reliquit, qui in aula FRIDERICI II. Imperatoris vixerunt. Ad rem etiam medicam animum adplicuit, & Califæ MIRAMOLINI * juſſu ſcripſit ſyſtema cum titulo *colliget*, in cujus ſeptem Libris ſplanchnologiæ compendium, phyſiologia, & reliquæ medicinæ partes continentur. Porro *collectaneorum* ſectiones III. pertinent ad 2. & 6. 7. Librum *colliget*, nempe ad diætam & curandos morbos. Sæpe prodiit *colliget*, ut Venet. 1496. vel 1497. 1514. fol. * Lugdun. 1531. 8. * cum ABENZOAR. *Sectiones tres de ſanitatis functionibus, ſanitate tuenda & morbis curandis*, Lugduni 1537. 4. edidit BRUYERINUS. * Liber *de febribus* exſtat in collectione Veneta operum. Liber *de theriaca* prodiit Venet. 1562. Liber *de venenis* Lugdun. 1517. 4. * Liber *de ſimplicibus medicinis*, Argentor. 1531. fol. cum SERAPIONIS, RHAZISQUE ſimilis argumenti Libris. Nihil ego utile apud eum ſubtilem virum reperi, neque FREINDIUS.

Sed alius fuit JOHANNES MESUE, nuperior RHAZE ſeu MAHAMETARASI filio ZACCHARIÆ quem citat pag. 1996. Libro *de ægritudinibus capitis & de ægritudinibus or*. II. cap. 3. Is multa ſumit ab AVICENNA, & ſcripſit *de re medica* Libros III. celebrem illum Pharmacopolarem claſſicum librum cujus Liber I. *Canon* vocatur, & aliqua, ut vocant, generalia continet, *alter* purgantia ſimplicia cum plantarum medicatarum deſcriptionibus; *tertius* antidotarium ſeu compoſitiones habet, farragines ſæpe ingentes. Sæpiſſime prodiit, & cum reliquis MESUES operibus, Venet. 1541. fol. cum MUNDINI de LENTIIS expoſitione, ibid. 1561. cum GENTILIS de FULGINO opuſculis, tum ibid. 1581. fol. 1589. fol. & 1603. cum animadverſionibus COSTÆI, MUNDINI, CHRISTOPHORI, GEORGII de HOHESTIS, J. MANARDI & J. SYLVII, & olim 1525. fol. Lib. * Seorſim excuſus eſt Italice 1575. fol. HARL. Edidit etiam eumdem Librum JACOBUS SYLVIUS, Venet. 1549. fol. Pariſ. 1561. 8. Sed mire mutatum in ordine & diviſionibus. Liber IV. MESUES eſt *de morbis capitis & thoracis*, quo utique neque bonæ hiſtoriæ morborum, neque præſagia continentur; ſed plurima medicamenta. Trochiſcos caphuræ in febribus ardentibus laudat pag. 152. *operum omnium*. Prodiit Venet. 1603. fol. cum reliquis operibus, & ſeorſim Lugduni 1551. 8. *

Morbos thoracis & abdominis ſupplevit FRANCISCUS de PEDEMONTIO.

In poſtremis inter Arabes eſt ALSAHARAVIUS, idem cum ALBUCASI, demonſtrante FREINDIO pag. 258. cujus *theoria necnon practica Liber* prodiit Auguſtæ Vindelicorum 1519. fol. Anatomen, phyſiologiam, chirurgiam & praxin tradit, plurimum uſus RHAZE (jam FREINDIO obſervante pag. 257.) Integrum nomen viro fecit ABULCASEM CHALAF EBNABBAS ALZAHARAVI.

Superſunt aliqui minoris momenti Arabes ELLUCHASEM ELLIMITHAR medici de Baldachi *Tacuini Sanitatis*, dicti in diæteticis, germanice verſi ſunt a MICHAELE HERO Straſburg. 1533. fol. & cum ALBENGNEFIT (corruptum itidem nomen) *de virtutibus Medicinarum & ciborum* junctim cum ALKINDO editi ſunt Argentorati 1531. fol. ALCANA MUSALI, & JESU HALI de oculis libros diximus.

KIRA-

KIRANIDES *de viribus medicamentorum* ab ANDREA RIVINO, Lipſiæ 1638. 8. éditus eſt, anglice vero, Lond. 1685. 8. Nomen Arabicum ſonat collectanea, antiqua autem verſio Græca eſt, quam citat OLYMPIODORUS THEODOSII ævo. Collectanea eſſe, ſuperſtitioſa & pleraque vana, ex HERMETIS phyſicis REINESIUS auctor eſt *var. lect.* l. p. 6. 7.

Rab. MOSIS MAYMONIDIS *aphoriſmi* cum MESUES & RASIS aphoriſmis & HIPPOCRATIS *Prognoſticis* prodierunt, Bonon. 1489. 4. inutiles.

Nunc ad barbaros Latinos neotericos tranſit oratio, qui Arabum ſcripta nacti, interpretati aut imitari ſunt. Eorum princeps eſt CONSTANTINUS *Africanus* Carthaginienſis, qui XI. ſeculo vixit. Babylone dicitur 39. annos fuiſſe, inde Salernum veniſſe anno 1087. & in monaſterio Caſſinenſi obiiſſe. EJUS ſunt Libri VII. *de morborum cognitione & curatione*, quorum codex M. S. exſtat, Viennæ LAMBEC. Libro VI. p. 2. Liber I. *de remediorum & ægretudinum cognitione*. Liber I. *de victus ratione variorum morborum*, præter alios jam citatos, prodierunt conjuncti, Baſil. 1536. fol. Ejus etiam *Pantechni ſeu loci communes Theorices* Libri X. *& Practices* Libri X. & Tractatus *de gradibus medicamentorum*, *de oculis*, *de ſtomacho* excuſi ſunt Lugduni 1515. fol. Babl. 1539. fol. Et Pantechni quidem etiam FREINDIUS HALY ABBATIS opus eſſe vidit. *Viatici* partem *de febribus* ex Arabe ABUGASAR AHMET, ſimillimam operi SYNESII, cum eodem edidit, Amſtelodami 1749. 8. Vir CL. J. S. BERNARD. Compilator in univerſum nihil habet proprii. Multa de eo habet LAMBECIUS l. c. & aliqua REINESIUS ad DAUMIUM *ep.* III. p. 280.

GARRYPONTUS ignotus homo rudis exſcriptor veterum & inprimis THEODORI PRISCIANI (REINES. *var. lect.* p. 359. 528.) Salernitanus, & coævus CONSTANTINO. EIUS *ad totius corporis ægritudines remediorum praxeon* ſunt Libri V. EJUSD. *de febribus atque earum ſymptomatibus* Libri II. Baſileæ 1531. 4. * Libri vero VIII. *de morborum cauſis, accidentibus & curationibus* ibid. 1536. 8. Lugduni 1516. 1526. 4. ſub titulo *Paſſionarii* GALENI *de ægritudinibus a capite ad pedes* prodierunt. *Dynamidia* male GALENO tributa ad ipſum ſpectant.

Ex GARYOPONTO multa ſumſit auctor Libri qui cum titulo ÆSCULAPII *de morborum paſſionumque corporis humani cauſis, deſcriptione & cura* Argentorati prodiit 1533. fol. cum HILDEGARDIS *phyſica*, THEODORI *diæta* & ORIBASII Libro V. *de ſimplicibus*. Similia, poſtquam hæc ſcripſi, video monuiſſe CL. KAESTNERUM *bibl. med.* p. 124.

SALERNITANA SCHOLA, Medicarum Europearum antiquiſſima, ex incerta origine coaluit. Ejus nomine anno 1060. verſiculi diætetici ad ROBERTUM Angliæ principem ſcripti ſunt, & anno 1190. ab Abbate JOACHIMO *collegium* HIPPOCRATEUM dicta eſt, GIMMA *idea della ſtoria dell' Italia letterata* p. 683. Ejus invidia carpitur, qua mota balnea ſaluberrima deſtruxerit apud LABAT *voyage d' Italie* & alias. Dudum autem obſolevit.

COPHON ille, cujus anatome porci, & *Tractatus de arte medendi*, Hagenoæ 1532. 8. Argentor. 1535. 8. prodiit, mihi omnino ignotus eſt, ante ſeculi tamen XIII. finem vixiſſe videtur, qui a GILBERTO ANGLICO citetur.

ARNALDUS de VILLANOVA in Hiſpania medicos Arabes audivit, tantamque famam ibi conſecutus eſt, ut exteri ejus audiendi cauſa in Galliam itaverint, vir erecti animi, qui etiam in religione verum vidit, & miſſam, bona opera, ordineſque monaſticos damnaverit. Exeunte ſeculo XIII. videtur vixiſſe, atque ejus *opera omnia* prodierunt cum NICOLAI TAURELLI in eorum aliqua commentariis, Lugd. 1520. fol. Baſil. 1585. fol. * Plurima practici argumenti ſunt, ut *ſpeculum introductionum : de parte operativa : de phlebotomia : de conferentibus & nocentibus principalibus membris corporis noſtri : de diverſis intentionibus medicorum : regulæ generales curationis morborum : breviarium practicæ : Practica ſummaria ſeu regimen : de cautelis medicorum : compendium regimenti acutorum : conſilia varia : contra maleficia : de venenis : regimen contra calculum*. Alia chemica ſunt, ei enim arti valde indulſit, aut diætetica: EJUS *praxis medicinalis univerſorum corporis humani morborum* ſeorſim prodiit Lugdun. 1586. fol. * GEORGIUS PICTORIUS *univerſales curationes morborum* ARNALDI de VILLANOVA cum *ſcholiis* edidit, Pariſ. 1565. 8. * JOACHIMUS vero COLBIUS *ſententias de facienda medicina olim ab* ARNOLDO de VILLANOVA *in proſa ſcriptas*, Altemburgi 1638. 12. *

Chirurgi illi barbari, quos in Chirurgicis recenſui, paſſim aliqua ad praxin addiderunt. ROGERII Parmenſis *practicam medicinæ*, Venetiis 1490. 1516. & 1546. fol. editam citat

citat LINDENIUS, quæ num diverſa ſit ab ejus viri chirurgia, non novi. GUILIELMI de SALICETO *ſumma conſervationis & curationis* edita eſt cum chirurgia, Venet. 1489. fol. & alias. LEONARDUS de BERTAPALIA paſſim praxin adtigit & v. g. fumum aceti de lapide molari candente ſurgentem ad paralyſin laudavit (pag. 294. b.) LANFRANCUS theriacæ drachmis duabus ait ſe peſtem ſanaſſe in homine jam deſperato *Chir. parv.* c. XI. ut alia omittam.

PETRUS de ABANO s. APONENSIS eodem ſeculo XIII. natus anno 1253. ad ſummum ſenium vixit, aſtrologus, chemicus, & medicus, ſed de more ſeculi compilator, varia fata paſſus, damnatus ob errores religioſos, idem a morte ſtatua decoratus; non tamen combuſtus, ut CONRINGIUS ſcripſit. EJUS *vita* exſtat in *opuſcul. ſcientif. & philolog.* T. 23. EJUS *conciliator differentiarum quæ inter philoſophos & medicos verſantur* prodiit Papiæ 1490. fol. Venetiis 1496. fol. (uti lego) & 1548. fol. quæ mea eſt editio. Hoc opere continentur primo differentiæ 210. totidem nempe diſſertationes, in quibus inprimis Græcorum & Arabum opiniones contrariæ cum rationibus utriuſque ſententiæ proponuntur, & denique ab ipſo auctore lis definitur. Totam medicinam percurrit, in praxi tamen uberior. Ab eo ſtudio *Conciliatoris* nomen retulit. Inde ſequitur Liber *de remediis venenorum*, & in noſtra editione *adnotationes*, breves eæ, SYMPHORIANI CAMPEGII.

Ejuſdem eſt ſupplementum ad morborum MESUES cum ejus operibus editum.

NIC. BERTUCCII *in medicinam practicam introductio* Argentor. 1533. 24. & 1535. * EJ. *methodi cognoſcendorum tam particularium quam univerſalium morborum* Mogunt. 1534. 4.* EJUSD. *compendium ſeu collectorium artis medicæ tam practicæ quam ſpeculativæ recognitum & ſuæ integritati reſtitutum per* J. CÆSARIUM Lugd. 1509. 4. Colon. 1537. 4. * Niſi hi libri omnes iidem ſint.

PETRUS HISPANUS eodem fere tempore floruit, & anno 1276. archiater fuit Pontificius, inde Pontifex ipſe JOHANNIS XX. nomine. EJUSD. *theſaurus pauperum* ſeu *de medendis corporis humani morbis per Euporiſta liber empiricus congeſtus ex* HIPPOCRATE, GALENO & AVICENNA, Lugduni 1525. & alias prodiit. * Anglice verſus ſub nomine *treaſury of health containing many profitable medicines* & editus Lond. 1585. 8. & alias. *

BERNHARDI GORDONI *opus, lilium medicinæ inſcriptum, de morborum omnium curatione* VII. *particulis diſtributum*, prodiit Venet. 1494. fol. Pariſ. 1542. 8. LIND. Lugduni 1550. 8. quæ mea eſt editio. Auctor Monſpelii docuit, & in præfatione annum, quo ſcripſit, definivit, nempe 1305. Praxin totam & ſemeioticen continet, ex Arabibus inprimis compilatam.

MATTHÆI SYLVATICI, coævi, *opus pandectarum medicarum* ſæpe prodiit, ut Venet. 1523. fol. & cum SIMONE JANUENSI & DOMINICI MARTINI de SOSPITELLO *annotationibus* Turini 1526. fol. Non legi, ſed diſco aliunde dictionarium medicum eſſe, ad Græcos & Arabes intelligendos, valde rude, & alterius egens gloſſarii.

GILBERTI Anglici (de AQUILA vel LEGLÆI) *compendium medicinæ vel morborum univerſalium quam particularium correctum & emendatum per* MICHAELEM de CAPELLA Lugduni 1510. 4. prodiit. * Ex FREINDIO video aliquas tamen obſervationes & curationes proprias habere, cæterum RHAZEM, & ALEXANDRUM, ex more ſeculi, exſcripſiſſe.

JOHANNIS PLATEARII *practica brevis curandorum morborum etiam febrium* Lugd. 1525. fol. Medicus Salernitanus vixit exeunte ſeculo XIII. celebrior ob ſuos de Materia medica labores.

DINI de GARBO *ſuper quartum Fen. primi* AVICENNÆ *præclariſſimos commentarios qui dilucidatorium totius practicæ generalis medicinalis ſcientiæ numerantur* jam citavi, qui prodierunt Venetiis 1514. fol. & alias. Vixit ineunte ſeculo XIV.

THOMÆ vero de GARBO DINI filii *ſumma medicinalis cum duobus ejusdem tractatibus* 1. *de reſtauratione humidi radicalis*, 2. *de reductione medicinarum ad actum* prodiit Venet. 1511. Lugd. 1529. fol. * Lib. EJUSD. *conſiglio contra la peſtilentia* Venet. 1576. 8. cum aliis ejus argumenti libellis excuſum eſt.

GUILIELMUS de VARIGNANA eodem tempore creditur vixiſſe. EJUS *opera medica de curandis morbis univerſalibus & particularibus, febribus, apoſtematibus & ulceribus, de venenis, faciei & totius corporis mundificationibus* prodierunt Baſil. 1545. 4. 1595. 8. * *Secreta medicinæ ad varios curandos morbos veriſſimis auctoritatibus illuſtrata*, Venet. 1520. 8. excuſa ſunt LIND. formulæ nempe innumeraque remedia.

Jo-

JOHANNIS de GADDESDEN vulgo *Anglici praxis medica*, *roſa Anglica dicta*; 4. *libris diſtincta*, prodiit Auguſt. Vind. 1595. 4. cum titulo *practica medicinæ a capite ad pedes* Venet. 1506. fol. quæ mea eſt editio, porro 1516. fol. & Neapoli 1508. fol. & prius Papiæ 1492. fol. Triſte de JOHANNE judicium eſt GUIDONIS de CAULIACO, qui *fatuam Roſam* vocavit, qua repetantur fabulæ HISPANI, GILBERTI & THEODORICI. Fuſus eſt de eo homine FREINDIUS, quem anno 1320. vixiſſe ex WOODIO refert, & GORDONIUM citaſſe monet. Empiricus fuit, uſus medicamentis ſuperſtitioſis & frivolis, non tamen merus compilator, qui praxin, in ipſa Regia, ſecutus ſit. Verſiculis delectatus eſt. Totam praxin, ut titulus fert, & chirurgiæ partem, & diætetices tradidit cum *antidotario* quo chemica aliqua continentur.

TURRISANUS de TURRISANIS, cujus exſtat *commentarius in artem parvam* GALENI Venetiis 1504. 1543. 1559. fol. * Lib. excuſus, ineunte ſeculo XIV. vixit infeliciſſimus medicus, ex teſtimonio GALEOTTI MARTII *de doctr. promiſcua*. c. 15.

Ejusdem ævi eſt GENTILIS FULGINAS, *de Foligno*, cujus *conſilia peregregia ad quævis morborum totius corporis genera* cum *Tractatu de hernia & balneis* & cum ANTONII CERMISONI *conſiliis* prodierunt Venetiis 1503. fol. * EJUS *Tractatus de febribus* excuſus eſt Venetiis 1484. fol. & 1526. fol. * Ejus *Tract. de lepra* ibid. 1536. fol. * *Tract. de proportionibus medicinarum* & *de modis inveſtigandi complexiones eorum* cum aliis *de doſibus* ſcriptis Patavii 1556. 8. excuſus eſt, tum 1579. 4. Lugd. 1584. 8. Venet. 1484. * 1486. & 1492. fol. *Queſtiones & tractatus extravagantes* Venetiis editæ ſunt 1520. fol. * *Expoſitio cum commentario* ÆGIDII *monachi Benedictini* Venetiis 1494. fol. MANDOSIO teſte.

Eo ſeculo exeunte vixit NICOLAUS NICOLUS Florentinus non contemnendus auctor, etſi a FREINDIO omiſſus ſit, & qui multa ipſe viderit. EJUS ſunt *ſermones medicinales* VII. *de conſervanda ſanitate*, *de febribus*, *de membris capitis*, *de membris ſpiritualibus*, *naturalibus & generalibus*, *& chirurgia* Venet. 1491. 1507. * 1533. fol. 4. vol. fol. editi.

JAC. de DONDIS, quem AGGREGATOREM vocant, *promtuarium medicinæ* Venet. 1481. fol. L. & 1576. fol. prodiit. In eo *quæ quibus morbis medicamenta ſint accommodata ex veteribus medicis copioſiſſime & miro ordine monſtratur*.

MARSLII de S. SOPHIA *Tract. de febribus ſuper* I. *Fen*. Lib. IV. AVICENNÆ *cum cura omnium accidentium febrium quæ uni a capite ad calcem practicæ æquipollet* Lugdun. 1501. 8. & 1517. 4. & Venet. 1514. fol. prodiit. * Vixit cum NICOLO.

GALEACII de S. SOPHIA *opus medicinæ practicæ* Hagenoæ 1533. fol. * Vixit exeunte ſeculo XIV.

Eadem fere ætas fuit BALESCON ſeu VALESCI de TARANTA, profeſſoris Monſpelienſis, cujus *practicā vulgo dicta Philonium de curatione morborum* prodiit Venet. 1502. fol. & 1521. fol. * Lugd. 1535. 8. maj. & in epitomen redactum a DESIDERIO Lugd. 1560. 8. * deinde ad GUIDONIS DESIDERII editionem emendatum a J. HARTMANNO BEYERO recuſum Francof. 1599. 4. & 1680. 4. quæ editio ex barbara dictione in puriorem reformata eſt, & ordo capitum paſſim mutatus, ut caſtratam dixerit CONRINGIUS. Liber ſcriptus eſt anno 1418. ipſo monente in præfatione auctore. Solet ad ſingulum morbum ex ordine referre ſententias Græcorum, Arabum, & recentiorum, deinde ſuum, neque id ineptum, judicium interponere, non abſque propriis obſervationibus. Una Venetiis & Lugduni prodiit *introductio* breviſſima *ad practicam medicinæ* JOHANNIS de TORNAMIRA, & ipſius Monſpeſſulani doctoris, quem RENATUS MOREAU male transfert ad annum 1450. cum ſæpiſſime a VALESCO citetur, atque adeo ante eum vixerit. EJUS Tractatus *de febribus* prodiit Lugduni 1501. 4. * cum *clarificatione* ad IX. Lib. RHAZIS & Venet. 1507. fol. 1521. fol. *

JACOBI de PARTIBUS, quem ad annum 1423. recenſent, *ſumma alphabetica morborum & remediorum ex libris* MESUÆ *excerpta* prodiit Venet. 1576. fol. Lugd. 1589. 8. LIND.

JOH. de CONCOREGIO male ad annum 1501. a LINDENIO relegatus obiit anno 1438. profeſſor Piſanus auctore B. CORTE *medicor. mediol.* p. 25. ſcripſit *Lucidarium medicinæ diviſum in* 4. *tractatus de capite*, *pectore ſtomacho*, *genitalibus*, quod videtur idem eſſe cum *Praxi nova totius fere medicinæ* edita Papiæ 1485. fol. MEIB. Venet. 1515. fol. * LIND.

SIGISMUNDUS de POLCASTRIS etiam circa annum 1438. dicitur vixiſſe. EJUS *Quæſtiones*, *quarum prima de actuatione medicinarum*: *ſecunda de appropinquatoria ad æqualitatem*

pon-

ponderalem: *tertia de reſtauratione humidi ſubſtantifici*: *quarta de reductione corporum*: *quinta de extremis temperantiæ* prodiit Venet. 1506. fol. *

Ad eumdem annum refertur a RENATO MOREAU HUGO BENTIUS vulgo Senenſis. EJUS *conſilia ſaluberrima ad omnes ægritudines noviter correcta & ad optimum ordinem redacta additis aliis nonnullis utiliſſimis conſiliis* prodierunt Venetiis 1518. fol. in operibus omnibus.

Ad eandem ætatem refertur ANTONIUS GUAINERIUS Papienſis, cujus *opus præclarum de ægritudinibus capitis, oculorum, aurium, narium, gutturis, pectoris & pulmonis, cordis, matricis, juncturarum, & de pleureſi, fluxibus, de calculoſa paſſione, peſte, febribus, venenis, balneis, & antidotarium* cum J. FALCONIS *additamentis* prodiit Papiæ 1518. 4. & Lugduni 1525. 4. * Prior his omnibus editionibus mea eſt, *practica* nempe Papiæ 1497. fol. excuſa, quæ dicitur Venetiis 1498. fol. recuſa eſſe. Barbare de more ſeculi ſcripſit & varia habet, quorum ſimillima apud J. de GACDESDEN reperiuntur.

ORTOLF'S *von Bayerland arzneybuch* Nürnberg 1477. fol. *

J. MICHAELIS SAVANAROLÆ *Practica canonica de febribus, pulſibus, urinis, egeſtionibus, Italiæ balneis* prodiit Venet. 1498. fol. 1503. fol. Lugdun. 1560. 8. LIND. & *practica de ægritudinibus a capite ad pedes* Papiæ 1486. fol. LIND. qui ad annum 1440. ejus viri ætatem definit. EJUS *introductio in medicinæ practicam* cum BARTH. de MONTAGNANA & BERTIUCHI LOMBARDI ſimilibus opuſculis recuſa eſt Argentinæ 1533. 24.

J. MATTHÆUS de GRADIBUS primarius lector Ticinenſis obiit 1460. EJUS *Practicæ* Pars I. & II. Papiæ 1497. fol. * *Conſilia* ſecundum vias AVICENNÆ *ordinatorum utile repertorium* Papiæ 1501. fol. prodierunt. * Venet. 1524. fol. 1521. fol. cum ASTARIO, & Lugd. 1535. fol. *

LUD. BAUERII de BAUERIIS *conſiliorum de re medica ſeu morborum curationibus* Liber cum CASPARIS TORELLA libro *de peſte ovina*, & ANGELI DECEMBRIS *conſilio de curatione peſtis* prodiit Bonon. 1489. fol. & interpolatus a RUSTICO PLACENTINO Papiæ 1521. fol. *conſilia* vero ſtudio GUALTHERI RYFF recuſa ſunt Argentor. 1542. 4.

ANTONIUS de GRADIS vel GRADIBUS Mediolanenſis, quem video ad annum 1468. poni, ignotæ mihi ætatis auctor eſt. Ejus Liber *de febribus* ad Arabum ſententiam prodiit Baſil. 1535. fol. cum CLEMENTE.

Neque novi, quæ vera ætas ſit CHRISTOPHORI de BARZIZZIS, cujus Liber *de febrium cognitione & cura* cum eodem CLEMENTE prodiit: *introductorium* vero ſeu *janua ad omne opus practicum medicinæ* Auguſtæ Vindelic. 1518. 4. Ponitur a LINDENIO ad annum 1494.

GUILIELMI BRIXIENSIS, quem video ad annum 1472. referri, *Tractatus ad unamquamque ægritudinem a capite ad pedes curandam*: EJUSD. Lib. *de febribus, de peſte, de curatione peſtis* Venet. 1508. fol. prodiit. *

ALBICI *praxis medendi, regimen ſanitatis & peſtilentiæ* Lipſiæ 1484. 4. excuſa eſt.

ROLANDUS CAPELLUTIUS hujus ævi videtur, cujus Liber *de curatione peſtiferorum apoſtematum* curante H. CONRINGIO Francof. 1642. 8. Brunsvici 1648. 4. excuſus eſt. Neque chirurgia, neque Liber de cortice Peruviano ad eum pertinet, quæ ipſi LINDENIUS tribuit.

MARCI GATENARIÆ *omnes quos ſcripſit libri* prodierunt Baſileæ 1537. fol. Lugduni 1506. 4. 1525. 8. quæ editio mea eſt & 1532. 8. L. Paris. 1540. 8. Liber vero *de curis ægritudinum particularium* Lugd. 1506. 4. Bonon. 1517. 8. Vixit vergente ſeculo XV. qui curationem anno 1481. a ſe adminiſtratam excitet. Arabes legit ſatis empiricus, in hiſtoria morborum brevis, plurimus de genio ſeculi in medicamentis propriis, Arabicis, & GIRINGELLI. Multas habet obſervationes proprias. Monet ne adeo mature ſepeliantur apoplectici; cortice ovi urinas pellit: podagram in ſe ipſo ſanavit abſtinentia a vino p. 164. Ed. Baſil. Superſtitioſa etiam habet, adipem felinum ad tetanum, viperas a fœtido medicamento per anum egeſtas.

CÆSAR LANDULPHUS contemporaneus fuit GATENARIÆ, ut a quo balneo & inunctione ſanatus ſit. EJUS Liber qui *febrium naturam & implicationem explicat* intermittentes ſolas exponit, & fere in medicamentis eſt.

BLASIUS ASTIARIUS Parmenſis, Librum *de curandis febribus* cum GATENARIA excuſum reliquit, qui multa habet communia cum Libro CHRISTOPHORI de BARZIZIIS. In variolis venæ ſectionem & purgantia medicamenta lenia laudat, non obſtante ſtadio eruptionis a ſuo

ſuo proprio uſus experimento. Cicatrices oleo evitare jubet. Uterque & cum Baſilienſi & cum Lugdunenſi editione GATENARIÆ, cumque SEBASTIANO AQUILANO excuſus eſt, tum ſeorſim Lugd. 1532. Francof. 1604. 8. * & cum CLEMENTIS *lucubrationibus* Lugdun. 1506. 4. * & cum Conſil. J. MATTH. de *gradibus*, Ver. 1521.

JOHANNIS ARCULANI vel HERCULANI *praxis medica qua artificioſa methodus omnium morborum a capite ad calcem cauſas & remedia exponit* prodiit Venet. 1497. fol. 1504. fol.* Eſt idem in RHAZEN commentarius jam citatus, recuſus anno 1560. fol.

In JOHANNIS de KETAM Alamanni *faſciculo medicinæ* Venet. 1495. fol. 1500. fol. 1513. fol. edito continentur Tractatus *de phlebotomia*, *conſilium* PETRI de TUSSIGNANA *contra Epidimiam*: Tractatus *de ægritudinibus puerorum & earum cura*, *& compendium breve curationum*. Nonne idem eſt JOHANNIS de BETHAZ *faſciculus medicinæ* Venet. 1491. fol. editus, dictus a LINDENIO?

VITALIS de FURNO Liber *ſalutarium remediorum curationumque ad.... totius corporis humani morbos & ægritudines* prodiit Moguntiæ 1531. fol. apud IVONEM SCHOEFFER ex codice monaſterii Eberbacenſis. Eſt dictionarium medicum morborum, ciborum, medicamentorum, partium corporis humani. Ætas incerta: nam etſi c. 298. ſe regi Belæ faciat Ungariæ coævum, ſerioris tamen ævi eſſe videtur.

ANTONII CERMISONI *conſilia medica* 153. *contra omnes fere ægritudines*, *a capite ad uſque pedes* Venet. 1503. fol. tum & 1497. fol. Lugd. 1525. 4. & alias LIND.

GEORGII VALLÆ *univerſæ medicinæ ex Græcis potiſſimum contractæ* Lib. VII. Venet. 1501. f. L.

MARSILIO FICINO *contra la peſte inſieme con* TOMASO *del* GARBO, MERYO *da* FAENZA *ed altri autori ſopra la medeſima materia* Florent. 1576. 8. * Latine cum titulo *de epidemio morbo*, prodiit Aug. Vindel. 1518. 4. Platonicum Philoſophum fuiſſe notum eſt.

NICOLAI LEONICENI primi, qui a barbaro ad puriores fontes rediit, *Opus de tribus doctrinis ordinatis ſecundum* GALENI *ſententiam* Venet. 1508. fol. cum aliis ejus opuſculis prodiit recuſum Baſileæ 1532. fol. *

GABRIEL de ZERBIS *de cautelis medicorum Liber* Lugdun. 1525. 4. & alias. *

FRANCISCI de VILLALOBOS *problemas con otros dialogos de Medicina y familiares* Zamora 1543. fol. N. ANT. ſed ediderat IDEM jam anno 1498. fol. Salmanticæ Tractatum *de las enfermidas de las bubas* IBID.

MARTINI MARTINEZ DAMPIER Lib. *de Albeiteria que eſcririo* MANUEL DIAZ Saragoſſa 1498. fol. N. ANT.

PETRI PINTORIS *aggregatio ſententiarum doctorum omnium de præſervatione & curatione peſtilentiæ* Rom. 1499. fol. * L.

PETRI de BAYRO qui incipiente ſeculo XVI. vixit, *Enchiridion de medendis humani corporis malis* Baſil. 1563. 8. Lugdun. 1565. 12. EJUSD. *Lyxipyretæ perpetuæ quæſtiones & annexa ſolutio*.

ALEXANDER BENEDICTUS Veronenſis ſub finem ſeculi XV. & initium XVI. vixit, longævus, caſtra ſecutus & practicus homo, & prioribus pleriſque melior. EJUS Libri XXX. *de re medica* Venetiis 1535. fol. Baſil. 1549. fol. editi ſunt. Syſtema practicum continent, magis latine ſcriptum, quam priorum, magisque ex Græcis, minus ſumtum ex Arabibus, denique ex proprio experimento, utilius futurum, ſi minus eſſet uſus prioribus medicis, quod de omnibus fere ejus ævi ſcriptoribus judicium obtinet. Cum poſteriori editione etiam prodiit Liber *aphoriſmorum de officio medici & ægroti*, Liber *de peſtilentiæ cauſis*, *præſervatione & auxiliis*, prius excuſus cum titulo *de obſervatione in peſtilentia* Venet. 1493. 4. Quæ mea eſt editio, & denique *anatome corporis humani*.

CONRADI SCHELLING *Conſilium ad puſtulas malas*, *morbum quem malum de Francia vulgus appellat* Heidelberg. 4. abſque anno. *

SYMPHORIANUS CHAMPIER Lugdunenſis, archiater Lotharingicus, qui CAMPEGII cardinalis nomen, vanus homo, uſurpavit, ſeculo XVI. ineunte plurima ſcripſit, & ex ipſa compilationis ubertate nomen *Aggregatoris Lugdunenſis* obtinuit. EJUS *Roſa Gallica omnibus ſanitatem affectantibus utilis & neceſſaria* Paris. 1514. 8. prodiit & Valentiæ (in Delphinatu) 1514. 8. & 1518. EJUSDEM *practica nova in medicina de omnibus morborum generibus ex traditionibus Græcorum*, *Latinorum*, *Arabum ac recentiorum* Lib. V. & Lib. I.

de

de omnibus febrium generibus Lugduni 1517. 4. minore & Venetiis 1522. fol. Baſil. 1547. 4. L. excuſa eſt, cum CHAMPERII nomine. Singulorum morborum hiſtoriam & curationem primo ex traditione Græcorum, inde ex traditione Pœnorum & Arabum, tunc ex traditione recentiorum dat compilatam, & inter Arabes RHAZEM, SERAPIONEM, AVICENNAM, CONSTANTINUM ubique fere ſequitur. EJUSDEM *apologetica diſceptatio qua docetur an ſanguis mitti debeat in cauſone*, item *ſub canem aut prope canem, & an pharmacia fortis danda ſit in febrium arſivarum principio* cum *Campis elyſiis* prodiit, cum nomine CAMPEGII, Lugdun. 1533. 8. * & eodem anno ejuſdem *Epiſtola* ibid. EJUSD. (CAMPEGII) *caſtigationes ſeu emendationes pharmacopularum ac Arabum medicorum*, MESUE, SERAPIONIS, RHAZIS, ALPHARABII *& aliorum in* IV. Lib. *diviſæ* prodierunt Lugdun. 1532. 8. * In iis Lib. IV. continet *curationes ad ægritudines principalium membrorum corporis*. EJUSD. *hiſtoriales campi* GALENI *in* Lib. IV. *congeſti & commentariis illuſtrati. accedit elyſiorum camporum ſecundum* GALENUM *libellus*. EJ. *de phlebotomia* Lib. II. Baſil. 1532. fol. * EJUSD. *Paradoxa in artem parvam* GALENI. *accedit centiloquium iſagogicum, categoriæ medicinæ, epitome commentariorum* GALENI *ad aphoriſmos, ad prognoſtica, regimen acutorum, epidemiorum* Lugduni 1516. 8. * EJUSD. *categoriæ medicinales in libros demonſtrationum* GALENI Lugdun. 1516. 8. * Ad PETRUM RAPONENSEM *adnotamenta & caſtigationes* citavi. *Operum* ejus Tomos II. Lugduni 1508. 8. editos eſſe lego. *

J. CASPARIS TORELLA *Tract. cum conſiliis contra pudendagram* Rom. 1497. 4. & *conſilia de ægritudine ovilla* Rom. 1505. *

ANTONII SCANAROLI *diſputatio utilis de morbo gallico & confirmatio opinionis* NIC. LEONICENI *contra* NATALEM MONTESAURUM Bonon. 1490.

BARTHOLOMÆI MONTAGNANÆ *ſelectiora opera* prodierunt Norimberg. 1652. fol. In iis præter diætetica, *conſilia* exſtant 305. *de ægritudinibus humano corpori evenientibus*, & Tract. *de modo componendi medicinas & de earum doſi invenienda*. Una edita ſunt *conſilia medicinalia* ANTONII CERMISONI, uti diximus, illa vero MONTAGNANÆ jam Venetiis 1497. 1567. fol. Lugduni 1520. 4. 1525. 4. & Francofurti 1604. fol. prodierant. * EJUS *conſilium* pro Epiſcopo & Vicerege *morbo gallico laborante* exſtat in collectione ALOYSII LUISINI. Ad annum 1417. à nonnullis collocatur, quod fieri non poteſt, ſi conſilium pro morbo gallico ſcripſit. Ego non legi.

Remede très utile contre la fièvre peſtilencielle & autre maniere d'Epidemie approuvé par pluſieurs docteurs en Medecine, & remede très utile pour ceux qui ont la maladie appellée en latin mal françois &c. Lugd. 1501. 4. *

J. VVIDEMANN *de peſtilentiæ cum addita quæſtione de fuga peſtis* Tubing. 1501. 4. RIV.

VVENDELINI HOCK de BRACKENAU *mentagra, de cauſis, præſervatione, regimine & cura in gallicis* Venet. 1502. 4. &c. ASTR.

BENEDICTUS VICTORIUS Faventinus Medicus Bononienſis, longævus homo, qui praxin, teſte LAURENTIO GRYLLO, ſexaginta annis ſecutus ſit, iſto & priori ſeculo vixit. EJUS *Empirica medicinæ de curandis corporis humani adfectibus* dicitur à LINDENIO Venetiis 1500. & 1554. 8. edita eſſe. Mea editio eſt Veneta 1555. 8. neque anno 1500. prodiiſſe evidens eſt ex dedicatione ad JULIUM III. Pontificem. Empiricum ſe ipſum in præfatione vocat, & empiricorum modo certe ſcripſit, qui nihil niſi nomina morborum cum plurimis medicamentis proponat. Nonne hoc eſt B. VICTORII *neues arzneybüchlein* Francof. 1602. 8? * EJ. poſthuma & imperfecta *Practica magna* prodiit Venetiis 1562. fol. & continet morbos capitis & pectoris, eorum curationes, cum conjuncta partium anatome. Ex Græcis hæc fere collecta ſunt. EJ. *theorice latitudinum medicinæ* Venet. 1516. fol. prodiiſſe dicitur. L. EJ. *conſilia medicinalia ad varia morborum genera* Venet. 1551. 4. 1557. 8. quarum editionum hæc nonnullis conſiliis auctior eſt * EJUS. Lib. *de morbo gallico accedit*. EJUS. Liber *de curatione pleuritidis per ſanguinis miſſionem ad* HIPPOCRATIS *&* GALENI *ſcopum* Venet. 1536. 4. quæ mea eſt editio, Florent. 1551. 8. * Pugnat pro venæ ſectione ſaphenæ lateris contrarii pro Arabibus, contra CURTIUM, & venæ e directo ſectionem, nempe in principio cum materia fluctuat, nam in morbo jam adulto venam in cubito lateris adfecti ſecar. EJUS. *de doſibus medicamentorum* libellus in *collectione* Veneta prodiit anno 1579.

CLEMENTIS CLEMENTINI Amerini Archiatri Lib. de *preceptis medicinæ & de arte medicæ* Romæ 1512. prodierat. Ejusdem *Lucubrationes de re medica* editæ ſunt Baſileæ 1535. fol.

Doctior plerisque priorum & dictione mundiori uſus, & non ignarus veterum Romanorum, deditus aſtrologiæ, egit primo *de febribus* & nonnullis aliis morbis, tunc *de medicinis compoſitis* quod eſt *antidotarium*. Male ad annum 1468. ponitur a VVOLFG. JUSTO, qui meminerit *conſtitutionum epidemicorum* annorum 1513. & 1515. Una editus eſt ignotæ ætatis RICHARDI libellus *de ſignis febrium*, ſectatoris Arabum.

GERARDI de SOLO *Practica, introductorium juvenum Tract. de gradibus, libellus de febribus* Lugd. 1504. 4. *

BAPTISTÆ FIERÆ cujus cœna eſt, *Comment. in artem medicinalem definitivam* GALENI *cum* 4. Q. *de virtute movente pulſum* Q. *de phlegmatico & biblioſo æqualiter febrientibus, Tr. de intenſione & remiſſione* prodiit Mantuæ 1515. fol. Venet. 1548. fol. L. *

GABRIEL BIEL *ſermo medicinalis contra peſtem & de fuga peſtis quæſtio* Hagenoæ 1515. 4. * ſcolaſtici opus, longe antiquioris, niſi nomen fallit.

LUDOVICI CHARENSIS TOSETTI *introductorium in artem medicam practicam* Venet. 1515. fol. LIND.

HENRICI STROEMER *regimen vvie ſich vvieder die Peſtilenz zu bevvahren auch denen die damit begriffen hulfe zu reichen* Lipſ. 1516. 4. RIV. EJUSD. *ſaluberrimæ contra peſtilentiam obſervationes* (idem forte opus) Mogunt. 1517. 4. Lipſ. 1519. 4. * 1516. 4. RIV.

SIM. PISTORIS *regiment vvieder die ſchvvere und erſchrekliche krankheit die peſtilenz* Lipſiæ 1517. 4. RIV. editio ſecunda.

LAURENT. PHRYESEN'S *Spiegel der arzney* Straſburgi 1517. fol. 1529. fol. 1532. fol. *defenſio* AVICENNÆ ad *Germaniæ medicos* ibid. 1530. 4. * EJUS *de curandis puſtulis, ulceribus & doloribus mali Franzos* Baſil. 1532. 4.

PETR. ANT. RUSTICI *manuale medicorum canonice practicantium* Papiæ 1517. 8. EJUS *tabula de peſte, febri peſtilente, igne perſico,* Papiæ 1521. fol. *

LEONHARDI SCHMAUS *lucubratiuncula de morbo Gallico & ejus noviter reperta cura cum ligno indico* Auguſt. Vindel. 1518. 4. *

ULRICI de HUTTEN *de guajaci medicina & morbo gallico* Lib. I. Mogunt. 1519. 4. 1531. 8. prodiit Anglice Lond. 1539. 12. Gujaco ſe ſanatum credebat, ſed probabile reddit J. ASTRUCIUS non fidelem fuiſſe curationem. Melius, quam priores, lignum Guajacum deſcripſit.

Medici Romani NICOLAI LEONICENI *diſcipuli antiſophiſta* Bonon. 1519. 4. Edidit LUDOVICUS BONACIOLUS. Multa GALENI, HIPPOCRATIS, & ARISTOTELIS loca hic explicantur, & JOHANNIS ALEXANDRI ſpuriæ HIPPOCRATIS epidemiæ evertuntur.

MATTHÆI CURTII Ticinenſis, Patavini, & poſtremo Bononienſis Profeſſoris, Lib. *de curandis febribus* Patavii 1521. 4. dicitur prodiiſſe a LINDENIO, qui videtur error eſſe typographi, neque enim eo anno libros imprimebat MEJETTUS, ex multis editis libris notus bibliopola. Mea editio eſt Venet. 1561. 8. Collectio eſt ex Veteribus. EJUS Lib. *de venæ ſectione quum in aliis affectibus tum vel maxime in pleuritide* Lugd. 1532. 8. ſub titulo MATTHÆI de CURTE PL. Venet. 1534. 8. 1539. 8. quæ mea eſt editio, & cujus præfatio data eſt anno 1538. Hagenoæ 1534. 4. Lugdun. 1538. 8. Bonon. 1539. 4. LIND. Pugnat pro venæ ſectione in latere adfecto, contra Arabes. EJUSD. *doſandi methodos ad tirunculos* in collectione Veneta anni 1579. 8. prodiit.

VVENCESLAI BAIER *Conſilium de peſte,* Lipſ. 1522. 4. cum tractatu *de balneis Carolinis* 4. *

AMBROSII LEONIS *opus quæſt. tum aliis plerisque in rebus cum vero maxime in philoſophia & medicina* Venet. 1523. 4. * EJ. *caſtigationes adverſus* AVERRHOEN Venet. 1532. fol. cum ipſo AVERRHOE *.

LUDOVICI de LUCENA *de tuenda præſertim a peſte integra valetudine deque hujus morbi remediis* Toloſ. 1523. 4. N. ANT.

FRIDERICI CHRYSOGONI *de modo collegiandi, prognoſticandi & curandi febres* Venet. 1528. fol. * EJ.

CASP. KEPLERS *regiment vvieder die peſtilenz und giffrige peſtilenz fieber die ſchvvitz-ſuchs genannt* Lipſ. 1529. 8. *

SIMONIS RICHINI *de ſudatoria febris curatione* Colon. 1529. 4. *

Et jam magis magisque cum reliquis artibus etiam medicina convaleſcebat. Fonte medici

dici aperti ſunt circa hæc tempora GALENI verſiones procuratæ tum a GUIL. COPO Baſilienſi Helveto, FRANCISCI I. archiatro, qui jam Pariſ. 1513. 4. Lib. *de affectorum locorum notitia* vertit, tum inprimis ab egregio viro, & in hoc opere feliciſſime verſato, THOMA LINACRO qui Cantabrigiæ anno 1517. Lib. *de tuenda valetudine* & ex ordine multos alios latine reddidit. In eodem opere VESALIUS, CAIUS, aliique cum laude laborarunt. In HIPPOCRATE aliisque græcis medicis vertendis inprimis vitam trivit JANUS CORNARIUS (*Haubutt* quod equidem non *cornum* ſed *roſæ ſepium pomum* ſignificat) Zvviccavienſis, cujus labores jam paſſim laudavimus. Propria etiam aliqua edidit, inter quæ eſt *univerſæ rei medicæ epigraphe ſeu enumeratio* Baſileæ 1529. 4. 1551. 8. Lib. *de peſte* Lib. II. ibid. 1551. 8. *

Deinde opportunitate legendorum verorum fontium uſus PETRUS BRISSOT, Pariſinus medicus, qui apud Luſitanos artem cum laude exercebat, contra Arabes ſignum extulit, & venam in pleuritide non ex alterno, ſed ex directo latere morbi ſecari juſſit, longeque liberalius quam hæmophobus permiſerat AVICENNA, ſanguinem mittere præcepit, in *apologia de inciſione venæ in pleuritide* data Pariſiis anno 1525. & excuſa Baſil. 1529. 8. tum Venet. 1539. 8. quæ mea eſt editio, & recuſa a RENATO MOREAU 1622. 8. 1630. 8. quo equidem conatu magnos in ſe clamores excitavit, & pene perſecutionem, oſtendit tamen diſſentiri poſſe ab Arabibus & frequentes ſucceſſores invenit. Scripſit autem inprimis contra DIONYSIUM, archiatrum Regis Luſitaniæ.

FRANCISCI DELGADO *del modo di adoperare il legno ſanto, ovvero del modo che ſi guariſca il mal franceſe ed ogni mal incurabile* Venet. 1529. 4. *

SEBASTIANI ROI *concluſa* ARISTOTELIS *&* GALENI *graviſſimam pugnam diſcutientia* Lipſ. 1529. 4. *

JOHANNIS MANARDI Ferrarienſis, qui jam elapſo priori ſeculo florere cepit, & in Ungaria atque Polonia medicinam fecit, celeberrimi ſua ætate viri, ſunt *medicinales epiſtolæ, recentiorum errata & antiquorum decreta peritiſſime referantes* Pariſ. 1528. 8. Argentor. 1529. 8. Lugd. 1549. 8. LIND. Earumdem *Epiſtolarum medicinalium* Lib. XX. Venet. 1542. fol. Baſil. 1549. fol. Hanov. 1611. fol. cum titulo ἰατρoλoγία ſeu *curia medica* prodierunt. Epiſtolæ ab anno 1500. ad 1536. ſcriptæ ſunt. Acriter Arabes fere ubique reprehendit maxime MESUEN. Argumentum varium eſt, multa tamen practica. In venæ ſectione ſtat pro CURTIO. Aliquæ etiam MANARDI epiſtolæ recuſæ ſunt cum *epiſtolis* SYMPHORIANI CAMPECII & CORONÆI Lugdun. 1533. 8. & cum MASSÆ, MUNDELLÆ, THEODOSII, LARGI & aliorum epiſtolis Lugdun. 1537. fol. *

LEONHARDUS FUCHSIUS VVemdingenſis Suevo-Bavarus, Tubingæ docuit, & ipſe fontes Græcos conſuluit, Arabum hoſtis. Plurima ſcripſit, quorum magna fama fuit, nunc dudum evanuit. Edidit jam anno 1530. 4. Hagenoæ *Errata recentiorum medicorum* LX. *numero, adjectis eorumdem confutationibus*, in qua exſtant SEBASTIANI MONTUI *adnotatiunculæ* Lugdun. 1533. 8. 1548. 8. L. Deinde dedit *paradoxorum medicorum* Libros III. *in quibus Arabum ætatisque noſtræ medicorum errata indicantur, confutantur, &* SEB MONTUI *adnotatiunculæ exploduntur* Baſil. 1535. fol. Pariſ. 1546. 8. Varii argumenti ſunt, botanici, phyſiologici, practici, pathologici, fere perpetuo oppoſita Arabibus. EJUSD. *Libri tres difficilium aliquot quæſtionum & hodie paſſim controverſarum explicationem continentes* Baſileæ excuſi ſunt 1540. 4. * EJ. *de medendi methodo* L. IV. prodierunt Pariſ. 1539. 8. 1550. Baſil. 1541. fol. * EJ. *ſanandis totius corporis malis* Lib. V. Baſil. 1542. 8. EJ. *adpendix ad quinque morbos curandi rationem* Lugdun. 1548. 16. in qua chirurgia continetur. EJ. *methodus perveniendi ad ſolidam medicinam* Pariſ. 1546. 12. * EJ. *inſtitutiones medicinæ ad* HIPPOCRATIS, GALENI, VETERUM *ſcripta recte intelligenda utiles* L. V. Baſil. 1567. 1583. 8. 1615. 8. * Eas gallice vertit & edidit Lugduni GUILLIELMUS PARADIN Lyon 1552. * EJ. *Libri eriſtici* plurimi ſunt, ut CORNARIUS *furens* Baſil. 1533. 8. * *Adverſus* CHRIST EGENOLPHII *Typographi Francofurtenſis calumnias reſponſio* Baſil. 1535. 8. * *Apologia adverſus* GUALTERUM RYFF Baſil. 1536. 8. * *Apologia tres adverſus* G. PUTEANUM, qua aloen non aperire oſtia venarum oſtendit, *altera contra* SEB. MONTUUM, qua aliqua paradoxorum capita defendit: *tertia* adverſus H. THRIVERIUM in qua ſanguinem e directo partis adfectæ mittere ſuadet Baſil. 1540. 4. *Apologia qua criminationibus ac calumniis* J. PLACOTOMI *reſpondet* Francof. 1566. 8. * EJUSD. *opera omnia* prodierunt Francof. 1566. 1567. 1604. fol. III. tom.

Inſti-

Inſtitutiones Fuchſii prodierunt 1601. 8. Lugd. 1560. 8. quæ mea editio eſt. Commodum compendium medicinæ ejus ſeculi.

J. BENEDICTI *regimen de novo & prius Germaniæ inaudito morbo quem paſſim Anglicum ſudorem appellant præſervativum & curativum* Cracov. 1530. 8. Lund. EJ. *libellus de cauſis & curatione peſtis ad præſervationem & curationem ejus mali omnibus neceſſarius* reviſus & multis in locis auctus Cracov. 1552. 8. *

HIERONYMUS FRACASTORIUS Veronenſis, Philoſophus, Medicus, Aſtronomus, Poeta, excellentis ingenii vir, a civibus ſtatuam poſt mortem meritus eſt, & proprium biographum. EJUS Lib. III. *de contagionibus & morbis contagioſis* editi Venet. 1546. 8. Lugdun. 1550. 16. huc faciunt, in quibus peſtis, petechialis, tunc nova febris, & lues venerea, deſcribuntur. Febres eas rejecta venæ ſectione & purgatione ſanandas ſuſcipit pulveribus, bolaribus, abſorbentibus, tum acidis cardiacis, ſucco limonum, aceto. Lib. *de vini temperatura* ad diætam pertinet. *De ſiphilide* carmen Veronæ 1530. Baſil. 1536. 8. Antvverpiæ 1562. 8. & alias excuſum diximus in pathologicis. Opera omnia edita ſunt Venet. 1555. 4. 1584. 4. 1591. 8. * Genevæ 1637. 8. quæ mea eſt editio, Patavii 1739. 4.

Ante GALILÆUM Specillis ocularíis ſtellas contemplatum eſſe FRACASTORIUM oſtendit SCIPIO MAFFEI de fulmine pag. 85.

ANTONIUM MUSAM BRASSAVOLUM Ferraren. illaudatum dimittere nequeo, qui inſignis in ſanandis ægris fuerit, quos in anno...ad 1500. curaverit, AMATO teſte pag. 293. In *examine omnium looh decoctionum*, &c. Venet. 1553. 8. optime de *lue gallica* ſcripſit. Extant etiam EJUS *reſponſa ad quæſtiones* ALEXANDRI FONTANA *de morbo gallico & ligno indico*, omnia in collectione LUISINI.

CÆSAR OPTATUS in Lib. *de febre hectica* Venet. 1531. 4. edito ſaphenam ejuſdem lateris in pleuritide juſſit ſecari.

OPTATUM recuſum habeo cum *Savanarola*, Venet. 1552. fol. fuſum & antiqui ſaporis librum.

OTHO BRUNFELS Moguntinus, poliater Bernenſis, pius homo & diligens ſuo ævo ex veteribus & recentioribus collector, ſcripſit Argentorati 1532. 8. *Theſes ſeu locos communes totius rei medicæ*, item *de uſu pharmacorum deque artificio ſuppreſſam alvum ciendi*. IDEM *neotericorum aliquot medicamentorum in medicinam practicam introductiones* edidit ibid. 1533. 24. BERTRUCII nempe & aliorum. * EJUSD. *Spiegel der arzney* prodiit ibid. 1532. fol. EJUSD. *epitome medices ſummam totius medicinæ complectens* Antvverp. 1540. 8. Pariſ. 1540. 8. OSB. Venet. 1542. 8. edita eſt. * EJUSD. *iatrion medicamentorum ſimplicium continens remedia omnium morborum* Argentorati prodiit 1533. 8. vol. 2. ſecundum titulos morborum medicamenta ex veteribus recenſet, nullo delectu habito.

HIEREMIÆ THRIVERII *de miſſione ſanguinis in pleuritide* Lovan. 1532. 4. * *Adjectum eſt corollarium ſuper miſſionem ſanguinis in pleuritide* Antvverp. 1541. 8. * EJ. *de temperamentis morborum & opportunitate auxiliorum*. *Adjectus eſt Elenchus apologiæ* LEONHARDI FUCHSII *nuper emiſſæ de ſanguinis miſſione in pleuritide* Lovan. 1535. 4. * EJ. *methodus univerſæ medicinæ breviſſima & abſolutiſſima* edita a filio DIONYSIO Leid. 1592. 8. L. *

LAURENTII RUSII *hippiatricon* Lutet. 1532. fol. * an collectio veterum quæ eo anno prodiit?

JOHANNIS HASFURT *nova medicinæ methodus ex mathematicorum ratione curandi morbos* Ettlingæ 1532. 4. *

PAULUS TUCCA *de obſervantia curationis febrium juxta præceptorum ejus decreta* Neapoli 1532. 8. 1600. 8. LIND. Ex eo varia in *therapeute* excerpſit SEVERINUS.

LUDOVICI PANIZZA *quæſtio de phlebotomiis fiendis in omni dolore, in omnique apoſtemate, inflammationibus, præſertim in pleureſi* Venet. 1532. 4. Lib. EJUSD. *apologia commentarii de parca evacuatione in principio graviorum morborum a materia & mala non furioſa pendentium facienda ad mentem* HIPPOCRATIS Venet. 1561. fol. B. GOTT.

PAMPHILI MONTII Bononienſis *de ſubjecto medicinæ* Lib. I. *quatuor aphoriſmorum* HIPP. *interpretatio*, &c. Bonon. 1532. fol. Venet. 1545. 8. LIND. EJUSD. *methodus medendi* Aug. Vindel. 1540. 8. data anno 1539. Continet materiam medicam, phyſiologica & anatomica, denique methodum medendi ex indicationibus, ad ſaporem veterum.

FRANCISCI BONAFIDES Patavini Profeſſoris, *quæſtio de cura pleuritidis per venæ ſectionem* adver-

adverſus CURTIUM *cum epiſtola* MARTINI BROCARDI *medicorum principis atque monarchia* prodiit Venet. 1533. 4. In *epiſtola* monarcha laudat ad diverſionem ſectionem ſaphenæ ejusdem lateris ſub morbi principium; ad derivationem ſectionem venæ baſilicæ lateris oppoſiti. Ipſe BONAFIDES ſententiam Arabum defendit, in eodem nempe latere ſaphenam, ex altero baſilicam optime ſecari. Fatetur tamen, ſi plethora non adfuerit, & morbus adultior, poſſe etiam ejusdem lateris baſilicam ſecari. Provocat etiam ad experimenta ſua. Curationem reliquam pleuritidis addit, & iconem parum probabilem venarum pectus nutrientium.

PETRI FRANCISCI PAULI adverſus AVICENNAM *de vena ſectione tractatus* Venet. 1533. 4. LIND.

PAULI recuſus liber cum opuſculis Academiæ Florentinæ oſtendit, inconſtantem eſſe AVICENNAM, & ſibi & Galeno contradicere.

BERNHARDI UNGER *apologetica epiſtola pro defenſione Arabum compoſita Cum* S. MONTUI *annotatiunculis in* FUCHSII *errata medicorum recentiorum* Lugdun. 1533. 8. *

BASSIANI LANDI *dialogus qui barbaromaſtix ſeu medicus* inſcribitur. Venet. 1533. 4. L. EJUSD. *Iatrologia ſeu dialogi duo in quibus de univerſa artis medica, pracipue vero morborum omnium & agnoſcendorum & curandorum abſolutiſſima methodo differitur* Baſil. 1543. 4. Venet. 1557. 4. LIND.

GEORGII KRAUT *de principiis univerſalibus totius medicina tam theorica quam practica ex doctrina* AVICENNÆ *aliorumque congeſtus & tabulis magna ex parte explicatus* Hagenoæ 1533. fol. L.

SEBASTIANI MONTUI *annotatiuncula in errata recentiorum medicorum per* L. FUCHSIUM *collecta cum Epiſt.* UNGERI jam dicta, *& Epiſtola reſponſiva pro Gracorum defenſione in Arabum errata a* SYMPHORIANO CAMPEGIO *compoſita* Lugdun. 1533. 8. 1548. 8. LIND. EJ. *dialexeon medicinalium* Lib. II. *adverſus* Errata & Paradoxa L. FUSCHSII, *adjectus eſt libellus de his qua ad rationalis medici diſciplinam, munus, laudes, conſilia & pramia pertinent* Lugdun. 1537. 4. TEICHM.

J. de S. AMAND *de idoneo auxiliorum uſu* libellus, & CHRISTOPH. HEYL *artificialis medicina* cum libello BERTRUCII Mogunt. 1534. 4. L.

ACADEMIÆ FLORENTINÆ *opuſcula adverſus Arabes* Lugdun. 1534. 8. Ea Academia ſe GALENICAM appellavit, & Arabibus atque Barbaris bellum indixit.

Cæterum hac collectione continentur *Barbaromaſtix*, libellus jam dictus PETR. FR. PAULI & LEONARDI GIACHINI *adverſus* MESUEN *& vulgares medicos* tractatus.

A much profitable treatiſe againſt the peſtilence translated in Engliſh by TH. PAYNER Lond. 1534. 12. AMES. Auctorem non expreſſit.

JAC. GENGERI *conſilium de peſtis regimine, praſervatione & cura* Aug. Vind. 1534. 8. LIND.

Tabula dua curationum morborum ſtomachi & hepatis Argentor. 1534. fol.

In HENRICI CORNELII AGRIPPÆ *operibus* Lugduni 1535. 8. editis exſtat *Regimen ſeu antidotum adverſus peſtem ſecuriſſimum*. * Nihil magni vero firmive ab auctore occultæ philoſophiæ ſpero.

JAC. ALLAXINI *Medicina aliquot diſceptationes eruditiſſima quibus recentiorum & Arabum permulti errores ad veterum diſciplinam appenduntur* Pariſ. 1535. 8. LIND.

MATTHÆI VICECOMITIS *regimen contra peſtem* Venet. 1535. 8. L.

ALEXANDRI TRAJANI PETRONII *propoſita ſeu aphoriſmi medici* 149. Venet. 1535. 8. L. EJ. *de alvo ſine medicamento mollienda* Rom. 1581. fol. cum Lib. *de victu Romanorum*.

JOH. DIURII *ſcrinium medicina ſive aphoriſmi & collectiones medicinales* Pariſ. 1536. 8. L.

MAG. MENGHI Faventini *de omnibus generibus febrium & de morbis particularibus a capite ad pedes* Venet. 1536. fol. MEIB.

HIERONYMI ACORAMBONI Eupetii Patavini Profeſſoris, *tractatus de lacte nunc primum impreſſus* Venet. 1536. 8. Romæ LEONIS X. ævo medicinam exercuit, dudumque hunc librum ſcripſerat, quo demonſtrat, poſſe lac in febre putrida dari; Multa utilia admiſcet; de venæ ſectione in gravidis, lactis in phthiſi uſu felici, capræ lactis & caprilis lactis utilitate in febre putrida & declinatione febrium longarum; multa de lactis & ſeri qualitatibus.

FRAN-

FRANCISCI EMERICI *medicorum auxiliorum dexter uſus ad veram* HIPPOCRATIS *&* GALENI *mentem* Norimberg. 1537. 4. L.

JAC. SCHOLL *apologia ad medicinam applicatio brevis ex probatiſſimis auctoribus... Faſciculus totius medicinæ Theſes aliquot rei medicæ complectens* Argentin. 1537. 4. L.

MICHAELIS VILLANOVANI (SERVETI celebris hæretici) *ſyruporum univerſa ratio ad* GALENI *cenſuram diligenter expolita & ... vera purgandi methodus cum expoſitione aphoriſmi Concocta Medicari* Pariſ. 1537. 8. Venet. 1545. 8. Lugd. 1546. 8. L. *

J. FRANCISCI BRANCALEONIS *dialogus de balneorum utilitate cum ad ſanitatem tuendam, tum ad morbos curandos ex* HIPPOCRATE, GALENO *cæteriſque medicis excerpta* Pariſ. 1536. 8.

ALPHONSI FERRI Lib. IV. *de* L. *ſancti multiplici medicina & vini exhibitione* Rom. 1537. 8. Baſil. 1538. 8. * Pariſ. 1542. 12. L.

ALOYSII MUNDELLÆ *epiſtolæ medicinales auctæ & recognitæ & annotationes in* BRASSAVOLÆ *examen ſimplicium medicamentorum* Baſil. 1538. 8. 1543. 4. Ab Arabibus etiam ad Græcos tranſiit, & eorum auctoritatibus pugnavit. EJUSD. *Epiſtola ad* JOSEPHUM VALDANIUM *qua tractatur quæſtio, utrum in lienis affectibus ſecanda ſit vena quæ eſt ad annularem digitum ſiniſtræ manus*, Patav. 1567. 8. L. EJUSD. *dialogi medicinales* X. Tiguri 1551. 4. L. EJUS *theatrum* GALENI diximus.

THOMÆ PHILOLOGI *mali gallici ſanandi modi omnes*, Venet. 1538. 4. *

ANDREÆ VESALII CAROLI V. & PHILIPPI II. medici, magni anatomici, *epiſtola docens venam axillarem dextri cubiti in dolore laterali ſecandam & melancholicum ſuccum ex venæ portarum ramis ad ſedem pertinentibus purgari*, Baſil. 1539. 4. Eo tempore Hiſpani medici BRISSOTI ſectatores tamquam hæreticos coram judicibus adcuſabant. Noſter ex anatome non ſatis adcurata defendit, dextri cubiti venam, ut proximam venæ ſine pari, in utriuſque lateris pleuritide ſecare oportere. Permittit tamen etiam venæ pedis ſectionem. EJ. Epiſtolæ *de uſu radicis chinæ*, Baſil. 1546. fol. Lugd. 1547. 16. anatomica quidem eſt maxima ex parte, chinæ tamen radici parum tribuit & oſtendit, ab eo remedio CÆSAREM parum adjutum eſſe. EJUSD. *conſilium pro viſu partim depravato partim abolito* Baſil. 1583. fol. cum MONTANO. EJ. *conſilia de arthritide* in collectione Francofurtenſi 1592. 8.

VICTORIS TRINCAVELLI Veneti *de vena ſecanda in pleuritide rudimentum*, Venet. 1539. 8. quæ mea eſt editio 1563. 8. quæ LIND. cum libello BRISSOTI & CURTII. Sententia VICTORIS eſt, ſi magna plethora adfuerit, & in mora periculum, ex loco quam maxime remoto revellendum eſſe, eaque ipſi cum Arabibus communis eſt. Si malum mediocre fuerit, poſſe ſufficere venæ ſectionem e directo largiter. EJUSD. *Epiſtola an in morbi initio ante concoctionem purgare tunc ſolum liceat cum materia turget*, Patav. 1567. 8. L. EJ. *Conſilia medica per locos communes* digeſta: *Epiſtolar.* Libri III. *Tractatus tres de.. venæ ſectione in pleuritide, febre peſtilentiali*, Baſil. 1587. fol. * EJ. *de cognoſcendis & curandis morbis tam externis quam internis opus elaboratiſſimum*, Baſil. 1607. & 1639. 8. ENDT. EJ. *opera omnia* Lugdun. (ſeu Venet.) 1586. fol. Venet. 1599. fol. * EJ. *controverſiarum medicinalium practicarum* Libri V. *opus poſthumum*, Francof. 1617. 4. L. *

GUIL. BUDÆI *de curandis articularibus morbis commentarius*, Pariſ. 1539. 8. *

AMBROSII JUNGEN *nützliche unterrichtung vvie man ſich in dieſen ſchvveren läuften der peſtilenz halten ſoll*, Augſpurg 1539. 4. HAEN.

ANDREAS THURINUS archiater pontificius jam anno 1528. contra CURTIUM ſcripſit pro venæ ſectione lateris oppoſiti, ut video ex GUASTAVINIO. Sed in nullo catalogo eam editionem reperio. Habet autem LINDENIUS *reſponſiones contra* CURTIUM *de vena in pleuritide ſecanda*, Bonon. 1543. 4. *Epiſtolam contra eumdem* CURTIUM *de eodem argumento*, Pariſ. 1538. 4. quæ forte eſt prima illa, de qua quæro, & *de curatione pleuritidis per venæ ſectionem cum eadem Epiſtola* Lugdun. 1537. 4. eadem procul dubio editio, quam repetit LINDENIUS cum anno 1597. In principio morbi ſecat venas oppoſitas, in ſtatu venas e directo, ad deliquium uſque animi. Porro *defenſio contra* M. ANTONIUM MONTISIANUM *quod non in omni febre putrida conveniat venæ ſectio*; Romæ prodiit 1549. fol. * & *de Embrocha nova ſeu Duccia artificiali qua utuntur Florentini ad varios morbos*, Lugd. 1537. 4. quæ omnia repetuntur in operibus Romæ 1549. fol. editis. Sed eumdem virum lego, cum ſerio pleuritide ipſe laboraret, venæ ſectionem non ex ſua, ſed ex Græcorum theoria admiſiſſe.

LEON-

LEONHARDI JACCHINI *adverſus* AVICENNAM, MESUEN *& vulgares medicos omnes*, Lugdun. 1540. 8. L. EJ. *acutorum morborum curatio* ibid. eodem anno L. EJ. *methodus curandarum febrium per* RODERICUM FONSECAM edita Piſis 1615. 4. Baſil. 1625. 8. L. EJ. *opuſcula elegantiſſima de rationali curandi arte : de acutorum morborum curatione : quæſtiones naturales*, Baſil. 1563. 1567. 4. 1589. 8. Lugd. 1622. 4. L.

ANTONIUS GALLUS *de ligno ſancto non permiſcendo*. ID. *in imperitos fucatoſque medicos*, Pariſ. 1540. 8. *

VALENTINI POLIDAMI *aliquot nuper ſcripti Libri de re medica*, Baſil. 1540. 8. *

Epitome medica Antvverp. 1540. 8. Varia habet botanica ex PLINIO & THEOPHRASTO, & catalogum plantarum ſecundum temperamenta & qualitates tertias, denique practica aliqua.

Fundament der Medicynen en Chirurgie, Antvverp. 1540. fol. *

CHRIST. HEGENDORPHINI *Antidotum contra peſtilentiam*, Lipſ. 1540. 8. *

ANTONII LUDOVICI *opera medica*, Ulyſſip. 1540. fol. * LIND. habet 1543.

REMARCLI FUCHSII *morbi hiſpanici quem alii gallicum, alii neapolitanum vocant, curandi per guajaci decoctum exquiſitiſſima methodus*, Pariſ. 1541. 4.

De PARACELSO jam aliquoties dictum eſt, homine noſtrate, nato ex familia Abbatiſcellana *Höhiner*, & pago *Gaiſſ*, qui primus medicorum Germanice in Academia docuit. Ignarus equidem, inque anatome ſuper omnem fidem rudis, pathologiæ & ſemeiotices (excepto forte lotio) expers, vanus rerum ſuarum laudator, novam tamen ſectam condere ſuſcepit, quæ morbos non aleret ad Galenicorum morem, ſed ſubito validiſſimis medicamentis quaſi obtruncaret. Famam maximam in Germania adeptus turpethi mineralis & mercurii in lue venerea non ſatis noto uſu, & opio ſive laudano, eo faciliores coævos reperit, qui ſibi auſcultarent. Inde ea ſecta nata eſt, quæ varias præparationes chemicas moliretur, atque eas ad morbos, quibus videbantur convenire, exiguo cum judicio, abſque diſtinctione cauſarum & temporum, adplicaret. Hi homines venæ ſectionem diætamque antiphlogiſticam in febribus ſuſtulerunt, earumque loco calidam & ſudoriferam curationem introduxerunt. Morbos non mediis eorum cauſam tollentibus, ſed arcanis ſpecificis tollere ſunt conati. Literas, anatomen neglexerunt. Illa tamen ſecta in Germania ita regnavit, ut vix ullus apud principem archiater reperiretur, quin ſcholis chemicis innutritus foret. Neque hodie *arcanorum chemicorum* laudes penitus deferbuerunt. Scripta varia PARACELSI huc pertinent, ſi legi mererentur, pleraque ab ejus morte edita, quæ in annum 1541. cadit. *De vita longa* Libri V. *cum commentariis* GERHARDI DORN, Francofurt. 1560. 8. 1583. 8. * EJ. *De reſtituta utriuſque medicinæ vera praxi*, Lugdun. 1578. 8. * EJ. *Methodus pharmacandi vvas ein artzt in dem menſchen zu purgiren hab*, Strasburg. 1578. 4. * EJ. *centum quindecim curationes & experimenta cum annexis quibuſdam* PENOTI, Baſil. 1582. 8. * EJ. *klage uber ſeine diſcipel und leichtfertige aerzte*, Baſil. 1594. 4. * EJ. *Von den gradibus und compoſitionibus der recepten und natürlichen dingen*, Strasburg. 1608. 8. *Paragraphorum* etiam Libri 13. Baſil. 1571. 4. & *Archidoxa* ibid. 1570. 4. germanice prodierunt. In *operibus omnibus* multa huc adhuc ſpectant, quæ Francof. 1603. 4. vol. 4. Baſil. 1589. 4. Argentorati germanice 1607. 4. decem tomis & 1616. fol. & Genevæ 1658. fol. vol. 3. ex prelo exierunt, ut *Paramirum de quinque entibus omnium morborum : labyrinthus medicorum errantium cum admonitione ut medicinam ex aliis Libris quam quos hactenus legerunt, addiſcere ſtudeant: de peſte: morbis ex tartaro* Libri II. *de medicinis & cauſis morborum tartareorum: de morbis amentium: origine cauſiſque hydropyſis, apoplexiæ, uteri*, &c. *de caducis: de febribus: conſilia ægrotis utilia: de phlebotomia: Liber meteororum*.

JACOBUS SYLVIUS Ambianus, vir eruditus, utriuſque linguæ peritus, & antiquorum, ut acerrimus defenſor, ita lector induſtrius, Hippocraticæ medicinæ in Academia Pariſina reſtitutor, avarus cæterum & ſectarius homo. Varios libellos edidit, ut *morborum internorum curationem brevi methodo comprehenſam* ex GALENO & GATTINARIA, Venet. 1549. 8. (1548. ponit L.) & Pariſ. 1554. 8. Tiguri 1555. 8. *De febrium differentiis, peſte*, &c. jam dixi. *Quæſtio de vini exhibitione in febribus*. *Conſilium de arthritide* in collectione Francofurtenſi anno 1592. prodiit. Opera omnia cum vita ſcriptoris RENATUS MOREAU edidit Genevæ 1635. fol. Lugd. 1549. 16. quæ mea editio eſt.

TERTII DAMIANI *Theoria medicinæ & chirurgiæ*, & Liber περὶ ἱδρωτος *tempore quo hoc malum ſæviit concinnatus*, Antvverp. 1541. 4. PASCH. GALL. *

ANTONII GAZII libellus *quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant, ſeu de ratione evacuandi*, Baſil. 1541. fol. & cum CATALANI *regulis curationis* ibid. 1565. 8.

JOHANNES GUNTHER vulgo GUINTERUS Andernacenſis, per multos annos Profeſſor Pariſinus, VESALII præceptor, in magno ſenio exſtinctus. EJ. *de victus & medendi ratione tum alio tum peſtilentiæ tempore obſervanda* Liber prodiit Argentor. 1542. 8. EJ. Liber idem forte eſt *de peſtilentia*, Argentor. 1565. 8. Idem eſt procul dubio *bericht regiment und ordnung wie die peſtilenz und peſtilenziſchen fieber zu erkennen und curieren ſeyen*, Strasburg 1564. 4. * EJ. eſt *kurzer auſzug des büchleins von der peſtilenz für den gemeinen mann*, Strasburg 1564. 4. *De medicina veteri & nova tum cognoſcenda tum facienda*, Baſil. 1571. fol. vol. 2. *Gynaciorum commentarius de gravidarum, parturientium, puerperarum, & infantum cura* a J. G. SCHENKIO editus, Argentor. 1606. 8. *

JODOCI WILLICHII Reſellani *obſervationes medicæ in* L. LACTANTII Librum *de opificio Dei*, Francof. ad Viadr. 1542. 8. EJ. *nutzliches regiment von der peſtilenz*, Francof. ad Viadr. 1554. 4. * Anatomici, ut nunc video, argumenti.

ANDREÆ a LACUNA *compendium curationis & præſervationis febris peſtilentialis*, Argentor. 1542. 8. Antwerp. 1556. 8. Hiſpanice Salmanticæ 1560. *

GUALTHERUS HERMANNUS RYFF, inſignis compilator, edidit Argentorati 1542. 12. *enchiridion medicinæ theoreticæ & practicæ*. *

J. D. BELLOVACI *ſcrinium medicum ſive aphoriſmi & collectiones medicinales*, Argentor. 1542. 12. *

NICOLAI MASSÆ Veneti, anatomici & practici non vulgaris, qui plerumque propria experimenta ſecutus ſit, ſunt, *Epiſtolæ medicinales & philoſophicæ*. Earum Tomus I. Venetiis 1542. 4. prodiit. *tomus uterque* ibid. 1550. 4. & auctius 1558. 4. quæ mea eſt editio. Pleræque ſunt practici argumenti, & conſilia ad varios morbos continent. EJ. *examen de venæ ſectione & ſanguinis miſſione in febribus ex humorum putredine ortis ac in aliis præter naturam affectibus*, Venet. 1560. 4. & 1568. 4. L.

JACOBI FERDINANDI *de regimine a peſte præſervativo libellus*, Cracov. 1543. 8. L.

JOH. KUFNER *adverſus peſtilentiam locis compluribus exitialiter graſſantem cephalæam .... ejuſdem accidentarios caſus tabella curativa* Ingolſtad. 1543. 8. RIV. EJ. *de vitanda & profliganda epidemica contagione epiſtolium prophylacticum* ibid. 1544. 8. RIV.

JOHANNES CAIUS Archiater EDUARDI VI. vir eruditiſſimus & in eruendis Veterum codicibus felix & indefeſſus, qui *Librum* I. *de decretis* HIPPOCRATIS & PLATONIS, *Librum* HIPPOCRATIS *de pharmacis: fragmentum* Libri VII. GALENI *de uſu partium: fragmentum quod deerat Libri de ptiſana* & alia monumenta veterum oblivioni eripuit, & multa Græca feliciter Latine vertit. Edidit *Libros* II. *de medendi methodo ex* GALENI & J. B. MONTANI *ſententia*, Baſil. 1544. 8. 1558. 8. * Reliquos libros jam citavi.

THADDÆUS DUNUS Locarnenſis, GESNERI amicus, edidit *de ratione curandi per venæ ſectionem Libros* III. Pariſ. 1544. 8. recuſos Tiguri 1570. 8. quibus ibidem quartus acceſſit 1571. 8. & 1579. 8. L. * EJ. *nova conſtitutio artis revellendi, derivandi & evacuandi per venæ ſectionem*, Tiguri 1577. 8. * in quo opere pugnat pro revulſione ad loca remota contra GALENUM & FUCHSIUM. An hi cæterum Libri a prioribus differant valde dubito. EJ. *muliebrium morborum omnis generis remedia ex* DIOSCORIDE, GALENO, PLINIO, *Barbariſque & Arabibus*, Argentor. 1565. 8. & alphabetica tabula eſt, & alia ſecundum facultates medicamentorum. EJ. *epiſtolæ medicinales* (in quibus *de curatione pleuritidis & morborum articularium tractatur*) & *miſcellaneorum de re medica Liber*, Tiguri 1555. 8. & multis locis auctiores 1592. 8. ibid. cum Libro *de ſemitertiana*.

LUDOVICI LOBERA de AVILA *de las quatro enfermidades corteſanes gota artetica ſciatica mala de piedra rinones y mal de bubas* 1544. fol. ANT. EJ. *regimiento de la ſalud de la eſterilidad de hombres y mugeres y enfermidades de los rinones*, Pinciæ 1551. N. ANT.

JOHANNIS THIBAULT gallica lingua ſcriptus *Theſaurus remediorum præſervativorum & curatoriorum peſtis & aliarum febrium peſtilentialium, tum de cauſis podagræ, remediis epilepſiæ, apoplexiæ, pleuritidis*, Pariſiis prodiit 1544. PASCH.

THOMAS PHAYER *a bock of children: the regimen of life: a treatiſe of the peſtylence*, Lond. 1544. 8. 1553. 24. 1560. 8. AMES.

NICOLAUS MAGNUS *de medicis pulveribus*, Pariſ. 1545. 8. *

J. de

J. de AVINNON *medicina hiſpalenſis*, Sevilla 1545. 4. ANT.

LIONELLI FAVENTINI de VICTORIIS *practica medicinalis cum ſcholiis* J. KUFNERI Ingolſtad. 1545. 4. * EJ. *de ægritudinibus infantium cum app.* KUFNERI, Lugdun. 1574. 8.

PETRI GORRÆI *praxis medicinæ quovis illuſtri titulo inſcribendæ*, Venet. 1545. LIND.

Anoymi *praxis medicinæ cum* DIOCLIS *epiſtola & nonnullis* CELSI, Venet. 1545. 8. L.

M. ANTONII SEVERINI *Quæſtiones medicinales adverſus antiquos & noſtræ ætatis medicos*, Venet. 1545. 1546. 4. LIND. & Lugdun. 1555. 16. *

JOHANNES FERNELIUS Claromontanus, qui vulgo Ambianus dicitur, Profeſſor Pariſinus & Regum medicus, inter primos ſuo ævo floruit, elegantia, matheſeos cognitione, libertate ſentiendi, perpetua diligentia, & ingenii acumine inſignis, honoratus & dives. Multa ſcripſit. *Liber de purgandi ratione* prodiit Pariſiis 1545. 8. Lugdun. 1548. 8. Venet. 1549. 8. Hanoviæ 1603. 8. & alias. *Therapeutice univerſalis*, prius quam perfecta eſſet, auctore exſtincto abrupta eſt. Quæ ſuperſunt *de cura morbi*, *de venæ ſectione* (in qua CURTII rationem ſecutus eſt) poſthuma prodierunt cura GUILIELMI PLANCII, Lugdun. 1569. 8. *Febrium curandarum methodus generalis* & ipſa poſthuma edita eſt Francof. 1577. 8. *Experimenta medicamentorum facile parabilium*, Francofurti prodierunt 1570. 8. * *Conſilia*, Francof. (& Pariſiis) 1585. 8. Hanoviæ 1607. 8. L. *de luis venereæ ſeu morbi gallici curatione*, Antvverpiæ 1579. 8. Patav. 1580. 8. in qua, minus laudabili opinione uſus, argentum vivum rejecit. *Conſilia de arthritide* in collectione, Francof. 1592. 8. recuſa ſunt. *Univerſa medicina* ſeu opera quæ tunc prodierant una excuſa ſunt, Venet. 1564. 4. * & Pariſ. 1567. fol. * deinde plenius cum eodem titulo, Francof. 1577. fol. & 1592. fol. 1607. 8. Hanov. 1610. fol Leid. 1645. 8. 2. vol. & pleniſſime cum adjectis *notis & obſervationibus* J. & OTTHONIS HEURNII, Ultrajecti 1656. 4.

Iterum adhuc plenius HEURNIUS prodiit Genev. 1649. fol. ut audio, nec enim ea editio præſto eſt.

HIERONYMUS CARDANUS Mediolanenſis, ſingularium amator, ex peregrinationibus & varia eruditione doctior, hinc lectu non inutilis, ingenii liberrimi, Algebræ laude inſignis, ſed credulus aſtrologiæ, & magiæ, & in theorias ſuas pronior, varia uſus fortuna & multis inimicitiis vexatus, bis rejectus a collegio medicorum patrio (CORTE p. 75.) anno 1544. Profeſſor Patavinus, amicus VESALI, vanus & περιαυτόλογος, plurima edidit non inutilia neque ingrata lectu, etſi cum auctore minime ſentias, neque ubique ſecurus fidem adhibeas narranti. EJUS Liber *de malo recentiorum medicorum medendi uſu centum errores illorum continens*, Venet. 1545. 8. 1548. L. Pariſ. 1565. 8. * EJ. *contradicentium medicorum* Libri II. Lugdun. 1548. 4. Marburg. 1607. 8. * Editio mea eſt, Paris 1565. 8. EJ. *de methodo medendi ſectiones* 4. *quarum prior eſt de erroribus recentiorum medicorum, altera de ſimplicium nocumentis, tertia de curationibus admirandis, quarta conſiliorum*, Pariſ. 1565. 8. * EJ. *opuſcula artem medicam exercentibus utiliſſima de cynæ radice: conſilium pro difficultate ſpirandi: conſilium pro fluxu ſanguinis coercendo: conſilium pro lepra: cum actione in calumniatorem Libri de ſubtilitate* (SCALIGERUM) Baſil. 1559. 8. L. Aliqua etiam *conſilia* cum *commentario* in HIPPOCRATIS *de aere, aqua & locis* prodierunt Baſil. 1570. fol. EJ. *ars curandi parva, quæ eſt abſolutiſſima medendi methodus* & conſilia atque hiſtorica continet, Baſileæ excuſa eſt 1566. 8. 2. vol. L. EJ. *opuſcula medica ſenilia de rationali curandi ratione: de facultatibus purgantium: de morbo regio* poſthuma prodierunt Lugduni 1638. 8. * In Libris *de ſubtilitate* multa huc pertinent, ut vires medicamentorum, etiam noviter detectorum, curationes, inciſiones cadaverum, de calculis, venenis, morbis raris obſervationes. Opera omnia Genevæ 1620. fol. 10. vol. & pleniſſime Lugduni 1663. prodierunt fol.

ALPHONSI GOMEZ *de humorum præparatione adverſus Arabes*, Hiſpali 1546. 8. *

JOACHIMI VADIANI medici, poetæ, rhetoris, geographi, theologi, Profeſſoris Viennenſis, inde ſenatoris Sangallenſis in Helvetia *conſilium contra peſtem*, Baſil. 1546. 8. *

CHRISTOPHORI BALLISTA *de re medica* Libri V. Tigur. 1546. 8. *

ALOYSII TRISSINI *problematum medicorum* Libri VI. *ex* GALENI *ſententia*, Baſil. 1547. 8. 1548. 8. Patav. 1629 8. LIND.

J. PETRUS MERENDA *de ratione evacuandi* Libri III. Baſil. 1547. 8. (& 1555. 8. LIND.)

BERNHARDINI PATERNI *de humorum purgatione circa morborum initia tentanda*, Rom. 1547. 8. Spir. 1581. 8. L. Collector locorum ex veteribus.

DONATI ANTONII ab ALTOMARI *methodus alterationis, concoctionis, digeſtionis, præparationis, purgationis ex* HIPPOCRATIS *&* GALENI *ſententia*, Venet. 1547. 4. & auctius ibid. 1558. 4. * EJ. *ars medica de medendis corporis humani morbis*, Neapoli 1553. 4. Venet. 1558. 8. 1568. 1570. 4. LIND. Harderovici 1656. 8. &c. paſſim cum PETRI SALII DIVERSI in hoc opus obſervationibus. EJ. *ars medica de curandis febribus*, Neapol. 1554. Venet. 1562. 4. L. EJ. *opuſcula medica primum in unum collecta & recognita*, Venet. 1561. 4. * EJ. *opera omnia* Lugd. 1565. fol. 1586. fol. *

ALPHONSI LUPEI de CORELLA *enchiridion ſeu methodus medicandi* Cæſar. Auguſt. 1549. 12. Valentiæ 1581. 16. N. ANT. EJ. *de arte curativa* Libri IV. Stellæ Navarræ 1555. 8. EJ. *de febre maligna &* GALENI *placitis* ibid. 1574. 8. N. ANT. EJ. *de morbo puſtulato*, Valent. 1581. 4. * ANT.

JULII ALEXANDRINI a NEUSTAIN archiatri Cæſaris non I. Maximiliani ut STOLLIUS, ſed II. ἐναντιωμάτων 64. GALENI L. Venet. 1548. 8. * EJ. *Antiargenterica pro* GALENO Venet. 1552. 4. * EJUSD. *antiargentericorum ſuorum adverſus* GALENI *calumniatores defenſio*, Venet. 1564. 4. * EJ. *Epiſtola ad* ANDREAM CAMUTIUM *qua agitur de 4. dubiis, 1. an in intermittente tertiana altera die ſanguis mittendus. 2. an ſanguis in bilioſo maxime abundet. 3. an in declinatione ratione imminentis alterius morbi mori quis poſſit. 4. an piper ad jecur perveniat* cum CAMUTII *excuſſione graviſſimi morbi*, Florent. 1580. 4. * LIND.

ANTONII FUMANELLI *de peſtis curatione* (& de *compoſitione medicamentorum*) Venet. 1548. 8. EJ. *Opera medica varia tum ad tuendam ſanitatem, tum ad profligandos morbos*, Tigur. 1557. fol. *

CAMILLI THOMAI Ravennatis *rationalis methodus ad omnes fere curandos morbos internarum partium corporis humani*, Venet. 1548. LIND. cum BENEDICTI VICTORII Empirica, & mihi cum ead. ibid. 1555. 8. atque apud alium bibliopolam eodem anno cum J. SYLVII *commentario de febribus ex Libris* HIPPOCRATIS *&* GALENI *plurima parte ſelectis* 8. Addit LIND. Pariſiis anno 1550. 12. Francofurti 1598. 8. 1626. 8. recuſam eſſe. Breve & ægræ utile compendium.

JASONEM a PRATIS diximus in pathologicis.

J. F. BOCHALINI *apologia adverſus aliquot* DONATI MUTII *in* HIPPOCRATEM *&* GALENUM *convicia & de ſecanda vena in prægnantibus epiſtola*. Brixiæ 1549. 4. L.

J. ANT. BOCZAVOTRA *tractatus quatuordecim methodi medendi ex* GALENO Neapol. 1549. 8. *

PAMPHILI FROREMBENI *collectanea de febribus*, Venet. 1550. 8. *

GABRIEL GABLIELIS *in quæſtionem* HIERONYMI BONIPORTI *de materiæ imminutione in principio morbi diſſolutiones*. EJUSD. *de totius evacuandæ materiæ ratione explicatio*, Patav. 1550. 4. L.

DIONYSII FONTANONI *practica medica ſeu de morborum internorum curatione* Libri IV. Lugdun. 1550. 8. &c. & alias LIND. *

JOHANNES ARGENTERIUS Turinenſis, parum clinicus, & parcus citator experimentorum, ſed acuti ingenii homo, qui auſus ſit, eo ſeculo, multa in GALENUM moliri. EJUS Librum *de conſultationibus medicis*, Florent. 1551. 8. diximus. IDEM *de erroribus veterum medicorum* ſcripſit, Florent. 1553. fol. EJ. Libri XIV. *de morbis* Florent. 1556. fol. jam citati ſunt. EJ. *de vi purgantium medicamentorum* qui libellus prodiit in operibus omnibus Venet. 1592. fol. Hanov. 1610. fol.

DOMINICI MUTII *quæſita quatuor medicinalia juxta* HIPPOCRATIS *&* GALENI *ſententiam examinata, an pueros citra 14. annos purgare liceat, 2. an in quolibet morbo magno aſſentientibus viribus & ætate mittendus ſit ſanguis, 3. an in morborum principio purgandum, 4. an in morbi argumento vacuare ſeu purgare expediat*, Venet. 1551. 8. Pariſ. 1555. 16. Lugd. 1577. 12. * LIND.

FRANCISCI RAPARDI *magnum & perpetuum almanach a conſuetis nugis liberum adeoque vere medicum de phlebotomia, balneis, purgationibus certiora præcepta continens*, Antverp 1551. * L.

JACOBI CORNICII *adverſus luis contagia in dialogi formam digeſtum* προφυλακτικὸν VVitemb. 1551. 8. VVormat. 1563. 8. quæ mea eſt editio. Ex ſeculi ſapore.

CHRI-

CHRISTOPH. STADMION *bericht vvie man ſich in ſterbens laüften halten ſoll*, Coburg. 1551. 4. * RIV.

THIERRY de HERY *methode curatoire de la maladie vénérienne vulgairement appellée groſſe verole & de la diverſité de ſes ſymtomes* Pariſ. 1552. 8. * Ab Italiæ medicis didicerat veram methodum expugnandi mali. Non tamen ſanavit FRANCISCUM I., nam eum ANTON. le COQ curavit anno 1539. quo demum anno THEODORICUS Italiam adiit, ASTRUCIO teſte.

J. PHILIPPUS INGRASSIAS Rachalbutenſis Siculus, ejus regni archiater, doctus homo in veterum ſcriptis & Arabum, neque abſque experimento, ſuperſtitioſus autem & acerbus in adverſarios & avarus, tenax cæterum decoris artis ſuæ & in recipiendis medicis difficilis, niſi ſpecimen artis edidiſſent. In libro *de tumoribus*, Neapoli 1553. fol. edito etiam inflammationes morbosque inflammatorios, tum carum & lethargum deſcripſit, & multa veterum loca aut conciliavit aut correxit. EJ. *quæſtio de medicamento purgante atque obiter de ſanguinis miſſione an ſexta die poſſit fieri*, Venet. 1568. 4. Defendit fieri poſſe, accuſat medicos, qui cum ægrum purgare nollent, mortis ipſi cauſa fuerint. Una prodiit Quæſtio *utrum victus a principio ad ſtatum uſque procedere debeat ſubtiliando*, & *Quod veterinaria cum nobiliori medicina ſit* apologia nempe quod accipitrem proregis deligatione adjuviſſet. Lego apud LEONARDUM a CAPOA T. II. *ragionam.* VI. p. 68. voluiſſe INGRASSIAM veterinarios ſuo judicio ſubjicere, ſed proregem avaritiæ ejus obſtitiſſe. EJ. *de frigida potu poſt purgans*, Mediolan. 1586. 4. * EJ. *raggionamento fatto ſopra l'infermità epidemica dell' anno* 1558. Panorm. 1560. 4. * EJ. *informazione del peſtifero e contagioſo morbo il quale affligge la città di Palermo dell' anno* 1575. 1576. Panorm. 1576. 4. qui liber idem eſt forte quæ *brevis methodus curandi peſtiferum contagium quod anno* 1575. & 1576. *Panormum invaſit* edita a JOACHIMO CAMERARIO cum aliis de peſte operibus. EJ. *iatrapologia L. quo multa adverſus barbaros medicos diſputantur*, Venetiis anno 1544. ni fallor prodiit 8. nam annus non additur. Cum ea prodiit *Quæſtio* quam LINDENIUS ait excuſam fuiſſe Panormi 1545. 8. *utrum in capitis vulneribus, phrenitide atque pleuritide exſolvens nuncupatum medicamentum, an leniens tantum congruens ſit*. INGRASSIAS reſpondet, ſi febris mitis fuerit, vel vulnus capitis omnino abſque febre, purgari poſſe pro lubitu, prudentius ſi febris valentior, & adhuc lenius, ſi meninges inflammatæ ſint. Arabes ubique refutat.

J. BAPTISTÆ THEODOSII *medicinales epiſtolæ in quibus complures variæque res ad medicinam ſpectantes diſertiſſime traduntur*, Baſil. 1553. 8.

HERCULIS BONACOSSI *de curatione pleuritidis ab* HIPPOCRATIS, GALENI, AETII, ALEX. TRALLIANI, PAULI ÆGINETÆ, PHILOTHEI *monumentis depromta*, Bonon. 1553. 4. L. Nonne EJUSDEM eſt, etſi legi HENRICI BONACOSTI nomen, *de humorum exſuperantia, jejuniis ac therapiis medicamentiſque purgativis oppugnanda, de curatione catarrhi & modo præparandi ligni ſancti*, Bonon. 1553. 4. *

J. FRANCISCI ROTÆ *de introducendis Græcorum medicaminibus*, Bonon. 1553. fol. *

FRANCISCI de VALLERIOLA *enarrationum medicinalium* Libri VI. *reſponſionum* Liber I. Lugdun. 1554. 8. 1589. 8. Venet. 1558. LIND. EJ. *loci medicinæ communes tribus libris digeſti cum appendice*, Venet. 1563. 8. Lugd. 1589. 8. vol. 2. Genev. 1604. 8. L. EJ. *animadverſiones & adnotata in omnia Paradoxa* JOUBERTI, cum JOUBERTO ipſo prodierunt. Obſervationes diximus in Pathologicis. EJ. *artis medicæ fundamentum ſecundum* GALENUM Lugdun. 1626. 8. * Doctiſſimus vir fuit, & a quo multa diſcas.

JOHANNIS LANGII Lemberga Sileſii, magni peregrinatoris & polyhiſtoris, archiatri Palatini *epiſtolæ*. Earum 83. Baſileæ prodierunt 1554. 4. & auctius 1560. 4. *epiſtolæ* vero 144. Francofurti anno 1589. 8. quæ editio repetita eſt Hanoviæ 1605. 8. cum titulo *Epiſtolarum medicinalium, opus tripartitum*. Variæ eruditionis ſunt, practicæ tamen inprimis.

J. BAPTISTA MONTANUS, Profeſſor Patavinus, ſui ſeculi pene oraculum fuit, in eo infelix, quod ipſe ſua opera non ediderit, diſcipuli vero ſatis male officio ſint functi, qui ediderunt, ut ipſe MONTANUS queſtus ſit de eorum incommoda ſedulitate. EJUSD. *conſultationum medicinalium centuriæ* III. Venet. 1554. 8. prodierunt, & *conſilia medica quæ ullibi exſtant nunc primum edita opera* HIERONYMI DONZELLINI *in tres partes diſtributa ab infinitis mendis repurgata*, Baſileæ 1557. 8. RIV. Norimberg. 1559. fol. quod operum MONTANI optimum æſtimatur. EJUSD. *Idea doctrinæ Hippocraticæ de generatione pituitæ, melan-*

melancholico humore, cachexia & præparatione humorum. In *opuſculis* & ſeorſim, Francof. 1621. 8. prodiit. EJUSD. *opuſcula varia & præclara in quibus fere tota medicina methodice explicatur opera* H. DONZELLINI *in duo volumina congeſta* Baſil. 1558. 8. 1565. 8. * quibus methodus medicinæ univerſalis, & CAII methodus therapeutica, & alia continentur, pathologica & diætetica. EJUSD. *medicina univerſa ex lectionibus ejus & opuſculis cateris collecta* MARTINI VVEINRICHII *opera edita*, Francofurti 1587. fol. * Jacent nunc ea ſcripta, quod ex lectione potius & theoria quam ex natura nata ſint.

GEORGII GOMEZ PEREIRA *Antoniana Margarita in qua omnium pene morborum diſcurſus proponuntur* Methymnæ Duelli (Medina del Campo) 1554. fol. 1587. fol. * In celebri ſcripto, quo CARTESIO etiam præivit, acre in GALENUM judicium, rariſſimo eo ſeculo ſpectaculo fertur. EJUSDEM *nova veraque medicina chriſtiana ratione comprobata* ibid. 1558. fol. *

J. BACCHANELLI *de conſenſu medicorum in curandis morbis* Libri IV. Pariſ. 1554. 12. Venet. 1555. 8. Lugduni 1572. 8. *

BACCHANELLI liber Lexicon reale practicum eſt, ex Græcis & Arabibus.

PETRI HASSARD *morbi gallici compendioſa curatio*, Lovan. 1554. *

JOHANNES CRATO nobilibus cum addito titulo a CRAFTHEIM adſcriptus, Uratiſlavienſis, vir eximius, gratioſus, Archiater trium Imperatorum & eccleſiæ Proteſtantium magnum olim columen, LUTHERI conviva, parum equidem in tanta dignitate ſcripſit. Exſtant tamen aliquot ejus libelli: *Ordnung der præſervation wie man ſich in der. Peſtilenz. verwahren auch curirt werden ſoll*, Breslau 1555. 4. * recuſa cum titulo *de vera pracavendi & curandi febrem peſtilentialem ratione* in collectione SCHOLZIANA. EJ. *methodus therapeutica ex* GALENI & MONTANI *ſententia*, Baſil. 1555. 8. Venet. 1560. 8. Francof. 1608. 8. * EJ. *ad artem medicam iſagoge cum epiſtola qua recta* GALENUM *legendi ratio oſtenditur* Venet. 1560. 8. * & in collectione SCHOLZIANA. EJ. *aſſertio pro libello ſuo germanico de febri putrida peſtilenti: adjecta brevi commentatione de contagio & putredine*, Francof. 1585. 8. * EJUSD. μικροτέχνη ſeu *parva ars medicandi* a L. SCHOLZIO edita Francof. 1592. 8. Hanov. 1609. 8. & in collectione SCHOLZIANA. Ea *microtechna* germanice cum *Diætetice* verſa prodiit Spiræ 1629. 12. EJ. *auſerleſene arzney künſte herausgegeben durch* PAULUM MUNCERUM prodierunt Francof. 1590. 4. * EJ. *analogiſmus ſeu artificioſus tranſitus a generali methodo ad exercitationem particularem cum conſiliis a* SCHOLZIO editus eſt. EJ. *de morbo gallico* Liber in eadem collectione exſtat. Denique *conſiliorum* Liber I. Francof. 1591. 8. *alter* 1592. 8. *tertius* 1592. *quartus* 1593. *quintus* eodem anno, *ſextus & ſeptimus*, Hanoviæ 1611. prodierunt, & conjunctim 1589. fol. 1610. fol. 1654. 8. 7. vol. 1671. 8. 7. vol. quæ mea editio eſt. In ea collectione habentur collecti cura LAURENTII SCHOLZII *ſeptem conſiliorum & ſeptem epiſtolarum Libri* non CRATONIS ſolius, ut titulus præ ſe fert, ſed omnium fere celebrium Italiæ & Germaniæ medicorum. Multa in ea collectione curioſa reperi, ſpiritu vitrioli ſanata ſputa ſanguinis, ungulæ alcis de epilepſiam virtutem erroris convictam, &c.

NOBILIS SOCII *Tractatus de temporibus & modo rite purgandi*, Lugdun. 1555. 16. LIND. EJUSD. *præcertatio ad veram medicinam pro Arabum & proborum Medicorum tutela*, Venet. 1554. 8. *

GUILELMUS GRATAROLUS Bergomenſis, qui Baſileæ in Helvetia vixit, in Alchemiam proclivis, præter diætetica *varia*, edidit tractatum *de peſtis deſcriptione, cauſis, ſignis & certa præſervatione*, Lugdun. 1555. 8. cum aliis ſimilibus Libellis SALADINI ASCULANI & aliorum recuſum, Venet. 1576. PASC.

GUIL. RONDELETII Liber *de ponderibus* hoc anno 1555. prodiit, Patav. in 8. nempe de doſibus medicamentorum. Deinde ab ejus demum morte *opera medica ſeu methodus curandi morborum omnium humani corporis & alia ejus opera*, Pariſiis 1575. 8. Lugdun. 1583. 8 & alias excuſa ſunt. Eruditiſſimi viri & perpetuo in augenda arte occupati opera imperfecta prodiiſſe eo magis dolendum eſt, quo major ejus in diſſecandis emortuorum cadaveribus (inter quæ ne proprio quidem filio percepit) induſtria, eo ſeculo rariſſima fuit. Vanam etiam famam fuiſſe, qua dicitur piſcium hiſtoriam a PELLICERIO habuiſſe, ex peregrinatione medica LAUR. GRYLLI apparet, qui RONDELETIUM in aquatilibus occupatiſſimum vidit, & cum eo vixit. Velociter autem ſcripſiſſe, neque ſatis relegiſſe opera ſua certior eſt SAMMARTHANI accuſatio.

Aliæ

Aliæ editiones RONDELETII ſunt Genevæ 1623. 8. & Lugdunenſis 1575. 8. quæ mea eſt editio. Opera omnia continent Lib. *de dignoſcendis morbis*, *de febribus & morbo Italico*. In re medicamentaria plurimus eſt.

CONRADI GESNERI *enchiridion rei medicæ triplicis*. In II. parte continetur *therapeutice*; Tigur. 1555. 8. * *Theſaurum remediorum ſecretiorum* eo poſſis referre, & epiſtolas, quibus multæ per ignota eo tempore vel obſoleta auxilia, curationes graviſſimorum morborum deſcribuntur.

J. BAPTISTÆ SUSII Mirandulani Liber *de ſanguinis mittendi ratione*, Baſil. 1555. 8. deinde cum præfatione JOSEPHI TRULLERII & aliquot ejus & J. RODERICI CASTRENSIS epiſtolis, Romæ 1628. 12. editus. Diſcipulus CURTII, contra hæmophobos Arabiſtas, defendit venæ ſectionem in omni continua & putrida febre, in omni plethora & inflammatione, etiam in crudo morbo & ante coctionem. TRULLERIUS eamdem methodum, quæ ſua fuerit, laudat, & in pleuritide febreque maligna feliciſſime ſibi ceſſiſſe teſtatur, & ad teſtes provocat. Applaudit RODERICUS. EJUSD. SUSII Libri III. *de venis e directo ſecandis* Cremon. 1559. 4. Liber jam anno 1544. paratus erat, quo auctor annum agens vigeſimum a CURTIO ad ſcribendum fuerat excitatus. Eum defendit contra utrumque ANDREÆ THURINI ſcriptum, contra VICTOREM TRINCAVELLIUM, B. VICTORIUM & contrariam VESALII opinionem, & venæ cubitalis e directo ſectionem auctoritatibus tuetur. In ſaphena præſervationis tantum cauſa ſecabant.

JOH. a SPREMBERGER *gründlicher bericht, raht und hülfe vvieder die peſtilenziſche krankheit*, Breslau. 1555. 4. RIV. *

Arzneybuch vvorinn befunden TARQUINII OCYORI (*Schnellenberg*) *zvvanzig vvurtzeln und kraüter*. M. HUND *regiment vvieder etliche krankheiten.. podagra, franzoſen*. EURICII CORDI *vvieder die plage des ſteins*. HIER. BOCK *vvieder die grauſame plage des ſteins*; Konigsberg 1555. 4. * Priores editiones ignoro.

MATTHÆI CORNACIS *enchiridion medicæ conſultationis apud ægros ſecundum artem & experientiam inſtituendæ*, Baſil. 1556. 8. & auctius 1564. 8. cum variis hiſtoriis *fetus mortui in utero geſtati*. Medicinæ compendium eſt, continens phyſiologica aliqua, hiſtorias morborum, curationem, auctoris aſtrologiæ nimis dediti.

HIERONYMI MONTUI *opuſcula juvenalia*, Lugdun. 1556. 8. * EJ. *compendiolum curatricis ſcientiæ adjecta ſylloge de purgationibus* Lugdun. 1556. 8. Compendium eſt pathologiæ & praxeos, ex veterum ſcriptis concinnatum. EJ. *de activæ medicinæ ſcientia commentarii duo*, Lugdun. 1557. 8. diætetica & practica. * EJ. *anaſicevis morborum Liber primus*, Lugdun. 1560. 8. Ejuſdem generis, conſtat collectis ad ſingulos morbos veterum prædictionibus & medicamentis. EJ. *practica medica in ſex partes diviſa de profligandis morbis particularibus*, Venet. 1626. 4. * Priora opuſcula omnia continet cum chirurgicis alibi citatis. EJ. *haloſis febrium* laudatum opuſculum alibi dictum eſt.

BLASII HOLLERII *morborum curandorum ex* GALENI *præcipue ſententia brevis inſtitutio*; Baſil 1556. 8. Liber & *medicæ artis theoria Libris duobus ſuccincte comprehenſa atque medicinæ ſtudioſo neceſſaria*, Argentin. 1565. 8. Colon. 1572. 8. LIND.

REYNERI SOLENANDRI archiatri Clivienſis *apologia pro* ARGENTERIO *contra* JOHANNEM ALEXANDRINUM Florent. 1556. 8. * EJ. *conſiliorum medicorum* Libri V. *quorum primus* eſt J. FRANCISCI de GABIANO, reliqui quatuor REYNERI Francof. 1596. fol. Hanov. 1609. fol. *

AMATI LUSITANI *commentar. de introitu medici ad ægrotantem criſi & diebus decretoriis*; Venet. 1557. 8. * EJ. *curationum centuria* I. quæ idem opuſculum continet, Florent. 1551. 8. *ſeptem* vero omnino centuriæ, Venet. 1557. 8. LIND. 1566. 8. LIND. Lugdun. 1560. 16. & Burdigalæ 1620. 4. recuſæ ſunt, quæ mea eſt editio. Judæus, ſatis tamen in HIPPOCRATIS, GALENI & ARABUM lectione verſatus, diu JOHANNIS RODERICI nomine inter Chriſtianos vixit, Salmanticæ educatus, & noſodochio etiam præfectus, donec detecta fraude Theſſalonicam fugere coactus eſt, ut *ſeptimam*, Raguſæ autem *ſextam* centuriam ſcripſit, glorioſior paulum, ut mereatur tamen legi. Pleraque practici argumenti ſunt.

AUGERII FERRERII *vera medendi methodus* 2. *Libris comprehenſa* & *caſtigationes practicæ medicinæ*, Toloſ. 1557. 8. Lugdun. 1574. 8. 1602. 8. LIND. *De pudendagra* Libri II. dicti ſunt, editi Antvverp. 1564. 8.

JULIUS CÆSAR SCALIGER ſive BOURDON, ſi fides SCIOPPIO, vir ſummæ eruditionis & variæ, medicinam maxime ſub finem vitæ exercuit, & Burdigalæ vetitus morari, quod nollet ab ejus civitatis medicis explorari, (PRIMIROS. *Error. Vulg.* I. c. 2.) Agennium ſe contulit. Ad rem noſtram pertinent inprimis Libri XXI. *de ſubtilitate* contra CARDANUM, Lutetiæ 1557. 4. L. Baſil. 1560. fol. L. Francofurti 1582. 8. & alias excuſi, pleni obſervationum vel propriarum, vel ex recentioribus itinerum ſcriptoribus deſumtarum. In *Commentario ad* HIPPOCRATIS Librum *de inſomniis* pro venæ ſectione partis oppoſitæ pugnavit, adlegatis 500. pro felici eventu exemplis, & numeroſis pariter pro infelici ſucceſſu venæ ſectionis ex BRISSOTI præceptis factæ hiſtoriis.

JULII DELPHINI *de ratione medicamentorum præſcribendorum*, Venet. 1557. 4. EJUSD. *epiſtolæ medicinales de thermarum uſu, cauteriis, morborum temporibus, quonam pacto trahatur humor a medicamento, & nutrimentum a membro, de febre hectica*, &c. Venet. 1559. 8. *

JOH. SYLVII, quem diſtinguere oportet a JACOBO, *de curatione morbi articularis* Tr. IV. Antvv. 1557. 8. 1564. 8. *

JOH. DRYANDRI *artzneyſpiegel*, Francof. 1557. fol. *

ALESSIO PEDEMONTESE *ſecreta*, Venet. 1557. 8. & *de ſecretis* Libri VI. Baſil. 1559. 8. a J. VVECKERO latine redditi, Anglice vero, Lond. 1615. 4. excuſi ſunt, medicamentorum & arcanorum deſcriptiones.

J. ALPHONSI BERTORII *methodus curativa generalis & compendiaria ex* HIPPOCRATIS, GALENI, AVICENNÆ & MONTANI *placitis*, Lugdun. 1558. 16. Francof. 1588. 8. *

GEORGII PICTORII *rei medicæ totius compendioſa traditio*, AVICENNÆ, GALENI, HIPPOCRATIS *aliorumque optimorum medicorum ſuffragiis conſcripta*, Baſil. 1558. 8. 1560. 8. * EJ. *ſeparati ſermones aphoriſtica brevitate in omnes fere præter naturam affectus*, Baſil. 1562. 8. * EJ. *regulæ univerſales curationis morborum* 365. ARNOLDI CATALANI *cum commentariis* G. PICTORII, Baſil. 1565. 8. EJ. *de vera peſtis curandæ ratione qua medicatio aliter quam a communibus practicis proponitur*, Francof. 1568. 8. * EJ. *opera nova in quibus mirifica medica complectitur*, Baſil. 1579. 8. * EJ. *frauenzimmer oder nützl. büchlein für ſchvvangere und von den krankheiten der jungen kinder*, Francofurti 1593. 8. *

JACOBI PACINI *de tenuis humoris febrem facientis ante purgationem peractam incraſſatione*, &c. Venet. 1558. 8. 1559. 8. LIND.

NICOLAI BIESII *theoretica medicinæ* Libri VIII. *quibus omnia artis præcepta explicantur*; Antvverp. 1558. 4. * LIND. EJ. *de methodo medicinæ* Liber I. Antvverp. 1564. 8. Lovan. 1564. 8. L.

HIERONYMI RUPEI *paradoxa & theoremata rei medicæ quæ in quadruplici ſunt differentia, de his quæ ad medicum, chirurgum, pharmacopolam, obſtetricem ſpectant*, Toloſ. 1559. 4.

FRANCISCI RENNER *hand-büchlein die franzoſen und alle daher rührende ſeuchen zu curiren*, Nuremb. 1559. 4. *

PIETRO ROSTINIO *del mal franceſe*, Venet. 1559. 8. *

JAC. PELETARII *de conciliatione locorum* GALENI *ſectiones duæ*, Pariſ. 1560. 8. 1564. 8. jam dictæ ſunt.

PELETARII libri hæc mea eſt editio. Conciliat nempe loca Galeni ſibi contraria.

THOM. HOLLYBUSH *excellent phyſic booke for all the griefs and diſeaſes of the bodye out of the almaine ſpeech*, Lond. 1561. fol. AMES. Ex quo germano ſcriptore ſumtus ſit liber, ignoro.

DOMINICI LEONI Lucceníis, profeſſoris Bononienſis, *methodus curandi febres tumoreſque præter naturam ex Græcorum placitis deprompta*, Bonon. 1562. 4. EJUSD. *ars medendi humanos particulareſque morbos a capite uſque ad pedes*, Bonon. 1583. fol. Morborum etiam chirurgicorum hiſtoriam habet cum phyſiologia, veterum fere exſcriptor. Magna enim pars infelicitatis artis medicæ eo ſeculo fuit, quod quilibet, inter Italos inprimis, integrum artis ſyſtema ſcribere adgreſſus ſit, unde innumeri vaſti Libri, totum artis ambitum amplexi, ſed meri repetitores priorum, nati ſunt, in quibus nihil eſſet proprii, aut per propriam experientia inventi.

(a) HIE-

Auctorum, qui ex Arabica ſchola prodierunt optimus eſt HIERONYMUS CAPIVACCIUS, ſeu CAPO DI VACCA (*a*), medicus famigeratiſſimus per totam Italiam, qui mox nominandos fecit diſcipulos. Scripſit de *medicina practica* Libros ſeptem, qui Francofurti editi ſunt. Omnium ibi morborum ſyſtema, ut & curationem adcurate deſcribit, & omnium parciſſime inter coætaneos philoſophatur. Plurimos ſibi honores meritis ſuis conciliavit, & docuit per indicantia ſigna, in ægro præſentia cognoſcere; & ex indicantibus, quo

(*a*) HIERONYMI CAPIVACCII (*Capo di Vacca*), Patavini profeſſoris, celeberrimi ſuo ævo practici, cui methodus pro arcano eſſet, in medicamentorum ſelectu minus ex mente CONRINGII felicis, multa ſunt opera. EJUS *opuſculum de doctrinarum differentiis ſeu de methodo a* PETRO ANGELO ASATTO editum eſt, Patav. 1562. 16. * recuſum a L. SCHOLZIO, Francof. 1594. 12. E. EJ. *methodus ſeu ars curativa* prodiit Francof. 1594. 8. * quæ videtur idem opus eſſe; & cum priori & cum *nova methodo medendi lectionibus publicis explicata & recens ſuis locis capitibus diſtincta*, Francof. 1593. 8. & Bononiæ 1596. 8. edita; hos enim titulos omnes invenio citatos; Libri non ſunt ad manum. EJ. *Practica* Libri VII. *de cognitione & curatione affectuum capitis*, &c. Venet. 1598. fol. excuſi & prius, Francof. 1594. 4. * Opera ejus omnia excuſa ſunt Francof. 1603. fol. cura J. HARTMANNI BEYER, & Venet. 1617. fol. TEICHM. in quibus etiam habentur *conſilia aliqua & epiſtolæ*: & *de medica conſultandi ratione*, & *de lue Venerea*. Quæ ejus viri anatomica legi, ei non magnam mihi de practicis exſpectationem excitant.

Capivaccium exſcriptorem ARGENTERII fuiſſe, CRATONIS vox eſt.

Collectio libellorum *de doſibus* prodiit Venet. 1562. 8. recuſa Patav. 1579. 8. Quam poſteriorem editionem ſolam poſſideo. M. CURTII, B. VICTORII, B. MONTAGNANÆ, GENTILIS FULGINATIS, T. de GARBO, ALLCHINDI, RONDELETII (*de ponderibus*) & P. GORRÆI libellos jam dictos continet.

In PETRI ANDREÆ MATTHIOLI *epiſtolarum medicinalium* Libris Pragæ 1561. fol. Lugdun. 1564. fol. editis nonnulla huc faciunt, obſervationes, præparationes medicamentorum minus notorum, morborum rariorum, &c.

Norimbergæ prodiit anno 1564. 4. collectio legum ad peſtis coercitionem ſub nomine *peſtordnung*.

J. JAC. VVECKERI *medicæ ſyntaxes medicinam univerſam ordine pulcherrimo complectentes*, Baſil. 1562. 1582. fol. editæ ſunt. * *Practica* vero *medicinæ generalis* ibid. 1582. 8. 1585. 8. 1602. 8. LIND. & aliis annis. *Antidotarium generale* ibid. 1580. 4. & *ſpeciale ex optimis ſcriptis congeſtum* ibid. 1581. 4. LIND.

VVECKERI ſcripta nuper Baſil. 1750. 8. recuſa ſunt.

JOH. CARVINI Montalbani, J. SYLVII diſcipuli, *de ſanguine dialogi* VII. *vetens editi* Lugdun. 1562. 8. Huc pertinet *dialogus tertius*, *quartus & ſextus de ſanguinis miſſione*, quam defendit etiam in infantibus, & e directo lateris adfecti. In V. dialogo utilitatem aſtrologiæ in arte medica tuetur.

ANDREÆ CAMUZIO *diſputationes*, *quibus* H. CARDANI *magni nominis viri concluſiones* (contra GALENUM) *infirmantur*, Papiæ 1563. fol. *

JODOCI LOMMII Burani, latini ſcriptoris, inſignis HIPPOCRATICI, & magnæ famæ clinici, *de curandis febribus continuis* Liber *in quatuor ſectiones diviſus*, Antvverp. 1563. 8. Londin. 1718. 8. Roterdam. 1720. 8. & alias excuſus eſt. Vide quam prudenter & cordate, eo inprimis ſeculo, venæ ſectionis jura adſeruerit, victum definiverit, ipſam ante SYDENHAMUM tenuem cerevifiam, &c.

Q. APOLLINARIS *kurtzes bandbüchlein vieler artzneyen von dem haupt bis auf die füſſ*, Francof. 1563. 8. Argentor. 1575. 8. 1607. 8. Ad ſingulos morbos ſua præſidia adfert.

SAM. SIDEROCRATIS ſeu EISENMENGER *oratio de methodo ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων*, Argent. 1563. 8. *

BALTHASSARIS MAYROLA *compendioſa methodus in acutis morbis curandis*, Papiæ 1563. 8. L. *

GABRIE-

GABRIELIS FALLOPII Mutinenſis, magni anatomici, chirurgi & medici, viri optimi & candidiſſimi, poſthumi aliqui Libri, hinc minus perfecti, huc ſpectant. Obiit autem anno 1563. Huc ergo pertinet *methodus conſultandi* in operibus omnibus Francof. 1600. fol. Venet. 1608. fol. recuſa, tum Liber *de decoratione* & *de morbo gallico*, Liber *de arcanis compoſitionibus medicis* ipſi tributus Italice, & Germanice Auguſtæ Vindel. excuſus eſt.

GIOVANNI MARINELLO qui idem HIPPOCRATEM edidit, *trattato delle medicine pertinenti all'infermità delle donne* Libri III. Venet. 1563. & 1674. 8. excuſus laudatur inter optimos. *

NICOLAI MONARDEZ *de ſecanda in pleuritide vena*, &c. Antvverp. 1564. 8. *

FRANCISCUS VALESIUS, Covarruvianus, archiater PHILIPPI II. quem *animam* GALENI nonnulli dixerunt, plurimos Libros reliquit. EJUS *controverſiarum medicarum & philoſophicarum* Libri X. & *libellus de locis apud* GALENUM *manifeſto pugnantibus* prodiit Compluti 1564. & 1585. Francof. 1582. fol. 1590. fol. 1595. fol. Hanov. 1606. fol. Lugd. 1625. 4. LIND. Quarum ſcopus in univerſum eſt, GALENUM contra Arabes defendere, & quæ praxin perinde ut reliquas medicinæ partes continent. EJ. *methodus medendi in quatuor* Libros *diviſa*, Venet. 1589. 8. Madriti 1614. 8. prodiit, tum Francof. 1645. fol. Pariſ. 1651. 8. LIND. *De iis quæ phyſice ſcripta ſunt in libris ſacris ſeu de ſacra philoſophia* L. Francof. 1590. 8. & alias editus, varia rariora etiam continet, ut artem docendi ſurdos mutoſque. IDEM diſpenſatorium hiſpanice edidit Madrit. 1592. 8.

MARTINI RULANDI patris Chymiatri, eſt *medicina practica vetus & nova continens omnes corporis humani morbos, quibus ſunt addita medicamenta omnia compoſita* εὐπόριςα, Argentin. 1564. 8. L. Hanov. 1610. 12. L. * *Appendix de doſibus compoſitorum omnium quæ in officinis exſtant*, Argentor. 1567. 12. LIND. EJ. *de phlebotomia morbiſque per eam curandis* ib. 1567. 12. & 1579. & *de ſcarificatione & ventoſatione morbiſque per eam curandis* 1567. ibid. qui duo libelli *conjuncti* cum *curationibus*, Baſil. 1591. 16. &c. cum *præfatione filii num in omni pleuritide ſecanda vena dextra cubiti*, prodierunt Baſil. 1627. 8. L. EJ. *theſaurus Rulandinus ſeu curationum empiricarum & hiſtoricarum centuria* X. excuſæ ſunt Baſil. 1591. 1593. 1595. 1596. 24. 1628. 8. hoc anno cum libellis de ſcarifatione & ventoſatione, Budiſſ. 1679. 8. * Improbabiles curationes morborum per medicamenta chemica tradit. EJ. *balnearium reſtauratum in quo curantur morbi per balneas naturales, artificiales, ſcarificationes & phlebotomias*, Baſil. 1579. 8. 1625. 8.

LEVINI LEMNII *de occultis naturæ miraculis* Libri IV. Antvverp. 1564. 8. Gandavi 1571. 8. Colon. 1581. 8. quæ mea eſt editio, & alias, etiam gallice, vertente JACOBO GOHORY Pariſ. 1567. Miſcellanea ſunt, hiſtorica, phyſica, botanica, phyſiologica, practica etiam, inter quæ multa rariſſima, & plurimum theoriæ.

GARCII LOPII commentarii *de varia rei medica lectione*, Antvverp. 1564. 8. *

HIERONYMI MAGII *variarum lectionum ſeu miſcellaneorum* Libri IV. Venet. 1564. LIND.

J. PAULI PERNUMIA *nova & ſingularis omnibus corporis humani affectibus p. n. medendi ratio*, Venet. 1564. 4. Francof. 1596. 8. Valde laudat CONRINGIUS p. 233.

ERN. REUCHLINI *amuletum contra peſtilentia contagionem jam paſſim divagantem*, Magdeburg. 1564. 4. RIV. EJ. *unterricht vvieder die peſt*, Lubek 1577. 4. *

GERARDI BERGENSIS *de præſervatione & curatione morbi articularis & calculi libellus*; Antvverp. 1584. 8. * L. EJUSD. *de peſtis præſervatione* ibid. 1565. & 1586. 8. 1587. 16. quæ mea eſt editio. EJ. *de conſultationibus medicorum & methodica curatione febrium & dolore penis* ibid. 1586. 8. L.

JOACH. CIRENBERGII *bericht, rabt und hülfe vvieder alle peſtilenziſche und giftige fieber*, Lipſ. 1564. 4.

J. VVIERI Archiatri Clivienſis, viri cordati, magni fraudum magicarum detectoris, peregrinatoris & felicis practici *opera* diximus, ſimul edita, Amſtelod. 1660. 4.

Diſcipulus C. AGRIPPÆ fuit. Ejus peculiaria medicamenta laudat CONRING.

GUIL. RHEGINI *medica exercitatio ex ſelectis utriuſque linguæ authoribus illuſtrata*, Lugdun. 1564. 4. *

LEONHARDI BOTALLI Aſtenſis Regis CAROLI IX. medici, multum experti viri, huc pertinet, imprimis Liber *de curatione per ſanguinis miſſionem* una cum libello *de incidendæ venæ, cutis ſcarificandæ, & hirudinum applicandarum modo*, *editus* Lugduni 1580. 8. Rejectis quæſtionibus de venarum ſelectu, quæ tunc maxime fervebant, omnem fere ſanguinis miſ-

miſſionem probabat, quæ ſatis larga eſſet, iſque fuit, a quo recentiores Galli ſuum in omnibus fere morbis etiam cacochymia, peſte, morbis exanthematicis, hydrope & quartana venæ ſectionis amorem acceperunt. Liber *de curanda luis venereæ ratione*, Lugduni 1565. 8. editus jam dictus eſt, qui ex melioribus eſt. Opera omnia edidit J. van HORNE, Leid. 1660. 8.

LUCILLI PHILALTHEI Liber *de methodo recitandi curas*, Papiæ 1565. 8.* Spir. 1581. 4. *

SCIPIONIS CASSOLA *an epithematum uſus antiquis medicis fuerit cognitus*, Parmæ 1565. 4.*

CHRISTOPHORI BARAVALI *de tempore dandi catapotia*, Monteregali 1565. 8. L.

CHRISTOPHORI a VEGA Complutenſis Profeſſoris *de arte medendi Liber qui univerſam artem medicam juſta tractatione continet*, Lugdun. 1565. fol. & *opera omnia in unum volumen collecta*, Lugd. 1576. 1586. fol. 1626. fol. *

LUDOVICI COLLADO Valentini *iſagoge medica ex* HIPPOCRATE *&* GALENO, Valent. 1565. 8. *de indicationibus* Liber I. Valent. 1572. 8. LIND. *

NICOLAI RORARII *contradictiones, dubia & paradoxa in Libros* HIPPOCRATIS, CELSI, GALENI, AETII, AEGINETÆ, AVICENNÆ *cum earum conciliationibus*, Venet. 1566. 4. quæ mea eſt editio 1572. 8. Ordine alphabetico ex ſingulo horum ſcriptorum decerpſit opiniones, quæ vel cum aliis ejuſdem viri ſententiis, vel cum rei ipſius evidentia pugnant. Eas, utcunque poteſt, conciliat, ſæpe ad riſum uſque lectoris ingenioſus, exemplo loci de tenuis membranæ vulneribus pag. 36. alterius de cichorio noxio una & ſalubri pag. 258. de hepatis ſcirrhis & tactui ſubjectis & non ſubjectis pag. 347. de iracundis frigidis una & calidis pag. 374. de mammarum carne inſenſilij pag. 598. de peritonæi fibris pag. 608. Rariſſime aliqua corrigit, aut ſuam obſervationem interponit.

LAURENTII JOUBERT Monſpelienſis *Paradoxorum* Decas I. & Libr. II. Lugdun. 1566. 8. * Febres non a putredine fieri, & alia a receptis opinionibus aliena docet. EJUSD. *medicina practica* Libri III. *accedit iſagoge therapeutica methodi & de affectibus capitis & thoracis*, Lugd. 1577. 12. & 1582. * EJUSD. *de erroribus vulgi medicina medicorumque dignitatem deformantibus cum ſcholiis* J. BORGESII, Antvverp. 1600. 8. * gallice vero cum titulo *les erreurs populaires & propos vulgaires touchant la médecine & le regimen de la ſanté*, Bourdeaux 1570. 8. Ejus Libri pars altera prodiit Pariſ. anno 1579. & a B. CABROLIO edita Lyon 1608. 12. * EJ. Libri *de peſte, quartana, & paralyſi*, Lugd. 1567. 8. * EJUSD. *operum latinorum* T. I. & II. Lugdun. 1582. fol. Francof. 1599. fol. 1645. * LIND. In quibus præter priora etiam exſtat *Apologia pro Paradoxis ad* T. JORDANUM & F. VALERIOLAM. *Provocatio a ſententia* B. SEIDELII *de iis qua in paradoxis de febrium humoralium origine & materia diſputavit*: & EJ. *de iterata ſæpius in eodem morbo phlebotomia*. *

OMOBONI FERRARII *de regulis meditina ex* HIPPOCRATE, GALENO *&* AVICENNA *ſumma cum diligentia collectis* Libri III. Brix. 1566. 8. Venet. 1573. 8. * auctius, tum 1598. 8. LIND. Lipſ. 1601. 8. LIND. * EJ. *de arte medica infantium* Libri IV. *quorum* .. *poſteriores de curandis morbis agunt*, Brixiæ 1577. 4. * EJ. *de arte medica infantum aphoriſmorum particula* 3. ibid. eodem anno recuſæ Lipſ. 1601. 8. PL. & VVittembergæ 1604. 8. *

FERRARIUS non placet, obiter lectus.

J. B. DONATII *παρασκευαστικῶν apparatus medicus*, Lugdun. 1566. 8. * ENDT. EJ. *de materia maturitate in morbis*, Francof. 1591. 8. *

EUSEBII VVILDBECK *bericht vvie man ſich für der peſtilenz bevvahren und ſie curieren ſoll*, Lipſ. 1566. 4. RIV.

JOH. SCHROETER, primi Academiæ Jenenſis Rectoris, *bericht und rahtſchlag vvie man in der peſtilenz ſich halten, bevvahren, und gebeehren ſoll*, Lipſ. 1566. 4. RIV.

Hujus Latinam etiam editionem citari video Lipſiæ 4. abſque anno editam cum titulo *Brevis & neceſſaria contagionis & peſtis adumbratio*. *

THEOD. PLATEANI *nevv evvig arzney practica* Königsberg 1566. 4. *

Duæ quaſtiones medica, prima utrum in lienis affectibus ſecanda ſit vena qua eſt ad annularem digitum ſiniſtra manus a JOS. VALDANIO, HIER. FEROLDO, ALOYSIO MUNDELLA *&* BARTH. GOJONE *tractata; altera utrum in morborum initiis ſolum cum materia turgente purgantibus medicamentis uti liceat a* VICT. TRINCAVELLIO *explicata* Patav. 1567. 8. * EJ. VALDANII *de theriaca uſu in febribus peſtilentibus* Liber I. Brixiæ 1570. 4. *Liber* II. Ibid. 1571. 8. LIND. *

J. MOIBANI Auguſtani, amici C. GESNERI, *antidotum* in Libro cura GUILIELMI TRIPHYLLODACNI ſcripto cum titulo *giftjager* 1567. * ADAM.

MARII PROCERIS *diſcuſſio inepta defenſionis cujuſdam* J. B. DONATII *edita adverſus* LEONH. BOTALLUM. *Accedit decretum ſupremi ſenatus Pariſini adverſus* DONATUM una cum *Epiſtolis* J. BRUTI & *hiſtoria* JACOBI DOYNÆI, *ex quibus totius controverſia ratio & progreſſus cognoſci poterit*, Pariſ. 1567. 8. *

MARTINI HUNNII *pulcherrimarum quæſtionum medicarum* T. I. *Accedit de diabete conſilium*, Papiæ 1567. 4. *

NIC. RHODII *redargutiones in* FERD. CASSANUM *pro* ALTIMARO & J. ANDREA NOLA, *quibus non vera tantum* ALTIMARI *poſitio de tertiana exquiſita & de ſedimento celebratur, ſed quamplurimi errores manifeſtantur, quos* F. CASSANUS *committit*, Venet. 1567. 8. *

J. MATTHÆI DURASTANTE *Libri* II. *medici. Primus de aceti ſcillitici compoſitione & viribus. Secundus de aloës ſubſtantia, quantitate*, &c. Venet. 1567. 8. Gieſſ. 1614. 12. EJ. *an virium imbecillitati juncta cacochymia per epicraſin ſit curanda & an rhabarbarum ad dyſenteriam*, Venet. 1567. 8. LIND.

JAQUES GREVIN *apologie pour l'antimoine contre* LOUYS de LAUNAI, Pariſ. 1567. 8. Antvverp. 1568. 4. cum NICANDRI verſione. Aphrodiſiacum diximus.

PETR. ARIAS de BENAVIDEZ cum *ſecretis chirurgicis* etiam edidit, Valladolid 1567. 8. L. *de morbo gallico y lamp arones y mirrarchia*. *

MICH. TOXITAE Paracelſici hominis, *ſpongia ſtibii adverſus* LUCÆ STENGELII *aſpergines*, Argentin. 1567. 4. *

G. DORDONI *de morbi Gallici curatione* dictus eſt, editus Papiæ 1568. 8.

CHRISTOPHORI VVIRSUNG *liber in quo omnia corporis humani externa & interna membra primum deſcribuntur, deinde ſingulorum morbus & eorum cura*, Heidelberg. 1568. fol. germanice & alias. Recognovit & digeſſit J. T. TABERNÆMONTANUS & edidit Francof. 1577. fol. Neuſtatt. 1588. fol. 1597. fol. * Belgice prodiit Dordraci 1601. fol.

JOH. KENTMANN's celebris medici & rerum naturalium collectoris *regiment vvie man ſich vor der peſtilenz behüten und vvas mittel man davor brauchen ſolle* VVittemberg. 1568. 4. RIV.

FRANCISCI FRANCO Liber *de las enfermedades contagioſas y de la preſervation de ellas, de la nievo y dell' uſo de ella*, Sevilla 1569. 4. ANT.

ODDI de ODDIS Patavini *de peſtis & peſtiferorum omnium affectuum, cauſis, ſignis, præcautione & curatione* Libri IV. EJ. *apologia pro* GALENO *tum in logica, tum in philoſophica, tum in medicinam*, Venet. 1570. 4. a filio MARCO edita, cum MARCI *apologia* adverſus ARGENTERIUM. *De peſte* Liber pertinet ad eam peſtilentiam quæ anno 1555. Patavii ſæviit, & cui auctor interfuit. Eam humoribus putridis, & aeri, conſtellationibus tamen etiam malignis tribuit. Hiſtoriam parum bonam dat, miſtam tædioſis veterum repetitionibus & curationem calidam. In fine operis HIPPOCRATIS curationes aliquas cum theoria confert, & negat ipſi notas fuiſſe petechias. Multa imperfecta ſupplevit MARCUS filius.

SANCTII VITALIS *de medicamento ſolvente non exhibendo ſexto die*, Panorm. 1570. 4. L. *

HORATII AUGENII a M. *Sancto* Profeſſoris primo Turinenſis, denique Patavini, *de curandi ratione per ſanguinis miſſionem* Lib. XVII. *in quibus exſtirpatis opinionibus apud novatores vigentibus omnia huc pertinentia ſecundum* GALENUM *explicantur* Venet. 1597. fol. Francof. 1598. fol. L. Sed *tres libri* prodierunt Venet. 1570. 8. L. *decem* vero ibid. 1570. L. fol. & ornatius Turini 1584. 4. quæ mea eſt editio, & cui adnexa eſt *diſputatio adverſus* ARCHANGELUM MERCENARIUM. In fuſo opere venæ ſectionem non iteratam, non excedentem libras quatuor, in loco a ſede inflammationis remotiſſimo, ſecundum Arabes contra CURTIUM defendit, venarum etiam ſelectum, & mechanicam incidendi rationem & cucurbitularum, atque hirudinum adhibendarum modum tradit. Ex ſolis fere auctoritatibus ſcribit, cum pauciſſimis ſuis obſervationibus. EJ. *epiſtolarum & conſultationum* L. XII. Turini 1580. 4. Lib. & XXIII. omnino Libri Francof. 1597. fol. deinde XII. alii Libri ibid. 1600. fol. L. in quibus *maxima difficultates ad medicinam pertinentes dilucidantur*, & AL. MASSARIÆ *additamentum apologeticum ſecundum* HIPPOCRATIS & GALENI *doctrinam evertitur*. * EJ. *de febribus* & *de curatione ſymptomatum febrium peſtilentium: de curatione variolarum & morbillorum* Venet. 1597. fol. Lib. Francof. 1604. fol. EJ. *de præſervandi*

a peſte

a peſte modo Lib. IV. Firmi 1577. 8. L. EJ. *de medendis calculoſis & exulceratis renibus* Camerini 1575. 4. L. EJ. *Opera omnia* Venet. 1597. L. 1602. 1607. fol. LIND. Francof. fol. T. III.

GEORGIUS PHÆDRO, de quo ſeverum eſt judicium C. GESNERI, homo Paracelſicus, hujus ævi fuit. Prodierunt poſthuma *opuſcula jatrochemica, quibus continetur Praxis medico-chymica & italopyrgia ſeu peſtis medico-chimica curatio*. Edidit J. A. SCHENCK Francof. 1611. 8.

Ejuſdem ſectæ & ævi fuit ADAMUS BODENSTEIN *Andreæ Caroloſtadii filius*, *Baſilienſis*, cujus *heimlicher philoſophiſcher rathſchlag zu curiren peſtilenz bruſtgeſchvvär* &c. Baſil. 1576. 8. & *vvartung der Kranken ſo mit dem podagra und ſtein behaftet* prodiit Ambergæ 1611. 8. *

JACOBI HOLLERII Stempani, Pariſini Medici, non exigua in medicinam merita ſunt, in qua HIPPOCRATICAM ſectam ſecutus eſt. Cum anno 1562. obierit, huc ejus opera refero, quæ omnia poſthuma ſunt. *Commentarios in aphorismos & præſagia Coaca* diximus. Sed a Cl. TRILLERO inter metaphraſtas, minus utiles HIPPOCRATIS commentatores numeratur. Libri *de morborum curatione*, *& peſte* (cum chirurgicis nonnullis DESIDERII JACOTII *opera editi & ſcholiis illuſtrati* prodierunt Pariſ. 1565. 8. Deinde *Libri de morbis internis*, dicti inter *pathologicos*, laudati etiam ob bona medicamenta. Inde opera practica conjuncta cum LUDOVICI DURETII *enarrationibus* & ANTONII VALETII *exercitationibus*, Genev. 1623. 4. & 1635. 4. quæ mea eſt editio quam RENATUS CHARTERIUS curavit, tum Pariſ. 1664. fol. *Commentarii in aphoriſmos* in hac editione deſiderantur. Ejusdem eſt *viaticum novum de omni morborum cura a* C. VVOLFIO editum Tiguri 1578. 8. Sed ab aliis hoc viaticum nunc video ad BLASIUM HOLLERIUM haberi.

HIERONYMUS MERCURIALIS Forolivienſis, Comes, Eques & Profeſſor Patavinus, deinde per 30. annos Bononienſis, & denique Piſanus, maxima ſuo ſeculo auctoritate floruit, & ad MAXIMILIANUM II. curandum vocatus ſumma cum laude eo labore defunctus eſt, non perinde felix in ſananda Patavina febre, in qua veſicatoria adhibuit, tanto cum famæ detrimento, ut etiam aufugere ſit coactus (NICERON *memoir.* T. 26.); Aliter narrat RAMAZZINI in *Oratione jatrici argumenti* VIII. nempe anno 1578. & ipſum & CAPIVACCIUM Venetias vocatum negaſſe peſtilentiam eſſe, aut contagium habere, donec ab eventu ablatis centum millibus hominum refutarentur; in morbo proprio, calculo nempe renali, dignoſcendo peritior, ex quo obiit anno 1606. (NIC. ERYTHR.) Olim CONRINGIUS ad praxin non valde utilem eſſe ſcriptorem faſſus eſt. Eloquentia & varia eruditione eminuit, in eo infelix, quod fere omnia ſcripta diſcipuli ediderint, maculoſa, tædioſæ longitudinis, veterum unice nixa placitis, & parum veræ utilitatis habitura: Optimum omnium & ab ipſo auctore editum laudavimus, gymnaſticam medicinam. Ipſe etiam edidit *Variarum lectionum* Lib. VI. quorum Lib. IV. prodierunt Venet. 1570. 4. vel 1571. 4. Baſil. 1576. & Libri omnino VI. Pariſ. anno 1585. 8. adjecto nunc primum Lib. VI. tum Venet. 1598. 4. quæ mea eſt editio. Variæ utiq; ſunt emendationes locorum difficilium in veterum lectione, qui paſſim etiam ad morbos & medicamenta pertinent. EJUS *prælectiones Patavinæ ſeu de cognoſcendis, diſcernendis & curandis omnibus corporis humani affectibus earumque cauſis indagandis Libri* V. opera J. de SPINA editi Francof. 1602. fol. Lugd. 1623. 4. Venet. 1606. fol. & melius 1627. fol. * EJUS *Lib. de decoratione* Venet. 1585. 4. tradit coſmeticen. EJUSD. *conſultationes & reſponſa medica quatuor tomis comprehenſa* editore & adnotationes addente MUNDINO MUNDINIO, Venetiis prodierunt 1617. fol. 1624. fol. 1620. fol. * Hoc ordine excuſi fuerunt ut Venetiis Tomus I. 1587. fol. Tomus II. 1590. Tomus III. 1597. fol. Tomus IV. anno 1597. fol. & 1604. fol. Tomus V. Venet. 1604. fol. LIND. prodiret, tum iterum juncti annis, quos dixi. Primus Tomus etiam Baſileæ 1588. 8. recuſus eſt. * EJ. *opuſcula aurea & ſelectiora*. Ea collectione continentur Libri *de arte gymnaſtica*, *& lectiones variæ*, *& de morbis mulierum: morbis puerorum: de peſtilentia: de maculis peſtificis: de hydrophobia: de venenis & morbis venenoſis* Venet. 1644. fol. Alios Libros in pathologicis laudavimus. *Conſultationes cum prælectionibus in Epidemios* HIPPOCRATIS recuſæ ſunt Foroliv. 1626. fol.

LEONARDO FIORAVANTI *capriccj medicinali* L. IV. Venet. 1571. 8. HARL. 1573. 8. 1595. abſonus omnino Liber. EJ. *reggimento della peſte* ibid. 1571. 8. HARL. 1573. EJ. *compendio de' ſecreti* Lib. V. Venet. 1595. 8. 1620. 8. * EJUSD. *il teſoro della vita humana* quatuor libris huc pertinet. Continet conſilia auctoris, arcana & remedia; literas familiares &

cura-

curationes, omnia ad ingenium empiricum auctoris accommodata, Venet. 1570. 8. In Ej. opere *della fiſica* Liber IV. eſt antidotarium, & prodiit Venet. 1603. 8. Empiricus, ſatis ſubleſtæ fidei homo.

ANTONII MARIA VENUSTI *Conſilia medica in quibus vere quadam conſultandi methodus proponitur* Venet. 1571. 4. Francof. 1605. 4. * cum nonnullis CLAUDINI libellis, edente Jos. LAUTERBACH.

FRANCISCI FRANCHINI *de ſanguinis miſſione* Lib. Venet. 1571. 8. *

ANTONII de AGUILLARA *rudimentorum medicinæ* Lib. VIII. Complut. 1571. fol. N. ANT.

PETRI SEVERINI Dani, de ſecta Paracelſica, *idea medicinæ philoſophica fundamenta continens totius doctrinæ Paracelſicæ, Hippocraticæ & Galenicæ*, Baſil. 1571. 4. In eum Lib. GUILIELMUS DAVIDSON Hagæ 1660. 4. edidit *prodromum & notas* cum ipſo opere Roterodami 1668. 4. editas, AMBROSIUS vero RHODIUS *diſputationes quibus loca obſcura illuſtrantur, adverſarii refutantur*, Hafniæ 1643. 4. *

ANDREAS CÆSALPINUS ad magnam ætatem pervenit, Profeſſor Piſanus, & archiater Pontificius Peripateticæ ſectæ addictiſſimus, neque ideo utilior. *Quæſtiones peripateticæ* Venetiis anno 1571. 4. & 1593. 4. ſedecim paginis & una quæſtione Libri V. auctiores recuſæ, dictæ ſunt. Is *quintus* Liber ad phyſiologiam pertinet. Adjectæ ſunt editioni poſteriori *Quæſtionum medicarum* Lib. II. varia de viribus medicamentorum, non poſitis in primis qualitatibus: de febribus a ſanguine caletacto, non a putreſcente ſanguine ortis: de venæ ſectione in ſolo principio acutorum, una cum purgantibus utili: de venarum ſectu, quem probat, & in pleuritide venam e directo ſecat: de dolore: de angina: de dyſenteria, in qua venæ ſectionem rejicit, niſi ulcus ſit inflammatum: de vermibus, quorum duas claſſes facit lumbricos & tæniam, cujus partes ſunt qui cucurbitini dicuntur: de calculorum ortu a frigore. Ej. Lib. II. *de medicamentorum facultatibus* una prodierunt. Eas a ſapore, minus autem ab odore expiſcatur. Componi poſſe ſimplicia defendit, & gradus compoſitionum ad indicationes docet combinare. De præparationibus aliqua adjicit. Etiam frigidam vim ſimplicium in aquas destillatas tranſire docet. Ej. *Κάτοπτρον ſeu ſpeculum artis medicæ, curandos exhibens univerſos totius corporis morbos*, Tarviſ. 1606. 8. Francof. 1605. 8. Argentor. 1670. 8. * fere ex HIPPOCRATE ſumtum eſſe lego.

Nunc video CÆSALPINI librum eſſe brevi & bono ordine ſcriptum compendium ex veteribus Græcis & Arabibus, in re medicamentaria fuſiorem & negligentiorem neque parem aliis viri operibus.

J. BRAVI *de hydrophobiæ natura, cauſis & medela*, Salmanticæ 1571. 12. * Ej. *de curandi ratione per medicamenti purgantis exhibitionem* Lib. III. Salmanticæ 1588. 8. *

JOH. SCHILLERI *regimen præſervativum & curativum febris peſtilentialis & morbi anglici ſudorini* 1572. 8. * Hunc valde laudat LINDENIUS.

GUILIELMI MAGISTRATII *iſagoge therapeutica de peſtis ſævitiæ ejusque curatione ac præventione*, Francof. 1572. 8. Venet. 1572. 8. *

Remedies for diſeaſes in horſes. An huc recenſeri meretur? Londini 1572. 4. editus Liber.

HIERONYMO MURILLO chirurgi *therapeutida metodo de GALENO en lo que toda la chirurgia* &c. Saragoſſ. 1572. 8. ad chirurgiam equidem videtur pertinere.

LUDOVICI MERCATI medici aulici hiſpanici, eruditi viri & multo magis latini, quam alii ejus gentis ſcriptores, *methodus medendi* prodiit Valladolid. (ſeu Pinciæ) 1572. 8. quem titulum non reperio in collectione operum. EJUSD. *de eſſentia, cauſis & ſignis & curatione febris malignæ* ibid. 1574. 8. *de febrium eſſentia... curatione & febri peſtilentiali* ibid. 1586. 4. *de morbis, eorum ſignis... ac curatione* ibid. 1604. fol. *Inſtitutiones medicæ* Madrit. 1594. 8. * qui Liber etiam non redit in collectione operum. *Gynæciorum* Lib. IV. Madrit. 1594. fol. *De communi & peculiari præſidiorum artis medicæ indicatione*, Colon. 1588. 8. In operibus omnibus hi ſunt tituli, quæ Francofurti 1608. fol. 3. vol. prodierunt, Tom. I. *de morbis eorumque ſignis, cauſis & curatione*: Tom. II. *de recto præſidiorum uſu* &c. *de morbi gallici natura, curatione: de febrium eſſentia & curatione*: Tom. III. *de morborum internorum curatione* L. IV. & *Libri* IV. *de mulierum adfectionibus*. Acceſſerunt *conſultationes morborum complicatorum & graviſſimorum... & de puerorum morbis eorumque curatione*

ratione Valladolid 1613. fol. * Francof. 1604. fol. In voluminoſo auctore reperio collectionem ex veteribus, cum parciſſimis propriis obſervationibus.

MERCATI Liber *de febre maligna* prodiit Baſil. 1594. 8.

THOMÆ ERASTI Helveti Badenſis, Profeſſoris Heidelbergenſis, inde Baſilienſis, *diſputat. de nova medicina T.* PARACELSI Part. I. Baſil. abſque anno, 4. *pars altera* ibid. 1572. 4. *tertia* ibid. eodem anno. *quarta* ibid. 1573. 4. Libri duo priores, quos ſolos legi, phyſicam PARACELSI refutant fuſe & acriter, Libro quarto vero curationes percurrit & fidem derogat miris illis PARACELSI ſanationibus. EJ. *opuſcula varia qua morte praventus in lucem edere non potuit* Francof. 1500. fol. continent *epiſtolam ad* C. GESNERUM *de curatione peſtilentia*, & *conſilia aliqua*, EJ. *diſputationum & epiſtolarum medicinalium volumen*, Tiguri 1595. 4. *

BENEDICTI PATINA *conſilium pro* D. MAXIMILIANO *de cordis palpitatione*, Brixiæ 1573. 8. *

SEBASTIANI PAPARELLÆ *de indicationibus curativis*, Peruſiæ 1573. 4. * *Opera omnia* Maceratæ 1582. fol. *

EUDOXI PHILALETHIS (ſeu HIERONYMI DONZELLINI) *adverſus calumnias & ſophiſmata cujuſdam Perſonati qui ſe Epandrophylactem nominavit apologia*, Veron. 1573. 4. * EJ. *de pracavenda & curanda peſte L.* italice Venet. 1577. prodiit.

MARCI NÆVIANI *de curandis morbis* Gandavi 1573. 8. 1575. 8.

FRANCISCI VILLARINI *medendi canones*, Tudelæ 1573. 8. ANT. *

BERNHARDI DESSENII Cronenburgii, Colonienſis medici, *Defenſio medicina veteris & rationalis adverſus* G. PHÆDRONEM *& ſectas* PARACELSI, Colon. 1573. 4. *

NIC. HOVEL *de peſte, cauſis ejus & ſignis, & elect. de ovo*, Pariſ. 1573. 8.

JACOBI OETHAEI *de recto uſu medicinarum tam in ſanis quam in ægris, cum declaratione errorum qui in iis fiunt*, Dilling. 1574. 8. GRIENVVALD. EJ. *gründlicher bericht von rechtem branch der arzney den geſunden, kranken und kranken, pflegern*, Dillingen. 1574. 8. * GRIENVV.

JOACHIMI STRUPPE *conſenſus celebriorum medicorum ſuper mumia* &c. Francof. 1574. 4. *

ABR. VVERNER *bericht für dier einfältigen, vvemit ſie ſich in der peſt vervvahren und curiren ſollen*, VVittemberg 1575. 4.

VVie ſich in ſterbens laüften zu verhalten Francof. 1575. 8. *

CORNELLI SCHYLANDER *medicina aſtrologica omnibus medicina ſtudioſis longe utiliſſima* Antvverp. 1575. 8.* 1577. 8. auctius recuſa.

Primam editionem Libri ignoro qui cum titulo BARTHOLOMÆI CARRICHTERI *leib und vvundarzney buch oder practica von allerley krankheiten und offenen ſchäden* prodiit Argentor. 1575. 8. recuſus cum CARDILUCII commentariis Tom. IV. Norimberg. 1686. 8. Ex ſecta aſtrologica & paracelſica fuit.

TOSSANI DUCRETII *Libri de arthritide . . . curanda* Lugd. 1575. *& de febrium curandarum ratione*, Lauſannæ 1578. 8. * in pathologicis dicti ſunt.

VVILLIAM CLOVVES *nevv and approved treatiſe concerning the cure of the french pox by the unctions* Lond. 1575. 8. cum anglice verſo libello FERNELII. Recuſus eſt anno 1585. 4. 1596. 1637. 4. cum tilulo *A treatiſe touching the cure of the diſeaſe called morbus gallicus or lues venerea*. ASTER.

MAURITII CORDÆI *gynacia* Pariſ. 1574. 1584. edita jam dicta ſunt.

ANDR. ALCAZAR Med. Chirurgi Lib. VI. quorum quintus eſt *de pudendagra ſeu morbo gallico*, ſextus, *de valetudine tuenda peſtis tempore* Salmantic. 1575. fol. * ANT.

DIDACI MERINO *de morbis internis* Lib. VI. Burgos 1575. fol. ANT.

FRANCISCI CRESCENTII *de morbis epidemicis qui Panormi vagabantur* anno 1755. ſeu *de peſte ejusque natura & precautione tractatus*, Panorm. 1624. 4. MONGIT.

PETRI DROETI *conſilium novum de peſtilentia* Argentor. 1576. 1. ENDT. *

MICHAELIS MERCATI Archiatri Pontificii *iſtruzione ſopra la peſte* Rom. 1576. 4. cum remediis & ad peſtem & ad podagram, atque paralyſin & venena.

PETRI VEZII *commentarii medici multa rei medica ſubobſcura probata doctrina auctorum defendens*, Madrit. 1576. 4. * EJ. *apologia contra praxin* DONATI ab ALTOMARI Madrit. 1582. 8. * EJ. *de ſignis mittendi ſanguinis Liber* Valent. 1601. 8. N. ANT.

SIMONIS SIMONII *artificioſa curanda peſtis methodus* Lib. II. *comprehenſa* Lipſ. 1576. 4. *

EJ.

Ej. *ſupplex ad* MARC. CAMILLUM *quondam* SCARCIA LUPUM *triumphantem*, Cracov. 1585. 4. * Ej. *ſcopa quibus vertitur confutatio Advocati* NICOLAI BUCCELLÆ *chirurgi*, Cracoviæ 1589. 4. * L. Ej. *miſcellanea medica* Lugdun. 1578. 4. *

ANTONII GLISENTII *de cauſis præparantibus corpus humanum ad corruptionem peſtilentem* anni 1576. Italice ſcriptum PASCHALIO teſte anno 1576. *

ADAMI LONICER Marburgenſis Profeſſoris, *ordnung für die peſtilenz*, Francof. 1576. 8. * Ej. *de purgationibus Libri* III. *ex* HIPPOCRATE, GALENO, AETIO & MESUE *depromptì*, Francof. 1596. 8. poſtkumi. *

ANNIBAL BRIGANTI *avviſi ed avvertimenti intorno al governo di preſervarſi da peſtilenza*, Napoli 1577. 4. cum *avviſi intorno alla preſervazione e curazione de' morbilli, e delle variole*. *

SEBASTIANI AJELLI *brevis diſcurſus de imminente in R. Neapolitano peſte anno* 1575. 6. & 7. Neapoli 1577. 4. *

GEORGII GOMEZ *de ſecanda vena in pleuritide*, Toledo 1577. 4. *

Cauſe e remedj della peſte raccolti per ordine di M. GONZAGA, Firenze 1577. 8. *

ALFONSI de JUBERA *dechado y preſervacion de todas las medicinas compueſtas uſu alles con declaracion de todas ſus dadas*, Pinciæ 1577. 8. N. ANT.

GIUSEPPE MUGINO *trattato breve ſopra la preſervazione e cura della peſte*, Milano 1577. 8. *

Sovereigne approved medicines and remedies for ſundry diſeaſes vvithin the body as for allſores, vvounds &c. Lond. 1577. 8. AMES.

PETRI PICHOT *Libellus de rheumatiſmo, catarrho & deſtillatione a cerebro*, Burdigalæ 1577. 8. *

Roc le BAILLI de la RIVIERE 300. *aphoriſmi gallici & latini qui continent ſummam paracelſica doctrina* Pariſ. 1578. 4. * Ej. *de peſte, catarrho & pleureſi*, ibid. 1580. * Ej. *reſponſio ad quaſtiones propoſitas a medicis Pariſienſibus*, ibid. 1579. 8. * Pro Chemiatris.

BONAVENTURÆ GRANGERII *de cautionibus in ſanguinis miſſione adhibendis*, Pariſ. 1578. 4. * Ej. *in defenſionem libelli* L. BOTALLI *de curandi ratione per ſanguinis miſſionem a* GEORGIO CASPIO *ſuſceptam animadverſio*, Baſil. 1580. 8. Pariſ. 1581. 8. LIND.

JOH. GORRÆI ſeu de GORRIS Pariſini, doctiſſimi viri, ex ſchola HIPPOCRATICA *definitionum medicarum* Lib. XXIV. Francof. 1578. fol. quæ mea eſt editio, 1601. fol. & Pariſ. 1622. fol. cum reliquis ejus operibus auctius recuſi. Melior editio eſt Pariſ. 1564. fol. Dictionarium medicum, ad græcos auctores intelligendos perutile alibi laudabimus. Ej. *opuſcula quatuor* (diſputationes Pariſinæ) quibus oſtendit, *injuria accuſari phlebotomias medicorum Pariſienſium & eorum methodum omnium ſaluberrimam eſſe* Pariſ. 1660. 4. *cum ſecundis* cogitationibus *de uſu vena ſectionis* LIND.

JULII PALMARII Librum *de morbis contagioſis* jam laudavimus. Curatio multa ſpecifica non ſatis firma continet.

HIERONYMI XIMENEZ *inſtitutiones medica*, Epilæ 1578. 4. Tolet. 1583. fol. ANT. *

ASCANII SCHRATENBERG *de indicationibus curativis* Lib. II. Brixiæ 1578. 8. L. *

PETRI PAULI PEREDIA *ſcholia in ſingula capita praxeos ſeu methodi medendi* MICH. JOH. PASCHALIS *qua cum illa Praxi typis excuſa ſunt* Barcinone 1579. 8. * Lugdun. 1585. 8. Accedit *quaſtio an cannabis & aqua, in qua mollitur, poſſint aerem inficere*. Ej. *opera omnia* 4. Tomis diviſa cura PETRI BAREA de ASTORGA prodierunt Antvverp. 1690. fol. 2. vol. *

ANDREÆ de ZAMUDIO y ALFARO *orden para la cura y preſervacion de las viruelas* Madrit. 1579. 8. * & Ej. *orden para la cura y preſervacion de las ſecas y carbuncos*, ibid. 1599. 8. ANT.

BERNARDINO GOMEZ MIEDES *enchiridion* ſeu *manual inſtrumento de ſalud contra il morbo articular que Uaman Gota* Valentiæ 1579. 4. * Frictionem regi commendat, podagra laboranti.

J. B. MASINI *opiniones de re medica*, Patav. 1579. 4. *

JOACHIMI QUERTENI *tabula continentes ea qua in curatione morborum methodica conſiderantur*, Erfurt. 1579. *

ANDREÆ PLANER orationes III. dictæ in *hiſtoricis*, Tubingæ prodierunt 1579. 4. Libri vero *de medendi methodo* Liber I. prodiit Baſil. 1585. 8. Liber II. Baſil. 1588. 8. ENDT. *

JAC.

modo, & quo ordine deberet agere medicus. Magis adhuc ſyſtematicus eſt, & omnino laudem meretur FELIX PLATERUS (*a*), qui Librum titulo *Praxeos medicæ* ſcripſit, in quo vix aliquid habemus, quod deſiderare poſſimus, niſi quod nimis abundet remediis, ceterum in morbis deſcribendis palmam meretur. Operá ejus proſtant tribus voluminibus in 4. Baſileæ anno 1656. impreſſa. Hæc editio eſt optima, filius nempe auctoris opera paterna reviſit; in eo etiam auctore Arabica commenta vix invenimus.

Huc pertinet præterea NICOLAUS PISO (*b*), pater nobiliſſimi CAROLI

JAC. SCHADEN *kurzer bericht vvie ſich ein ieder in ſterbens läüften recht præſerviren und curiren möge*, Dantzig 1579. 4. * RIV.

Hoc anno Colmiæ conjuncta prodierunt *clariſſimorum medicorum* Opuſcula 4. *de pulſibus ex* GALENO, *de judiciis urinarum* VASSAEI, *omnium morborum internorum methodus* J. SYLVII & BRUDI *de ratione victus in morbis*, Colm. 1579. 8.

GEORGII CASPII ad BON. GRANGERII *admonitionem indoctam & contumelioſam de cautionibus in ſanguinis miſſione adhibendis reſponſio, qua* L. BOTALLI *libellus de curat. per ſanguinis miſſionem defenditur*, Baſil. 1580. 8. Pariſ. 1581. 8. L. * EJ. *caſtigatio* B. GRENGERII *animadverſionis adverſus* L. BOTALLUM, Pariſ. 1582. 8. *

GALTERI BRUEL *praxis medicinæ theorica & empirica*, Antvverp. 1580. 1585, fol. Leid. 1589. 8. L. 1612. 8. 1631. 8. *

BALTHASAR BRUNNER *bericht von der hauptkrankheit*, Eisleben 1580. * EJ. *bericht vvie man ſich in itzo vorfällender ſtorbens zeit præſerviren und verhalten ſoll* Lipſ. 1581. 4. RIV. Hall. 1598. 4. ibid. EJ. *conſilia medica collecta a* L. HOFMANNO, Hall. Sax. 1617. 4.

(*a*) Sequetur ejus hiſtoria ſuo loco.

(*b*) NICOLAI PISONIS Lotharingi *de cognoſcendis & curandis præcipue internis corporis humani morbis* Libri III. Francof. 1580. fol. RIV. 1585. 8. quæ mea eſt editio, 1588. fol. Paulo minus, quam vulgo ſolebat, veteres compilavit, & ſua medicamenta, noſtriſque moribus aptiora commendavit, facilis & boni ordinis ſcriptor.

Cum anno 1581. REMBERTUS DODONAEUS, a patris nomine quod fuit DODO, dictus, archiater Cæſareus, ſed in Academia Leidenſi mortuus obſervationes ſuas ediderit, huc etiam refero ejus *Praxim medicam*, quæ Amſtelodami 1616. 8. prodiit & cum SEBASTIANI EGBERTI & NIC. FONTANI ſcholiis ibid. 1640. 8. Sequitur PAULI ordinem, atque ad eum commentatur, cum nonnullis ſuis de medicamenti fidelibus teſtimoniis, & brevibus morborum rariorum monumentis.

GERHARDI DORN ſeu DORNAEI *faſciculus Paracelſicæ medicinæ veteris & non novæ in compendioſum promtuarium collectus*, Francof. 1581. 4. * Ex ſchola Chemiatrica. Contra ERASTUM ſcripſit IDEM *admonitionem ad* T. E. ERASTUM *de revocandis calumniis in* PARACELSUM *immerito dictis*, Francof. 1583. 8. & alias. * IDEM quæ *de reſtituta vera utriuſque medicinæ praxi* ſcripſit, Lugd. 1578. 8. *

MARSILIUS CAGNATUS anno 1581. 8. Romæ edidit *diſputationem de ordine in cibis ſervando* & *duos Libros variarum lectionum*. Duos alios edidit in altera editione, Rom. 1587. 8. *Opuſcula varia de Ligno ſancto* & *de urbana febres curandi ratione* ſecuta ſunt, Rom. 1601. 4. *

ANDONIUS SNEBERGER edidit anno 1581. 8. Francofurti *Enumerationem probabilium adverſus omnis generis articulorum dolores*.. & *de ſalis uſu cum conſilio* FERNELII *ad epilepſiam*. Recuſus eſt Spiræ 1552. 8. Leovard. 1619. 12. *

E. ANHART von GRAITZ *conſilium podagricum*, Ingolſtad. 1581. 8. *

SEB. LIBORII *büchlein vor die kranken*, Gorliz 1581. 8. *

LUDOVICI GRAEVII *regiment und kurtzer bericht vvie man ſich in ſterbens läüften zur præſervation und curation der peſtilenz krankheiten zu verhalten habe*, Heidelberg. 1581. 8. RIV.

NICOL. de NANCEL *de peſte* gallice, Pariſ. 1581. 8. *

GUIL. GISCAFERI *de febrium curatione*, Pariſ. 1581. 8. *

JOH.

PISONIS. Tractatum ſcripſit *de cognoſcendis & curandis præcipue internis humani corporis morbis*, cujus editio habetur Francofurti apud Wechelium in folio, anno 1580. & 1585. in 8.

Syſte-

JOH. de CARMONA tractatus *an aſtrologia ſit medicis neceſſaria: accedit praxis ſubtiliſſima ad peſtilentiam curandam*, Hiſpali 1582. 8. ANT. *

GEORGII a SAA *concluſiones medicæ*, Conimbricæ 1582. 12. * LIND.

J. EVVICH *de officio fidelis & prudentis magiſtratus tempore peſtilentiæ Rempublicam a contagio præſervandi liberandique*, Neapoli Nemet. 1582. 8. Brem. 1657. *

J. SPOERISCH *epiſtolæ medicinales practicæ*, VVitterberg 1582. 8. EJ. Libri VI. *de ratione curandi omnes morbos per bonam diatam*, Lipſ. 1607. 8. *

J. BAPTISTI GOYNAEI *enchiridion ad quotidianam medendi exercitationem*, Venet. 1582. 8. * cum aliis opuſculis.

Inter PAREI opera, quæ Pariſ. 1582. fol. prodierunt, huc pertinent Liber *de peſte*, *de variolis*, *lue venerea*, *vermibus*, *elephantiaſi*, *arthiritide & venenis*, minime contemnendi Libri, qui multas cadaverum utiles ſectiones, aliaque propria contineant, etſi non ſatis a miraculoſis hiſtoriis cavit.

J. BAPTISTÆ SYLVATICI *de ſecanda in putridis febribus Salvatella deque noſtro in venæ ſectione modo cum antiquo comparato Epiſt.* Mediolani 1583. 4. * EJ. *de frigidæ potu medicamentum*, Mediolan. 1586. 4. * EJ. *de materia turgente* L. Venet. 1600. 4. Ex veteribus collecta diſputatio. EJ. *controverſiæ medicæ centum*, Mediolan. 1601. 4. maj Francof. 1601. fol. Practicæ pleræque ſed ſcholaſtica omnino methodo ſcriptæ. EJ. *de unicornu, lapides bezoar; ſmaragdo & margarite, eorumque in febribus peſtilentibus uſu*, Bergomi 1605 4. *

ALPHONSI MARESCOTTI *compendium totius mediciaæ quod de complexionum arcanis indiciis morborum præcipuorum cauſis .. ſignis.. deque fabrica receptarum agit, additis formulis remediorum* PETRI GORRÆI Francof. 1583. 12. 1588. 12. LIND. Herborn 1604. 12. * ENDT.

CARNEL a BAESDORP *methodus univerſa artis medicæ formulis expreſſa ex* GALENI *traditionibus ſcopos omnes curantibus neceſſarios demonſtrans*, Brugis 1583. fol. *

ANTONII FORNESII *de peſtis curatione*, Baſil. 1583. 4. *

PETRI MERCADO *de febrium medela*, Granada 1583. 4. *

JOACHIMI CAMERARII Botanici, polyhiſtoris, *ſynopſis commentariorum de peſte* HIER. DONZELLINI, J. PHIL. INGRASSIÆ, CÆSARIS RINCI *de peſte mediolanenſi &* J. CAMERARII *meditatio de recta & neceſſaria ratione præſervandi a peſtis contagio*. EJ. *conſtitutiones legeſque Venetiis & alibi tempore peſtis anno* 1576. & 1577. *protſitæ ex Italico latine verſæ*. EJ. *obſervationes de bolo Armeno & terra Lemnia*, Norimberg. 1583. 8. *

J. LEONHARDI BOSCII *bericht vom dem podagra*, Ingolſtad. 1583. 8. *

GALLI EMMEN *bericht vvie man ſich, vveil das ſterben in Boehmen und andersvvo uberhand nimmt, ver vvahren und halten ſoll*, Gorliz 1584. 4. RIV.

HENR. SMETII a LEDA viri nobiliſſimi, Poetæ & polyhiſtoris *unterrichtung vvie ſich der gemeine mann für der peſtilenz verhüten auch heilen ſoll, ſamt einem kurzen rathſchlag vvelchen Fac. Med. Baſ. in ſolchen lauften gegeben*, Lemgov. 1583. 8. In *Miſcellaneis* præter alia varia totius Liber X. in *obſervationibus* verſatur. Libro XII. oſtendit PARACELSUM eas, quæ de ipſo prædicantur, curationes minime adminiſtraſſe.

JOH. MATTENBURG *neu geordnet regiment vvieder den tödlichen gebrechen der peſtilenz*, Lemgov. 1583. 8, RIV.

BALTHASSAR DUVAL *de peſtis curatione Liber*, Pariſ. 1583. 8. L. *

ANDREÆ CHRISTIANI *enchiridion medicum de cognoſcendis curandiſque morbis ex* TRINCAVELLIO. Accedit *de Febribus tractatus ex ejus prælectionibus in* GALENUM, Baſil. 1583. 8. 1607. 8. *

SALVII SCLANI Neapolitani *apologia ad* J. ALTIMARIUM, Venet. 1584. 4. * defendit ſuas in ALTIMARIUM animadverſiones, qua in commentario ad Aphoriſmos propoſuerat. Reliqua opera jam ſunt.

J. PAULI GALLUCCI *de temporibus ad medendum accommodatis*, Venet. 1584. 4. L.

TH.

Syſtematici nunc rurſus ſequuntur Scriptores, nam exſurgit iterum græca medicina, quæ in Gallia reſuſcitata fuit. Viderunt nempe GALENUM multa

Yy 2 di-

TH. MOUFFET *de uſu & præſtantia chymicorum medicamentorum dialogus apologeticus*, Francof. 1584. 8. *

J. BAPT. GEMMÆ *methodus rationalis curandi bubones carbunculoſque peſtilentes*, Græci in Siria 1584. 4. R. Gedan. 1599. 4. *

MICH. von GLAUBITZ *zvvo haus tafeln fur reiche und arme vvieder die fürſtehende peſtilenz*, Mayntz. 1584. 8. RIV.

GUIL. ADOLPHI SCRIBONII *idea medicinæ ſecundum logicas leges informandæ & deſcribendæ*, Lemgov. 1584. 8. LIND.

SEBASTIANI BLOSSII *diſp. explicans* GALENI *doctrinam de methodo*, Heildelb. 1584. 4. LIND. *

VICTORINI SCOENFELDT *de dyſenteriæ curatione*, Francof. 1584. 8. * EJ. *regiment vvie ein jeder ſich in zeit regierender peſtilenz halten und be vvahren ſoll*, Gorlitz 1586. 4. *

GABRIEL RYFF *neues artzneybuch darinnen das indianiſhe holtz guajacum vor die frantzoſen und viele andere krankheiten abgehandelt vvird*, Dresden 1584. 4. *

CONSTANTINI LUCÆ *methodi medendi* Libri III. Ticini 1585. 4. L. *

ANTONII ALVAREZ *epiſtolæ & conſilia medica* P. I. Neapoli 1585. 4. L.

ANDREÆ VELASQUEZ *de la melancolia de la naturaleça deſta enfermidad y de ſus cauſas y ſimptomas*, Hiſpali 1585. N. ANT. *

JACOBI SCEGK *tractationum phyſicarum & medicarum* T. I. Libri VII. Francof. 1585. 12. de purgantium in febribus uſu, medicamentorum facultatibus, &c.

SCHEGKIUS Theologus, Juriſconſultus & Medicus fuit, cæterum artem medicam non exercuit AD.

PHILIPPI SCHERBII adeo laudati a C. HOFMANNO *theſes medicæ collectæ*, Lipſ. 1614. 8. Primæ ſunt anni 1585. Intercedunt therapeuticæ theſes anni 1593. *

GEORGII BERTINI Campani *de conſultationibus medicorum & methodica febrium curatione commentarius*, Baſil. 1586. 8. * EJUSD. *medicina Libris 20. methodice abſoluta in qua mutuus Græcorum & Arabum conſenſus adverſus Paracelſiſtas*, ARGENTERIUM.... *continetur*, ibid. 1587. fol. a

HIERONYMI SACHETI *de podagricis & arthriticis morbis retractatio*, Brix. 1586. 4. *

TIMOTHEI BRIGHT Catabrigienſis *treatiſe on melancholy*, Lond. 1586. 12. AMES EJUSD. *therapeutica hoc eſt de ſanitate reſtituenda medicinæ Pars altera*, Francof. 1589. 8. 1598. 16. Ex veteribus fere ſua ſumſit, ut etiam lotiones & unctiones, a moribus noſtris alienas, ubique imperet.

LUDOVICUM DURETUM præter commentarios in HIPPOCRATEM & *adverſaria* in HOLLERIUM nihil invenio ſcripſiſſe. Sed celeberrimus in arte fuit, Pariſiſque ita praxi medica eminuit, ut Rex ipſe ejus filiam ſponſam non dedignatus ſit manu in templum ducere, eumque maximis donis ornaverit (RAINSSANT *quæſt. med.* p. 34.) A. CL. TRILLERO inter Metaphraſticos HIPPOCRATIS commentatores, neque utiliſſimos numeratur. Obiit anno 1586. Ejus in praxin HOLLERII enarrationes video etiam prodiiſſe Paris. 1611. 4.

JACOBI THEODORI botanici, TRAGI diſcipuli, medici Spirenſis, multum delectati remediis ex herbis, nomine patriæ notioris, TABERNAEMONTANI, *regiment und bericht vvie man ſich in ſterbens läuften da die peſtilenz einreiſſet, bevvahren, und curiren ſoll*, Francof. 1586. 8. * Exſtat etiam vetuſtior editio, cum hæc in titulo vocetur auctior.

ASCANII MANCINELLI *floridum opuſculum de morſu canis rabidi ejusque curatione cum nonnullis quæſitis notatu dignis*, Venet. 1587. 12. *

NICOLAI MASINI *de gelidi potus abuſu*, Ceſenæ 1587. 4. in diæteticis dictus eſt.

J. BAPTISTÆ MINADI *de ratione mittendi ſanguinis in febribus*, Venet. 1587. 4. *

JOHANNIS HEURNII Leidenſis profeſſoris, felicis, ut video, clinici, in dignoſcendis morbis, ut venenato ictero, perſpicacis, & HIPPOCRATICÆ ſectæ ſcriptoris, multa huc pertinent: *Praxis medicinæ nova ratio*, Leid. 1587. 4. 1590. 4. Roterod. 1680. 8. *Inſtitutio-*

nes

dixiſſe, ſed pauca bona, hinc iterum ſe converterunt ad græcam medicinam; quæ purior eſſet.

III.

nes medicæ, Leid. 1592. 8. 1666. 12. Hanov. 1593. 8. In collectionibus operum omnium eadem habentur, & Praxeos titulus eſt *Praxis medicinæ generalis & particularis*. Prodierunt Leidæ 1609. 4. Lugdun. 1658. fol. Inſigni cæterum volumine in octo Libros diviſo veterum auxilia modumque medendi reperit.

VVALTHER CARYES *farevvel to phyſic and hammer to the ſtone*, Lond. 1587. 12. AMES. videtur agyrtæ opuſculum eſſe.

ANDREÆ ELLINGER *rathſchlag vvie man ſich zur zeit der peſt præſerviren und curiren ſell*, Lipſ. 1587. 4. Edidit JOHANNES VVITTICH.

SALUSTII SALVIANI *variarum lectionum de re medica* Libri VIII. Rom. 1588. 8. *

THEODORI ANGELUCCI *ars medica ex* HIPPOCRATIS *&* GALENI *theſauris potiſſimum deprompta ac ſingulari quodam & perſpicuo ſententiarum ordine expoſita*, Venet. 1588. 4. *

ALFONSI BIRTOTII *therapeutica ſeu methodus generalis medendi ex* HIPPOCRATIS, GALENI, AVICENNÆ *ſcriptis*, Lugdun. 1588. 8. *

NERI NERII *aſſertio quod in ſiniſtri lateris ſtupore a cauſa frigida oborto liceat mittere ſanguinem per ſedis venas & applicare cauterium occipiti*, Neapoli 1588. 4. L. *

CAR. VVITTESTEYN *vera totius medicinæ forma*, Antvverp. 1588. 8. *

NICOLAI BUCCELLA *refutatio ſcripti* SIMONIS SIMONII *cui titulum fecit* STEPHANI *Pol. R. ſanitas vita medica, ægritudo, mors*, Cracov. 1588. 4. * An ejuſdem eſt.

D. M. S. P. SIMONIS SIMONII... *athei ſumma religio*, Cracov. 1588. 4. *

GERHARDI NENNII SLEDANI *compendium medicinæ cum tabulis therapeuticis*, Franeker 1588. 4. HARL. *

JAC. LE BON *therapia puerperarum*, Francof. 1589. 16. Pariſ. 1664. & Genev. 1635. 4. cum HOLLERIO. Breve opuſculum.

AUGUSTINI VASQUEZ *Quæſtiones medicæ, practicæ & chirurgicæ*, Salmantic. 1589. 4. * Francof. 1589. 4. L.

JACOBI TAMARO *de epilepſiæ curatione libellus*, Hiſpali 1589. 4. L. *

JOH. RIOLANI patris multa ſunt opera practica, & imprimis *Therapeutica ſeu ars bene medendi*, Lugd. 1589. 8. Pariſ. 1601. 8. 1618. fol.* Tum *artis medicinalis theoreticæ & practicæ ſyſtema*, Baſil. 1629. 8. * *Pro cenſura* etiam *ſcholæ Pariſinæ adverſus Alchymiam latæ reſponſionem ad* A. LIBAVII *maniam* dedit Pariſ. 1606. 8. * EJ. *univerſæ medicinæ compendium* prodiit Baſil. 1601. 12. Pariſ. 1626. 8. Opera omnia prodierunt Pariſ. 1610. fol.

GERHARDI COLUMBA *apologia pro* FR. BISSO *protomedico* Meſſan. 1589. 8. * Agitur de eryſipelate *in* Sicilia epidemice graſſante.

PAULI CRINCI *reſponſiones apologeticæ in apologiam* GER. COLUMBÆ *pro* FRANCISCO BISSO Meſſan. 1589. 4. MONG. *

LUCÆ GHINI *brevis ratio curandi morbum gallicum*, Spiræ 1589. 8. LIND. Poſthumum videtur.

VALENT. VALENTINI *apologia qua ſuam pilularum compoſitionem bonam eſſe*, &c. Anconæ 1589. 4.

FERD. MENA *libellus de ratione permiſcendi medicamenta quæ paſſim in uſum veniunt*, Aug. Taurinor. 1589. 8. *

J. MARQUARD *practica theorica empirica morborum internorum a capite ad calcem*, Spir. 1589. 8. LIND. *

LAURENTII SCHOLZE, qui collectionem conſiliorum & epiſtolarum edidit, *aphoriſmorum medicinalium theoreticorum & practicorum* Libri VIII. editi ſunt Breſl. 1588. 8. Francof. 1594. 8. 1626. 8. *

HENRICI a BRA *catalogus medicamentorum ſimplicium & facile parabilium ad calculum*, Franeker 1589. 8. 1691. 8. * *ad hydropem* Leid. 1590. 8. * *adverſus peſtilentiam* Arnheim 1605. 8. * *adverſus epilepſiam*, Leovard. 1616. 8. * *adverſus venena*, ibid. eodem anno. *

CHRISTOPHORI HIELLINI *vom lapide bezoar als der kräftigſten arzney vvieder allerley gift*, Conſtantiæ 1589. 8. * cum collectione libellorum de peſte.

MAR-

III. GRÆCO-GALLI.

JACOBUS HOLLERIUS (a) hic primo nominandus eſt, qui Librum ſcripſit hoc titulo: *Opera practica cum notis* LUDOVICI DURETI. Nobilis & aureus

MARTINI VVENDRICH *problematum phyſicorm & medicorum ex* J. B. MONTANI *ſcriptis ſelectorum* Liber I. VVittemberg 1590. *

MICHAEL BAPST. *neu und nützliches artzney kunſt buch*, Mülhauſen 1590. 4.* 1605. 8.*

LUDOVICI TRAMERI *de vera atque perfecta medendi methodo juxta Peripateticorum doctrinam commentarii*, Ingolſtad. 1590. 8. *

JACOBI SEIDELII *methodicæ arthritidis & phthiſis curationes certis theſibus comprehenſæ: Acc. diſputatio de ſaliva, ſputo & muco*, Bardi in Pomeran. 1590. 4. *

J. THOMÆ MINADOI *Medicarum diſputationum* Liber I. *de adæquato indicante venæ ſectionis: de injucunditate in curationibus evitanda: quod* L. *ad* THRASYBULUM *legitimus ſit*, Tarviſ. 1590. 4. 1610. 4. EJ. *de humani corporis turpitudinibus cognoſcendis & curandis* Libri III. *& de plica polonica*, Patav. 1600. fol. * Alia opera in Pathologicis dicta ſunt.

EUSTACHII RUDII, Bellunenſis, *de humani corporis affectibus dignoſcendis, curandis & conſervandis* Liber I. Venet. 1500. fol. Liber II. ibid. 1595. fol. *tertius* ibid. 1596. fol. LIND. & *omnes conjuncti* VII. *Libri* Venet. 1606. fol. Ex genio ſeculi, plenus controverſiarum & defenſionis veterum, ex quibus etiam fere omnia ſumſit.

J. ANGELI de CANTECILLIS *practica rationalis de medendis morbis* Libri III. & *de differentia & curatione febrium ac ſanguinis miſſione*, Rom. 1590. 8. *

In SAL. ALBERTI *Miſcellaneis*, VVittemberg. 1590. 8. aliqua, pauciora, huc pertinent, ut de vaporibus metallicis utilibus.

ALESSANDRI MASSARIÆ, jurati defenſoris veterum, Patavini Profeſſoris, multa opera extant. EJUS *de peſte* Libros II. video citari editionis Venetæ 1579. 4. EJ. Liber *de abuſu veſicantium & theriacæ in febre peſtilenti* prodiit Patav. 1591. 4. & *de abuſu medicamentorum veſicantium diſputatio ſecunda apologetica*, Vicetiæ 1593. 4. * Contra HERCULEM SAXONIA ſcripſit, ſed dicitur a TERILLO palinodiam ceciniſſe. EJUSD. *diſputationes quarum* I. eſt *de ſcopis mittendi ſanguinem, altera de purgatione in morborum principio*, Vicetiæ 1598. 4. * EJ. *reſponſionum & conſultationum medicinalium Liber*, Venet. 1613. fol. EJ. *practica medica ſeu prælectiones accademicæ continentes methodum cognoſcendi & curandi totius corporis morbos ad nativam* HIPPOCRATIS *&* GALENI *mentem cum tractationibus de peſte, affectibus renum & veſicæ, & de pulſibus & urinis*, Tarviſ. 1607. fol. Lugdun. 1616. 4. Venet. 1618. 4. * EJ. *practica medica & Liber de morbo gallico, de purgantibus, de ratione conſultandi*; Francof. 1601. 4. Tarviſ. 1606. fol. EJ. *opera medica* quibus priora omnia repetuntur, Lugdun. 1634. fol. 1669. fol. Francof. 1608. fol. *

BARTHOLOMÆI VICARII *de ægrotantium optimo aſſiſtente ejuſque officio in ſingulis morbis*; Rom. 1591. 4. *

HANNIBALIS de NICOLINIS *de curativis ac mittendi ſanguinem ſcopis diſputationes*, Peruſiæ 1581. 4. * LIND.

HIERONYMI BRISCIANI *nova medicina in qua multorum errores in hac facultate reteguntur & antiquus ſuus honor medicinæ reſtituitur*, Venet. 1591. 4. L.

BAPTISTÆ CODRONCHI *de Chriſtiana & tuta medendi ratione* Libri II. *Accedit de baccis indicis atque antimonio*, Ferrariæ 1591. 4. * Bonon. 1629. 4. EJ. *conſilium de raucedine*, Francof. 1597. 8. EJ. Libri II. *de rabie & hydrophobia & de iis qui aqua immerguntur*, Francofurt. 1610. 8. alibi dicti ſunt non maximi momenti. Eum etiam diximus quo egit de morbo cartilaginis memoratæ. EJ. *de vitiis vocis* a GOELICKIO laudatus eſt.

ANTONII MARIÆ BETTI de Rhabarbaro contra communem opinionem quæſtio, Bonon. 1591. fol. prodiit; an nempe magis in ſubſtantia alvum ſolvat, an infuſum.

(a) Dictus eſt ſuo loco.

(a) PROS-

aureus. Liber eſt, eſtque opus abſolutum. Eruditiſſimus enim & omnium fere linguarum peritiſſimus fuit, & gravis ætate, conſummatus experimentis ſumma fide demum ſcripſit. Opus editum eſt Genevæ in 4. anno 1623. & 1635. Reliqui galli unice in HIPPOCRATEM commentati ſunt; hinc eos omnes citavi in ſemeiotice.

Nonnulli alii auctores ſunt, quos ad ſyſtematicos referre oportet, & qui nonnullorum populorum propriam medicinam ſcripſerunt. Olim philoſophus dixit, nihil plus polire ingenium, quam peregrinari apud omnes populos; hinc malum judicium de bono & malo non tamen facile feret, qui plures vidit mores, quam qui patriæ ſuæ mores ſolos viderit. Ita pariter in medicina nimis arcta erit eruditio, niſi variam medicinam Græcorum, Italorum, Indorum, Perſarum, &c. legamus.

De Medicina Ægyptiorum ſcripſit PROSPER ALPINUS (*a*), Italus natione. Illi cupido inceſſit petendi primam medicinæ ſedem, quæ non eſt Græcia, ſed Ægyptus, unde HIPPOCRATES ipſe artem hauſit. Ergo Ægyptum petiit, dogmata eorum populorum collegit, & inde hoc opus condidit, ex quo videmus quid HIPPOCRATES pluribus locis voluerit. Editus eſt in 4. Pariſ. anno 1646. & Lugd. Batavorum.

De

(*a*) PROSPERI ALPINI Maroſticenſis, medici Conſulis Veneti, qui Memphi res reipublicæ agebat, deinde Patavini horti Præfecti, *de medicina Ægyptiorum* Libri IV. Venet. 1591. 4. gr. egregium opus eſt, cujus tres imprimis poſteriores Libri hodiernam Ægyptiorum artem medendi, purgantia, cauſtica, veſicatoria deſcribunt, quibus antiqua etiam ejus gentis medicina paſſim declaratur. EJUSD. *de medicina Methodica* Libri XIII. Patavii 1611. fol. Leid. 1719. 4. & alias excuſi ſunt. Praxin etiam medicam per ſingulos morbos ad placita ſectæ & ejus theorias perſequitur.

ABRAHAMI NEHEMIA *methodus medendi univerſalis per ſanguinis miſſionem & purgationem* Libri II. Acc. *de tempore aquam frigidam exhibendi in febribus ardentibus*, Venet. 1591. 4. *

PAMPHILI HERILACII Reatini *de arthritide & podagra conſilium*, Colon. 1591. 8. cum Libro *de aquarum natura*, exigui momenti.

NICOLAI GYER *engliſh phlebotomi or method and vvay of healing by letting blood*, Lond. 1592. 4. AMES. 1604. 4. *

BERNHARDI CARANES *adverſus Valentinos & alios noſtri temporis medicos de ratione mittendi ſanguinis in febribus putridis* Libri III. Barcinone 1592. 8. *

HENRICUS GARETIUS, medicus Electoris Moguntini, edidit Francof. 1592. 8. *de arthritidis præſervatione & curatione doctiſſimorum noſtræ ætatis Medicorum conſilia* J. SYLVII nempe, FERNELII, VESALII, ANTONII GALLI, JEREMIÆ THRIVERII, GEMMÆ FRISII, ADAMI BOGARDI, CORNELII BASDORPII, PETRI BRUHESII, DANIELIS VLIERDENI, CAROLI GOSVINI, JO. ZOMERII & FRANCISCI FABRICII. Pleræque epiſtolæ ſunt P. BRUHESII, aut ad eum datæ.

J. MARQUARDI Pannonii *practica theorica empirica morborum iuteriorum*, Spiræ 1592. 8. *

ÆMILII CAMPOLONGI Patavini Liber *de arthritide*, Spir. 1592. 8. & prius Venet. 1586. 4. * Et de variolis, Venet. 1586. 4. quæ mea eſt editio libri mediocriter utilis. EJUSD. & ALB. BOTTONI *methodi medicinales in quibus legitima medendi ratio traditur*, Francof. 1595. 8. *

OCTAVIANI ROBORETI archiatri Rudolfi II. *de uſu veſicatoriorum in peticulari febre*, Trident. 1592. RIV. *

J. GRAMMAN *de pharmaco purgante, quod* GALENI *mancipia ſuis purgantibus, cum ſint deleteria nullo ſpagirices artificio correcta, plurimum obſint*, Erford. 1593. 4. * EJ. *bericht*

vvie

wvie man ſich vor der giftigen blutruhr und flieſſenden peſt vervvahren, auch denen damit beladenen vvieder aufhelfen ſoll (ad dyſenteriam) ibid. 1598. 8. RIV.

BRUNONIS SEIDEL Liber *morborum incurabilium cauſas explicans*, Francof. 1593. 8. Poſthumum opus, valde laudatum SCHELHAMMERO, ſed certe noſtro ævo inutile, quo demonſtratum itur, utique dari morbos inſanabilcs, neque PARACELSI ſectam eos ſuperare. Auget autem numerum eorum morborum, cum ipſis peſtem, epotam aquam fortem, & alia admiſceret, plenus ſuperſtitioſis hiſtoriis.

PETRI VAEZ *Apologia medicinalis. Acc. Cenſura de Vena ſectione in febribus putridis & curatione puncticularis, denique epiſtolæ medicinales*, Barcinone 1593. 8. Nondum legi, ſed penes me eſt.

JACOBI TRUNCONII *de curandis puerorum morbis*, Florent. 1593. 4. cum aliis libris in Pathologia citatis.

BARTHOL. HUBNERI *oratio de impietate* PARACELSI *& ſectatorum qui medicinam conſpurcarunt*, Erford. 1593. 8. *

FRANCISCI COURCELLI *de vana ratione mittendi ſanguinis in hæmatothreſeos*, Francof. 1593. 8. *

FRANCISCI AGUILLAR *de febrium putridarum curatione adverſus* BERNHARDUM CARANES, Valent. 1593. 8. L.

PETRI PARISII *avvertimenti ſopra la peſte e febbre peſtifera con la ſomma delle loro principali cagioni*, Panorm. 1593. 4. & *aggiunta*, ibid. 1603. 4. * Ipſe peſti interfuit.

ANDREÆ CHIOCCI *quæſtionum philoſophicarum & medicarum* Libri III. Veron. 1593. 4. Venet. 1604. 4. * EJ. *diſputatio de ſectione venæ in obſtructione ab humorum qualitate*, Venet. 1604. 4. *

HERCULIS SAXONIA, Patavini Profeſſoris, *de phœnigmis* Libri III. *de univerſa rectificantium natura, pſilothris, ſmegmatibus, dropacibus, ſinapiſmis vulgo veſicantibus, de quorum uſu in febribus peſtilentibus multa diſputantur*, Patav. 1593. 4. 1691. 4. * Contra A. MASSARIAM defendit ſuum in peſte veſicantium uſum, ita ut creditus ſit viciſſe adverſarium, THOMASINO judice. Ipſe tamen in uxore ſua abortivis uſus eſt, cum mola laborare crederet, ea vero vere gravida eſſet, PRIMIROSIO teſte *error. vulg* Libros II. c. 2. EJUSDEM *Pantheon medicinæ ſelectum* Libri XI. *diſtinctum omnibus ad praxin medicinæ neceſſariis panmechanicis inſtructum*, Francof. 1603. fol. a PETRO UFFEMBACHIO editum. Opera omnia ejus viri ſunt, Praxis, de plica, de phœnigmis, de lue venerea, de pulſibus. EJUSD. *prælectionum practicarum* Libri II. *de ratione dignoſcendi ac curandi omnes interiores affectus præter naturam*, Francof. 1610. fol. * EJUSD. *opera practica*, Patav. 1639. fol. 1681. fol. *

SIMONIS PETREII *lenis cenſura in acerbam admonitionem* A. LAURENTII Turoni 1599. 8. *

SIMONIS KELLING *defenſive againſt the plague*, Lond. 1593. 4. AMES. Etiam variolarum curationem continet.

CHRISTOPHORI HENRICI AYRER *methodica & ſuccincta informatio medici praxin aggredientis*, Francof. 1594. 8. * EJ. *regimen peſtis & dyſenteriæ populariter graſſantium præſervandæ & percurandæ*, Argentor. 1617. 4. *

BALDI ANGELI ABBATII *opus diſcuſſarum concertationum præclarum de rebus, verbis & ſententiis controverſis ex omnibus fere ſcriptoribus* Libri XV. Piſauri 1595. 4. *

VIDI VIDII junioris *de curatione generali* P. I. Lib. XVII. Florent. 1587. 4. EJ. *de curatione generali* Libri XVII. P. II. ibid. 1594. fol. *de curatione membratim*, ibid. 1594. *de medicamentis* Libri VIII. Venet. 1611. fol. Opera vero omnia cum titulo V. VIDII *ars medicinalis a* VIDO *juniore recognita*, Venet. 1611. fol. vol. 3. recuſa 1626. fol. 1645. fol. 1668. fol.

NONII a COSTA *de arte medica*, Patav. 1594. 4. *

THOMÆ RODERICI a VEGA Eborenſis *opera omnia* Lugdun. 1594. fol. Commentarii ſunt in GALENUM.

JOHANNIS COSTÆI Laudenſis, primarii Profeſſoris Bononienſis, *de igneis medicinæ præſidiis* Libri II. Venet. 1595. 4. Et hic citari poteſt & inter Chirurgicos Libros, bonus, ordine plano recenſens Græcorum & Arabum numeroſa cauteria morboſque quibus opponebantur, non abſque ſua obſervatione. Minime ignoravit renovatam in Anglia curationem herniæ per cauſtica. EJ. *de facili medicina per ſeri & lactis uſum* Libri III. Bonon.

1595.

1595. 4. quæ mea eſt editio, & Papiæ 1604. 4. Ex veteribus collegit occaſiones adhibendi ſeri lactis. EJ. *de potu in morbis, aquis, vino, omnique factitio potu; ac. de privato in ſingulis morborum generibus eorum uſu differitur*, Papiæ 1604. 4. Venet. 1604. 4. LIND. * EJ. *miſcellanearum diſſertationum Decas* I. a filio J. FRANCISCO edita eſt Patav. 1658. 12. Ad hiſtoriam & diæteticam in primis ſpectat. Lentium in variolis uſum rejicit.

ALBERTINI BOTTONI, Patavini Profeſſoris, qui hoc anno obiit, muliebria diximus. Conſilia aliqua a J. LAUTERBACH edita ſunt, Francof. 1605. 4. *Methodus medendi* cum illa ÆMILII CAMPOLONGI excuſa eſt a LAZARO SUSENBECK Francof. 1595. 8. Una etiam prodiit BARTHOLOMÆI HIEROVII *quæſtionum medicinalium* Liber I.

NICOLAI ABRAHAMI FRAMBESARII *canonum & conſultationum medicarum* Libri III. Pariſ. 1595. 8. * 1619. 8. aucti, cum *appendice de arthritide*, & libello *de peſtis curatione & præcautione*. EJUSD. *ſchola medica*, Leid. 1625. 8. * EJUSD. *opera medica* Francof. 1629. 4. * quibus priora continentur & *apologia pro innocentia medicamentorum chymicorum*, & *Laura academica* FRAMBESARII.

Univerſæ medicinæ ſynopſis ex L. GAL. *de morborum & ſymptomatum differentiis & cauſis, & de ſanguinis miſſione*, Venet. 1595. fol. in tabularum forma prodiit.

ABRAHAMI SCHOPFII καθόλȣ *omnium præſidiorum medicorum univerſalium & topicorum diſquiſitiva*, Baſil. 1595.

JOHANNIS VVITTICH *bericht von epidemiſchen und fleck fiebern*, Eisleben 1594. 8. * EJ. *artzneybüchlein für arme und dürftige leute*, Leipzig 1595. 4. * EJUSD. *conſilia apoplectica ſeu de ſubitanea morte*, Lipſ. 1603. 8. EJUSD. *proceſſus, conſilia, obſervationes atque epiſtolæ medicæ doctiſſimorum Germaniæ medicorum*, Lipſ. 1604. 4. 1607. 4. L. Octoginta conſilia ſunt aut epiſtolæ J. SCHROETERI, J. PONTANI, C. NÆVII, T. ERASTI, J. CAMERARII & aliorum medicorum, quorum nomina minus nota ſunt. Sæpe miratus ſum longitudinem inmenſam formularum.

DIOMEDIS CORNARII *conſiliorum medicinalium tractatus*, Lipſ. 1595. 4. 1559. 4. quæ mea eſt editio, auctior cum obſervationibus & hiſtoriis admirandis, & orationibus ejuſdem auctoris.

HORATII GUARGUANTI *de theriacæ virtutibus, mechoacamæ radice, ovi gallinacei uſu in febribus*, Venet. 1595. 4. RIV. * EJ. *reſponſa varia ad varias ægritudines, imprimis de dyſenteria, morbo gallico & febre peſtilentiali & peſte. Accedit cognitio ſedandi & curandi fluxus*, Venet. 1613. 4. RIV.

J. BAPT. ZAPATA *maraviglioſi ſecreti di medicina*, Venet. 1595. 8. Sæpiſſime recuſa etiam germanice *ſchlüſſel der arzney*, Lipſ. 1685. 8.

J. VVERNER *therapeutica, hoc eſt ſanitatis reſtituendæ ratio artificioſa* Libri II, *propoſita & coram illuſtrata*, Francof. 1596. 8. *

THADDÆI ab HAYCH *actio medica adverſus* PHIL. FANCHELIUM *medicaſtrum & pſeudoparacelſiſtam*, Amberg. 1596. 8. Malæ eum hominem curationis arguit. EJUSD. *aphoriſmorum medicorum* Liber I.

JACOBI HORSTII Profeſſoris Helmſtadienſis *epiſtolæ philoſophicæ & medicinales*, Lipſ. 1596. 8. * cum vita GEORGII HORSTII. EJUSD. *diſputationes de rebus ſecundum & præter naturam*, VVittemberg 1609. 8. *

OSVVALDI GABERKOVER *artzney buch*, Tubing. 1596. 4. vol. 2. Francof. 1665. 4. 1694. 8. * An IDEM *VVürtenbergiſches artzney buch*, Tubing 1603. 4. *

J. ZECCHII *de ratione curandi præſertim febres ex putrido ortas humore*, Vienn. 1596. 4. * EJ. *conſultationes medicinales in quibus univerſa praxis medica exacte tractatur*, Venet. 1617. 4. L. Francof. 1650. 8. *

DURANTIS SCACCHI *ſubſidium medicinæ in quo quantum docta manus præſtet ad immanes morbos evellendos mirum in modum eluceſcit*, Urbin. 1596. 8. *

JOSTRENII de JOSTRENIIS *de uſu veſicantium promiſcue in morbis omnibus, de cucurbitulis affigendis importune, de venæ ſectionis omiſſione, de purgatione incongrua, de victus ratione monſtroſa*, Venet. 1596. 4. *

SILVESTRO FACIO *difeſa intorno allo ſputo di ſangue*, Firenze 1596. 4. * PL. EJ. *Tractatus de peſte* Italice ſcriptus, Gallice verſus a B. BARALIS, prodiit Pariſ. 1620. 8.

LEONHARD MARSCHALL I. II. *and* III. *book of cattel, taken from the beſt authors*, Lond. 1596. 4. Eſt veterinaria. AMES.

PETER LOVVE D. *in the faculty of chirurgerie at Paris chir. to* HENRY IV. *eaſy certain and perfect method to cure and prevent the ſpaniſh ſickneſſ*, Lond. 1596. 4. AMES.

G. TOOKER *Chariſma ſeu donum ſanationis, de curatione ſtrumæ per contactum Regum Angliæ*, London 1597. 4. Pugnat pro eo privilegio Regibus Angliæ conceſſo.

BARTHOLOMÆI CASTELLI *artis medicæ methodo diviſa ſynopſis, in qua quidquid ab* HIPPOCRATE, GALENO, AVICENNA *cæteriſque ſummæ auctoritatis doctoribus ad eamdem artem ſcripta ſunt mira dexteritate... accuratim continetur*, Meſſan. 1597. 4. * De ejus viri dictionario dictum eſt.

MICHAEL MARTINEZ de LIEVA *remedios preſervativos y curativos para en tiempo de la peſte y otras curioſas experiencias*, Madrit 1597. 8. *

GIROLAMO VENEROSI *riſpoſta alla difeſa intorno allo ſputo di ſangue*, Firenze 1597. * EJ. *de conſultatione reſponſiva, de urinæ ſtillicidio, pruritu & herpete exedente*, Venet. 1611. 4. *

JOH. BAUHINI celebris botanici *bericht von der peſt* Mumpelgard 1597. 8. *

PETRI MATTHÆI PINI amici B. EUSTACHII, & tabularum heredis, *compendium inſtar indicis in* HIPPOCRATIS COI *opera omnia*, Venet. 1597. fol. recuſus cum nupera MARINELLI anno 1737.

J. NICOLAI ROGERII *de recta curandi ratione per ſanguinis miſſionem*, Venet. 1597. 4. *

J. BAPT. MELLA *il corteſivo ovvero del mal di caſtrone*, Neapol. 1597. 4. *

J. BOKELII Profeſſoris Helmſtadienſis, *Peſtordnung der ſtatt Hamburg* 1597. 4. RIV. In eam adnotationes prodierunt Hamburg. 1665. 4. germanice ſcriptæ.

BERNH. a KIRCHEN *kurtzer bericht vvie ſich ein ieder in der epidemiſchen ruhr halten ſoll*, Paderborn 1597. 8. * RIV.

J. NEEFFENS *bericht vvie man ſich in denen vorſtehenden ſterbens laüffen mit præſervation und curation der peſtilenz verhalten ſoll*, Dreſd. 1597. 4. *

CASP. STRUBII *bericht vvie der gemeine mann in itzo gefährlichen Sterbens laüften ſich verhalten und curiren ſoll*, VVittemberg 1597. RIV. *

ANDR. STARKENS *bericht von der peſtilenz vvie man ſich davor bevvahren und die ruhr heilen ſoll, nebſt einem harnſpiegel vvorinn gevvieſen vvird, daſſ dem Harn in peſtilenz zeit nicht zu trauen ſey*, Erfurt. 1597. 4. RIV. EJ. *kranken ſpiegel vvie ſich ein kranker dann ein treuer artzt ſich beyde verhalten mögen, auch vvie in iziger peſtilenzzeit ſich zu bevvahren*, &c. Mulhauſen 1598. 4. RIV.

CASPAR BUCHA *bericht vvie man ſich in ſterbens laüffen verhalten, für der peſtilenz vervvahren, vvas man täglich brauchen und vvomit man raüchern ſoll*, Magdeburg 1598. 4. Nunquam uberior, quam hoc ſeculo, de peſte ſcriptorum ſeges cum minori utilitate fuit.

JAC. LIEBZELTER *de ratione præſervandi a peſte*, Lipſ. 1598. *

J. ALPHONSI de FONTECHIA *medicorum incipientium medicina ſeu medicinæ chriſtianæ ſpeculum*, Complut. 1598. 4. *

MARTINI GOMEZ de PAMPELUNA *contra la peſte en las epiſtolas de* NICOLAS MONARDES, Pampelona 1598. 8. *

SCÆVOLÆ SAMMARTHANI *pædotrophia* anno 1584. ſcripta hoc anno gallice edita dicitur, neque enim vidi, in Carmine ſuo miſcet Theologiam paganam cum Chriſtiana & miras theorias profert v. g. utriuſque homines ſexus primo umbilicis connexos fuiſſe, vinculoque demum ſolutos ſeceſſiſſe, &c.

The cure of diſeaſed in remote regions preventing mortality, Lond. 1598. 4. *

DAV. HERLITZ *peſt ordnung*, Augſpurg 1598. 4. * 1621. 8. *

ALFONSI DIEZ DAZA *aviſos y documentos para la preſervacion y cura de la peſte*, Hiſpali 1599. ANT. *

CÆSAR MOCHA *trattato della peſte*, Carmagnola 1599. 4. *

HIERONYMI SORIANO *experimentos medicos faciles y verdaderos*, Madriti 1599. 8. Complut. 1612. 8. * EJ. *methodo de curar las enfermidades de los ninnos* (de morbis puerorum) Saragoſſa 1606. 8. * N. ANT. *

JOSEPHI PHAVORINI a CLAVARIIS *medicarum exercitationum Liber in quo phyſiologia, pathologia, therapeutica explicantur*, Camerini 1599. 4. *

JO. STEINMETZ *nützliche anleitung vvie man ſich vor der peſtilenz vervvahren ſoll*, Lipſ. 1599. 4. RIV.

JOH. OSVVALD *unterricht für geſunde und kranke vvie ſie ſich zu verhalten*, Francofurti 1599. 8. *

ANDREÆ LIBAVII *ſingularium* p. 1. *de abſtruſioribus in medicina, philoſophia, chymia quæſtionibus differitur*, Francof. 1399. 8. *Pars* II. ibid. eodem anno P. III. & IV. anno 1601. 8. * *variarum controverſiarum* Libri II. *ſchediaſtici* ibid. 1600. 8. * EJ. *de medicina veterum tam Hippocratica quam Hermetica Tractatus*. ibid. 1559. 8. *

JUSTI BALBIANI *nova ratio praxeos medicinæ* Libri IV. Venet. 1600. 8. *

NICOLAI BOCANGEL *de las enfermidades malignas y peſtilentes ſu cauſa remedios y preſervacion*, Madrit 1600. 4. * NIC. ANT.

J. HIERONYMI PULVERINI *ars medica de curandis juxta hodiernum uſum humani corporis morbis*, Venet. 1600. 4. Leid. 1649. 8. ex recenſione GER. BLASII. *

ANTONII PONCE de S. CRUZ Archiatri Hiſpanici, magni, ut plerique Hiſpani, Arabum admiratoris, *de las cauſas y curacion de las fiebres con ſecas peſtilenciales*, Valladolid. 1600. 8. * EJ. *de impedimentis magnorum auxiliorum* Libri III. Madrit. 1629. 4. Patav. 1651. 12. Sed mea editio eſt Barcinonenſis 1648. 8. Veterum unice auctoritates ſecutus eſt. Cum reliquis operibus phyſiologicis ANTONII prodiit patris opus ALPHONSI *dignotio & cura affectuum melancholicorum*, Madriti 1622. fol. quo opuſculo hiſtoriæ etiam ægrorum ex variis cauſis per curationem cauſæ contrariam ſanatorum habentur. Placet quod acri peſſo virgini ſuppreſſis menſibus medelam fecerit. Multum vero utebatur venæ ſectione & diæta refrigerante.

Aderlaſſ büchlein d. i. vom rechten gebrauch der aderläſſ 1600. 8. Auctor eſt D. ALEXANDER SEITZ, ſententia omni ſuperſtitione plena, diebus rejectaneis, metu venæ ſectionis in gravidis, &c. Adjectus eſt libellus J. HARTMANNI HYRI, qui in Indiam iter fecerat, de lapidis bezoar ſpeciebus, cujus vires valde extollit, tum collectio formularum.

LUCII LAELII Fulginatis *conſultatio de lue Sarmatica*, Ferrar. 1600. fol. *

J. de PONS medici Lugdunenſis *de nimis licentioſa & intempeſtiva ſanguinis miſſione* Ed. II. Lugd. 1600. 8. magn.

TOBIÆ DORNCRELLII *de purgatione & cur purgatio familiarem ſibi humorem adtrahat*; Ulyſſeæ (quæ ubi ſit neſcio) 1600. Hamburg. 1603. 12. Jen. 1645. 12. &c. EJ. *Empirica ſeu medicamenta experientia diuturna comprobata ad omnes corporis humani morbos* II. Libr. recuſa a J. STOCKER Francof. 1601. 8. cum *diſpenſatorio* EJ. *medulla totius praxeos medicæ aphoriſtica*, Erfurt. 1656. 4. *

JOSEPHI QUERCETANI *ſeu du Cheſne, Sieur de la Violette*, Chemici, indocti hominis, ut ex epiſtola C. BAUHINI apparet, & alieno calamo uſi, multa opera ſunt. EJUS *opera medica*, Lugduni 1600. 8. Lipſ. 1614. 8. * prodierunt. LIND. EJ. *reſponſio adverſus anonymi phantaſmata ad veritatem hermeticæ medicinæ ſtabiliendam*, Pariſ. 1603. 8. Francof. 1605. 8. LIND. * EJ. *de priſcorum philoſophorum veræ medicinæ materia, præparationis modo atque in curandis morbis præſtantia*. Accedunt conſilia medica IV. *de arthritide, nephritide, lue venerea, morbo complicato*, Genev. 1603. 8. Lipſ. 1613. 8 * EJ. *peſtis alexicacus ſeu luis peſtiferæ fuga, auxiliante ſelectorum remediorum copia procurata*, Pariſ. 1608. 4. 1624. 4. Lipſ. 1609. 8. LIND. 1615. 8. * EJ. *conſeils de médecine*, Pariſ. 1626. 8. * EJ. *recueil de plus beaux & rares ſecrets*, Pariſ. 1641. 8. *

PETRI FORESTI viri nobilis, eruditi & expertiſſimi medici, magni peregrinatoris *opera* Francof. 1619. fol. 1634. fol. 1660. fol. & alias prodierunt, jam citata in pathologicis, plenum in practicis opus, comparatum cum veterum præceptis & proprio experimento, ſed a noſtra nunc medicina alienius, & fictum, ſi credendum BOERHAAVIO, ad famam augendam.

BALTHASSARIS SCULZII *ſynopſis univerſæ medicinæ* XII. *diſputationibus exhibita*, Lipſ. 1601. 8. *

J. NICOLAI *univerſæ medicinæ compendium*, Baſil. 1601. 8. *

PETRI HOFMANN *Fraiſambüchlein von der præſervation und curation der fraiſam oder epilepſia an kleinen kindern*, Coburg. 1601. 8. * EJ. *Kurzer unterricht vvie man ſich in izt regierenden fiebern ſovvol auch in der peſt bevvahren und curiren ſoll*, Hoff. 1611. 4. * Ad febris Hungaricæ curationem.

JACOBI FONTANI *methodus generalis cognoſcendi, prædicendi & curandi morbos, eorumque ſym-*

ſymptomata ad mentem HIPPOCRATIS *&* GALENI Avenione 1601. 8. Pariſ. 1612. 8. * EJ. *practica curandorum morborum* C. H. *in* 4. *Libros diſtincta*, Pariſ. 1611. 8. * EJ. *opera in quibus univerſa artis Partes* IV. *methodice explicantur*. *Praeponuntur Libri* II. *de demonſtratione medica*. Acceſſerunt *conſilia medica* Genev. 1613. 4. Pariſiis anno 1608. * Libri iſti II. *de demonſtratione* ſeorſim excuſi ſunt. LIND. & Avenione 1603. 8. *

J. HUCHER *de febrium... curatione* Libri IV. Lugdun. 1601. 8. *

FRANCISCI MARIÆ de TECTORIIS *compendium medicinæ practicæ ſeu formulæ remediorum*, &c. Francof. 1601. 8. *

NICOLAI ANDREÆ D'URSO *Tractatus de vermibus*, Neapoli 1601. 4. *

NIC. MACHELLI *de morbo gallico ejuſque curatione*, Francof. 1601. 8. *

FELIX PLATER, ex Valeſiaca nobili familia natus, Profeſſor & Poliater Baſilienſis, per quinquaginta annos felix practicus, inſignis judicio, amore anatomes, rei naturalis, cujus egregios theſauros collegit, recto ingenio & quod ſupra vulgi præjudicia facile erigeretur, opii efficaces vires ex primis vindicavit, ſyptomata morbuſque novo ordine ad ſuas communes cauſas reduxit, in remediis potius nimis abundavit. EJUS princeps opus eſt *Praxeos medicæ*, cujus prima editio prodiit Baſileæ 1602. 8. L. ſucceſſerunt multæ aliæ. Mea eſt anni 1666. 4. aucta *centuria quæſtionum paradoxarum & endoxarum*. Alia nuper prodiit, Baſil. 1755. 2. vol. Obſervationes citavi. Hic auctor pleroſque priorum vera utilitate longe ſuperat.

SANCTORII SANCTORII, Juſtinopolitani, medici Veneti eruditiſſimi, & inventoris; ſcholaſtica tamen nimis methodo uſi, *methodi vitandorum errorum* Libri XV. prodierunt Venetiis 1602. fol. 1630. 4. LIND. Genevæ 1631. & alias. Magna pars pertinet ad ſemioticen, *quinque* tamen *poſtremi Libri* practici ſunt, *de principiis methodi medendi: de analogismis & experimentis: de adminiſtrandis remediis: de revulſione & derivatione: & de indicantium æquilibrio*. Subtile opus, & valde methodicum eſt, ſi ea ætas artis methodum perfectam tuliſſet. Multis pugnat in Empiricos, & oſtendit, quomodo dogmatice ex analogia remedia inveniantur. Remedia decantata ſummo cum judicio explodit, ut bezoar, cornu rhinocerotis, lithontriptica, lapides pretioſos, alia: Veſicantia neque ſæpe neque nunquam admittit. In revulſione eam præfert, quæ fit per proxima, &c. Liber *de inventione remediorum* non primum Genevæ 1631. 4. ut in titulo jactatur, ſed prius Venetiis 1629. 4. cum commentario in aphoriſmos HIPPOCRATIS prodiit. Fontes aperit, unde ſumatur remediorum ſelectus, ex loco adfecto, colore, morbi magnitudine, cauſis ſpecificis; & in univerſum ex theoria. Aliquas habet ſuas obſervationes & cadaverum etiam ſectiones. In *commentario in* I. *Fen. primi Libri Canonis* AVICENNÆ Venetiis 1626. fol. editio multa propria remediorum genera proponit, ſtillicidium ad paralyſin, æolipilam ad phthiſin, & ad refrigerandum aerem, lectum penſilem, balnea penſilia. Frigida colicam ſanavit. Monachum per fraudem melancholico ægro clavos & pilos ſuppeditantem detexit, &c. EJUS *opera omnia* IV. *voluminibus comprehenſa* prodierunt Venet. 1660. 4.

DEMETRII CANEVARII *morborum omnium qui corpus humanum adfligunt ex arte curandorum accurata methodus*, Venet. 1605. 8. * EJ. *ars medica*, Genuæ 1626. fol. *

J. BAPTISTÆ IMPERIALIS *exotericarum exercitationum* Libri II. *ad* H. AUGENIUM, Vicetiæ 1602. 4. * Venet. 1603. 4. *

JOH. de VITO *de cauſis noſtrarum calamitatum & de morbis epidemicis qui vulgabantur... per totum regnum Neapolitanum* anno 1602. Neapoli 1602. 4. *

FORTUNATI FIDELIS Liber *de relationibus* prodiit Panormi 1602. 4. alibi dictus. EJUS *contemplationum medicarum* Libri XXII. *in quibus non pauca præter communem multorum medicorum ſententiam notatu digna explicantur* prodierunt Panormi 1621. 4. MONGITOR. *

JOH. XIMENEZ SAVANIEGO *Tractatus de peſte ſus cauſas preſervacion y cura*, Antiquera 1602. 4. * N. ANT.

RODERICI a CASTRO Luſitani, qui Hamburgi medicinam fecit, *Medicina mulierum univerſa*, Hamburg. 1603. fol. Prima pars phyſiologica eſt, reliqua practica, magnam partem ex veteribus ſumta & ad veterum ſaporem, ſuperſtitioſus, qui credat apertis feneſtris partum reddi faciliorem, neque in obſtetricando utilis, qui in partu difficili fetum velit reduci in eum ſitum in quo caput præcedit.

ANDREÆ de VALDIVIA *de las landres*, Hiſpali 1603. (de peſte) N. ANT. *

FRANCISCI de SILVA y OLIVERA *diſcurſo de la providencia y curacion de ſecas y carbunculos con contagio*, Granatæ 1603. 8. * ANT.

EMANUEL GOMEZ *de peſtilentiæ curatione methodica*, Antvverp. 1603. 4. Lovan. 1637. 8.*

J. BAPTISTÆ PERSONÆ *diſcurſuum medicinalium Liber*, Bergomi 1603. 4. *

VINCENTII ALSARII a CRUCE Genuenſis Liber *de epilepſia* anno 1603. 4. editus, in pathologicis dictus eſt. EJUS ſunt etiam *de quæſitis per epiſtolas in arte medica IV. ubi varii caſus, obſervationes, conſilia, reſponſa, diſputationes atque curationes deſcribuntur*, Venet. 1622. fol. * EJ. *conſultatio medica pro adoleſcente oblivione & ſurditate laborante*, Rom. 1629. 4. EJ. *providenza medica per preſervarſi dell' imminente peſte*, Rom. 1630. 4. EJ. *conſilium prophylacticum a lue peſtifera graſſante*, Rom. 1631. 4. MANDOS. Alia opuſcula jam citavimus in pathologicis.

SCIPIONIS MERCURII Liber *degli errori popolari d' Italia*, Venet. 1603. 4. * EJ. obſtetricium opus diximus.

JOH. MUNSTERI *diſcuſſio eorum quæ ab* ABR. SCHOPFIO *contra* HIPPOCRATIS *aphoriſmum* 22. *Sect. I. ſcripta ſunt*: Acceſſerunt *duæ ejuſdem argumenti appendices contra* CAPIVACCIUM *&* MERCURIALEM, Francof. 1603. 8. EJ. *de pædophlebotomia* Tubing. 1604. 4. * Non debere pueris ante 14. annum ſanguinem mitti.

SEBASTIANI MEYER *Inſtitutiones medicæ prima medicinæ fundamenta complectentes*, Friburgi Brisgoviæ 1603. 12. * EJUSD. *ſelectorum phyſicorum medicinalium & politicorum ſylloge* I. Friburg. Brisgov. 1617. 12. *

J. MATTHÆI Heſſi *quæſtionum medicarum & jucundarum ac practico neceſſariarum enodatio ſcholaſtica, accedunt obſervat. medicæ X. rariſſime in medicina contingentes*, Francof. 1603. 8. * EJUSD. *conſilium medicum diverſorum auctorum pro Marchione Badenſi*, Francof. 1608. 8. * EJUSD. *centuria difficultatum medicarum tam jucundarum quam utilium ex veterum & recentiorum libris erutarum* Herborn. 1616. 8. * eſt opus primo loco citatum, rejectis obſervationibus.

THEODORUS TURQUET de MAYERNE Gallus medicus, qui in Anglia artem exercuit, & in Helvetia ſenex vitæ finem fecit, Albonæ, ante Tavernerium, Baro chemicis aliisque arcanis & ſpecificis remediis multum uſus eſt, quorum aliqua etiam nunc in Anglia in uſu ſunt. EJUS *apologia in qua videre eſt inviolatis* HIPPOCRATIS *&* GALENI *legibus remedia chemica præparata tuto uſurpari poſſe* prodiit Rupellæ 1603. 8. Eam SEGUINUM & ACAKIAM juniorem ſcripſiſſe PATINUS auctor eſt; Pariſini THEODORUM conſiliis excluſerant, quod chemicis medicamentis uteretur. EJUS *praxeos* (*Mayernianæ*) *in morbis internis gravioribus & chronicis ſyntagma* prodiit, Londin. 1690. 8. & Auguſtæ Vindel. 1691. 12. recuſum eſt, in qua editione THEODORI *Tractatus de cura gravidarum* ex G. H. VVELSCHII bibliotheca acceſſit, & Genev. 1692. 8. Londini anno 1695. 8. *Syntagma alterum de febribus, morbis externis, arthritide, lue venerea*, Londini 1695. 8. & utrumque volumen *ſyntagmatis*, Londini 1696. 8. 2. vol. Totus Liber medicamentarius eſt pene abſque morborum hiſtoria. EJ. *medicinal counſels and advices*, Londini 1677. 8. * Et *conſilia medicinalia & tractatus de arthritide* latine vertit & edidit THEOPHILUS BONNET, Genev. 1674. 12. EJ. *Opera omnia*, *Conſilia*, *Epiſtolæ*, *Obſervationes*, *Pharmacopæa*, *medicamentorum formulæ*, *edente* JOS. BROVVNE, Londini 1700. vel 1703. fol. *

EDUARD JORDEN *brief diſcourſe on the ſickneſs called the ſuffocation of the mother*, Londini 1603. 4. *

BAMFERDS *dialogue concerning the plagues infection*, Londini 1603. 8. *

ADAMI ZALUZIANI de ZALUZIAN *animadverſionum medicarum in* GALENUM *&* AVICENNAM Lib. VII. *quibus ſingulæ medicinæ partes ad logicæ normam rediguntur; item ſynopſis legitimæ inſtitutionis medicinæ*, Francof. 1604. 8. *

PHIL. CLAUSER *new vollkommenes arzneybuch zu allerhand gebrechen und zufällen des leibes*, Baſil. 1604. 8. *

FABII PAULINI *de viperis in trochiſcorum apparatu pro theriaca adhibendis*, Venet. 1604. 4. *

JULII CÆSARIS CLAUDINI Bononienſis *paradoxa medica de natura & uſu lactis & ſeri thermarum lutorum, ſaſſafras, ſaſſaparillæ, chinæ radicis, vini medicati, chalybis, balnei aquæ dulcis, medicamentorum ex viperis*, Francofurti anno 1605. cum *conſiliis* A. M. VENUSTI prodierunt. * EJ. *reſponſionum & conſultationum medicinalium tomus unicus in II. ſectiones partitus* (*accedit* FLORII BERNARDINI *exerc. de ultimo corporis alimento* in ed. 1646.)

pro-

prodiit Venetiis 1606. fol. 1607. fol. Francof. 1607. 8. * Turin. 1628. 4. * Venet. 1646. 1690. 4. * Ej. *de ingreſſu ad infirmos in quo medici munus delineatum continetur cum appendice de medicamentis generoſioribus*, Bonon. 1612. 4. Turin. 1628. 4. Francof. 1676. 8. Hoc inprimis Libro applauſum meruit. Ejusd. *empiricæ rationalis* Lib. VI. Bonon. 1653. fol. 2. vol. In ſpiſſo volumine brevis morborum hiſtoria, & plurima vis medicamentorum continetur.

Thomæ Cornacchini *tabulæ medicæ quibus omnia quæ a principibus medicis Græcis, Arabibus & Latinis de curationis apparatu reperiuntur collecta ſunt*, Patav. 1605. 1607. fol. Lind. * Conſultationes ſunt 102. antiquo more ſcriptæ, cum magno medicamentorum apparatu & longa theoria. Subjectus eſt brevis libellus de pulſibus.

Zoroastri Tinelli *medicarum conſultationum juxta magni* Hippocratis *doctrinam Tomus* I. Senis 1605. 4. *

J. Antonii Casaleni *diſputatio de ſecandæ venæ in pleuritide revulſionis gratia adverſus medicos Erancavillenſes*, Venet. 1605. 4. *

Andreæ de Leon Granatenſis *practica de morbo gallico en el qual ſe contiene el major modo de curar la* Pinciæ 1605. 4. Ej. *definiciones de medicina con declaracion de los temperamentos, morbos, pulſos y urinas* N. Ant. qui annum non addidit.

Cæsaris Bergamii *de præcautione a calculo liber*, & *alter de podagra*, Venetiis 1605. 4. *

Joh. Talentonii Profeſſoris Parmenſis, *variarum & reconditarum rerum theſaurus in* IV. *Libros diviſus*, Francof. 1605. 8. Epiſtolæ mutuæ ſunt Talentonii & amicorum de rebus diæteticis, phyſiologicis, hiſtoricis, phyſicis, practicis, de his tamen parcius, & nonnulla ad medicinam forenſem.

Duncani Liddelii Scoti, ſed Helmſtadienſis Profeſſoris, *univerſæ medicinæ compendium*, Helmſtad. 1605. 4. 1620. 4. * Ej. *Ars medica*, Hamburg. 1617. 8. * Ej. *Operum Iatrogalenicorum Tomus* I. Edidit Ludovicus Serranus, Lugdun. 1624. 4. * Quo *therapeutice* & Lib. *de febribus* continentur.

Henrici Wvarenii *noſologia ſeu affectuum corporis humani curatio hermetica & Galenica poſt auctoris mortem publicata a* Joachimo Tankio, Lipſ. 1605. 8. *

Edvvard Bolnest *medicina inſtaurata or the true grounds and principles of the art of phyſick*, Londin. 1605. 8. *

Bartholomæi Thurriani *jatrobulia*, *i. e. de medica conſultatione* Lib. IV. Genuæ 1605. 8. * Francof. 1606. 8.

Bernardini Caii *de veſicantium uſu*, Venet. 1606. 4. Rejicit in febribus acutis eorum uſum. Ej. *de ſanguinis effuſione diſputatio*, Venet. 1607. 4. *

Josephi Pomii *de febribus putridis cum duabus diſputationibus an ſaluberrimum ſit mittere ſanguinem*: & *quando purgandum in iisdem febribus*, Panorm. 1606. 4. Mongit. annum enim 1603. habet Lind. *

Alfonsi de Freilas *conocimiento curacion y preſervacion de la peſte: trattado del arte de deſcontagiar las ropas des ſedas telas de oro y plata tapicerlas y otras coſas: ſi los melancolicos puedan ſabier lo que eſta par venis con la fuerça de la imaginacion*, Giennis 1606. 4. N. Ant. *

Christoph. Sattler *theſaurus ex univerſa medicina*, Patav. 1606. 4. *

Joh. Stullii *methodus praxeos medicæ*, Urſellis 1606. 16. * Ej. *medendi practica generalis in 3. faſciculos contracta*, Antvverp. 1606. 12. & 1607. 12. Lind. *

Godof. Steechii *ars medica methodo diviſiva deſcripta exemplis illuſtrata*, Francof. 1606. fol. * Novum ordinem ſecutus eſt, ut morbos generales ſecundum intemperies ordinaret. (Sennert. *method. diſc.* p. 33.)

Joh. Hartmanni Marburgenſis Profeſſoris ἐπιφυλλίδες ſeu *miſcellæ medicæ cum* προθήκη *chymico-therapeutica doloris colici*, Marpurg. 1606. 4. * Riv. Ejusdem *diſputationes chymico-medicæ*, 14. Marburg. 1611. & 1614. 4. Ejusdem Tract. *de opio*, Wittemb. 1635. 8. * Ej. *praxis chymiatricæ*, Lipſ. 1633. 4. Francof. 1634. 8. Genev. 1659. 8. Leid. 1663. 12. ex recenſione Lind. Eadem *a* J. Michaelis & Georgio Everharto Hartmanno Johannis F. *edita*, *ab innumeris mendis vendicata*, *compluribus arcanis illuſtrata a*

J. His-

J. HISKIA CARDILUCIO, prodiit Norimberg. 1677. 4. EJ. *Opera omnia medico chymica edi-ta & aucta a* CONR. JOHRENIO, Francof. 1684. fol. 1690. fol. & Germanice 1698. 8. * Ex ſecta chemica, fuit ita addictus ejus generis medicamentis, ût v. g. omnium febrium, hectica excepta, ſpecificum antimonium vocet &c. Quare formulas aliquas commodas ſi quis velit diſcere, memor ſit, ne theoriam recipiat.

CHRISTOPHORI MEURER *nützliches hausregiment vvie ein hausvater ſich und ſein geſinde vor der peſtilenz hüten ſoll*, Lipſ. 1607. 4. RIV. *

GUIL. BUDÆI *gründlicher bericht und rathſam bedenken von der peſt*, Lipſ. 1607. 8. * *Des rahts zu Leipzig peſtordnung*, ibid. 1607. 4. *

HELIDEI de PADOANIS feliciſſimi practici, ſed ſuperioris ſeculi, & præceptoris FORE-STI, *proceſſus, curationes, & conſilia in curandis particularibus morbis quæ proſperos habue-runt eventus, edita a* J. VVITTICH, Lipſ. 1607. 4. *

FERDINANDI LALANDI *conſilium de melancholia hypocondriaca, catarrho falſo, diminuta purgatione menſium, vomitu, aliisque affectibus prater naturam in magnifica muliere*, Veron. 1607. 4. *

FRANCISCI TURCI *controverſia medica & philoſophica*, Veron. 1607. 4. *

HIERONYMUS RUBEUS Archiater Pontificius *de deſtillatione ſeu de ſtillatitiorum methodo ac viribus* ſcripſit, Venet. 1607. 4. * MANDES.

DOMINICI TERILLI Veneti *de veſicantibus dilucida antilogia*, Venet. 1607. 4. Juvenis pri-mus labor, oppoſitus BERNARDINO CAIO, cujus ſingula argumenta proponit, & refutat, per auctoritates veterum, conſenſum celebrium clinicorum, & eorum experimenta. Mo-deſte & cum laude ſcripſit.

LÆLII a FONTE *conſultationes medicinales in quibus vera conſultandi effigies elucet & plu-rimorum affectuum tractandorum ratio explicatur, & de veſicantium uſu*, Venet. 1608. fol. L. 1609. fol. RIV. Francof. 1609. 8. Et omnino utiliter fecit LÆLIUS, quod eventus addide-rit plerumque in libris hujus generis omiſſos, bonoque cæterum ordine hiſtoriam morbi rationeſque agendi propoſuerit. Conſultationes vehementer laudat G. E. STAHLIUS, in progr. de curat. in charta, parcus cæterum, uti notum eſt, laudator.

POLYDORI SERAPHINI a SUMONE *collectio de manifeſtis quibusdam erroribus in uſu meden-di*, Venet. 1608. 8. L. *

JUSTI CNUTII *compendium univerſæ medicinæ juxta doctrinam* HIPPOCRATIS & GALENI, Vicetiæ 1608. 8. Patav. 1666. 8. *

FRANC. ANTON. CASERTA *pars prima tractationum medicinæ theoricæ perutilis*, Neapo-li 1608. 4. * & Pars II. *in qua febrium theoria cum putredinis natura pertractatur*, ibid. 1609. 4. *

HIERONYMI NUNNII RAMIREZ *de ratione curandi per ſanguinis miſſionem*; Ulyſſipon. 1608. 4. Antvverp. 1610. 4. L.

J. GUNTHER *de methodo medendi*, Lipſ. 1607. 4. *

MARTINI RULANDI junioris *Problematum medico phyſicorum* Lib. II. Francof. 1608. fol. * Et *propugnaculum chymiatriæ*, Lipſ. 1608. 4. * EJ. *alexicacus chymiatricus calumniis*, JOAN. OBERNDORFERI *oppoſitus*, Lipſ. 1511. 4. * EJ. *de perniciofa luis ungaricæ tecmarſi & cu-ratione tractatus, hiſtoriis* 30. *locupletatus*, Lipſ. 1610. 8. * & *auctus* & *recognitus*, ibid. 1616. 8. *

J. GEORG. SCHENCK, *neües arzneybuch*, Francf. 1608. 4. *

THEODORI BARONII Librum *de operationis mejendi triplici læſione & curatione* diximus: nunc addo: recuſum fuiſſe Papiæ 1654. 4. *

JAC. LAVELLII *compendium medicinæ*, Venet. 1609. 8. 1610. 8. *

SEBASTI PISSINI *de cordis palpitatione ... curanda* Lib. II. Francof. 1609. 8. *

ANDREAS LAURENTIUS Monſpelienſis primo Profeſſor, Pariſios ad Regem vocatus Bac-calaureatum & Licentiam Pariſiis meruit (PRIMIROS. *de error. vulg.* Lib. I. c. 2.) & ar-chiater fuit HENRICI IV. notior ex anatomico opere EJUS Liber *de mirabili ſtrumas ſanan-di vi Regibus Galliarum conceſſa* prodiit Pariſ. 1609. 8. * qua hanc laudem Regi ſuo vin-dicare & Anglis eripere ſtudet. EJUS *opera therapeutica* conjuncta exſtant, nempe hoc ip-ſum opuſculum, tum *de morbo articulari, melancholia, lepra, lue venerea*, & *conſilia me-dica*, Francof. 1625. fol.

JOH.

JOH. SCHYRONII *methodi medendi Libri* IV. Monſpel. 1609. 12. *

PETRI PIGRAI *chirurgia cum aliis medecinæ partibus juncta*, Pariſ. 1609. 8. * EJ. *epitome præceptorum medicinæ & chirurgiæ*, Pariſ. 1612. 8. Gallice recuſa cum titulo *Préceptes de médecine & de chirurgie*, Rouen 1642. 8. Lyon 1673. 8. In theoria quidem more veterum fuſior eſt, minime tamen abſque propria etiam ſapiente obſervatione.

PETRI PALMARII *lapis philoſophicus dogmaticus quo ſcholæ medicæ judicium de chymicis declaratur, cenſura in fraudes parachymicorum defenditur, aſſerto veræ alchemiæ honore. Adjecta eſt ſanatio mulieris leproſæ*, Pariſ. 1608. 8. EJ. *laurus palmaria frangens fulmen ſubventaneum Cyclopum falſo ſcholæ Pariſienſis nomine evulgatum*. Pariſ. 1609. 8. * Apologia nempe in cenſuram ſcholæ Pariſinæ, a qua ordine motus fuerat ob chemicas curationes, quas nolebat abjurare, accedente ad judicium ſenatus ſummi auctoritate.

GREGORII HORST Profeſſoris Marburgenſis, inde Poliatri Ulmenſis, plurima opera ſunt, conjunctim edita Norimbergæ 1660. fol. & Goudæ 1661. 4. In qua editione multa mutato penitus ordine recenſentur. Huc ergo *compendium inſtitutionum medicarum*, VVitemberg. 1609. 8. *Conciliator enucleatus*, ſeu PETRI APONENSIS *compendium*, Gieſſ. 1621. EJ. *centuria problematum therapeuticorum*, VVittemb. 1610. 8. Marburg. 1635. 4. EJ. *rath in der peſtilenz*, Gieſſæ 1615. * EJ. *methodus medendi Ferneliana enucleata & controverſiarum deciſionibus illuſtrata*, VVittemberg. 1630. 8. * Obſervationes & reliqua opuſcula diximus.

J. STOKER *praxis aurea ad corporis humani morbos omnes*, Francof. 1609. 8. *Recenſuit, a mendis repurgavit, & commentariis ad obſcuriora loca illuſtravit opusque novum fecit* ADRIANUS TOLT, Leidæ 1634. 12. * 1657. 12. *

CHRISTOPHORI GUARINONII, Profeſſoris Oenipontani, & archiatri Cæſarei, *conſilia medicinalia in quibus univerſa praxis medica exacte pertractatur*, Venet. 1610. fol. *

PETRI MACARANI *reſponſ. med.* Meſſan. 1610. 4. *

J. VVOLFGANG DIENHEIM *medicina univerſalis*, Argent. 1610. 8. *

LAURENTII HAHN *conſultatio peſtis*, Francof. 1610. 8. * RIVINUS ponit Hanov. 1611. 8.

HENNINGI ARNISAEI *de lue venerea... curanda*, Francofurti 1610. 4. *

J. OBERNDORFER, viri honorati, *apologia chimico-medica adverſus illiberales* MARTINI RULANDI *calumnias*, Amberg. 1610. 4. *

HENRICI LAVATER *defenſio medicorum Galenicorum adverſus calumnias* ANGELI SALÆ, *in qua ſuperba ejus cenſura refutatur*, Hanov. 1610. 8. *

EPIPHANII FERDINANDI *theoremata medica & philoſophica*, Lib. III. Venet. 1611. fol. * Obſervationes diximus.

MARII ZUCCARI *methodus occurendi venenatis corporibus*, Neapoli 1611. 4. *

FRANCISCI PEREZ CASCALES *de* GUALDALAXARA *de morbo illo garotillo appellato*, Madrit. 1611. 4. N. ANT. nempe Angina gangrænoſa.

J. JAC. CHIFLET, Medici & polyhiſtoris Veſuntini, celebris pro Hiſpanis in Gallos ſcriptoris, *Dædalmatum* Lib. II. *priores*, Pariſ. 1611. 8. * EJ. *pulvis febrifugus orbis Americani ventilatus*, Lovan. 1653. 4. * Contra corticis uſum febrifugum ſcripſit. Obſervationes laudavi.

SIM. LANDGRAVENS *kurze inſtitation vvie man ſich in ſterbens laüffen mit kräfrigen mitteln præſerviren möge*, Altenburg 1611. 4. *

VVOLFGANGI GABELCHOVER *Centuriæ obſervationum & curationum ſex*, Tubing. *quatuor priores* anno 1611. reliquæ 1627. 8. *

Anno 1611. edidit Tubingæ *Diſputationum medicarum* in ea Academia habitarum *Decadem* I. J. RUDOLPHUS CAMERARIUS, Tubing. 1611. 8. * cujus obſervationes & memorabilia dixi.

GUILIELMI FABRICII HILDANI plurima huc pertinent, jam laudata, de angina, dyſenteria, & obſervationes ac epiſtolæ. EJUS *feldarzneybuch* prodiit Baſil. 1713, 8.

JOH. ISLEBIUS V. D. M. *Landbüchlein und experiment vieler artzneyen*, Marburg. 1609. 8. empirica collectio formularum.

J. RAPHAELIS MOXII *methodus medendi per venæ ſectionem mulierum acutos morbos*, Genev. 1612. 8. Accedit *ſpicilegium eorum quæ a variis ſunt ſcripta de curandi ratione per venæ ſectionem febres quas humor putreſcens accendit*.

MAT-

MATTHÆI VECHNERI ἀνακεφαλαίωσις τοπικὴ *therapeutices catholica ad archetypum panaceæ & Hygieiæ alexicaca reformata & theſibus comprehenſa*, Marpurg. 1612. 4. *

TOB. BAURSCHMIDTS *verzeichnus der arzneyen ſo man in der peſtzeit pflegt zu gebrauchen*, Hoff. 1612. 4.

JOH. de LUNAVEGA *exercitationes medicæ*, Hiſpali 1612. *

FRANCISCI PORTI *medica Decas*, Pariſ. 1613. 4. *

AUGUSTI ETZLERI *brevis tractatus fundamentum medicinæ æternum complectens*, Hall. 1613. 8. * Ex chemica, ut videtur, ſecta.

VVOLFG. GEUSS *methodus curandorum morborum mathematica*, Francof. 1613. 4. *

MATTH. BACMEISTER *diſſertationes medicæ IX. de medicina in genere*, Roſtoch. 1613. 4. *

TOBIÆ TANDLER *diſſertationes phyſico-medicæ*, VVittemb. 1613. 8. pathologicæ in primis.

CASPARI PEUCERI celebris olim & utilis Academiæ VVittembergenſi profeſſoris, inde ob religionem reformatam diuturno carceri incluſi, denique Anhaltini archiatri *Practica ſeu methodus curandi morbos*, Francof. 1614. 8. * In Libro *de divinatione* minorem circulationem ſanguinis per pulmonem, deſcripſit.

J. NICOLAI STUPANI Baſilienſis Profeſſoris, cujus bonus in ſcribendo ordo etiam nunc laudes meretur *Medicina theorica*, Baſil. 1614. 8. compendium nempe univerſæ artis. EMANUEL vero filius ſcripſit *pſeudochymias ex* PARACELSO *præcipua capita*, Baſil. 1621. 4. *

J. BAPTISTÆ CORTESII Bononienſis, ſed qui Meſſanæ vixit & docuit, *conſultatio & curatio pro* FERDINANDO MATUTI *ſteatoma exulceratum a dextri femoris interna regione marſupii in modum pendens patiente*, Meſſan. 1614. fol. * EJUSD. *practica medicinæ* Pars I. *in qua capitis affectus explicantur*, Meſſan. 1635. fol. Pars II. *in qua affectus partium nutritioni famulantium explicantur* ibid. eodem anno & Pars III. *in qua interni partium generationi famulantium affectus febriumque tractatio explicatur* ibid. eodem anno. EJ. *miſcellaneorum medicinalium Decades denæ*, Meſſan. 1625. fol. In *Decade* VII. huc pertinet curatio febrium: in *octava* de antimonio, mechoacanna, manna, ſero, ſyrupis ſolutis, lamina plumbea, oleo vitrioli & bezoar egit: in *nona* de abraſione capitis, cauteriis ſincipitis, cranii humani vi in curanda epilepſia ſcripſit. Sic in X. de purgatione puerperarum & ſanguinis miſſione. Amo legere boni ſenis ſcripta, & paſſim inde aliqua utilia diſco.

J. CONTARENI *de purgandis enixis & recto bezoardicorum uſu tractatus* Venet. 1614. 4. *

PHILOTHEI ELIANI MONTALTO *archipathologia* dicta eſt, & hic repetenda.

J. DOMINICI SALÆ *ars medica in qua methodus & præcepta omnia medicinæ curatricis & conſervatio explicantur*, Patav. 1614. 4. Venet. 1620. 4. quæ mea eſt editio, & auctius Patav. 1641. 4. & ibidem 1659. 4. iterum auctius. Toto Libro agit de indicationibus & modo, quo iis ſatisfiat; Antiquo equidem more ſcripſit, non tamen abſque ſua propria obſervatione.

LUDOVICUS SEPTALIUS (SETTALA), vir doctiſſimus, & ex præcipuis HIPPOCRATIS interpretibus ipſo CL. TRILLERO conſentiente (*de edit.* HIPPOCRATIS n. 7.) acuto ingenio rectoque judicio valuit. EJUSD. *animadverſionum & cautionum medicarum* Libri VII. Mediolani 1614. prodierunt, quibus acceſſerunt Libri II. qui ea continent *quæ ad vulnera curanda & componenda medicamenta pertinent* ibid. 1629. Recuſæ ſunt Patav. 1628. 8. Dordraci 1650. 8. & in eas J. RHODII *analecta & notæ* Patavii 1652. 8. prodierunt, natæ ex praxi 40. annorum. Ad praxin imprimis pertinet Liber II. de victu acutorum, Liber IV. de venæ ſectione, in qua minime meticuloſus eſt, Libri V. VI. & VII. de curandis morbis; dignum in univerſum opus, multumque iis melius, quæ eo ſeculo ſcribi ſolebant, multas continet & utiles obſervationes & minus notas vires medicamentorum ſimplicium. EJ. *Libri* V. *de peſte & peſtiferis adfectibus* excuſi ſunt Mediolani 1622. 4. Ex melioribus Libris, quibus ea curatio laudatur, quæ certe in omnibus peſſimis febribus convenit, venæ ſectio, cum acidis medicamentis. Diligentia etiam politica & prophylactica narratur, qua peſtis a locis ſanis avertitur. EJ. *de margaritis judicium*, Mediolan. 1619. 4. 1626. 8. *

CHRISTOPHORUS PEREZ de HERRERA hiſpanice ſcripſit *de garotillo*, Madrit. 1615. N. ANT.

RODERICI a FONSECA *de febribus* Piſis 1615. 4. Baſil. 1625. 8. cum JACCHINO. EJ. *conſultationes medicæ ſingularibus remediis refertæ*. *Accedit de conſultandi ratione breve compendium & conſultatio de plica polonica*, Venet. 1618. LIND. 1620. &c. fol. Francof. 1625. 8. tum

T. II.

T. II. *conſultationum medicinalium in quo difficiliorum morborum curationes perquiruntur, remedia recondita depromuntur*, ibid. eodem anno. *

TIB. BAUERSCHMIDT *Verzeichniſſ der Artzneyen ſo man in Peſtzeiten zu gebrauchen*, Bayreuth. 1612. 4. GANIVET *amicus medicorum aſtronomus*, Francof. 1614. 12. *

PETRI POTIER Andegavenſis iatrochymici, qui in Italia artem exercuit & a perfido amico occiſus fuit, ſi fides SANCASSANO (*dilucid.* I. p. 200.) *curationes & ſingulares obſervationes Centum* Venetiis prodierunt anno 1615. 8. Colon. Agrippin. 1622. 12. *Centuria* II. Bonon. 1622. 8. Colon. 1623. 12. *Centuria* III. Bonon. 1643. 4. cum prioribus. POTERII quidem ſcopus fuit ornare arcana ſua felicitate curationum, qua etiam in graviſſimis morbis valuerint, excluſa venæ ſectione, & aliis vulgaribus medicinæ præſidiis. EJ. *opera omnia medica ac chemica*, Lugdun. 1645. 8. Francof. 1666. 8. cum GUISSONIO de febribus & Francof. 1698. 4. edita ſunt cum notis F. HOFMANNI.

THEODORI COLLADONIS Biturigis *Adverſariorum ſeu commentariorum medicorum* Tomus II. Genevæ editus 1615. 8. & 1680. 8. Practicus eſt, & continet varias correctiones, maxime in HOLLERIUM, PISONEM & HEURNIUM, minutas & ſæpe injuſtas. In poſteriori editione titulus eſt *ſphalmata medica tam in theoria quam in praxi*.

RAYMUNDI MINDERER ex chymiatrica ſecta, *medicina militaris ſeu Liber caſtrenſis euporiſta ac facile parabilia medicamenta continens*, Auguſtæ Vindelic. 1620. 8. Norimbergæ 1668. 8. 1679. 12. & Anglice, Londin. 1674. 8. excuſa eſt.

J. PHILIPPI BRENDEL *conſilia medica celeberrimorum quorundam Germaniæ medicorum*, Francof. 1615. 4. *

DAVIDIS CRUSII *theatrum morborum Hermetico-Hippocraticum ſeu methodica morborum & curationis eorum diſpoſitio*, Erfut. 1615. 8. 1616. 8. * Ex ſecta chemica. EJ. *de quæſitis in arte medica centuriæ*, Venet. 1622. fol. * An exſtat id opus? an non eſt idem ALSARII a CRUCE jam citatus Liber?

J. LUDOV. MOEGLING *de inconſiderato acidularum uſu differtatio medica*, Francof. 1615. 8. * EJ. *lanx ſatura rerum medicarum*, Tubing. 1622. 4. * An idem opus cum eo F. MONAVII, cui idem titulus eſt.

HENR. PETRAEI (ex chemica ſecta) *noſologia harmonica, dogmatica, hermetica* T. I. *de morbis capitis, thoracis*, Marburg. 1615. EJ. *Agoniſmata medica de aphæreſi ſeu evacuatione univerſali diſputationes miſcellaneæ: & ogdoas diſputationum medicinalium: Adjectæ quæſtiones de genuina febris hungaricæ natura & cura*, Marpurg. 1618. 4. *

JOH. HAGII *luſthof der medicyne*, Dordrecht 1616. fol.* de cauſis & remediis morborum.

MATTHIÆ UNZER iatrochymici *ἱερονοσολογία ſeu morbi ſacri juxta* HIPPOCRATIS, GALENICA *& hermetica principia deſcriptio ejuſque remedia probatiſſima dogmaticorum & chymicorum curatio* 2. *Libris comprehenſa*, Hall. 1616. 4. huc magis, quam ad pathologiam pertinet. Huc etiam faciunt *antidotarii peſtilentialis Libri duo*, Hall. 1621. 4. *

FRANCISCI JOEL *opera medica in quorum I. tomo compendium medicinæ univerſæ eſt*, prodierunt Hamburg. 1616. 4. * In *ſecundo* tomo qui Hamburg. 1617. 4. ſecutus eſt, indeque ſucceſſive in tomis qui ibid. 1618. 4. Luneb. 1622. 4. Roſtoch. 1629. 4. 1630. 8. * prodierunt, praxis medica continetur. EJ. *methodus medendi*, Leid. 1637. 12. 1652. 12. * & *opera medica omnia*, Amſtelodami excuſa ſunt, 1663. 4. * LIND.

J. CHRISTOPHORI ERB *treuer und aufrichtiger medicus*, Brieg. 1616. 12. * alii annum habent 1686. 16.

GUILIELMUS de BAILLOU, vulgo BALLONIUS, ultimus ſectæ Hippocraticæ inter Gallos fuit, & omnium, ut mihi quidem videtur, præſtantiſſimus, Pariſinus Medicus. EJ. *conſiliorum medicinalium* Liber I. ſeu Tomus I. diu a morte auctoris quæ cadit in annum 1616. a Pronepote JACOBO THEVART editus eſt cum *Tractatu de calculo*, Pariſ. 1635. 4. recuſus. EJUS operis Tomus II. editus eſt ibid. 1636. 4. & Liber III. ſeu Tomus III. anno 1649. 4. Fidelis auctor neque credulus vulgaribus rumoribus, etſi a ſeculo noſtro medicamenta paullum aliena ſint & multum aſtris tribuerit. Reliqua etiam opera huc pertinent, laudata in pathologicis. Opera omnia prodierunt Venet. 1734. 4. 1735. & 1736. vol. 4. In compendium, uti dixi, & ipſa hæc opera & SEPTALI cautiones, conjectæ ſunt a T. BONETO, & editæ ſub titulo *labyrinthorum medicorum extricatorum*, Genev. 1687. 4.

JACOBI CAHAGNESII *brevis faciliſque methodus curandarum febrium*, Cadomi 1616. 8. * EJUSD. *brevis faciliſque methodus curandorum capitis affectuum*, Cadom. 1618. 8. *

ISORAPAN de RIEROS *medicina Eſpannola contenuda en proverbios vulgares de nueſtra lingua*, Granat. 1616. 1617. 4. * ANT.

J. de SOTO Liber *del conocomiento curacion y preſervation de la enfermidad del garotillo*; Granat. 1616. 4. *

JULII GUASTAVINI Patritii Genuenſis *locorum de medicina ſelectorum* Liber I. Lugdun. 1616. 4. *Liber ſecundus*, Florent. 1625. 4. * Primum Legi, qui certe erudite ſcriptus eſt. Ad ſingulas quæſtiones ſolet omnes ſententias doctorum virorum proponere, non abſque emendatione græcorum textuum. Pleraque practica ſunt. Ita monet ad contumaces morbos oportere mutare remedia. Agit de catarrho: pro magna venæ ſectione, & de tota illa lite an in eodem an in alterno latere venam ſecare oporteret, quam pro BRISSOTO definit; de angina & pro bronchotome; de ſputo cruento; de febre peſtilentiali & ſymptomatica, ubi contra JOUBERTUM defendit febres a putredine fieri.

JOH. AGRICOLÆ *bericht von der rohten ruhr*, Erfurt 1616. 8. *

JOHANNIS COLLE Bellunenſis *meditina practica ſeu methodus cognoſcendorum & curandorum omnium affectuum malignorum & peſtilentium*, Piſauri 1617. fol. * EJ. *de cognitu difficilibus in praxi*, Venet. 1628. 4. * EJ. *Coſmetor medicaeus triplex in quo exercitatio totius artis, loca dilucidata, conſultationes medicinales & quaſtiones practica proponuntur*, &c. Venet. 1621. fol. *

HIERONYMI PINELLI *aphoriſmi medicina theorica & practica*. Senis 1617. 8. *

CALLISTI PROCACCINI Liber *qui dicitur medicus ad tirones non minus utilis quam curioſus*, Rom. 1617. 4. *

GUILIELMI ROSELLI *de internorum morborum curatione*, Bergerac. 1617. * Burdigalæ 1620. 8. *

NICOLAI HABICOT *problêmes médicinaux & chirurgicaux*, Pariſ. 1617. 8.

ANTONII MERINDOLI *ſelecta exercitationes* VIII. Pariſ. 1617. 8. * EJ. *ars medica in II. partes diviſa, in qua ea explicantur qua ad medicinam docendam neceſſaria ſunt, multa etiam qua Theologos & Philoſophos recreare valent continentur*. Accedit *exercitationum medicinalium Decas*, Aquis Sextiis 1633. fol. *

JOH. PELECYI *de humanorum affectuum morborumque cura*, Monachii 1617. 12. *

EVANGELISTÆ QUATTRAMII Monachi *de praſervatione & curatione peſtis*, Lipſ. 1618. 8. Prior editio Romæ Italice provenit, circa annum 1590.

ANTONII COELII *introductio univerſalis ad medicam facultatem & veram methodum curandi praternaturales corporis humani affectus*, Meſſan. 1618. 4. MONGIT. *

HIPPOLYTI OBICII ſtatico maſtigis, *iatraſtronomicon*, Vicentiæ 1618. 4. *

HIERONYMI DAGRONETTI (Chemiatri) *raccolta di varj ſecreti*, Meſſan. 1618. 12. *

J. JAC. LAZARI *de ſectione venarum cubiti in puerperio diſputatio*, Meſſan. 1618. 4. *

FERDINANDI RODERICI CARDOSI *methodus medendi in* III. *Libros diſtributa: de indicationibus, in genere, curativis, & praſervativis atque vitalibus*, Venet. 1618. 4. *

SEBASTIANI TRAVI *ſcholia in theoremata medica paradoxam naturam referentie*. Adjecit *animadverſiones cum antitheſibus in propoſitiones medicas ex cujusdam Auctoris MS. decerptas*. Turini 1618. 8. *

ANTONII TOSII *de nova quadam peripneumoniam curandi ratione a nemine hactenus excogitata*, Ven. 1618. 4. * HARL.

PETRI MARIÆ CASTIGLIONE *reſponſio ad* LUD. SEPTALII *judicium de margaritis*, Mediolan. 1618. 4. EJ. *admiranda naturalia ad renum calculos curandos* ibid. 1622. 8. * EJ. *de ſale ejuſque viribus* ibid. 1629. 8. *

HERMANNI FOLLINI *amuletum Antonianum ſeu luis peſtifera fuga in* 2. *Libros diſtributa*. Acc. EJ. *libellus de cauteriis*, Antvverp. 1618. 8. * EJ. *orationis de curatione & natura febris particularis & de ſtudiis chymicis conjungendis cum hippocratis*, Colon. 1622. 4. *

JOH. ASSUERI AMPSING *diſſertatio iatro-mathematica in qua de medicina & aſtronomia praſtantia deque utriuſque indiſſolubili conjugio diſſeritur*, Roſtoch. 1618. 4. 1630. 8. EJ. *de theriaca Andromachi* ibid. 1623. 8. * Ex ſecta iatro mathematica.

J. DAN. MYLII, de chemica ſecta, *opus medico chymicum triplex*, cujus Liber III. eſt *therapeutica*, Francof. 1618. 4.

J. VINCENTII FINKII *Enchiridion dogmatico-hermeticum morborum partium corporis humani præcipuorum curationes breves continens*, Lipſ. 1618. 12. 1626. 12. *

JOH. PFANNER *de generali morborum curatione & curationibus inſolitis prodigioſis ipſaque armorum inunctione*, Baſil. 1618. 4. * Diſputationes tres.

Hoc anno cepit Bibliopola JAC. GENATH colligere & edere *decades diſputationum* quarum pleræque practicæ ſunt. Earum Decas II. & III. anno 1619. *quarta* anno 1620. reliquæ ſequentibus annis & *ſeptima* anno 1631. prodiit Baſil. 4.

MARCI CORNACCHINI *methodus qua omnes corporis humani adfectiones ab humoribus copia vel qualitate peccantibus genita curantur*, Florent. 1619. 4. Baſil. 1620. 8. Francof. 1628. 8. * Liber ſcriptus eſt pro venditando ſuo in omni febrium genere purgante pulvere, qui etiam noſtro ævo exſtat.

FABRICII BARTHOLETTI *Encyclopædia hermetico dogmatica ſeu orbis doctrinarum medicarum ...* cujus ultima pars eſt *therapeutica*, Bonon. 1619. 4. * EJ. *methodi ad dyſpnoeam ſeu de reſpirationibus*, Bonon. 1633. 4. *quintus* Liber curationes continet. Proponit autem ad ſanandos morbos reſpirationis animam hominis ſani receptam in magnum vitrum cavum. Poſthumæ ſunt prælectiones, anno 1628. dictatæ, hinc vitioſa & maculoſa editio.

HENR. PASCHASII *antilogia contra περίλεξιν* ASSUERI *quam evomuit contra medicinas ex ſulfure, vitriolo, ſale & mercurio*, Magdeb. 1619. 8. *

PETRI VEGA *pax fidiſſima & probatiſſima methodicorum cum ſpagyricis*, Lugdun. 1619. 8. *

C. BAUHINI *de formulis remediorum Græcis, Arabibus & Latinis uſitatis* L. 2. Francof. 1619. 8. *

CASP. BARTHOLINI patris *de aere peſtilenti corrigendo conſilium*, Hafniæ 1619. 8. In *problematibus philoſophicis & medicis* multa etiam ad praxin ſpectant, VVittemb. 1611. 4.

JOH. JESSENII infelicis Profeſſoris & Rectoris Pragenſis *adverſus peſtem conſilium cum ejuſdem diſputatione de theriaca & mithridatio*, Gieſſ. 1619. 12. Priorem editionem ignoro.

JULII CÆSARIS BARICELLII *hortulus genialis*, Colon. 1620. 16. &c. Fabellæ plurimæ, omnis generis, & parum fida medicamenta.

CASPAR HOFMANNUS Gothanus ex paupere familia ſuo labore ad cathedram Altdorfinam magnamque famam emerſit, & in humanioribus equidem literis, & græcorum codicum lectione potius valuit, quam in artis exercitatione, neque eam tamen neglexit, acutus eruditorum cenſor, ut tamen, quod recte monet REINESIUS, plerumque potius tangeret difficultates quam removeret, & fugeret re non confecta (*Ep. ad* HOFM. 49.) In EJUS *variis lectionibus* parum huc pertinet. Sed ad praxin faciunt *apologia apologiæ pro Germanis* & *quæſtio, quibus in morbis venæ ſectio purgationi ſit præferenda*, Amberg. 1626. 4. * *Inſtitutiones medicæ, pathologia parva in qua methodus* GALENI *practica explicatur*, Jen. 1640. 8. &c. & *commentarii* jam dicti *in* GALENI *methodum medendi* editis 1680. 4. Francofurti, iſti breviſſimi. Inſtitutiones vero Lugduni editæ 1645. grande ſunt opus cum invidioſa cenſura aliorum ſcriptorum.

J. GEORGII GROSS Theologiæ D. *compendium medicinæ ex ſcriptura ſacra depromtum*, Baſil. 1620. 8. *

JOH. VARANDÆI *opera omnia theoretica & practica medica* edita ab HENRICO GRAS Monſpel. 1620. 8. Lugd. 1658. fol. * His continentur *therapeutica* & pars inſtitutionum, tum plurima, in pathologia jam recenſita.

BRICII BAUDERON *Praxis in duos tractatus diſtincta* quorum prior eſt *de febribus eſſentialibus*, &c. & *alter de morbis internis a capite ad pedes*, Pariſ. 1620. 4. * EJ. *expert phyſician*, Lond. 1657. 8. videtur idem opus eſſe.

CÆSARIS MOCHÆ *conſilia medicinalia*, Turin. 1620. 4. *

J. PABLO BONET *reducion de las letteras y arte para enſennar a hablar a los mudos*, Madrit 1620. 4. ANT. Primus hanc pulcherrimam artem Libro docuit, famulus Regius.

J. LEMPERIERE *de la peſte, de ſes cauſes & de ſa cure*, Rouen 1620. 8. *

THOMÆ AGUIAR *apologia pro conſilio medico in diminuta viſione & cenſura in* L. ILDEPHONSI NUNNEZ *de faucium ulceribus anginoſis*, Marcenæ 1621. 4. *

ANDREA TAMAJO *tractat. de algebra y garotillo*, Madrit 1621. 8. *

J. HENIS *bericht von der peſt*, Augſpurg 1621. 8.

MICHAELIS MEYER *podagra, chiragra & gonagra methodica curatio*, Francof. 1621. 8. * L. *

JOACHIMI BURSER *de febre petechiali ... curanda*, Lipſ. 1621. 8. *

Hoc loco GUILIELMI FABRICII ab AQUAPENDENTE *practicam medicinam* recenſendam duxi, quæ eo jam mortuo Pariſiis anno 1634. 4. prodiit. Eam ſpuriam facit, & ne cogitaſſe quidem de ea bonum ſenem auctor eſt, THOMAS BARTHOLINUS (*vindic. anatom.* p. 3.). In *operationibus* aliqua practica admiſta habet. Cantharides laudat in iſchuria, &c.

BARTHOLOMÆI ACCURSINI *tractatuum & conſultationum medicinalium Tomus I.* Ravennæ 1622. 4. *

FRANCISCI PONÆ *antidotus bezoardica adverſus omnia venena*, Veron. 1622. 12. * EJ. *medicina animæ ſeu rationalis praxis*, Veron. 1629. 4. * EJUSD. *Academico-medica ſaturnalia* ibid. 1652. 8. * EJ. *prudentia medica* ibid. 1650. 12. *

FRANCISCI MARTIANI *antiparalogiſmus ad ea quæ* ÆTIUS, CLETUS & J. MANELPHUS *ſcripſerunt contra* .. PROSPERUM MARTIANUM: *in qua* HIPPOCRATIS *auctoritate recentiorum abuſus notantur circa venæ ſectionem potiſſimum in pleuritidis curatione*, Rom. 1622. 4. *

ANTONII SANTORELLI Profeſſoris Neapolitani, *antepraxis medica* in Libros XXI. *diſtributa*, Neapol. 1622. 4. 1633. 4. 1651. fol. * LIND. EJ. *poſtpraxis medica ſeu de medicando defuncto*, Neapol. 1629. 4. *

THOMÆ BRONCORI *de populari & peſtilenti gutturis annexarumque partium adfectione Neapolim & Regnum* anno 1622. *vexante*, Neapoli 1622. 4. *

DAVID JOUISE *Traité de la peſte contre celui de* LEMPERIERE *avec la précaution & la cure de cette maladie*, Rouen 1622. *

Cum JEHAN de GORRHIS ſeu J. GORRÆI operibus hoc anno excuſis etiam editæ ſunt PETRI GORRÆI *formula remediorum quibus vulgo medici utuntur*, Pariſ. 1622. fol.

RENATUS MOREAU hiſtoriam litis *de miſſione ſanguinis in pleuritide* edidit cum BRISSOTI apologetica diſputatione, Pariſ. 1622. 8. vir undique doctiſſimus. Ea in nupera editione SCHULZIANA omiſſa eſt.

J. MACOLLONE *iatria chymica exemplo therapiæ luis venereæ illuſtrata*, Londin. 1622. 8. *

SAMUELIS HAFENREFFER *Raphael artem medicam feliciter tum inchoandi tum continuandi, tum abſolvendi docens*, Tubing. 1622. 12. Francof. 1629. 12. Ulm. 1642. 8. * ENDT. EJ. *vexillum raphaeliticum per artem medicam & vitam communem volans*, Tubing. 1631. 8. * EJ. *officina iatrica continens pharmaca ſelecta Hippocratico-Galenica & Hermetico-Paracelſica*, Ulm. 1633. 8. * EJ. *πανδοχεῖον de cutis morbis curandis diximus*.

FRIDERICI MONAVII *lanx ſatura rerum medicarum*, Tubing. 1622. 4. * *de bronchotome* libellum diximus.

DANIELIS BECKER *microcoſmi ſpagyria tradens medicinam ex corpore hominis tum vivo tum extincto docte eruendam, ſcite præparandam*, &c. Roſtoch. 1622. 12. & auctius, Leid. 1633. 4. * Londin. 1660. 12. EJ. *nüzliche hauſapothek*, Konigsberg 1642. 8. * Regiomontanus profeſſor, ſcriptor cultrivori, in iatrochymiam propenſior, ut omnes hujus ævi Germani.

ANDR. SINGER *diſcurſus de dyſenteria*, *accedit verzeichnüſſ der arzneyen wieder allerley gebrechen ſamt einem bericht wie ſich der gemeine mann in der rohten Ruhr zu verhalten*, Magdeburg 1623. 4. *

RUDOLF GOCLENII *beſchreibung probirter arzney*, Francof. 1623. 8. * EJ. *experiment buch*, Francof. 1642. 8. * EJ. *Loimographia*, Francof. 1613. 8. praxin etiam tradit.

MICHAEL BOUTHEROUE *pyretologia cum chymicis remediis*, Pariſ. 1623. 8. *

J. CAROLI AMATI *fructus medicinales ex variis* GALENI *locis decerpti*, Lugd. 1623. 12. Genev. 1657. 12. *

DAVID de PLANISCAMPY *la petite verole abatue*, Pariſ. 1623. 8.

NICOLAI EPIPHANII *ſuccincta medicinalis practica*, Pariſ. 1623. 4. Francof. 1626. 8. *

FRANCISCI BRUSCHII *promachomachia iatrochymica in qua chymiatriæ præſtantia propugnatur*, Mantuæ 1623. fol. *

ANDREÆ ORDONNEZ *compendium perutile de ſanguinis miſſione*, Neapol. 1623. 4. *

PHILIPPI SAVONA *deciſiones medicinales quoad diagnoſin & prognoſin novo ſcribendi modo primum invento*, Panormi 1624. fol. * L.

JULII PHILIPPELLI *epiſtola apologetica ad almæ urbis medicos*, Rom. 1624. 4. *

PETRI PIERNI *medica petra diviſa in 2. tomos, ſecundus* eſt *de antidotis*, Neapoli 1624. 8. *

JOH.

JOH. VIGIER *tractatus de catarrho, rheumatiſmo, vitiis dentium, lingua, vocis, de immodica & indecora ſalivatione e variis auctoribus compilatus*, Genev. 1624. 8. *

J. JAC. FEDERER *febris ungaricæ curandæ, cognoſcendæ methodus*, Freiburg. 1624. 8.

JOH. JUNKER *methodus therapeutica per ſolam diætam & ligni guajaci diverſas præparationes*, Erfurt. 1624. 4. *

J. CONRAD RHUMELII *prophylaca medico-practica luis epidemiæ ἐγκεφαλονόσου exhibita: cum apotropo, i. e. centuria curationum medicarum factarum in Novo Foro Palatinatus*, Norimberg. 1624. 8.

DAVIDIS LIPSII ἐξέτασις ἰατρικὴ μεθοδικὴ *de cura hydropis*, Erfurt. 1624. 4. Jen. 1678. 4. *

JACOBI BARTSCHII *decas exercitationum medicarum ex* FERNELIO, *tabulis, aphoriſmis & quæſtionibus incluſarum*, Argentin. 1624. 4. *

GILBERTI JACCHÆI Profeſſoris Leidenſis, *inſtitutiones medicæ*, Leid. 1624. 12. 1631. 12. Therapeutices pars aliqua hic traditur de medicamentis eorumque claſſibus.

JOH. DONATI *bericht vvie man die jenigen by vvelchen die böſen giff tigen peſtilenzialiſchen Drüſen beulen apoſtemata und carbunkel vermerket vverden, mit aüſſerlichen arzneyen verſehen und curiren ſoll*, Neyſſ. 1625. 4.

J. VARVVICH's *kurzer und gründlicher bericht vvieder die peſtilenzialiſche ſeuche*, Coppenh. 1625. 8. *

MARTIN PANSA *conſilia vom gebrauch der mittel und ſchvveis cur*, Lipſ. 1625. 8. * Alia adde ex pathologicis.

VVOLFGANG SCHALLER *hypotypoſis univerſæ methodi medendi* VVittemberg. 1625. 4. RIV.

M. ANT. ZIMARIÆ *theſaurus reconditus de medicamentis quæ corpori humano venuſtam formam inducunt*, Francof. 1625. 8. *

MATTH. MARTINI *von der haupt krankheit*, Hall. 1625. 4. * EJ. *de morbis meſenterii*, &c. Isleb. 1616. 8. An IDEM eſt cujus exſtat *armer kranken raht oder arzneybuch vor den armen gemeinen mann*, Lipſ. 1684. 4. *

ELIÆ TEICHMANN *ratio generaliſſima morbos quoſcunque expugnandi*, Baſil. 1625. 4. RIV. *

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS Piſani Profeſſoris, eruditi viri & acuti ingenii, anti-Galenici, Liber *de meteoris microcoſmi*, Venet. 1621. J. jam dictus eſt. EJ. *opuſculum quæ ex quibus, recondita doctrina refertum*, Florent. 1627. 12. Lugdun. 1645. 12. Francof. 1646. 12. * EJ. *de ſero lactis tractatus*, Florent. 1641. 8. * EJ. *caſtigationes exegeticæ, quibus variorum dogmatum veritas elucidatur*, Florent. 1640. fol. * EJ. variæ exercitationes medicæ, Venet. 1656. 8. Hæc quidem majori parte pathologica ſunt, in quibus Veterum opiniones inter ſe comparat. EJ. *diſceptationes medicæ*, Florent. 1642. 4. Venet. 1656. 8. * EJ. *ratio conſultationis an poſt variolas purgatione corpus egeat*, ibid. 1642. 4. * EJ. *medicæ conſultationes*, ibid. 1644. 4. * EJ. *poſthuma varietas*, Florent. 1639. 4.

ALPHONSI GOMEZ de la PARRA *polyanthea medicis ſpecioſa* &c. Madrit. 1625. 4. *

JOH. JONSTON polygraphi & collectoris *enchiridii noſologici generalis & ſpecialis Libri* VIII.... 1625. 8. EJ. *idea univerſæ medicinæ practicæ 12. Libris abſoluta*, Amſtelod. 1644. 12. * anglice cum NIC. CULPEPERI augmentis edita Londini 1652. 8. 1665. fol. 1684. fol. EJ. *ſyntagmatis univerſæ medicinæ practicæ* Lib. XIV. Breslau 1674. 8. * vel 1673. 8. * Lipſ. 1722. 8. *

Orders iſſued by the king to be executed through out the Realm relating to the plague, Lond. 1625. 4. *

CASPARIS BACHOY *erreurs populaires touchant la médecine*, Lion. 1626. 8. *

JOH. HORNUNGII *Ciſta medica in qua epiſtolæ clarorum Germaniæ medicorum familiares in re medica, hermetica & Galenica aſſervantur ex bibliotheca* SIGISMUNDI SCHULTZERI, Norimberg. 1626. 4.

ARNOLDI VVEICKARD *theſaurus practicus in* II. *Tomos diſtributus*, Francof. 1626. 4. * EJ. *de variis & periculoſis morbis a capite ad calcem medendis practica univerſalis Galenico-chymica in* VI. *Libros diviſa*, Francof. 1643. fol. *

DAVIDIS VERBEZII *pro* R. MINDERERI *diſquiſitione de chalcantho adverſus* P. CASTELLUM *reſponſio* Auguſt. Vindel. 1626. 4. *

THOMÆ REINESII eruditiſſimi viri, medici & conſulis Altenburgici, hiſtorici, grammatici, critici & polyhiſtoris, acris cenſoris, qui ob libertatem ſermonis locum reliquit, jam depoſitus ſenex, & Lipſiam ſe contulit, *methodus antiloimica therapeutica, ſeu gründlicher bericht vvie diejenigen vvelche mit der itzgraſſierenden ſeuche befallen ſich zu verhalten haben*, Gera 1626. 4. * Obiit anno 1661.

VALENTINI CHARSTAD *diſputationes medicæ in Academia Argentinenſi propoſitæ*, Argentin. 1626. 4. 1634. 12. * EJ. *diſp. de univerſa medicinæ dogmatica in Academia Argentinenſi habita*, ibid. 1627. 4. * idem forte priori opus. EJ. *Synopſis univerſæ medicinæ dogmaticæ in 12. diſputationibus adumbrata*, Argentor. 1634. 12. 1678. 4. iterum forte idem opus. Nimia Venæ ſectione, quam ipſa mors interrupit, uſum eſſe Val. VVIGANDUS auctor eſt *itin. philiatr.* pag. 60.

PETRI MANCEBO AGUADO *trattato de la eſſencia de la melancolia de ſu aſſiento cauſas y curacion* 1626. N. ANT.

DIDACI MORANI *apologia tres de epilepſia hyſterica, vena ſectione in fluore nimio hæmorrhoidum, ventris tumore*, Orthefii 1626. 4. *

In F. BACON de VERULAM *hiſtoria naturalis centuriis* aliqua huc faciunt, de purgantium vi medicata, *de filo medicinali* ſeu ordine quo danda ſunt medicamenta, deque cura palliativa, arcanis ad podagram, de compreſſione hæmorrhagiarum digiti ope, de lenium reſolventium uſu, de peſte, fœtore carceris, vaporibus, vi exhalationum, curatione ſympathetica.

PETRI CASTELLI Medici & Profeſſoris Romani multa ſunt opera. EJ. *epiſtolæ medicinales*, Romæ 1626. 4. editæ, fere unice agunt de mira vi olei vitrioli ad hæmoptoën, & febres. Ea occaſione pugnat pro acidis medicamentis, & benefica eſſe oſtendit, cibique coctionem ab acido derivat. EJ. *de abuſu venæ ſectionis*, Rom. 1628. 8. * EJ. *de viſitatione ægrotorum pro diſcipulis ad praxin inſtruendis*, Rom. 1630. 12. * EJ. *Emetica in quibus agit de vomitoriis & vomitu* L. X. *opus neceſſarium ad curandos morbos*, Rom. 1634. fol. * Valde laudat GIANELLA. EJ. *Epangelia in qua lectiones ſuper I. L. aphoriſmorum* HIPPOCRATIS *enumerantur*, Mantuæ 1646. 12. * EJ. *præſervatio corporum ſanorum ab imminente lue ex aeris intemperie anni* 1648. Meſſan. 1648. 4. * Conſilia & remedia ſunt abſque hiſtoria morbi, aut experimento ſuo.

FRANCISCI RANCHINI Profeſſoris & Cancellarii Monſpelienſis *opuſcula medica*, Lugd. 1627. 4. edita, in pathologicis jam citata, curationes morborum conjunctas habent. EJ. *de curatione morborum & ſymptomatum quæ vitioſam purgationem aut comitantur aut ſubſequuntur* brevis & totus practicus libellus eſt. EJ. *opuſcules ou traités divers & curieux en Médecine*, Lyon 1640. 8.* *de peſte, lepra, lue venerea, accidentibus eorum, qui veredo vehuntur, tortura accidentibus, cruentatione cadaverum, terebinthina*. EJ. *opuſcula poſthuma de morbis ante & poſt partum, & de purificatione rerum infectarum poſt peſtilentiam*, Lugduni 1645. 8. *

PETRI JOH. FABRI iatrochymici acerrimi, nimiſque ſuis arcanis delectati, fatente L. a CAPOA & ipſo iatrochymico II. pag. 30., *inſignes curationes variorum morborum quos medicamentis chymicis jucundiſſima methodo curavit auctor*, Toloſ. 1627. 8. Argentor. 1632. 8. EJ. *ſapientia univerſalis* 4. *Libris comprehenſa*, Toloſ. 1654. 8. Francof. 1656. 8. *

GUILIELMI MARQUIS *decem quæſtiones problematicæ una cum inſtructione purgandarum ædium infectarum*, Antvverp. 1627. 4. * EJ. *aloe morbifuga in ſanitatis conſervationem concinnata*, Antvverp. 1633. 8. *

AUGERII CLUTII *calsvee ſeu deſcriptio lapidis nephritici ſeu jaſpidis viridis*, latine vertit G. LAUREMBERG, Roſtoch. 1627. 12. *

J. STEPHANI STROBELBERGER *ſyſtematica univerſæ medicinæ adumbratio*, Lipſ. 1627. 8. * EJ. *breviſſima manuductio ad curandos pueriles affectus* Ed. II. Lipſ. 1629. 8. *

GEORG. HEBENSTREIT *πέμπτας quæſtionum miſcellanearum politico-medicarum*, Tub. 1627. 12.*

VALERII MARTINI Veneti *totius medicinæ practicæ exactiſſima collectio in qua... promtuarium evacuationis ſanguinis... vacuationis catochymicæ... cruditatis cognoſcendæ & curandæ*, Venet. 1628. fol. * EJ. *tr. della curatione della peſte*, Venet. 1630. 4. * EJ. *Enchiridion de febribus & earum curatione*, Venet. 1636. 4. * EJ. *Opuſcula de veſicantium, ſinapiſmorum, cucurbitularum, ligaturæ dolorificæ, frictionum lotionumque adminiſtratione... aſthmate, orthopnœa, veneno peſtilente*, Venet. 1636. 4. * EJ. *Praxeos medicæ laconiſmi*, ibid. 1636. 4. * quibus priora duo opuſcula continentur.

MAXENTII PICCINI *antitheſis de uſu medicamenti purgantis in febribus*. EJ. *apologia pro* JACOBO BONAVENTURA, Neapol. 1628. 4. *

J. BAPT. SORI *conſigli ed aviſi delle fontanelle* (morbo gallico &c.) Milan. 1628. 8. *

ALE-

ALEXANDRI ALEXII *conſilia medica & epitome pulſuum*, Patav. 1627. 4. * EJ. *cratylus morborum*, Patav. 1657. 4. *

HIERONYMI MONTECHIARI *dichiarazioni contra il ſommario metodo del* D. J. B. BLANCHI *e contra il diſcorſo di* PIER. FRANC. GIRALDINI *ſopra la ſua ritrovata pulvere che fu ſtimata Bezoar minerale*, Genua 1627. 4. * EJ. *oſſervazione e brieve diſcorſo del contagioſo mal di Carrara*, Neapol. 1637. 4. MONG. *

PETRI GARCIAS CORRERO *diſputationes medicæ & commentaria in Fen.* I. *libri* IV. AVICENNÆ *in quibus quæ pertinent ad theoriam & praxin locupletiſſime reperiuntur*, *editæ opera* PETRI TERRIOLI, Burdegal. 1628. fol. *

PETRI MORELLI *ſyſtema paraſceuaſticum ad praxin continens rationem præſcribendi ſecundum normam practicandi Monſpelii uſitatam*, Genev. 1628. 8. 1630. 8. Amſtelod. 1659. 12. potius ad Pharmaciam pertinet.

GUILLAUME de l'ERISSE' *méthode excellente pour guérir la peſte*, Dijon 1628. 8. *

Avis ſalutarie contre la maladie epidémique & peſtilentielle de la ville de Lion par les DD. du college de la ditte ville, Lyon 1628. Peſtem derivant a cadaveribus projectitiis &c.

PHILIBERTI GUIBERTI *medicus domeſticus* (ſeu catalogus medicamentorum parabilium) Colon. Agripp. 1628. 12. EJUSD. *medici officioſi opera*, Pariſ. 1649. 8. quæ & ipſa ad pharmaciam pertinent. Adjectus eſt PATINI *de ſanguinis miſſione* alibi laudatus commentarius, & NICOLAI ELLAIN *tractatus de peſte* cum notis PATINI, in quo calida medicamenta bezoardica & amuleta rejiciuntur. Ea opuſcula ſub titulo *les œuvres charitables ſur la médecine* recuſa ſunt, Paris 1670. 8.

POMPEII CAIMI Patavini, infelicis medici & tamen celebris, (NIC. ERYTHR. *Pinacotbec.* I. pag. 48.) *de febrium putridarum indicationibus juxta* GALENI *methodum colligendis & adimplendis* Lib. II. Patav. 1628. 4. *

DANIELIS SENNERTI Profeſſoris VVittembergenſis, celeberrimi viri, & egregii ſyſtematici; opera plurima ſunt & ſæpe recuſa. Multa ſumſit utique ab aliis, & O. ROBORETUM de febre petechiali, A. LAURENTIUM de criſibus dicitur exſcripſiſſe SCHELHAMMERO, ſed bono certe & utili ordine omnia diſpoſuit. EJUSD. Liber *de conſenſu chymicorum cum* ARISTOTELE *&* GALENICIS, VVittemb. 1619. 8. Paris 1633. 4. & ſæpe alias. Hoc inprimis opere novam in Germania ſectam aut fundavit, aut certe confirmavit, quæ theoriam chemicam cum GALENICA, & utrumque genus medicamentorum conbinavit, & ſeculo priori toto floruit, ut morborum theoriam magis a GALENO, medicamenta multa a chemicis ſumeret. Ipſe vero SENNERTUS excuſavit magis & conciliavit Chemicos quam ſecutus eſt. EJ. *de febribus* Lib. IV. ibid. eodem anno 8. ibid. 1634. 12. Pariſ. 1633. 4. & alias. EJ. *inſtitutionum medicinæ* Lib. V. VVittemberg. 1624. 8. Pariſ. 1631. 4. EJUSDEM *Epitome inſtitutionum medicinæ*, ibid. 1634. 12. &c. Anglice etiam verſa, Londin. 1656. 8. Earum etiam inſtitutionum *tabulas breviter & diſtincte ſummam inſtitutionis medicæ exhibentes* dedit CHR. VVINKELMANN, VVittemberg. 1635. fol. *Epitomen* autem SENNERTI CLAUDII BONNETI opera paratam, non vidi, quæ Avenione 1655. fol. prodiit. EJ. *medicinæ practicæ* Liber I. excuſus eſt VVittembergæ 1628. 4. Pariſ. 1632. 4. & agit de morbis capitis. *Liber* II. VVittemb. 1629. 4. Pariſ. 1632. 4. eſt de morbis pectoris. *Liber* III. VVittemb. 1631. 4. Pariſ. 1632. 4. de morbis abdominis. Liber IV. VVittemb. 1632. 4. Pariſ. 1633. de morbis mulierum, cum *appendice* de curandis morbis infantum. Lib. V. VVittemb. 1634. 4. de morbis externis. Lib. VI. VVittemb. 1635. 4. de morbis venenatis & occultis. In omnibus iſtis Libris bono ordine ex veteribus collegit, quæ eo tempore obtinebant medicamenta, numeroſa illa & in formulis, non ex praxi tamen adeo nata, quam ex theoria, hæmophobus in univerſum, & a maſcula veterum medicina alienior, quod vitium etiam ad gentiles ejus viri tranſit. Non parum felix practicus fuit VVIGAND *Itin. philiatr.* pag. 63. EJ. *quæſtionum medicarum controverſarum* Lib. VVittemberg. 1609. 8. 1610. 8. EJ. *paralipomena*, VVittemberg. 1642. 4. Lugdun. 1683. 8. Addenda ſunt, ad ſingula loca ſcriptorum auctoris, a morte adjecta a liberis. EJ. *opera omnia*, Lugdun. 1650. fol. vol. 3. 1666. fol. 5. tomis. Venet. 1651. fol. Lugdun. 1676. fol. vol. 6. qua editione etiam *faſciculus medicamentorum contra peſtem*, & *Epiſtolarum medicinalium duæ centuriæ continentur*.

ANTONII OBERT *de venæ ſectione in pleuritide eudoxa contra paradoxam* FUCHSII, FERNELII *& aliorum ſententiam* St. Omer 1629. 4. *anaſtrichioſis apologetica pro paraneſi contra*

L. *de*

L. *du* GARDIN *decretum quo oppoſitam in pleuritide revulſionem condemnat quam paraneſis re-commendat*, St. Omer 1631. fol. * EJ. *de vena ſectione in pleuritide paraneſis ſecunda contra Paradoxam* FUCHSII *&* FERNELII *ſententiam ſeu anacephalaoſis omnium pene controverſiarum qua paraneſis prima, & pro ea ſcripta apologia contra* LUD. *du* GARDIN *continebat: accedunt noviſſima declamationes* 4. *de vena ſectione in variolis adminiſtranda contra popularem errorem aſſertio*, ibid. 1638. 8. *

JOH. FUCHSII *compendium abuſuum auctoritate* GALENI *&* HIPPOCRATIS *damnatorum pro illis qui medicina & ſanguinis detractione utuntur*, Monach. 1629. 4. *

HORATII LYMBISANI *conciliationes & deciſiones medica ſuper finitiones actionis depravata diminuta morbi & ſymptomatum* ANTONII SANTORELLI, Neapoli 1629. 4. *

ROBERTI FLUDD, celebris fanatici *medicina catholica*, Francof. 1629. 1631. fol. EJ. *pathologia damoniaca*, Goudæ 1640. fol. *

FRANCISCI MURATORI *ſcelta d'alcuni medicamenti da valerſene a curare il male contagioſo in Bologna*, Bonon. 1630. aut 1631. 4. *

J. VIGANTI *antidotario contra la peſte*, Bologna 1630. 4. *

Preſervazione della peſte di un medico Padoano, Padova 1630. 4. *

MAURITII TIRELLI *de hiſtoria vini & febrium* Lib. II. Venet. 1630. 4. huc omnino pertinet non utiliſſimum opus, quo vinum fere ad omnes febres laudatur, etiam in tertiana continua, ſemitertiana, inflammatione capitis. Egregius hiſtoricus, qui Athenas diluvio faciat antiquiores.

BARTHOLOMÆI PERDULCIS *univerſa medicina ex medicorum principiis collecta*, Pariſ. 1630. 4. Ead. opera G. SAUVAGEON *emendata ex auctoris autographo. Accedit Liber de morbis animi*, Pariſ. 1641. 4. * 1680. 4. Lugdun. 1649. 4. 1690. 4. *

JOH. FREYTAG, ex ſecta chemica, Groningenſis Profeſſoris *aurora medicorum Galenico-chymicorum, ſeu de recta purgandi methodo & medicamentis purgantibus ſimplicibus*, Francof. 1630. 4. * EJ. *catalogi teſtium veritatis chymiatria prodromus*, *i. e. obſſ. curationum medico-chirurgicarum ad methodum chymicam inſtitutarum Centuria* I. Quedlinburg. 1635. 4. * EJ. *detectio & refutatio nova ſecta Sennerto-Paracelſica*, Amſtelod. 1636. 8. Groning. 1637. 8. contra Librum SENNERTI *de conſenſu* &c. EJ. *de opio & medicamentis opiatis*.. *& de nova phthiſin curandi ratione*, Groning. 1632. 8. *

J. ANTONIDIS van der LINDEN Profeſſoris Leidenſis, viri græce docti & latine, in praxi ad chemicam ſectam inclinantis, & parum clinici ex judicio GUIDONIS PATINI, amici LINDENIANI, acuti cæterum ingenii ſcriptoris, eſt *Compendium medicina*, Franeker 1630. 4. quæ 10. diſputationes ſunt. EJ. *medulla medicina partibus 4. comprehenſa*, ibid. 1642. 8. * In *ſelectis medicis & meletematibus medicina Hippocratica* quæ contracta Francof. 1672. 4. prodierunt, multa huc pertinent.

JOHANNES PRÆVOT Dalemontanus Rauracus, ſed Patavinus Profeſſor, & ſucceſſor P. ALPINI, inſignis practicus, nihil ipſe quod reſciverim ſcripſit, ſed multa exſtant ejus *opera medica poſthuma* una edita Francof. 1651. 12. Hanov. 1666. 12. cura J. STEPHANI & F. MONAVII, quæ ſequentia omnia continet. EJ. *medicina pauperum* ſeu de remediis facile parabilibus; *item de venenis & eorum alexipharmacis* ſeorſim prodiit, Francof. 1641. 8. Patav. 1660. 12. 1718. 12. & ſæpe alias. EJ. *ſelectiora remedia*, Francof. 1659. 12. Patav. 1676. 12. ſub titulo *hortuli medici referti ſelectioribus remediis*. Multa infida & ſuperſtitioſa admiſit. In *medicina pauperum* habet medicamenta, purgantia inprimis, omnibus nota. In *ſelectioribus remediis* arcana undique collecta tradit.

J. DOMINICI MAGLIOCCA *diſputationum medicarum* ... *therapeuticarum* T. I. Neapoli 1631. fol.

HIPPOLYTI ANTONELLI *apparatus animadverſionis in rationes quibus* HIPPOLYTUS OBICIUS *vinum exhibet ægrotis omni tempore & in omni febre*, Venet. 1631. 8. *

PETRI PASCHALIS *curatio*.... *febrium*, Leid. 1631. 8. *

J. GERHARD *tractatus practicus de chymiatria* 1631. 4. *

LUD. du GARDIN Profeſſoris Duacenſis *circumſtantia & tempora de variis venis pleuritidis ratione ſecandis inter varios medicina proceres litem dirimentia*, Duaci 1632. 4. EJ. *manuductio per omnes medicina partes, ſeu inſtitutiones medica in tres libros digeſta*, Duaci 1634. 4. *

J. CHRISTOPH. EISENMENGER *kurzer bericht wie die hitzige anſtekende hauptkrankheit anno 1621. eingeriſſen zu curiren*, Heilbrunn 1632. 12. * EJ. *bericht von der rothen Ruhr*, ibid. 1634. 12. *

CASPAR

CASPAR AMTHOR *memorabilium medicorum Part.* I. *continens..curationes per* εὐπόριςα *tum galenica tum chymica*, Jenæ 1632. 4. *

J. ANTONII GAGLIARDI *nova ratio univerſalis medendi febribus humoralibus*, Mediolan. 1632. 4. * EJ. *conſultationes variæ*, Colon. 1637. * EJ. *cognizione e cura de'morbi communi eſtivi e autunnali*, Milano 1643. * EJ. *della ragione*, *e quantità del vitto nelle febbri peſtifere maligne ed acute*, Milan. 1645. 4. * poſt mortem auctoris prodiit CORTE. EJ. *dell' acciajo in uſo della medicina*, Madrit 1645. *

HYACINTHI de ALPHORIO *de præſervatione a calculis atque cunctis fere morbis deque morborum renalium medela*, Neapoli 1632. 4. *

MARCI ANTONII ALAYMI *conſultatio pro curatione ulceris ſyriaci* (pædanchones) Panorm. 1632. 4. *

FRANCISCI de LEYVA y AGUILAR *deſenganno contra el mal uſo del tabaco*, Corduba 1633. 4. * EJ. *deciſion del conocimiento del promado por la urina*, ibid. 1633. 4. * ANT.

J. DOMINICI PROSIMI *de faucium & gutturis ulceribus anginoſis*, Meſſan. 1633. 4. *

SEBASTIANI NASCI *ſpeculum methodi medendi*, Brixiæ 1633. fol. *

MICHAELIS PERNER *conſilium antipodagricum*, Statten 1633. 8. *

GABRIELIS NAUDÆI Doctoris Patavini, polyhiſtoris & bibliothecæ MAZARINIANÆ præfecti *Pentas quæſtionum iatrophilologicarum* prodiit Genev. 1647. 8. ſed earum aliquæ anno 1634. prodierant. Epiſtolæ etiam poſthumæ anno 1667. 12. prodierunt.

ERNESTI FRIDERICI FABRICII *medicinæ utriuſque Galenicæ atque hermeticæ anatome philoſophica*, *brevem..artis medicæ oculis ſubjiciens ſciagraphiam*, Francofurt. 1633. fol. *

STEPHANI DOMINICI BRUNHEIMER'S *conſilia von den hitzigen oder Reb-flecken fiebern*, Lützenburg 1634. 8. ENDT.

THOMÆ CAMPANELLÆ Monachi Dominicani, ob ſua infortunia celebris, *Medicinalium juxta propria principia* Libri VII. Lugdun. 1635. 4. Theorias aliquas proprias, ſed fere ubique communem veterum in morbis ſanandis methodum proponit, deditus aſtrologiæ, a praxi propria alienus, & peſſimus anatomicus, qui bilem tribuat lieni.

PINO de MARRA *praxis methodica & rationalis curandorum morborum omnium in qua præter remedia magis præcipua a* GALENO, HIPPOCRATE & AVICENNA *deſumpta multa arcana medica continentur*, Neapoli 1635. 4. *

DIDACI de SORIA *certamen medicum & propugnatio antiquitatis contra innovatores*, Granat. 1635. fol. *

FAB. VIOLET *parfaite connoiſſance de toutes les maladies du corps humain cauſées par obſtruction*, Paris 1635. *

VINCENTII BARONII Meldulenſis *de pleuri-peripneumonia anno 1633. Flaminiam aliaſque regiones populariter infeſtante a nemine hactenus obſervata* Lib. II. Forli 1636. 4. In egregio libro præter ea, quæ ad hunc morbum proxime ſpectant, ejuſque curationem, multa practici ſunt argumenti, in Libro inprimis II. Ita venæ ſectionem in pleuritide defendit etiam in pueris, etiam in petechiis, etiam in morbi cruditate. Fuſe enarratis argumentis litem definit pro venæ ſectione lateris adfecti, niſi menſes ſubſtiterint, qui in pede ſectionem requirant, aut ſumma plethora ſit, aut dolor in medio pectore. Recte iteratam venæ ſectionem imperat, etiam ſepties, rejectis cucurbitis & hirudinibus &c.

HYACINTHI TRABONA *de medicamento purgante quarta die diſſertatio* Panormi 1636. 4. *

DAN. CARMENIO *de medendi methodo* Lib. VI. Bonon. 1636. fol. *

FRANCISCI SANCHEZ ſceptici opera juncta prodierunt Toloſæ 1636. 4. quibus continentur tractatus *de phlebotomia*, *de purgatione*, *obſervationes in praxin*, *cenſura in opera* HIPPOCRATIS *omnia*.

Certain neceſſary directions for the cure of the plague and for preventing infection: by the college of Phyſicians, Lond. 1636. 4. *

ROLANDI STURM Lovanienſis *dialogus inter* HIPPOCRATICUM & HERMETICUM, Bonon. 1636. 8.]* EJ. *corticis chinæ chinæ ejuſque virium deſcriptio*, Antvverp. 1659. Haag 1681. 8. Proponit obſervationes practicas cortici faventes, ejuſque vim febrifugam explicat per reſolutionem materiei morbificæ.

GEORGII MAGIRI *Giffrjäger*, Arnheim 1636. 8. ſeu de peſtis curatione cum magno numero remediorum.

J. HENR. FREYTAG *unterricht von der peſt*, Helmſtatt. 1636. *,

JOH. SMITH *practice of phyſick*, Londini 1636. 8. *

JAN. van BEVERVVYCK Medici, ampliſſimi viri & conſularis, excitati ingenii, varia huc pertinent, ut *idea medicinæ veteris*, Leid. 1637. 8. compendium nempe medicinæ, cujus major pars eſt therapeutica. EJ. *ſchatz der ungeſundheit oder algemeine artzney*, Francf. 1674. fol. Dixi in pathologicis ſyſtema morborum eſſe cum curationibus, ſæpe non vulgaribus. Opera omnia Belgice prodierunt, Amſtelod. 1656. 4.

J. SADLER *praxis medicinæ*, Londin. 1637. 8. L. *

SAMUEL SCHONBORN *manuale medicinæ practicæ Galeno-chymicæ*, Dantiſc. 1637. 12. * Argentin. 1681. 12. *

MAXIMILIANI SANDÆI *comment. de medicis, morbis & medicinis exemplum*, Colon. 1637. 4. * Jeſuitæ opus.

NICOLAI FONTANI *florilegium medicum*, Amſtelod. 1637. 12. * EJ. *reſponſionum & curationum* Lib. I. Amſtelod. 1639. 12. Et ſuas & COSTERI atque PLEMPII curationes habet, minime inutiles, etſi GALENICAM ſectam ſecutus ſit. EJ. *obſervationum rariorum analecta*, Amſtelod. 1641. * Continentur in ea collectione hiſtoriæ rariores & epiſtolæ, & inter illas laryngotome, uterus reſectus, larynx in utero, curationes feliciores variæ.

ROBERTI FARVACII *diſquiſitio medica num pilulæ dejectoriæ cum cœna recte exhibeantur*, Patav. 1637. 4. *

J. BAPT. MAGATI, CÆSARIS, celebris illius Chirurgi & Medici, fratris germani, *conſiderationes medicæ quibus difficultates in praxi occurrentes expenduntur*, Bonon. 1637. 4. *

J. de VIANA *tractatus de peſte ſus cauſas y curacion y el modo que ſe a tenido en curar las ſecas y carbuncas peſtilentes que an oprimido la ciudad de Malaga el anno de 1637*. Malaga 1637. 4.*

PETRI SERVII *inſtitutionum quibus tirones ad medicinam informantur* Lib. III. EJ. *proluſiones* II. *ad inſtruendos ad artem tirones accommodatæ*, Rom. 1638. 12. *

HIERONYMI CORTE *ſumma medendi methodus in qua de phlebotomia, medicis cucurbitulis, hirudinibus earumque recto uſu..de purgatione per pharmacum, de vomitu, de dyſuria, de concoctione, de frigida potu, & de victu ægrotantibus exhibendo differitur. Accedit certa viſendi rogandique ægros ratio*, Venet. 1638. 4. *

EDVVARD'S *cure of all ſorts of feavers*, Lond. 1638. fol. *

J. FAGE *ſpeculum ægrotorum*, Lond. 1638. 4. *

GEORGII SCHARPII *inſtitutiones medicinæ a filio in lucem editæ*, Bononiæ 1638. 4. *

HADRIANI a MYNSICHT *armamentarium medico-chymicum*, Lipſ. 1638. 4. Lubec. 1638. 4. * 1662. 4. Francof. 1675. 8. ad materiem medicam pertinet.

H. HERING ſchediaſmata dixi in Pathologicis.

PHILIPPI GRULING *curationum dogmatico-hermeticarum Centur.* I. Lipſ. 1638. L. Compilator fuit, jam monente SCHELHAMMERO, *Centuriæ* omnino VII. *cum appendice medicamentorum ſecretiorum* prodierunt Northuſæ 1662. 4. * Lipſ. 1668. 4. * EJ. *florilegium Hippocratico-chymicum novum*, Lipſ. 1631. 12. 1644. 4. L. Ed. III. Lipſ. 1665. 4. & ipſum ad materiam medicam ſpectat & continet medicamentorum ad morbos penum, inter quæ etiam cortex peruvianus locum habet. EJ. *de triplici in medicina evacuationis genere, medicamentis purgantibus, ſudoriferis, diureticis, inſenſili tranſpiratione*, Lipſ. 1671. 4. * EJ. *medicinæ practica* Lib. V. Lipſ. 1668. 4. 1673. 4. * EJ. *tractatus de purgatione quæ in medicina fit*, Lipſ. 1668. 4. * niſi idem eſt priori Libro *de triplici evacuatione*. EJ. *deutſches arzneybuch ſamt 3. tractaten von den vveiber, kinder und peſt krankheiten*, Lipſ. 1676. 1690. 4.*

MELCHIORIS SEBIZ Profeſſoris Argentoratenſis, valde longævi, magni Galeniſtæ, multæ ſunt inprimis diſputationes huc pertinentes, ut *exercitationes medicæ* Lib. VI. Argentorati ab anno 1624. ad 1636. 4. editæ. *Miſcellaneorum quæſtionum medicarum faſciculi quinquaginta*, ibid. 1638. 8. *Diſputationes de recta ratione purgandi*, ibid. 1621. 4. *collegium therapeuticum ex GALENI methodo medendi depromtum*, ibid. 1634. 4. *Manuale ſeu ſpeculum medicinæ practicum ex bonis & probatis auctoribus concinnatum* 1659. 8. * 1661. 8. vol. 3. præter innumeras fere ſingulares diſputationes.

VViederlegung etlicher misbrauche bey der cur der ſauerbrunnen, Argent. 1647. 8.

J. GALLEGO de la SERNA *recta & dogmatica medendi methodus*, Pariſ. 1639. fol. *

VINCENTII RISICA *brevis hiſtoria de maligna febre* JOH. SPATAFORÆ, Meſſan. 1639. 4. * EJ.

* Ej. *de febre peſtilente Panormitanam urbem obſidente* oratio, ibid. 1647. 4. *

FRANCISCI CITESII *opuſcula medica*, Pariſ. 1639. 4. * *de tempeſtivo uſu phlebotomiæ & purgationis. Advis ſur la nature de la peſte & ſur les moyens de s'en préſerver & guérir.*

LAZARI MEYSSONNIER heterocliti capitis *inſtitutiones medicinæ ſubtilioris theoreticæ & practicæ*, Lugdun. 1639. 4. * Ej. *idea medicinæ veræ fide cum ſenſibus per rationem reſtitutæ*, ibid. 1653. 12. * Ej. *cours de médecine théorique & pratique* VII. edition, Lyon 1678. 4. *

JACOBI PRIMIROSE Galli, ſed qui in Anglia artem exercuit, *de vulgi erroribus in medicina* Lib. IV. Amſtelod. 1639. 16. 1644. 12. auctius Roterodam. 1658. 12. 1668. 12. L. Lugd. 1664. 8. Gallice auctus additamentis a D. de RASTAGNY, Lyon 1689. 8. *Quartus* inprimis Liber huc pertinet de remediis. Defendit ea, quæ chemice parantur. Contra imaginariam illam αὐταρκείαν recte ſcribit. Aſtrorum in vena ſecanda aut purgando influxum refutat. Clyſteres laudat. Venarum delectum in brachio ut inutilem rejicit, & in gravidis venam aperit. Mercurium oſtendit veneno carere, neque fumum nicotianæ ad cerebrum ferri. Bezoar & fere ſemper ſpurium eſſe monet, & parvi uſus, neque valde potens remedium unicornu, julapia raro & refrigerantia majori doſi in febribus danda eſſe: lithontriptica non dari, cum acria eſſe oporteat, quæ lapidem ſolvant &c. Quæ omnia ſapienter dicta ſunt, & pleraque eo tempore nova. Ej. *enchiridion medicum practicum*, Amſtelodam. 1650. 8. * morborum nempe omnium cauſæ, ſigna & curatio.

JACOBI FABRICII Profeſſoris Roſtochienſis *inſtitutio medici practicam aggredientis*, Roſtoch. 1693. 4. *

ANGELI VICTORII *medicæ conſultationes poſt obitum auctoris editæ a* VINC. MANUCCIO, Rom. 1640. fol. aut 1646. fol. ut LIND. neque enim vidi.

FORTUNII LICETI polygraphi, philoſophi & theoretici magis quam practice utilis hominis, huc pertinent de *primo*, *ſecundo*, *tertio* & *ſeptimo* denique, *quæſitis per epiſtolas* quæ Utini ab anno 1640. ad 1650. 4. prodierunt. In *ſexto quæſito* agit de phlebotomia, de complexione muliebri calidiori quam viri, in reliquis paſſim aliqua medica habentur.

LAZARI de la RIVIERE, vulgo RIVERII, Monſpelienſis medici, celebris practici, & felicis, multiſque medicamentis uſi, quæ poſteritas approbavit, opera omnia huc pertinent. EJUS *praxis medica* prodiit Lutetiæ 1640. 8. curante diſcipulo STEPHANO PLAQUIERE, tum 1643. Lugduni 1660. cum titulo XVII. *librorum* vero 1651. & Hagæ 1672. 8. Gallice cum tit. *pratique de Médecine*, Lyon 1723. 12. anglice inſcripta *modern practice of phyſick*, Londini 1672. fol. 1706. 8. & cum titulo RIVERII *reformati ſeu praxeos medicæ*, Genev. 1696. 8. Lugdun. 1690. & 1704. vol. 2. Venet. 1733. 4. *reformata nempe a* FRANCISCO de la CALMETTE. Morborum enarratio eſt, cum medicamentis. Ej. *methodus curandarum febrium*, ibid. & Pariſ. 1648. 8. Haag. 1651. 8. Non alienus erat a medicamentis chemicis & *arcanis* propriis; hinc exoſus PATINO. In ſuccinctum *compendium Praxin* redegit VERZASCHA, & edidit Baſil. 1663. 8. Ej. *inſtitutiones medicinæ*, Lipſ. 1654. 8. Pariſ. 1656. 4. Haag. 1662. 8. Quinta pars practica eſt, per aphoriſmos & commentarios breves, diſpoſita & catalogo medicamentorum. Ej. *obſervationes medicæ & curationes inſignes*, Pariſ. 1646. 4. Londin. 1646. 8. Delphis 1651. 8. & alias. Centuriæ obſervationum ſunt tres omnino, & in poſterioribus editionibus quatuor, præter communicatas a variis amicis. Quarta nempe edita eſt Hagæ 1659. 8. Gallice editæ ſunt Lyon 1724. 12. quod inprimis opus legi meretur. Ej. *arcana* edita a BERNHARDINO CHRISTINO a JUVELLINA, Venet. 1676. 4. * Ej. *opera omnia* prodierunt Francof. 1669. edente HORSTIO, & anno 1674. ex recenſione J. JAC. DOEBELII, Lugdun. 1663. 1738. fol. Venet. 1664. fol. 1680. fol. 1700. fol. 1713. fol. Genevæ 1728. fol. 1737. fol. Et Ultraject. 1680. formulæ nempe quibus plurimum delectabatur.

MICH. RAPH. SMUTZII *methodus curandi calculum* 1640. 12. * Ej. *bericht von hitzigen fiebern*, Neuburg 1648. 8. *

OLAI VVORMII variæ ſunt opera, eruditi viri, ſed qui in antiquitatibus patriæ & colligendis theſauris rariorum inprimis vitam trivit. EJUS *epitome inſtitutionum medicarum* prodiit Hafniæ 1640. 4. *Controverſiarum* vero *medicarum ſelectiorum centuriæ*, Baſil. 1611. 4.

MICHAELIS DOERING amici HILDANI, medici Uratiſlavienſis *faſciculus tractatuum de peſte*, Brig. 1641. 4. editus eſt. EJUSD. Lib. *de opii uſu* &c. Jenæ 1620. 8. alibi melius dice-

De medicina Indiæ orientalis ſcripſit JACOBUS BONTIUS (*a*), medicus Lugduni Batavorum, qui ſuſcepto ingenti itinere ad Indias orientales & Perſiam, addidicit veram ſententiam Sinenſium, Perſarum & Indorum, de omnibus

dicetur. Multas ad HILDANUM epiſtolas dedit, inter quas eſt etiam, in qua nitrum ad febres laudat 79.

In ROGERII DRAKE *vindiciis* HARVEIANIS de revulſionis indole aliqua habentur.

J. BAPTISTÆ SITONI *miſcellanea medico-curioſa*, Patav. 1641. 8. * Colon. 1676. 4. *

PAULI VECCHII *obſervationes medicæ ſeu loci S. Scripturæ qui expenduntur juxta medicorum principia*, Neapoli 1641. 8. *

ZACUTI LUSITANI *operum medicorum* Tomi II. Lugduni 1642. fol. 1667. fol. 1694. fol. Opera iſta ſunt *Praxis hiſtoriarum*, compendium nempe morborum cum curationibus, in Libros V. diviſum, interſperſis obſervationibus raris & medicamentis, quæ valde extollit, tum *Praxis medica admiranda*, ſeries nempe obſervationum rariorum 500., quarum pleræque videntur ad famam auctoris augendam pertinere. *Introitus medici ad Praxin*: *Pharmacopœa*. De *medicorum principum hiſtoria* alibi citati libri, collectæ nempe hiſtoriæ ex veteribus, adjectis ſimilibus auctori propriis, & explicatione ad GALENI ſenſum. Oſor Arabum, venæ ſectionis & praxeos vetuſtæ laudator, ut tamen multum arcanis tribuat, ſæpe ſuperſtitioſis, ut auro potabili & ſimilibus. Ita uterum elapſum muribus ad femora admiſſis dicit ſe reſtituiſſe.

SAMUELIS CHABIBI *ocyrrhoes ſeu de venæ ſectione tractatus*, Venet. 1642. 4. *

PETRI BARBA archiatri Card. Inf. FERDINANDI & Profeſſoris Valliſolitaci *vera praxis de curatione tertianæ*, Hiſpali 1642. 4. * Pro cortice Peruviano. EJ. *reſumta de la materia de peſte*, Madrit 1648. *

JACOBI MENTEL Pariſini Medici *de epicraſi* diſſertatio Pariſ. 1642. 8.

(*a*) JACOBI BONTII *de medicina Indorum* Lib. IV. Leid. 1642. 12. & cum PISONE, Leid. 1658. fol. continet egregiam, & jam laudatam deſcriptionem morborum Indiæ Orientalis. Recuſus eſt Belgice cum titulo *Ooſt en VVeſtindiſche vvaarande*, Amſtelod. 1694. 8.

VOPISCUS FORTUNATUS PLEMPIUS minime indoctus homo aut obtuſi ingenii, Amſtelodamenſis, ob cathedræ ſpem tranſiit ad religionem Romanam & Lovanii docuit. EJUS *animadverſiones in veram praxin curandæ tertianæ propoſitam a* PETRO BARBA, Lovanii 1642. 4. * EJ. *fundamenta medicinæ* jam dixi ſcholaſtica methodo ſcripta. IDEM ſub nomine MELIPPI PROTYMI contra corticem Peruvianum ſcripſit libellum, cui titulus eſt ANTIMUS CONYGIUS *peruviani corticis defenſor repulſus* 1655. 8. * EJ. *ophthalmographiam* diximus, & commentarios in AVICENNAM & tractatum *de affectibus capillorum & unguium*.

J. B. SPONTONI *Corechidnologia ſeu pulveris viperini diſcurſus*, Papiæ 1643. 8. * de viribus viperarum medicis.

JOSEPHI DONZELLI *lettera familiare ſopra l' opobalſamo orientale adoperato in Roma*, &c. Patav. 1643. 4. * potius ad materiam medicam facit.

HYACINTHI JORDANI *theoria medicinæ* S. THOMÆ D. ANGELICI *aliorumque patrum*, Neapol. 1643. 4. *

HIERONYMI BARDI *medicus politico-catholicus ſeu medicinæ tum cognoſcendæ tum faciendæ idea*, Genuæ 1643. 8. * LIND. ENDTER vero 1644. 8.

EM. GOMESII *tractatus de peſtilentiæ curatione*, Antvverp. 1643. 4. *

ALBERTI KYPER Leidenſis Profeſſoris *medicinam diſcendi & exercendi methodus*, Leid. 1643. 12. * EJ. *collegium medicum* 26. *diſputationibus complectens quæ ad inſtitutiones pertinent*, Leid. 1645. 8. * EJ. *inſtitutiones medicæ*, Amſtelod. 1654. 4.

J. HENRICI MEIBOMII Helmſtadienſis, eruditiſſimi viri, ſed qui ad Hiſtoriam ſeriori-bus annis unice ſtudia ſua tranſtulit, *de flagrorum uſu in re venerea epiſtola*, Leid. 1643. 8. * Hafn. 1669. 8. edente T. BARTHOLINO, cum ſuo & HENRICI MEIBOMII ſimili libello. Philologicum inprimis opuſculum.

LÆLII ZACAGNINI *notabilia medicinæ* Lib. 2. Rom. 1644. 4. *

AN-

bus morbis ibi occurrentibus; neque videmus facile auctorem, qui per ſimpliciora remedia majores morbos curare doceat. Editus eſt etiam in 12. Lugduni Batavorum titulo medicina Indorum, iterumque cum PROSPERO ALPINO recuſus.

De

ANDREÆ CNOEFFELII ex chemica familia *methodus medendi febribus epidemicis & peſtilentialibus*, Argentor. 1655. 12. Huc refero CHR. ARCISSEVVSKI *epiſtolam de podagra curata per* A. KNOEFFELIUM, Gorliz 1644. 12. * Arcanorum venditor Poloniam ſuo clyſſo ſpoliaſſe dicitur TACHENIO.

LUDOVICI v. HOERNIGK Medici & Politici *vvürgengel*, 1644. 4. de peſtilentia.

J. PETRI LOTICHII *conſilia & obſervationes medica* Lib. VI. Ulm. 1644. 4. 1658. 4. quæ mea eſt editio, ſed oportet etiam priores dari anno 1635. Mindæ in Haſſia medicinam fecit, in medicamentis longiſſimus. In peſte in ſe ipſo ſudoriferis uſus eſt, quarto vero die, præter morem ſeculi, venam ſecuit.

J. BAPTISTÆ van HELMONT, nobilis viri, medici & chemici celebris, plurima ſunt opera, quæ ſæpe conjuncta prodierunt, uti Amſtelodami apud ELZEVIRIOS anno 1652. 4. ſub titulo *ortus medicinæ, i. e. initia medicinæ inaudita, progreſſus medicinæ novus, in morborum ultionem ad vitam longam*. Recuſa ſunt Venet. 1651. fol. Lugdun. 1663. fol. cum præfixo nomine F. MERCURII fil. Francof. 1602. 4. 1707. 4. cui editioni M. B. VALENTINUS *clavem* & *introductionem* præfixit. An diverſi ſint aliquid *fundamenta medicinæ recens jacta ſub unum conceptum contracta de cauſiis & principiis morborum*, Ulm. 1680. 12. ignoro, quia non viderim. Deinde ſeorſim Belgice prodiit quaſi compendium operum ſub titulo, *Dageraad ofte nieuvve opkomſt der geneeskonſt nooit in 't licht gezien van den Autheur ſelve in 't Nerderduits beſchreeven*, Rotterdam, 1660. 4. Hoc volumine non omnes ſed plerique tamen eorum libellorum exſtant, qui latine habentur, ſed mutati & aliter digeſti. Seorſim etiam quatuor libelli *de lithiaſi, febribus, humoribus & peſte* prodierunt Colon. 1644. 8. Tum libellus *de magna virtute verborum & rerum*, Francof. 1659. libelli vero *of the magnetic cure of vvounds, the nativity of tartar in vvine and the image of God in man*, Londini 1650. 4. * Cæterum, ut chemicus, omnem priorem methodum una cum theoria Galenica repudiavit, venæ ſectionem abhorruit, purgantibus vix quidquam tribuit, venena ſingularia acida aliave in morbis contrariis ſalibus aut ſpecificis ſubigere conatus eſt, credulus in arcanorum mirifica potentia, in BUTLERO, in amuletis, in ſympatheticis curationibus, negligens diætæ. Ab eo viro in SYLVIUM alioſque medicos amor tranſiit antacidorum, quibus innumeræ malæ in Germania inprimis curationes peractæ ſunt. Quare refutatorem vani ſyſtematis amamus, conditorem novæ opinionis mallemus nunquam exſtitiſſe. Ipſe ex pleuritide æger, omiſſa venæ ſectione, ſumto noxio potius quam utili hirci ſanguine pœnas dedit falſæ theoriæ. Libellos non recenſeo, nimis qui multi ſint, præcipui tamen ſunt *tumulus peſtis*: *de lithiaſi*: *Butler*: *poteſtas medicaminum*: *in verbis, herbis & lapidibus magna eſt virtus*: *de remediis ſympatheticis*: *vis magnetica*: *de vulnerum curatione magnetica*, qui liber condemnatus eſt.

CHAMBERLEN *practice of phyſick*, Londin. 1644. 12. *

MARCUS AURELIUS SEVERINUS Thurius Crathigena Tharſenſis, profeſſor, medicus & chirurgus Neapolitanus, in medicina fortis, efficax & felix fuit, etſi ad chirurgiam magis animum adplicuit. In EJUS Lib. *de abſceſſubus reconditis* febres etiam tractantur, & angina puerilis, quam ſub nomine *Padanchones affectus peſtilentis pueros praefocantis* etiam ſeorſim Neapoli 1653. 8. deſcripſit, & vomitu, venæ ſectione jugularium, vitriolicis illinitionibus ſanavit. EJUS *therapeuta Neapolitanus* ſeu *veni mecum conſultor curandarum febrium & internorum morborum omnium* prodiit Neapol. 1653. 8. Quæ de febribus, ea ex AVICENNA ſunt & PAULO TUCCA. EJUS *ſeilophlebotome caſtigata de vena ſalvatellæ uſu & abuſu cenſura*, Hanov. 1654. 4. & Francof. 1668. 4. habet multum arabicæ eruditionis. Oſtendit vanam eſſe prærogativam ſalvatellæ & omnia eadem bona atque meliora a ſectione venarum cubitalium obtineri. Accedunt PETRI CASTELLI & VESLINGII de eadem re epiſtolæ. EJUSDEM *obſervationes & medico al riverſo* poſthuma opera non prodierunt, quæ moriens reliquit. *Phil. Tranſ.* 265. Libri *de efficaci medicina* huc pertinent, ob

dele-

De medicina Indiæ Occidentalis ſcripſit GUILIELMUS PISO (a), medicus Amſtelodamenſis Batavus, librum, cujus titulus eſt *de medicina Braſilienſi*. Invenietur hic tractatus in ejus operibus omnibus editis Amſtelodami anno 1648. in folio.

Ibi delectum auxiliorum ad morbos ex claſſe venæ ſectionum, cauteriorum &c. Cum hoc viro magna in Italia facta eſt rerum mutatio. Per duo ſecula in ea regione, & inprimis Patavii medici ſtudii fundamenta plerique exterorum poſuerunt, & Germani inprimis, Angli, Belgæque. Hoc ævo is mos elanguit, & magis & magis in deſuetudinem abiit, tum, quod reliqui Europæi in ſuis regionibus magis & magis doctores invenirent idoneos, ſtructa anatomica theatra, cultosque hortos, quæ prius Italiæ fere privilegia fuerant, tum quod chemica ſecta in Germania regnaret, dum in Italia toto hoc ſeculo ſequerentur adhuc GALENI theorias, tum quod in amplectenda ſanguinis circulatione aliisque novis inventis paulum difficiles plerique Itali ſe præberent. Cum hac ipſa mutatione etiam ſectæ Galenicæ ultima ruina conjuncta fuit, quæ ſub finem ſeculi poni poteſt, quo tempore mechanica, & STAHLIANA ſecta ſolæ fere ſuperfuerunt.

MARCELLINI UBERTE *medicina ſacra ſeu de morbis quorum mentio fit in ſacris litteris*, Saragoſſ. 1645. 4.

MATTHIÆ NALDII *pamphilia curandi univerſi amicitia, in ea parantur ex re medica formoſitas & fecunditas*, Senis 1647. * EJ. *regole per la cura del contagio*, Rom. 1656. 4. *

J. FOLLINI *ſynopſis tuendæ bonæ valetudinis*, Colon. 1646. 12. * Sylvæducum 1648. 12. *Tyrocinium medicinæ practicæ*, Colon. 1647. 12. *

ANTONII VINCENII DE PETRONE *litterarium duellum inter Salernitanos & Neapolitanos medicos, in quo de inteſtinorum & hepatis inflammatione agitur*, Venet. 1647. *

BENEDICTI a CASTRO *certamen medicum de venæ ſectione in febre putrida & inflammatoria*, Hamburg. 1647. 4. *

GEORGII FRIDERICI LAURENTII *defenſio venæ ſectionis in febre acuta continua & maligna propedis dextri pollicem*, Hamburg. 1647. 4. EJ. *neceſſaria defenſio ſeu reſponſio ad mendacia & convitia*, &c. 1648. 4. * EJ. *Licht und Recht der Apologie* B. LANGVVEDELS *entgegen geſezt*, Roſtöch. 1651. 4. *

J. CLAUDII de la COURVE'E *de frequenti phlebotomiæ uſu & cautione in abuſum*, Pariſ. 1687. 8. *

HANS SCHMIDTS *arzneybuch*, Dreſden 1647. 4. *

HENRICI REGII *fundamenta medicinæ*, Ultraject. 1647. 4. * EJ. *medicinæ Libri* IV. *& praxis medica*, ibid. 1657. 4. * 1668. 4. * EJ. *praxis medica* Ultraject. 1660. 4. *. De ſecta Carteſiana ex omnium primis.

JOSEPHI GALEANI *epiſtola de epidemica febre theoretico-practica*, Panorm. 1648. 4. * EJ. *la lepra unita col mal franceſe ed altri contagioſi mali, in quale degli ſpedali debba curarſi*, ibid. 1656. 8. * EJ. *politica medica pro leproſis* 1657. 4. * EJ. *idea del cavar ſangue* 1659. 12. * EJ. ſub nomine BRUNONIS CIBALDI *del vero methodo di conſervar la ſanità di curare ogni morbo col ſolo uſo dell' acquavite*, Panorm. 1662. 12. * EJ. ſed omiſſo nomine, *diſcorſi intorno all' uſo dell' acquavite*, ibid. 1667. 12. *

J. SOPHRONII COZACK *alexipharmacum peſtis* 1948. 12. *

(a) Vix poteſt ad practicos referri.

JULII CAESARIS BENEDICTI *epiſtolarum medicinalium* Libri X. *recondita* HIPPOCRATIS *doctrina referti*, Romæ 1649. 4. * EJ. *Conſultationum medicinalium opus ordinata omnium morborum curatione refertum*, Vener. 1650. 4. LIND. 1659. 4. *

MATTHIÆ HAASII *manuductio ad artem medicam*, Amſtelod. 1649. 8. 1664. 8. *

HERMANNI van der HEYDE *de ſeri lactis uſu in fluxu tormentali & dyſenteria, de aqua frigida effectibus ad podagram: de aceti vini ad præſervationem a peſte ejuſque curationem vi & morbis venenatis*. Hunc titulum lego eſſe editioni Gandavenſi 1649. 8. Sed editio Londinenſis 1653. 12. habet pro titulo *ſynopſis diſcurſuum* a MAG. H. vd. H. *in gratiam lectorum latinitate donata*, quem curioſum libellum ex præfatione intelligo compendium eſſe ex-

am-

Ibi pariter reperientur GEORGII MARCGRAVII *de Liebſtad* opera, quæ conſcripſit in itinere Braſilienſi cum PISONE. Medicus fuit Comitis MAURITII, & cum eo Braſiliam petiit, ubi omnia adcurate examinavit.

De

ampliori opere, quod Gallice prodiit, ſenis vero medici opus eſſe poſt 53. annorum praxin natum. Laudat in dyſenteria ſerum lactis & clyſteres frigidos ex eo ſero, vel aceto itera- tos. Opiata rejicit. Choleram expugnat evacuationibus per vomitum, inde laudano. Aquam frigidam inpenſe extollit in arthritide inveterata, dolore ſtomachi, calculo, paralyſi, tetano, fomenta vero in contuſionibus, vulneribus, crurum & capitis doloribus. Acetum ob vim prophylacticam in peſte, hydrophobia & ſcorbuto commendat. In peſte dat alexipharmaca, ſudorem movet, quem valde prodeſſe confirmat, tum ſuccum citri, & acetum in diæta. Curationem febrium intermittentium endemicorum in terris de mari recens adquiſitis (polders) in gallica editione proponit.

JOSEPHI MANCUSI Panormitani *de ſecunda cubiti ſectione in febribus putridis, præſertim in epidemica febre quæ Panormi invaſit* anno 1647. Panorm. 1650. 4. * MONG. ſcripſit ex præſcripti PAULI PIZZATTI pro venæ brachii ſectione contra ſectionem venarum tali in febribus malignis.

CONSTANTINI GRANDI *epiſtolæ & conſilia medica* T. I. Neapol. 1650. 4. *

J. BENEDICTI SINIBALDI HIPPOCRATIS ἀντιφωνιῶν L. V. Rom. 1650. 4. *

FRANCISCI FEYAC *medicina practica ex bibliotheca* RENATI MOREAU, Lugdun. 1650. 4. *

DAV. L'AIGNEAU *traité... ſur la ſaignée de ce tems*, Pariſ. 1560. 4. *

PATIN (puto GUIDONIS) *réponſe touchant les fiévres malignes & l'uſage des potions cordiales de la ſaignée & de Veſicatoires*, Pariſ. 1650. 8. * GUIDO vero PATINUS natus in pago *Houdan en Bray*, polyhiſtor, maxima bibliotheca & multivaria eruditione eminuit, Galenicotatos, qui ſyrupo roſarum pallidarum & venæ ſectione omnes fere morbos curaret, etiam variolas, tertianas febres. Liberrime ſatyricus, oſor chemicorum medicamentorum pretioſorum, alexipharmacorum, ſpecificorum, & pharmacopolarum, monachorum denique & recentium hypotheſium, multos Libros edidit alienos, RIOLANI, HOFMANNI, GUIBERTI. Conſilia inter ejus *epiſtolas* paſſim exſtant, quæ dicentur inter hiſtoricos.

J. CHRIST. GEILFUSS *trutz podagra oder kurtzes bedenken wieder die podagram*, Augſpurg 1659. 8. ENDT. * EJ. *inſtitutiones medicæ*, Aug. Vindel. 1658. 12. *

ORTOLPHI MAROLDI Smalcaldenſis Medici *practica medica ad omnis generis morbos feliciter curandos accommodata*, Francofurt. 1650. 4. a morte auctoris prodiit, qui ſub initia ſeculi XVII. vixit. Non proprie praxis eſt, ſed medicamentorum ad varios morbos collectio, quæ celebribus medicis magis familiaria fuerint.

AUGUSTINI THONERI, Collegii Medici Ulmenſis directoris & ſenioris, *obſervationum medicarum minime trivialium* Libri IV. & *conſultationum & epiſtolarum de variis rebus medico-chymicis* Libri II. Ulm. 1651. 4. EJ. *appendix epiſtolarum medicinalium cum adjecta querimonia adverſus quemdam Antagoniſtam*. Tubing. 1653. 4. Senex 82. annorum, debilitatus animo & jactantior, hæc ſcripſit, breveſque hiſtorias felicium curationum cum plurimis medicamentis proponit, plenus præjudiciis, quæ eo ſeculo in Germania dominabantur. Ita in febribus continuis ſanguinem vetat mitti. In *appendice* contra J. DANIELEM HORSTIUM aliqua monet, & contra panaceas, HELMONTIUM, chiromantas, &c.

ISRAEL HUBNER *myſterium ſigillorum, herbarum & lapidum*, Erfurt. 1651. & *continuatio* 1653. 4. RIV.

CHRISTIANI BUNCKEN *ſpeculum optimæ & perfectæ medicinæ*, Gieſſ. 1651. 4.

BERNHARDI SCULTETI *conſulta eorum quæ in curandis morbis tacite deprehendimus*, Colon. 1651. fol. *

HYACINTHI CLAVERONI *clavis in peſtem*, Neapoli 1651. 8. *

JOH. STEPHANI *Coſmetice*, Francofurt. 1651. 12. & paſſim cum editionibus, quas procuravit; operum PRAEVOTII. EJ. *opera univerſa*, in quibus *conſiliorum medicorum decades* X. & *Coſmetice*, Ven. 1653. fol. * cum *comm. in* IX. *Fen.* Libri I. AVICENNÆ & *paraphraſin in* I. *Fen.* Libri IV.

ALFONSI de BURGOS *trattado de peſte ſu eſencia prevencion con obſervaciones muy particulares*, Cordubæ 1651. 8. *

NOAH.

NOAH. BIGGS *mataiotechnia medicæ praxeos*, Londin. 1651. 4. * Satyra ut videtur.

ELIÆ ANHARD *conſilium podagricum*, Ingolſtad. 1652. 4. *

J. CHRISTOPHORI BRUNNERI *biga operationum medicarum*, Friburg. 1652. 8. *

JOHANNIS RHODII, Dani, claudi ex femore de acetabulo elapſo, Polyhiſtoris, qui Patavii vitam egit, & multos pro aliis Libros ſcripſiſſe dicitur, quos ſuis ederent nominibus, *analecta & notæ in* LUDOVICI SEPTALII *animadverſiones & cautelas medicas*, Patav. 1652. 8. ſunt collecta undique loca parallela aliorum ſcriptorum. Reliqua opera citavi. Multa adſecta reliquit, quæ in BARTHOLINI bibliothecam tranſierunt, & una incendio deleta ſunt. Huc pertinent quæſtiones an ſanguinis miſſio in defectu lochiorum conveniat; ut curandus ſanguinis fluxus e naribus; an venenum veneno pellatur; an in febribus malignis columbi pedibus admoti profint; hydrops ut curandus.

AUGUSTINI de LAURENTIO *diſceptationum medicarum Decas* I. Panorm. 1652. 4.

HERMANNUS CONRINGIUS vir ſuo tempore celeberrimus in praxin ſe vix dimiſit. Præter *diſputationes* adeo & *epiſtolas* editas a CHRISTOPHORO HENRICO RITTMEYER vix habet, quod huc ſpectet.

GUERNERI ROLFINK Hamburgenſis, per plures annos Jenenſis profeſſoris, viri pereruditi, qui in Italia ſuæ artis fundamenta hauſit, & Arabes omnium in Germania Profeſſorum ultimus interpretatus eſt, alibi a nobis laudati, ſcripta practica vitio ſeculi minus nunc aut utilia aut nota ſunt, ut ipſius curandi modum jam tunc parum probabat G. PATINUS. EJ. *ordo & methodus medicinæ ſpecialis cognoſcendi & curandi dolorem capitis*, Jen. 1653. 4. * 1671. 4. EJ. *epitome methodi cognoſcendi & curandi particulares corporis affectus ſecundum ordinem* RHAZIS, Jen. 1655. 4. 1675. 4. recudente VVEDELIO. EJ. *methodus curandi febres*, ibid. 1658. 4. (alii 1668. 4.) EJ. *ordo & methodus medicinæ ſpecialis commentatoria*, Jen. 1665. 4. * EJ. *de curatione hydropis aſcitis*, Jen. 1668. 4. * EJ. *conſilia medica*, Jen. 1669. 4. præter innumerabiles diſputationes huc pertinent.

JOH. ANDREÆ SMITZII *compendium medicinæ practicæ*, Harderovic. 1653. 12. auctius Lutet. 1666. 12. * Ultraject. 1682. 12. * Leid. 1688. 12. Genevæ a MANGETO recuſus & locupletatus, & alias.

JOH. TEUBER *tractatus de curatione.. podagræ*, Lipſ. 1653. 4. *

CAROLI GUILLEMEAU Pariſini medici *cani in jurio fuſtis ſeu reſponſio pro ſe ipſo ad alteram apologiam* JOH. COURTAUD, Lutet. 1654. 8. * & *defenſio altera adverſus anonymi Monſpelienſis calumnias* 1655. 4. * & *margarita a ſterquilinio* J. COURTAUD, ibid. 1655. 4.* Pro facultate Pariſina adverſus Monſpelienſes medicos, qui licentiam artem exercendi ſibi ſumebant.

Le Medecin Royal, Pariſ. 1654. 8. *

LEOM. AGROSTI *l'antimedicina che agli infermi non ſi dee traer ſangue, nè proibir il vino, nè dar medicina*, Bergamo 1654. 4. * EJ. *il medico de' grandi*, Bergamo 1659. 4. * Videntur ſatyræ.

GEORGII CORTACII *trutina medica qua ſanguinis miſſionis & vini exhibitionis vulgatus in febribus uſus adverſus αἱμαφόβους ac ὑδροφόβους perpenditur*, Patav. 1654. 4. *

PETRI MACASII *promptuarium medicum ſeu materia medica promptuarium ad praxin medicam*, Francof. 1654. Lipſ. 1677. 12.

JOSEPHI SCHMIDT *examen phlebotomicum*, *oder gründliche erforſchung vom aderlaſſen und ſchrepfen neben curirung der frantzoſen*, Marpurg 1654. 12. EJ. *Kriegsartzney*, Francof. 1664. 12. *

MOSAN'S *general practice of phyſick*, Londini 1654. fol.

CHRISTOPHORUM BENNES, hic omnino repetendum, laudavi in pathologicis.

ANTIMI CONYGII (Patris HONORATI FABRI ex S. I.) *cortex peruvianus febrifugus vindicatus*, Rom. 1655. 8. Pro cortice, quem vendebant eo tempore Jeſuitæ.

CALVIDII LAETI (Abbatis CLAUDII QUILLET) *callipædia*, Leid. 1655. 4. ſeu de arte pulchros ſanoſque infantes educandi, anglice verſa, Londini 1718. 8. Huc & ad diætam pertinet, aſtrologicus Liber & parum utilis.

MARINI CURÆI de la CHAMBRE *novæ methodi pro explanando* HIPPOCRATE & ARISTOTELE *ſpecimen*, Pariſ. 1655. 4. nempe ad aphoriſmos HIPPOCRATIS & acroamaticos L. ARISTOTELIS. *

GEORGII MORALIS *Enchiridion medicum*, Venet. 1655. 12. *

J. FRAN-

J. FRANCISCI de FRANCISCIS *de vena ſectione adverſus empiricos*, Neapoli 1655. 12. * Francof. Lipſ. 1685. 8. contra venæ ſectionem in febribus, quam rariſſime admittit, neque unquam niſi in ſumma & rariſſima plethora, adducta HIPPOCRATIS & ERASISTRATI auctoritate.

VALENTINI ANDREÆ MOELLENBROECK *medulla totius praxeos medicæ aphoriſtica ex monumentis excellentium medicorum extracta*, Arnſtadt. 1656. 4. *

LEVINI FISCHER *corpus medicinæ imperiale*, Hemipoli (Halberſtatt) 1656. fol.

J. MULLERI *miracula & myſteria chymico-medica*, Amſtelod. 1656. 8. De ſecta chymica.

JEREMIÆ GIRNTII *peſtregiment oder bericht vvie ſich geſunde und kranke in der peſtilenz verhalten ſollen*, Lipſ. 1656. 4.

IRUINE *medicina magnetica or art of curing by ſympathy*, Lond. 1656. 8. an forte HELMONTII?

ANTONII DEUSING *diſquiſitio de morborum ſuperſtitioſa origine & curatione & de morbi vulgo Mannſchlacht curatione*, Groning. 1656. 12.

JOH. CHICOT *epiſtolæ medicæ de purgandi ratione, variolis, morbillis*, &c. Pariſ. 1656. 4.*

JOHANNIS NARDII *noctes geniales Annus* I. Bonon. 1656. 4. Florentinus, vir doctus, & acuti ingenii, poſthumum hunc laborem reliquit. Ordinem quidem nullum obſervavit, multa tamen Ariſtotelica, ſuo tempore minime contemnenda tradidit, aliqua & noſtro ſeculo utilia. Ad praxin pertinet *Nox* III. qua gangrænam oſtenditur a ſphacelo curatione non differre, & ſcarificationem in utraque requiri. In VI. *nocte* hiſtoriam tradit hydropici, quem Gallus medicus cum ſpe boni eventus curaverat, & de cortice peruviano; cui non favet. In VII. pulverem ſympatheticum rejicit, oleum vitrioli ad venena, morbosque malignos laudat, thermas nonnunquam nocere monet, venæ ſectionem cucurbitulis in febribus præfert. In *nocte* IX. tota pulverem CORNACHINI rejicit. *Lactis phyſica analyſis* alibi melius dicetur, etſi ejus etiam vires medicas recenſeat.

Von der Erledigung ANNÆ GRUN (Anglice GREEN) *vvelche gehenkt vvorden*, Nurnberg 1655. 4. VVILLISIUS feminam infanticidam, in theatrum de patibulo allatam, refocillavit & conſervavit.

BENEDICTI SYLVATICI *conſiliorum & reſponſionum medicinalium centuria* IV. *accedit methodus conſultandi*, Patav. 1656. fol. Genev. 1662. fol. *

In J. DANIEL. HORST profeſſoris Marburgenſis *decade obſervationum & epiſtolarum*, Francofurt. 1656. 4. exſtant etiam practica, & non mala aliqua, ut calidæ curationis in variolis refutatio in Ep. IX. IDEM pro SENNERTO contra FREYTAGIUM ſcripſit *Ruminationem detectionis novæ ſectæ Sennerto-Paracelſicæ*, ibid. 1640. 4. *

MICHAELIS VVAGNER, HELMONTIUS *redivivus de morbis univerſalibus & particularibus*, Herbipoli 1657. *

CÆSARIS ZAROTTI *de medica tractatione* MARTIALIS *commentarius*, Venet. 1657. 4. *

GIACOMO MICCIONI *previdenza e providenza de' dolori articolari*, Perugia 1657. 4. *

GABRIELIS FONTANI *de veritate* HIPPOCRATICÆ *medicinæ contra* PARACELSI *& Hermeticorum placita* & HELMONTIUM, Lugdun. 1657. 4. *

BERNHARDI SVVALVVE *diſquiſitio therapeutica*, Amſtelod. 1657. 12. Jen. 1677. 12. Diſcipuli VVALAEI breve & ſententioſum compendium.

VVOLFGANGI HOEFER *Hercules medicus*, Vienn. 1657. 4. * 1664. 12. Norimberg. 1675. 4. * Compilatio formularum non ex proprio experimento natarum.

JAC. HOLST *protropium doctrinæ novæ de febribus*, Hafn. 1657. 4. *

Kurtzer unterricht vvie die peſtilenz zu curiren ſey, Hanover 1657. 4. *

SAMUEL HARTLIB *Medicinal and chirurgical adreſſes*, Lond. 1658. 12. Bonus civis, hic tamen nihil utile præſtitit.

KENELMI DIGBY *medicina experimentalis*, Francofurti 1676. 8. 1681. 8. & alias excuſa, nimia etiam in laudando & ſuperſtitioſa eſt.

CASPARI CALDERI de HEREDIA *tribunal medicum, magicum & politicum*, Antvverp. 1658. fol. * Antvverp. 1663. fol. * multa continet practica de ratione minorandi in Praxi Hiſpalenſi, de venæ ſectione in talo, &c.

FRANCISCI CAVALLI *de inſito morborum medicum opus & novum*, Catanæ 1658. 8. *

DIONYSII FONTANONI *practica medica. Accedit* F. HILD *de gangræna & ſphacelo*, Lugd. 1658. 16.*

Joh. Pistorii *conſilium antipodagricum*, Helmſtad. 1659. * 4.

Jonæ Zopf *podagriſcher triumph*, Altemb. 1659. 8. *

Caroli Moriſciani *il torchio delle oſſervazioni della peſte di Napoli dell'* anno 1656. Napoli 1659. 4. *

Jac. Mancini *ars viſitandi infirmos*, Venet. 1659. 8. *

Johannis VValæi profeſſoris Leidenſis, eximii viri, *opera omnia*, Londin. 1660. 8. Collegium eſt ſeu curſus medicus ab auditore editus, qui non reſpondet famæ aliiſque viri laboribus. Ej. *methodus medendi breviſſima* cum notis G. H. VVelschii prodiit poſthuma Aug. Vindel. 1679. 8. laudata Schelhammero.

Eccardii Leichner, profeſſoris Erfurtenſis, obſtinati hoſtis circulationis ſanguinis, *ſchädlicher arzney misbrauch der purgierenden arzneyen vvie auch des landfahrenden ſchvvefelbalſams* 1660. 8. *

Franc. Landrey *ſur les effets merveilleux de la ſaignée*, Pariſ. 1660. 4. *

Nicol. Figuli *novum medicinæ univerſale ſpeculum*, Bruxell. 1669. 12. Mercl.

Simonis Pauli *digreſſio de cauſa febrium malignarum, petechialium*, &c. *& de accurata febres has curandi methodo*, Francofurt. 1660. 4. Argentor. 1678. 4. quæ editio auctior eſt hiſtoria chirurgici caſus, vulneris nempe thoracis & inteſtinorum, tum de paralyſi (caſtoreo ſananda) & ſcorbuto. Cæterum multa ſparſim utilia habet bonus ſenex, etſi nullo nexu neque vi demonſtrandi prædita, de tertiana deleteria maligna, de ſanguine florido in epidemicis, aſphyxia ſcorbutica, &c. Ej. *rath vvegen ſchlag und lähmnüſſe*, Coppenhag. 1672. 4. videtur eſſe eadem appendix alterius editionis.

Victoris Conradi Schneideri opera huc pertinent, cujus Libri *de catarrhis* tres poſteriores practici argumenti ſunt. Schneiderus & in toto Libro curationem morborum catarrhoſorum proponit, & in L. IV. fuſe agit de thermis duciisque & balneis. Quos *de apoplexia* & *ſpaſmo* citavimus, & quibus omnium, quæ prius fere ſcripta exſtabant, compendium continetur.

Alexandri Deodati *valetudinarium*, Leid. 1660. 12. curationes etiam continet.

Antonii Criſpi *in acutæ febris hiſtoriam commentarius* & alia in pathologicis citantur. Ej. *epiſtola medicinalis in qua exponitur ratio curandi febres putridas per venæ ſectionem & purgationem per alvum*, Panormi 1682. 4. * Ejusdem *de ſputo ſanguinis ſeu a corporis partibus infirmis provenientis cum tuſſi & vomitu conſultatio & in medicinalem epiſtolam dilucidationes.. quibus reſpondet in errogationibus ſactis ab* Antonio Ruasi, Drepan. 1582. 4. Mongit.

Gaudentii Brunacli *de cina cina ſeu pulvere ad febres ſyntagma phyſiologicum*, Venet. 1661. 8.

Bartholom. Torrini *anacriſis de ſectione ſaphenæ in ſuppreſſione menſtruorum*, Turin. 1661. 8. *

Non repeto J. Glissonii *de rachitide libellum* laudatum in pathologicis.

Mauritii Hofmanni, doctiſſimi viri, ex Itala ſchola profecti, per multos annos Altdorfini Profeſſoris, conditoris horti ejus academiæ, & theatri anatomici, & chemici, plurimæ diſputationes huc faciunt, ut *de purgationis modo* reſp. J. P. Brunone Altd. 1652. 4. *de ſanguinis miſſione contra* Erasistratum *&* Helmontium *ejus oſores*, ibid. 1661. 4.

J. Friderici Helvetii adepti, *mors morborum*, Heidelberg. 1661. 8. * Ej. *diribitorium medicum*, Amſtelod. 1670. 8. Morborum definitiones & ætiologias ex fermentorum theoria deſumtas, & inprimis ex fermentorum naturalium corruptione, & contrarias curationes proponit.

J. Conr. VVechtler *homo oriens & occidens*, Francof. 1659. fol. Integra praxis parum noto ſpiſſoque libro traditur. Ramsey's *organum ſalutis* or an *inſtruction* to *cleanſe the ſtomach......* Lond. 1685. 8. de excutia ventriculi.

Tobiæ VVhitaker *an elenchus of opinions concerning the cure of the ſmallpox together vvith problematical quaſtions of the French* P. Lond. 1661. 16. *

Robertus Boyle, nobilis Hibernus, phyſicæ equidem experimentali inprimis vitam ſuam, novo eo tempore inſtituto, impendit, medicinam tamen, & quidem practicam, etiam ornavit. Ejus *exercitationes de utilitate philoſophiæ experimentalis*, Anglice prodierunt, Oxon. 1663. & 1671. 4. latine vero Lindaviæ 1692. 4. Continent in I. parte non exiguum nume-

numerum curationum per ſimplicia medicamenta perfectarum, quarum equidem multæ ſunt ex aliena fide, aliquæ propriæ, ut tamen metus ſit, ne ægri, quibus conſilia dederat, benefico viro feliciores eventus nunciaverint. Et ipſe BOYLEUS ex ingenio ſeculi facilius hujuſmodi eventus recipiebat, ut lapidis ſerpentis ad morſum ejus animalis efficaciam. Ens veneris valde laudat ad rachitidem, ſuccum ſtercoris equini ad arthritidem. EJ. Liber *de ſpecificorum remediorum concordia cum philoſophia corpuſculari de utilitate ſimplicium medicamentorum*, Londin. 1686. 12. In priori libello demonſtrat, dari ſpecifica medicamenta, experimento cantharidum; inde oſtendit, quibus, variis & ingenioſis certe modis, ea ſpecifica actio explicari poſſit. Alter valde placet, qui laudes contineat terebinthinæ, hederæ terreſtris, veronicæ rutæ folio, &c. & oſtendat ſimplicium medicamentorum vires facilius per experimenta inveſtigari, eſſe parabilia, &c. In Libro *de ſubtilitate effluviorum* aliqua huc faciunt. EJ. *medical experiments or a collection of choice and ſafe medicines* vol. I. & II. Londin. 1692. & 1696. 12. germanice, Lipſ. 1692. 12. cum titulo R. B. *hundert auſerleſene arzneymittel*. Multa bona habet, ut ſaponem ad icterum laudatum, alia minus probabilia, ut contuſum ſelenitem ad calculum. EJ. *experimenta & obſervationes phyſicæ, and ſmall collection of ſtrange reports* habet curationes admirabiles, vim entis venereis ad epidemicam febrem, laudes martis in alcali ſoluti & alia.

THOMAS VVILLIS Oxonienſis Profeſſor, vir bonus & præter ſeculi ingenium diligens in anatome, ſed deditus hypotheſibus, & HELMONTIANIS in primis, ut omnino praxin ad theoriam ſtrueret. In Libro *de febribus* qui Londini 1662. 4. & alias prodiit, curationes conjunxit. Tertianas ſanat ſola purgatione leni cum diæta tenui, quartanam emetico, tum ſudorifero medicamento, etiam mercuriali ſalivatione; peſtem metallicis evacuantibus, & alexipharmacis. In Libro *de morbis convulſivis* calida inprimis, tum martialia laudat multa cum formularum penu. In Libro *de anima brutorum* ſecunda pars tota practica eſt, & morbos capitis tradit, cum curatione & obſervationibus. EJ. *pharmaceutice rationalis* morbos pectoris & abdominis pleroſque continet; jam dicta eſt. EJUS *practice of phyſick*, London. 1684. fol. * 1685. 8. * EJ. *method for preſerving theſe that are vvel from the infection of the plague, and for curing theſe that are infected vvith*, Lond. 1691. 8. ſeu Liber de peſte * EJ. *recepts for the cure of all diſtempers*, Lond. 1701. 8. *

THOMAS BARTHOLINUS praxim minus eſt ſecutus, & juventutem diſſectionibus, ætatem confirmatam polyhiſtoriæ impendit. EJUS tamen varia opera huc faciunt, ut Liber *de angina puerorum epidemica*, Pariſ. 1646. 8. Neapol. 1653. 8. qua methodum SEVERINI defendit. *De nivis uſu medico*, Hafn. 1661. 8. quæ Collectio eſt, abſque experimento. *Ciſta medica Hafnienſis*, Hafn. 1661. 8. qua multæ curationes & conſilia continentur. Liber *de medicina Danorum domeſtica*, Hafn. 1666. 8. Etſi malam cauſam defendit, αὐταρκείαν regionis borealis, quæ vino & aromatibus careat, multa tamen ſparſim utilia habet, de cereviſiæ ad podagram, calculumque vi prophylactica, viribus urticæ, braſſicæ, raparum ad aſthma, feri lactis cum chamæmoro ad ſitim febrilem, licheni Islandici ad ducendam alvum, chamæmori ad ſcorbutum, caſtorei ad partum expediendum, ſaponariæ ad luem veneream, lactis ad podagram, lupuli ad obſtructiones meſenterii, emtione variolarum (quæ eſt præludium inoculationis) venæ ſectione in variolis. *Epiſtolæ medicinales* multa etiam practica habent ex PATINO, PUERARIO aliiſque. *Orationes* aliquid etiam huc faciens continent & Epiſtola *de flagrorum uſu in re venerea*, Hafn. 1670. 8. recuſa. In *Actorum denique Hafnienſium* V. Voluminibus plurima ſunt practici argumenti. Cæterum facillimus in recipiendis hiſtoriis fuit, & mire credulus.

CASPAR a REYES FRANCO medici Hiſpani, Carmonenſis, *Campus Elyſius jucundarum quæſtionum* editus Bruxellis 1661. 4. & Francofurti 1670. 4. multa habet huc facientia, de vi amuletorum, epithematum, incantamentorum, philtrorum, de peſtis curatione & antidotis, de remediis ad tertianas nothas, de venæ ſectione in gravidis, neceſſitate aſtrologiæ ad præſcriptionem medicamentorum generoſiorum, noxis oenogalæ. Variam ubique & lepidam lectu eruditionem expecta.

Exercitatio medica de uſu vini emetici in curatione febrium malignarum ad mentem HIPPOCRATIS, Pariſ. 1662. 12. auctor forte fuerit RAYMUNDUS RESTAURAND. Non indocte vero defendit ſui vini emetici utilitatem, tum ex theoria malignitatis, quæ magna parte ſedem habeat in primis viis, tum auctoritate & exemplo HIPPOCRATIS.

BALDASSAR TIMAEUS, poſt novos honores dictus a GULDENKLEE inſignis practica felicitate fuit, qua ad magnas divitias evectus eſt. *Caſus medicinales praxi* XXXVI. *annorum obſervati, accedit medicamentorum ſingularium* (noſtrorum ut Angli vocant) *deſcriptiones* prodierunt Lipſ. 1662. 4. & 1667. 4. EJ. *epiſtolæ & conſilia*, Lipſ. 1665. 4. excuſ. EJ. *Reſponſa medica & diæteticon*, Lipſ. 1668. 4. a morte viri prodierunt. EJ. *opera medico-practica*, Lipſ. 1677. 1691. & 1715. 4. EJ. *Timæaniſches zeighaus der geſundheit vor die heilung aller krankheiten mit vielen anmerkungen des* H. D. COSCHVVITZ *verbeſſert*, Lipſ. 1704. 4. * In latinis operibus video non inficeti ingenii hominem, ſed addictum abſorbentibus, saccharatis, calidis, & ſuperſtitioſis medicamentis, ut aquæ cerebri humani, ſanguini humano &c.

CHRISTOPHORI SCHORER *vvie man ſich vor dem ſchlage bevvahren ſoll*, Ulm. 1662. 8.* 1665. 8. * EJ. *verhütung der peſt*, Ulm. 1666. 12. EJ. *bericht vom nutzen und gebrauch der fontanellen* Auguſt. Vind. 1671. 8. Laudes variorum, qui fonticulos ad morbos corporis humani commendarunt, ſingillatim repetit. EJ. *opuſcula conjuncta* Aug. Vind. 1697. 12. EJ. *medicina peregrinantium oder arzney der reiſenden*, Aug. Vind. 1697. 12. *

FRANCISCUS SYLVIUS *de le* BOE Hanovienſis, ex nobili familia natus, celeberrimus olim Leidenſium Profeſſor, & felix, ut tunc credebatur, practicus, acuti vir ingenii, auctor curandorum coram ſtudioſis ægrorum in noſodochiis, & ſecandorum corporum, chemicus, & anatomicus indefeſſus, egregius in materia medica auctor, tot laudes corrupit nova, ad HELMONTIANAM nata, theoria, qua omnes fere morbos, & acutos omnes inprimis, ab acido deduxit, alcalinis vero, & quidem volatilibus, ſanare voluit, neglecta interim, aut non ſatis laudata, venæ ſectione, atque refrigerante diæta. Opio plurimum in hyſtericis aliiſque morbis uſus eſt, quo etiam, ſi vera eſt LEONICENI accuſatio, ſe ipſum occidit (*Metamorphoſ. Apollin. & Æſculap.* pag. 2.) Quare legi debet, cum multa elegantia inprimis medicamenta contineat, ſed cum metu perpetuo illuſuræ hypotheſeos. EJUS opera ſunt *Praxis medicæ idea nova* L. Leid. 1667. 12. 1671. 12. Francofurt. 1671. 12. deinde libri reliqui, Amſtelod. 1674. 12. ope JUSTI SCHRADERI editi, Hannoviæ 1675. 8. EJ. *de methodo medendi* Lib. III. EJUSDEM *collegium medico practicum*, Francof. 1664. 12. ex dictatis auctoris editum. EJ. *caſus medicinales*, Francofurt. 1694. fol. a JOACHIMO MERIANO Francofurtenſi collecti, nempe ægrorum in noſodochio Leidenſi ſanatorum hiſtoriæ. Collectiones operum ſæpe recuſæ ſunt, Amſtelodami 1679. & 1686. 4. Ultrajecti 1695. 4. Quæ plenior eſt, Venetiis 1708. fol. 1736. fol.

MATTHIÆ MORONI *directorium medico-practicum ſeu indices duo præternaturalium affectuum de quibus exſtant graviſſimorum virorum epiſtolæ, conſilia, quaeſtiones, obſervationes, hiſtoriæ, aucti a* SEB. SCHAEFFER, Francof. 1663. 4. *

J. COSTERI *Tabulæ medicæ theoretico-practicæ & relatio medica de morbo & obitu* C. GUSTAVI, Francof. 1663. 4. * MERCL. habet 1664. EJ. *theoria & praxis plerorumque affectuum corporis humani*, Francofurti 1664. 4. *

PAULI AMMANI *de antiquarii peruviani hiſtoria*, Lipſ. 1663. diſp. & aliquæ aliæ.

SEBASTIANI BADII *anaſtaſis corticis peruviani*, Genuæ 1663. 4. * Valde laudari lego, ut etiam SYDENHAMIUM multa inde ſumſiſſe objiciatur. EJ. *neceſſitas phlebotomiæ in exanthematibus*, ibid. eodem anno. *

JOH. ROGERS *diſceptationes medicæ novis opinionibus refertiſſimæ*, Londin. 1664. 8. *

ISBRANDUS van DIEMERBROECK per multos annos Ultrajecti medicinam docuit, poſtquam Noviomagi medicinam fecerat. Ad praxin pertinet EJ. *diſputationum practicarum Pars* I. & II. Utrecht. 1664. 12. *de morbis capitis & thoracis*, tum III. cujus primam editionem non novi, *de morbis infimi ventris*. EJ. *obſervationes & curationes medicæ centum*. EJ. *Tractatus de peſte in quatuor libros diſtinctus*, Arenaci 1646. 4. MERCL. Amſtelodami 1665. 4. auctius, eodem auctore, recuſæ cum appendice *de variolis & morbillis*, quæ omnia ego collecta habeo a morte auctoris in *operibus omnibus*, curante TIMANNO ISBRANDI filio, Ultrajecti 1685. fol. editis. Peſtem annorum 1636. & 1637. ipſe vidit, & ægris medicatus eſt. Ex hypotheſi vero medelam fecit, & omnem ſpem in theriaca & ſudoriferis poſuit. Sic in variolis calidum regimen omnino ſolum adhibuit. Ad SCULTETI *armamentarium* dedit appendicem, cum obſervationibus & curationibus inprimis chirurgicis.

In J. B. du HAMEL *de affectibus occultis* Libro II. theoria operationum medicamentorum exſtat.

Hoc

Hoc an. 1665. edi inceperunt *Tranſactiones philoſophica*, quarum utique multa huc faciunt.

N. 256. de curationibus D. GREATRAKE ſola frictione peractis.

N. 280. de uſu interno cantharidum.

N. 339. de inoculatione variolarum EM. TIMONII diſſertatio. & N. 347. de iiſdem JACOBI PYLARINI Medici & Conſulis Veneti. De eadem operatione N. 370. 373. 374. 375. 382. 429. 432. &c.

N. 365. J. QUINCY de operatione medicamentorum.

N. 400. de camphoræ uſu in mania.

N. 410. CYRILLI diſſert. de uſu frigidæ in morbis acutis.

N. 419. P. A. MICHELOTTI curatio hæmoptoes ope nivati potus.

N. 441. R. JAMES experimenta de utilitate argenti vivi in rabie canina.

N. 474. VVALL de utilitate moſchi in convulſione.

N. 484. de uſu corticis peruviani in febribus periculoſis.

N. 486. de hominibus ſanatis ope electriſationis ut vocant.

DRAGELS *pyretologia*, Londin. 1665. 12. *

Shutting up infected houſes as it is practiſed in England ſoberly debated, Lond. 1665. 4. *

GERARDI BLASII, Medici Amſtelodamenſis, *medicina univerſa.... therapeutices fundamenta nova methodo breviſſime exhibens*, Amſtel. 1665. 4. EJ. *medicina curatoria methodo nova conſcripta*, ibid. 1680. 8. *

J. ANDR. CAMMERER *bericht vvie ſich ſchvvangere vveiber zu verhalten haben*, Nürnberg. 1665. 8. *

DANIELIS GEORGII MORHOF polyhiſtoris & Chemiæ amatoris, Kilonienſis Profeſſoris *Princeps medicus*, Roſtock 1665. 4. Continet hiſtoriam ſanatarum a Rege Galliæ & Angliæ ſcrophularum illarum ex LAURENTIO, harum ex propria fide.

PETRI MICHAELIS ab HEREDIA *opera medicinalia in IV. tomos digeſta*, Lugdun. 1665. fol. Antvverp. 1691. fol. * continent etiam praxin.

FRANCISCI REDI, Aretini, Archiatri Florentini, fecundum & multarum artium capax ingenium fuit, peritum poeſeos, hiſtoriæ naturalis, prudentiæ civilis & aulicæ, ut in praxin clinicam omnino minorem partem ſui ſtudii impenderit. Multum tamen & hac de cauſa ipſi debemus. Aquæ potum ægris male negatum primus reſtituit (RONCALL. *Europ. Medic.* pag. 332.) Lumbricos non amaris, ſed dulcibus & mercurio debellari expertus oſtendit in L. *degli animali viventi negli animali viventi*. Lapidum ſerpentum & bezoardicorum inutilitatem evicit in *eſperienze intorno alle coſe naturali dell' indie*. EJUS *conſulti medicinali*, Part. I. & II. Florent. 1728. 4. ſeorſim tum in *collectione operum* exſtant quorum faciunt Tomos VI. & VII. Venet. 1728. 1730. 8. Maj. Paucis & blandis & ſimplicibus fere medicamentis utitur, caſſia, ſero lactis, chalybe, & polypharmaciam ubique deteſtatur.

THOMAS SYDENHAM meruit poſt HIPPOCRATEM primo loco recenſeri, non a grata ſola poſteritate, ſed, dum inter vivos fuit. Eam laudem ſibi peperit, quod, ab omni hypotheſi purus, omnem ſuum laborem unice obſervandis morbis impenderit, eorumque curationem ab ipſa per felices eventus inprimis præeunte natura edoctus propoſuerit, febres autem, rejecta inani veneni ſpecifici aut acidi hoſtilis theoria, in univerſum per acida atque refrigerantia expugnare docuerit. Nondum ſenem mors rapuit, ex podagra & calculo debilem. EJUS ſunt *obſervationes medicæ circa morborum acutorum hiſtoriam & curationem* ſeu methodus curandi febres, Lond. 1666. 4. 1668. 8. 1677. 8. Amſtelod. 1666. 12. Febres, quæ ſolent eodem nomine venire, epidemicas aliaſque, non ideo ſemper ejuſdem eſſe ingenii, ſed alias ſubinde curationes requirere, primus, ni fallor, & contra omnem ſcholarum conſuetudinem docuit. In acutis refrigerantem & debilitantem curationem, in intermittentibus corticem, in variolis iterum antiphlogiſtica, in cholera, ante CL. SEGUER, juſculum pulli tenue, in dyſenteria laudanum, in pleuritide, rheumatiſmo & angina venæ ſectionem inprimis adhibet. EJUSD. *epiſtola reſponſoria ad* ROB. BRADY de febribus poſteriorum annorum & rheumatiſmo. EJ. *epiſtola reſponſoria* II. *ad* H. PAMAN *de lue venerea* per ſolum mercurium ſananda. Prodierunt Londin. 1680. 8. EJUSD. *diſſertatio epiſtolaris ad* G. COLE *de variolis & morbo hyſterico & hypochondriaco*, chalybeatis & inprimis equitatione ſuperandis, Londin. 1682. 8. EJUSD. Tractatus *de podagra*, quo ipſe vehementer laboravit. prodiit Londini 1683. 8. Curationem in roborandis omnibus concoctionibus tentat invenire,

Tracta-

Tractatus *de hydrope* cum priori excuſus eſt, & Londini & Amſtelodami 1685. 8. quem ſanabat vehementibus catarcticis. *Schedula monitoria de nova febris ingreſſu* Londini ſecuta eſt 1686. 8. * & de malignitate morborum aliaque monita practica continet. In epiſtola *de febre putrida, variolis confluentibus ſuperveniente* orta XI. die & ſuperanda, venæ ſectione & purgantibus utitur. In Libro *de mictu cruento a calculo* emollientibus & mannæ repetito uſu curat. Liber *de affectione hyſterica* dictus eſt. Hæc tria opuſcula conjuncta prodierunt Londin. 1682. 8. *Proceſſus integri in variis morbis*, poſthumi prodierunt Lond. 1693. 12. 1712. 8. 1742. 12. Amſtelod. 1694. 8. & ſunt ni fallor *method of curing all diseaſes*, Londin. 1737. 12. & *compendium praxeos medicæ*, ut videtur, Lond. 1719. 12. EJ. *practice of Phyſic.* ibid. 1695. 4. * Eſt compendium totius operis & aliqua fuſius exarata continet ad phthiſin, ſcorbutum. Opera omnia prodierunt Londini 1685. 8. 1705. 8. 1734. 8. Amſtelod. 1683. 8. quæ imperfectior eſt editio, tum Lipſ. 1695. 8. 1711. 8. Genevæ 1696. 8. 1716. 4. 1723. 4. 1736. 4. 1749. 4. multis alienis adjectis. Leid. 1726. 8. grand. 1741. 8. Anglice *the entire vvorks of* T. S. *vvith practical remarks by* JOHN SVVAN M. D. Londini 1729. 8. 1742. 8. tum alias.

A brief account of M. VALENTINE GREAT RAKE'S *and divers of the ſtrange cures by himſelf lately performd....in a letter to* R. BOYLE Eſq. Londin. 1666. 4. Mira hiſtoria. Miles olim bono loco natus fuerat, inde ex perſuaſione intima ſibi eam potentiam datam eſſe miraculoſus ſanator exſtitit ſcrophularum & aliorum morborum, quos digiti, veſtes tangentis ope, de parte in aliam & denique ex corpore ægri fugabat. Ipſe narrat vitæ ſuæ hiſtoriam, & plurima teſtimonia ſanationum adfert, inter quæ ſunt CUDVVORTHI, & BOYLEI. Non placet, quod ægros etiam propinata ſua urina ſanaverit. De ea re ſcripta ſunt H. STUBBE *miraculous conformiſt or an account of ſeveral marvelous cures perforand by the ſtrooking of the hands of* VAL. GREAT RAKE, Lond. 1666. 4. & *vvonders no miracles or* V. GREATRAKE's *gift of healing examined*, Londin. 1666. 4. quo ultimo libello ſanator iſte heteroclitus refutatur. Reſpondet in eo, quem primo loco dixi, libro.

GEORG. THOMSON *loimotomia*, Londin. 1666. 12. EJ. *epilogiſmi chymici & remedia hermetica longa exercitatione in arte Hiatrica conſtabilita*, Lond. 1673. 12. Helmontiani arcanorum venditoris opuſculum. EJ. *method of curing chymically*, Lond. 1675. 8. *

THOMÆ BROVVNE, Equitis & medici, *pſeudodoxia epidemica or....of vulgar errors*, Londin. 1666. 4. Germanice ſub titulo *unterſuchung der gemeinen irrthümer*, Norimberg. 1680. 4. Gallice *eſſays ſur les erreurs populaires*, Paris 1733. 12. vol. 2. Quos errores ſuo tempore animoſus exagitavit, eos nunc ipſa ætas & mutatum ſeculum de hominum animis eraſit. Opera omnia prodierunt Londin. 1686. fol.

ZACCHARIÆ NICOLAI GOETZII *conſilium medicum vvas maſſen bey itzo umſchvveiffenden böſen anſteckenden fiebern man ſeine geſundheit vervvahren und vvieder zurecht bringen könne*, Zvvickau 1666. 4. EJ. *unterricht vvie man bey itzo graſſierender peſtilenzial ſeuche und ruhr ſich præſerviren und curiren könne*, ibid. 1676. 4. EJ. *nöthiger unterricht vvie bey gefährlichen ſterblaüffen præſervando & curando ieder ſich zu verhalten*, Zvvickau 1680. 4. * RIV.

Kurzer bericht vvie man ſich zu zeit der peſt verhalten ſoll auf befehl des raths zu Strasburg durch die medicos daſelbſt geſtellt...dergleichen vvegen der anſteckenden ſeuche in Biſtum Strasburg ſich zu verhalten, Strasburg 1666. *

Bericht vvie man ſich bey der ſeuche zu verhalten für die untergraſſchafft Baden, Durlach 1666. 8. *

J. ADAM ZAPS *von der ietzt herumgehenden rohten ruhr*, VVeimar 1666. 4. *

J. TACKII und AUGUSTI ENGELHARDS *erinnerung vvie man ſich bey ſterbens laüften bevvahren und von der angefallenen ſeuche curiren möge*, Darmſtatt 1666. 4. EJ. TACKII profeſſoris Gieſſenſis, de chemica ſecta *conſilium von der rothen ruhr*, Darmſtatt 1669. 8. * Hæc ea peſtis fuit, quam in Anglia N. HODGES deſcripſit, & quæ in Helvetiam uſque penetravit.

ALPHONSI DONNOLI *il medico pratico*, *cioè della via attiva con la qual può regolarſi ogni medico che pretende profeſſar medicina pratica*, Venet. 1666. 12. *

MICH. RODRIGUEZ de PEDROSA *ſelectæ medicæ difficultates*, Salmantiæ 1666. fol. *

EMANUEL *los* REYSTAVARES *controverſia philoſophica & medica pro* D. RODERICI *a* VEIGA *contra* MATAMORUM, Ulyſſipon. 1667. 4. *

LEO-

LEONARDI AMATI *adverſariorum catena de jure galli veteris pro aſthmate*, Panorm. 1667. 4.

Lettera del D. PELAGIO SAGOPENE *a* BRUNO CIBALDI *con approvazione del ſuo diſcorſo intorno all' uſo dell' acqua vita*, Panorm. 1667. 12. MONGIT. *

J. DANIEL. MAJORIS, Kilonienſis, eruditi viri, ſed qui in plurimas artes ſe diffunderet, antiquitates etiam & nummos, multa ſunt opuſcula. EJ. *deliciæ hibernæ ſeu tria nova inventa medica*, Kil. 1667. fol. nempe *chirurgia infuſoria*, *tranſplantatio medica & inuſtio verticis ad curandos morbos*. EJ. *ſummarium medicinæ biblicæ a ſe edendæ*, Kiel. 1672. fol. EJ. *medicinæ practicæ tabulæ ſciagraphicæ* 27. Kilon. 1677. 4.* EJ. *de inventis a ſe thermis artificialibus ſuccinatis epiſtola*, Kiel. 1680. 4. * EJ. *diſputationes de uſu & abuſu mercur*. Kil. 1673. 4.

GODOFREDI MOEBII *ſynopſis epitomes medicinæ practicæ in gratiam tironum ſcripta*, Patav. 1667. fol. EJ. *epitome inſtitutionum medicarum*, Jen. 1663. 4. ad genium ſeculi ſcripta, practica etiam continet.

Ad hæc tempora pertinet abſque anni expreſſione excuſus liber ABDIÆ TREVV, nempe *Aſtrologia medica*, 4. *diſputationibus comprehenſa*, 1. *de abſurditate Aſtrologiæ vulgaris*. 2. *de reſpectu corporum naturalium ad ſidera*. 3. *de homine ejuſque morbis... quatenus ſideribus ſubjiciuntur*. 4. *de applicatione aſtrologiæ ad medicinam & ſingulas ejus partes*, Altdorf. 4.

GEORGIUS HIERONYMUS VVELSCH, Medicus neque tamen doctor, vir multifariæ eruditionis, inprimis linguarum plurimarum peritus, & magnus librorum helluo, plurima quidem reliquit imperfecta, edidit tamen multa, & primo *ſyllogen curationum*, *& obſervationum* MARCELLI CUMANI, JEREMIÆ MARTII, ACHILLIS GASSERI, UDALRICI RUMLERI, HIERONYMI REUSNERI, *& ſuarum obſervationum Epiſagmata* C. Aug. Vind. vel Ulm. 1668. 4. non 1667. ut in Pathologia ſcripſi. Practici inprimis argumenti ſunt GASSERI obſervationes, quæ fere unice aut communicata remedia tradunt, aut ab ipſo auctore experimentis explorata, tum HIERONYMI REUSNERI, qui multum collegit arcanorum & formularum, denique VVELSCHII. EJUSD. *hecatoſtene* II. *obſervationum phyſico-medicarum*, Aug. Vind. 1675. 4. exigua parte huc pertinent, curationes tamen aliquas etiam hic enarravit auctor, non valde adverſus arcanis. EJ. *curationum exotericarum Chiliades* II. *& conſiliorum medicorum centuriæ* IV. Ulm. 1676. 4. * cum ALEXII SENENSIS & aliorum conſiliis, quæ recuſa eſſe audio Aug. Vind. 1698. 4. * EJ. *mictomimematum ſeu miſcellaneorum medicorum Centuriæ* IV. Lipſ. 1676. 4. & in E. N. C. *Dec.* I. *ann.* IV. V. EJ. *curationum propriarum & conſiliorum medicorum decades* X. *cum commentario ſeu exegeſi*, Aug. Vind. 1681. a morte auctoris prodierunt. Dixi de ſchematibus aſtrologicis. In praxi ſecutus eſt vulgarem ſui ævi methodum, calida & bezoardica dedit in febribus, & in morborum hiſtoria minus ſymptomata, quam formulas perſecutus eſt. IDEM VVALÆI *methodum medendi animadverſionibus illuſtravit*, quam ante XXX. annos Leidæ auctor prælegerat, ea Aug. Vind. 1679. 12. excuſa eſt a morte VVELSCHII. Cum *vena* etiam *Medinenſi* curationem conjunxit.

Der ſtadt Baſel bericht wie man ſich vor der Peſtilenz hüten und die ſelbe curiren möge, Baſil. 1667. 4.

J. MICHAELIS Lipſienſis Profeſſor de chemica ſecta magnus medicamentorum compoſitorum calidorum & ſudoriferorum inventor, & ex eo ipſo patriæ non utiliſſimus, quæ his alioquin nimis indulget. EJ. *obſervationes medicæ* Lipſ. 1645. 12. prodierunt, *opera* autem *omnia medico-chirurgica*, *praxis nempe clinica ad* JOHNSTONI *ideam*, *caſus* 26. *formulæ & arcana in* MORELLUM, *& ordo viſitandi officinas*, Norimberg. 1688. 4. poſt mortem auctoris, quæ in annum cadit 1667.

J. THEODORI SCHENK, Profeſſoris Jenenſis, *medicinæ generalis novantiquâ ſynopſis*, Jen. 1668. 4. 1672. 4. *Synopſis inſtitutionum medicinæ pars ſemeiotica*, *hygieine & therapeutica*, Jen. 1671. 4. * In univerſum magis aliorum, quam ſua cogitata propoſuit.

FRIDERICI HOFMANNI patris, quo celebrior fuit ejuſdem nominis filius, *de methodo medendi juxta ſeriem* VVALÆANAM, *ex paracelſicis & dogmaticis ſcriptis illuſtrat*... Lipſ. 1668. 4. In *appendice* traditur modus *curandi inſultum apoplecticum*.

HENRICI MARTINI *anteambulo medicus ſeu hebdomadale medicum*, Brigæ 1668. 12. *

J. CHRIST. FROMMAN *diſcurſus de venæ ſectione in morbillorum declinatione oborta pleuritide adminiſtranda*, Lipſ. 1668. 8. *

EDVVARD

EDVVARD MAYNVVARING *compleat phyſician*, Londin. 1668. 8. *

LEPNERI *compendioſa in medicinam introductio*, Regiomont. 1669. 4. *

OTTONEM TACHENIUM omittere poſſem flagitioſæ vitæ hominem, furem & impoſtorem, ſi ulla fides BURGGRAVIO in *libitina ovante* pag. 65. Ejus Tractatus, cui titulum fecit HIPPOCRATES *chymicus oſtendens noviſſimi ſalis viperini antiquiſſima fundamenta*, Brunſvvigæ prodiit 1668. 12. Ad chemiam potius pertinet, theoriam tamen tuetur, quæ eo ſeculo fere prævaluit, & qua ab acido, tamquam igne & calido innato, & ab alcali, ut aqua & humido radicali, omnis theoria medica derivatur. Idem ſenſus eſt in *Antiquiſſima medicinæ Hippocraticæ clavi*, Francof. 1669. 12. qua tamen vires etiam nonnullorum medicamentorum aut refutantur, aut extolluntur. Ita ferrum aperire negat, vim lapidis del porco rejicit, & alcaheſt ex ſpiritu æruginis, laudat ſuum ſalem, radicale, ut credit, (difficilem & longum paratu,) humidum, aquam ſpermatis ranarum in podagra, & alia. EJ. Tractatus *de morborum principe in quo plerorumque gravium affectuum hermetica vera & ſolida curatio proponitur*, Oſnabrug. 1678. 12.

PAULI BARBETTE, Medici Amſtelodamenſis, de Sylviana ſecta viri, oſoris venæ ſectionis, ſudoriferorum patroni, *methodus ſanandi peſte affectos* prodiit Leidæ 1667. & 1672. 12. Leodii 1669. 8. Amſtelod. 1693. 8. EJ. *praxis medica cum notis & obſervat.* F. DEKKER exſtat Leid. 1669. 12. 1678. 12. gallice Lion 1693. 12. germanice Francofurt. 1682. EJ. *Opera omnia* ex editione J. JAC. MANGET, cum ejus viri non graviſſimis additionibus, excuſa ſunt Genevæ anno 1683. 4. belgice vero Amſtelodami 1688. 8.

GUILIELMI PARENT *dialogus inter* HIPPOCRATEM, PARACELSUM *&* THEMISONEM, *quo demonſtrantur omnes cauſæ peſtis, & defenditur veritas methodi peſte affectos ſanandi*, Leodic. 1671. 8. prior vero libellus a MERCLINO citatus videtur eſſe BARBETTI.

FRANCISCI ROMANI *conſultationes medico-chirurgicæ*... *opus poſthumum*, Neapoli 1669. fol. *

RAYMUNDI JOHANNIS FORTIS *conſilia de febribus & morbis mulierum facile cognoſcendis & curandis*, Patav. 1668. fol. * EJ. *conſultationum & reſponſionum centur.* IV. ibid. 1669. fol. * & *tomus alter* 1678. fol. * & utrumque opus 1701. fol. * tum cum titulo *conſultationum medicarum & reſponſionum medicinalium Cent.* IV. *Accedunt conſilia de febribus & de morbis mulierum*, Genev. 1677. fol. 1681. fol. * Laudat STAHLIUS.

FRANC. HENRIGUEZ de VILLA CORTA *opera medica* Tom. III. Lugd. 1670. fol.

JACOBI PANCRATII BRUNONIS *dogmata medicinæ generalia in ordinem noviter redacta ad vera recentiorum præſertim principia accommodata*, Norimb. 1670. 8. quæ valde laudat ob bonam methodum BAIERUS in *vitis Profeſſorum Altdorf.* EJ. diſputatio *de vomitoriorum & purgantium tempore delecto ad aphor.* IV. 5. Altdorff. 1724. 4. EJ. *de remoris & impedimentis purgationis in ſcriptis* HIPPOCRATIS *detecta* (ſex nempe de purgatione diſputationes), Altdorf. 1676. 4. EJ. *propyleum medicum ſeu epitome elementa medicinæ veræ comprehendens*, Altdorf. 1696. 8. breviſſimum. EJ. *monita* & *poriſmata medicinæ miſcellanea*, Altdorf. 1698. 4. * IDEM edidit C. HOFMANNI *Iſagogen medicam*, Lipſ. 1678. 12. & CASTELLI lexicon, uti diximus, auctum, Norimberg. 1682. 1688. Lipſ. 1713.

MICHAELIS BALDIT *ſpeculum iatro- Medicum octogonum in quo medicina octo ex angulis.. veluti fontibus..ſacra repræſentatur*, Lugdun. 1670. 8. ENDT.

LAURENTII STRAUSS, Gieſſenſis Profeſſoris, *exercitationes medicæ*, Gieſſ. 1670. EJUSD. 8. *palæſtra medica omnium affectuum cognitionem ac curationem exhibens*, Gieſſ. 1686. *

J. GEORG. GREISEL *tractatus medicus de cura lactis in arthritide*, Vienn. 1670. 12. * Jen. 1681. 12. Budiſſin. 1681. 12. auctius, ut promittitur. Lacteam diætam pro optima arthritidis ſanandæ methodo tradit.

In EPHEMERIDIBUS NATURÆ CURIOSORUM, quæ hoc anno 1670. cœperunt edi, infinita & pleraque practici argumenti ſunt, tum paſſim integri libri adjecti.

GEORG. COVACS TATAI *epilepſiæ certa curatio*, Leid. 1670. 12.

PAULI du BE *medulla medicinæ practicæ*, Pariſ. 1671. 12. EJ. *médecin des pauvres*, Pariſ. 1675. 1693. 12. 1695. 8. Lion 1700. 12. Rouen 1712. 8.

L. GUYON *cours de médecine*, Lion 1671. 4. *

CASPARI BRAVO de SOBREMONTE RAMIREZ, archiatri PHILIPPI IV. & CAROLI II. X. *conſultationes medicæ & tirocinium practicum*, Colon. 1671. 4. In *reſolutionibus* etiam *Quinta ſe-*

ra ſectio huc pertinet. Omnia ex ſententia & auctoritate veterum, ut etiam gradus illos qualitatum in medicamentis conſervet, ratiocinator inutilis.

LEONARDI BIMII *Peſtis*... *curatæ*, Leodii, 1671. 8. *

MATTHIÆ ISLYNGII, Profeſſoris Rintelienſis, & Phyſ. Bremenſis, compilatoris, *anchora ſacra ſeu de laudano opiato*, Francof. 1673. 8. *Prodromus praxeos chymiatricæ*, Rintel. 1674. 4.

FR. OSVVALDI GREMBS *arbor integra, & ruinoſa hominis* i. e. *Tractatus theorico-practicus in quo ſana & morboſa hominis natura ex Archæis dilucide demonſtratur*, Francof. 1671. 4. nempe ſyſtema praxeos Helmontianum.

JOH. STERPINI *trifolium medicum tribus tabulis univerſam oſtendens medicinam*, Hafniæ 1671. fol. *

J. NICOLAUS PECHLIN Leidenſis, Profeſſor Kilienſis, & denique archiater Suecicus; cujus filius & nepotes in ſumma dignitate vivunt, vir eloquens, ingenioſus, ſedulus piusque, DRELINCOURTII diſcipulus, & in ſcriptis nonnullis adverſus SYLVIUM ſocius. Leidæ anno 1672. ſcripſit *de purgantium facultatibus* libellum, recuſum Amſtelod. 1702. 8. quem oportet legere ad cognoſcendas cauſas gradusque vis catharticæ. *Obſervationes* alibi citatæ, ſed ad Praxin etiam repeti merentur.

HENRICI EYSSON, Profeſſoris Groningenſis, minime ineruditi, *ſyntagma medicum minus*, Groning. 1672. 12. *

NATHANAELEM HODGES laudavimus.

ROBERT TALBOT *pyretologia* ... *of the cure of agues*, Londin. 1672. 8. Magnus corticis introductor, poſt quem ejus uſus perpetuo invaluit.

CHRISTIANI MARGGRAV *prodromus medicinæ practicæ, dogmaticæ & vere rationalis*, Leid. 1672. 4. 1684. 4. *

THOMÆ BURNET Hippocraticam epitomen diximus. EJUS *Theſaurus medicinæ practicæ ex præſtantiſſimorum medicorum obſervationibus collectus* prodiit Londini 1672. 4. & 1673. 4. * LIND. Genev. 1678. 12. cum DANIELIS PUERARII adjectis *obſervationibus ſelectiſſimis*, tum 1698. prodiit 4. & Venet. 1687. 12. 1733. 4.

HUGHES *american phyſician*, Londin. 1672. 12. mere botanicus eſt.

THOMÆ MURILLO *approbacion de ingenios y curacion de Hypocondrichos*, Saragoſſa 1672. 4. & Latine *melancholiæ hypocondriacæ curatio*, Leid. 1672. 8. *

NICOLAUS CHESNEAU Maſſilienſis, in *obſervationum medicarum Libris* V. excuſis Pariſiis 1672. 8. tum Leidæ 1719. 4. omnino pertinet ad praxin & morborum curationem.

ZENTGRAF. *de tactu Regis Franciæ quo ſtrumis laborantes reſtituuntur*, VVittemb. 1675. 4. *

Centuriæ quinque curationum morborum, & tractatus quo aſtrologiam ad medicinam pertinere oſtendit, huc ſpectant: Illæ breves hiſtoriæ ſunt, cum ſanatione fere per RIVERIANA medicamenta.

PAULUS de SORBAIT medici Viennenſis, compilator, ſi fides ſcriptoribus, *opera medica theoretico-practica ſeu methodus medendi, controverſiæ, ſylva medica, curationes omnium morborum, de peſte ejuſque remediis*, Norimbergæ excuſa ſunt 1672. fol. EJ. *medica praxis* Viennæ prodiit 1701. fol. EJ. & J. G. MANAGETTA *peſtordnung*, Vienn. 1681. 8. *

J. LANGII *ratio ſcribanica ſeu deductio cur arthritis, podagra, chiragra & alii calculoſi affectus ex fundamento ſanari poſſint*, Hamburgi 1672. 12. *

GUALTHERI AMBROSII VVOLTER a LIEBENFELD phyſici Glacenſis, *Pyrotechnicum opuſculum de canteriorum ſeu fonticulorum utilitate*, Breslau 1672. 8. magis medicum eſt quam Chirurgicum, eruditus vero homo, qui peſtem...... anni 1675. credat a THUCYDIDE deſcriptam eſſe.

GEORGII GENOUA *oſpitale pubblico di varj mali ed eſperimentati ſecreti*, Bologna 1673. 12. * Chirurgi opus.

JOHN ARCHER *every man his ovvn Doctor*, Londin. 1673. *

JOH. BASCANINI *opuſculum medico-morale*, Ferrar. 1673. 16. *

HERMANNI GRUBE *de arcanis medicorum non arcanis in gratiam tironum off. illuſtrat. cum* T. BARTHOLINI *de tranſplatatione morborum epiſtola*, Hafn. 1673. 8. EJ. GRUBE *de traſplantatione morborum analyſis nova*, Hmburg. 1674. 8. Quæ alia hujus viri legi, non multum promittunt bonæ frugis.

JOH. CORDELLE *an cephalea venarum jugularium ſectio*, Lutet. 1674. fol.

PHILIPPI TROMBETTI *apologia contra una lettera del* S. STANISLAO OMATI *ſopra la cognizione e cura della paſſione ipochondriaca*, Genua 1674. 12. *

JAC. BARNERI Auguſtani Doctoris *Prodromus* SENNERTI *novi ſeu delineatio novi medicinæ ſyſtematis in quo* HIPPOCRATIS, GALENI, PARACELSI, HELMONTII, VVILLISII, &c. *dogmata ex principiis anatomico-chimicis examinantur*, Aug. Vindel. 1674. 4. Loco SENNERTIANI nimis laxi ſyſtematis novum hic delineat, chemicus & HELMONTIO faventior, ſed id ſyſtema nunquam prodiit.

FRANCISCI SICLENSIS *volumen de rebus medicis quæ ſunt in uſu quotidiano, quas perfecte callere debent medici & pharmacopœi*, Venet. 1675. *

HYACINTHI BOVII *novi flores medicinales ſeu obſervationes, ſententia, dicta, hiſtoria & medicamenta morbis probata collecta in V. partibus*, Venet. 1675. 8. *

THOMÆ MERMANNI *conſultationes & reſponſiones medicæ a* FRANCISCO IGNATIO THIERMAIRO *ex variis manuſcriptis conquiſitâ in latinum verſâ & adnotationibus & remediis aucta in* Lib. VIII. *diſtincta*, Ingolſtadt 1675. fol. *

SEBASTIANI ALBINI *kurzer bericht und handgriff vvie mit denen perſonen vvelche aus dem vvaſſergezogen vverden umgegangen vverden ſoll*, 1675. 8. *

HERMANNI BUSSCHOF *het podagra mits gaders deſſelfs geneſing*, Amſterdam 1675. 8. germanice verſum cum titulo *das genau unterſuchte podagra*, Breslau 1677. 8. & Anglice cum ROONHUYSII obſervationibus, London 1676. 8. Verbi divini miniſter in Batavia nova, cum arthritide laborans a medica femina barbara 20. moxæ cuneis reſtitutus eſſet, proſelytus novi remedii, defendit arthritidem eſſe tumorem flatulenti generis, neque aliter ſanari poſſe.

CASPARI BARTHOLINI TH. F. CASP. N. *exercitationes miſcellaneæ*, Leid. 1675. 8. Huc pertinent exercitationes de variolis, cauterio in bregmate, liquore ſtyptico BOUDETI, eruditæ ſatis, ſed abſque proprio experimento, juvenis præterea 21. annorum.

Vindication or the vvoman phyſitian being a vindication of THOMAS O. DOUDE *phyſician and chymiſt againſt the calumnies of* HENRY STUBBE *by Mrs.* TRYER *daugther of* M. O. DOUDE, Lond. 1675. 8. *

Anonymi de curatione variolarum, Leid. 1675. 12. *

BERNARDINI CHRISTIANI à JUVELLINA *inſtitutiones medica & obſervationes quibus accedunt* 500. *curationes morborum, tractatus de lue venerea, febre peſtilentiali, & romani contagii curatione*, Venet. 1676. 4. *

CONRADI JOHRENII, Profeſſoris Francofurtenſis ad Viadrum *praxis chemiatrica*, Rintel. 1676. 8. EJ. *ſectio* II. ibid. 1678. 8. *

J. CASP. BOXBERGER *praxis methodica medicinalis*, Bamberg. 1676. 24. *

J. LECHEL *vvarnung für dem unzeitigen aderlaſſen und purgieren in flekfiebern*, Braunschvveig 1676. 4.

GEORGII MASBACH *collectaneor. practic. & pharmaceutic. medicinalium chiliad.* Ulm. 1676. 4. *

In SACHSII L. *de unicornu* bona experimenta de vanitate hujus remedii, aut raſuræ cornu cervi exſtant.

GEORG. LEISCHNER *von der giftigen krampfſcht*, Plauen 1676. 4. in pathologicis dictus eſt.

HENRICUS MEIBOM, egregius & eruditus medicus, qui bonis conſiliis peſtem de patria depulit, variæ non malæ notæ diſputationes exſtant, ut *de vena ſectione in curatione variolarum*, Helmſtatt. 1676. 4. *de ſanguinis eductione* 1674. *de curatione phthiſis per lac* 1684.

EJ. MEIBOMII *theſes ex univerſa arte deſumta* 1668.

EL. RUD. CAMERER *de acidularum uſu externo*, Tubing. 1677.

FRANCISCI FRIZIMELICA *de balneis metallicis artificio parandis* ex bibliotheca J. RHODII Norimb. 1679. 8. *

R. VVISEMANNUM laudavimus.

J. LUDOV. HANNEMANNI, Profeſſoris Kilienas, compilatoris & plagiarii, *ætiologia philoſophico-medica curioſa facultatis purgatricis*, Hamburg 1677. 4. *

GIDEON HARVEY *the family phyſician and the houſe apothicary*, Londin. 1678. 8. * EJ.

art

art of curing diſeaſes by exſpectation ſ. Ars ſanandi per expectationem, Lond. 1689. 8. 1693. 12. Ofenbach 1730. 8. vertente STAHLIO. Amara in alios medicos ſatyra. Varia alia citavimus in pathologicis.

RUDOLPHI VVILHELMI CRAUSII vel KRAUSII *de cachexia* diſp. Jen. 1677. 4. *de reſtitutione in vitam ſuffocatorum laqueo vel aqua*, Jen. 1705. diſp. & aliæ exſtant.

MATTH. THUILLIER *an incipiente parotide ſanguis e proxima juguli vena mittendus*, Pariſ. 1678. fol.

GODOFREDI SCHULZ diſſertatio *de natura tinctura bezoardica* MICHAELIS... *& de mixtura ſimplici. Præfixæ ſunt epiſtolæ medicorum veteranorum*, Hall. 1678. 8. *

J. G. VOLCKAMER *Apollo τετρατεχνίτης*, Norimberg 1678. 4. mihi ignotus eſt.

N. D. B. (NICOLAI de BLEGNY) *nouvelles découvertes dans la médecine*, Pariſ. 1679. 12. In eo, cum *Zodiaci Gallici* nomine recuſo, diario, non ſolum variæ obſervationes medicæ & practicæ exſtant, ad corticis peruviani bonum malumque eventum, uſum ſpiritus vini medicum &c., ſed varii etiam libelli aliorum NICOLAI BAILLY *de remediis cardiacis*, & curatione febrium continuarum intra biduum, quam non nemo pollicebatur: tum anonymi de morbis pectoris mulierum, MONGINOTI de curatione febrium per corticem, denique BLEGNYI integri tractatus de remedio anglico & de lue venerea. EJ. eſt libellus *le remede Anglois pour la guériſon des fievres*, Paris 1681. 12. ni fallor. 1682. 12. Bruxell. 1682. 12. Paris 1683. 12. publicatio nempe juſſu Regis facta, formulæ corticis peruviani quam TALBOTUS Regi vendiderat. Ibi cavillatur TALBOTUM, qui corticem ipſum dedit, noxium, ſcilicet, quod depuratus non eſſet, & laudat infuſionem. Aliqua de opii uſu in febribus addit. EJ. *l'art de guérir les maladies vénériennes*, Paris 1673. 12. Hag. 1683. 8. 1696. 8. Laudat guajaci decoctum & mercurio æquat. EJ. *ſecrets contenant la beauté & la ſanté*, Paris 1688. & *Tome* 2. ibid. 1689. 8. alio pertinent. Inquietus autem homo fuit, vanuſque, qui ſe equitem, & magiſtrum denique equitum ipſe conſtituit, eoque ipſo Regio favore amiſſo infelicem vitæ finem fecit errabundus.

FRANCISCI BAYLE Toloſani aliqua huc faciunt ut inter diſſertationes III. editas Toloſæ 1670. Brugis 1678. 8. Toloſ. 1681. 12. tertia *de uſu lactis ad tabidos reficiendos*: & *de vena ſectione in pleuritide*. Pluſcula alia citavimus cum pathologicis. *Problematum*, quæ Toloſæ 1677. 12. 1681. 12. prodierunt, magna pars practica eſt, nempe de utilitate venæ ſectionis, de qua fere paria habet BELLINIANIS, accelerari nempe ſanguinem in ſyſtemate arteriæ, cujus ſocia vena inciſa fuerit. Ea recuſa ſunt in operibus omnibus, Toloſ. 1701. 4. vol. 4. Vir minime obtuſi ingenii multa prior vidit, quæ ab ejus ævo pro novis & pulchris ſunt propoſita.

ANTONII MARTELLI medici civitatis Aquapendente *di molti occulti ſegreti della natura e di diverſi remedj ottimi*, Fiorenza 1679. 12. *

In J. JAC. VVEPFERI Scaphuſini, gravis & ſapientis viri, Libro *de cicuta aquatica*, Baſil. 1679. 4. edito multa egregia ad praxin diſperſa habentur, ut ichthyocollæ utilitas ad ſuperandas hæmorrhagias internas periculoſiſſimas p. 52. &c. EJ. *obſervationes de morbis capitis* dictæ in pathologicis totæ huc pertinent. Cum Amſtelodamenſi editione Libri de apoplexia excuſus eſt libellus BERNARDI HUETE Suollenſis Conſulis, de curatione maniæ, quam abſolvit venæ ſectione, medicamento purgante & opio.

MATTHIÆ RAMELOVII *von dem vvahren vveſen, eigenſchaften, urſprung, bildung, præſervation und curation des nierenſteins*, Lipſ. 1679. 8. *

Curioſa medica pro tuenda valetudine inter colloquentes enodata; accedit diſcurſus de venenis eorumque alexipharmacis, Hamburg. 1679. 8. *

GUILIELMI MAXVVELL *de medicina magnetica* Lib. III. ed. GEORGIO FRANCO, Francof. 1679. 12. & germanice *magnetiſche artzneykunſt*, Nurnberg 1687. 12. *

GEORG. DETHARDING ſenioris *Kranken vvärter*, Kiel. 1679. * EJ. *vorſorge der oberkeit in der peſt*, Guſtrau 1680. 8. *

J. HISKIÆ CARDILUCCII *abhandlung von der peſt*, Norimberg. 1679. 12. * EJ. *feld und haus apotheke* Norimb. 1679. 8. * HARSMANNI etiam opera edidit.

GODOFRID QUEITSCH *vollſtändige arzneykunſt*, Stargard. 1679. 8. *

Strasburger bericht ſich in hitzigen krankheiten zu bevvahren, Strasburg 1679. 8. *

HERMANNI NICOLAI GRIMM Chirurgi & Medici practici *compendium medico-chymicum*,

cum, Bataviæ in Java 1679. 8. Morborum omnium ſanationes habet per medicamenta chemica.

CASPAR THEOPHILI BIERLING *adverſariorum curioſorum centuria* I. *cum annexis ſcholiis*, Jen. 1679. 4. Parum latinus homo & deditus formulis; quarum vim non mediocrem ſub examen ſubjicit, non tamen abſque judicio fuit, qui præter ſeculi morem in Germania inprimis, raro exemplo, venam in variolis ſecuerit, calidam curationem rejecerit. Aliqua ad medicinam forenſem pertinent & ad anatomen. Patavii eruditus, Magdeburgi artem exercuit. EJ. *conſilium peſtifugum*, Magdeburg. 1680. 8. * & germanice *gutachten vvieder die peſt*, Helmſtädt 1680. 4. * EJ. *problema pharmaceutico-medicum an in peſte Magdeburgenſi medicamenta ἄνω καὶ κάτω evacuantia tuto præſervationis & curationis gratia exhibita fuerint nec ne*, Helmſtädt 1684. 4. * EJ. *theſaurus theoretico practicus continens obſervationes & curationes medicas cum* J. MICHAELIS *arcanis*, Jen. 1694. 4.

JAC. J. VVENCESLAI DOBRZENSKY *præſervatiorum univerſale naturale cum experimento medico* J. BAPTISTÆ ALPRUNNER *de contagione*, Pragæ 1680. 4. & grrmanice *algemeines præſervativ gegen anſtekende ſeuchen*, Nürnberg 1680. 8. *

CHR. MACK *des Obererzgebürgiſchen Kreyſes ſchutz und nothvvehr d. i. mediciniſcher bericht vvie bey den einbrechenden peſtilenzialiſchen ſeüchen ſich zu verhalten*, Schneeberg 1680. 4. *

Leipziger verbeſſerte Peſtordnung, Lipſ. 1680. 4. 1681. 4.

Fürſtlich Sächſiſche anordnung vvegen anſteckender ſeuchen, Jen. 1680. 4. 1701. 4.

TILEMANNUS COUS. ſeu *Hippocratica praxis in cognitione medica affectuum naturalium & præternaturalium*, Ulm. 1680. 12. Ex ſecta Iatroaſtrologica.

LAMBERTI VELTHUYSII *opera omnia antea tam belgice quam latine edita. Acceſſerunt duo tractatus novi inediti*, Roterod. 1680. 4. P. II.

MARTINI HEER *conſilium antidyſentericum*, Gorliz 1680. 4. *

The *countryman's phyſician*, Londin. 1680. 12. *

De la CHAUME *traité de médecine contenant la parfaite connoiſſance de l'homme*, Auxerre 1680. 12. Felle cum ruta & aloe in emplaſtro admotis purgare pueros jubet, &c.

LUCÆ ANTONII PORTII Neapolitani *paraphraſis in* HIPPOCRATIS Lib. *de veteri medicina* prodiit Rom. 1681. 8. * EJ. Liber *de militum ſanitate tuenda* excuſus eſt Vienn. 1685. 8. EJ. ERASISTRATUS *ſeu de ſanguinis miſſione* Venet. prodiit 1683. 12. Venæſectionem rejicit, ut valde ſolebant eo ævo Itali medici. EJUS *opera omnia* prodierunt Neapoli 1736. 4. vol. 2.* Quibus prima continentur tum medica varia ſub titulo *opuſculorum & fragmentorum*.

An diverſus a BLEGNYI libello *de la guériſon des fievres par le Quinquina*, Pariſ. 1681. 12.? RAYMUNDI RESTAURAND Monſpelienſis medici HIPPOCRATE *de l'uſage du kinkina*, Lion 1681. 12. & in BLEGNY Zodiaco, & in F. M. NIGRISOLI collectione.

A nevv myſtery in phyſick diſcoverd by curing of feavers and agues by Quinquine or Jeſuits povvder, London 1681. 12. * ex gallico verſ. Auctor vocatur BELON.

HEIDENTRYCK OVERKAMP *Genees en heelkonſt* Tom. I. III. Amſtelod. 1681. 1685. 4. recuſa in operibus omnibus, Amſtelod. 1694. 4. Ex Carteſiana ſchola fuit, quæ, abſque venæ ſectione, alcalinis calidiſque, omnes etiam acutos morbos ſuperare conabatur.

J. GEORGII GREULICH *curandi hydropis vera methodus*, Francof. 1681. 8. * cum diſſertatione *de bile fecunda morborum parente*.

JOH. SCHNEIDERMANN *de phlebotomia exercitatio*, Helmſtad. 1681. 12. Solam evacuatoriam admittit, rejecta revulſoria & derivatoria.

G. DAVID *de medicina magnatum*, Tremoniæ 1681. 8. *

Myſteria phyſico-medica ſyriace, arabice & græce ſcripta nunc e membranis latinis luci expoſita, Francof. 1681. 12. * An non liber alchemiſticus?

PHILIPPI JAC. SCHENFELDER Ingolſtadienſis medici *hiſtoriarum & curationum* Lib. I. Ratisbonæ 1681. 8. alter ibid. 1686. 8. prodiit. Continet hiſtorias morborum cum plurimis formulis, tum comparationem cum aliis medicorum obſervationibus, & corollaria practica.

C. VV. D. *Leipſiger peſtſchade und Gottes Gnade ſeu nachricht von der zu Leipzig anno* 1680. *ausgeſtandenen peſtilenziſchen ſeuche.. ſamt einem abriſs eines ſchvvitzkaſtens zur præſervation dieſer ſeuche und in andern krankeriten*, Altenburg 1681. 4. * De RIVINI opere diximus.

Infe-

Infections ordnung der Herzogthümer Ober und Nieder Schleſien ſamt der Breslauiſchen Phyſicorum entvvorfenem peſtconſilio, Luneburg 1681. 4. *

ERNST AUGUSTS *Biſch. zu Oſnabrügge peſtordnung*, Hanover 1681. 4. *

THEOPHILI BONNET medici Genevenſis *Mercurius compilatitius ſeu index medico-practicus per deciſiones, cautiones, animadverſiones & obſervationes in ſingulis affectibus præſidiis medicis, diæteticis, chirurgicis & pharmaceuticis depromtus*, Genev. 1682. fol. utilis collectio. EJUSD. *polyalthes ſeu theſaurus medico-practicus*, Genev. 1690. 1691. fol. vol. 3. ex recentioribus etiam medicis collectum practicum ſyſtema, ultimus viri optimi partus. *Pharon* diximus.

JULII MALVICINI *utiles collectiones medico-phyſicæ ad medicinæ inſcios prolatæ*, Venet. 1682. 4. *

MALVICINNI liber Index fere in GALENUM eſt.

ANTONII RUASI *epiſtolium interrogationum in medicinalem epiſtolam* (nempe ANT. CRISPI) Drepani 1682. * MONGIT.

JACOBI SPONII eruditiſſimi viri, maxime vero antiquitatum periti, & ex itinere Græco celebris, qui anno 1686. Viviſci in Helvetia obiit, *obſervations ſur les fiévres & les fébrifuges*, Lyon 1681. 12. & 1684. 12. auctiores recuſæ ſunt, & Londini 1682. 12. anglice.

In laudem corticis peruviani poema compoſuit lepidiſſimus la FONTAINE, Pariſ. 1682. 12. quod eo medicamento a febre moleſta liberatus fuiſſet.

CUSAC *de la tranſpiration des humeurs*, Pariſ. 1682. 12. Agyrta qui omnes morbos per fomentationes ſuſcipiebat ſanandos. EJ. *réflexions ſur la théorie & la pratique d'* HIPPOCRATE *& de* GALIEN, ibid. 1692. 12. *

HELFRICI JUNKEN celebris collectoris plurima ſunt opera. EJUS. ergo *medicus præſenti ſeculo accommodatus* primum videtur prodiiſſe Francof. 1682. 8. deinde 1689. 8. auctior tertia parte EJ. *praxis medica ſeu corporis medicina* Francof. 1689. 8. & 1703. 8. excuſa eſt, hiſtoriæ nempe & curationes morborum. EJUSD. *fundamenta medicinæ modernæ eclecticæ*, Norimberg. 1693. 8. ad CARTESIANORUM theoriam. * EJUSD. *praxeos medicæ modernæ electa*, Francof. 1693. 8. * EJ. *modernæ praxeos medicæ vademecum*, Norimberg. 1694. 8. 1740. 8. EJ. *manuale practicum*, Francof. 1707. 8. alphabetico ordine ſcriptum. EJ. *vernünftiger leibarzt*, Leipz. 1699. 8. EJ. *hauſarzt*, Nurnberg. 1733. 4. * ſi differt a priori. EJ. *ſorgfältiger medicus*, ibid. 1724. 8. *

J. G. SARTORII *compendioſa medendi methodus*, Altdorf. 1682. 4.

TH. CHRIST. KRUG *anleitung vvie man ſich bey graſſierenden ſeuchen verhalten ſoll*, Smalkalden 1682. 4. *

VALENTINI HENRICI VOGLER profeſſoris Helmſtadienſis, *de rebus naturalibus & medicis quarum in SS. fit mentio*, Helmſtätt. 1682. 4. *

GEORGIUS FRANK Heidelbergenſis profeſſor varia huc utcunque pertinentia edidit, ut diſſertationem *de tranſplantatione*, &c. Heidelberg. 1682. 4. aliaſque diſputationes.

JOHANNIS FRANKE Ulmenſis, *bericht vom ſchauſtichen*, Augſpurg 1683. 12. Non penitus illepidus libellus, neque abſque propria obſervatione boni eventus ſetacei, cujus efficaciam per ſingulos morbos exponit.

CORNELIUS DECKER, dicti BONTEKOE, Hagienſis, citatus inter pathologos, negator plethoræ, oſor venæ ſectionis, purgationum, hirudinum, veſicatoriorum, refrigerantium, periit ex capitis a lapſu vulnere, renuens omnem venæ ſectionem, aut maſculam chirurgiam. Opera omnia edita ſunt 1689. 4. Amſtelodami. Huc inprimis pertinent *omvverp van t'oude geſtell der Medicyne, tvveede boek*, quo de *venæ ſectione agit*. Derivationem & revulſionem rejicit, opportunitates adeo raras eſſe ſecandæ venæ adfirmat, ut omnino dignoſci nequeant. Sic purgantia rariſſime indicari credit. Opium valde laudat. Porro huc facit *opbouvv der Medicyne* germanice ni fallor verſum cum titulo *grundſaetze der medicin oder die lehr vom acido und alcali*, Augſpurg. 1721. 8. * Cum unicum morbum faciat ſcorbutum ab acido viſcido, unam etiam medicinam habet, nempe theam & alcali. EJ. *inſtitutie ofte kort begryp der gantſche Medicyn*. Eſt compendium practicum. *Roden over de Koorſen*, Haag. 1682. 8. &c. *Vervolg over de reden* priorum ſimilia habet, curationem nempe febrium per alcalia calida. EJ. *literæ familiares* ad J. ABRAH. a GEHEMA, Berolini 1686. 8. excuſæ in hac collectione non exſtant. EJ. *nouveaux élémens de Médecine*, Pariſ. 1699. 2. tom. 12. videtur eſſe *nieuvv opbouvv*.

(a) AN-

De medicina Sinenſium ſcripta optima inveniuntur medici TENRHYNE (*a*) Batavi, qui ſuſcepto itinere per plures annos ibi praxin exercuit, & arcana rimatus eſt eorum populorum.

En bibliotheca inſtructa optimis auctoribus ſyſtematicis. Sequitur nunc ſecunda claſſis medicorum practicorum, qui nempe de nonnullis peculiaribus morbis ita ſcripſerunt, ut legi mereantur.

MEDICI QUI DE MORBIS QUIBUSDAM SINGULARIBUS SCRIPSERUNT.

HIPPOCRATES primo loco dicendus eſt 1. in Libris *de adfectionibus*; 2. *de adfectionibus internis*; 3. *de morbis*; 4. *de morbis internis*. Deinde GALENUS. Porro ARETÆUS CAPPADOX & CÆLIUS AURELIANUS huc pertinent. Et iſte quidem ſcriptor eſt, de quo dubitatur quam plurimum, quiſnam fuerit. Stilus ejus vix intelligitur: ſcripſit lingua latina, ſed ita barbara, ut vix adſequamur, res tamen ejus ipſæ optimæ ſunt. Libris rubrica eſt, *de paſſionibus celeribus & de paſſionibus tardis*. Plurima etiam chirurgica & medica ſcripſit, quæ deperdita ſunt. AMMANNUS, medicus Helvetius, nuper ejus opera edidit Amſtelodami apud VVetſtenium anno 1708. ut facile nunc habeatur. Sæpius hunc auctorem habui pro SORANO EPHESIO, quamvis nonnullæ rationes obſtent, ſed fere crediderim SORANUM EPHESIUM hæc ſcripſiſſe in Africa, & CÆLIUM AURELIANUM ea latine vertiſſe, ut tamen de ea re nondum omnino definiam (*b*). CÆLIUS certe omnium auctorum græcorum & latinorum ſcripta adcuratiſſime examinata, laudabili ordine congeſſit, ad unum caput, meruitque eam laudem, quod nemo omnia ſigna morborum, loci adfecti, atque eventus futuri eorum morborum, quos deſcribit, adcuratius deſcripſerit.

Poſt

(*a*) ANDREÆ CLEYER Caſſellani, archiatri Belgici in Batavia nova, *ſpecimen medicinæ Sinicæ, ſeu opuſcula medica ad mentem Sinenſium*, Francof. 1682. 4. huc revocari poteſt. Major tamen pars ad pulſum, reliqua ad anatomen, & ad materiam medicam pertinent. Sibi vindicat VV. ten RHYNE, & contra datam amico fidem queritur editum fuiſſe.

VVILHELMI TEN RHYNE Daventrienſis, SYLVIANI diſcipuli qui pariter in India & Japonia medicinam fecit *diſſertationes de arthritide*, & *mantiſſa ſchematica de acupunctura* prodierunt Londini 1683. 8. ſcriptæ anno 1679. in India. Continentur in hoc volumine practica quidem. Animadverſiones in H. BUSSCHOF & ejus reſponſiones. Liber *de Arthritide*, quam a flatu ſub perioſteo latente idque diſtendente derivat, & in partes ſuas trahit HIPPOCRATEM. Convictum ſe ait bono ſuceſſu Japonenſium medicorum, qui arthritidem perforata acu ſua cute continuo ſuſtulerint. In *mantiſſa ſchematica* habet icones partium corporis, in quibus moxam incendunt, aut acum defigunt Japonenſes, ex medicis antiquis ejus regionis ſumtas. *De acupunctura*, quam acus & mallei ope Japonenſes adminiſtrant. Hiſtoriæ duæ una morbi proprii cardiaci, altera morbi navalis, febris nempe malignæ, quam volatilibus curabat. EJ. Libellus de moxa cum BLANCARDI Libro *de podagra* recuſus eſt.

(*b*) Vide ad annum 1702.

PHILIPPI VERHEYEN Anatomici Lovanienſis, *compendii theoriæ practicæ in 4. partes diſtinctæ* P. I. II. *de morbis* nempe *capitis & thoracis*, Lovan. 1683. 8. Aetiologiæ VVilliſianæ & curationes abſque proprio experimento.

JANI

Poſt hunc auctorem ſequitur maximus ille in medicina vir, GULIELMUS BALLONIUS, cujus opera edita habentur Pariſiis anno 1643. quatuor voluminibus in 4. Quotquot ſunt, qui hunc ſcriptorem legerunt, & medicinam intellexerunt, laudaverunt eum unanimiter, & nullum auctorem inveniemus in medicina, qui floridiori & elegantiori ſtilo romano ſcripſerit, breviuſque ſimul & adcuratius Hippocratica præcepta in juſtum ordinem redegerit. Vir fuit in praxi conſummatiſſimus, cui nihil accidit in vita jucundius, quam ægrorum lecto adeſſe, & in muſæo ſedere. Scripſit *de morbis virginum mulierum*, & *de Epidemicis*, Librum quocumque pretio moderato a medico comparandum.

Tres

JANI ABRAHAMI a GEHEMA Poloni, ex BONTEKOI ſchola, audacis hominis, & vagabundi *eroberte gicht durch die chineſiſchen vvaffen der moxa*, Hamburg 1683. 12. EJ. *grauſame mediciniſche mordmittel aderlaſſen, ſchrepffen, purgieren, clyſtiren, julepen und ohnmacht machende herzſtärkungen*, Bremen 1688. 12. * contra vulgarem Galenicam medendi methodum. EJ. *vvohlverſehener feldmedicus*, Hamburg 1684. 12. * & *qualificirter leibmedicus*, Stettin 1690. 12. *

L'uſage du Quinquina contre les fiévres, imprimé par l'ordre du Roi, Pariſ. 1683.

SAMUEL HAVVORTH *art of curing conſumtions*, Londin. 1683. 12. *

HARRIS *diſcourſe on chymical and Galenical remedies*, Lond. 1683. 8. *

MICHAEL ETTMULLER celebris ſuo ævo medicus Lipſienſis, ante tempus exſtinctus anno 1683. annos natus non plures quam 39. ea fama floruit, ut in omnes fere linguas ejus libri verſi ſint, opera etiam a morte ubique frequenter recuſa. Cæterum acidam Sylvianam theoriam ſecutus, abundavit abſorbentibus alcalinis, chemiciſque remediis, ea præterea infelicitate fuit, ut major pars operum & alibi, & a morte auctoris demum ſit edita, ut in A. ERUD. Lipſ. de Leidenſibus & Lugdunenſibus editionibus vehementer conquerantur amici 1685. n. 7. neque enim ingenio aut eruditione deſtitutum fuiſſe ex diſputationibus ejus adparet. EJ. diſſertatio *de opii virtute diaphoretica*, Lipſ. 1677. 4. ex melioribus eſt recuſa, Venet. 1727. 4. EJ. diſſertatio *de balneis medicis artificialibus*, Lugd. 1672. & aliæ diſputationes practicæ ſunt, inter quas etiam eſt *Medicina* HIPPOCRATIS *chymica*, Lipſ. 1670. 4. recuſa Leidæ 1671. 12. Pathologiam falſam defendit & ad HIPPOCRATEM refert. Inter abſorbentia, laudat cryſtallum montanam, &c. EJUS *Medicus theoria & praxi generali inſtructus ſeu fundamenta medicinæ vera*, Francof. & Lipſ. 1685. 4. a morte ſcriptoris prodierunt. Eſt compendium phyſiologiæ, pathologiæ & praxeos, ad ea, quæ dixi, principia ſcriptum. EJUSD. *inſtitutiones medicinæ* poſthumæ cum adnotationibus ex lectionibus anno 1670. habitis. EJ. *collegium practicum ad morbos corporis humani* ſpiſſum inprimis opus, plenius vero typis expreſſum edente CL. VVESTPHALO poſthumus etiam liber eſt. Collectio operum prima prodiit Leidæ 1685. 4. praxis nempe, chirurgia, methodus conſultatoria, tum alia, Francof. 1688. 3. vol. fol. cum præf. G. FRANCI. Porro Lugduni conjuncta opera prodierunt ſtudio PETRI CHAUVIN 1690. 2. vol. ibidemque *Pratique de médecine ſpeciale ſur les maladies avec des diſſertations du même auteur ſur l'epilepſie, l'ivreſſe, le mal hypochondriaque, la corpulance & la morſure de la vipere*, 1691. 12. Alia editio eſt quam CL. VVESTPHAL, Francof. 1696. fol. curavit, & alia, quam filius MICHAEL ERNESTUS ETTMULLER Francof. 1708. fol. tribus voluminibus, quibus continentur *Inſtitutiones & Collegium medico-chirurgicum: Collegium Conſultatorium: Collegium practicum: caſus & obſervationes*. Eadem porro opera omnia & cum notis, conſiliis & diſſertationibus NICOLAI CYRILLI excuſa ſunt Neapoli 1728. 5. vol. fol. non abſque animadverſionibus, de quibus in A. ER. queritur filius MICH. ERNESTUS, cui reſpondet CYRILLUS in *Biblioth. Ital.* T. XVIII. Eadem ni fallor, eſt editio Venet. 1734. fol. 5. vol. & Genevæ 1736. fol. 4. vol. recuſa. Compendium operum prodiit Amſtelod. 1702. 8.

CHRIST. GOTTH. DANCKVVERTH *frage ob das podagra zu curieren ſey, mit ja beantvvortet*, Stettin 1683. 4. Lubec 1684. 4. *

EBER-

EBERHARDI GOCKEL *conſiliorum & obſervationum Decades ſex*, Aug. Vindel. 1683. 8. Pleraque conſilia ſunt, adſperſæ tamen etiam hiſtoriæ integræ morborum, ſcorbuti, luiſque Venereæ, cum medicamentis. Aliquæ curationes inſigniores ſunt, ut canum rabidorum vulnera ſanata, fere abſque ſymptomate: femina a fulmine tacta facile etiam reſtituta; Figulus a plumbi fumis æger ſanatus argento vivo. Superſtitioſa aliqua intercedunt, ut delectus dierum, quibus venam ſecare liceat. EJ. *gallicinium medico-practicum*, Ulm. 1700. 4. continet etiam conſilia abſque tamen eventus recenſione cum multis etiam ſuperſtitioſis medicamentis. Calida laudat in acutis morbis.

HELVVIG *peſt ordnung*, Stettin 1683. 4. *

LAURENTII BELLINI profeſſoris Piſani & archiatri Florentini in theoriam magis, quam in Praxin merita eminuerunt. Ad iſtam tamen in Libro *de urinis & pulſibus*, Bononiæ 1683. 4. edito pertinet tractatio *de venæ ſectione*, cujus eam theoriam condidit, quæ maxime ab ævo obtinuit, nempe ſanguinem accelerari a venæ ſectione tum in toto corpore, tum inprimis in ea arteria, cujus ſocia vena ſecta fuit. Maximam vero ſanguinis miſſionem recte monet contractili villo ſuam vim reddere. Stimulorum vim etiam per celeritatem ſanguinis auctam explicat. Balneorum etiam effectum a compreſſione aquæ æſtimat: frictionem laudat, fere uti BOERHAAVIUS. In *Epiſtola ad* LANCISIUM ad podagram poſcam feliciter adhibitam laudavit. Opera omnia Venetiis 1708. recuſa ſunt.

POMPEI SACCHI, Parmenſis medici, acidi & alcali defenſoris opera. EJUS *Iris febrilis* prodiit Genevæ 1683. 8. Venet. 1702. 8. Acidis & alcalinis acrimoniis ſibi placuit. *Nova methodus febres curandi*, Venetiis 1685. 8. *Novum ſyſtema medicinæ ex unitate doctrinæ recentiorum & antiquorum*, Parmæ 1693. 4. *Medicina therapeutica*, Parmæ 1687. fol. 1696. fol. *Medicina practica rationalis*, ibid. 1707. fol. * EJ. *opera medica* conjuncta excuſa ſunt Venet. 1730. fol. *

CAROLI PATIN *diſſertatio therapeutica de peſte*, Auguſt. Vind. 1683. 4. eruditi nempe viri, GUIDONIS filii, peregrinatoris & periti imprimis nummorum veterum.

DAVID ABERCROMBY *tuta curatio luis venereæ abſque mercurio atque ſalivatione*, Londin. 1684. 12. Rejicit ſalivationem & præfert guajaci uſum & purgantium. Recuſa eſt in *opuſculis medicis*, Londini 1687. 8. editis, in quibus op. *de modo curandi bubonis venerei & tutiore ſalivationis methodo*. *

LEON. FRIDERICI LOSII *conſilia de morborum curationibus* Lib. *poſthumus*, Londin 1684. 8. *

GUIDE *expérience de la vertu ſinguliere pour guérir la rétention d'urine* (nempe a potu retento) *& obſervations ſur le Quinquina*, Londin. 1684. 12. * EJ. *obſervations des bons & des mauvais uſages du Quinquina dans les fiévres intermittentes*, Londin. 1685. *

B. LAMZVVEERDE *monita ſalutaria de thermarum & acidularum abuſu*, Colon. 1607. 8.

MARTIN *de l'uſage du lait*, Pariſ. 1684. 12. *

MINOT *expériences ſur le Quinquina*, Pariſ. 1684. 12. *

MOVII *felix puerpera ſeu obſervationes medicæ circa regimen puerperarum & infantium recens natorum ad* C. DRELINCOURTIUM, Leid. 1684. 12. *

JOHANNIS DOLAEI Caſſellani de archeali ſecta, *Encyclopedia medica theoretico practica*, Francof. prodiit 1684. 4. 1691. 4. Amſtelod. 1688. 8. & alibi. Praxeos in morborum curatione occupatæ Libri VI. hic habentur. EJ. *de podagra furia lacte debellanda*, Amſtelod. 1705. 12. Londin. 1732. 8. ſub titulo *upon the cure of the gout and milk diet* cum propriis etiam experimentis. EJ. *opera medica*, nempe *Encyclopædia medica & chirurgica* cum tractatu de theriaca cœleſti, obſervationibus & commercio epiſtolico. Venet. 1695. fol. Francofurti 1703. fol. in qua editione epiſtolæ acceſſerunt, & obſervationes tum ſcriptoris, tum amicorum.

Aſtrologiſche arzney tafel nach Abadiæ Treu *principiis eingerichtet*, Plauen 1684. 4. *

THEODORI ZVVINGER celebris olim medici Baſilienſis, de ea ſecta, quæ plurimum antacidis curabat, *ſicherer und geſchwvinder artzt* (ſeu compendium curandorum morborum) Baſil. 1684. 8. ut lego 1686. 8. 1694. 8. 1703. 8. 1725. 8. EJ. *theatrum praxeos medicæ*, Baſil. 1710. 4. 2. vol. EJ. *compendium medicinæ univerſæ*, Baſil. 1738. 8. 2. vol. EJ. *pedoiatreia practica*, Baſil. 1722. 8. curationes nempe omnium ejus ætatis morborum. In EJUS *diſſertationum faſciculo*, Baſil. 1710. 8. edito, practici argumenti ſunt *de natura & uſu nitri*, *de hydragiri natura & uſu*.

JUSTI CONRADI MICHAELIS (vel potius JUSTI CORTNUM) *nova apoplexiam ſeu morbum attonitum curandi methodus cum obſervationibus*, Hildesheim 1685. 4. *

BALA-

BALARY *guériſon aſſurée des fiévres tierces, doubles tietres, en deux jours, quartes & doubles quartes par ſon remede Provençal*, Pariſ. 1685. 12. *

VV. SALMON'S *ſynopſis medicinæ or compendium of the theory and practice of phyſic*, Lond. 1685. 8. 1699. 8. EJ. *compleat ſyſtem of phyſic*, ib. 1686. 4. EJ. * *Engliſh phyſician*, Lond. 1693. 8. * EJ. *country phyſician* ibid. 1703. 8. * EJ. *practice of curing of diſeaſes* 1694. 8. 1716. 8. *

BYFIELD *of the cure of conjunctions*, Londin. 1685. 8. *

De LAUR. DONKERS diximus.

THEODORI CRAANEN de Carteſiana BONTEKOI ſecta, archiatri etiam Brandenburgici, *lumen rationale medicum, ſeu praxis medica reformata, ſeu annotationes in praxin* H. REGII. *Accidit examen in* D. SENNERTI Librum V. *epitomes tractatus de auxiliorum materia*, Medioburg. 1686. 8. * Leid. 1689. 4. * EJ. *tractatus de homine*, Leid. 1689. 4. continet etiam mechanicam morborum explicationem.

ANTONII de HEYDE Medioburgenſis Zeelandi *experimenta circa ſanguinis miſſionem, fibras motrices*, &c. cum *obſervationum medicarum* altera editione prodierunt Amſtelod. 1686. 8. Minime malus ſcriptor refutat per experimenta BELLINI opiniones de venæ ſectione, neque vult accelerari in univerſum ſanguinem a venæ ſectione, ſed unice refrigerari corpus, frictiones vero adeo ſanguinem non ſolvere, ut etiam cogant, experimentis in rana factis.

JAQUES MASSARD *traités ſur les Panacées où les remedes univerſels*, Amſtelod. 1687. 12. * EJ. *ſuite du traité des panacées, ſur la nature des maladies, des fiévres, de l'hydropiſie, de la pleureſie, des maladies veneriennes*, ibid. 1687. 12. *

CAROLI com. de CABALLIS *phænomena medica ſingularia*, Venet. 1686. 12. *

GRASSINI FARRA *tratt. dell' ipochondria e ſuoi accidenti con ſua cura ed inſigni remedj*, Venet. 1686. 12. *

FR. DOMENICO ANDA *compendio di maraviglioſi ſecreti nelle indiſpoſizioni corporali*, Venet. 1686. 12. *

LUCÆ TOZZI, archiatri pontificii & proto-medici Neapolitani, *medicinæ pars prior... pathologica*, Avenione 1686. 8. * neque enim hanc editionem legi. Ad praxin perinde pertinet. Rejicit venæ ſectionem, veſicatoria, totam cum ſua curatione plethoram, in febre alcalia laudat, ſic in arthritide & podagra ob acidum principium, quod accuſat, multum ſecutus SYLVIUM & HELMONTIUM, adque ſingulos morbos congerit medicamentorum acervos. In febribus continuis unice extollit mercurium præcipitatum dulcem ab accenſo ſpiritu vini, in tabe aquam deſtillatam ſerpentum, &c. EJ. *opera omnia* prodierunt Patav. 1711. 4. 5. vol. Venet. 1721. 4. 5. vol. & continent tres tomos *commentariorum in Aphoriſmos* HIPPOCRATIS, *theoricam, phyſiologicam & pathologicam, commentarios in* GALENI *artem medicinalem & de recto uſu ſex rerum nonnaturalium*. Vita ejus viri deſcribitur in *Giorn. de letter.* 1735.

J. PETRI ALBRECHT *von der fleckfieber cur*, Hildesheim 1686. 4. *

T. TURNER *the vvoman's counſellor or the feminine phyſitian*, Lond. 1686. 8. *

Anvveiſung die fieber zu vertreiben... von der C. China tugend und vvürkung, Francof. 1686. 12. videtur ex gallico verſum. *

JUSTI VESTI *doctrina de purgatione*, Erfurt. 1686. 1688. 12. * EJ. diſputatio *de ægro unidimia ex corticis chinæ intempeſtivo uſu laborante*, Erfurt. 1709. 4. EJ. *compendium inſtitutionum*, Erfurt 1697. 8. auctius recuſum cum titulo *Inſtitutionum medicarum reformatarum*.

Febris china china expugnata, Ferrar. 1687. 4. & 1700. 4. eſt collectio opuſculorum huc ſpectantium, N. BLEGNY, MONGINOTTI, R. RESTAURAND & SPONII. Eam adornavit F. NIGRISOLIUS.

J. FRID. KHERN *flores medicinæ practicæ*, Patav. 1687. 4. *

Le Médecin de ſoi-même ou l'art de conſerver ſa ſanté par l'inſtinct Leid. 1687. Haag. 1709. 12. Auctorem alibi lego nominari FLAMANT, alibi J. de VAUX, ſatis notum Chirurgum, niſi duo libelli cum eodem titulo prodierunt. Omnem curationem reducit ad venæ ſectionem pro plethora ſuperanda, & ad alvi expeditionem pro vitandis halitubus fœtidis, quos fæx in colo reſidens ſanguini adſpergit. Prodiit etiam Pariſ. 1692. 12. cum collectione *de quelques remèdes les plus ſimples & les plus uſités pour la guariſon de différentes maladies*. Frankenhuſæ germanice recuſum eſt 1721. 8.

Italice Liber *le médecin de ſoi même*, verſus eſt a FR. R. CHIARI, Venet. 1743.

Traité nouveaux de médecine contenant les maladies de la poitrine, celles des femmes, &c. Lyon 1687. 12. *

BENJAMIN BROEKHUYZEN de Carteſiana ſecta, *rationes philoſophico-medicæ theoretico-practicæ*, Leid. 1687. 4. *

DIONYSII van der STERREN *van de genees en heel-konſtige practycy der Meditynen verſcheide Aanmerkingen*, Amſterdam 1687. 8. * De eadem ſecta.

Ad hunc annum refero GEORGIUM VVOLFANGUM VVEDEL, ex uxoria adfinitate, avunculum meum, virum ſuo ævo fama & auctoritate florentem, qui Jenæ per quinquaginta pene annos docuit, magnæ utique eruditionis hominem, ſed quem nimii labores, immenſa vis ſcriptorum, & diſcipulorum erudiendorum cura non ſivit eo adtingere in arte, quo perveniſſet, ſi ſui fuiſſet juris, valde tamen materiæ medicæ peritum & artis concinnarum formularum præſcribendarum. In praxi abſorbentem, bezoarcicam, calidam curationem pro ſeculi genio multum ſecutus eſt. EJUS huc pertinent *theoremata medica ſeu introductio ad medicinam certis theorematibus abſoluta*, Jen. 1677. 12. * compendium nempe totius artis medicæ. *Tabula pathologico-therapeutica*, Jen. 1687. 4. *Exercitationes pathologico therapeutica*, ibid. 1697. 4. * decem nempe recuſæ diſputationes. *Exercitationes ſemeiotico-therapeutica*, ibid. eodem anno. *Exemplaris praxeos clinicæ compendium ſecundum ordinem caſuum* TIMAEI *a* GULDENKLEE, Jen. 1707. 4. *Praxeos clinicæ ſectio* I. *de morbis capitis*, Jen. 1710. 4. * *Exercitationes medico-philologicæ* quarum *centuria* I. Jenæ 1702. 4. *ſecunda* dimidia pars ab anno 1704. ad 1720. prodiit, utraque vero varia ad elegantiorem medicinam & praxin etiam programmata continet. EJ. Liber *de morbis infantum*, Jen. 1717. 4. inter meliora viri opera numeratur. EJ. etiam *opiologia*, Jen. 1682. 4. multis *collectaneis* dives, & innumerabiles fere diſputationes huc ſpectant.

J. JACOBUS VVALDSCHMIDT, de Carteſiana ſecta Profeſſor Marburgenſis, plurimas diſputationes ſcripſit, quarum nonnullæ non malæ ſunt, ut *inventa circa opium*, Marburg. 1676. 8. EJ. *inſtitutiones medicinæ rationalis* praxin etiam continent editæ Leid. 1691. 8. EJ. *Praxis Medica ſuccincta per caſus tradita*, Francof. 1690. 8. Pariſ. 1691. EJ. *notæ ad caſus medicos* BALD. *a* GULDENKLEE. EJ. *monita medico-practica* quæ inprimis laudantur. EJUSDEM *anchora ſalutis pro varioloſis* latine, ni fallor, Francof. 1689. 4. & germanice, quæ mea eſt editio 1690. excuſa eſt. Arcanum promittitur, quod audio fuiſſe tincturam roſarum acidam, neque nunc occurrit. *Litteræ amœbeæ* EJUS & DOLAEI excuſæ ſunt Leid. 1688. 12. Francof. 1689. 4. *Opera omnia* prodierunt Francof. 1695. 4. 1707. 8. vol. 2. curante J. DOLAEO Neapol. 1717. 4. Lugdun. 1736. 4. 2. vol. Francofurtenſis editio non omnia opera continet. Calidam, abſorbentem, hæmophobam curationem inprimis commendavit.

CHRISTIANI LANGII *miſcellanea curioſa medica de.. calculi humani curatione.. & genuino acidulis Egranis utendi modo*, Francof. 1688. 4.

STEPHANUS BLANCARD & ipſe de CARTESIANA ſecta fuit, ut & acidum hoſtile & figuras præterea ſalium, & mechanicas morborum explicationes audacter proponeret, calidis unice & alcalinis ſiſus, magnus præterea compilator, exemplo anatomes. Multa ſcripſit, quæ huc pertinent, ut *verhandeling van de ziekten der kinderen*, Amſtelod. 1684. 8. EJ. *verhand. van de Scheurbuyk*, ibid. 1684. 8. EJ. *venus belegert en ont ſet of verhand. van de Pocken en deſſelfs toevallen*, Amſtelod. 1688. 8. germanice, Lipſ. 1690. 8. gallice (*Traité de la Varole*) Amſtelod. 1688. 8. EJ. *collegie over de practyc der Medicyne*, Amſtelod. 1690. 8. * quod idem videtur eſſe *neu ſcheinende praxis der medicin*, Francof. 1609. 8. Hanover 1690. 8. 1703. 8. EJ. *vom podagra und der lauffenden gicht vvorin deren gevviſſe cur beſchrieben vvird*, Lipſ. 1692. 8. cum VV. ten RHYNE *beſchreibung des Moxabrennen*. EJ. *von vvurkungen der arzneyen im menſchlichen leib.* Lipſ. 1690. 8. * EJ. *Carteſiaanſe Academie ofte inſtitutie der Medicyne... behelſende de leere der ongeſondheit en haar herſtelling*, Amſtelod. 1691. 8. germanice Lipſ. 1693. 8. EJ. *opera medica theoretica & practica*, Leid. 1701. 4. Ea collectione continentur *inſtitutiones medicinæ*, quæ eſt ipſa Carteſiana illa academia. Deinde *praxis medica*, illa ipſa forte, quam *lucidam* recenſuimus, cum intermiſtis morborum hiſtoriis & formulis.

J. CASP. GROENEVELD *practica medica qua morbi omnes deſcribuntur, & cauſa & curationes proponuntur*, Francof. 1688. 8. *

PETRUS

PETRUS PETIT pereruditus medicus vix medicinam exercuit & male in examine reſpondit (NICERON T. XX.) EJUS *nepenthes ſeu de helenæ medicamento* utcunque huc pertinet, Traject. 1689. 8.

CYPRIANI de MAROIA *opera omnia medica*, Lugdun. 1688. fol. *

LEONARDUS de CAPOA in ſuis *parere*, quæ citabuntur in hiſtoricis, varia practica adtulit, venæ ſectionem inſigniter damnavit, chemica medicamenta laudavit, in univerſum ſcepticus & amarus cenſor.

FELICE PASSERA *nuovo teſoro degli arcani farmacologici Galenici, e chemici*, Venet. 1688. 1689. fol. *

BLAGRAVE *practice of phyſic*, Lond. 1689. 8. *

Obſervations de Médecine concernant la guériſon de plusieurs maladies, Pariſ. 1689. 12. * Chemici hominis. An idem quem lego citari Tractatus curioſus *de morborum curationibus*, Lugduni editus eſt 1687. 8.

EL. HENRIC. HENCKEL *methodus ſanandi energumenos*, Lipſ. 1689. 8.? *

CHRYSOSTOMI LAMBERTI *ervvünſchter hauſartzt der kranken kindheit*, Merſeburg. 1689. 8.*

JACOBI SINIBALDI *Apollo bifrons medicus arcanas diſſertationes latino & hetruſco ſermone exponens*. Huc pertinent *de abuſu veſicantium* italice ſcripta, alia *an noceant an juvent in vermibus dulcia*: alia *de acidi virtutibus*: *de vi ſudantium*, &c. Rom. 1690. 4. * Annon ejuſdem eſt *parva methodus medendi*, Rom. 1707. 8.? *

DIDACI MATARALII *de prolifera eclipſis effectibus deque eorum curatione duabus controverſiis locupletata*, Neapol. 1690. 4. *

FABRITII PARAVICINI *ſollievo dell' età cadente*, Milan. 1690. 8. & alia ſcripta non vidi.

DANIELIS TAUVRY Academici, ſed præmature mortui, hinc in ſcribendo juſto nimis expediti, *Traité des médicamens & de la maniére de s'en ſervir*, Pariſ. 1690. 12. vol. 2. 1699. 8. 1711. 12. vol. 2. de claſſibus medicamentorum & eorum modo agendi. EJ. *nouvelle pratique des maladies aigues*, Pariſ. 1698. 12. & *des maladies chroniques* Pariſ. 16... & 1724. 12. *

J. F. le CONTE *opuſcula medica*, Francof. 1690. 8. *

J. ANDREÆ STISSER *ſolamen arthriticorum ſeu de podagra & ſelectioribus adverſus eam remediis*, Helmſtad. 1690. 4. *

JAC. AUG. HUNERVVOLF *fecundi gynacei myſteria*, Francof. 1690. 8.* an huc faciant ignoro.

JACOBI VVOLF *ſcrutinium amuletorum*, Jen. 1690. 4. Aliquid tribuit reſorbtis amuletorum in humanum corpus exhalationibus.

EHRENFRIED HAGEDORN *hiſtoria medico-phyſica*, Rudolſtatt. 1690. 8. EJ. *obſervationum medicarum Centuria* III. F. Lipſ. 1698. 8. Calida & bezoardica in acutis febribus adhibuit, &c.

BERNARDI ALBINI minime inutiles ſunt diſſert. *de ſalivatione mercuriali*, Francof. ad Viadr. 1689. 4. & aliæ.

J. CHRISTOPH. STURM *de curatione Hiskiæ morbi per ficum*, Altdorf. 1691. 4.

RICHARDI CARR *Epiſtolæ medicinales variis occaſionibus ſcriptæ*, Londini 1691. 8. anglice verſæ a D. QUINCY ibid. 1714. 8. Pleræque diæteticæ ſunt, huc tamen poſſis revocare itineris Monſpelienſis ad tabem, capillorum reſectionis ad capitis dolores commendationem, & regio contactu ad ſcrophulas epiſtolam.

MADEMOISELLE d'AUVERGNE *recueil de ſecrets en médecine*, Pariſ. 1691. 4. *

BEZANÇON...*les remedes des fiévres*, Pariſ. 1691. 8. *

Neu vermehrter land und leib medicus armer leute, Merſeburg. 1691. 8. *

CONRADI HORLACHER *höchſtſchädliche vvürkung des aderlaſſens und purgirens*, Ulm. 1691. 8. * De ſecta Chemica fuit, promiſſor. EJ. *algemeine ſchazkammer bevvährter arzneyen oder gründliche erklärung der fürnemſten arzneyen* D. MICHAELIS 1694. 8. * EJ. *ſchauplaz der göttlichen vveisheit aus den vvunder geheimnüſſen der medicin*, Francofurt 1699. 8. *

JOH. MOD. ALETHOPHILI *bedenken über* D. HORLACHERS *tract. die höchſtſchädliche vvürkung*, &c. Francofurt 1691. 8. *

CHRISTOPHORI von CAMPEN *collectanea* therapeutica de pleuritide & apoplexia Breda 1691. 8. *

Tres ſequuntur Britanni, qui commendari merentur, RICHARDUS MORTON (*a*), GUILIELMUS HARRIS (*b*), MARTINUS LISTERUS (*a*) il-

(*a*) RICHARDI MORTON opera recenſuimus in pathologicis. Conjuncta prodierunt Genevæ 1696. 4. cum LISTERO aliiſque, tum Amſtelodami 1696. 8. Leid. 1697. 4. Venetiis 1733. 4. Lugdun. 1737. 4. vol. 2.

(*b*) In poſteriori ſeculo dicetur anno 1721.

ROSINI LENTILII Franci, qui in Curonia primum, inde Stuttgardiæ medicinam fecit; materiæ medicæ ſatis peritus, practicus non infelix, antiquorum ſcriptorum parcus lector, anatomes expers, hæmophobus, multus in abſorbentibus, aromaticis calidis, & diaphoreticis, multa ſunt opera practici ſcopi. *Bedenken über die zu frühling und herbſtzeiten unzeitig angeſtellte praſervier aderläſſe*, Ulm. 1692. 8. * Contra venæ ſectiones, quas circa æquinoctia in Germania ſolent adminiſtrare, in ſanis etiam corporibus. EJ. *tabula conſultatoria medica exhibens quaſtiones per quarum reſponſiones in morbi genium penetrare, indicantium & contra indicantium momenta invenire, & in medendi methodo tutius procedere liceat*, Ulm. 1696. 8. * EJ. *miſcellanea medico-practica tripartita*, Ulm. 1698. 4. Pars I. & II. continet fere curationes medicas auctoris, tertia aliorum medicorum varios libellos, & diſputationes argumenti practici, & remedia ſelectiora. EJ. *Eteodromus medico-practicus anni* 1709. Stuttgard. 1711. 4. continet curationes, quas eo anno auctor perfecit, ſecundum dierum totius anni ordinem enarratas. EJ. *iatromnemata theoretico-practica*, Stuttgard. 1712. 8. Practicæ inprimis obſervationes ſunt, cum diſſertationibus, de practicis monitis in genere ſumtis, correctiones medicamentorum Mynſichtianorum, &c. alia.

JOH. de MURALT nobilis viri, & in praxi, anatome, chirurgia, arte obſtetricia laborioſi HIPPOCRATES *Helvetius oder der eydgenöſſiſche land und haus artzt*, Baſil. 1692. 8. 1716. 8. curationes nempe breves morborum. EJ. *ſchatz vvieder die peſt*, Zurich. 1718. 8. *

MATTH. GODOFR. PURMANN *anvveiſung zur ſalivations cur*, Lipſ. 1692. 8.

IGNATII CHERUSCI *methodus medendi*, Hall. 1692. 8. *

J. BAPTISTÆ FRANCII *elenchus utilitatum de ſectione venarum in pedibus*, Mediolan. 1693. 12. *

MICHAELIS ALOYSII SINAPII (Senf.) *Abſurda vera occaſione controverſiarum quæ neotericis cum Galenicis intercedunt*, Varſov. 1693. 8. Genev. 1697. 8. Acris ſcriptor fuit, neque parcit veteribus. EJUSD. *de remedio doloris ſeu materia anodynorum nec non opii cauſa criminali in foro medico*, Amſtelod. 1699. 8. Claſſes varias anodynorum diligenter percurrit, ne canis quidem lingua omiſſa, quæ dolores podagricos ſolatur. Opii laudes non ſine vitiorum confeſſione extollit, calidum facit, vim æſtimat a rarefactione ſulfuris opii cum Sale oleoſo volatili tenui ſpirituum, unde ebullitio fiat, & poſt exhalatam partem tenuiorem coagulatio, &c.

GUNTHERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMER acris vir ingenii, a CONRINGIO ſocero ad Ariſtotelicam philoſophiam pellectus, morum vehementiorum, contemtor alienæ virtutis, Jenæ, Helmſtadii & Kiloniæ docuit, magnoque operi medico, quod a LEIBNITIO ſcribendum acceperat, immortuus eſt. EJUS *de genuina febres curandi methodo* opus Jenæ prodiit 1693. 4. Recte obſervat, non ab amaritie ſola vim corticis pendere. Acidulos potus febrientibus commendat expertus in ſe ipſo felicem efficaciam. Hæc in tertia Parte diſſertationis, quæ curationem continet. In *Epiſtolis* aliqua huc faciunt.

CHRISTIANI JOH. HORB *de virtute febrifuga corticis peruviani*, Altdorf. 1693. bona diſputatio.

VVILHELMI ULRICI VVALDSCHMIDT, J. JACOBI f. Profeſſoris Kilonienſis, multæ & aliquæ bonæ diſputationes ſunt, practici etiam argumenti. EJUS *Epiſtola de rebus medicis & philoſophicis*, Kiel. 1693. 4. in tutelam patris ſcripta eſt, contra TILINGIUM. EJ. diſputatio *de mirabili ſanatione mulieris* Bremenſis, ibid. 1720. 4. paralyticæ feminæ ſuperſtitioſe, ut videtur, fanatæ hiſtoria eſt.

ERNESTI HEINSII *lapis offenſionis in febrium curatione purgatio ſeu diſcurſus medicus de purgantium validorum abuſu in febribus*, Lipſ. 1693. 4. *

NICOLAI HEINSII *het ontdekt vergift der ſo genannte melckcur behelſende deſſelfs ſchadelyckheid*

(*a*) illi tres uno volumine in 4. in Anglia editi inveniuntur.

Primus eſt ſcriptor, qui plurima vidit, adcurate obſervavit, & candidiſſime tradidit. GIULIELMUS HARRIS ſcripſit tractatum de Morbis infantum, editum Amſtelodami anno 1715. in 12. cujus ſimilis in ſuo genere non invenitur,

ckheid in ſcheurbuyck, gicht en podagra, licham en longe teering; Utrecht 1693. 8. & germanice, Lipſ. 1694. 8. De CARTESII & BONTEKOI ſecta, rejicit in curanda tabe, & podagra lactis uſum: aliaque remedia, & tutiora, ut credit, commendat. Libellum etiam de lue venerea citavi qui belgice *de quynende Venus* audit, & Amſtelodami 1697. 8. prodiit, gallice vero *nouvelle méthode pour guérir les maladies vénériennes*, Amſtelod. 1706. 8. * Arcana ſua unice laudat. EJ. *vvapenhuys der gezondheit*; Utrecht 1694. 8. continet arcana ad podagram, calculum, hydropem, alioſque morbos funeſtiores.

EMANUEL KOENIG, qui diu vixit, & Baſileæ in collectionibus inprimis vitam conſumſit, *κέρας ἀμαλθείας ſeu theſaurus remediorum e triplici regno*, Baſil. 1693. 4. ex Pharmacopœa Bateana, chemicis BOHNII & aliunde collecta.

J. CHRIST. ETTNER *de podagra*, Uratislav. 1693. 12. *

VVILH. COLE in *hypotheſi*, jam citata, corticem pro ſpecifico febris intermittentis laudat, &c. Lond. 1693. 7. EJ. *practical Eſſay on the late frequency of apoplexies*, Londini 1693. 8. curationem etiam continet.

FRIDERICI DECKERS, Profeſſoris Leidenſis, præter exiguas *notulas* in BARBETTII Praxin jam Leid. 1678. 12. editas, majus opus edidit *Exercitationum practicarum circa medendi methodum*, cujus altera & multo auctior editio Leidæ 1694. 4. prodiit. Claſſes medicamentorum ſequitur, ſingulæ utilitates, formulas, methodumque docet, deinde morbos, in quibus proſunt, indicat & deſcribit, cum propriis ægrorum hiſtoriis, minime inutiles auctor.

ÆGIDII DAELMANN *de nieuvvs hervormde Geneeskonſt*, Amſtel. 1694. 1703. 8. & alias Franeof. 1694. 8. germanice prodiit & Berolini 1715. 8. cum notis J. DANIELIS GOHLII. In India aliquamdiu medicinam fecit, ſectam ſecutus CORNELII BONTEKOI arcanorum & ſpecificorum amator. Morbos pleroſque deſcribit, cauſas ex acida Theoria enarrat, curationem ad eundem ſaporem proponit. Venæſectionem in ipſa pleuritide & apoplexia rejicit, calida & ſudorifera unice laudat, phthiſin balſamo HELMONTII ſeu oleo lini non fœtido curat, & inſigniter laudat lapidem *del porco*. Hiſtoriæ morborum Indiæ non abſque utilitate ſunt.

ANDRIANI HELVETII *méthode pour guérir toute ſorte de fiévres ſans rien prendre par la bouche*, Pariſ. 1694. 12. per clyſteres dato cortice: latine prodiit 1694. 8. Amſtelod. & Lipſ. EJ. *traité des maladies les plus fréquentes & des remedes ſpécifiques pour le guérir*, Pariſ. 17.. Liege 1711. 12. Pariſ. 1727. 8. Trevoux 1722. 12. Italice Venez. 1743. 4. Venæ ſectionis, diætæ, remediorum celebriorum, & una novorum atque arcanorum, utilitates, breveſque morborum hiſtorias tradit. Multa medicamenta introduxit, ypecacoanham ad dyſenteriam, pareiram bravam ad calculum, alumen ad hæmorrhagias, &c. Nonne idem Liber eſt *Recueil de méthodes aprouvées pour la guériſon des maladies les plus dangereuſes*, Trevoux 1720. 12. * EJ. *méthode pour traiter la verole par les frictions & par les ſueurs*, la Haye 1710. 12. *

Anonymi nouvelle manière de guérir la verole & les maladies de l' eſtomac, Pariſ. 1668. 12. & cum titulo Pariſ. in Belgio 1693. 12. idem Liber eſt de quo dubitat CL. ASTRUC. Unctione mercuriali optime ſanari luem veneream docet, & inhibita nimia ſalivatione per aurum fulminans, ſingultum diuturnum diæta pure lactea.

Ad hæc tempora referto BALTHASARIS G. MEZGER *de affectuum hareditariorum cura*; Tubing, abſque anno, utilem diſputationem. Aquæ potu hominem pene tabidum reſtitutum vidit &c.

(*a*) MARTINUS LISTER ex infectorum & aquarum mineralium cognitione celebris, Eboraci praxin diu exercuit, deinde ANNÆ Reginæ valetudinem rexit. EJUS *ſex exercitationes medicinales de quibuſdam morbis chronicis, hydrope, diabete, hydrophobia, lue venerea, ſcorbuto, arthritide*; Londin. 1694. 8. Eæ inprimis practicæ ſunt cum brevibus hiſtoriis morborum. In hydrope fortiſſima purgantia medicamenta unice laudat, & maxime elaterium, lapidemque lazuli.

tum

tur, ubi demonſtrat, pendere in primis eos morbos ex indigeſto dureſcente caſeo lactis.

Tunc ſequitur THOMAS SYDENHAM. Ille depoſita omni opinione & ſyſtemate videtur obſervaſſe methodum Græcorum, nempe adtendebat, quid contingeret in ægris, ſive medicamenta ſumſiſſent, ſive non adſumſiſſent, & raro conſilium ſuum interponebat, niſi prius bene nota ipſi eſſet natura morbi. Deinde morborum ita tradidit naturam, ut nullum ratiocinium, nullum auctorem a ſe lectum admiſceret, ſed ipſe adnotabat, quod obſervaverat, nempe quidquid morbum præceſſerat, quidquid ſecutum erat, quidquid cum morbo adfuerat, & ex iis omnibus deſcribebat morbi naturam, hac fere methodo: "Morbus, dicebat SYDENHAM, incepit tali tempore, cum illis ſymptomatibus, factnm fuit hoc a medico, & ſecutum eſt hoc ſymptoma in ægro, donec hic morbi exitus in mortem, aliumve morbum aut ſanitatem ſequeretur". Videte egregium exemplum in tractatu *de variolis*. Hæc in obſervando curioſa fides, poſt HIPPOCRATEM a nemine præter SYDENHAMUM obſervata fuit, quod omnes alii medici animum aliqua hypotheſi præoccupatum habuerint.

Rariſſime certe medicus hujus characteris invenitur. In initio morbi primo nihil agebat, aut ſi quid agebat, amittebat plerumque ægros, ut ipſe fatetur; hinc, quoties non febris exoriebatur, non diffitetur, ſe confiſum præcedenti curationi, non potuiſſe cavere, quin unum aut alterum ex his datis cauſis antecedentibus ortum eſſe, & in eo morbo hæc data remedia tentata eſſe, indeque hunc illumve ſecutum fuiſſe eventum, excogitabat curationem: porroque obſervabat, quænam facta aut omiſſa, morbum tutiſſimum & vehementiorem reddidiſſent, atque hac ratione ejus methodus vix fallit. Hoc mali tamen habet methodus SYDENHAMIANA, quod indigeamus longo tempore, antequam aliquid cognoſcamus de morbo.

Non ideo objiciendum contra laudes magni viri, ita non juvari ægrum, neque enim hanc methodum in omni morbo ſequi debemus, cum plures ſint generales morbi in quibus ſemper eadem methodus obſervatur, qualis eſt perfecta inflammatio, jam ab HIPPOCRATE curata, ſectione venæ larga, & clyſmate

tum iridis ſuccum & ebuli, &c. Hydrophobiæ memorabiles hiſtorias habet, curationem nullam. Corticem ibi ante paroxyſmum febrium intermittentium ſumi contra SYDENHAMUM præcipit, ſic multo minori doſi profuturum ſperat. In lue venerea ſalivationem ſpontaneam abſque argenti vivi uſu vidit, & curationem lentam, mercurio abſque ſalivatione dato, guajaco vero vult mercurium expellere, ne in corpore relictus noceat. Recuſæ ſunt & hæ & diſſertatio de variolis, Lipſ. 1696. 8. & cum MORTONO & COLEO Genevæ. Eodem vero anno 1694. cum *Exercitatione altera de buccinis fluviatilibus & marinis* edidit diſſertationem *de variolis*, Lond. 1694. 8. in qua curationis ſpem ponit in expellenda materie ſedente in cutis ſphincterulis, eoſque vellicante, hinc in alexipharmacis, adverſus refrigeranti methodo. Inde anno 1696. 8. edidit cum *ex. de conchyliis bivalvibus utriuſque aquæ* diſſertationem *de calculo humano* ſeorſim etiam excuſam, quem curare adgreditur mitibus purgantibus, aſellis, coccinella. Hæ VIII. *exercitationes medicinales* conjunctæ prodierunt Londini 1697. 8. Amſtelod. 1698. 8. Commentarium in aphoriſmos HIPPOCRATIS & Librum de humoribus citavimus.

ſmate & acetoſa diæta, qua certe ratione etiam noſtro ævo omnis perfecta inflammatio curatur: adeoque ſane non debemus tam rigide adhærere illi methodo SYDENHAMII, qua in novos morbos inquirit, ſed licet generalia in uſum advocare. Videatur conſentiens SYDENHAMUS in *Epiſtola monitoria de novæ febris ingreſſu*, quam circa vitæ finem conſcripſit. Neque inde concludendum, non licere nobis legere alios auctores. Etſi enim SYDENHAMUS dixerit, id tempus quod alii medici impendunt lectioni auctorum, propriis ego obſervationibus tranſegi, egregii tamen alii ſunt auctores, qui optime de morbis ſcripſerunt. Ita SYDENHAMUS in Pleuritide, licet ſit morbus ad quatuordecim aliquando dies ſe extendens, adcurate omnia, quæ occurrunt, deſcribit, non tamen de exitu, neque de ſignis ejus morbi aliquid habet. Oportet ergo ejus obſervationes conferre, cum aliis bonorum medicorum adnotationibus; ipſeque certe SYDENHAMUS melius feciſſet, ſi conſuluiſſet alios, quod bis tantum vel ter video ab eo factum eſſe in peſte. Ibi, cum ab aliis medicis adcuſaretur, quod nullos alios auctores legiſſet, ut ſe vindicet, unum & alterum egregie citat. Methodus ergo SYDENHAMI bona eſſet, ſi nunc demum noſtro ævo inciperet medicina; ſed cum & alios auctores, & generales etiam curationes habeamus, utique utroque præſidio uti licet. Ergo non ita eum virum imitari debemus, ut totam vitam noſtris propriis obſervationibus teramus, quaſi non alii boni ante eum fuiſſent medici.

Poſt hunc virum heteroclitum commendabo ſcriptorem, nempe CHRISTOPHORUM BENNET, Londinenſem medicum. Edidit libellum in 8. Londini 1654. qui iterum Londini biennio poſt editus eſt, & iterum recuſus Francofurti, & Lugduni Batavorum anno 1714. in 12. Libro ſuo primo Londini edito titulum dedit *Veſtibulum ad theatrum tabidorum*. Londinenſes, qui impreſſerunt, ſecuti ſunt ejus titulum, Germani vero eidem Libro, ſpe lucri ducti, ſcripſerunt titulum *Theatrum tabidorum*, cum tamen libellus, cum eo titulo ab auctore promiſſus, nunquam editus ſit. De charactere hujus libri hoc addo; ſcripſit de phthiſi, ſed plura ſcribit, quam promiſit, nam deſcribit morbos pulmonum, eorumque originem, naturam, ſecretionem ſputi, ut ea omnia unus fere bene deſcripſerit: conſideravit enim adtentione ſumma, quodnam ciborum genus in qualitate, in copia, in corporibus relinqueret materiam, quæ non poſſet in perſpirabilem ſanguinem converti, & quum hoc ſtudium abſolvit, demonſtrat, partes ſanguini ingeſtas, nec ſuperabiles, hærere hinc inde in corpore, ut faciant morbos ſuæ naturæ, arthritidem, nephritidem, &c. Quando vero eædem particulæ in pulmonibus adgeruntur, reſpirationem inde læſam, atque inflammationes & tuſſes perpetuas & vomicas fieri docet. unde conſumtio & omne ſputorum genus. Si ullus medicorum bene de phthiſi ſcripſit, fuit BENNETUS ille. Nam phthiſis jam nata, unitis viribus, ut recte demonſtrat, nunquam curatur, ſed quandiu colligitur, curari debet. Diſtinctionem etiam egregiam dat, quo modo lac hunc quidem phthiſicum ſanet, alium vero perdat. Ipſe laborabat phthiſi, ita in deſcriptionem hujus Libri invitatus eſt. Obſcura quidem eſt dictio, ut tamen facile poſſit intelligi, ſi modo velit lector ad quamcunque periodum aliquantulum hærere & meditari.

Poſt

Poſt BENNETUM æque heteroclitum in ſtilo ſuo ſcriptorem commendabo, HERMANNUM VAN DER HEYDEN, qui Wallonica lingua ſcripſit, eodem ſtilo, quo MICHAEL MONTAGNE uſus eſt. Hic etiam auctor miras obſervationes de quibuſdam morbis habet, ut *de Rheumatiſmo*, *de Diarrhœa*, &c. & demonſtrat, morbos illos melius refrigerantibus, quam calidis ſanari; ſcripſit etiam *de mirifica virtute aquæ frigidæ intus & extus ſumtæ*. Hic libellus editus eſt Gandaviæ in 4. deinde per partes in parvo octavo, & magno 12. Alius autem eſt ab eo VAN DER HEYDEN, qui de metallicis ſcripſit.

Huc etiam pertinet CONRADUS VICTOR SCHNEIDER *de morbis catharroſis*.

Sequitur JOHANNES BAPTISTA HELMONTIUS, qui de nonnullis morbis etiam ſatis bene ſcripſit, & neminem inveni, qui fidelius *de Lithiaſi* ſcripſerit, ſed cum prudentia & judicio legendus eſt. Praxin ejus vix commendo, quia nimium fiſus eſt chemicis.

Sequitur tandem L. BELLINUS (a), qui *de morbis capitis*, *pectoris & de febribus* ſcripſit, non autem de methodo curandi, ſed optime de diagnoſticis & prognoſticis horum morborum. Non dat niſi morbi definitionem, tunc enumerat antecedentia, concomitantia & ſubſequentia, hiſce factis advocat auxilia anatomica, ergo in tali parte eſt, inquit, talis materiæ & talis efficaciæ morbus, adeoque meretur ob ſua in vero ratiocinio, in curandis & cognoſcendis morbis merita, recenſeri.

DE LUE VENEREA.

De omnibus morbis eo ſpectantibus ſcripſerunt multi viri, quæ omnia ALOYSIUS LUYSINUS in Libro dicto, *Aphrodiſiaco ſive de lue venerea* in duos tomos bipartito edidit in folio Venetiis 1566. Opus egregium eſt, a viris peritiſſimis collectum, habet antiquiſſimos & recentiſſimos auctores, uſque ad tempus editionis, qui ſcripſerunt de medicamentis venereis; rarus eſt admodum Liber, ſed integram bibliothecam ſupplet in hiſce morbis.

DE MORBIS MULIERUM.

Ibi omnium primo commendabitur GUILIELMUS BALLONIUS, qui *de Partheniacis* ſcripſit, optime & nervoſiſſime.

2. Meretur ſuper hac re etiam legi LUDOVICUS MERCATUS de *morbis virginum*, cujus unica tantum eſt editio.

3. Egregius eſt MORISEUS (MAURICEAU) in duplici opere, quod edidit 1. *de Morbis gravidarum & parturientium*, deinde altero pleniſſimo obſervationibus optimis *de morbis gravidarum*, *parturientium & puerperarum*. Hi Libri ſine eruditione ſcripti ſunt, ſed poſt annoſiſſimam experientiam, millenorum certe caſuum & experimentorum.

Sequi-

(a) Dictus eſt anno 1683.

Sequitur tertia claſſis auctorum practicorum, qui nempe obſervationes ſcripſerunt (*a*).

MEDICI QUI OBSERVATIONES SCRIPSERUNT.

Notum eſt obſervationem tantum eſſe ſimplicem, naturalem, veram, enarrationem eorum omnium, quæ in ægro ſenſibus externis potuerunt cognita reddi. Neque continuo cum vulgo credendum eſt, nihil facilius eſſe, quam hujuſmodi obſervationes facere. Nihil enim difficilius eſt; hinc, quando commendo obſervatores, eos ſolos citabo, qui poſt longam experientiam didicerunt, quænam in morbis ſcribi, & quæ non ſcribi oporteat; non eos, qui eventus adſcribere ſolent ſuis medicamentis, nam hi totam hiſtoriam turbant, ſed tantum eos, qui ſimpliciter hiſtoriam exponunt. Videmus autem infinitas obſervationes medicas & chirurgicas ſcribi in hunc finem, ut ſubſecuta obſervatio oſtendat curationis alicujus & medicamenti præſtantiam; ſed hi viri noſtro ſcopo non ſatisfaciunt. Verum unice legere oportet, qui de medicamento minus ſolliciti deſcribunt morbi veros, etiam funeſtos, eventus.

Inter eos occurrit 1. CAROLUS PISO, illuſtris medicus Lotharingicus, qui ſcripſit ante HARVEIUM, tractatum de *morbis a colluvie ſeroſa oriundis*, qui Liber hactenus prætervifus, editus eſt anno 1618. Muſſipontii, ejuſque una tantum editio in 4. habetur, quam auctor ipſe recenſuit, prodiitque eadem elegantior cum indice anno 1650. in 8. Lugduni Batavorum, & iterum 1714. in 4. De ejus auctoris charactere oportet ut hæc obſervemus. Auctor eruditiſsimus fuit Latina, Græca, Arabica lingua, & a primis annis medicinæ animum adplicuit, nam filius erat NICOLAI PISONIS, celebris medici; deinde ipſe peregrinationibus ſtudia ſua medica perfecit, atque demum propria experientia inſtructus, incepit cogitare de Libro, quem laudamus. Candidus auctor eſt, & nugarum deſtructor, ita ut & GALENUM & Arabes expugnet, licet eo tempore ſcripſerit, poteſtque certo pro ſpecimine eſſe, quod, quiſquis obſervationes ſcribet, ſibi proponat imitandum.

Ordo ejus hic eſt. Adnotat primo ea omnia, quæ antecedunt morbum, tum ea, quæ in ægro, & circa ægrum contingunt, ut adtendat animo, quo modo morbus incipiat, quo modo pergat, quo modo ſanatus fuerit, & ſi quidem æger occubuerit, exactiſsime deſcribit ea, quæ in cadavere reperiuntur, indeque de natura hujus morbi concluſionem fert: ſcripta hujus viri non tantum medice erudita ſunt, ſed etiam ad literaturam egregia.

Poſt eum ſequitur PETRUS FORESTUS, non tamen cum eo comparandus. Primus medicinam introduxit in Academiam Lugdunenſem in Batavia, & primus in hac Academia prælectiones publicas dedit medicas, poſtquam jam quinquaginta annis medicinam fecerat, quam in Gallia, in Italia, Lovanii, &c. didicerat & exercuerat, tandem Lugduni Batavorum, Alkmariæ, Delphis, & per totam Hollandiam praxin uberrimam nactus, ſcripſit obſervationes, magna cun fide, & cuilibet obſervationi ſcholia adjunxit, quibus proponit, quid-

(*a*) Eos ſeparare non eſt utile viſum.

quid veteres Græci, & Romani, & Arabes boni dixerunt de morbo, cujus hiſtoria præcedit, ita ut ſane hoc opus plenisſimum ſit, in quo etiam diſſertationes quædam egregiæ habentur. Ejus opera omnia in folio edita ſunt Rothomagi (*Rouen*) anno 1653. quæ optima editio eſt, reliquæ quidem bonæ ſunt, ſed hæc omnium eſt puriſsima.

Sequitur THEOPHILUS BONNETUS in ſuo *ſepulchreto anatomico* (*a*), duobus & tribus voluminibus in folio edito, Genevæ 1700., quo certe libro carere non poſſumus, nam diligentia incomparabili, ex omnibus auctoribus, qui obſervationes ſcripſerant, de cadaveribus poſt morbum apertis, optima collegit & redegit ad capita, ita ut hic Liber index ſit ingentis bibliothecæ. In enarratione hiſtoriarum ſemper præmittit brevem hiſtoriam ſymptomatum, deinde exactam hiſtoriam præbet cadaveris.

JOHANNES SCHENKIUS ſcripſit *obſervationes medicas*, in folio editas, rariores, ibi omnium generum obſervationes medicas, chirurgicas, anatomicas habemus. Editus eſt hicce liber Lugduni 1643. in folio.

Huc etiam ſpectat NICOLAUS PECHLINUS, cujus proſtant obſervationes medicæ & anatomicæ in 4. editæ in Germania, quæ multa bona continent, pura latinitate, & bona fide conſcriptæ.

NICOLAI TULPII *obſervationes* hujus ordinis ſunt. Conſul fuit Amſtelodamenſis ampliſsimus, & Medicus annoſus, qui ſupra octoginta annos vivendo implevit; ſcripſit ad filium ſuum PETRUM TULPIUM obſervationes, quas viderat, & excerpſit unice memorabilia exempla. Editiones variæ ſunt, nempe in 8. anno 1672. apud Elzevier Amſtelodami, (ſed ultima eſt optima in 8. Lugduni Batavorum anno 1716. nam in aliis editionibus non tot centuriæ obſervationum ſunt, quot iſta habet, cui præterea monita medica adjunguntur & loca HIPPOCRATIS citat. (*b*)

FELICIS PLATERI *obſervationes* etiam commendari merentur. Vir fuit, qui ad maximam ætatem pervenit, ſed nepos ex fratre poſt ejus mortem perfecit hoc opus, libris tribus in 8. Baſileæ 1680.

Hi ſunt proprie auctores, qui obſervationes ſcripſerunt, & privati Medici fuerunt.

Sed ad hoc caput etiam referuntur, qui undique collectas obſervationes ſcripſerunt; hinc commendo *Miſcellanea curioſa*, ſeu *Ephemerides Eruditorum germaniæ Academiæ Leopoldinæ*. Inſtituit nempe Imperator LEOPOLDUS Academiam, cui nomen dedit *Academiæ Curioſorum*. Ejus membra diſperſa per Europam, Aſiam, Africam, obſtricta erant legibus ſuis, ut ad præſidem mitterent omnia, quæ obſervabant, digna notatu. Id quotannis factum eſt, Liberque in 4. editus, quo medica, chemica, vel ad naturalem hiſtoriam ſpectantia continentur. Multæ quidem inſunt nugæ, nemo tamen, qui ſcire cupit, quo uſque medicina provecta ſit, hoc Libro carere poteſt. Deſiit tandem ab ali-

(*a*) Laudatus eſt in *pathologicis*.
(*b*) Etiam ſuo loco inter pathologos dictus eſt.
FOREST *method of curing feavers*, Edimburg. 1694. *

aliquot annis ejus editio, quod dolendum eſt, nam literarium commercium egregium colebant auctores ita, ut, quidquid in minimo angulo Europæ fieret, hic cum omnibus eruditis communicaretur.

Porro *Zodiacus medico-gallicus* NICOLAI DE BLEGNY huc refertur. Chirurgus fuit & Medicus, qui aliquot volumina in 4. conſcripſit, & hunc demum Librum, editum Pariſiis anno 1679. Colligebat omnes obſervationes Pariſiis contingentes, & commercium literarium alebat cum eruditis, ſicque digeſsit hoc opus.

Centeni alii ſunt, qui obſervationes ſcripſerunt, ſed pleriqueparum placent. Dixit SYDENHAMIUS nihil magis peſſundare medicinam, quam obſervationes ſcribere, nam Medicus plures caſus videt, ſed ſequenti anno alius Medicus alios videt caſus, hos pariter emittit, & ſic obruitur ſcientia.

Fff 2 ME-

J. PECHEY *promtuarium praxeos medicæ ſeu methodus medendi e ſcriptis medicorum Londinenſium concinnata*, Amſtelod. 1694. 12. * ordine alphabetico; item Lipſ. 1695. 12. Amſtel. 1718. 8. EJ. *plain introduction to the art of phyſic*, Londin. 1697. 8. * Compendium omnium partium artis medicæ. EJ. *treatiſe on apoplexy and convulſion*, Londin. 1708. 8.*

BERNHARDI MATTH. FRANCI *ſumma theoriæ medicæ*, Kiel. 1694. 8. parvum compendium.

J. PHAR. RUMMEL *ſpagyriſche arzneykunſt*, Francof. 1694. 12. *

J. BERNHARDI GLADBACH *idea praxeos medicæ noviſſima in qua omnium morborum origo a quatuor morbis cardinalibus deducitur*, Herborn 1694. 8. gallice verſa a de VAUX Chirurgo Pariſ. 1703. 12.

ENGELBERTI KAEMPFER *decas miſcellanearum obſervationum* inauguralis diſputationis ſpecie prodiit, Leidæ 1694. 4. cum ex Indico itinere rediiſſet, quæ decas in faſciculis amœnitatum exoticarum Lemgoviæ 1712. 4. recuſa eſt. In hoc eximio Libro huc pertinet acupunctura Japonica & moxæ vis ad colicos morbos.

OLIGERI JACOBÆI *compendium inſtitutionum medicarum*, Hafn. 1694. 8. valde breve.

MARCELLUS MALPIGHIUS celeberrimus anatomicus, archiater Pontificis INNOCENTII XII. obiit anno 1694. EJUS opera vix quidquam practici continent argumenti. Poſt mortem vero prodiit *conſultationum medicinalium centuria prima*, Patav. 1713. 4. Conſilia ſunt, quibus breviter repetitur morbi hiſtoria, proponitur medela, & eventus omittitur. In ſalſam & acidam theoriam, & huic ſuperſtructam praxin animum inclinabat. Deinde Venet. anno 1748. prodierunt 67. alia conſilia MALPIGHII cum aliis LANCISIANIS. *

JOSEPHI NOCERA *opus medico-phyſicum contemplativum in quo variæ medicantium ſectæ circa phlebotomiam & pharmaciam diſcutiuntur*, Meſſan. 1695. 8. *

STEPHANI PICCOLI *la medicina ventilata nel ſalaſſo e nella purgazione*, Colon. 1695. 4. contra HELMONTIUM, pro venæ ſectionis uſu. EJUSD. & ALEXANDRI PEGOLOTTI eſt *la confuſione di chi ha preteſo il Galeniſta confuſo*, Gal. Min. III. 260.

JACOBI FRIDERICI BELOVV *de natura artis & remediorum in curando neceſſitate*, Upſal. 1695. 8.

ERN. VVALTH. de TSCHIRNHAUSEN *medicina corporis*, Lipſ. 1695. Inprimis ad diætam reſpicit. Initia tamen etiam morborum docet profligare quiete perfecta & abſtinentia & ſudore ſpontaneo, rejectis medicis & medicamentis, quæ nimis valida ſunt, ſi cum corporis noſtri fabrica conparentur. Idem opuſculum prodiit germanice ſub nomine *der curiöſen medicin* anno 1705. & ejuſdem *zvveyter theil*, Luneburgi 1708. 12. * Suadet ſimpliciſſimos ſanandi modos, neque diffitetur ſe ſic ſatis uſum eſſe Medicis, SYLVIO in primis & DRELINCOURTIO.

ANDREÆ BUXBAUM *catecheſis medica*, Merſeburg. 1695. 8.

ADAMI a LEBENVVALDT *land und artzneybuch vvie die peſt und andre anſteckende kranckheiten zu curiren*, Nürnberg 1695. fol. *

SIMONIS ALOYSII TUDECII *amuſſis antiloimica*, Nuremberg. 1695. 12. * & *nucleus pharmaceuticus medico-practicus* EJUSD. una editus.

DAVI-

DAVIDIS GRÆBNER *medicina vetus reſtituta*, Lipſ. 1695. 4. Vanum hominem fuiſſe videtur ex *caſtigatione* quam dicemus. EJ. *tractatus phyſico medici* VII. Lipſ. 1714. 4. * Huc pertinent *animadverſiones in hiſtorias morborum qui Uratislaviæ anno 1699. graſſati ſunt*, *theatrum medicum antagoniſticum*, *ſpecimen medicinæ vett. reſtitutæ & mantiſſa apologetica*. Eæ *animadverſiones* excuſæ fuerunt anno 1702. ut videtur & 1706.

J. BROEN *animadverſiones medicæ*, Leid. 1695. 4. EJ. *opera omnia*, Roterd. 1703. 4. vix quidquam habent practicum, ſed CARTESIANAM phyſiologiam, de operationibus medicamentorum exercitationem, & chemicum conpendium.

NIC. GRIMBERG *obſervationes medicæ anatomico-practicæ*, Hafniæ 1695. 4. nullius momenti ſunt.

J. JACOBUS MANGETUS Genevenſis, celebris collector, edidit, uti diximus, aliqua MAYERNII. IDEM collectionem de febribus & aliam de peſte curavit. EJUSD. *bibliotheca medico-practica* prodiit Genevæ 1695. fol. vol. 4. & 1739. 8. vol. fol. lexicon nempe practicum morborum cum curationibus.

Les œuvres médicinales de l'herboriſte d'Atigny, Lion 1695. 12. vol. 3. Audio eſſe collectionem remediorum ſimplicium.

Apollo Mathematicus or the art of curing diſeaſes by D. PITCAIRNS*principles*, Lond. 1695. 8. *

DOMINICI SCALA *phlebotomia damnata*, Patav. 1696. 4. * ex collectis veterum monumentis.

CAUFAPE' *reflexions ſur la ſaignée*, Pariſ. 1696. 12. *

GEORGIUS BAGLIVUS Raguſinus, ſed qui Neapoli & in Apulia educatus, Romæ medicinam fecit, maximam in brevi vita famam conſecutus eſt, imitando veterum Græcorum obſervandi morem, & medendi methodum, non abſque ſuſpicione interverſorum alienorum laborum. EJUS multa ſcripta huc pertinent, quæ paſſim conjuncta recuſa ſunt, ut Antwerp. 1715. Lugd. 1704. 4. 1710. 4. Baſſani 1752. adjecta ejus vita, & HECQUETI præfatione. Princeps opus eſt *de praxi medica ad priſcam obſervandi rationem revocanda* Libri duo. Accedunt diſſertationes *de tarantula*, *veſicantibus & experimentis per infuſionem*, primum idemque optimum Auctoris opus editum Romæ 1696. 8. Lugd. 1699. 8. tum anglice, London 1703. 8. germanice, Lipſ. 1718. 8. Præcepta *primo Libro* dat, uti praxis liberata a frivolis hypotheſibus aliiſque vitiis, Hippocraticæ ſapientiæ ſimilior poſſit reddi. Obſervationes inde ad morbos inprimis acutos minime malas adſpergit. In *altero Libro* perinde hiſtoriarum morborum ſcribendarum exempla dat, inprimis in podagra. Ordinem cæterum hoc in viro requirere non oportet, qui ad obvia quæque ubique ſermonem deflectat. In Lib. I. *de fibra motrice & morboſa*, de derivatione & revulſione agit, & in *ſpecimine* reliquorum morborum iterum practica multa habet de diæta Pythagoræorum & uſu rerum non naturalium in ſanandis morbis. Diſſertatio *de uſu & abuſu veſicantium* huic remediorum generi in morbis acutis adverſa eſt.

LE CLERC *la médecine aiſée*, Paris 1696. 8. *

G. G. L. (LEIBNITZII) *de novo antidyſenterico ex America allato*, Francof. 1696. 8. nempe hypecacoanha.

JOH. COLBATCH pharmacopœus, qui aliquamdiu in exercitu medicinam fecit, inde in medicum mutatus eſt. EJUS prima opuſcula anno 1696. prodierunt, collecta vero cum titulo *a collection of tracts chirurgical and medical*, Londini 1704. 8. excuſa ſunt. EJUS *phyſical eſſay concerning alcali and acid* continet theoriam, eo certe ſeculo, novam, alcali hoſtile eſſe, & ipſam in nobis habitantem mortem, hinc in ſucco limonum, oleo vitrioli, cremore tartari, variolarum, podagræ, ſcorbuti curationem poni. EJ. *ſome farther conſiderations concerning acid and alcali*. Ad phthiſin, febres, ſcabiem, omneſque fere morbos ſuccum limonum & alia acida laudat. *A treatiſe of the gout: The doctrine of acids in the cure of diſeaſes farther aſſerted againſt* D. TOTHILL. *a relation of the cure of a poiſon bitter by a viper by the means of acids* (primum Londini 1698. 8. edita), omnes ejuſdem argumenti ſunt, & experimenta habent pro alcalini ſalis in ſcorbuto, febre, & podagra abundantia, & utilitate acidorum. Demorſus a vipera ſanatus fuerat elixire vitrioli. Laudes *Viſci* diximus alibi, quem pro ſpecifico medicamento habet in epilepſia morbiſque congeneribus convulſivis, & *commendavit* in Libro ſæpius recuſo *on misletie*. EJ. *generous phyſician ſeu medicine made eaſy*, Lond. 1733. 8. diæta & ſimplicibus medicamentis omnes morbos curat.

VVILLIAM VVELVVIN *phyſick for families*, Lond. 1696. 1715. 8. *

VVILLIAM COCKBURN regiæ claſſis medici *an account of the nature, cauſe, ſymptoms and cure of the diſtemper that are incident to faring people* &c. Lond. 1696. 8. & *a continuation of the nature, cauſe and cure of the diſtempers: to vvhich is prefixed an eſſay concerning the quantity of blood that is to be evacuated in fevers*, ibid. 1697. 8. belgice verſum a BIDLOO, recuſum uno volumine ſub titulo *ſea diſeaſes or a treatiſe of their nature, cauſes and cure*, ibid. 1706. 8. Percurrit a principio victus naturam rationem, laudat acida, accuſat nimium carnis & pinguedinis uſum. Tunc ſcorbutum deſcribit, & deducit a plethora cum lentore ſanguinis conjuncta, eodem fere more febres intermittentes explicat. Altera pars continet morbos naturam & curationes. In febre purgationem præfert ſudoriferis: & valde laudat veſicatoria, a vi ſtimulante nervos. In febre acuta ſocios navales deſtruente emetica in principio data cum acidis & leni diaphoreſi feliciter adhibuit. Corticem chinæ chinæ defendit. Scorbutum ſanat emetico, diæta acida. Arcana etiam habet. In ultimo *ſpecimine* evertit vulgares regulas, quibus definitur ſanguinis mittendi copia; ſed meliores non ſubſtituit, non adverſus cæterum arcanis. Librum *de gonorrhœa*, & *de fluxu alvi* diximus.

CAROLI LEIGH *Exercitationes quinque de aquis*, &c. *morbis acutis*, *morbis intermittentibus*, *hydrope*, Londin. 1697. 8. Deſcribit febrem epidemicam Lancaſtrienſem annorum 1693-1696. inflammationem nempe a ſero per acida coagulato, laudat camphoram, bezoardica; electuarium de ovo, ſed tamen etiam acida ut gas ſulfuris. In intermittentibus corticem præſcribit, tum in ictero. Hydropem bilioſum a bile in fæculentam materiem tartaro vitriolato ſimilem mutata accuſat alium a lymphatico, & laudat maſſam pilularum CRATONIS, in qua cantharides ſunt. In *appendice* pugnat contra D. COLBATCH, qui podagram ab alcali derivat.

MATTHÆI GEORGII Genuenſis medici, Ariſtotelici & Scholaſtici, neque abſque ingenio viri *phlebotomia liberata*. Genova 1696. 4. contra SCALAM, recuſa 1722. 4. * EJ. *parere intorno a' veſicatorj*, Genova 1699. 1706. 8. * EJ. *l' arte piccola di medicare*, Genova 1707. 1709. 1732. 4. * & EJ. *difeſa dell' arte piccola*, Genova 1712. 8. *

ANTONII MENIOT *opuſcules poſthumes*, Amſtelodami 1697. 4. Materiem lactis & alia etiam medica continent.

F. A. D. GAGNON, Docteur en medicine, *la recherche de la vérité dans la médicine*, Paris 1697. 12. receptarum opinionum refutatio. *

Inſtructions de médecine, Paris 1697. 8. *

ROUSSE *ſecrets eprouvés dont les préparations ont été faites au Louvre*, Paris 1697. 8. * 1708. 12. *

JOSEPH JACKSON *enchiridion medicum theoretico-practicum*, *ſeu tractatus de morborum theoria & praxi*; *accedit appendix de lue venerea*, Amſtel. 1697. 12. Bruxell. 1705. 12. Norimberg. 1716. 1738. 12.

MICH. ANGEL. ANDRIOLLI *domeſticorum auxiliorum & facile parabilium remediorum* Tract. V. Venet. 1698. 4. * EJ. *enchiridion medicum practicum*, Venet. 1700. 4. * EJ. *novum ſyſtema practicum in via* PLATONIS & *Academicorum Italorum Gal. Min.* IV. p. 298.

CAROLI MUSITANI, Presbyteri & Confeſſoris, ſed medicinæ faciendæ libertatem nacti; *trutina medico chymica in tres partes diviſa*, Genevæ 1701. 4. Prima pars praxis eſt; *ſecunda pyretologia ſeu tractatus de febribus*. Deinde *celeberrimorum virorum apologia pro* C. MUSITANO adverſus nimis acres Galeniſtas ſequuntur, editæ Venetiis cum falſo nomine *Kruſvvyck* nempe SEBASTIANI BARTHOLI nuncius ex Parnaſſo, ANDREÆ LIZZANI *Martinus in Trutina* J. B. VULPINI & alia minora. Librum de lue venerea diximus. Opera omnia una edita ſunt Venet. 1738. fol. vol. 2. Genev. 1716. vol. 2. Lugdun. 1733. fol. Acerbus in Galenicos, chimicis magis deditus, ſpecificis calidisque medicamentis, adverſus venæſectioni, hirudinibus, clyſteribus, longus & ob ordinem, quo morbos ſecundum cauſas diſponit, tædioſus lectu.

Inter FERDINANDI SANTANELLI *lucubrationes*, Venet. 1698. 4. editas prima eſt *de uſu veſicatoriorum*, quæ laudat in principio febrium malignarum. Diſcipulus fuit F. ÇORNELII, & Raguſæ medicinam fecit.

CHR. FRANCISCI PAULINI, polygraphi hominis, *flagellum ſalutis oder vvie mit ſchlägen allerley krankheiten curiert vverden*, Francof. 1698. 8. EJ. *de lumbrico terreſtri*, Fr. Lipſ. 1703.

1703. 8. & multos alios libellos compilatitios omitto, qui imprimis ad vulgi delectatio-nem hiſtoriolas conſcribillaſſe videtur.

J. FRANCISCI VICARII *baſis univerſæ medicinæ*, Conſtant. 1698. 8. * Argent. 1710. 8. ſunt inſtitutiones medicæ.

THEOD. JAC. LEENHOF *enchiridion medico practicum*, Ulm. 1698. 4. *

J. GROENEVELT *de tuto cantharidum uſu interno*, Londin. 1698. 8. 1703. 8. contra ad-verſarium, qui ſibi inde orta incommoda imputaverat, ut etiam *collegium medicorum* in eum animadverterit.

MICH. BERNHARDI VALENTINI, Gieſſenſis Profeſſoris, magni ſuo tempore collectoris, *Medicina novantiqua* quæ anno 1698. prodiit 4. eſt compendium inſtitutionum. EJUS *praxis medica infallibilis*, Francof. 1711. 4. edita eſt collectio non inutilis conſiliorum & ob-ſervationum. EJ. *polychreſta exotica*. *Accedunt diſſertationes epiſtolicæ varii argumenti*, Fran-cof. 1700. 4. Huc pertinent diſſertationes de clyſtere tabacario, panacea mercuriali, cura-tione herniarum per ſpiritum ſalis.

BERNHARDI CONNOR omnia fere theoretica ſunt. Cum deſcriptione Poloniæ recuſa eſt ejus *compendious plan of the body of phyſick*, Lond. 1698. 8. nempe tabula prælectionum bre-vis quas Oxonii audiebant diſcipuli.

JOHN FLOYER *inquiry in to the right uſe of coldbaths*, Lond. 1698. EJ. *antient pſychrolu-ſia revived*, ibid. 1702. 8. quæ editio nuper Germanice verſa prodiit Uratisl. 1749. 8. de-inde plenius multo cum titulo ψυχρολουσία *or the hiſtory of cold bathing both antient and modern* Part. I. *by* S. JOHN FLOYER. Part. II. by D. EDVVARD BAYNARD, Londin. 1715. 8. 1722. 8. in qua editione, quæ priori adjecerat BAYNARDUS, valde locupletata haben-tur. FLOYERUS ruſticum paganorum experimentum & olim Romanorum remedium reno-vavit, nimio adfectu, ut etiam acutos morbos & peſtem ipſam crederet ſuo balneo ſupe-rari poſſe. Epiſtolæ prioris partes ſunt omnino quatuor. Antiquitates frigidæ immerſio-nis, etiam eccleſiaſticas tradit, fontemque ſuum, omnium frigidiſſimum laudat, quem ædificaverat. Sanabat autem immerſione 2. vel 3. minutorum horæ, diu quotidie repetita, quo robur fibrarum augeatur, ſudor moveatur, ſuperetur paralyſis, convulſiones, morbi hyſterici, rachitis, impotentia, &c. In Part. II. EDUARDUS BAYNARD ſimiliter confabu-latur de utilitate frigoris in veſtibus, potu, balneo, cum teſtimoniis ſanatorum ægrorum, etiam ex febre intermittente, aſcite, ſomnolentia, conſummatione, ſcorbuto, mania, para-lyſi, ſubluxatione. Germanica verſio neque ſatis plena eſt, neque ad bonam editionem. In EJ. *preternatural ſtate of animal humors*, Lond. 1696. 8. pathologia quidem imprimis tractatur, eaque ad omnia genera ſalium adornata. Remedia tamen ſingulis vitiis humo-rum ſua apponit, tum ad febres corticem ſolum laudat, rejecto ligno. Chalybe diutur-nas febres intermittentes ſuperat. In tuſſi convulſiva puerorum eumdem peruvianum cor-ticem adhibet. Reliquos libellos diximus.

ALOYSII *della* FABBRA, Profeſſoris Ferrarienſis, *de arthritide & ſacchari lactis uſu*, Fer-rar. 1699. 8. * *de meteoris & morbis ab iis derivatis*, ibid. 1704. 4. * EJ. *de terra Nuceri-na minerali & appendix*. Recuſa ſunt omnia in *diſſertationibus phyſico medicis*, Ferrariæ 1712. 4. impreſſis. Non multum ex his ſcriptis profeci exceptis tamen de terra experi-mentis.

PETRI ANTONII de MARTINO *reſponſum trutinæ medicæ* MUSITANI *in quo tractatur de omnibus morbis corporis humani, & impugnatur Harveiana circulatio*, Neapol. 1699. 4. * Contra hunc libellum apologiam diximus.

SEBASTIANI ROTARI *ragioni contra l'uſo del ſalaſſo e delle ventoſe*, Veron. 1699. 4. Ve-nez. 1701. 4. Contra STEPHANUM PICCOLI. Ex antiquorum & HIPPOCRATIS imprimis praxi, aliiſque ſcriptoribus confirmare ſtudet, venæ ſectionem & inutilem eſſe, & deni-que nocere. Plethoram nullam dari. Vaſa extenſilia eſſe, & multo majori exceſſui ſan-guinis facile cedere, quam is eſt, qui ex ſecta vena tollitur. Balneum præferri, quod vaſa laxet. Pleuritidem ipſam calidis, & oleo cucurbitino ſtudet tollere. EJ. *contro l'uſo delle ventoſe e ſanguettole*. Epiſtola contra *chi ha preteſo il galeniſta confuſo*. Iterum contra ſectionem venæ. EJ. *Allegazione medico fiſica nella viſione d' un cadavero*, Veron. 1711. Multum de hoc cadavere diſputat, quod veneno enectum fuiſſe videtur, ipſe negat, & cum adfirmantibus depugnat. EJ. *parere intorno alla morte di due uomini*, Veron. 1718. 4.

(hiſto-

(hiſtoria nempe mortis ruſticorum ex vapore vini enectorum). EJ. *il medico padre*, Veron. 1719. & 1720. 4. contra PYLARINUM pro GAZOLA fuſe agit de Pleuritide. Laudat ſuum cucurbitinum oleum, proſcribit venæ ſectionem & purgantia, &c. *Rimedio da non iſpregiare nel mal caduco*, Veron. 1722. in qua mercurialem unctionem laudat. EJ. *lettera a* FR. MERLO Veron. 1724. 4. * contra confectionem de Hyacintho. EJ. *inſegnamento del medico padre a' ſuoi figliuoli*. I-IV. Veron. 1724. &c. 4. Agit de hydrope derivato ab obſtructione, hinc credit tolli poſſe mercuriali unguento. Paracenteſin repudiat. EJ. *Richieſta fatta a diverſi Profeſſori* anno 1724. Ejuſdem ſcopi. EJ. alia epiſtola ad J. MERLO 1724. eodem ſpectat. EJ. *rimedio alle catarrali moleſtie*, Veron. 1731. 4. cum pluribus aliis libellis quos ſtatim recenſebo. Eſſe a repercuſſa perſpiratione, vim magnam frictionis eſſe cum anſerino adipe, tum ſudorem decocto lignoſo motum. EJ. *rimedio della paraliſia o apopleſia* recuſum etiam Veron. 1734. 4. Iterum nempe mercurium laudat, rejecta venæ ſectione & curatione hactenus recepta, omnique evacuatione. Hiſtorias adfert mercurii feliciter adhibiti. EJ. *del mal uſo del mercurio nel volvulo*. Iterum unguentum mercuriale ſuadet & panaceam mercurialem intus ſumtam. EJ. *rimedio contro i vermi*, mercuriali nocere confuſione. EJ. *lettera all' autor del mondo diſingannato*. Vehemens in Pylarinum, & Galenicos. EJ. *moderno ragionamento intorno alla gotta* catarrhalem morbum eſſe ſanari mercurio. Hæc omnia anno 1731. junctim edita ſunt, ut dixi. Poſthuma vero ſunt *ragionamenti del medico padre a' ſuoi figliuoli*, in quibus ad dolorem capitis, anginam, catarrhum, ſuffocationem, ſuum unguentum mercuriale laudat. EJ. *opera omnia* cum poſthumis & ineditis, Veron. 1744. fol. qua editione uſus ſum.

S. HILAIRE *œuvres de médecine*, Paris 1699. 12. *

In utraque Academia Pariſina varia ſunt quæ ad praxin pertinent. In antiqua T. X. de uſu chinæ chinæ obſervationes exſtant CHARASII, & alia. In nova Academia vero huc faciunt, 1707. Febris levata muſico concentu, tum 1708.

1708. Scorbutus ſanatus acetoſa.

1734. Delirium ſanatum ſummo frigore.

1742. Paralyſis curata urticatione, & alia.

1749. DU HAMEL de utilitate vitri antimonii cerati.

BOULTON'S *examinatio of* COLBATCH'S *vvorks*, Lond. 1699. 8. *

MELCHIORIS FRICCII Medici Ulmenſis *paradoxa medica in quibus multa contra communes opiniones tractantur & affectuum aliquot apoplexiæ, maniæ, vulnerum venenatorum, hydrophiæ theoria & praxis oſtenditur*, Ulm. 1699. 12. Pleraque parum utilia ſunt. In epilepſia commendat aquam lunæ puræ pro ſummo remedio. Omnes morbos per contraria ſanari oſtendit, &c. EJ. *de venenorum virtute medica*, Ulm. 1701. 8.

J. GAILHARD *de vena ſectione an in apoplexia ſit vena ſecanda*, Hafn. 1699. 12. Pro venæ ſectione.

J. ANDR. MONGAGLIA *Tractatus de aqua uſu in febribus*, Florent. 1700. 4. * Cum excurſu in HIPPOCRATIS lib. *de decente ornatu*.

D. N. LASSON *l'art de guérir les longues maladies avec le ſecret de les prévenir & de prolonger la vie*, Challons 1700. 8. *

MARC. CLAUD. BERGER *an felicior & tutior balneo purgantium uſus*, Pariſ. 1700. 4.

JAC. le MORT *fundamenta novantiqua medicæ theoriæ*, Leid. 1700. 8. Pro chemia & philoſophia corpuſculari.

SAM. DVVIGT *de hydrope*, Haag. 1700. 4. * an non ejuſdem eſt *de vomitione & purgatione nec non de emeticis & catarcticis, item de variolis & morbillis*, Londin. 1722. 8. *

The art of curing ſympatically and magnetically, Additur verſum eſſe ex latino HELVVIGII, Lond. 1700. 8. *

J. JONES Librum *de febribus* diximus. EJUSDEM *myſtery of opium reveald* prodiit Lond. 1700. 8. *

ANLREÆ VRIGTH Vaunter deceived, Lond. 1700. 8. Promittit ſanationem citiſſimam Gonorrheæ, arcanorum venditor.

FRIDERICUS HOFMANNUS, FRIDERICI Filius, chemicus & practicus Hallenſis celeberrimus, ad ſummum ſenium in maxima auctoritate pervenit, mechanicæ, ut vocant, ſententiæ contra collegam STAHLIUM defenſor. In praxi ipſam animi ſui blandam & modera-

tam

tam temperiem imitatus, paucis & lenibus medicamentis uſus eſt, multum etiam, & nimis forte delectatus ſuis arcanis, liquore anodyno, nitro & abſorbentibus pulveribus. Quinquaginta & ultra anni effluxerunt inter prima ejus ultimaque ſcripta, quæ valde numeroſa ſunt, excuſa pleraque conjuncta Genevæ 1740. vol. 6. & denuo 1749. fol. vol. 8. omiſſis tamen pleriſque diſputationibus & germanicis operibus. Primus EJUS Liber *de acidi & viſcidi pro cauſis morborum & alcali pro iis debellandis inſufficientia*, Francof. 1689. 8. ex melioribus viri operibus eſt, quo acidorum medicamentorum & nitri utilitatem oſtendit, alcalinis remediis febres non curari demonſtrat. *Fundamenta medicinæ* anno 1695. 8. prodierunt, breve compendium. IDEM Francof. anno 1698. 4. recudi fecit POTERII *obſervationes* cum ſuis *ſcholiis & parallelis hiſtoriis* & Librum *de febribus*. Inde ab anno 1694. innumerabiles pene diſputationes edidit, multas bonas, alias paulo velocius ſcriptas, ultimas, ut creditur, aliena opera, & Cl. SCHULZII imprimis calamo adjutus. Earum multæ, variis cum titulis, recuſæ ſunt. Inter eas quæ anno 1708. Leidæ in 8. cum titulo *diſſertationum phyſico-medicarum curioſarum* prodierunt; huc facit *Medicus ſui ipſius*, quo conſilia continentur ad vitam & ſalutem tuendam, & avertendos morbos. *Motus optima corporis medicina*. *Peregrinatio ſanitatis cauſa*: *Inedia magnorum morborum remedium* defenſa anno 1697. In alia *diſſertationum phyſico-medicarum decade*, Leidæ 1713. 8. excuſa egregia eſt diſſertatio *de opiatorum mechanica operandi ratione*, prius anno 1698. propoſita. & *natura morborum vendicatrix*. In *ſecunda decade* 1719. 8. edita, bonæ ſunt *de præſervatione a morbis & morte*: *venæ ſectio magnum vitæ ſanæ & longæ præſidium*. *Aqua medicina univerſalis*. In *opuſculis medico practicis*, Hall. 1736. 4. editis huc faciunt pleræque, ut *de medicamentorum prudenti applicatione in tempore*: *prudenti medicamentorum continuatione* habita anno 1701. *de medicina ſimpliciſſima, inedia, motu & aqua*: *de lactis aſinini uſu*, quæ & ipſa, tum quæ ſequitur, in Germanica collectione exſtat: *de ſeri lactis ſalubri virtute*: *de recto corticis chinæ uſu in intermittentibus febribus*, habita anno 1723. *de ejiciendis ex praxi medicamentis purgantibus fortioribus*: *de purgante poſt iram veneno*: *de imprudenti medicatione multorum morborum & mortis cauſa*, quæ etiam in Germanicæ collectionis Tomo VI. reperitur: *de remediorum benigniorum abuſu & noxa*, anni 1714. *de fonticulorum & veſicantium circumſpecto uſu*: *de erroribus vulgaribus circa uſum opiatorum*. In Germanica collectione, quæ pro titulo habet, *gründliche untervveiſung vvie ein menſch ſeine geſundheit erhalten und ſich von ſchvveren krankheiten bevvahren könne*, Halæ ab anno 1715. ad 1728. edita in IX. vol. 8. aliqua hujus ſunt ſcopi, *de doloris podagrici ſimpliciſſimo remedio*, anno 1697. edita, *de utilitate hæmorrhoidum*: ſic etiam, Ulmæ cum titulo *gründlicher unterricht vvie ein menſch ſein leben conſerviren könne*, 1745. 8. aliquæ diſſertationes recuſæ ſunt. In *opuſculis medicis varii argumenti*, Hall. 1739. 4. recuſis huc pertinent diſſertationes *de ſalutari & noxio venæ ſectionis uſu*: *de camphoræ uſu interno præſtantiſſimo*, habita anno 1714. & aliæ hujus argumenti. Sed aliæ etiam minime deteriores paſſim prodierunt, ut ea *de erroribus vulgi circa praxin* 1703. *de purgantibus ſelectis minus cognitis* 1704. *de Mercurio & medicamentis mercurialibus ſelectis ad expugandos ſine ſalivatione morbos corporis humani* 1700. 4. *praxis clinica & compendioſa febrium cum cautelis*, Hall. 1705. 4. * *de balneorum metallicorum ex coriis metallicis uſu* 1722. *de excellenti balneorum ex aqua dulci uſu in affectibus internis* 1721. Germanice recuſa 1745. *de ſpecificorum quorumdam efficacia*, 1727. 8. *obſervationes clinicæ circa curationem quartanæ*, 1728. *de medendi methodo varia pro climatum diverſitate*, 1734. *de arcana medendi methodo*, 1717. *compendioſa praxis inflammationum*, 1705. *convulſionum*, 1707. *de venæ ſectionis abuſu*, 1730. *de corticis chinæ chinæ modo operandi uſu & abuſu*, 1694. *de erroribus vulgi circa praxin*, 1703. *de εὐχειρίᾳ praxeos medicæ*, 1724. *de febribus tertianis hoc anno graſſantibus*, 1701. Ex diſputationibus latinis aliquæ Germanice verſæ ſunt, ut *vernünftiger unterricht von heilſamer vorſorge eines zur vvelt gebohrnen kindes*, VVittemberg, 1744. 8. *Abhandlung von der jungferdiet*, ibid. 1743. 8. EJ. *vvie bey gefährlichen ſeuchen ein ieder ſein eigner medicus ſein könne*, Berlin. 1710. 4. eſt forte *Medicus ſui ipſius* jam citatus. Sed plures diſputationes recenſere ſuperſedeo. EJ. eſt *idea fundamentalis univerſæ medicinæ ex ſanguinis mechaniſmo* deducta, Hall. 1707. 4. * IDEM ab anno 1718. cepit edere *Medicinam rationalem & ſyſtematicam*, cujus Tomi VIII. prodierunt, ſæpe Halæ, Francofurti, Venetiis, & variis locis recuſi etiam Gallice verſi, cum titulo *médecine raiſonnée traduite* Tomi IX. *par* J. J. BRUHIER, Paris 1739. 12. Huc autem in eo opere ſpectant

T. III.

T. III. qui *therapia generalia* tradit, tum ætiologias & claſſes medicamentorum, porro Tomi IV. cujus ſucceſſive prodierunt quinque Partes. Earum prima eſt *de febribus* edita 1729. omnis generis. De purpura Germaniæ adeo funeſta fuſe egit, neque venæ ſectionem reformidavit, inflammationem etiam ventricnli & inteſtinorum, uteri & veſicæ ita propoſuit ut curationem, & cautelas clinicas hiſtorias ſingulis morbis adjecerit. Pars *ſecunda hæmorrhagias & dolores*, *tertia ſpaſmos*, *quarta morbos ab atomia ſolidorum & viſcerum labe*, *quinta vitia morborum externorum* continet. Id noſtro ævo fere pleniſſimum praxeos compendium, hinc vulgo amatum & lectum eſt. Ex eo Libro aliquot compendia facta ſunt. Et Cl. olim SCHAARSCHMIDIUS *hiſtorias morborum cum epicriſibus* excerpſit, & Germanice verſas edidit, Hall. 1735. 4. Cl. vero BUCHNERUS præcipua rerum momenta cum titulo *therapiæ generalis*, & *ſpecialis fundamenta*, illa anno 1747. hæc anno 1748. in 8. Halæ pro Academicis uſibus edidit. Deinde anno 1721. Halæ Germanice edere cepit HOFMANNUS *medicinam conſultatoriam vvorinne conſilia über ſchvvere caſus und reſponſa facultatis enthalten ſind*: quorum 12. volumina 4. lucem viderunt, quibus 600. conſilia & reſponſa continentur. Plura fere forenſia, in ultimis tamen plura conſilia medica abſque eventibus habentur. Porro *conſultationum & reſponſionum centurias tres* Latine edidit, Halæ 1734. 4. & Francof. 1734. 4. Amſtelod. 1734. vol. 3. 8. ad morbos capitis, pectoris, abdominis & artuum, ejusdem generis ſunt, quales in priori opere exſtant, & aliæ ex priori germanico opere verſæ, aliæ hic primum editæ. Paulo ante mortem etiam *de præcipuis infantum morbis* ſcripſit, Hall. 1741. 4. Baſil. 1741. 8. cum adjecta vita HOFMANNI, qui Libellus *von den vornemſten kinder krankheiten* recuſus eſt, Francof. & Lipſ. 1741. 8. Huc etiam pertinet HOFMANNI *poſthumus Liber de differentia inter ejus doctrinam & STAHLII*, Francof. 1746. alibi a me laudatus. In praxi ſe a STAHLIO diſſentire oſtendit, quod iſte pleraque efficaciora remedia negligat. Mercurium, camphoram, ſales volatiles, corticem peruvianum, acidulas, diætam lacteam. Hic certe imprimis legi meretur. Inde GEORGIUS FREDERICUS REIMMAN, Ulmæ 1736. & 1743. 8. edidit *volſtändige anvveiſung zu einer vernünftigen praxi medica* quam ex codicibus M. S. editus HOFMANNI profitetur ſe decerpſiſſe.

GEORGIUS ERNESTUS STAHL Uratislavienſis, Jenæ aliquamdiu privatus docuit, Halæ ad Cathedram promotus ab HOFMANNO, ejus collega, æmuluſque fuit, inde & in aulam evocatus, in archiatri dignitate & magna practica auctoritate conſenuit, propriæ ſectæ auctor, quæ etiamnum in Medicina ſupereſt. Vir ſcolaſtice metaphyſice doctus, inſignis chemicus, parcus alienæ virtutis amator, ſi ipſi fides eſt, non mediocriter ſtudio linguarum, anatome etiam ſubtili, imprimis animalium (*de different. pulſ. celer. & freq.*) matheſi & geometria innutritus, dictione uſus eſt obſcuriori & propria, multus in obſervandis morbis. EJUS opera numeroſa ſunt, imprimis diſputationes, quæ plerumque aliquid ſingulare habent & proprium, & ideo legi merentur, etſi pars therapeotica ſæpe brevior ſit & magis ſceptica. Plurimæ cura MICH. ALBERTI in 2. vol. 4. anno 1707. & 1712. in ordinem aliquem redactæ Hallæ recuſæ ſunt, ut ea *de febrium pathologia & therapia*, Hall. 1695. *de autocratia naturæ* 1696. *de venæ ſectionis & uſu & abuſu*, ibid. 1698. *de ſanguiſugarum utilitate* 1699. *de novo ſpecifico antiphthiſico equitatione* 1699. (quam laudat in hectica febre, non ita in vera phthiſi pulmonali) *de febribus bilioſis* 1701. (ad quas nitrum regeneratum valde laudat) *de alterantibus & ſpecificis* 1703. *de venæ ſectione in febribus acutis* 1703. (quam unice ad continuam eamque raram febrem reſtringit, & ad ejus principium.) *de febrium theoria in genere* 1704. *de empiria rationali medica* 1704. *de phthiſi* 1704. (bona ea. Fumum antimonii laudat ad tuſſim.) *de venæ ſectione in pede aliiſque corporis humani locis* 1705. (quam ad ipſum abortum præcavendum primus, ut credit CL. STORCH (*de abortu* p. 147. laudavit,)) *de infantum affectibus* 1705. Rejicit multa celebria medicamenta, laudat cryſtallum montanam, ſuumque ad epilepſiam ſpecificum. *De vera* προξωρίσεως *medicæ practicæ vera dignitate* 1707. *Problemata practica febrium pathologiæ & therapiæ* 1707. *de adſtringentium cauto uſu* 1707. *de impoſtura opii* 1707. *de methodo malignas febres ſecundum rationem & experientiam rite tractandi* 1708. *de multitudinis remediorum abuſu* 1708. *de tertiana* (contra corticem peruvinam quem negat querno meliorem eſſe.) *de methodica curatione* 1709. *de ſalivatione mercuriali aliis præter luem veneream exſtirpandis morbis pari* 1710. *de cynoſura therapias* 1710. *de emendanda hiſtoria clinica fundamentis* 1711. *de curationibus caſtrenſibus* 1711. *de fontium ſalutarium uſu & abuſu* 1713. 4. Germanice recuſa cum titulo *diſc. von den vvarmen bädern*

und ſauerbrunnen, Lipſ. 1716. 8. *Obſervationes medicæ luculentæ* (compendium ſui ſyſtematis) 1713. *de erroribus practicis circa contagioſarum malignarum febrium curationem evitandis* 1713. *de febre per ſe nunquam lethifera* 1714. Inde anno 1697. *menſium* nomine diſputationes edidit, quarum aliquæ huc ſpectant, *anchiater ſeu venenum pro remedio venditum*, (contra uſum arſenici in febribus intermittentibus,) anno 1698. *de uſu nitri medico polychreſto*, quo remedio in morbis acutis inprimis uſus eſt, & *hiſtoriam atque methodum curationis febris petechizantis* dedit.

Anno 1709. edidit *vvohlmeinende erinnerung vvegen einiger bey noch anhaltender vveiſſer und rothen ruhr bey ihm befindlichen mitteln* anno 1715. *opuſculum chymico-phyſico-medicum*, Halæ prodiit, quo *menſes* illi annorum 1697. 1698. continentur, chemici præter citata & phyſici fere argumenti.

Offenbaci edidit, anno 1730. 8. Silenos *Alcibiadis ſeu artem ſanandi cum exſpectatione* (ad quam in ſenio valde proclivis fuit,) nempe commentarium ad celebrem HARVEII ſatyram. Germanice recuſi ſunt Libellus *de infantum affectibus* ex Latino verſus, Francof. Lipſ. 1718. 8. alter *de venæ ſectione* (quo continentur diſſertationes de venæ ſectione in pede, venæ ſectionis patrocinium & de venæ ſectione in febribus acutis), Lipſ. 1728. 8. Denique *de morbis muliebribus* & *unterſuchung von ubel curirten und verderbten krankheiten*, Lipſ. 1726. 8. & aliæ forſan mihi non viſæ. Sed princeps viri opus eſt *Theoria medica vera*, Halæ 1708. 4. edita, cujus pars altera pathologiam continet, ut tamen monita paſſim & hiſtoriæ practice intercedant. Nempe, cum animam febres omnesque motus ſui corporis ſapienter regere perſuaderetur, eos in univerſum motus medicum venerari & adjuvare juſſit, adverſus hinc omnibus iis, quæ eos motus ſupprimerent, cortici peruviano, opio, in utroque nimius. Humores autem adtenuare, præparare conabatur ſalinis, eſſentiis mitibus, reſinoſis, amarisque, in acutis vero nitro & abſorbentibus, in quibus tantam poſuit confidentiam, ut hyacinthum pro ſpecifico ad convulſiones habuerit, (ALBERTI *medic. legal.* IV. pag. 657.) ita mitis in curando, ut in ſenio fere ſolo marino ſale ubique uteretur. Deinde cum chronicos morbos magna ex parte ad plethoram ſanguinis in ſyſtemate venæ portarum ſtagnantis referret, indeque podagram, arthritidem, ſcirrhos hepatis, calculum, morbum hypochondriacum & hyſtericum derivaret, maximam partem curationis etiam hic in eo poſuit, ut hæmorrhoides aperiret, per quas ex vaſorum conſenſu, tumida vena portarum depleretur. Id agebat aloeticis pilulis, quas venditabat; non abſque avaritiæ ſuſpicione etiam apud ſuos, & ipſum STORCHIUM. Diſcipuli hæc omnia ita conſervant, ut medicinam ad pauca remedia, ſtimulantia amara, & ſedantia ex nitri & cinnabaris genere reducerent. Cæterum theoriam ſuam contra LEIBNIZIUM defendit in *negotio otioſo* ſeu *σκιμαχία adverſus poſitiones quaſdam theoriæ veræ medicæ*, Hal. 1720. 4. cum motum omnem animæ tribueret STAHLIUS, LEIBNIZIUS corpori. Porro cum nomine STAHLII varia prodierunt, ut *obſervationes clinicæ*, Lipſ. 1719. 8. 1735. 8. compendium nempe praxeos, ex privatis prælectionibus Cl. viri excerptum a GODOFREDO HENRICO ULAU. *Collegium caſuale minus* STAHLII (102. caſus complectens) cum J. G. BUDÆI præfatione prodiit Hirſchberg 1734. 4. Dresdæ & Lipſ. 1741. 4. Breves morborum deſcriptiones, præmiſſis exemplaribus & curationem cautelaſque continet. *Praxin* vero STAHLIANAM ſeu *collegium practicum* auditoribus dictatum, & locupletatum & a STAHLIO & ab editore edidit J. STORCH, Lipſ. 1728. 4. 1732. 4. 1745. 4. ſimilis ſed fuſioris ingenii germanicum. Sed anno 1728. Dresdæ in 8. prodiit etiam *materia medica, von der zubereitung, kraft und vvürkung der arzenyen*, qui liber inter optimos STAHLII eſt, in quo pleraque in inertia aut infirma remedia, pro merito animadvertitur, ut antihecticon POTERII, aquas deſtillatas officinarum, ſpecificas vires cinerum plantarum & alia. Chemici imprimis argumenti eſt. Cl. etiam J. CHRISTOPHORUS GOETZIUS *obſervationes medico-practicas, quarum Claſſis* I. *ſiſtil febres* ex STAHLII prælectionibus, & ſcriptis decerpſit & edidit Altdorf. 1726. 4. Ceterum homo ſuperſtitioſus fuit STAHLIUS, laudans canis hepas ad morſum canis rabidi, Diſſ. *de animi morbis*. p. 54.

PANTHOT *ſur l'effet du mercure dans la verole*, Lion. 1700. 4.

NICOLAI LEMERY *dictionaire des drogues ſimples*, Paris 1698. 4. in botanicis laudavimus.

LUDOVICI TESTI Veneti, *de novo ſacchoro lactis*, Venet. 1700. 12. ad arthritidem nempe, ut credit, arcano.

Secrets

Secrets pour conſerver la beauté des Dames, la Haye 1701. vol. 2. 12. *

FOUQUET *recueil de remedes faciles & domeſtiques*, Paris 1701. 12. Amſtelod. 1704. 8.

J. ERNESTI SCHAPER, Profeſſoris Roſtochienſis, *de variolis*, Roſtoch. 1701. EJ. *medicina curioſa ſpecimina*, ibid. 1705. 1711. & 1712. quæ tria penes me ſunt. EJ. *de hydrophthalmia intercepta* 1713. 4.

PETRI LINSING *tentamen medicum*, Erlangen 1701. 8. Compendium ex prælectionibus VVEDELII. Recuſum eſſe lego Francof. Lipſ. 1710. 8. LOEUVV.

J. MAURITII TRILLERI *de officio medici præſentibus contra-indicationibus*, Jen. 1701. 12. *

D. HEINRICH CASPAR ABELII *leibmedicus der ſtudenten*, Lipſ. 1701. 12.

GUYARD *de l'uſage de la fréquente ſaignée*, niſi fallor, prodiit 1701. 12. neque enim nunc præſto eſt. Chemicus homo ſanguinem corrumpi in morbis, non copia peccare, urget, & male emitti per venæ ſectionem.

S. ANDRE' *refléxions ſur la nature des remedes*, Rouen 1701. 12. * Chemicus etiam HIPPOCRATEM in cenſum chemicorum trahit.

In SAVIARDI obſervationibus, ut alia utilia, ſic ſcorbuti bona hiſtoria cum curatione traditur.

ALESSANDRO PASCOLI tractat. *de febribus* in Pathologicis dictus eſt. EJUS *riſpoſte ad alcuni conſulti*, Rom. 1736. & Part. II. 1738. 4. prodierunt. Cum EJUS Lib. *de homine* tota etiam praxis medica traditur, Romæ excuſa anno 1728. & alias 4. morbis nempe & exemplis morborum cum curationibus ad ſingulas partes affectas additis; ipſe Lib. *de febribus* una recuſus eſt. Acrimonias, fermenta, habet.

DIONYSII ANDREÆ SANCASSANI *Polyandrion ſeu epiſtolarium diſſertationum Enneas*, Ferrar. 1701. * In magno opere MAGATI redivivi aliqua etiam practica habentur, medicamenta, objectiones in compoſitorum medicamentorum uſum &c.

In Diario, cujus VII. partes in fol. prodierunt, dicto *Galeria di Minerva*, & alibi citato, multa practica ſunt opuſcula, & multa opera citantur, quorum annos invenire non potui, uti ANZAN FRANCESCO GIROLAMI *trionfo della China China* (III. pag. 218.)

Criſis medica ſobre el antimonio y corta reſponſoria a la R. medica deſcritta, Madriti 1701. 4. * Pro antimonio contra medicos Galeniſtas.

Cum hoc tempore Halæ *Orphanotrophium* conderetur, inque eo RICHTERI imprimis fratres arcana medicamenta, cum magno plauſu Germaniæ præpararent, multa ſcripta pro laudandis aut defendendis iſtis medicamentis edita ſunt, ut *ſelectus medicamentorum zu einer compendieuſen haus, reiſe und feld apotheke*, Hall. 1702. 4. * *bericht von der artzney eſſentia dulcis*, ibid. 1702. 4. *Beantvvortung der einvvürfe ſo vvieder die Eſſent. dulcem gemacht vvorden*, Hall. 1702. 4. Deinde CHRIST. FRID. RICHTERUS, Lipſ. annis 1710. 1712. 1715. 1719. 1722. 1725. & alias in 8. edidit *Erkentniſs des menſchen oder unterricht von der geſundheit und deren erhaltung*, cujus libri ſcopus imprimis videtur, arcana Halenſia laudare. Ejusdem finis ſunt CAR. OTT. MOLLER *ſonderbahre durch die eſſentia dulcis zu Neuſel geſchehene curen*, Hall. 1706. 8. * cum cautelis RICHTERI. Huc etiam facit CHRISTIAN. FRIDERICI RICHTER *von der eſſentia dulci*, Hall. 1708. 8. EJ. *merkvvürdige exempel ſonderbarer durch die eſſentiam dulcem verrichteter curen*, ibid. 1708. 8. * EJ. *bericht vvie man ſich bey iziger peſt curiren könne*, 1710. 8. * cum obſervationibus virium quas medicamenta ſua Regiomonti exercuerint. EJ. *Nachricht von einem pulvere ſolari*, Hall. 1717. 8. EJ. *recenſio ſuccincta de uſu & efficacia medicamentorum quæ Hallæ in orphanotrophio diſtribuuntur*, ibid. 1710. 8. * Denique SAMUEL RICHTER *concentriertes reis und haus apothekgen*, Hall. 1715. 8. *

PAUL HEINRICH JUCH *aufgedekte blöſſe der curtadler vvelche in der geführten cur des F. von Stromberg ein verſechen geſucht*, Lipſ. 1702. 4. *

J. ERNEST Herzogs von SACHSEN *anordnung vvegen beſorgender anſteckender ſeuchen und krankheiten*, Jena 1702. 4.

BENJAMIN EVVALDT *de uſu formicarum in medicina*. Regiomonti, ubi medicinam docuit 1702. 4. aliæque diſputationes ſunt.

JOH. CONRADUS AMMANNUS, Scaphuſinus, eam partem medicinæ ad ſummam perfectionem perduxit, quæ ſurdos loqui docet. Sed in Anatomicis laudatum & eum & alios libellos HELMONTII, HOLDERI, VVALLISII, G. RAPHEL nolo hic repetere. Melior editio libelli AMMANNI *de loquela* eſt anni 1702. vel 1727. 8. Recuſus eſt Germanice, Prenzlaviæ 1747. 8.

RICHARDUS MEAD, vir eleganter doctus, in ſumma auctoritate beatoque ſenio ſuper-eſt, magna collectione librorum, nummorum & antiquorum monumentorum, lectione varia, uſu etiam curandi celeberrimus. Edidit jam anno 1702. *Mechanical account of poiſons* ſæpe recuſum, etiam Dublini 1729. 8. & nuper Londini 1747. 8. Sex capita ſunt, de vipera, tarantula, cane rabido, plantis venenatis, opio, & vaporibus charoniis. In rabie canina lichenem terreſtrem cum dimidio piperis & balneo frigido ſollicite commendavit &c. Liber *de variolis & morbillis* prodiit 1747. 8. In præfatione ſibi tribuit inventum purgationis in febre ſecundaria, de quo etiam exſtat ejus *epiſtola* ad D. FRIEND. Ante eruptionem etiam alvum ducit. In primo ſtadio morbi, niſi convulſus ſit æger, ſanguinem aliquoties mittit. In malignis variolis nitrum dat, in ſanguineis alumen, oleum vitrioli, corticem Peruvianum, veſicatoria. Specifica repudiat. Inſitionis dat hiſtoriam, eamque vehementer laudat. In morbillis etiam in principio venam ſecat, pectoralia dat cum nitro ob peripneumoniæ periculum. EJ. *diſcourſe on the plague*, London. 1744. 8. nona vice prodiit, prima anno 1720. Incendia refutat, quæ Londini nocuerint: cum calce cadavera defodi vetat, interruptionem omnis commercii ſollicitam ſuadet. In Libro *de morbis inſignioribus qui in bibliis memorantur*, Londin. 1749. 8. edito, curationes addere ſolet. Hos & prius citatos Libros recudi feci, anglicis a G. C. OEDERO latine verſis, Gottingæ anno 1748. & 1749. 8. Poſt eos prodiit libellus *of the ſcurvy*, Londini 1749. 8.

J. GODOFREDUS de BERGER, Profeſſor VVittebergenſis & archiater, nihil practici niſi diſputationes, ſed eas ſæpe perutiles reliquit. Huc refero diſputationem *de vi opii rarefaciente*, VVittemb. 1703. 4. cum experimentis in cane factis. EJ. *Chinachina ab iniquis judiciis vindicata* 1711. contra STAHLIANAM ſectam: *de uſu venæ ſectionum & clyſterum in curatione variolarum*, ibid. 1711. *laus febris merito ſuſpecta* 1730. In diſſertatione *de inflammatione* 1695. venæ ſectionem rejicit & calida laudat. EJ. diſſertationes *de medico naturæ adjutore* 1711. *de natura morborum* medico 1711.

De re medica Haag. 1703. 12. Opium laudat in dyſenteriis & alibi, & medicamentariam rem cum ratiociniis tradit.

J. C. SPIES *ſchatz der geſundheit*, Gotha 1703. 8. *

SAM. JANSON *ſtagnum veneris oder abhandlung der venus krankheit*, Dreſd. 1703. 8. in pathologicis citavi.

JOHANNES FREIND, medicus caſtrenſis in Hiſpania, inde poſt adverſam fortunam archiater, medicus eruditus, amicus MEADII anno 1703. Oxonii 8. *Emmenologiam* edidit; in qua curationem etiam ſuppreſſorum menſium tradit, ſecundum duas primarias indicationes adtenuandi ſanguinis & ſolidorum laxandorum. Sic contraria ratione nimios menſes craſſitie ſanguinis aucta ſolidorumque denſitate aucta curat, rejecta venæ ſectione. De opii, mercuriique vi differit, & eam ad adtenuationem ſanguinis refert. In *commentariis* IX. *de febribus ad* HIPPOCRATIS *Epidemicorum* Libros I. & IX. Londin. 1717. 4. Amſtelod. 1717. 8. & alias editis multa practica ſunt. Jugularium venarum ſectionem laudat, ejuſque utilitatem ex hydraulicis demonſtrat, ſudoriferorum in febre uſum rejicit & diureticorum. Emetica extollit & cantharides, quarum vim non a ſtimulo, neque ab evacuatione repetit. In pleuritide vera nulla ſputa moveri vult, ſed utique in peripneumonia. Purgationis uſum in variolarum confluente genere poſt diem IX. & in eryſipelate capitis commendavit. EJ. *de purgantibus in ſecunda variolarum confluentium febre adhibendis epiſtola ad* D. R. MEAD. Londin. 1719. 4. Roterdam. 1720. 8. Occaſionem & obtrectatores nactus hic fuſe ſuam praxin rationibus, exemplis & experimento defendit, & præeunte naturæ conſilio, quæ diarrhæa eo tempore ſuborta feliciſſime morbum terminavit, & RHAZIS denique auctoritate. Cæterum venæ ſectiones, cucurbitulas, veſicantia medicamenta abſque metu adhibet, & morbi doctam hiſtoriam dat. Veras horum purgantium laudes eſſe expertus didici. In hiſtoria medicinæ aliqua etiam huc pertinent. Opera omnia conjuncta prodierunt cura VIGANI, adjecta vita FREINDII, Londini 1733. fol. Pariſ. 1745. 4. Venet. 1733. 4. Neapoli 1730. 4.

In H. RIDLEYI *obſervationibus* Londini 1703. 8. excuſis aliqua etiam ad curationes morborum ſpectant.

J. JACOBI BAIERI, Altdorfini Profeſſoris & Ac. IMP. NAT. CUR. Præſidis, multæ bonæ diſputationes ſunt. *De mercurii crudi interno uſu* 1704. An mercurius crudus interne ſumtus

ſumtus necem afferre queat, inquirit. Nam reliqua fere diætetica ſunt. *Problemata quædam medica* anno 1706. *de equitationis incommodis & utilitatibus* 1709. *de ſudore in curanda valetudine noxio* 1709. *de mediis arcendi peſtem* 1722. *de variolarum inſitione* 1725. EJ. *orationum varii argumenti faſciculus*, Altdorf. 1727. 4. EJ. *adagiorum medicorum centuria* Altdorf. 1718. 4. etiam aliquo modo huc pertinet. EJ. *animadverſiones phyſico-medicæ in Novum Teſtamentum*, ibid. 1736. 4.

PAULI HERMANNI Cel. viri poſthuma materia medica variis modis prodiit. Et primo quidem VVELSCHIUS Leidæ 1704. 8. edidit *lapidem lydium materia medicæ* P. HERMANNI breve omnino compendium. Paulo plenius HENNINGERUS a. 1710. 4. Argentorati *cynoſuram materiæ medicæ* excudi curavit, in qua medicamenta ſecundum virium claſſes ordinantur, cum brevi deſcriptione efficaciæ, laude & formulis, non abſque tamen lapſubus. Denique J. BOECLERUS Argentinenſis Profeſſor idem opus ampliſſimis commentariis auxit, & edidit *Cynoſuram* quidem Argentorati 1726. 4. *continuatam* vero *Cynoſuram* ſeu primum ſupplementum 1729. 4. *ſecundam* vero *continuationem*, qua ſimplicia minus recepta & ab HERMANNO omiſſa continentur anno 1731. 4.

J. BOHN diſputationes aliquæ ſunt practici argumenti, eæque utiles. *De revulſione cruenta* 1704. (egregia ea) *de arte naturæ æmula* 1705. *de experientia fallaci* 1710. *de dubia peſtis prophylaxi* 1711. Sed imprimis huc pertinet inſigne opus *de officio medici duplici, clinico & forenſi*, Lipſ. 1704. 4. Univerſalia praxeos, cautelas prudentiæ, & auxiliorum indicationes & genera conſiderat.

CHRISTIANI JOHANNIS LANGII, Lipſienſis Profeſſoris opera conjuncta edidit RIVINUS, Lipſ. 1704. fol. novo cum titulo recuſa ibid. 1735. fol. Secundus tomus praxin generalem & ſpecialem & collegium caſuale continet, tertius diſputationes, quarum multæ etiam practicæ ſunt.

J. ADRIANI SLEVOGT fere diſputationes aliquæ huc pertinent, ut *de infelici curatione hydropis ſaccati*, Jen. 1721. 4. docti eæ cæterum & minime inutilis viri.

GIUSEPPE MONTICELLI *parere circa il ſalaſſo una delle vere colonne della medicina Galenica*, Venet. 1704. 4. EJ. *opinio de purgantibus*, Venet. 1716. 4. *

BERNARDINI ZENDRINI iatromathematici *epiſtola ad auctores criteriorum in* L. MONTICELLI, Venet. 1704. EJ. *trattato della chinachina*, Venet. 1715. 8. Multa hiſtorica continet, deinde deſcriptionem corticis ipſius & quibus ſeorſim gradibus ejus uſus invaluerit, variorumque modorum quibus exhibitus eſt. Febris cauſam in cacochymia viſcida ponit, cujus fomes in bile ſit, quæ ſanguini vitium communicet. In cortice vim reſtituendæ bilis ſtatuit, ejuſque uſum, ut radicalis remedii, tuetur.

JOH. CAMOZZA *anthropolog.* T. I. *in quo facilior & utilior medendi theoria & praxis abſque catharticis, veſicantibus, phlebotomia*, &c. Meſſan. 1704. 4. * MONTIT.

CAROLI GALLUCCII *medicina completa ad Galeniſtarum mentem* P. I. II. *theoretica & practica*, Meſſan. 1705. 4. *

ALEXANDRI THOMSON Scoti *diſſertationes medicæ* VI. Lond. 1705. 8. plani viri & facilis ingenii, diſcipuli BOERHAAVII & DUVERNEYI. Ferri operationem medicam interpreratus eſt ab augmento elateris arteriarum, mercurii a vi ſphærica ſanguinem ſolvente, opii a rarefactione, &c.

FRANCISCI FULLER *medicina gymnaſtica or a treatiſe concerning the povver of exerciſe*; Lond. 1705. 8. 1718. 8. & Germanice Lemgov. 1705. 8. Equitationem, ut diximus, in diætecicis, in phthiſi, tum in morbis pectoris tuſſilaginem, glycyrrhizam, cynogloſſum, diuretica vero & aſellos in hydrope, inque eodem equi uſum laudat, & ubique extollit uſum frigoris balneique frigidi. Proprium etiam, & valde compoſitum morbum, equitando ſuperavit.

J. A. SOELDNER *methodus medendi per ſimplicia*, Leid. 1705. 8. *

VITI RIELDINI *methodus curandi febres genuina & hodierna*, Ulm. 1705. 8. * EJ. *anvviiſung vvie krankheiten zu curiren*, Ulm. 1719. 8. *

ADAMUS BRENDELIUS, vir eruditiſſimus, græcis imprimis literis excelluit, & VVitembergæ Profeſſor fuit, nihil vero niſi diſputationes reliquit, ut *de curatione morborum per carmina* VVittemb. 1706. *de uſu & abuſu venæ ſectionis in curandis febribus* 1715. *de balneis valetudinis cauſa adhibitis*, VVittemb. 1712. 4.

J. ANDREÆ FISCHER *conſilia medica*, Francof. Lipſ. 1705. 8. & *continuatio* 1706. 8. edita lon-

longas morbi & remediorum hiſtorias continent & parallelos eventus. De SYLVII cæterum ſecta fuit. EJ. *Ilias in nuce ſeu medicina ſynoptica medicinæ conciliatrici ſubſecutura præmiſſa*, Erfurt. 1716. 4. * EJ. *reſponſa practica*, Liſp. 1719. 8. *

ANDREÆ PETERMANN *manuductio ad praxin cum obſervationibus medicis*, Lipſ. 1706. 8. 1750. 8. Breve compendium cum formulis.

Deliciarum medicarum, chirurgicarum & chymicarum vol. I. Lipſiæ prodiit 1706. 8. cœperunt autem edi anno 1703. Inprimis chirurgici argumenti ſunt, ſed tamen etiam medici, cum caſuum rariorum practicorum & forenſium, remediorum aliquid contineant.

PANCRATII VVOLF practici Halenſis, cum quo acerbæ lites fuerunt MICHAELIS ALBERTI, HIPPOCRATES *declarans orgaſmon purgantia in febribus acutis alias intempeſtive urgentem adjectis ægrotis auri fulminantis præſtantiam comprobantibus*, Hall. 1706. 4. EJ. *defenſio auri fulminantis contra* G. E. STAHL 1707. 4. EJ. diſputatio *de venæ ſectione intempeſtiva in pleuritide*, ibid. 1706.

SALOMON van RUSTINGH, ſatyrici, ſimplicium medicamentorum laudatoris, *nieuvv gebouvv der geneeskonſt*, Amſtelod. 1706. 8. *

BALTH. BEALE *eſſay attempting a more certain diſcovery of the true cauſes of all diſeaſes*, Lond. 1706. 8. Jubet ad explorandos effectus medicamentorum ſanguinem ex vena mittere, ejuſque mutationes obſervare.

JOSEPHI PITTON de TOURNEFORT, quod nomen viri memoriæ inprimis hæſit *matière médicale*, Pariſ. 1717. edita 12. vol. 2. & anglice verſa, in botanicis laudatur.

PETRI PAXTON *manuductio phyſico-medica*, Lond. 1707. 8. Anglice. *

J. MARIA LANCISIUS, Archiater Pontificius, gratioſus ex primis apud CLEMENTEM XI. vir eruditus omnino, & acris ingenii rectique judicii, theoriæ tamen ſui ævi addictior, & SYLVIANÆ ſectæ, morum benigniorum, & amans componere lites. Ad praxin pleraque ſcripta pertinent, ut Liber *de ſubitaneis mortibus* jam laudatus, quo methodus etiam docetur ſuſcitandi eos, qui pro mortuis habentur, & avertendi mortes repentinas: Liber *de nativis & adventitiis aëris Romani qualitatibus*, quem ipſum in diæteticis laudavimus, & quo publicæ valetudini proſpicere conatus eſt, & Romanas etiam epidemias deſcripſit Libro *de noxiis paludum effluviis*: pulcherrimus ille, quo ſiccatis quidem paludibus epidemias tollere, in ſingulis ægris vero veſicantibus & cortice peruviano natos morbos ſanare nititur, enarratis epidemiis, quæ Urbis veteris, Balnei regii, Piſauri & Ferentini graſſatæ ſunt, cum ſua curatione & additis ſuis & TRAVERSARII pro corticis peruviani innocentia diſſertationibus. Dulcem autem mercurium in dyſenteria vehementer nocuiſſe mecum obſervavit. Liber *de bovilla peſte* hactenus ad praxin pertinet. Hæc opera cum X. diſſertationibus & vita auctoris edita ſunt Genevæ 1718. 4. recuſa cum EUSEBII SGUARII præfatione Venet. 1739. fol. addito Libro *de corde & aneuryſmatibus & catalogo ſcriptorum poſthumorum* LANCISII. Liber *de corde & aneuryſmatibus* & ipſe laudatus eſt. *Conſilia* 59. *poſthuma* prodierunt Venet. 1747. 4. * eodem SGUARIO curante, deſumta ex *bibliotheca noſocomii S. Spiritus*, cui Libros ſuos legaverat moriens archiater.

G. PAULI FERRARI, pugnacis hominis, *polyanthon phyſicum*, Parmæ 1708. fol. * EJ. *riſpoſte ad alcuni queſiti del* C. MANEFFI *intorno alla medicina*, Lucca 1712. 4. * An chalybs in hydrophobia, oleum amygdalarum in febre, lac in epilepſia, venæ ſectio ante purgationem conveniat, quærit. EJ. *la luce più riſplendente in mezzo alle tenebre*, Lucca 1713. 12. * contra M. GEORGIUM.

In JOHANNIS MOYLE *chirurgical memoirs* etiam practica varia exſtant, & curatio luis venereæ *tergiverſatoria* per purgantia interpoſita mercurialibus.

BERNHARDINI RAMAZZINI Mutinenſis, Patavini Profeſſoris, multa ſunt utilia ſcripta, *orationes iatrici argumenti*, Patavii 1708. 4. conjunctæ prodierunt, & pleræque ad praxin pertinent; ut tamen potius acumen aliquod rethoricum, quam ſummum ratiocinii rigorem ſequatur, & ſe empiricis propiorem oſtendat. Nempe anno 1701. felicius curari populum quam nobiles ait. 1702. veram febrium theoriam & praxin deſiderari 1706. ſimplicitatem in facienda medicina præferri debere 1707. Nullum theoriæ in praxin jus eſſe. Deinde *Conſtitutiones epidemicæ* jam recenſitæ, curationibus omnino comitatæ ſunt. *De abuſu chinæ chinæ* diſſertatio epiſtolaris exſtat. EJUSDEM non utilis utique, neque glorioſa auctori, qui a virginibus ſacris corticem abeſſe velit, & a temperamentis melancholicis.

Oleum

Oleum montis Zibini ad varios morbos laudavit. Opera omnia juncta prodierunt Genevæ & auctius 1716. 4. Patavii 1718. 8. vol. 4.

GEORGII FRIDERICI FRANCI GEORGII filius, Profeſſoris Hagienſis polyhiſtoris diſſertationes aliquæ huc faciunt, ut *de morborum tranſplantatione & cura ſympathetica*, Hafn. 1708. 4. *

GROSSENS *bevvährter artzt*, Lipſ. 1708. 4. *

Schleſiſche infections ordnung von 14. Febr. 1680. nebſt einer untervveiſung von der graſſierenden peſt in Pohlen, Cuſtrin 1708. 4. *

ROUSSEAU, qui in Regio laboratorio Luparienſi medicamenta præparabat, *ſecrets & remèdes éprouvés avec les préſervatifs & les remèdes univerſels*, Pariſ. 1708. 12. & prius 1697. 12. Laudat JOURDAN de PELLERIN hunc ſuum magiſtrum (pag. 117.) ſed ea laus parum commendat hominem.

CHRISTOPHLE de JUSSIEU *nouveau traité de la thériaque*, Trevoux 1708. 12. Pharmacopola non ad corroſiva venena fatetur valere ſed ad coagulantia.

J. AMEDE' le FORT *méthode ſimple & facile pour guérir quelques maladies tant internes qu'externes*, Genev. 1708. * EJ. *epiſtola de tumore ſingulari imum ventrem occupante & mortificato*, Genev. 1712. * MANG.

J. BARTHOLOMÆI BERINGER *idea inſtitutionum medicinæ rationalium*, Herbipoli 1708. 8. Breve pro tironibus opuſculum.

CHRISTOPHORI PACKE *medela chymica*, Londin. 1708. 8. Anglice, agyrtæ opus. *

THOMÆ BATES *enchiridion of feavers incident to ſeamen*, Londin. 1708. 12. Febres navales credit plerumque a ſomno ſub dio in navis ſupremo tecto capto oriri, & ſanari volatilibus.

J. GABR. RUDOLPHI *progymnaſma medicum de iis quæ ſunt obſervanda in mulieribus largiter menſtruatis*, Leidæ 1708. 8. Accuſat cereviſiam calidam, quæ hæmorrhagiam uteri moverit, & morbos femininos ea occaſione univerſos conſiderat.

J. POLI LECAAN *advice to the gentleman in the army in Spain and Portugal*, Londin. 1708. 8. In exercitu Anglorum Hiſpanico medicinam fecit. Cauſas morborum caſtrenſium explicat, medicos Hiſpanos accuſat, qui ſola frigida & venæ ſectione omnia mala ſuperare tentent. Febres petechiales autumnales exponit, quas ſanavit (ſi fides eſt) vomitu moto, clyſteribus, cardiacis vinoque, abſque venæ ſectione.

HERMANNUS BOERHAAVE, communis præceptor meus & plerorumque fere in Europa medicorum, vir eloquens, varie eruditus, praxin ampliſſimam per totam Europam ipſamque demum Aſiam conſiliorum ope exercuit, ſimplicium medicamentorum amator, neque timidus aut ſecare ad deliquium venam, aut fortiſſimis uti emeticis aut purgantibus. Qualia in Italia dare non ſit tutum obſervata SCARDONA II. pag. 44. SYDENHAMIANÆ in acutis morbis methodi ſequax, non ſine ſpe tamen ſpecificorum; frictionis in morbis chronicis laudator, acidorum in acutis reſtitutor, non ſine ignari vulgi reprehenſione (V. SVVIETEN I. pag. 126.) Ad praxin facit poſterior pars *Inſtitutionum rei medicæ*, cujus editiones dixi in Pathologicis. In *Therapeutice* enim, indicationes varias, tum claſſes remediorum proponit, brevis omnino, cum non ſoleret huic parti ſuarum prælectionum immorari. In eam partem exſtant PRÆCEPTORIS propriæ prælectiones, quæ VI. *tomum* earum efficiunt, quas edidi Gottingæ 1744. 8. 1750. 8. & alias editas, quem paſſim video mihi tribui, cum nihil meum ſit, præter ordinem codicum, quos contuli. Deinde *Aphoriſmi de cognoſcendis & curandis morbis* in pathologicis dicti, & ſæpius recuſi, magnam partem praxeos continent, breviſſima dictione, ut ſolebat ſcribere PRÆCEPTOR. Morbos prius univerſales & aceſcentium varie, aut glutineſcentium humorum, deinde fibræ laxæ aut rigidæ, tunc motus aucti aut imminuti; inde obſtructionem, inflammationem (cujus novam theoriam dedit) febremque per omnia ſymptomata perſequitur. Morbos acutos, ſubtiliter cauſas & ſpecies rimatus, imprimis anginæ, tum graviores chronicos conſideravit, fonteſque medelæ ex cauſis propoſitis eruit. In eum Librum prælectiones] PRÆCEPTORIS ſæpe editæ ſunt, ut mentiuntur Patavii prodiiſſe v. g. 1728. vol. 5. titulumque præfigerent *praxeos medicæ ſeu commentariorum in aphoriſmos*, non multo caſtigatius recuſæ Ultrajecti 1745. 8. vol. 5. quibus multa tamen bona inter vitia grammatica latentia continentur. Deinde ILL. GER. van SVVIETEN *commentarios in eoſdem* dedit, jam laudatos, quo-

quorum duo priores tomi prodierunt, duo remanent. Anglice verſi ſunt 1845. & Venetiis 1746. Turini 1745. 4. Hildburghuſæ 1747. & Pariſiis 1745. 4. recuſi. Iis & PRÆCEPTORIS prælectiones, & ILL. diſcipuli ſententiæ atque experimenta continentur. Inter genuina porro BOERHAAVII opera, huc faciunt orationes, gravi brevique dictione ſcriptæ, maxime ea *de repurgata medicina facili ſimplicitate*, Leid. 1709. 4. & *de honore medici & ſervitute*, ibid. 1731. 4. qua medicum jubet naturam ſequi, per ſummam virium vitæ ab ipſo creatore oppoſitam morborum furori. Huc porro *Praxis medica* pertinet Londini 1716. 12. edita, quæ ipſa longe melius Leidæ anno 1729. & alias recuſa exſtat, formularum nempe collectio pro Aphoriſmis practicis, in quibus efficaciam gratiæ omnino prætulit.

Inter Libros a diſcipulis excuſos huc facit imprimis Liber *de viribus medicamentorum*; quo eorum efficacia mechanice & fere ad BELLINI morem explicatur. Acria vaſi infixa prominentia de vaſis tunica cui hærent, & intercipientia fluentum liquidi: viſcida dilatationem facientia vaſis ſui & tumorem, errorem loci & alios morbos ſimplices ibi deſcribit. Inde primum ſolidorum remedia, & agendi modum, claſſeſque ſtimulantium, contrahentium, roborantium, laxantium, conſtipantium, ſarcoticorum, ſolventium (cum dolore) enarrat. Tunc claſſe remediorum in fluida operantium, diluentia, denſantia, acria, demulcentia, diluentia, coagulantia, moventia. Hinc eas claſſes habet, quæ ſecretiones mutant, purgantia, ſudorifera, emmenagoga, &c. Tum ea remedia, quæ & in ſolida agunt, & in fluida, aperientia, mollientia, adſtringentia, detergentia, calefacientia, refrigerantia. Denique topica & anodyna & antidota. Primum 1722. maculoſe prodiit, inde Pariſiis a BENED. BOUDON ornatior editus eſt anno 1727. 12. & 1740. 12. Gallice vertit J. de VAUX & edidit Pariſ. 1729. 12. Deinde ut lego la METTRIE 1744. 8. nam non vidi. * Deinde *conſultationes medicæ*, Londini Latine 1744. 8. prodierunt, Pariſiis anno 1750. 12. recuſæ, Anglice vero 1745. 8. quas Hagæ etiam eodem anno 1744. excuſas edidi Gottingæ acceptas a BOERHAAVII familia, pariter anno 1744. 8. aliquantum auctiores, & quas multo perfectius continuo curabo recudi; tum Libellum qui vocatur *introductio ad praxin clinicam*, Leidæ 1720. 4. typis impreſſum, & alia. In illis conſilia habentur ad Anglos, abſque eventu. Ego eventus plerumque adjeci.

Inde *prælectiones publicas de morbis oculorum* anno 1708. ab anonymo deſcriptas publicavi, Gottingæ 1746. 8. recuſas, Venetiis 1748. 8. & Pariſiis 1749. 8. atque ibidem eodem anno Gallice verſas. Eas ex codice HEISTERIANO ornatius cum figuris emendatis & meliori editione anno 1650. 8. reduci feci, tum C. LUDOVICI WILLIG cura, tum mea, non inutiles certe, ut vidi in ophthalmiis conſilia magni viri felicia fuiſſe. Collectiones operum variæ prodierunt, nulla tamen plena eſt, ut Venet. anni 1735. 4. & alia *opuſculorum* Hagienſis. Nos minora opuſcula genuina BOERHAVII conjuncta proxime edemus.

GODOFREDI ROTH chemici, & STAHLII diſcipuli *prælectiones academicæ ſeu ſpecimen veræ pathologiæ theoretico-practicæ* F. Lipſ. 1708. 4. recuſum ſub titulo *caſus medicinales* 20. Lipſ. 1725. 4.

.. BEHM *armamentarium ſanitatis*, Venet. 1709. 4. *

FRANCISCI TORTI *therapeutica ſpecialis*, Mutinæ 1709. 4. & 1712. 4. edita, & ſæpe recuſa, nuperque auctius, Venet. 1743. 4. dicta in pathologicis, & ejus epiſtola ad FERRANTUM FERRARI Mutin. 1719. & *ad criticam diſſertationem de abuſu chinæ chinæ a RAMAZZINO meditis Mutinenſibus perperam objecto reſponſiones*, Mutin. 1715. 4 & unicum de eadem re folium Mutin. 1718. 4. * tota ſunt in laudando & tuendo ab adverſariornm objectionibus cortice peruviano.

Recueil des plus beaux ſecrets de médicine, Amſtelod. 1709. 12. Vana & ridicula.

J. GOTTLIEB BOETTICHER *hauſ und reiſe medicus*, Schneeberg. 1709. 8. *

IATROPHILI SINCERI *unterweiſung die meiſten krankheiten zu curiren*, Francof. 1709. 8.

Von der peſt und graſſierenden ſeuchen: accedit J. GOFFR. BEGLER'S *Unfug des natürlichen Zinnobers im menſchlichen leibe*, Hafniæ 1709. 4. *

VITI EBERHARDI ROHT *medicina portatilis*, Ulm. 1709. 12.

Kurzer unterricht von der anno 1709. *ſich ereignenden rothen Ruhr*, Erfurt 1709. 4. *

Gründlicher unterricht wie bey anjetzo graſſierenden ſeuchen ein ieder ſein eigner medicus ſein könne, Hall. 1709. 4. *

JOHN. SINTELAER *the ſcourge of venus and mercurius*, Lond. 1709. 8. *

AUG.

AUG. QUIRINI RIVINI *diſſertationes medicæ*, Lipſ. 1710. 4. prodierunt, omnino 47. celebris viri & varie docti, ſed parum profuturæ practico. Libellum de peſte diximus.

Hiſtoria morborum Uratislavienſium. Primam editionem non vidi, eos vero morbos qui anno 1699. & primis annis graſſati ſunt, oportet jam anno 1702. deſcriptos prodiiſſe; cum Breslaviæ jam anno 1703. 4. prodierit L. N. C. a. C. V. *examen caſtigationum & animadverſionum Graboerianarum*, quæ nempe contra hiſtorias morborum prodierant. Mea editio eſt Uratisl. 1706. 4. pro morbis qui anno 1699. 1700. 1701. graſſati ſunt, quibus acceſſit *tractatus de experientia*, & *obſervationes practicæ de hydrope pectoris*. Deinde *hiſtoria morborum qui anno 1702. Uratislaviæ graſſati ſunt* ſucceſſit ibid. 1710. 4. Conjunctæ vero omnes cum *mea præfatione* Lauſannæ recuſæ ſunt 1746. Auctores ſunt CELL. PREUSSIUS, PAULI, KLAUNIG, GRASS, OEHM & CHRISTOPHORUS de HELVVICH, cujus calamo reliqui uſi ſunt, de STAHLII gente omnes oſores corticis. Utiles tamen non ſolum morborum hiſtorias, ſed eventus curationum, etiam funeſtarum, fideliter obſervatos, & medicamentorum felicium in morbis variis minus notorum, aliorum aut infidorum aut cum malo effectu adhibitorum primi obſervarunt.

J. FRID. TREFURT *de peſte* Dreſd. 1710. 8. *

GOTTLIEB BUDAEI *conſilium medicum wie man wegen der peſtilenz, fleckfieber und anderer hitzigen krankheiten ſich verhalten, verwahren und curiren könne*, Budiſſin. 1710. 4. * EJ. *conſilium medicum de peſte* 1714. 8. * EJ. *conſilia medica von der krampf ſucht*, Budiſſin. 1717. EJ. *miſcellanea medico chirurgica practica & forenſia*, Lipſ. 1731. & ſeqq. 4. cum conſiliis & obſervationibus.

Unterweiſung wie man ſich bey der contagion vor dem peſtilenzialiſchen gifft bewahren könne, Kuſtrin 1710. 4. *

CONRAD BARTHOLD BEHRENS *de peſte* 1710. 4. *

JAC. FINKENAU, Profeſſor Regiom. *de fonticulorum uſu tempore peſtis*, Regiomont. 1710. 4.

CHRIST. LUD. WELSCH P. Lipſ. *de ſuperſtitioſa cura morborum*, Lipſ. 1710. 4.

A. N. HUBNER *amuletorum hiſtoria*, Hall. 1710. *

BAPTISTÆ LIBERTI *freund in der noth oder allerley artzneymittel* F. Lipſ. 1710. 8. *

J. PHIL. EYSEL P. Erfurdenſis *compendium practicum modernorum praxi clinicæ accommodatum* (valde breve) Erfurt. 1710. 4. EJ. *opera medica & chirurgica*, Francof. 1718. 8. *

Galanterie artzt, Dreſd. 1710. 12. *

THEOD. VALENTINI KRAMER *Medicina diſcens & docens*, Lipſ. 1710. 12. * EJ. *unterwieſener patient* 1724. 8. *

In collectione J. BAPTISTÆ BIANCHI, quæ cum *hepatis hiſtoria* conjungitur, varia practica habentur, quæ cum pathologicis enumerata ſunt.

JOSEPHI VOLPINI, Profeſſoris Parmenſis, *ſpaſmologiam* lego prodiiſſe Amſtelodami 1710. 4. EJUS *opere medico pratiche filoſofiche* excuſa ſunt Parmæ 1726. 4. Continent ſanationem morborum verminoſorum. Quinta etiam epiſtola practica eſt, & formulas atque remedia tradit. Sexta tuetur veſicatoria, exceptis febribus ad putredinem vergentibus, a quibus cantharides, ob vim alcalinam, vult abeſſe.

In D. GUILIELMINI operibus medicis & phyſicis, quæ Genevæ anno 1719. 8. conjuncta prodierunt, practici argumenti eſt *Epiſtola de quinquina cortice ſeu de ejuſdem operandi ratione* brevis omnino, data anno 1702. & ſatis adverſa generoſo huic remedio.

NICOLAI ANDRY, Medici & Profeſſoris Pariſini, *remarques de médecine ſur différens ſujets principalement ſur ce qui regarde la ſaignée & la purgation*, Pariſ. 1710. 12. * nempe contra Libellum anonymum, quem HECQUETO tribui ſcripſimus, de venæ ſectione agit, quam nimiam in febribus inprobat, de purgatione, quam commendat, de potu, &c. EJ. *orthopédie ou l'art de prévenir & de corriger dans les enfans les difformités du corps par des moyens a portée des Pères & des Méres*, Pariſ. 1741. 12. vol. 2. Huc & ad diæteticen & ad chirurgiam perinde pertinet, cum varia vitia ſtaturæ, dentium, capitis, partim machinis, partim contraria actione muſculorum ſuperare doceat. Strumas, rejecta in primis pulte ex lacte cocto facta, ſanandas ſuſcipit cinere variorum pannorum & amuleto ex raſo ſubere: ſudorem pedum geſtato in calceis linteo cerato. Negat confectionem de hyacintho calefacere, &c. Liber *de vermibus* omnino etiam praxin continet.

DAVID HAMILTON, Archiater Regius, Londini 1710. 8. ſcripſit *de praxeos regulis & de*

febre miliari libellos recuſos Ulmæ 1712. 8. Jubet medicum cautum eſſe in percipienda hiſtoria integra morbi præcipui, ne ſymptoma pro morbo curandum ſuſcipiamus. Remediis ſuadet uti ſimplicibus, qualia per exempla ad morbos pluſculos proponit. Febrem miliarem a viſciditate ſanguinis & acida acrimonia ortam, teſtaceis & calidis diaphoreticis aggreditur.

The tomb of venus, or a certain method for people to knovv, if they are cured, or not: vvith effectual remedies to eradicate all noxious remainders, &c. Lond. 1710. 8. Videtur verſio eſſe, cum addatur eſſe extranei medici.

In JOH. SPINKE *London's medical informer* pag. IV. eſt de morbo venereo ejuſque curatione, Londini 1710. 8. *

DALES *Pharmacologia* Londini 1710. 8. recuſa & 1718. 12. inter optima materiæ medicæ compendia eſt. Repetitur in botanicis, totum tamen ambitum medicamentorum ſimplicium continet.

CAR. FRANCISCUS COGROSSI multos libellos reliquit ut, *della natura ed uſo della corteccia del Perù*, Crema 1711. 4. 1718. 4. * & *giunta al trattato della china china*, Crem. 1716. 4. * & *nuova giunta ad eumd. l.* Crem. 1718. * *de praxi promovenda*, ibid. 1714. 8. * diſſertatio qua oſtendit *non dari medicinam univerſalem*, Patav. 1723. 8. * EJUSD. pluſcula *opuſcula* fuīt in iis quæ *ſcientifica* dicuntur, ut in Tom. VI. de mercurio, mimoſa, ſaccharo, quod dicitur aves occidiſſe: In Tom. VIII. *de china china*, idem forte quod Cremæ prodierat: in Tom. XII. de veſicantibus: in Tom. XIII. de medicina in genere: in Tom. XIV. de uſu olei amygdalarum dulcium in colica inflammatoria; & pro venæ ſectione in phthiſica febre: in Tom. XV. de febribus non curandis: in Tom. XVI. de inſania: in Tom. XVII. de medicina ſympathetica: & alia.

NICOLAI CRESSENZO S. CRESCENTII *tractatus phyſico-medicus in quo morborum explicandorum potiſſimum febrium nova proponitur ratio*, Neapol. 1711. 4. Pro curatione quæ aquis fit gelatis contra theorias SYLVII & HELMONTII, & contra fermenta & calidorum medicamentorum in febribus uſum dicit. EJUSDEM *raggionamenti intorno alla nuova medicina dell' acqua coll' aggiunta d' un breve metodo da praticarſi l' acqua anche da coloro che non ſono medici*, Neapoli 1727. 4. Aquæ nivatæ uſum, ex Hiſpania receptum, inde adhibitum ab ANTONIO MAGLIARI, vehementer laudat, a ratiocinio & inprimis ab experimento, ad febres acutas in univerſum, ad eryſipelaceas febres, & intermittentes, & cum interno abſceſſu, conjunctas; ad variolas, lienteriam, empyema, apoplexiam, hydropem, ad euthanaſiam. Addit cautelas. Dare eam oportet in paroxyſmi incremento. Requirit diætam valde parcam, & copioſe præſtat bibere, quam parce. Prognoſes, doſin & alia ad cautum uſum requiſita fuſe adjicit.

CHAMBON *principes de phyſique raportés à la medecine pratique*, Pariſ. 1711. 12. 1714. 12. 1717. 12. * ridiculus chemici liber.

HENRICI ELIÆ HUNDERTMARK, medici Cizenſis, *mediciniſcher extract von einem dutzt der ſchvvereſten krankheiten vvelche er (und zvvar die franzoſen ohne ſalivation) vermittelſt der diaet und ſeiner remediorum glücklich curirt und mit exempeln erleuchtet*, Lipſ. 1712. 8. * libellus pro vendendis medicamentis ſcriptus.

JOH. BURING *anleitung zur arzney kunſt*, Lipſ. 1711. 8. *

DEMOCRITI CHRISTIANI ſive DIPPELII, celebris chemici, & naturalis religionis acerbi defenſoris, *vita animalis morbus & medicina* prodiit Lipſiæ 1711. 8. Lubec. 1730. 8. & auctius germanice cum titulo *krankheiten des animaliſchen lebens* & utilibus notis, Franc. Lipſ. 1736. 8. Omnem praxin ad pauca remedia reduxit, & oleum animale ſuum omnibus convulſionibus inprimis oppoſuit, cujus medicamenti alii laudes recitant, alii vituperia, interque iſtos auctor verſionis. Ad hydropem laudat baccas juniperi cum armoracia. Calculum etiam diſſolviſſe dicitur, ſed ea omnia non geſta ſunt coram idoneis teſtibus.

J. PHIL. HERTODT *medicus euporiſtus duodecim medicamentorum*, Haag. 1711. 8. ſuperſtitioſa varia continet.

HENRYK BUYZEN *practyq der medicynen*, Haarlem 1711. 8. * cum notis ALMELOVEENII.

J. JOACH. la GRUE *korte reden over de nuttigheyt der ſalivatie & hoe men dezelve veiliger vortzetten zal*, &c. Amſterd. 1711. 8. *

Cov-

COVVART *pratique abrégée de médecine & des médicamens*, Paris 1711. 12. Compendium alphabeticum.

ELIÆ CAMERARII, olim præceptoris noſtri, multa ſunt ſcripta, quæ ad praxin faciunt, ipſe tamen in erudito otio inter libros ſuos conſenuit. EJ. diſputatione *de ſalivatione ſine ſalivatione* prodiit Tubing. 1711. 4. EJUSDEM *diſſertationes epiſtolicæ Taurinenſes medicæ & phyſicæ*, Tubing. 1712. 8. Morborum aliqua exempla etiam habet, ut tamen hiſtorice & critice inprimis ſcripſerit. Tractatum *de morbo catarrhali* diximus. EJUSDEM *ſpecimina medicinæ eclecticæ*, Francofurti inpreſſa ſunt 1713. 4. In pathologicis ſcripſi, contra MORTONI theoriam febrium varia hic haberi, & contra ſyſtema BAGLIVII de fibra ſolida, VIEUSSENIIque theoriam delirii & melancholiæ. EJUSDEM *conamina medicinæ conciliatricis*, ibid. 1714. 4. Contra TSCHIRNHAUSII nimis ſimplicem medicinam objectiones proponit. EJUSDEM *ſyſtema cautelarum medicarum*, Francof. 1721. 4. aliqua etiam practica continet.

In DANIELIS LUDOVICI operibus omnibus, Francof. 1712. 4. recuſi ſunt duo libri *de morbis caſtrenſibus & dyſenteria* alibi tacti, & *obſervationes* 48. quas in E. N. C. ediderat.

J. ADOLPHUS VVEDEL (G. VVOLFGANGI fil.), Jenenſis Profeſſor, *de conjectura medica artificioſa*, Jenæ 1712. & alias diſputationes edidit.

CHRISTIAN VVEISBACH *vvahrhaftige und gründliche cur aller dem menſchlichen leibe zuſtoſſender krankheiten*, Argentor. 1712. 1732. 8. & alias. Ad STAHLII theoriam.

MAXIMILIANI PREUSS *agendorum apud ægros Ilias in nuce*, Breslau 1712. fol. Compendium nempe praxeos.

J. HENRICUS HEUCHER, Profeſſor VVittebergenſis & archiater Saxonicus, diſputationes inprimis practicas dedit, ut illam *de cautionibus in curando ſcorbuto neceſſariis*, VVitemberg. 1712. 4. EJUS *opera omnia* a CHRISTIANO FRIDERICO HÆNELIO olim amico noſtro, ejuſque fratre edita ſunt Lipſiæ 1744. & 1745. 4. vol. 2. quibus aliqua practica facili dictione conſcripta continentur.

FRID. VVILH. STEURLIN *de peſte & morbo contagioſo*, Lipſ. 1712. 4. * EJ. *Kurtze und vvohlmeinende unterrichtung vvie ſich iedermann bey graſſierender Ruhr mit und ohne fieber verhalten und vervvahren kan*, Lubben 1719. 4. *

J. JAC. BRAUNER *theſaurus ſanitatis* P. I. Francof. 1712. 4. P. II. 1713. ibid. * EJ. *vveiber und kinder artzt*, Francof. 1713. 8. * EJ. *peſtbüchlein*, Francof. 1714. 8. *

AL. CH. GAKENHOLTZ *pro advertenda peſte*, Helmſtadt. 1712. 4. diſputatio.

DAVID FRIEDEL medicamentorum venditoris *Frauenzimmer medicin*, Lipſ. 1715. 8.* EJ. *verderbte medicin oder 25. darinn viele misbraüche der medicin gezeigt... nebſt anvveiſung vvie die curen nach* BOHN RIVIN, STAHL's *lehre anzuſtellen*, Lipſ. 1722. 8. * EJ. *anmerkungen über viel ſchvvere krankheiten und dafür dienende artzneymittel*, Lipſ. 1720. 8. * Roſtoch 1724. 8.

LUDOVICI VITI phil. & med. lect. *ſopra la cura de' vajuoli*, Perug. 1712. & 1713. 8. Methodum refrigerantem in variolis ſumma cum conſtantia adhibuit, lecto excluſit ægrum ante diem quartum, noluit feneſtras claudi, propinavit decoctum ficuum cum lacte, aliaque lenia, venam ſecuit, quoties tuſſis accederet. Duo VIRI, diſcipuli VITI VIRGILIUS LOCCHI & LUDOVICUS MARITTI, Venetiis anno 1745. 8. ediderunt, a morte auctoris *dialoghi d' un Romano, e d' un Bologneſe ſopra la cura de' vajuoli ſecondo le dottrine di* L. VITI. *Aggiunſe un diſcorſo dell' influenza catarrale occorſa in Perugia l' anno* 1713. quo catarrhus poſt humidum autumnum epidemicus cum gravi febre conjunctus deſcribitur.

.... MARAFFI *queſiti intorno alla medicina*, Lucca 1712. 4. *

La Ruota ſpezzata, Colon. 1712. contra ROTARIUM. *

LOUIS BELLE FONTAINE *medicine dogmatique méchanique*, Amſtelod. 1712. 8. *

PHIL. VVOODMANN *medicus noviſſimus*, Londin. 1712. 12. *

J. VVHITE *nevv and exact obſervations on feavers*, Londin. 1712. 8. ſanguinis miſſiones pro pondere corporis ægroti temperare ſuadet, & amplas omnino, ut vir 200. Librarum amittat uncias 60. 70. vir 150. L. uncias 50. 60.

J. BAPTISTÆ VERNA *pleuritis morborum acutorum princeps*, Venet. 1713. 4. Obſervationes in regno Neapolitano factæ ſunt. HIPPOCRATEM inprimis ſequitur. Pleuritidem in pleura etiam ſedere confirmat, plerumque tamen in muſculis. Inflammationem in venis obſtructis & varicoſis locum habere poſſe adfirmat. Sputa derivat ab arteria bronchiali. Prognoſis

gnoſis ad morem COORUM præſagiorum addit. Curat per venæ ſectionem iteratam, nitroſa, expectorantia, etiam Ceti ſperma. BELLINI præcepta in revulſione ſequitur, neque a venæ ſecandæ neceſſitate aut infantes excipit, aut feminas gravidas. Multum tribuit oleo amygdalarum dulcium. Hiſtorias HIPPOCRATICAS pleuriticorum commentario illuſtrat. EJUSDEM *phlebotomia princeps medicamentorum*, Patav. 1716. 4. Defendit venæ ſectionem, ipſe ex HELMONTIANA ſecta converſus, etiam in malignis vulgo ſic dictis morbis, & inprimis in brachio ſuadet adhibendam, &c.

Parere del D. N. N. *intorno la domanda fattagli dal* S. MATTEO GIORGI *riguardante un certo libruccio ſtampato in Lucca*, Genova 1713. 4. * Opus ANTONII FRANCISCI BERTINI, lites continens publico non utiliſſimas; ipſe pro GEORGIO contra FERRARIUM ſcripſit.

ANTONIO MESSERI di Bibbiena *lettera al* S. G. P. FERRARI *in riſpoſta alla riſpoſta data dal med-ſimo al* S. MATTEO GIORGI, Lucca 1713. 4. *

BARTOLOMEO CORTE *rifleſſioni ſopra il ſalaſſo*, Milano 1713. 12. *

MARIA CHIARIANNA *deſider. amico medico*, Padova 1713. 8. Veron. 1724. 8. *

NICOLAI LANZANI *metodo di ſervirſi dell' acqua fredda*, Neapoli 1713. 4. *

EMANUELIS TIMONII Liber *de variolarum hiſtoria qua per inoculationem excitantur*. dicitur Conſtantinopoli 1713. prodiiſſe, qua primum hæc nova operatio Europæ innotuit, ex Circaſſia advecta. Eum Librum non vidi, ſed conf. J. *de Trevoux* 1715. oct.

Diſcours contenant les meilleurs effets de la pierre nèphritique, Orleans 1713. 12. *

ALEXANDRI SCHAMSKY, Phyſici Olmucenſis, *freund in der noth oder gründlicher unterricht vvie ein ieder bey jetzt graſſierender ſeuche ſein eigner medicus ſeyen ſoll*, Prag. 1713. 8. EJUSD. *promtuarium parvum medico-practicum*, Norimberg 1714. 4. ſpiſſum volumen eſt, quo praxis fere ETTMULLERIANA & diaphoretica traditur.

Kurtzer unterricht vvie ſich der gemeine mann vor der graſſierenden ruhr und peſt ſeuche vervvahren un curiren könne, Helmſtätt 1713. 8. *

Auſſatz vvie der gemeine mann uvieder die anſteckende ſeuche ſelbſt ſich ſchützen könne, VVien 1713. 8. *

HENRICI ALEXANDRI NIESER *ſicherer vveg vermöge einer Panacea tartarea die Franzoſen ohne ſalivation nebſt andern krankheiten zu curiren*, Berlin 1713. 8.

J. J. JANTKE Profeſſoris Altdorfini *unterricht vvie man ſich bey der peſtilenzialiſchen ſeuche vervvahren und davon befreyen könne*, Sulzbach 1713. 8. * EJ. *ſelectus materia medica tabulis* 68. *exhibitus* Norimberg. 1720. 12. 1731. 12.

HENRICI HENRICI *de uſu corticis chinæ febrifugo cauto & ſuſpecto*, Hall. 1713. diſputatio. Credit inde oriri arthritides, hecticas, alvum adſtringi, recidivas fieri.

IMMANUEL VVEISMANN *fata & impoſtura variolarum*, Ulm. 1713. 4. *

J. BAPTISTÆ VVERLOSCHNIG *curationis verno-autumnalis abuſus*, Francof. 1713. 8. *

MARCI GERBEZ *intricata medica extricata*, Francof. 1713. 4. *

ERNST. GOTTHOLD STRUVE *von den frühling und herbſt curen*, Prenzlau 1713. 8. * EJ. *entvvurf des zuverläſſigen gebrauchs einiger medicamenten*, Kiel 1737. *

ARCHIBALDUS PITCARNE dictus eſt inter phyſiologos, iatro-mathematicus, ex celebrioribus, BELLINI amicus, Præceptor BOERHAAVII, qui multa ab eo recepit. EJUS aliqua practica ſunt. In *diſſertationibus medicis* quæ Edimburgi 1713. 4. Roterdam. 1714. 4. & Venetiis 1715. 4. excuſæ ſunt, *octava* eſt de febribus, in qua ſudorifera medicamenta contra purgantia tuetur. *Nona* eſt *de opera quam in ſanandis morbis præſtant corpora acida & alcalica*: ubi oſtendit, non ob acidam obve alcalinam naturam medicamenta operari. Poſt mortem PITCARNII *elementa medicinæ mathematica* prodierunt Londini 1717. 8. recuſa in collectione operum Leidenſi 1737. 8. & Londinenſi, ni fallor, anni 1727. 8. quæ anglico ſermone prodiit. Ea elementa ſatis vitioſe exſtant, ut in *Edimburgenſibus actis* monetur, in iis proponitur valde altiſonum ſyſtema iatromathematicum, ad BELLINI ſententiam, a quo PITCARNIUS venæ ſectionis theoriam habet, vertiginis theoriam, alia. Paradoxus cæterum curator fuit, qui emetica laudet in partu difficili.

LUDOVICO ANTONIO MURATORI *del governo della peſte, e della maniera di guardarſene*, Modena 1714. *

JOSEPHI MARIÆ XAVERII BERTHINI *theſes e ſacriori medendi methodo deprompta*, Florent. 1714. fol. *

BAR-

BARTOLOMEO MARZI *giuſtificazione contro l' ingiuſta condanna fattagli dal S. J. G. PAOLO FERRARI*, Colonia 1714. 4. de curatione ægroti ſe purgat, quam accuſaverat FERRARIUS. *

BROVVNE's *inſtitutions de phyſick*, Lond. 174. 8. *

JOHN CATHERVVOOD *method of curing apoplexy*, Londin 1714. 8. 1715. 8. In appendice agit de uſu & abuſu medicinæ, & epiſtolam dat ad F. SLARE de bezoardicis. Arterioto-men defendit, & præfert venæ ſectioni.

MICHAELIS ERNESTI ETTMULLERI, MICHAELIS f. Profeſſoris Lipſienſis, doctæ exſtant diſputationes, inter quas eſt *de effectibus muſices in hominem*, Lipſ. 1714.

J. JAC. ROSENSTENGEL *myrothecium medico-practicum*, Francof. 1714. 4. * Videtur eſſe compendium materiæ medicæ. EJ. *medicus practicus clinicus forenſis*, ibid. 1717. 4. * compendium nempe medicinæ.

In celebri Libro JOSEPHI GAZOLA, quo medicinam refutare conatus eſt, & quem in hiſtoricis diximus, venæ ſectionem imprimis & plethoram etiam refutat.

JACOBI PILARINI *nova & tuta variolas per traſplantationem excitandi methodus*, Venet. 1715. 12. * inoculationem nempe deſcribit, quam viderat Conſtantinopoli in uſu eſſe, ubi, & in VValachia, medicinam fecerat. Vita recenſetur in *Giorn. de letter. d' Ital.* T. XXXI.

Heilſame mittel vvieder die graſſierende ſeuche unter dem Hornvieh. Hall. 1716. 4.

HENRICUS HAGUENOT in celebri illa *de ileo* diſputatione, Monſpelii anno 1715. defenſa, valde ſuadit flatum in ileo per anum adigi. EJ. *an tympanitidi carminativa*, Monſpel. 1716. 8. EJ. *mémoire contenant une nouvelle méthode de traiter la verole*, Montpellier 1734. 8. nempe balneo moderari vim argenti vivi per frictiones introducti ſuadet, quo obtineatur, ut abſque noxia violentia fungatur officio.

PETER KENNEDY *eſſay of external remedies*, Londin 1715. 8. Utilia eſſe medicamenta per poros cutis adplicata, minus enim mutari, quam in ventriculo, etiam purgari eo modo poſſe, & vomitum moveri, & omnes morbos ſanari.

General obſervations and preſcriptions in the practice of phyſick by a London Phyſician, Lond. 1715. 8. *

J. CONRADI BARCHUSEN, Profeſſoris Ultrajectini, *collecta medicinæ practica*, Amſtelod. 1715. 8.

FERDINANDI CAROLI VVEINHARD Profeſſoris Oenipotani *medicus officioſus praxi rationali & ſelectis formulis inſtructus*, Norimberg. 1715. 8. 1723. 4. cum *commentario* J. F. LOEUVV, * EJ. *nucleus univerſæ medicinæ in tres partes diſtributus*, quarum 2. eſt praxis, Patav. 1715. 8. 1728. 8. *

CHRISTOPHORUS de HELVVICH, diverſus ab Uratislavienſi medico, Tennſtadii & Erfordiæ vixit, & multa hinc inde collegit, vertit aut edidit, tum ſuo, tum peregrino nomine: & ſuo quidem imprimis *Grund und Lehrſäze der medicin*, Lipſ. 1715. 8. * *Geheimer medicus*, Francof. 1725. 8. * *Haus medicus und land barbier*, Lipſ. 1719. 8. * *Armer leute haus medicus*, Francof. 1716. 8. * *Frauenzimmer und kinder apotheke* 1700. 12. * *Anmerkungen von allerhand raren mediciniſchen dingen*, &c. Erfurt. 1711. 8. 1710. 8. cum nonnullis reſponſis & conſiliis. Tum cum falſo nomine VALENTINI KRAUTERMANNS *vveiberkrankheiten* Lipſ. 1711. 8. * *de urina, pulſu & venæ ſectione*, Lipſ. 1723. 8. * *Praxis medica vvie eine krankheit vvohl zu erkennen und die cur ſicher einzurichten*, Arnſtatt. 1734. 8.* *VVie das ächzende hüfte, rük und lendenvvehe zu curiren*, Arnſtatt. 1746. 8. *Conſilia ſecreta von vveiber krankheiten*, Lipſ. 1742. 8. *

J. NICOLAI MARTII *de magia naturali ejuſque uſu medico*, Lipſ. 1715. 4. *

J. CASPAR MANGOLD *materia medicæ idea nova tripartita*, Baſil. 1715. 8. *

RUDOLPHUS JACOBUS CAMERARIUS, frater ELIÆ natu major, & pariter Profeſſor Tubingenſis, vir minime de vulgo, ut adparet ex ejus Epiſtola *de ſexu plantarum*, multas diſputationes utiles reliquit, ut eam *de conſilio ad podagram internam Anglicano*, Tubing. 1716.

J. SIM BAUERMULLER, præcipui diſcipuli STAHLIANI, *ſpecimen theoriæ medicæ .... therapiam comprehendens*, Norimberg. 1716. 8. de mendis ipſe auctor conqueritur.

Le BRETON *remédes choiſis de médecine & de chirurgie*, Pariſ. 1716. 8. *

JOSEPHI LANZONI Ferrarienſis, varie docti viri & collectoris, *Adverſaria & conſultationes medicæ*, Ferrariæ edita ſunt 1716. 8. quorum, quæ *conſultationes* vocantur omnino 174. exſtant

exſtant in *ſecundo* tomo operum Lauſannæ anno 1738. 4. recuſorum. Sic in T. III. *Adverſaria*, *animadverſiones* & aliqua practica exſtant. Sed non videtur praxis præcipua cura LANZONI fuiſſe.

VVYERI GUILIELMI MUYS *diſſertationes & obſervationes de ſalis ammoniaci ad febres intermittentes uſu*, Franeker 1716. 4. Egregie docet per obſervationes, febres intermittentes ſale ammoniaco fugari poſſe, quam efficaciam ejus ſalis nos etiam, & CL. BRENDELIUS in acutis febribus obſervavimus, nihilo deteriorem quam nitri, & etiam meliorem, quoties alvum laxam eſſe non convenit.

LEAL LEALIS *hebdomada febrilis* P. I. Patav. 1717. 4. *

VINCENZIO RENZONI *difeſa dell' impropria cenſura fattagli dal* D. BERN. MARIANI, Lucca 1719. 4. * & contra eam *riſpoſta dal* D. BERNARDINO MARIANI *alla difeſa del* D. V. RENZONI, Lucca 1718. 4. *

J. BAPTISTÆ GUASTALDI *Ergo febribus intermittentibus china china*, Avignon 1718. 8. *

GERHARD GORIS *mercurius triumphator in morborum chronicorum curatione*, Leid. 1717. 8. *

J. CHRIST. SPROEGEL *kinder pflege*, Hamburg 1717. 8. *

GREGOR. THEOD. BARTHOLDI *opera medica*, Francofurti 1717. 4. prodierunt, quibus imprimis *praxis clinica* continetur.

Haus artzney, Buding 1717. 8. *

LUDVVIG VVILHELM V. KNORR *Venus à la mode oder vvle die im ſchvvang gehende veneriſche gehende veneriſche Krankheiten ſicher und gevvis ohne ein gran des mercurii zu curiren*, Lipſ. 1717. 8. * EJ. *von frauenzimmer Krankheiten*, Lipſ. 1747. 8.

URATISLAVIENSIA Acta *oder einiger Breslauiſchen medicor. Samlungen von natur, kunſt und literatur geſchichten* cœperunt edi Uratisl. 1718. auctore imprimis JOHANNE KANOLD, STAHLII diſcipulo. Maxima pars practici argumenti eſt, ut epidemicorum morborum hiſtoriæ, obſervationes rariores, & nova inventa medica omnis generis. Ita de variolarum inoculatione anno 1724. 1725 1727. & alibi plurima hic habentur, & de lite circa venæ ſectionem in pleuritide, de oleo animali DIPPELII, de inutilitate ſanguinis epileptici, &c. Ut tamen memor ſis, opium, corticem, & quæ non STAHLII ſunt, ubique hic deprimi. CL. BUCHNERI continuatio ſub nomine *miſcellaneorum* perinde practica plurima continet.

GEORGIUS PHILIPPUS NENTER, Profeſſor Argentoratenſis, ex ſcriptis STAHLII (quem non audivit) in ejus ſectam tranſiit. EJUS *fundamenta medicinæ* Argentorati anno 1718. & 1721. 4. vol. 2. prodierunt recuſa Argentor. 1750. 4. Plurima practica ſunt, tabularum modo diſpoſita, in quibus omnium morborum curationes habentur.

J. SAMUELIS CARLII, Medici Budingenſis, & aliquamdiu archiatri Danici, quem STAHLIUS cum BHUERMULLERO pro præcipuo ſuo diſcipulo adgnovit, *therapia generalis & ſpecialis*, Hall. 1718. 4. Morborum curationes & cautelas ex præceptis magiſtri ſui tradit, calidam methodum paſſim ſecutus. EJ. plurima alia ſunt opera *hauſarzney vor die armen*, Buding 1717. 8. *ſpecimen hiſtoriæ medicæ*, Hall. 1719. 4. quo & ipſo habetur therapia morborum. *Medicina pauperum oder armen apotheke*, Buding 1719. 8. 1721. 8. cujus tertia pars eſt therapeutica. EJ. *noſocomium academicum ſeu pia deſideria in anlegung eines lazareths zur etablirung der mediciniſchen und phyſiſchen wiſſenſchaften*, Buding 1719. 8. * EJ. *peſtengel ſeu conſilia ad peſtem*, ibid. 1721. 4. EJ. *therapia dogmatico clinica ichnographice delineata*, Budingen T. I. & II. 1720. 8. & 1737. 8. EJ. *ichnographia praxeos clinicæ*, Buding 1722. 8. EJ. *von den ſchädlichen früchten des vielen arzeneyens*, Schafhus 1724. 8. EJ. *ſynopſis medicinæ Stahlianæ*, Hall. 1725. 8. EJ. *zeugnüſſe von medicina morali*, Buding. 1728. 8. * Collectæ diſputationes de abuſu aquarum mineralium, de diæta, &c. EJ. *mediciniſche rathſchläge*, Buding 1733. 8. * EJ. *therapia dogmatico clinica*, Buding. 1737. 8. EJ. *erfahrungs gründe von des blutlaſſens vvahrem gebrauch und misbrauch*, Altona 1738. 1742. 8. * EJ. *mediciniſche und moraliſche untervveiſung*, Buding. 1744. 4. * EJ. *hiſtoria medica pathologico-therapeutica* T. II. Hafn. 1738. 8. Hiſtoriæ morborum curationum propriarum. Reviſa eſt a J. JACOBO SCHLIERBACH. EJ. *mediciniſche bedenken*, Hall, 1747. 8. *

GEORGII CLACII de eadem ſecta *obſervationes chirurgico practicæ*, Hanover. 1718. 8. magis tamen chirurgice. EJ. *gründlicher bericht von einigen ſpecificis vvieder die Lungenſucht*...

EJUSD.

EJUSD. *confilia medica über rare caſus in gefährlichen Krankheiten hectica und ſchwindſucht* F. Lipſ. 1739. *

MICHAEL ALBERTI, Profeſſor Halenſis, etiam nunc ſuperſtes, fortis STAHLIANORUM dogmatum defenſor, auctor eſt pene innumerarum diſputationum, quarum pleraſque omittimus, & multa etiam majora in STAHLII ſenſum edidit, & contra mechanicos acriter pugnavit. EJUS eſt *ſincera & juſta reſponſio de pedantiſmo medico adverſus abſurda auri fulminantis defenſionis* (P. VVOLFII) Hall. 1718. recuſa in *ſcriptis philoſophicis*. EJ. *introductio in univerſam medicinam practicam ſpecialem & ſpecialiſſimam*, Hall. 1721. 4. grande opus. EJ. *ſyſtema jurisprudentiæ medicæ quod* Hall. 1725. 4. incipit edi, & cujus volumen VI. Gorlizii anno 1747. 4. prodiit, paſſim etiam in poſterioribus tomis confilia medica continet, caſuſque practicos, ad hæmorrhoidum negotium, ad accuſationes corticis peruviani aliaque. EJ. *epiſtola qua thermarum & acidularum idolum medicum deſtruit*, Hall. 1713. 4. EJ. *de catarrho ſuffocativo efficaci ejuſdem remedio tractando*, Hall. 1720. 4. EJ. *de mercurii dulcis ſingulari uſu in deſperatis morbis* 1724. 4. EJ. *de reſuſcitatione ſemimortuorum medica*, Hall. 1725. diſputatio EJ. *ſpecimen medicinæ theologicæ*, Hall. 1726. 8. EJ. *de viribus medicatis olei animalis*, Hall. 1733. 4. Londin. 1732. 8. EJ. *de medicina moratoria*, Hall. 1743. 4. De *medicamentorum modo operandi in corpore vivo*, Hall. 1720. De *reſuſcitatione mortuorum medica* 1725.

JOHANNIS JUNKERI, qui & ipſe de STAHLII ſecta noſtro ævo ſupervivit: multa ſcripta ſunt, omnes enim medicinæ partes in tabulas conjecit, & ad STAHLII mentem tradidit. EJUS *conſpectus medicinæ theoretico-practicæ* (cum ipſius STHLII præf.) prodiit primo Halæ 1718. 4. recuſus 1725. 4. & 1735. 4. EJ. *conſpectus theoriæ generalis methodo Stahliana conſcriptus*, Hall. 1725. & 1736. 4. editus eſt. EJUS multæ ſunt diſputationes, ut *ſpecimen pathologico therapeuticum in caſu terrificis motibus complicato* 1740. 4. diſputatio. *De novo methodo curandi epilepſiam abſque ſpecificis*. Hall. 1741. 4. & aliæ.

J. DANIEL GOHL, Practicus, nihilominus acris in adverſarios STAHLII, edere cepit anno 1717. *Acta medicorum Berolinenſium* Berolin. quorum XXI. volumina in 8. prodierunt. Maxima pars practica eſt, & hiſtorias epidemiarum, aut ſingularium etiam morborum continet, cum curationibus. GUNDELSHEIMERI methodum recenſet, qui vehementibus & repetitis emeticis febrem petechialem adgrediebatur, ſed ipſe in temeraria curatione periit. Arnicæ vires in reſolvendo ſanguine, veronicæ pratenſis teucrii folio aptitudinem pro uſu theiformi, vulnerario reſolvente, heliotropii vim ad oculorum morbos, ſabinæ ad calculum pellendum, iridis in hydrope, ſalis Epſonienſis in morbis hæmorrhoidariis, ſulfuris antimonii in catarrho ſuffocativo, veſicantia in variolis, decoctum D. BEHRENS in podagra, & alia laudat. Arſenici temerarias adverſus febres laudes rejicit. Corticem in febribus tertianis autumnalibus profuiſſe faſſus eſt. Venæ ſectionem plerumque, etiam in peripneumonia, video neglexiſſe, in apoplexia vero rejeciſſe. Variolarum tum inoculationem, tum curationem GUNDELSHEIMERIANAM accuſat. EJ. ſub nomine URSINI VVAHRMUND *verſuch patriotiſcher gedanken über den von vorurtheilen kranken verſtand beſonders in der therapie der medicorum nebſt vorſchlag wie derſelbe zu curiren*, Berlin. 1727. 8. Contra mechanicos & Cel. BURGGRAVIUM. EJ. *compendium oder anleitung zur praxi clinica*, Nuremberg 1733. 8. Sibi etiam vindicat in ACT. BEROL. p. 97. G. M. M. P. T. BLAZER *compendium novæ & ſuccinctæ praxeos medicæ*.

GOTOFREDI KLAUNIG *noſocomium charitatis*, Uratislav. 1718. 4. ob curationes morborum huc etiam ſpectat.

J. JACOB REICH Stahliani, *kurtze und gründliche anweiſung wie des menſchen geſundheit zu erhalten und den krankheiten mit wenigen arzneyen abzuhelfen*, Buding 1718. 8. *

SAMUEL FORBIGER *der vernünftige medicus in... der praxi*, Lipſ. 1718. 8. 1726. 8. 1735. 8. Ad Stahlianam mentem & ipſe ſe ſcribere profitetur, adeo addictus calidæ theoriæ, ut etiam in pleuritide ſuis eſſentiis ſiſus, venæ ſectionem omittat.

SIG. JAC. APINI *faſciculus diſſertationum medicarum*, Altorf. 1718. 8. * Ad Phyſiologiam & hiſtoriam animæ.

Mle CROM *expériences curieuſes concernant la médicine*, Pariſ. 1718. 12. * Arcanorum venditrix.

PATRIK BLAIR *miſcellaneous obſervations in phyſik, anatomy, ſurgery, botaniks*, London, 1718.

1718, 8. Ad praxin varia pertinent. Luem veneream epidemice abſque coitu ortam fuiſſe credit. Balneum frigidum in mania laudat, &c.

J. F. NICHOLSON *the modern ſiphilis or the true method of curing the veneral diſeaſe*, London 1718. 8. *

EDVVARD STOTHER *diſc. of cauſes and cures...* London 1718. 8. * EJ. *eſſay on ſickneſſ and health*, Londin. 1728. 8. * EJ. *lectures on the rationale of medecines*, Lond. 1731. 2. vol. 8. *

DOMINICI GAGLIARDI *idea del vero medico*, Rom. 1718. 8. EJ. *infermo inſtrutto*, ibid. 1719. * EJ. *degli abuſi introdotti ne' purganti ovvero relazione nella quale ſi moſtra l'origine cura e preſervativo de' mali di petto che corrono*, Rom. 1720. *

ANTONII PELLISERI, ſive potius FRANCISCI CHICOINEAU nunc archiatrorum comitis; quæſtio medica, *Ergo ad curandam luem veneream frictiones mercuriales non in hunc finem adhibendæ ut fluxus ſalivæ excitetur*, Monſpel. 1718. Parciorem & interruptum uſum mercurii laudat.

AEGIDII PIAZZONI *phlebotomia eſaminata*, Mediolan. 1719. 8. pro venæſectione.

JOHANNIS ALLEN *ſynopſis medicinæ practicæ univerſæ*, Londin. 1719. 8. 1729. 8. Amſtelod. 1723. 8. & 1730. 8. auctior Venet. 1732. 8. Francofurti 1749. 8. Gallice *abregé de route la médecine pratique*, Pariſ. 1727. 12. vol. 3. vertente J. de VAUX & multis aliis ſcriptorum locis auctior, Pariſ. 1741. vol. 7. 12. Admirator BOERHAAVII, non tamen diſcipulus, morborum deſcriptiones & curationes ex vaſtis operibus in breve compendium ſtipare adgreſſus, operæ pretium feciſſet, ſi ſelectum meliorem adhibuiſſet, omittit autem HIPPOCRATEM, ARETÆUM, ALEXANDRUM, BALLONIUM: ETTMULLERUM vero ad ſingula capita exſcribit. Formulas pro tironibus addidit.

J. SAM. LEDEL *zufällige gedanken vvie man ſich vor allen-anſteckenden und peſtilenzialiſchen fiebern praſerviren und curiren ſoll* 1719. 4. EJ. *breviarium epiſtolicum medico-conſultatorium*, Sorau 1738. 8. *

JOAN de KINDER & GUILIELM FRANC. de VVINT *nucleus materiæ medicæ*, Bruxell. 1719. 8.

JOH. DOMIN. VANDI *de remediis* 1720. 4. *

CAROLI ANTONII ALIDI *ſomnia medica*, Lodi 1720. 4. *

GASPARI CUCCHI *phlebotomia obſoleta*, Bergomi 1720. 8. *

J. BAPT. DAVINII *de potu vini calidi* Mutin. 1720. 4. & Ed. II. Mutin. 1725. 4. acc. diſſ. CL. VALISNERII *dell' uſo e dell' abuſo delle bevande e bagnature calde o fredde*. VALISNERIUS equidem contra Neapolitanorum & Siculorum medicorum morem dandæ in febribus frigidæ pugnat, multis epiſtolis, DAVINIUS autem & VALISNERIUS in morbis ventriculi aliiſque impenſe vinum calidum laudant. Adjecta eſt L. A. MURATORII *de potu calido vett.* epiſtola. Deinde ipſe ANTONIUS VALISNERIUS nobilis Scandianus, Profeſſor Patavinus, maximam quidem vitæ partem trivit in re naturali & inſectorum hiſtoria, praxin tamen etiam adtigit. In *raccolte di varie oſſervazioni ſpettante all' iſtoria medica e naturale*: & in *eſtratti di varie oſſervazioni dell' autore*, *in raccolta d' alcune lettere ſcientifiche ſcritte a ſuoi amici* plura bonæ notæ, imprimis de vanis præſidiis ad venena adhibitis proponit. In *conſulti medici* multa theoria eſt, quæ ad acidi & alcali hypotheſin vergit.

JOH. VVOODVVARD primo lintea vendidit, inde in cultorem hiſtoriæ naturalis & medicum evaſit, cum laude induſtriæ & ingenii, ut tamen aliquid nimii in eo eſſet, quod agebat. EJ. *medicina & morborum ſtatus imprimis de variolis*, Lond. 1718. 8. Tiguri 1720. 8. Variolarum ſedem in ventriculo ponit, & in ſalibus nimis acribus, hinc rejecta omni alia medicina morbum emeticis, inde vero oleoſis & unguentis ſanare adgreditur, vehemens in FREINDII curationes & MEADIUM cenſor. Amicus ejus edidit, ibid. 1719. 8. *a ſober vindication of D. VVOODVVARD*; qua in FREINDIUM declamat. Aliqua repoſuit in nupero de variolis opere MEADIUS.

Recueil de méthodes de traiter la varole, Trevoux 1720. 8. *

GUALTHERI HARRIS libellum *de morbis infantium acutis* jam diximus. Bonus ſenex vixerat & artem exercuerat in exercitu R. GUILLIELMI III. ut archiater ad familiam. EJ. *de peſte diſſertatio* ac *deſcriptio inoculationis variolarum*, Londini prodiit anno 1721. 8. In peſte quidem non vult claudi ægrotorum domos; in principio mali ſuadet uſum tartari emeti-

emetici, aut vitrioli albi; inde diaphoretica mitia, ut ſerpentariam virginianam, flores chamæmeli, vinum, acetum, fonticulos, ſetacea. Ad variolas, experimenta in Brittania facta citat. EJ. *diſſertationes medico-chirurgicæ habitæ in Amphitheatro Soc. Reg. Med. Londin.* 1725. 8. Pleræque huc faciunt. In variolis rejicit medicamenta calida, Sydenhamianam tamen cerviſiam, qua auctorem valde delectatum fuiſſe monet, minus probat. In morbillis gummi tragacanthæ laudat, ad tuſſim. In febribus probat aquæ frigidæ uſum. Venæ ſectionem maximam in æſtuoſis regionibus ferri monet, ſimplicia medicamenta compoſitis præfert.

DOMENICO BOTTONE *preſerve ſalutevoli contro il contagioſo malore*, Meſſin. 1721. 4. *

DONDUCCI *delle precauzioni del cerufico in mezzo alle peſti*, Bologna 1721. 4. *

Numeroſos cæterum *de peſte* libellos occaſione Maſſilienſis ſtragis ſcriptos, non repeto.

HERMANNI OOSTERDYCK SCHACHT, Profeſſoris Leidenſis, *mediciniſch collegium über die praxin*, Arnſtat. 1721. 8. * videtur liber ſuppoſititius.

J. HENRICI FURSTENAU *de iis quæ deſiderantur in praxi medica*, Francof. 1721. 8. omnia vero deſiderata conjuncta, Lipſ. 1727. 8.

GEORGII DETHARDING, Roſtochienſis olim, deinde Hafnienſis Profeſſoris, qui & ipſe STAHLII ſententiam ſecutus eſt, multa ſunt opuſcula, ut *hiſtoria inoculationis variolarum*, Roſtoch. 1722. 4. *Meditatio phyſico pathologico-therapeutica de morte*, Roſtoch. 1723. 4. Diſſertatio *de methodis medendi in medicina & chirurgia ſuſpectis*, Hafn. 1737. 4. *de novo ſpecifico in quartana*, Hafn. (pulvere nempe anthelminitico.) EJ. eſt *enodatio quæſtionum ſpinoſarum ad hiſtoriam medicam de miſſionibus ſanguinis artificialibus*, Hafn. 1738. 4. de vario nempe modo mittendi ſanguinis ejuſque antiquitatibus. EJ. *fundamenta methodi medendi*, Hafn. 1743. 8. Compendium. EJ. *de ſpecifico prophylactico oculorum*, Hafn. 1745. 4. nempe lotione quæ aqua frigida fit.

Acriter pro eadem STAHLII ſecta olim pugnavit ANDREAS OTTOMARUS GOEKICKE, Profeſſor Francofurtenſis ad Viadrum. EJ. ſunt diſputatio *de emollientium & derivantium genuina operandi ratione*, Francof. ad Viadr. 1721. 4. diſputatio *de impoſtura corticis peruviani*, Francof. 1727. 4. diſputationes *de laude febris falſo ſuſpectæ*, ibid. 1733. 4. contra ILL. VVERLHOFIUM, ſcripta contra quem etiam GOELICKII, ut videtur, ſcriptum eſt, *Anonymi epicriſis in excerptum ex literis* D. P. G. VVERLHOFII F. Lipſ. 1735. valde, ut ex titulo colligo, acerbum, nam nunquam legi. Ejusd. eſt *medicina practica clinica & forenſis*, Lipſ. 1735. 4. EJ. *inſtitutiones medicæ ſecundum principia mechanico-organica*, Francof. ad Viadr. 1735. 4. EJ. diſſertatio *de methodo curandi hæmorrhagias ſpontaneas excedentes*, ibid. 1741. 4. In *ſelectis* etiam *medicis* pleraque practici argumenti ſunt.

Hoc tempore modus invaluit Circaſſicus, quo variolæ benigniores ex ægro homine in alium transfunduntur, eo fine, ut ejuſdem, mitioris nempe generis variolæ, ex eo fermento proveniant. De ea nova curandi methodo plurima ſcripta prodierunt, in Anglia imprimis, quæ hic conjunctim tradam, cum alii ſcriptores vehementer approbarent novum inventum, alii rejicerent. Invenio ergo eo pertinere ABRAHAMI VATERI viri clariſſimi diſſertationem *de methodo tranſplantandi variolas per inſitionem*, VVittemb. 1720. 4. quæ cum titulo *art und vveiſe die blattern durch kunſt einzupfropfen* germanice recuſa eſt. 1721. 8. cujus etiam eſt *de oleo animali* DIPPELII diſputatio 1733. 8. cuſa Londini 8. cum experimentis utilis in epilepſia ſucceſſus, &c. Eodem pertinet CL. MATTH. ERNESTI BORETII *obſervationum exoticarum ſpecimen* I. *ſiſtens Anglorum variolarum per inoculationem excitandarum methodum* Regiomont. 1722. 4. auctor ipſe facta in reis hominibus in Anglia experimenta præſens viderat, poſt quæ regia familia cum operationem paſſa eſt.

JAC. a CASTRO *de methodo inoculationis ſeu tranſplantationis variolarum cum criticis notis in varios auctores de hoc morbo ſcribentes*, Hamburgi 1722. 8. Leid. 1722. 8. germanice eodem anno Hamburgi 8. anglice Londini 1723. 7. belgice Amſtelod. 1722. 8. Varia de variolis in univerſum, & variis inoculandi methodis habet.

ANTONII LE DUC *de Byzantina variolarum inſitione*, Leidæ 1722. 4. diſputatio & ibid. 8. eodem anno cum HARRIS & a CASTRO. Filius medici Conſtantinopolitani encheireſes deſcribit, quales ipſe eo loco viderat exerceri.

J. C. diſſertatio *on the methods of inoculation*, London. 1721. 8.

HENRICI MAITLAND *account of inoculation*, Lond. 1722. 8. * & *the account of inoculating vindicated*, Londin. 1722. 8. Hic imprimis medicus hanc operationem in Angliam introduxit.

duxit. Germanice poſterior libellus verſus eſt cum titulo H. M. *bevvährte einpfropfung der blattern zur vviederlegung de von D. VVAGSTAFFE und E. MASSEY davvieder verfertigten ſchrifften nebſt* HEN. MAITTLANDS *erſteren bericht von dieſer cur uberſetz von* F. C. VVEBER, Brem. 1725. 8.

An account of inoculating the ſmallpox in Boſton in a letter from a gentleman, Londin. 1722. 8. * nempe in nova Anglia feliciſſimos ſucceſſus ea operatio habuit.

BENJAMIN COLEMANN *account of the ſucceſſ of inoculation in nevv England*, ibid. eodem anno 8. germanice, VVittemb. 1723. 4. *

The nevv practiſe of inoculation conſidered and an application to the parliament for the regulation of dangerous experiment, Lond. 1722. 8. * contra operationem.

LEGARD SPARHAM *ſurgeon, reaſons againſt the practice of inoculating the ſmallpox*, ibid. 1722. 8. *

EDMUND MASSEY *ſermon againſt inoculation*, Londin. 1722. 8. *

VVILLIAM VVAGSTAFFE *letter to* D. FREIND *ſhevving the danger ad incertainty of the inoculating the ſmallpox*, Londin. 1722. 8. * & gallice eodem anno. Huic reſpondet J. BRADY in libello cui titulus eſt *ſome remarks upon* D. VVAHSTAFFE'S *letter and* M. MASSEYS *ſermon againſt inoculating the ſmallpox*, ibid. eodem anno. Nam concionatores operationem accuſabant, quæ videretur ſano homini morbum inferre.

JAMES JURIN *letter to* CALEB COLESVVORTH *containing the comparaiſon betvveen the mortality of the natural ſmallpox and that by inoculation*, Londin. 1723. 8. Oſtendit ex 182. hominibus, quibus variolæ inoculatæ fuerint, non periiſſe niſi duos, atque adeo eſſe rationem ſpei fere uti 100. 1. cum in variolis naturali modo contractis ſpes ſit unice 6. ad 1. citat ſimiles felices eventus in N. Anglia & VVallia obſervatos. EJ. *account of the ſucceſſ of inoculating the ſmallpox for the year* 1724. Londin. 1725. 12. & Pariſ. 1725. 12. gallice. Nempe ex variolis ſponte natis in 16010. mortuos eſſe 2650. inter eos quibus inoculatæ ſint, vix quemquam, EJ. *account of the ſucceſſ of inoculating the ſmallpox for the year* 1724. 1725. 1726. Londin. 1727. 8. Iterum oſtendit ex variolofis 18089. periiſſe 2957. nempe $\frac{1}{6}$, ex artificialibus unum in 105.

ISAAC MASSEY *ſhort and plain account of inoculution vvith an anſvver to* D. JURIN'S *letter*, Lond. 1723. 8. *

R. BLACKMORE *diſſertation on the modern practice of inoculation*, London 1723. 8. *

CLAUDII de la VIGNE & LUD. DUVRAC, *Ergo variolas inoculare nefas*, Pariſ. 1723. 4.

J. ERNEST. VVERDEN *vernünftige gedanken von der inoculation der blattern in 4. abhandlungen*, Hanover 1724. 8. Eamdem operationem regio juſſu feliciter Hanoveræ dirigente ILL. J. AUGUSTO de HUGO adminiſtravit. Ea exempla etiam in II. tomo *collectaneorum Chirurgicorum Hanoveranorum* continentur.

VVILLIAM CLINCH *hiſtorical eſſays on the riſe and progreſſ of the ſmallpox*, Londin. 1724 8. Antiquis notas fuiſſe variolas, & ab Europæis in Aſiam adlatas contendit, &c.

DANIEL SCHAGEN *de variolis earumque inoculatione ſeu tranſplantationem*, Leid. 1724. 4. diſput.

J. FRANCIS. HOVVGRAVE, Parmacopolæ, *reaſons againſt the inoculation of the ſmallpox*, Lond. 1724. 8. cum hiſtoria caſus fueſti, quam refutat JURINUS in *account for the year* 1724.

J. F. MULICH *de variolarum inſitione*, Altdorf. 1725. diſputatio.

ZABDIEL BOYLSTON *hiſtorical account of the ſmallpox inoculated in N. England*, Lond. 1726. 4. * Inter 244. inoculationes aliquæ minus felices fuerunt, quarum hiſtorias dedit.

J. ANDREÆ FISCHER *de curioſa variolarum per inſitionem prophylaxi*, Erfurt. 1726. diſputatio 4.

J. GASPER SCHUCHZER *account of the ſucceſſ of inoculating the ſmallpox for the year* 1727. 1728. London 1729. 8. Olim amicus noſter collectis teſtimoniis oſtendit, ſi omnia ſumantur quam maxime adverſa, tamen vix quinquageſimum quemque poſt inoculationem obiiſſe. Inde ex DADICHII interpretis Regii relatione deſcribit modum, quo variolæ in Barbaria inoculantur.

CASP. NEUMANN *von einpfropfung der kinderpoken*, Berlin 1745. 8. prius jam editum fuiſſe ſuſpicor. Redeo in ordinem annorum.

J. CAM *eſſay on rheumatiſm, gout and ſtone*, Londin. 1722. 8. *

JOH.

JOH. GRASHUYS *de phlebotome*, Leid. 1722. 4. *

PHILIPPI MASIERO *il più temuto de' mali, la peſte*, Venet. 1722. 8. cum præſervatione & curatione.

BARTHOLOMÆI BOSCHETTI *de ſalivatione mercuriali*, Venet. 1722. 4. Offenbach 1732. 4. Venet. 1744. 4. cum theoria ſalivæ, & hiſtoria adhibendi argenti vivi, ægrorumque, ut vocant, caſibus.

JACOBI BOUEZ *méthode nouvelle pour guérir les maladies vénériennes avec une réfutation des anciennes hypotheſes ſur la mêmes maladies*, Pariſ. 1722. 12. *

POLYCARPI LEYSERI *novi ſyſtematis medicinæ prima linea*, Argentor. 1722. diſputatio paradoxi viri, juriſconſulti & medici.

PHILIPPI JACOBI DUTTEL *de virulenta purgantium indole*, Auguſt. Vind. 1722. 8.

PHILIPPUS HECQUET, medicus Pariſinus, pius homo, ſed acer, & in adverſarios vehemens, doctrinæ BAGLIVIANÆ addictus, quæ morborum ſedem in ſolidis ponit, ſimplicis medicinæ amator, oſor chemiæ & novarum in medendo methodorum, plurima ſcripſit, acuta dictione ſed parum definitis ſententiis & laxis ratiociniis. Abſque nomine ſcriptoris prodiit *Explication mécanique des effets de la ſaignée & de la boiſſon dans les cures des maladies*, Chambery (ſed in Gallia proprie) 1707. 12. contra cenſuram Andryanam theſeos HECQUETIANÆ (*Ergo impedita traſpirationi ſanguinis miſſio*, Pariſ. 1704. 4.) gallice etiam recuſæ. EJ. *de purganda medicina a curarum ſordibus*, Pariſ. 1714. 12. Contra purgationes, & deputationes, ut vocantur, ſanguinis pro theoria ſolidorum. EJ. *novus medicinæ conſpectus*, Pariſ. 1722. 12. vol. 2. EJ. *obſervation ſur la ſaignée du pié & ſur la purgation au commencement de la petite verole*, Pariſ. 1724. 12. (& 1725. 12. cum reſponſione SYLVÆ) Venæ ſectionem pedis Hiſpanis prodeſſe non negat, negat autem perinde Gallis ſalubrem eſſe. Purgationem alvi in ſuppuratoria febre defendit, emetica rejecit. EJ. *traité de la peſte*, Pariſ. 1722. 12. latine etiam cum *novo* conſpectu editus, rejicit purgantia & emetica, quæ ſolidas partes, aliunde nimis elaſticas, ſtimulent. Suadet venæſectionem, regimen diaphoreticum, anodyna EJ. *lettre en forme de diſſertation pour ſervir de réponſe aux difficultés ſur le Livre de la ſaignée*. Pariſ. 1725. 12. Reſpondet objectionibus factis contra obſervationes, excitat funeſtas GUNDELSHEIMERI curationes, & eo exemplo emetica rejicit. Inoculationem improbat, ſua narcotica laudat. *Réflexions ſur l'uſage de l'opium & des calmans*, Pariſ. 1726. 12. EJ. *remarques ſur l'abus des purgatifs & des amers au commencement & a la fin des maladies & ſur l'utilité de la ſaignée dans les maladies des yeux & des femmes & des enfans*, Pariſ. 1729. 12. cum Ep. de muſculo RUYSCHII, & alia de generatione vermium. EJ. *traité de la digeſtion, & des maladies de l'eſtomac*, Pariſ. 1730. 12. 2. vol. 1747. 2. vol. 15. Una prodiit *réponſe aux principaux endroits du Livre de* M. SYLVA, qua acriter eamdem in pede vene ſectionem refutat, tum tres *literæ de venæ ſectione*, quarta de kermes minerali, & quinta de morbis oculorum contra recepta auxilia. EJ. *le Brigandage de la médecine dans la maniére de traiter la petite verole*, Utrecht 1732. 12. 1749. 8. Acerrime & fuſiſſime invehitur contra venæ pedis ſectionem in variolis, & contra emetica inprimis antimonialia & kermes minerale. De variolis proprio libello agit, laudat venæ brachii, aut jugularis ſectionem, anodyna. Tympaniten, ut a ſtrictura nervorum natam, ſanat venæ ſectione & refrigerantibus. Modum proponit, quo poſſit utilis collectio exprimentorum medicorum eleborari. EJ. *médecine théologique ou la médecine creée ſortie des mains de Dieu & regie par ſes loix*, Pariſ. 1733. 12. 12. vol. Medicamenta chemica rejicit, plantas unice laudat, morbos ad tonum auctum & convulſionem, hinc medicamenta ad claſſem anodynorum reducit, laudat arteriotomen. Una ejus *theſes* recuſæ ſunt, varii argumenti. EJ. *médecine naturelle vüe dans la pathologie vivante dans, l'uſage des calmans & des différentes ſaignées*, Pariſ. 1738. 2. vol. 12. * Contra chemiam & inde ortas theorias. Venæ jugularis ſectionem defendit, & ſanguinis miſſione ſuppleri vult hæmorrhagias, quæ poſt longam conſuetudinem ceſſant fluere. EJ. *la médecine, la chirurgie & la pharmacie des pauvres*, Pariſ. 1740. 3. vol. 12. cum vita auctoris. In duobus primis voluminibus medicinam practicam in genere, deinde morbos artificum, ætatum, ſexuum, & curationes proponit. Mitia alvum ducentia laudat, emetica rejicit, & ſudorifera, excepta theriaca, calidæ multum uſum in febribus commendat, tum venæ ſectiones, easque fere ubique & ad omnes morbos, Pharmaciam, cujus magna pars ex FULLERO eſt, emendavit D. BOUDON, eaque remedia uſitata continet.

GEORGIUS CHEYNE, Medicus Bathonienſis, mathematicus idem, & in BELLINI theoría innutritus, plurimum diætæ tribuit, qua ſola pleroſque morbos aut averti poſſe docuit aut ſanari, rejectis vehementibus medicamentis. EJ. *eſſays on the gout*, Londin. 1722. 8. Victu vegetabili, lacteo, labore, purgantibus morbum ſuperari ſperat. Flores ſulfuris & æthiopem mineralem vehementer laudat ad ulcera & ſcrophulas. Iſchiadicum morbum ſumto quotidie ad tres uſque drachmas oleo terebinthinæ ſanavit. EJUSDEM *theory of acute and slovv feavers*, ibid. eodem anno 8. Vomitum laudat rejecta purgatione. Vim mercurii a pondere deducit, dividente humores, vaſa expediente, &c. EJ. *the Engliſh malady or a treatiſe of nervous diſeaſes of all kinds, as ſpleen vapours, lovvneſſ of ſpirits, hypochondriacal and hyſterical diſtempers*, Londin. 17.. & 1734. 8. Cum cauſas morborum fere in cibis aromaticis, in carnium abuſu ponat, diluere fluida, ſolvere concrementa, vim contractilem fibrarum augere pro primaria indicatione habet. Primum mercurio & antimonio: alterum fœtidis gummatibus, tertium cortice peruviano, inde ferro & aquis ferratis præſtat. Accedit diæta vegetabilis ſale deſtituta, & motus muſcularis. Inde ſigillatim morbum hypochondriacum conſiderat, ſedentem in canale alimentario, ibique expurgandum vomitu, cortice inde & chalybe, amaris, cardiacis. Convulſiones vomitu, fœtidis gummatibus impugnat, hyſtericam febriculam MANNINGHAM calidis diluentibus, omnes morbos denique nervoſos, ubi fruſtra ſunt omnia, diæta lactea curat, qua alii epilepſiam, ipſe in proprio corpore magnam malorum ſyndromen ſuperaverit. EJ. *de natura fibræ ejuſque laxæ ſeu reſolutæ morbis*, Lond. 1725. 8. Fere ſimilia habet. Chronicos morbos derivat vel a lentore fluidorum, vel ab acrimonia, vel a remiſſiori contractione ſolidi ſtaminis. A lentore cum robuſta fibra acuti, cum debili chronici morbi fiunt. Indicationes opponit. Lentorem ſolvere, mercurio. Acrimoniam obtundere, floribus ſulfuris, gummi ammoniacò, ſuccino. Vires augere cortice peruviano ferroque. Epilepſiam lacteo victu ſanat. De paralyticis deſperat. EJ. *natural method of curing the diſeaſes of the body and the diſordres of the mind*. Londin. 1742. 8. gallice 1749. 12. 2. vol. Ultimus boni ſenis labor. Totam artem reduxit ad evacuationem ſuperflui, reſolutionem obſtructi (per argentum vivum) & ſolidi confirmationem. Morbos acutos venæ ſectione ſuperat & diluentibus. Si malum a lentore ortum duxerit, ſi una acrimonia adfuerit, mucilaginoſis, abſorbentibus & una diluentibus utitur. Ipſam peſtem, ut reliquos acutos morbos remediis blande & cum refrigeratione diaphoreticis tolli ſperat. Plurimum metuit a copia ſeri in ſanguine febrientium diminuta. Inde neceſſitatem venæ ſectionis & diætæ aquoſæ derivat. In chronicis morbis emetica, mercurium, crudum omnino, quotidie ſumtum cum purgationibus repetitis laudat: in rheumatiſmo gummi guajaci, cum argento vivo & leni phlebotome; in ſcrophulis mercurium cum diæta lactea: in aſthmate eadem remedia: in ictero emetica: in debilitate hæreditaria vomitum a ſola irritatione abſque remedio excitatum, lacteam & vegetabilem diætam, cinnaberim, millepedes, frictionem, corticem, valerianam, balneum frigidum, motum muſcularem, & eadem fere ad phthiſin commendat. Finem facit in ſummis laudibus diætæ tenuis, lacteæ, fere ad omnes morbos, & detracti cum ætate vergente cibi.

J. ADRIANI HELVETII *idée générale de l'œconomie animale & obſervations ſur la petite vérole*, Pariſ. 1722. 12. & 1725. 2. vol. 12. Magna pars practica eſt, etſi aliter titulus promittit. In ipſa *Oeconomia* dat theoriam febrium intermittentium & continuarum, quas a fermentatione ſanguinis turbata derivat, & a lentore, hinc curari exiſtimat adtenuantibus, repurgatis primis viis. Iſtas vomitu mavult repurgare. Ad illam indicationem venæ ſectionem requiri credit, maxime ad deprimendam nimiam ſanguinis rarefactionem. Pro revulſione pugnat, contra derivationes, quas, ut SYLVA, fracto demum morbo admittit. Ergo in morbis capitis, pedis venas ſecat, in morbis abdominis venas brachii. Rejicit in capitis morbis ſectionem venæ jugularis. Morbos chronicos derivat a glandularum obſtructionibus. Curationem ſperat obtineri adtenuatione humoris obſtruentis, purgantibus, diluentibus, venæ ſectione, revulſione, & poſt purgantia remediis aperitivis. Variolas in multas claſſes dividit, diſcretam benignam & malignam, confluentem, malignam quatuor generum, cryſtallinam; purpura & eryſipelate miſtam; nigram ſeu ſanguineam; & confluentem in latas maculas. Varioloſum fermentum admittit, venam pedis ſecat ſcopo revellendi a cerebro, ſtatim a principio, tunc vomitum movet. Concedit jura avium & carnium, ad inſomnia diacodium dat, veſicatoria in periculoſo ſtadio ſuppurato-

ratorio admovet. In principio exſiccationis purgantia & emetica propinat cryſtallinis variolis, in quibus diarrhœa comes eſt, opponit adſtringentia, rheum, lentes, ptiſanam farinaceam paſtam. Alteram ſpeciem malignarum venæ ſectione, purgantibus in principio, in ſuppuratione veſicatoriis impugnat. Sed plurimos ægros periiſſe fatetur. In tertia ſpecie omnes periiſſe non negat. Pariſiis plethoram uberiorem, quam in frigidis regionibus ſectionem venæ credit expetere, neque ibi aut calida tolerari aut refrigerantia. EJ. *lettres au ſujet de la lettre critique de* M. BESSE, Pariſ. 1725. 12. Satis acris reſponſio. BESSIUS uſum venæ ſectionis in malignis, dudum a ſe laudatum, ſibi vindicabat, BOERHAAVIUM ab HELVETIO exſcribi exprobrabat. Vindicat ſe ab utroque plagio HELVETIUS, & oſtendit, plura ſe & magis definita ſcribere, tempora diſtinguere, ſigna adjicere, &c. Contra derivationem ejuſque malos effectus pergit pugnare, niſi ad menſes ciendos, aut eluendam obſtructionem jam fracta plethora admittatur. Variolarum claſſes ſuas defendit, opiata rejicit.

JOHANNIS STORCH alias PELARGI Medici de Stahliana ſecta Eiſenacenſis, nunc Gothani, multa ſunt opera practica. Collegium STAHLIANUM non repeto ſeu praxin caſualem medicam in 5. Claſſes diſtributam Eiſenach 1739. 4. 2. vol. Edidit etiam, uti diximus, *mediciniſche iahrgänge* ſive annuas curationum ſuarum hiſtorias, quarum I. annus Lipſiæ 1724. 4. prodiit. Reliqui *anni* in pathologicis dicti ſunt. EJ. *unterricht für die kranken*, Lipſ. 1729. 8. * EJ. *unterricht wie man ſich bey jezt graſſierenden fleck und hitzigen fiebern zu verhalten habe*, Eiſenach 1748 8. * EJ. operis *von den weiber krankheiten* quinque nunc tomi prodieruut. Receſſit ſeuſim a curatione calida & nitrum in ipſis febribus exanthematicis & in hæmoptoë copioſe propinare didicit. In partu tamen difficili pellentes, ut vocant, pulveres propinat. In gravidis non in brachio ſed in pede venam ſecat. IDEM anno 1750. edere cepit *Theoretiſche und practiſche abhandlungen von kinder krankheiten*, Eiſenach 8. quorum jam tria volumina prodierunt, & qui ejuſdem generis ſunt.

BARTHOLD VVICHERS *nach dem grunde der natur entdekte mediciniſche wahrheit*, Hamburg 1523. 8. * Syſtema Stahlianum.

NOEL FALCONET *ſyſtême des fièvres & des criſes ſelon la doctrine d'*HIPPOCRATE, *des fébrifuges, des vapeurs, de la peſte, de la goute, de la petite verole*, &c. Pariſ. 1723. 8. Patre medico, PATINI amico natus, qui primus in Gallia corticem chinæ chinæ adhibuit, ipſe medicus regius, qui inter magnates & in aula floruit magnæ bibliothecæ collector. Eadem cum ASCLEPIADE felicitate uſus, & ipſe hominem pro mortuo habitum & vivere adgnovit, & ſervavit. In febribus acutis ad evitandum coagulum acidum ſanguinis propinat ſal ipſum volatile viperarum. In variolis & morbillis venam ſecat, quoties febris nimia, aut ſpiritus difficilis eſt, jus tamen cancri ex theoria acida male recepta, & denique jus viperinum ipſum exhibet, cum ſale volatili viperarum. Opiata rejicit, tum inoculationem. In quartanis pertinacibus morbum emeticis amputat. In aſthmate venam ſecat, dat diluentia, marrubium, nicotianam, viperas. In peſte poſt patrem ſuum laudat ſimilia calida, viperina.

J. BAPTISTE MORON *du bezoar végétal*, Genev. 1723. 12. * Laudes arcani medicamenti ex plantis compoſiti, ad varios morbos, ut hic docetur, utilis.

FRANCISCI CHICOINEAU filii achiatrorum comitis, Profeſſoris Moſpelienſis, variæ ſunt diſſertationes uti ea, *an ægrotantes imaginarii ſola diverſitate idearum, rejecto omni remediorum apparatu, ſanandi ſint*, Monſpel. 1723. 8. *An febribus malignis purpuratis ſive non purpuratis ſtatim poſt venæ ſectionem in malleolo emetica ſeu cathartico-emetica?* ibid. 1727. 8. Filio enim hæc ſcripta tribui videtur, qui *ſenator* fuerit, ante patrem obiit.

FRANC. MARC. EMILII PICO CAMERARI *epiſtola contra* FLAMINIUM CORGHI, Crem. 1723. 8. *

C. VVILLUGHBY M. D. *the practice of ſalivating ſhewn to be of no uſe or efficacy in the cure of venere al diſeaſes but greatly prejudicial*, London 1723. 4. Vim mercurii non pendere a ſalivatione, ſed perfectius operari, abſque ea excretione oſtendit in theſi ex latino verſa Archiatri CHICOINEAU cum ſuis propriis obſervationibus & curationum hiſtoriis.

MICH. SCHEND *van der* BECK *Empirica illuſtris*, Aug. Vind. 1723. 8. *

MARTIN GOTTHELF LOESCHER *de ſympatheticis morborum curationibus*, VVitteb. 1723. 4. diſp.

T. TAUT *phyſica medica*, Lipſ. 1723. 8. *

Kurtze einleitung in die gantze medicin (J. AUG. TROEGERI) Lipſ. 1723. 8. * & latine, ibid. 1724. 8. *

MICH.

MICH. BRANDT *cur vvieder die ſchmerzen vom podagra*, Hamburg 1723. 8. *

JUSTI HENRICI MANGOLD *obſervationes medico-practicæ*, Rinteln 1723. 4. *

JOH. FRANC. LOEUVV *univerſa medicina practica*, Norimberg. 1724. 4. * Nonne eſt VVECKRARDI nova editio?

MOSIS SOBERNHEIM *de cauto & incauto uſu adſtringentium* diſputatio Hall. 1724. 4.

J. P. KIND *de curatione quorumdam morborum acutorum*, Leid. 1724. 4. diſputatio.

J. LETHERLAND *diſputatio in qua veterum medicorum ſententia de phrenitide proponuntur*, Leid. 1724. 4.

J. P. BURGGRAV *de methodo medendi pro climatis diverſitate varia inſtituenda*, Leid. 1724. 4. diſputatio. EJ. celeberrimi nunc medici eſt prima pars *lexici Medici*, Francof. 1733. fol. quæ practici maxime argumenti eſt.

J. C. M. D. *the practice of ſalivating vindicated in anſvver to* D. VVILLUGHBY'S *tranſlation of* M. CHICOINEAU *againſt mercurial ſalivation*, Lond. 1724. 8. Demonſtrandum ſuſcipit, vim mercurii antivenercam unice in movenda ſalivatione poni, & methodum ſalivæ ciendæ proponit, & experimentis nixus & auctoritatibus.

BIEDERMANN *medicina univerſalis*, Norimberg 1725. 12. *

GEORGII DANIEL COSCHVVITZ de Stahliana ſecta, Profeſſoris olim Halenſis, multæ diſſertationes ſunt, & ea *de vena ſectione poſt 50. annum maxime in ſexu ſequiori proficua*, Hall. 1725. 4. EJ. diſputatio *de damnis ex empiria medica oriundis* 1728. 4. EJ. *de gravidarum & puerperarum nec non recens natorum regimine & affectibus*, Lipſ. 1732. 4. * TIMÆUM etiam germanice vertit & auxit, Lipſ. 1704. 4.

J. CHRISTOPHORI PACHHELBE de GEHAG *Andrea Tenzels medicina diaſtatica oder 74. geheime magnetiſche curen*, Lipſ. 1725. 8. *

JOH. VVYNTER *circulus metaſyncriticus or an eſſay on chronical diſeaſes*, Londin. 1725. 8. Curationum liber, ad mentem methodicorum, peractarum per thermas, aëris mutationem & alia media quæ ſanguinem mutant.

THOMÆ MORGAN *philoſophical principles of medicine*, Lond. 1725. 8. aliqua practica habet & febrium theoriam. Venam ſecat ex proximo partis adfectæ, id vocat revellere. EJ. *mechanical practice of phyſick*, London. 1735. 8. Celebris, uti notum eſt, hoſtis religionis fuit, protervus homo & elatus ob aliquam, quæ ipſi erat, matheſeos cognitionem. Fundamentum falſum ponit, arterioſum nempe ſanguinem unice retardari ob lumina aucta ramorum. In acutis plurimum utitur opio, tum veſicatoriis, torpedine etiam capiti impoſita, & peramplo quidem epiſpaſtico emplaſtro ad caput in delirio varioloſo. In hæmorrhagia ab abortu laudat opium. In chronicis mercurio crudo & balneo frigido medetur.

NICOLAI ROBINSON *nevv theory of phyſick and diſeaſes founded on the Nevvtonian philoſophy*, London 1725. 8. * EJ. *ſyſtem of the ſpleen vapours and hyſterical melancholy*, Lond. 1729. 8. Curationem ponit in roborandis nervis. Librum *on gravel and ſton* recenſui, tum librum *of the nature and cauſe of ſudden deaths*, Lond. 1725. 8., & alia ejus ſcripta, in chirurgicis pathologicis.

ANTONII CAELESTINI COCHII *Epiſtola phyſico-medica ad* MORGAGNUM & LANCISIUM, Rom. 1725. 4. * Offenbach 1730. 4. Huc pertinet deſcriptio febris epidemicæ, in qua vomitum movet noſter, & veſicatoria adhibet, & alexipharmaca. EJ. *vindiciæ corticis peruviani*, Rom. 1746. 8. Leidæ 1750. 8. Hiſtoria corticis peruviani, & propinandi modus deſcribitur, & removentur objectiones. In *narratione de morbo variolari quo affecta eſt nobilis monialis*, Rom. 1739. 4. in univerſum in morbo hyſterico venam ſecat, manus pedeſque fovet calida, &c.

THOMÆ SIMSON, Profeſſoris Candoſſenſis in Academia S. Andreana, *de re medica diſſertationes* IV. Edimburg. 1726. 8. acuto ingenio & latine ſcriptæ. In I. docet materiei medicæ cognitionem unice pendere ab experientia. Compoſitiones hic refurat. In II. laudat veterum medicinam ob præſagia, curioſitatem diætæ, ſpecifica rejicit. In III. IV. pro ſyſtemate ſolidorum in morbos humorales pugnat.

PETRI SHAVV *nevv practice of phyſic*, Lond. 1729. 8. 2. vol. 1738. 8. 2. vol. Morborum hiſtoriæ & curationes.

JEAN BESSE, archiatri Reginæ viduæ Hiſpaniarum, diſcipuli CHIRACI, *lettre critique con-*

contre l'idée générale de l'œconomie animale & les obſervations ſur la petite vérole, Pariſ. 1723. 12. Ediderat J. BESSE anno 1711. theſin qua oſtenderat: *febribus malignis minus tuta Alexipharmaca*, non inutilem, ob cadaverum ſectiones, & hiſtorias. Eam curationem credebat a ſe ſumſiſſe HELVETIUM, qui perinde ex BOERHAAVIO non citato inflammationis theoriam ſurripuiſſet. Inde mota æmulatione varia in adverſario carpit, defendit revulſiones ac venæ ſectionem in febre ſecunda peſſimarum variolarum, tum repetitam alvi repurgationem. EJ. *réplique aux lettres de* M. HELVETIUS *au ſujet de la critique de ſon livre de . . l'œconomie animale & de la petite verole*, Amſtelod. vel potius Pariſ. 1726. 8. Aſpera in HELVETIUM tanquam exſcriptorem BOERHAAVII ironia. EJ. *an in paroxyſmis febrium intermittentium vena ſectio*, Pariſ. 1730. 4.

ANT. DEIDIER diſſertatio *an arthritidi quaerendum tonicum lithontripticum*, Monpſel 1726. 8. maj. EJ. diſſertatio *medicin. & chirurg. ſur la maladie vénérienne & la guériſon de tumeurs*, Pariſ. 1725. 12. In lue Venerea frictionem adminiſtrat interruptam, maxime in debilibus. Cum nova editione Livre *des tumeurs contre nature*, Pariſ. 1738. 12. editæ ſunt conſilia & diſſertationes academicæ.

JEAN VIRIDET, practici Morgenſis in Helvetia, *traité des vapeurs*, Yverdon 1726. 8. ad praxin omnino pertinet. Morbos hyſtericos, ab alcalina cauſa natos, ſanat & balneis & refrigerantibus, qui vero ab acido proficiſcuntur (nam admittit utroſque) teſtaceis, china chinæ, ferro ſuperat. Multas addit curationes ægrorum. Sic etiam in *traité du chyle* totus tomus poſterior practicus eſt, & ad morbos coctionis læſæ pertinet.

L. A. MILLET *an china chinæ hyſtericis*, Pariſ. 1726. 4.

FRANCISCI NIGRISOLI *conſigli medici*, Ferrar. 1726. 4. 2. vol. *

HOMOBONI PISONI adverſarii circulatione ſanguinis, *methodus medendi*, Patav. 1726. 4. EJ. *de regimine magnorum auxiliorum in curationibus morborum*, Patav. 1735. 4. Venæ ſectionem non amat, rejicit in gravidis, in infantibus. Regimen ſudoriferum tuetur, etiam ſtragulis promotum. EJ. *ſpicilegium curationum morborum*, Patav. 1742. 4. *

CHRISTIANI FRIDERICI CHÜDEN *methodus nova praſervandi & curandi atrophiam*, Lipſ. 1726. 4. & germanice Salzvvedel 1733. 4. Eum morbum tribuit impeditæ perſpirationi in fetu, dum in utero eſt, unde repercuſſa materies obſideat glandulas meſenterii. Curat imprimis mollita cute per balnea, tribus quatuorve continuis ſeptimanis a partu adhibita, & frictione, quæ educat materiem cuti impactam. Eam curationem ab objectionibus vindicat filius J. VALENTINUS CHUDEN nunc Luneburgenſis phyſicus in diſſertatione quæ eumdem titulum habet Gottingæ propoſita 1746. 4.

JAC. MICH. KORNMANN *trifolium medicum oder bevvährte mittel vvieder das podagra, abnehmen der kinder und kopfſchmerzen*, Magdeburg 1726. 4.

Des Grundmäſſigen mediciniſchen hauptſchlüſſels eröfnete 24. *theile*, Lipſ. 1726. 8. Ad mentem STAHLII. Auctor dicitur J. C. DIETERICI medicus practicus.

SEITZ *medicina pauperum*, Norimberg. 1726. 8. *

CAR. FRANC. HERBST *von frühling und herbſt curen*, Prag. 1726. 4.

J. CHRISTOPHORUS GOETZ, Norimbergenſis medicus, STAHLII *obſervationum medico-practicarum claſſ. I. de febribus* edidit Norimb. 1726. 4. quod compendium eſt obſervationum ex omnibus Clari viri ſcriptis.

J. BAPTISTÆ SYLVA, medici Regii, *de l'uſage des différentes ſortes de ſaignées principalement de celles du pié*, Pariſ. 1727. 12. vol. 2. Amſtelod. 1729. vol. 2. 12. Scopus auctoris eſt oſtendere, revulſiones debere fieri in locis ab adfecta parte quam maxime remotis, in pede, ſi caput laboraverit; in brachio, ſi abdomen. Venæ jugularis incifionem, tota maſſa cruoris valde prius imminuta, de cerebro revellere, quæ prius nocuiſſet. Derivationem valde condemnat. In *altero tomo* defendit ſe ipſum SYLVA contra *obſervations ſur la ſaignée du pié*, quæ ſunt HECQUETI. EJUSDEM *diſſertations & conſultations médicinales de* M. SYLVA Pariſ. 1744. 12. vol. 2. Continetur hic SYLVÆ apologia venæ ſectionis pedis in variolis; & de venæ ſectione theſis, quæ totius operis eſt quaſi compendium, tum conſilia SYLVÆ medicamentaria, abſque eventus definitione.

PIERRE de SAULT *nouvelles découvertes concernant la ſanté & les remèdes*, Pariſ. 1727. 12. Arcanorum collector. Alia opuſcula citavi in pathologicis, ut *diſſertations ſur les maladies vénériennes*, Bourdeaux 1733. 8. quas ſanandas ſuſcipit abſque ſalivatione. Accedit differ-

diſſertatio *de rabie & phthiſi* cum eorum radicali curatione. Porro T. II. diſſertatio *de medecine* continet methodum curandæ podagræ. Ubi frictiones laudat. Pariſ. 1735. 12. *tertius* vero tomus, ibid. 1736. modum curandi calculum renum & veſicæ. EJUSD. *de opio*, Diſp. 149.

MARTIN MARTINEZ *Medicina ſceptica y cirurgia moderna*, Madrit 1727. 4. editionis ſecundæ Tomus I. ibid. 1725. 4. ed. I. Pro Medicina ſceptica *.

An ſit CORNELII ALBERTI KLOEKHOF *diſputatio de uſu & abuſu corticis peruviani in febribus intermittentibus tertiana & quartana* diſſertatio Leid. 1727. 4. non novi? EJUS vero nominis vir Clar. edidit *Opuſcula medica*, Leid. 1747. 8. dignum hoc & utile opus. In febre epidemica mere refrigerantibus & lacte ebutyrato uſus eſt, & venæ ſectione repetita etiam in infantibus, tum emeticis. In II. diſſertatione oſtendit venæ ſectionem in acutis nullo die fatali circumſcribi, ſed adhiberi poſſe, quandiu indicatur ab axietate aliiſque ſignis. Reliquæ diſſertationes pathologici argumenti ſunt.

GEORGII EHRHARDI HAMBERGERI diſſertatio *de vena ſectione*, Jen. 1727. 4. Vim omnem venæ ſectionis refert ad evacuationem, & omnem loci diverſitatem rejicit, omnem derivationem & revulſionem, imo diminutionem celeritatis, in tanta pravitate vulneris, experimentis uſus factis in tubis ramoſis, quos variis locis pro lubitu aperiebat. Contra eam, a SENACO & QUESNAY pariter propoſitam opinionem, dixit pro revulſione in diſputatione ſua, quam citabo, SCHULZIUS.

J. HENRICI SCHULZE viri doctiſſimi plura ſunt opuſcula quam hic facile liceat recenſere. Huc tamen excito *de helleboriſmis Vett.* Aldorf. 1727. 4. (ni fallor) *de balneis, ſcarificatione & vena ſectione caute adhibenda*, Altd. 1727. 4. *de viperarum in medicina uſu*, Altdorf. 1727. 4. * *de miſſione ſanguinis peſtilentia* 1728. *de ægroto aſthmatico uſu radicis ſcillæ ſublevato* 1735. 4. *de ſaponis uſu medico* 1736. *de pharmacorum acidulorum præſtantia* 1736. *de antiquis curationibus febrium intermittentium* 1737. *Præjudicata quædam circa venæ ſectionem opiniones* 1738. ad ſententiam fere SYLVÆ & contra Cl. HAMB. *de mercurialium uſu in febre quartana curanda* 1742. *de paſſionis iliacæ cauſis & curatione* 1742. EJ. *therapia generalis in uſum academicarum prælectionum*, Hall. 1746. 8. & *materia medica*, ibid. eod. anno. a morte auctoris a genero CL. STRUMPFIO edit; compendium eſt morborum, medicamentorum, & curationum.

J. ANDR. SCHMIDT *de hæmorrhagiis aliiſque fluxibus adſtringentibus non ſiſtendis*, Helmſt. 1727. & aliæ diſputationes.

J. DAN. LONGOLLI, Stahliani, *galanter patient*, Budiſſin 1727. 8. *

BURCHART DAVID MAUCHAR Profeſſoris Tubingenſis, & Archiatri, viri doctiſſimi; *medicina in nuce*, Tubing. 1727. 4. *

J. v. COXIE *de ſanguinis miſſionis effectibus variis, uſu & abuſu*, Leid. 1728. diſputatio.

JOH. QUINCY, medicus, pharmaciæ peritus, multa equidem ſcripſit, ſed *lexicon* dicetur in hiſtoricis, reliqua opera mihi nota alibi jam recenſui. IDEM anno 1719. 8. contra VVOODVVARD'S *ſtate of phyſick* reſpondit pro FREINDIO & MEADIO *.

J. CHRISTIAN FRITSCH *beſchreibung der Becheriſchen polychreſt pillen vvie ſie nach* STAHL'S *praxi zu appliciren*, Lipſ. 1728. 8. *

J. MAURIT. HOFMANNI Altdorfini egregiæ ſunt diſputationes, & *ſyntagma pathologico-therapeuticum ad* J. HARTMANNI *praxin chemiatricam concinnatum*, Lipſ. 1728. 4.

Hoc anno cœperunt edi, & quotannis novis tomis augentur, *opuſcula ſcientifica & philologica*, quæ Venetiis in 12. fol. prodierunt. Multa ibi practica. Ita C. J. COGROSSI ipecacoanham parvis doſibus ſanguinis fluxus ſuprimere docuit. In T. 17. experimento facto, ſudor ſympatheticus, qui exſpectabatur, nullus ſecutus eſt, &c.

AUGUSTINUS BELLOSTE in *ſuite du Chirurgien de l'hopital*, Pariſ. 1728. 12. mercuriales ſuas pilulas, quas filius pergit vendere, ad plurimos morbos impenſe laudat.

MICHAEL RENUART *abregé de médecine & de Chirurgie pratique*, Pariſ. 1728. 8. agyrtæ; ut lego, opus. *

CARL SIGISMUND BATTAGLIA *abfertigung des Hofraht Horchens vvegen ſeines ſtreits vvieder einibe ſonnenklare vvahrheiten*, Morsburg 1728. 4. Nomen fictum, & verus auctor creditur eſſe D. ALBERTI.

MARTINI VVARREIN *ad amicum* epiſtola *in qua curandi ratio in febribus nuper graſſantibus*

tibus ac corticis peruviani periculum explicatur, Cantabrig. 1729. 4. contra corticis uſum; quem febres ait infideliter ſanare.

JOSEPHI CLUTTON *method of curing continued feavers*, Lond. 1729. 8. * 1735. 8. * Novum habet febrifugum, cum hiſtoriis 13. curationum ejus opera peractarum, & animadvertit in recepta febrifuga.

GUILIELMI SCOTI *medicæ præluſiones* IV. Patav. 1729. 8.

NIC. PATUNA *tratt. dell' Erpete* Venez. 1729. 4. *

Hans Heinrich Helcher cur incurabler krankheiten, Breslau 1729. 8. venditor auri potabilis.

GABRIELIS CLAUDER *praxis medicæ generalia monumenta*, Chemnitz 1729. 8. *

CHRISTIAN GOTTLIEB MEINIGEN *der menſch ſein eigener medicus*, Lipſ. 1729. 8. EJUSD. ſub literis C. G. M. latentis *heftig geplagtes und glüklich geheiltes podagra*, Hamburg. 1736. 4. *

R. BRADLEY *courſe of lectures on the materia medica*, London 1730. 8. Multa a PETRO VERO habuit & aliqua Chemica minus nota.

Le TELLIER *réflexions critiques ſur l'Emménologie de* M. FREIND, Pariſ. 1730. 12. Venæ ſectionem a FREINDIO paſſim improbatam defendit, &c.

CHEVALIER *réflexions critiques ſur le traité des ſaignées*, Pariſ. 1730. 12. Pro HECQUETO ſcribit, & venæ brachii ſectionem in morbis capitis defendit, eam, quæ in pede fit, rejicit ob revulſionem, quæ ſanguinem in vaſa abdominis ducit, tuetur venæ jugularis ſectionem, ob revulſionem in vaſa externa capitis factam, & expeditam inde ſanguinis per cerebrum circulationem. Non iners adverſarius, quem neſcio cur miſerum vocat MORISSON (vel SENAC) *lettre* 5.

FRANÇOIS QUESNAI *obſervations ſur les effets de la ſaignée*, Pariſ. 1730. 12. Pro derivatione, quam utilem ad tollendas obſtructiones credit, & pro augenda ſanguinis celeritate, maxime quando cauſa externa eſt, neque nocere, cum ſit infra trigeſimam partem ſanguinis. Hinc etiam jugularis venæ ſectionem defendit. Derivationis naturam in univerſum non ab arteriis ſed a venis debere explicari monet, venas autem ſæpe ad alios truncos, quam arteriæ ducere obſervat; majorem tamen effectum venæ ſectionis eſſe ſanguinem diluere chilo & tenuioribus humoribus. Negligit vero eam vim quæ pendet a debilitate ſyſtematis nervoſi, hinc remittente ſtrictura vaſorum & irritabilitate. EJUSD. *art de guérir par la ſaignée*, Pariſ. 1736. 12. Venæ ſectionem ubique, etiam in morbis exanthematicis laudat, errorem loci rejicit.

JULIEN MORISSON *lettres ſur le choix des ſaignées*, Pariſ. 1730. 12. Verus auctor eſt PETRUS SENAC, Academicus & medicus Regius. Acriter impugnat SYLVAM. Revulſionem & derivationem parvi momenti eſſe docet, ob ſummam tenuitatem vaſorum minorum, ex qua fiat, ut valde acceleretur inde ſanguinis circulatio neque retardetur. Derivari in pelvim ſanguinem negat, ſi vena pedis ſecta fuerit, tantum enim evacuari, quantum derivatur. Negat accelerari ſanguinem per venæ vulnus. Si aliqua fiat mutatio in ſanguinis motu a venæ ſectione, eam ait unice in ramis proximis fieri, nullam in remotis, ut venæ in talo ſectio nihil in capite mutet. Revulſionem tamen aliquam fieri revocato ſanguine a ſuperficie ad cor adverſariis donat. Eædem opiniones & in *Eſſais phyſiques* proponuntur, & in Libro *de corde*, & in J. de TREVOUX 1732. p. 714. ubi SYLVÆ inſultat, quod non reſpondeat.

Practical phyſician for travellers, Lond. 1730. 8. *

EMANUEL CHRISTIAN LOBBER *gründliche anvveiſung zur glüklichen blatter cur*, Jena 1730. 8. nempe pro venæ ſectione & antiphlogiſticis.

CHRISTIANI POLYCARPI LEPORINI *vernünftiger und vorſichtiger haus artzt*, Quedlinb. 1730. 4.

CHRISTIAN HENRICH ERNDTL in *Varſovia phyſice illuſtrata*, Dreſd. 1730. 4. practica etiam habet, & calidam in febribus curationem ſequitur.

ALEXANDRI CAMERARII, R. JACOBI filii Profeſſoris Tubingenſis, *uſus corticis a febre ad icterum extenſus*, Tub. 1730. 4. cum exemplis, & aliæ, etiam viri practicæ diſputationes exſtant.

THOMÆ APPERLEY *practical obſervations in phyſick vvith a treatiſe of the ſmallpox*, Lond. 1731. 8. huc inprimis faciunt. Varia abſque ordine habet, ceu aliqua præcepta. Opium ad dolores a partu utile facit. Purgationem in ſecunda febre variolarum non bonam eſſe monet, venam vero ſecari poſſe, & nonnunquam dari cardiaca. In prima febre plethoricis ſecandam venam.

THOMAS KNIGTH *diſſertatio on chalybeats*, Londin. 1731. 8. EJ. *reflexions upon catholicons or univerſal medicines*, London 1749. 8. Dari negat panaceas, & tribuit earum laudes avaritiei venditorum. Examinat & refutat pilulas VVARDII, aquam marinam, decoctum picis, cui terebinthinam præfert, & ex cujus uſu vidit ſucceſſiſſe mictus cruentos. Medicamento etiam STEPHANIÆ parum favet.

CLIFTON *plain and ſure vvay of practiſing phyſick*, Londin. 1731. 8. * An idem ſit FRANCISCUS CLIFTON cujus *ſtate of phyſick antient and modern*, ibid. 1732. 8. prodiit, nunc non poſſum definire. In eo *ſtatu* multa practica ſunt. Balnea commendat in variolis, purgationem FREINDIANAM negat feliciter ſucceſſiſſe (p. 150.)

CLAUDII VERGNE & HYAC. THEOD. BARON, *Ergo variolis narcotica*, Pariſ. 1731. 4.

CLAUDII du CERF & FONTAINE, *Ergo feminarum morbis rara ſaphenæ ſectio*, Pariſ. 1731. 4.

MARIANI SEGUER *de juſculo pulli lienteriæ ſpecifico* (plantis farti), Valentiæ 1740. ut vid. *

F. SUAREZ de RIBERA *Clave medico-chirurgica*, Madrit. 1731. * EJ. *reſtauracion de la medicina antiqua*, ibid. eodem anno * EJ. *remedio de deplorados probatos en la piedra lidia datta la experienſia*, ibid. 1732. *

GIROLAMO CASPARI *nuove oſſervazioni ſtoriche, mediche e naturali*, Venez. 1731. 8. ad pathologiam pertinet. In febre pleuritica verminoſa, quam paſſim Itali deſcribunt, & ipſe oleum amygdalarum dulcium adhibuit.

GOTTLIEB SAMUEL BAUMLERS *mitleidiger arzt*, Argentor. 1731. 8. *

Præſtantiſſimam materiam D. GEOFROI in botanicis laudavi, cujus tamen pars mineralis etiam exſtat. Omnibus palmam præriperet, ſi abſoluta haberetur.

J. HENRICI COHAUSEN medici Monaſterienſis nuper exſtincti *Archaus faber febrium cum methodo adminiſtrandi chinam chinam*, Amſtelod. 1731. 8. EJ. (ni fallor an filii) *von der rothen ruhr*, Francofurt. 1744. 8. EJ. *decas tentaminum phyſico-medicorum*, Francof. 1699. EJ. ſub literis J. H. C. H. S. M. D. *praxeos clinicæ theſaurus Attalicus ſeu illuſtrium medicorum recentioris ævi therapia*, Francofurti 1720. fol. Collectio undique facta. In EJ. etiam *Hermippo redivivo*, & in epiſtolis ad NUNNINGIUM aliqua ad praxin pertinent, ſemiſeria.

In COMMERCIO LITERARIO NORICO, quod hoc anno edi cœpit plurima habentur egregia practici argumenti, quæ tota legere oportet.

BRYAN ROBINSON, medici Hiberni, *treatiſe on animal œconomie*, Londin. 1732. 8. 1738. 8. 2. vol. Experimenta & contemplationes habet de venæ ſectione, ejuſque effectubus. Revulſionem confirmat, etiam a remotiſſimis partibus, cum vena in iis ſecta faciat, ut eo humores tendant. Purgationis vim revellentem de capite in abdomen, vires roborantes & laxantes medicamentorum explorat capillis in variis liquoribus maceratis. Cortice peruviano in ipſo principio febrem ſupprimi vetat, quæ ali debeat ad attenuandos humores. Veſicatoria rejicit, quod ſolvant ſanguinem, febremque augeant, prodeſſe tamen fatetur, quod febrem reparent motumque ſuſcitent. Non debere eam copiam refrigerantium dari monet quæ criſin impediat. Sudorem pro criſi juvanda laudat.

THOMAS DOVVER'S *the antient phyſician's legacy to his countrymen being vvhat he has collected himſelf, in 49. years practiſe*, London 1732. 8. 1733. 8. gallice etiam edita, Hagæ 1734. 8. Magnæ laudes ſunt argenti vivi, etiam crudi, pene in omnibus morbis, ipſa phthiſi & calculo, cum brevi, ſimplici & vehemente curatione.

The ladies phyſical directory: of all the diſeaſes peculiar to the female ſex from eleven years to fifty, &c. London 1732. 8. 1736. 8. 1742. 8. cum Tractatu de ſterilitate & impotentia. An non idem liber fuerit, qui Hamburgi 1741. 8. cum hoc titulo prodiit, *neueingerichtete frauenzimmer Apotheke vvie ein frauenzimmer ihr eigner Arzt ſein könne?*

DANIEL TURNER, Chirurgus, medici titulo decoratus, plurima ſcripſit. Contra DOVVERUM edidit *the antient phyſician's legacy impartially ſurvyd*, London 1734. 8. Refutat nimium uſum argenti vivi, & venæ ſectionem. Negat mercurium vaſis lacteis recipi, adfirmat ſumtum de ano defluere, exiguum ergo ejus in curando uſum eſſe &c. Libros de lue venerea & morbis cutis alibi citavi.

LUDOVICI JOH. THIEULLIER *conſultationes medicæ*, Paris. 1732. 8. 2. EJUSD. *conſultations de medecine*, Paris T. I. 1739. T. II. 1743. T. III. 1745. T. IV. 1747. 8.

HUGONIS GOURAIGNE *duodecim quæſtiones medicæ defenſæ*, Monſpel. 1732. 4. practica

varia continent. Alias propoſuit anno 1748. In Tractatu *de febribus ad circulationis leges* venæ ſectionis theoriam proponit, quam BELLINUS, nempe accelerari in arteria ſanguinem, cujus ſocia vena ſecta fuit. Derivationem in cerebri inflammationibus nonnunquam laudat, hinc venæ jugularis ſectionem. In menſium ſuppreſſione nocuiſſe venam brachii ſectam, juviſſe venam pedis inciſam obſervavit. In febrium principio multum utitur purgantibus, & in malignis cardiaca laudat. Diætam jurulentam febribus acutis permittit. Peripneumoniam recte potentiſſimis venæ ſectionibus oppugnat. Cortice peruviano etiam in febribus remittentibus utitur, conjuncto cum opiatis, EJ. *de ferri uſu & abuſu in medicina*, Monſpel. 1736. 12. *de humorum craſſitie & incidentibus & adtenuantibus*, ib. 1741. EJ. diſſ. *de ſanguinis miſſione*, Monſpel. 1743. 8. Contra SYLVAM negat dare aortam aliquam ſuperiorem & inferiorem, negat arterias evacuari. In vas ictum derivationem fieri docet, quando vires cordis in reliquo corpore minuuntur, revulſionem quando augentur.

JAC. FOURNEAU & O. C. BARFEKNECHT, *Ergo latiores frictiones ex mercurio jucundioreſque ſunt ad profligandam luem veneream*, Pariſ. 1732. 4.

PETRI AZEVEDO & J. B. CHOMEL, *Non ergo inflammationibus Kermes minerale*, Pariſ. 1732. 4.

SANCTI ZARINI *de curatione per ſanguinis miſſionem*, Lucca 1732. 4. Chirurgi opus plurimis tamen citationibus & copioſis auctorum locis ornatum. Pro venarum diverſitate ſentit, & diverſarum ſectionibus vires tribuit.

CAROLI GIANELLA *ſaggio di medicina teorico-pratica*, Venet. 1737. 8. Plures ſunt opuſculi partes. In principio morbos pleroſque eorumque curationes conſiderat. Morbos ſolidorum plurimi facit. Corticem peruvianum meliorem eſſe monet in febribus æſtivis, quæ egent freno quam in iis hibernis, quibus ſtimulo opus eſt. In febribus cum inflammatione in primis venæ ſectionem laudat, non ita in reliquis. Vitiis perſpirationis multum tribuit, & acribus nervos ſtimulantibus. In continuis malignis clyſteres lacteos & pediluvia laudat. Febres lymphaticas cum profuſo ſudore in gangrena alicujus viſceris fundatas, ſerum lactis, ſalſam parillam & mercurium laudat. Et ipſe febres pleuriticas verminoſas oleo amygdalarum oppugnat. Sequuntur variæ Epiſtolæ & aeris, aquarum locorumque, atque epidemicæ febris deſcriptio, &c.

In *Bononienſibus commentariis* plurima peregregia practica habentur: in *primo tomo* anni 1731. ALBERTINI de morbis pectoris: & de corticis peruviani vi febrifuga criſi non penitus deſtituta: MICHELOTTI de hæmoptoë frigidiſſimis potionibus ſublata. In T. III. P. I. Bonon. 1746. 4. de vi corticis febrifugi in febre. In II. MENGHINUS negat vim mercurii in aquam tranſire &c. In P. III. ib. 1747. 4. VINC. MENGHINI de ferri ad ſanguinem commeatu inquirit, JOSEPHUS VERATTI de vi veſicantium ſanguinem cogente, non ſolvente.

HENRICI LOELHOEFFEL diſp. *de frictione*, Leid. 1732. 4.

CHRISTIANI GODOFREDI STENZEL *medicina theoretico-practica*, Francof. 1732. 8. EJ. extant variæ diſputationes, ut *caſus aliquot hominum alue venereæ per ſalivationem curatorum*, VVittemb. 1742. *de exitioſis ægrorum ad acidulas thermaſque relegationibus*, VVittemb. 1741. 4. &c.

SIMONIS PAULI HILSCHER Jenenſis Profeſſoris, diſputationes aliquæ huc faciunt, ut *de amputatione & raſura capillorum in variolis*, Jen. 1732. *de curatione paucitatis lochiorum & dolorum poſt partum in matrona feliciter peracta* 1743. *de methodis avertendi variolas* 1745. 4.

J. TIMMII *cogitationes medico-phyſicæ hiſtoricæ*, Brem. 1732. 8.

J. HENR. SCHUTTE *mediciniſcher unterricht von der arzneykunſt uvahren nuzten und ſchein nazten*, Sort 1732. 8. *

PAULI GOTTLIEB VVERLHOF Archiatri Regii, practici feliciſſimi, & amatiſſimi amici noſtri ſingularis, *obſervationes de febribus* prodierunt Hanoveræ 1732. 4. ibid recuſæ 1745. 4. Occaſionem dedit operi genus febrium tertiani generis ſoporoſarum, quæ CL. JOERDENS novæ videbantur, dictæ tamen MORTONO aliiſque. Totam ergo rationem febrium periodicarum hic repetit vir doctiſſimus, & corticis eximium verumque uſum, cum legitimo adhibendi modo docet. EJUSD. *cautiones medicæ de limitandis laudibus & vituperiis morborum & remediorum*, ibid. 1734. 4. Contra STAHLIUM & STAHLIANOS monet, non omnes naturæ, ut vocant, conatus bonos eſſe & juvandos, neque opii corticiſve vim extimeſcendam. Tractatus alter GOELICKII *laudi febris falſo ſuſpectæ* opponitur, quæ diſputatio VVERLHOFIANIS obſervationibus oppoſita fuerat. Corticem iterum ut potens & innoxium

noxium medicamentum defendit. Alia paſſim egregia medicamenta deſcribuntur & laudantur. EJUSD. *Epiſtola de medicamento alterante ex mercurio & de aurigine* ejuſque *Cameraviano remedio* deque eadem de febribus lite, Hanover. 1735. 4. quibus pulvis alterans PLUMMERII laudatur, & ultimum reſpondetur GOELICKIO.

In STEPH. HALES *hamaſtatiks*, Londin. 1733. 8. varia habentur experimenta ad vires medicamentorum definiendas. Ibi contractilis vis peruviani corticis & vini ſpiritus aliorumque ſtypticorum, vis ſanguinem accelerans venæ ſectionis, & calculos diſſolventia medicamenta tractantur.

EDIMBURGENSIUM acta egregiis plena obſervationibus, etiam practicis, hoc anno edi ceperunt, nam & medicamenta ibi varia deſcribuntur, & aquæ minerales, & morbi oculorum aliique rariores.

OTTO CASIMIR BARFEKNECHT & BELLOT, *Ergo febri putridæ Picardis ſuette dictæ ſudorifera*, Pariſ. 1733. bona diſputatio.

J. JAC. BERLU *treaſury of drugs*, London 1733. 12. *

PETRI CHIRAC, Archiatrorum Regiorum comitis, *conſultationes* cum SYLVÆ & MOULINI nonnullis, Pariſii prodierunt 1744. 8. Fermentationes & theoreticas explicationes Carteſiano more ſequebatur. EJ. *traité des fiévres malignes avec des conſultations ſur pluſieurs maladies*, Pariſ. 1742. 12. *

NICOLAI CONTE, medici Neapolitani, *aqua frigida antiquiſſima methodus ad praxin iterum revocata*, Neapoli 1733. ni fallor 12.

Getreuer arzt, Jena 1733. 8.

PAUL JOSEPH FACH *de malignitate in febribus falſò ac merito ſuſpecta*, Altdorf. 1733. 4.

J. de BUCHVVAL, Profeſſ Hafnienſis, *de diabetis curatione cumprimis per rhabarbarum*, Hafn. 1733. 4.

BALTHASARIS LUDOVICI TRALLES Practici Uratislavienſis, viri doctiſſimi, *Exercitatio de virtute camphoræ refrigerante*. Breslau 1734. 8. Diſcipulus HOFMANNI, inflammationem, quæ ſit ſtaſis humorum in canali conico cum nervorum irritatione, hinc aucto adtritu ſolvi ſperat camphora, quæ per apertos canales humores promoveat. EJUSD. *de vena jugulari frequentius ſecanda*, ib. 1735. 8. Antiquitates hujus ſectionis habet, oſtendit revellere aperiendo & laxando carotidem externam, hinc in omni congeſtione ad caput valere, apoplexia, phrenitide, mania. SYLVÆ verò rationes refellit, qui ad cerebrum derivare dixerat. EJ. *das aderlaſſen als ein hülfsmittel in blattern curen*, ibid. 1736. 8. contra recepta Germanorum præjudicia. EJ. *vorſorge der mutter für neugebohrne kinder*, ibid. 1736. 8. EJ. *virium quæ terreis remediis gratis hactenus adſcriptæ ſunt examen rigoroſum*, ibid. 1740. 4. Contra receptas nimis in Germania, & ad febres aliosque morbos adhibitas terras, & abſorbentes pulveres, hic invenias.

J. DANIEL GEYER *de harundinatione* (*der ſchilfſtriegel cur*) Lipſ. 1734. 4. EJ. *de ſalivatione*, ibid. 1735. 4. In EJUSD. olim ſaxonici Archiatri, *müſſigen reiſeſtunden*, Dreſd. 1734. 4. plurimæ epiſtolæ ad praxin faciunt, ut illæ *von der gürtel cur*, ſuperſtitioſo cingulo; *vom grand remède von der Huberts cur in* hydrophobia, *von der mercurialcur eines Hottentotten*, *von der lebcur*, ſimiles cæterum, ut alibi monui, & luxuriantis ingenii epiſtolæ.

BRANDANI MEIBOMII Profeſſoris Helmſtadienſis, bonæ aliquæ diſputationes exſtant, ut ea *de uſu vaporationum & ſuffituum in morbis*, Helmſt. 1734. 4.

JAC. HENR. CHRISTIANI ADAMI *commentatio critico-medica de uſu externo in curandis morbis ad locum* SYMMACHI, Lipſ. 1734. 8. *

Des geheimen mediciniſchen briefwechſels I. *und* II. *ſtük*, Lipſ. 1734. 8. *

MICH. MATTHIÆ LUDOLF, Profeſſoris Berolinenſis, *anfangs gründe der arzneywiſſenſchafft*, Berlin 1734. 8. *

J. WILHELM ALBRECHT, deceſſoris noſtri, *de effectibus muſices in corpus humanum* Liber huc poteſt revocari, Lipſiæ 1734. 8. editus.

GUSTAV HARMES *de medicina Laponum*, Lond. 1734. 4. bona diſputatio.

J. de GORTER Harderovicenſis, diſcipuli BOERHAAVII, cujus teſtimonio poſteris commendatur, aliqua huc faciunt, in pathologicis dicta, ut *morbi epidemici deſcriptio*, Amſtelod. 1734. 4. In *Chirurgia* cum BELLINO ſentit, accelerari nempe in arteria ſanguinem, cujus vena ſocia ſecta eſt, in reliquis retardari, & revulſionem maximam fieri in arteria proxima. EJSUD. *compendium medicinæ* jam laudatum, praxin etiam continet nuper recuſum F. Lipſ. 1749. 4.

GEOR-

GEORGE VVARREN *nevv method of curing gonorrhoéas*, Londin. 1734. 8. tertia edit. *

Preſervative againſt the conſequences of the bite of mad dogs, Londin. 1734. 8. *

THOMÆ HARRIS *treatiſe on the force and energy of crude mercury*, Londin. 1734. 8. aut 1735. 8. nam utrumque annum reperio. Valde laudat argenti vivi uſum, in ſcrophulis, volvulo.

T. K. *critical diſſertation on the manner of preparing mercurial medicines*, Lond. 1734. 8. *

Alterius anonymi *treatiſe upon the uſe and properties of quikſilver*, Lond. in 8. circa hæc tempora prodiit, quo docetur valere ad aſthma, intemperiem acidam, mercurii uſum, &c. *

THEOPHILI LOBB M. D. viri pii & induſtrii *rational method of curing feavers*, Londin. 1734. 8. Theoria in univerſum BOERHAAVIANA præmiſſa, conſiderat effectus venæ ſectionis, eoſque valde diſtincte proponit. Ligata vena facit inanitatem in trunco venæ ultra locum vinculi, & repletionem cis locum ligatum, hinc inanitionem cordis, & in arterias brachii ſanguinis congeſtionem, unde non redit, hinc revulſionem ab aliis arteriis. Deinde aperta vena ſanguis per eam venam celerius exit, & per arterias bracchii (ſeu partis cujus vena ſecta) velocius movetur, hinc nixus ſeu derivatio in eam partem fit; hinc diminutio preſſionis ſanguinis in omnes reliquas corporis partes, & celerior reditus per venas depletas, & revulſio a vaſis minimis in majora, & revulſio maxima ab ea parte, cujus vaſa non aperiuntur. Cæterum venæ ſectioni non valde favet, neque fere admittit niſi in abundantia ſanguinis & globorum rubrorum, & jubet ſupprimere ſanguinis fluxum, quam primum pulſus debilitatur. Eam vero ſectionem, quæ in vena jugulari fit, ſanguinem derivare docet in caput, quod ſanguinis celeritatem in carotide communi augeat. Sic neque ſudorem movere ſuadet, neque alias evacuationes. EJ. *medical practice in curing feavers*, ibid. 1735. 8. A cortice iterum & venæ ſectione alienior eſt. Febres habet a diſſolutione malignas, & a coagulo ortas & complexas ex utroque genere. In catarrhalibus febribus utitur adtenuantibus, cum motu ſanguinis aucto. In vomitoriis multus eſt. Caſus ſubjecit curationum. EJ. *practical treatiſe on painfull diſtempers vvith ſome effectual methods in curing'em*. Lond. 1739. 8. Hiſtoriæ dolorum & morborum eo pertinentium, per exempla, cum formulis. Errorem loci a rheumatiſmo rejicit, venæ ſectioni & opio iniquior. EJ. *account of ſmallpox*, ibid. 1748. recuſus eſt, & gallice verſus Pariſ. 1749. vol. 2. Ibi proponit evitationem ſuppurationis. EJ. *compendium of practice in phyſick*, Lond. 1747. 8. *

ANDREVV HOOKE *eſſay on the practice of phyſick to revive that of the antients*, Londin. 1734. 8. 1736. 8. Laudat methodum veterum diæteticam. Abſorbentia medicamenta negat in ſanguinem venire. Laudat generoſa remedia, jalapam, gummi guttam, chalybem, argentum vivum, rheum, opium, &c.

JOSEPH ROGERS *eſſay on epidemical diſeaſes and more particularly on endemial epidemies of the cyti of Cock, but moſt profeſſedly the epidemical feaver of* 1731. Dublin 1734. 8. Dignum librum liceat fuſius explicare. In *præfatione* multum deprimit theoriam, & experientiam commendat. Rejicit explicationes actionum medicamentorum mechanicos, ut mercurii, ſalium. Jubet ſimplicia dare medicamina, quorum vires experiendo poſſint cognoſci. Febris ipſa, quam deſcribit, petechialis eſt cum pulſu fere ſani ſimili, & dolore capitis vehementi. Multum tribuit in ejus cauſis aeri craſſo, humido, fætori carnium projectarum, victui carnoſo. Rejicit curationem refrigerantem Arabum, quæ noſtro frigido climati non conveniat. Utitur, in curando, vino, croco, acidis, veſicatoriis, etiam calidis, ſerpentaria, theriaca. Sequuntur curationum exempla. In *tractatu de variolis* multas facit ejus morbi ſpecies, & multas recenſet epidemias. Febrem ſecundariam a prima ſeparat. Facit diſtinctas etiam malignas lymphaticas, tum cohærentes malignas, quales ego vidi anno 1735. quas morbus miliaris ſequebatur & urinæ ſuppreſſio. Scopus ei eſt motum ſanguinis ſuſtinere ne nimis deprimatur: balnea partibus externis pro revulſione adplicat; jubet ægrum lecto ſe tegere: acidis utitur ob putredinem, hæc in benignis. In malignis cardiaca præſcribit, cochenillam, veſicatoria cervicis, fomenta, vaporem aceti, abſque venæ ſectione vel purgatione. Exempla ſubjungit.

R. BUTLER *eſſay on blood letting ſhevving the advantages of bleeding, particularly in the foot*, Lond. 1734. 8. SYLVAM ſequitur. Rejicit derivationem, & venæ jugularis ſectionem, niſi exhauſto prius corpore. Revulſionis cauſa in brachio ob morbos abdominis venam ſecat, in pedibus ob morbos capitis, tum derivativo ſcopo ad ciendos menſes ſubtiliter ſatis ſecutus rem ora, rumorigines pro morborum varietate.

F. Jo-

F. JOSEPH HUNAULD & GUYOT, *Ergo in pari venæ ſectionis & purgationis indicatione venæ ſectio præferenda*, Pariſ. 1734. 4.

HYAC. THEOD. BARON. in theſi, Pariſiis anno 1734. defenſa, negat ſanguinem per venam ſectam celerius fluere, negat pericula derivationis, & commoda revulſionis. In principio morbi nocere credit venæ ſaphenæ vel jugularis ſectionem, in corpore vero prius depleto jugularem bene ſecari.

GIUSEPPE del PAPA *conſulti medici*, T. I. & II. Rom. 1733. 4. Venet. 1734. 4. Tachenianus fere eſt, & acidi atque alcali defenſor. EJ. *trattati varj fatti in diverſe occaſioni*, Firenze 1734. 4. *

Aliqua philoſophica ſunt, multa pathologica & practica, de vi noxia vernicis ſinenſis, de expurgatione mercium ſuſpectarum, curatione variolarum aliorumque graviorum morborum.

J. BAPTISTÆ MAZINI Profeſſoris Patavini de mechanica ſchola, ut per particularum figuras eventus rerum interpretaretur, exſtat *mechanica medicamentorum* edita Brixiæ 1734. 4. Octædras, Rhomboideas particulas, hamatas, & priſmata, in medicamentis invenit, quæ faciunt, ut alvum ducant, urinamve moveant, &c. EJ. *mechanica morborum* omitto. Opera conjuncta recuſa ſunt Brix. 1743. 4. *

MICHAEL PINELLI in *nuovo ſiſtema dell' origine della podagra* arcana equidem aliqua ad podagram, calculumque non bene laudat, recte vero acida, adeo a ſuis civibus exoſa, innocentia eſſe oſtendit, & apta ſuperandis variis morbis, ipſique vincendæ podagræ. Lapides pretioſos merito contemnit, cum ipſe pharmacopola ſit. Prodiit Rom. 1734. 4.

JOS. TH. ROSETTI *ſyſtema novum de morbis fluidorum & ſolidorum*, Venet. 1734. fol.

DAMIANI SINOPEI Medici in Noſodochio maritimo Cronſtadienſi *parerga medica*, Petropoli 1734. Conſtitutiones epidemicæ & hiſtoriæ morborum lectu dignæ.

VINCENTII BREST diſſ. *ſur l'uſage du mercure dans les maladies vénériennes & autres & ſur la maniere de s'en ſervir avec ſuccès ſans ſalivation* lego. Londini 1735. prodiiſſe, Germanice recuſum eſt *vom rechthen gebrauche des mercurius in veneriſchen krankheiten*. Berlin 1749. 8. *

JOH. LEMBKEN *cautela quadam practica circa curationem variolarum*, Gryphsvvald 1735. 4.

ANT. MOMBERS *de mumia in praxi medica non facile adhibenda*, Helmſt. 1735. 4.

A. FR. DANKVVERTS *de arte inferendi febrem*, Helmſtatt. 1735. 4. diſp.

A. D. *de uſu arenæ externo in curandis quibuſdam morbis*, Lipſ. 1735. 4.

R. JAMES *art of curing the madneſſ cauſed by the bite of a mad dog*, Londin. 1735. 8. nempe turpetho minerali. EJUSDEM *modern practice of phyſick*, Londin. 1746. 8. vol. 2. Aphoriſmos eſſe BOERHAAVII, cum SVVIETENII nonnullis auctoriſque notis jam monui, adjectis formulis, & morbis, qui in opere BOERHAAVII deſiderantur ex HOFMANNO. Porro hydrophobiæ curatio eadem, & mercurii, cinnaberis & muſci ope peragenda deſcribitur. Recuſa eſt cum notis a CL. VVESSEL LINDEN cum tractatu de Viſco.

M. van VISVLIET *de efficacia balneorum ex aqua*, in C. H., Leid. 1735. 4. *

J. ERNESTI HEBENSTREIT doctiſſimi viri, Profeſſoris Lipſienſis diſſ. *de uſu hydrargyri interno*, Lipſ. 1735. EJUSDEM παλαιολογία θεραπευτικῆς, Lipſ. 1749. 4. & aliæ diſputationes exſtant.

J. JAC. GELHAUSEN *de uſu lactis medico*, Prag. 1735. 4. & aliæ diſputationes.

RUDOLPHI AUGUSTI BEHRENS *anvveiſung für die leute auf dem lande, vvie dieſelben der imſchvvang gehenden rothen Ruhr*, & Hanover 1736. fol. * EJ. *Kunſt ertrunkene menſchen zu ervvecken*, Brunsvic. 1742. 4.

FRANCISCI BALTHASAR von LINDERN ſenis amici noſtri *venus ſpiegel*, *ſeu de curandis morbis venereis*, Argentor. 1736. 4. EJ. *mediciniſcher paſſepartout oder hauptſchlüſſel alle krankheiten des menſchlichen leibs zu erkennen und zu curiren*, ibid. 1739. 8.

POLYCARPI GOTTLIEB SCACHER utiles exſtant diſputationes, ut ea *de recto uſu rationis & experientia*, Lipſ. 1736.

In *Oeconomia* ſua CL. FR. NICHOLLS contra derivationem etiam & revulſionem dixit.

Pilulæ VVardianæ diſſectæ in Epiſtola ad BOERHAAVIUM, Londin. 1736. 8. Contra vehementiſſimum draſticum, quod vendebat VVARDIUS.

J. AL-

J. ALBERT HAZON & MURRY, *Ergo uteri poſt partum inflammationi vena ſectio e brachio*, Pariſ. 1736. 4.

ADRIANI MALAVAL & ISOARD, *Ergo apoplexiæ prægnantium ſaphena ſectio*, Pariſ. 1736. Laudat per exempla.

In J. du HALDE Chinæ deſcriptione etiam libri aliqui medicorum Chinenſium excerpti exſtant.

J. GER. WAGNER, celebris & felicis medici Lubecenſis, *obſervationes clinicæ*, Lubec. 1737. 4. EJ. *de medicamentis ad puerperarum febres mali moris*, Lubec. 1742. 4. EJ. *de curatione hæmoptoës*, ibid. 1742. 4. Alios *de pacanda lue pecorum* (Lubec. 1745. 4.) & *de naturæ metu in morbis malignis*, Hamburg. 1744. 8. jam citavi, quo libello ſapienter emetica in principio malignorum morborum laudat.

J. CHRIST. KUNDMANN in *rarioribus naturæ & artis*, Bresl. 1737. fol. Poſterior pars operis plurimas continet practici generis obſervationes. In EJ. *abhandlung vom zuſtande des menſchen vor und nach dem falle*, Bresl. 1720. practica varia exſtant, & imprimis monita contra male laudata arcana. Lapides pretioſos & corticem peruvianum rejicit.

A. P. QUEITSCH *conſpectus totius medicinæ in tabulas conjectus*, Francofurt. Viadr. 1737. fol. pro tironibus. EJ. *medicus naturæ magiſter*, Francf. Viadr. 1739. 4.

J. G. a BERGEN *de aceto liquore polychreſto*, Francof. 1737. 4. & aliæ bonæ diſputationes ſunt.

HERMANNI PAULI JUCH Erfordienſis Profeſſoris plurimæ diſputationes exſtant. Eo ergo diſp. *de camphora*, Erfurt. 1737. *de revulſione & remediis revellentibus*, ibid. 1743. &c. *De lumbricis terreſtribus & eorum uſu medico*, Erf. 1742. 4.

J. GOLDHAMMER *vveiber und kinder arzt*, Northauſen 1732. 8. 1750. 8. Pro Plebe.

JAC. PRAUN *de congrua purgantium quorumdam ad morbos applicatione*, Argentor. 1737. 4.

J. FRID. BAUER *inoculatio variolarum in utramque partem diſputata*, Lipſ. 1737. 4. EJ. *de balneis vaporoſis nativis*, ibid. 1741. 4.

J. FR. HERRENSCHVVAND celebris ab eo tempore practici, & medici ſtipendiariorum Helveticorum R. Galliæ *hiſtoria mercurii medica*, Leid. 1737. 4.

HENRICI JOSEPHI REGA, Profeſſoris Lovanienſis, *accurata medendi methodus ab omni hypotheſi abſtracta*, Lovan. 1737. 4. In primo libro theoriam dat, multumque tribuit ſolidorum morbis, in altero dat morborum hiſtorias, in tertio curationem.

JOSEPHI ab OVERKAMP *ſyſtema theoretico-practicum*, Norimberg. 1737. 8. Stahlianæ medicinæ compendium.

J. FRANCISCI le FEVRE *opera*, Veſuntione 1737. 4. Tractatus ſecundus eſt de venæ ſectione, in quo accelerari ſanguinem in arteria docet, cujus ſodalis vena inciditur, &c.

M. L. VERNAGE, *Non ergo variolæ mali moris ſoli naturæ committendæ*, Pariſ. 1737. 4. bona diſp. EJ. & du ROCHER, *Ergo malignæ febri ſaphenæ ſectio emeticum*, 1744.

PAULI VALCARENGHI *medicinam rationalem* Cremæ 1737. 4. & *conſtitutiones epidemicas* alibi dixi. EJ. *diſſertazione epiſtolare dell' uſo e dell' abuſo del Rabarbaro unito alla China*, Cremæ 1748. prodiit. Contra eam paulo poſt edita eſt IGNATII PEDRATTI *lettere familiari in riſpoſta alla diſſertazione epiſtolare dell' uſo e dell' abuſo del Rabarbaro unito alla china del S. VALCARENGHI*, Cremona 1749. 8. Defendit corticis uſum purum & abſque miſcella. Reſpondit CL. VALCARENGHI in *Rifleſſioni medico-pratiche ſopra la lettera familiare del D. PEDRATTI fatta in riſpoſta alla diſſ. epiſtolare*, Cremæ 1749. 4. * Tuetur auctoritatibus & rationibus conjunctum utriuſque hujus remedii uſum.

FLORENT. AUG. GALLARATI *methodus ad profligandas febres tertianas*, Cremæ 1737. 4. *

JOSEPHI ANTONII PUIATI *decas rariorum obſervationum medicarum theoreticis practicíſque animadverſionibus illuſtratarum*, &c. Venet. 1737. 8. In *præfatione* defendit contra SYDENHAMIUM utilitatem obſervationum ſingularium. Jubet medicos ſufficiente copia medicamenta propinare, cum ex parca doſi corticis tertianam duplicem, ex parva doſi cantharidum iſchuriam funeſtam fuiſſe viderit. Obſervationes plures ſunt, quam promittit titulus, quælibet enim alias ſocias habet. Stranguriam ſuperavit venæ ſectione, opio: bubonem gallicum raro auxilio purgatione, pleuritidem verminoſam epidemicam mercurialibus expugnavit, abſque venæ ſectione. Luem veneream, ſanat argento vivo ita adhibito, ut alvum ſolvat, abſque ſalivatione. In mania puerperarum laudat, & recte, venæ ſectionem.

In

In epiſtola ad FREINDIUM, quem neſciebat dudum obiiſſe, monet, HIPPOCRATEM in febribus venam non ſecuiſſe, & in pleuritide raro. In variolarum ſecunda purgatione ipſe etiam alvum ducit. In diſſertatione de hydrargyro mirifice extollit vires argenti vivi, in quartana febre, podagra, febribus epidemicis: negat ab humoribus noſtris acrimoniam ipſi communicari. EJ. L. *de morbo Naioniano*, Feltriæ 1747. 4. latius patet, quam titulus. Deſcribit febrem cum congeſtione ad caput, tritæophuiam, quam calidis medicamentis, ſanguinem ſolventibus & vincula ſpirituum, vomitu, cantharidibus, abſque venæ ſectione curavit.

JOH. FANTONI *obſervationes* in Pathologicis laudavimus.

MICH. PEAGET, *Ergo luis venerea curationi per frictionem potius quam per fumigationem favent obſervationes*, Pariſ. 1738. 4.

A. CL. RENARD, *Ergo pluribus Hiſpanorum morbis remedium efficax balneum*, Pariſ. 1738. 4.

Cum eodem titulo habetur diſputatio CLAUD. BURLET, Pariſ. 1714. 4.

FR. BAILLY & BELLETETE *num in peſt ut carbunculi ſic & bubones ſtatim ferro ſemper aggrediendi*, Pariſ. 1738. 4. bona diſp.

BROVVNE LANGRISH *modern theory and practice of phyſick*, Londin. 1738. 8. quæ ſecunda editio eſt. Pathologica laudavi. Ex iis deduxit utilitatem venæ ſectionis minuentis copiam globulorum ſanguinis. Derivatoriam emiſſionem ſanguinis rejicit, & laudat revulſoriam. Non valde probat cantharides, quarum vis acris reſorpta febrem facit. Neque valde refrigerat in febre, neque calefacit. Non plurimi corticem peruvianum æſtimat. Equitationem in phthiſi valde commendat. Dignus & utilis liber. EJ. *phyſical experiments upon Brutes*, Lond. 1746. 8. Experimentis docuit aquam laurocerasi, quæ vehemens eſt venenum, parca copia datam ſanguinem ruberrimum, & pulcherrimum reddere.

CAR. FRID. KALTSCHMIDT Profeſſoris Jenenſis diſputatio *de curatione virginis hydropica*, Jen. 1738. 4. prodiit, & aliæ ſubinde utiles ſuccedunt.

SAMUEL SCHAARSCHMIDT hoc anno cepit edere diarium ſuum Berolinenſe, quod maxima parte practicum eſt. EJ. *therapia generalis* a morte CL. viri edita eſt a CL. MOEHSEN, cujus tomus I. anno 1749. alter 1750. 8. Berolini prodiit. Sub eo titulo materia medica reperitur. EJ. *abhandlung von veneriſchen krankheiten* perinde nuper, ibid. 1750. 8. prodiit aucta ab E. GODOFREDO KURILLA.

LEONHARD STOKE *gedvvongene verantvvording zynde een verhaal der ziekte en dood van* CELIA VVALLE, Utrecht 1738. 8. Decocto lignorum & ſudori in craticula ſubjecerat viduam de malo venereo ſuſpectam. Cum alii medici ulcus in femore invenirent, malam curationem accuſarunt. Ipſe ſe tuetur, & producit teſtimonia facultatum, quæ negant ejus medicamenta nocuiſſe.

NICOLAI GRANITII *medicina theoretico-practica*, Venet. 1739. 4. *

PETRI de ROTUNDIS *de victus ratione in febre acuta continua*, Rom. 1739. 4. *

GIDEONIS de RABOURS & *de la* CLOY, *Ergo in lue venerea parciores & longius diſſita mercurii doſes plenioribus crebrioribuſque anteponenda*, Pariſ. 1739. 4. *Ergo in ulcere tonſillarum antiſeptica*, Pariſ. 1749. 4.

Methode pour prendre le Quinquina in *Act. Trivult.* 1739. p. 2055. Vult parari id medicamentum in antlia pneumatica, & aerem internum extrahi.

Traité pour connoitre & guérir la peſte, La Haye 1739. 8. *

CHAMPCORNU *traité des maladies vénériennes*, Amſtelod. 1739. 8. *

JOH. HUXHAM *Obſervationes de aere & morbis epidemicis ab anno 1726. ad finem 1737. Plymuthiſactæ*, Londin. 1739. 8. In nobili libro, quem in pathologia laudamus, huc multa pertinent. Febres intermittentes non nimis præcipiti uſu corticis ſupprimi debere monet. Mercurium alcaliſatum cortici præſtitiſſe vidit. Cathartica in ſecunda febre variolarum feliciter expertus eſt. In pleuritide non neceſſe eſſe ſputum movere, ut quidem in peripneumonia obſervat. Tuſſis convulſivæ, valde difficilis, curationem tradit. In variolis anni 1735. (qui etiam in Helvetia ſtrage varioloſa celebris fuit) alexipharmaca adhibuit. In Ictero cum ſanguine diſſoluto & hæmorrhagia venæ ſectione, emulſionibus utitur: in altero ictero ab inerte bile terra foliata tartari, quam in morbis a viſcido valde commendat. Succedunt diſſertationes duæ: una de *febribus lentis nervoſis*, malignis abſque appa-

rente

rente periculo, quæ abſque venæ ſectione, ipſis alexipharmacis tractari volunt: & *de Colica Damnonienſi*, nempe pictonum, quam vomitu repetito admiſtis anodynis, diuturna alvi purgatione, denique ſudore multo ſuperat. EJUSDEM *an eſſay on feavers and their various kinds*, Londin. 1750. 8. In inflammatoriis febribus antiphlogiſticam methodum recte a SYDENHAMO præſcriptam eſſe, non ita in exanthematicis, quæ egeant vi expulſiva.

KINNEIR *nevv eſſay on nevves ſhevving the uſe of bathing and drinking bathvvaters in nervous diſorders*, Londini 1739. 8. Mire commendat thermas ſuas ad podagram morboſque nervorum, & frigidum quidem balneum, poſt calidum. Medicamentum alternans Edimburgenſe PLUMMERI ad reſolvendum abſque ſalivatione valde laudat.

J. GEORGII HENRICI KRAMEH *medicina caſtrenſis*, Vienn. 1739. 8. STAHLIUM ſequitur. Scorbutum, ut ex parciori uſu vegetabilis cibi ortum, eo ipſo debellat, nempe ſuccis recentibus ad tres & quatuor uncias ter quaterve de die cum ſero lactis ſumtis, ex cochlearia, naſturtio horrenſi, & citro. Luem veneream argento vivo, cum purgantibus miſto, abſque ſalivatione ſanat. Corticem febrifugum non amat. Dyſenteriam aromaticis curat abſque opio. Phthiſin Selteranis aquis cum lacte pro certo ſperat tolli. *De ſcorbuto* diximus.

Sorgfältiger Cloſter medicus, Lipſ. 1739. 8. *

J. CONRADI a BRUNN (qui prius celebris anatomicus fuit BRUNNERUS) archiatri Palatini poſthumus libellus *de methodo tuta ac facili citra ſalivationem curandi luem veneream* edidit filius J. JACOBUS, Scaphuſ. 1739. 4. nempe diminutis doſibus argenti vivi.

CHR. H. HAENEL *de camphora*, Leid. 1739. 4.

Geſundheits büchlein vor alle menſchen 1739. 8. *

LUD. FRIED. PELITSCH *unterſuchung der eigenſchaften und hülfsmittel der arthritidis*, Lipſ. 1739. 8. * cum introductione ad modum cognoſcendi morbos.

Der mediciniſche hauptſchlüſſel oder gründliche einleitung zur vernünftigen cum aller krankheiten, Lipſ. 1739. 4. diverſus liber a priori illa clave DIETERICI.

SUECICÆ ACADEMIÆ *acta*, quæ hoc anno edi ceperunt, minime ſunt abſque utilibus practicis monumentis, ut NICOLAI ROSENII. G. STRANDEBERGII, &c.

CAMILLI FALCONET, viri doctiſſimi, & LUCAS *Ergo in variolis cujuſcumque generis non una medendi methodus*, Pariſ. 1740. 4.

JOHANNIS ASTRUC, viri literatiſſimi, Monſpelienſis Profeſſoris, nunc Pariſini medici, celebre opus *de morbis venereis*, Pariſ. 1738. & 1740. 4. prodiit, ſæpe recuſum, in poſteriori editione auctum diſſertatione de curatione luis venereæ apud Sinas. Cæterum in curatione omnia quidem ſymptomata ramoſque mali perſequitur, parciori autem uſui mercurii vivi cum aliis Monſpelienſibus plurimum tribuit. Ipſi certe tribuitur, auctus tamen nonnihil ex BOERHAAVII libro *de viribus medicamentorum, tractatus therapeuticus*, Genev. 1743. 8. Indicationes ſunt, ex cauſis morborum deſumtæ, & medicamenta atque auxilia ad eas indicationes, formulæque minime inutiles.

G. MARTIN *treatiſe ou the povver of medicines*, Londin. 1740. 8. * An ejusdem GEORGII, cujus liber de gonorrhœa?

GEORGII MARTINE *medical and philoſophical eſſays*, London. 1740. 8. De vi electrice purgantium aliqua habet.

In GEORGII BECKET *collection of chirurgical tracts*, Lond. edita 1740. 8. aliqua huc pertinent, de curatione ſcrophularum per contactum, quam ſuperſtitioſam vocat & deridet, de *ſpecifico*, ſed arcano, ad conſumtionem.

J. du BOIS *de ſanguinis miſſionis uſu & abuſu*, Leid. 1740. 4.

J. FRID. VVINTER egregii viri, Leidenſis Profeſſoris, *de certitudine medicinæ practicæ*, Franek. 1740. fol.

Avis pour donner des ſecours à ceux que l'on croit noyés, Argentor. 1740. fol.

J. FRIDERICI SCHREIBER *obſervationes & cogitata de peſte*, Petrop. 1740. & auctius, Berol. 1744. 4. Denuoque emendatus, Petrop. 1750. 4. In peſte *bubonaceam ſpeciem ſanat* argento vivo cum camphora miſto, & mercurium quidem adhibet ob adfinitatem cum lue venerea, ut tamen ſalivationem camphora impediat. In *carbunculacea*, quam cum variolis comparat, corticem Peruvianum laudat. Sub peſtis initia in Ucrania profuit emeticum. In tertia editione camphoram ſalivationem moviſſe monet, & proponitur ab anonymo antidotus

peſtis ex animali regno. Dubitat IDEM anonymus, an vere ex America lues venerea in Europam venerit.

CHRISTIANI AUGUSTI THEOPH. HÆRTEL *de effectu ſedativo ſtimulantium & excitantium*, Argentor. 1740. 4.

J. FRID. CARTHEUSER *de refrigerantium differenti indole & modo operandi*, Francof. Viadr. 1740. 4. diſp. *de neceſſaria conſenſus partium attentione practica*, ibid. 1741. 4. *de cinnabaris virtute medica* 1743. *de erroribus practicis ex falſa theoria* 1742. & aliæ bonæ diſp. EJ. *rudimenta materiæ medicæ*, Francof. Viadr. 1741. 8. recuſa ibid. 1749. & 1750. cum titulo *fundamentorum materiæ medicæ generalis & ſpecialis* 8. 2. vol. utile omnino opus eſt cum multis experimentis propriis, ex chemia inprimis, & genuinarum virium a ſpuriis prudenti ſeparatione.

In CASPARI NEUMANNI operibus, quæ hoc anno prodieunt, materia medica cum analyſibus egregia continetur, quam in chemicis laudavimus.

Specimen materiæ medicæ contractæ, Leid. 1740. 8. alphabeticus & brevis catalogus materiæ medicæ, nonnullis additis, fere ex BOERHAAVIO.

J. SIGISM. GOERLIZENS *Kurtzer unterricht vvie man ſich zu zeiten der peſtilenz bevvahren und halten ſoll*, VVitteb. 1740. 4. *

EL. FRID. HEISTERI LAUR. Filii *de quartana & hydrope per corticem peruvianum curatis*, Helmſtad. 1740. 4.

CARL. FRID. HUNDERTMARK, docti viri, *de ſingulari uſu frictionis & unctionis in curatione morborum*, Lipſ. 1740. 4. EJ. *de ſaccbari ſaturni interno uſu ſalutari*, ib. 1741. 4. quem defendit. EJ. *de incrementis artis medicæ per expoſitionem ægrotorum in vias publicas & templa*, Lipſ. 1749. 4. Ad hiſtoriam inprimis artis pertinet, aliquas tamen curationes veterum declarat.

CL. COLLEGÆ noſtri GEORGII GOTTLOB RICHTERI multæ doctæ ſunt, & utiles, ad praxin pertinentes, diſputationes, ut ea *de ſalubri uſu frigoris in medicina*, Gotting. 1740. *de inſolatione* 1741. *medicina plagoſa* 1736. *balneum animale* 1708. 4. & aliæ plurimæ. BOERHAAVII etiam vindicias adverſus anonymum cenſorem Anglum dedit anno 1745. 4.

DANIELIS VVILHELMI TRILLER, viri doctiſſimi, & Profeſſoris VVittebergenſis, *commentatio de pleuritide ejuſque curatione*, Francfurt. 1740. 8. Venæ ſectionis utilitatem confirmat, calida refellit, & naturalem eam curandi viam, quam BOERHAAVIUS, ingreditur, adductis exemplis. Derivationis theoriam eam fere quam BELLINUS tradit, maximam nempe fieri per venam proximam. EJ. *de clyſteribus nutritiis eruditiſſimum programma nuper prodiit*, VVittemberg. 1750. 4.

FRANCISCI RONCALLI PAROLINI diſſertationes nihil practici continent, ſed *hiſtoriæ morborum* jam citatæ huc faciunt, cum conſilia variorum doctorum virorum contineant, & practicas epiſtolas. Deinde *Europæ medicina a ſapientibus illuſtrata*, Brixiæ 1747. fol. edita, huc omnino revocari debet, cum ad variarum regionum medicos ſcripſerit vir Cl. & a ſingulis ſciſcitaverit, quid earum regionum praxis medica peculiare & memorabile habeat. Multa ergo hic medicamenta laudantur. Utiles ſunt epiſtolæ ANDREÆ PASTÆ, J. C. RIEGERI, MARTINI GHISII (qui luem bovillam deſcripſit, in qua fruſtra varia & mercurius etiam tentatus eſt), J. CALVI LIMPERANI, J. PHIL. BURGGRAU, ARCUTII CAPELLA, ANTONII FORMICA, MARCI FLORI. LUDOVICUS JOH. THUILLIER curationem non valde credibilem per ſudorem ſympathetice motum proponit. RONCALLUS ad varios libros clinicos ſua addit judicia, ut in SYDENHAMUM, cujus carpit artem exſpectationis in naſcente epidemia.

NICOLAI CYRILLI, qui etiam ETTMULLERI opera edidit, *conſulti medici*, Venet. 1741. 4. tria vol.

MARTIN *de la phlébotomie & de l'artériotomie*, Pariſ. 1741. 12. Recenſet opiniones contrarias PETRI SENAC & SYLVÆ; accelerari tamen cum iſto credit in ea arteria ſanguinem, cujus vena ſocia ſecatur. Hinc male in eryſipelate faciei ſucceſſiſſe venæ jugularis ſectionem obſervat. Venæ brachii ſectionem præfert illi pedis, ob ampliorem tubum & cordi propiorem. In collo venam ſecat in leviori inflammatione capitis, quæ poſſit derivando ſolvi. Arteriotomen laudat in maximis malis, quoties craſſus ſanguis ex arteriis in venas ægre tranſit.

J. LUD.

J. Lud. Baude de la Cloy & Bercher, *Ergo in pulmonum inflammationibus etiam cum ſputo cruento aliquando emeticum*, Pariſ. 1741. 4.

Antonii Ferrein, *An morbis malignis veſicantia*, Pariſ. 1741. 4.

Gaspar Cochon Dupuy & Francisci Dav. Herissant, *Ergo in ipſo exortu febrium intermittentium ſtatim ut plurimum kinakina*, Pariſ. 1741. 4.

Joh. Midy & Lud. Renati du Bois, *Ergo ſiphilis per frictiones mercuriales abſque ulla excretione niſi fere inſenſibili, ſanabilior*, Pariſ. 1741. 4.

Lud. F. Bellot, *An in bilioſis gelida glaciatique liquores bradypepſiam juvant*, Pariſ. 1741. 4.

Caroli Dionis & Nat. Mariæ de Gevigland, *Ergo ſiphilidi convenit ſuffumigatio recens*, Pariſ. 1741. 4.

P. Guisard in ſuo *eſſay ſur la maladie vénérienne*, la Haye 1741. 8. Pariſ. 1742. 12. curationem abſque ſalivatione commendat.

J. Garlik *on the efficacy of injections in a virulent gonorrhoea*, Londin. 1741. 8. *

Henry VVarren *treatiſe concerning the malignant fever in Barbados*, &c. Londin. 1741. 8. Ex peſte natam malignam febrem deſcribit; *flavam* a colore corporis dictam, qui in ſecundo morbi ſtadio eſt. Eam calidis remediis & ſudore perpetuo ſanat, abſque refrigerantibus aut acidis, aut multa venæ ſectione, aut cantharidibus. Felicem ſe fuiſſe ipſe teſtatur, & Cl. Hughes, addit cum ſummo ſucceſſu VVarrenium ſua methodo in colica pictonum Barbadenſi uſum eſſe (*deſc. of Barb.* p. 34.) Cl. Tovvne contrariæ curationis auctorem convictum ſe dediſſe ſcribit ipſe VVarrenius.

J. Dan. Schlichting *ſyphilidos mnemoſynon criticum of vrye oneenſydige gedachten over ongemakken door't gebruyk der teeldeelen oorſpronckelyk*, Amſtelod. 1741. 8. 1746. 8. Tertius liber huc pertinet, quo curatio proponitur, quam in ſolo Mercurio, & in ſola ſalivatione, rejecto Guajaco, ponit, abſque nimia calidi aëris obſervatione, omnia etiam luis venereæ ſymptomata tractat & curationes proponit. In ejuſdem *nieuvv hervormde examen van land en zee chirurgie*, Amſtelod. 1748. 8. in *præf.* curatio morborum acutorum in climatibus calidis traditur, penitus refrigerans, & acida, cum opio. Adjecit ad finem libellum de operationibus medicamentorum.

Abraham Titsing chirurgi *Cypria tot ſchrik van haar bondgenooten en tot dienſt der heelmeeſteren*, Amſtelod. 1742. 2. vol. bene ſpiſſa de morbis venereis. Verboſiſſimum auctorem ſequi non potui, cum inprimis viderem, negare luis venereæ originem Americanam.

Arthrur. Conrad Ernsting *nucleus totius medicinæ quinquepartitus*, Helmſtad. 1741. 4. 2. vol. Lexicon in *ſecunda* parte medicum etiam continet.

Hermanni Friderici Teichmeyer, olim Ill. ſoceri noſtri, *inſtitutiones medicinæ pathologicæ & practicæ* Jenæ prodierunt 1741. 4. quibus omnium morborum hiſtoriæ & curationes continentur. Ej. exſtant multæ diſputationes hujus argumenti. Ej. *materiæ medicæ inſtitutiones* prodierant Jen. 1737. 4.

Claudii Car. de Jean. & le Moine, *Ergo a vomitoriis febrium intermittentium auſpicanda curatio*, Pariſ. 1742. 4.

Antonii Fizes *opera* Monſpelii 1742. 2. edita vix ad praxin pertinent.

J. VVatson *account of Havvksbee alteration medicine in the cure of venereal diſeaſes*, Londin. 1742. 8. *

J. Casp. Kuchler *de uſu venæ ſectionis in pede fallaci*, Lipſ. 1742. diſp.

Isaac Mar Assur *de frictionis uſu medico*, Hall. 1742. diſp.

Moyses Bernhard VVolfsheimer *de diaphoreticis univerſalis medicinæ loco habendis*, Hall. 1742. diſp.

VVolfg. Frider. Bonneken *abhandlung von den erdhaften mitteln*, VVertheim 1742. 4. Rejicit abſorbentia terrea. Ej. *biga caſuum medicorum*, VVertheim 1744. 4. ſanguinem aſininum pro delirii ſpecifico remedio proponit.

Christ. Frid. Daniel *de ſpecialiſſima medendi methodo omnis felicis curationis fundamento*, Hall. 1742. diſp. Ej. diſcipuli Hofmanniani, & contubernalis, *Beyträge zur mediciniſchen gelehrſamkeit*, Hall. 1749. 4. P. J. cui nuper altera acceſſit, ibid. 1750. 4. In prima, quam ſolam legi, huc etiam pertinent miſcellaneæ de morbis aliiſque quæſtionibus medicis diſſertationes. Ej. *Berliniſche ſamlung von nützlichen vvahrheiten*, Berolini 1742. 8. non vidi.

ANDREÆ ELIÆ BUCHNER, Hallenſis Profeſſoris & Præſidis Academiæ naturæ curioſorum, numeroſæ exſtant diſputationes, etiam practici argumenti. Huc ergo *de curatione palliativa*, Erford. 1742. 4.

J. LUDOV. KORTUM *de exanthematis febrium acutarum retrogreſſis per venæ ſectionem reſtituendis*, Hall. 1742. 4.

GOTTVVALD SCHUSTER *vernünftige methode die meiſten krankheiten des menſchlichen leibes bald und angenehm zu heben*, Chemnitz 1743. 4. & P. II. 1744. ib. Praxeos ſyſtema.

LAURENTII HEISTERI Profeſſoris Helmſtadienſis medici & chirurgi celeberrimi *compendium medicinæ practicæ*, Amſtelod. 1743. 8. Genev. 1748. 8. germanice, Lip. 1749. 8. In EJ. *compendio inſtitutionum medicinæ*, Helmſt 1736. 8. ad praxin pertinent conſilia medico-clinica, diætetica & alia.

Des armen landmans arzt aus dem Engl. überſezt, Lipſ. 1743. 8. *

J. AUG. OEHME chirurgi, *der aus dem leiblichen fegfeur erlöſete podagricus*, Dreſd. 1743. 8. *

J. B. PRANZETTI SALIS chemicus, cujus ſingulares amores in patria mea notiſſimi ſunt, *liber correctionis, ſeu novus medicinæ tractatus cui titulus medicum hoc bonum*, Heilbrunn 1743. 4. *

PAULI VVILH. SCHMIDT *hiſtoria hydropici curati*, Gedan. 1743. 4. Paracenteſi facta quadrageſies, aliquoties umbilico inciſo, adjuta purgatione malum dilatum eſt, ut tamen cum funeſto eventu redierit.

J. PHIL. VVOLF *conſilium medicum über die epidemice graſſierende Ruhr krankheit*, Schveinfurt 1743. 4.

FRID. GOTTLIEB MULLER *de venæ ſectionis etiam repetitæ uſu*, Argentor. 1743. diſp. In omibus acutis morbis, etiam exanthematicis, miſſionem laudat ſanguinis.

DAVID VASSE & BIDAURT, *Non ergo a vomitu partus facilior*, Pariſ. 1743. 4.

In Monumentis Academiæ Chirurgicæ aliqua etiam practici generis continentur.

BONAFEDE VITALI *lettera e riſpoſta ſopra le malattie contagioſe*, Verona 1743. 8. Agit de peſte Meſſanenſi & proponit curationem anthelminticam.

Varie regole uſate in occaſione di Peſtilenze, Modena 1743. 8. *

J. KILPATRIK *Eſſay on inoculation occaſiond' by the ſmallpox being brought in South Carolina in the year* 1738., Lond. 1743. 8.

DALE INGRAM *of the gout*, Lond. 1743. 8. Laudat fonticulos inter muſculos gaſtrocnemios, balneum ad diſſipanda coagula cum muſculari motu.

GEORGII BERKELEY, Epiſcopi in Cloyne, viri acuti ingenii & eruditiſſimi, *ſiris or a chain of philoſophical reflexions concerning the uſe of Tarvvater*, Dublin an. 1744. Londin 1744. 8. gallice *recherches ſur les vertus de l'eau de Goudron*, Amſtelod. 1745. 8. Germanice prodiit *hiſtoriſche nachricht vom theer vvaſſer durch* DIED. VVESSEL LINDEN, Amſtelod. 1745. 8. Gottingæ vero 1745. 8. *nachricht vom theer vvaſſer*, quo præcipua momenta rerum continentur omiſſis philoſophicis. Præter variam eruditionem & acidi atque ignis (quæ vix credit differre) tamquam ſpiritus animalis mundi, & inſtrumenti, quo DEUS motum excitat, primas antiquitates ex Ægypto & Platone repetitas, imprimis decoctum ſaturatum piſcis pro ſummo medicamento adverſus variolas, phthiſin, febres epidemicas, etiam animalium laudat. Ipſe Epiſcopus anno 1747. Dublini & Londini duas alias epiſtolas edidit, quibus laudes ſui decocti confirmat & auget. Non tamen defuerunt adverſarii *Remarks on the ſiris*, Lond. 1744. 8. *A letter to* M. BERKLEY, ibid. eodem anno. *Reflexions concerning tarvvater*, ibid. ecdem anno * *English vvisdom examplified*, ibid. * *A cure of the epidemical madneſſ of drinking tarvvater*, ibid. eodem anno * Contra pro Epiſcopo ſcriptum eſt *Tho Biſhop of Cloyne defended*, ibid. eodem anno * STEPHAN HALES *account of experiments upon tarvvater* 1745. & THOMÆ PRIOR *authentik narration of the ſucceſſ of tarvvater*, Lond. 1746. 8. * cum literis & teſtimoniis.

DAVID STEPHENSON *mechanical practice of phyſick*, Lond. 1744. fol. Heteroclitus auctor rejectis internis medicamentis morbos omnes ſanari credit aere compreſſo, tamquam balneo, ſubmerſione in aqua, tremoribus aeris elaſticis adplicatis. Ipſas hæmorrhagias a denſo aere tamquam vinculo vaſis injecto credit ſupprimi poſſe, & inſtrumenta depingit, nullo experimento facto.

LUD.

LUD. CLAUD. BOURDELIN & POISSONNIER, *Ergo pulmonum etiam in morbis ſuus eſt kina kina locus*, Pariſ. 1744. 4.

GUIL. de MAGNY & MARTEAU, *Ergo ſperma ceti narcoticis ſociatum remedium in pleuritide præſtantiſſimum*, Pariſ. 1744. 4.

LUD. de SANTEUIL & ARCELIN, *Ergo non cogenda revulſio*, Pariſ. 1744. 4. Theoriam HECQUETI contra SYLVAM defendit.

FRANCISCI de SAUVAGES editio *Hæmaſtatices* HALESII conjunctas habet notas & diſſertationem *de febre & de inflammatione*. De venæ ſectione etiam agit & ejus vires examinat. EJ. *traité des maladies du Vivarais* ab bovillam luem pertinet; ſetaceum autem ex cortice Ribes nigri imprimis laudatur. EJ. *de la cauſe de la Rage*, Toulouſe 1749. 4. Curationem tradit & ſpem in mercurio ponit. EJ. *de hemiplegia per electricitatem ſanata*, Monſpel. 1749. 8. habet etiam modum ea curatione utendi & exempla.

BOUILLET *Elémens de la médecine pratique tirés de écrtis d'* HIPPOCRATE *& de quelques autres médecins anciens & modernes*, Beziers 1744. 4. Diſſertationes variæ ſunt abſqe nexu. Regulæ ex HIPPOCRATE excerptæ. D. JAMES conſilium ad rabiem caninam. Theſes *an veſicantia malignis, an kermes ad inflammationem tonſillarum*. Proprias obſervationes vix profert. EJUSD. *ſuite des élèmens de pratique avec des diſſertations & des remarques de théorie & de pratique*, ibid. 1746. 4. Saponem ad aſthma & podagram laudat: tum curationem febrium antiphlogiſticam, quæ ab HIPPOCRATE ad noſtra tempora eadem eſt & conſtanter felix fuerit.

Traite des cauſes des accidens & de la cure de la peſte, Pariſ. 1744. 4. Hanc egregiam collectionem in Pathologicis laudavi. Primarii autem libelli, qui ad praxin, ſunt CHICOINEAU *rélation abregée de la peſte de Marſeille avec la curation*. Uſus eſt diaphoreticis; theriaca ipſa. *Obſervations & réflexions propres à confirmer ce qui a été avéré par Mrs.* CHICOINEAU, VERNAY & SOULIER, nempe morborum & curationum hiſtoriæ. Porro *obſervations de M.* BERTRAND *ſur maladie contagieuſe de Marſeille*. Sudorem etiam laudat medicamentis non validiſſimis excitatum. *Obſervations pratiques de M.* COUZIER. Pulvis bufonis inutilis. Menſes ſalutares. Venæ ſectio infelix. Vomitus malus, &c. Tota etiam II. pars pertinet ad politiam peſtis prophylacticam, publicam, modum excludendi, coercendi peſtem, repurgandi ædes infectas, &c.

Nouveau Recueil des différens traités de Médecine, Pariſ. 1744. 12. 1745. 12. *

Diſſertation en forme de lettres ſur l'effet des topiques dans les maladies internes & en particulier ſur celui du S. ARNAULD *pour l'apopléxie*, Pariſ. 1744. 8. * ſacculi ſunt, quos jubet ſcopo prophylactico appendere, vitriolo, ni fallor, pleni.

GIUSEPPE VALDAMBRINI *dell' uſo del mercurio crudo*, Florent. 1744. 8. Nempe ad febres malignas petechiales & epidemicas, quæ Cortonenſes eo anno adflixerunt, a vermibus ortæ, mercurium crudum ad drachmam propinavit.

GIUSEPPE MARIA SAVERIO BERTINI *dell' uſo eſterno ed interno del mercurio*, Florent. 1744. 4. Laudat mercurium ad omnes fere morbos chronicos, etiam maniam.

CAJETANO ARMILLEI, *conſulti medici di varii profeſſori ſpiegati colle migliori dottrine moderne*, Venet. 1744. &c. 4. 2. vol. Inter alios etiam BOERHAAVII. LEPROTTI (qui opus inſpexit), MALPIGHII, LANCISII conſilia continet. Adjecta eſt *centuria obſervationum medicarum latina*, ibid. eodem anno.

NICOLAI BOERNER *Medicus ſui ipſius, vvie ein ieder ſeine geſundheit erhalten und eines langen lebens theilhaftig vverden könne*, Fr. Lipſ. 1744. 8. & auctius duabus partibus anno 1747. 1748. ibid. 8. Compendium praxeos & diætetices.

Neve anvveiſung zur erkenntnüſſ und cur der innerlichen krankheiten, Lipſ. 1744. 8.

J. HENR. von SCHOVEN *der unter dem unerſahrnen leibmedico glüklich curirte* 1744. 8. *

VVILHELM HENRICH PROEBISCH *das geprüfte und vervvorfene alcaheſt*, Regiomonti 1744. 4. Contra practicum qui arcano ſuo cancrum mammarum & calculum curandum ſuſceperat.

J. GOTTLOB KRUGER, Medici & Phyſici ingenioſi & eloquentis, *de diverſitate corporum, morborum & curationum ſecundum regiones Europæ*, Hall. 1744. 4. EJ. *Sendſchreiben vom nutzen der Electricitaet in der arney vviſſenſchaft*, ibid. 1745. 8. ſpem viri de effectu medico excitatæ electricitatis egregie experientia confirmavit.

CRI-

CHRISTIAN SAMUEL GEBAUER *de curatione quorumdam morborum per cauſas*. Erlang. 1744. 4.

CAR. AUG. a BERGEN amici noſtri, botanici, anatomici & medici, *de venæ ſectione gravidis ſuadenda*, Francof. ad Viadr. 1744. 4. & aliæ bonæ diſputationes ſunt.

FR. J. MENZLER *de venæ ſectionis in puerperis abuſu & uſu*, Argentor. 1744. diſputatio.

J. CHRISTOPH RIEGER *introductio ad hiſtoriam naturalium & arte factorum*, Haag. 1740. 4. vol. 2. bona fuiſſet & aptiſſima uſui materia medica, ſi abſolviſſe licuiſſet auctori.

IVONIS JOH. STAHLII, Profeſſoris Erfurtenſis, *de uſu venæ ſectionis in pede inſtituenda*, Erfurt. 1744. 4. diſputatio.

FRANC. ADAM VVOLF de VVINTER *de cautione in obſervationibus phyſico-medicis adhibenda*, Altorf. 1744. 4.

CHR. GOTTL. KRAZENSTEIN *abhandlung vom nutzen der electricitaet in der arzneyvviſſenſchaft*, Hall. 1745. 8. quæ altera editio eſt. Pulſum accellerari a ſcintilla electrica, & ſanatas ſe vidiſſe aliquas minores paralyſes refert. EJ. *theoria & methodus ſanandi diabetes*, Hall. 1746. 4.

ERN. ANTON. NICOLAI *verbindung der muſic mit der arzneykunſt*, Hall. 1745. 8. Mechanicam rationem excitat, qua dolor, melancholia, aliique nimii motus per muſicos accentus ſedari queant. EJ. *bemühungen in dem theoretiſchen und practiſchen theil der arzney vviſſenſchaft*, Hall. 1749. 8. Huc pertinet in diſſertatione de dolore declaratio efficaciæ opii a vi, quam augeat, adhæſiva ſeri ſanguinis & ſpirituum. In *quinta* de derivatione & revulſione agitur; quas rejicit auctor, atque ab omni venæ inciſione credit velocitatem ſanguinis augeri. *Sexta* diſſertatio eſt de curatione venerei mali, abſque ſalivatione perficienda. EJ. *Der curieuſe medicus*, &c. Dreſd. 1745. 8.

MART. SIMON STARK *mediciniſcher unterricht*, Dreſd. 1745. 8.

EPHRAIM FELIX ENHORNING *methode ſchvvindſüchtige fieber zu curiren*, Dreſd. 1745. 8. * EJ. *anfangs gründe der mechaniſchen arzney gelahrheit und gründliche einleitung zur praxi clinica*, Vienn. 1749. 8. Curationes ſunt ad principia theoriæ BOERHAAVIANÆ, inter quas eſt memorabilis curatio ſenis decrepiti.

SAM. THEODOR. QUELMALZ programma *de infuſo picis liquidæ*, Lipſ. 1745. 4. EJ. *de hydrargyri viribus a ſulfure ſuſpenſis in corpore humano*, ibid. 1749. 4. & aliæ utiles diſputationes exſtant.

Non eſt expreſſus annus, quo prodiit DANIELIS FISCHER Liber *de remedio ruſticano variolas per balneum primo aquæ dulcis, poſtea vero ſeri lactis curandi*, &c. Erfurt. 4. Excogitatum eſt hoc remedii genus in Hungaria ſuperiori, a ruſticis, magno cum fructu, intus ſero lactis dato, extus quotidie balneo adhibito. Caſu edoctus vir CL. medicus urbis Kaesmark, fidelem & utilem invenit methodum. Multa addit de balneorum in univerſum & lactis utilitate & ſalubritate.

CL. MORTEAU in theſi, Pariſ. 1745. 4. *Ergo ſuffumigium in lue venerea curanda medicamentum optimum* defendit eam methodum contra J. ASTRUC, & jubet uti cinnabari ad duas & tres drachmas.

VIGNON *eſſais de la médicine pratique pour l'uſage des pauvres*, Pariſ. 1745. 12. vol. 2. Continet materiam medicam vegetabilem, modum parandi medicamenta, obſervationes de uſu remediorum, formulas remediorum, morborum hiſtorias, chirurgiam.

JOHN TENNENT *phyſical diſquiſitions demonſtrating the real cauſe of the blood, morbid rarefaction and ſtagnation*, London 1745. 8. Cum videret polygalam virginianam, quæ *Senecæ* dicitur, valere ad morſum viperæ, ex quo ſanguis coagulatur, ad ſimiles morbos ejus uſum per analogiam tranſtulit, nempe ad pleuro-peripneumoniam epidemicam Americæ, & ad febres a coagulato ſanguine ortas. Volatilia alcalia laudat & ipſum ſalem viperarum, criſinque ejus peripneumoniæ per urinam fieri contendit, & veram curationem in adtenuando ſanguine ponit. Dat ad tria cochlearia omni bihorio, & experimenta feliciа & hic adlegat, & in quartana, & in anaſarca & rheumatiſmo. Ab iis febribus repudiat cantharides, tum acida in univerſum & refrigerantia in morbis acutis proſcribit.

CROM-

CROMVVELL MORTIMER *chymical remedies in moſt diſeaſes*, Lond. 1745. 8. *

HANSIUS SLOANE hoc anno edidit *an account of a moſt efficacious medicine for ſoreneſſ, vveakneſſ and other diſtempers of the eyes*, Lond. 1745. 4. ex axungia viperarum, margaritis, aloe, tutia & hæmatite. Gallice recuſum eſt opuſculum Pariſ. 1746. 12. & Germanice.

De ALEXANDRO KNIPSMACOPPE *& de duobus remediis ab eo maxime illuſtratis mercurio & termis Aponenſibus*, Patav. 1745. Auctor dicitur NICOLAUS SCANAGATI. Mercurium in plurimis morbis adhibet.

LUCÆ DORASCENTI *de uſu chalybis atque mercurii in obſtructione curanda* diſſertatio Romæ 1745. 4. ad me data. Aperire etiam chalybem, & reſolvere obſtructa it oſtenſum.

A practical diſſertation upon drovvning, Londin. 1746. 8. Vitam ſub aqua diu conſervari oſtendit, modoſque, quibus poſſint revocari, qui ſubmerſi fuerunt.

JOHN ANDREE *caſes of epilepſy, hyſterik fits and S. Vitus Dance vvithe the proceſſ of cure*, Londini 1746. 8. *

Tvvo letters from a phyſician in London to a Gentleman at Bath, Londin. 1749. 8. De uſu tabaci & aliorum medicamentorum diæteticorum, & contra empiricos.

VVILLIAM FORSTER *tr. of the cauſes and the cure of moſt diſeaſes*, Lond. 1746. 8. *

A letter expoſing the miſtaken caſe of ſmallpox, Londini 1746. 8. *

GIAN BATTISTA MOREALI *nuovo ſyſtema delle febri maligne e contagioſe*, Venez. 1746. 8. Verminoſas eſſe & mercurio ſanari.

J. FRANCISCI SCARDONA Rhodigini, *aphoriſmi de cognoſcendis & curandis morbis commentariis illuſtrati*, Patav. 1746. 4. vol. 3. Non contemnendus liber, quem penitus a cognomine BOERHAAVIANO ſeparare oportet. Morbos hic capitis, pectoris & abdominis tractat, ad ſua experimenta & recentiorum meliorum ſcriptorum conſilia. Defendit revulſiones & derivationes, & venæ jugularis ſectionem, quod ab interna carotide ſanguinem in externam revellat. In putridis tamen febribus, lentiſque & ſoporoſis, non mittit ſanguinem. In phrenitide camphora etiam & opio utitur, & emulſionibus nitratis. Opium in epilepſia nocere obſervat. In ſectione jugularis venæ non vult vinculum adhiberi. In principio acutorum morborum & anginæ laudat diaphoretica fixa, & in iſta cantharides. In magna hæmorrhagia ex pulmone, vel inteſtino, fungum meliatenſem præſcribit. In pleuritide revellit per venæ alterni brachii ſectionem. In maligna dyſenteria opium & diaphoretica & alexipharmaca, & caſcarillam adhibet. Monet Italiam minime ferre vehementes doſes emeticorum, quales Belgium tolerat, &c.

Due diſſertazioni della elettricità applicata alla medicina, Venet. 1746. 8. Spiritus animales excitare, tranſpirationem inſenſibilem augere, &c.

GIACINTO ANSELMO CASTELLANI *lettera apologetica*, Mantua 1746. fol. Uſum ſaponis in contuſione excuſat. Reſpondit eodem anno cenſor anonymus (nempe D. CHIESA) *in riſpoſta ſopra la lettera apologetica del* S. CASTELLANI 4. Saponem nocuiſſe ipſa hiſtoria morbi confirmat & auctoritatibus magnorum virorum.

JOH. BARKER *eſſay of an agreement betvvixt ancient and modern phyſicians, or a compariſon betvven the practice of* HIPPOCRATES, SYDENHAM *and* BOERHAAVE, London 1747. 8. Amſt. gallice 1749. 8. Mediam viam init, & curationem in acutis morbis commendat neque nimis calidam, neque refrigerantem nimis. Eam magna ex parte in eo ponit, ut naturam imitemur, criſes v. g. per hæmorrhagiam æmulemur venæ ſectione, eas quæ per diarrhœas fiunt, clyſteribus & laxantibus medicamentis. Addit rationem, cur HIPPOCRATES parcius ſanguinem miſerit in calida regione, nitro nondum inſtructus. In rheumatiſmo, quem fuſe deſcribit, calida laudat, ſudorifera, minus recentiores in principio acutorum purgantes excuſat, per climatis frigus, quod ipſum faciat neceſſitatem veſicatoriorum ad vires ſtimulandas, partem materiæ morbi avertendam & evacuandam. EJ. credo eſſe *obſervations on the preſent epidemic fevers*, Londin 1741. 8. abſque nomine editas. Febrem blanda facie, crudeli eventu, in coma vel delirium tranſeuntem deſcripſit, & curationem antiphlogiſticam per venæ ſectiones, nitroſa, clyſteres, cantharides, per felices eventus confirmatam propoſuit.

ROVVLAND JACKSON *de vera phlebotomiæ theoria*, Londin. 1747. 8. Venæ ſectionem cum liga-

ligatura longe removet ab ea, quæ abſque vinculo adminiſtratur. Hæc derivat ad eum locum, unde reſiſtentiam aufert: Illa revellit ab eo loco, quia circulationem ſanguinis ſiſtit, reſiſtentiam facit, & in vaſa reliqua libera derivat. Vinculum ergo facit, quod ſtimulus BELLINI. Hinc ad ſcopum practicum morbi v. g. capitis venæ jugularis ſectionem abſque vinculo, & ſcarificationes & hæmorrhagias & arteriotomen laudat, quoties derivandum eſt. Quando vero vinculum venæ & ſectio conjungitur, ut vulgo fit, tunc neque derivatur, neque revellitur, ſi tempora, quibus vena ligata, & quibus aperta ſint, æqualia fuerint; revellitur vero, ſive derivatur, prouti diutius duraverit ligatura quam apertura venæ, aut contra. Non laudat venæ ſectionem in parte vicina inflammatæ ſedis. Nam eo derivat, debent ergo venæ ſecari in partibus diſſitis, niſi derivare velimus, ut in menſium retentione.

Medulla medicinæ univerſa, Londin. 1747. 8. compendium medicinæ, chirurgiæ, cum formulis, pro Exercitu Britannico, Germanice verſum *Kern der ganzen medicin*, Hamburgi 1748. 8.

GEORGE KEY *diſſertation on the effets of mercury in human bodies*, Londin. 1747. 8. ſalivationem lentam, non plenam, per frictionem mercurialem excitatam, laudat, ad CANTVVELLI morem. Accuſat J. CARPENSEM, qui nimis amplis emplaſtris ſuis multos ægros occiderit.

FRANCISCI de PAULA COMBALUSIER, Valentini Profeſſoris, inde Pariſini Medici, *pneumato-pathologia de flatulentis corporis humani affectibus*, Pariſ. 1747. 8. Plenus liber, flatuum omne genus conſiderat, & auxilia proponit, in parte curatoria fuſior, Tympaniten ſuperari vidit paracenteſi, & aceto hydropem.

Obſervations intéreſſantes ſur la cure de la goute par Mrs. HOFMANN *&* JAMES, Pariſ. 1747. 12. Anonymus ille rheumatiſmos ſanat vehementiſſima ſanguinis miſſione, ad 20. & 24. l. intra 40. horas, tunc lactea diæta. R. JAMES laudat argentum vivum.

Mémoire ſur la goute pour ſervir de réponſe . . . ſi on peut la guérir radicalement, Nantes 1746. 12. *&* *dialogue ſur l'expérience de remedes indiqués dans le mémoire ſur la goute*, ib. 1747. 12. Abſentem podagram arcet pediluviis, purgantibus, præſentem ſanat (nullis adhibitis externis remediis) narcoticis & arcanis quibuſdam.

CHRISTIAN. LUD. VVILLIG *obſervationes practicæ*, Gotting. 1747. 4.

CHRISTIANI MICHAELIS ADOLPHI Lipſienſis medici *diſſertationes medicæ ſelecti argumenti*, Lipſ. 1747. 4. Viginti diſputationes hic collectæ ſunt, quarum practica eſt *de morborum per manuum adtrectationem curatione*. Sed etiam pathologicis multas ſuas practicas obſervationes adſperſit. *Stillicidium* in diſputatione *de balneis particularibus* laudat ad colli & capitis immobilitatem ſuo experimento adducto. Balneum frigidum in ſpina ventoſa & rachitide commendat.

HENRIC. FRIDER. DELIUS *amœnitatum medicarum quinque decades* abſolvit, Quedlinburg 1747. 8. quæ maxima ex parte practicæ ſunt.

J. JACOB SCHLIERBACH *verſuch und vorſtellung vom nutzen und ſchaden des aderlaſſens*, Gieſſ. 1747. 8. Utilitates venæ ſectionis per ſingulos morbos perſequitur. Multum tribuit naturæ, ut STAHLIANUS, & in ſanguine mittendo parcior eſt.

AMOS LAMBRECHT *compendium anatomico-medicum practicum*, Harderovic. 1747. 12. breviſſ.

JOH. OSTERDYCK SCHACUT HERMANNI filius, Profeſſoris Ultrajectini, *inſtitutiones medicinæ practicæ in epitomen redactæ*, Ultraj. 1747. 8. Ad BOERHAAVIANAM ſententiam hiſtorias dedit ad curationes morborum.

LUDOVICO GAETANO FABBRI diſſertationes *due de variolis*, Florent. 1746. 4. *terza intorno ad alcune malattie interne, ad alcuni medicamenti, ed alcuni metodi di medicare*, Firenze 1747. Contra mercurium, cujus vehementiſſimus adverſarius eſt, etiam in lue curanda. EJUSD. *all'uſo del mercurio ſempre temerario in medicina* Colon. (vel Florent.) 1749. 8. Guajaci uſum argento vivo præfert. Coſmum I. id metallum proſcripſiſſe oſtendit, tranſire cum acido humano in ſpeciem ſublimati credit, &c.

In bello inter JANUM PLANCUM & adverſarios, quod de veſicatoriis ortum eſt, Abbas VANDELLI ſub nomine *Circa jo ſincero Medeneſe*, in epiſtola, Mutinæ 1747. 4. edita, veſicatoria defen-

defendit. Reſpondit J. BAPTISTA GISMONDI in *lettera intorno una poſcritta, che contiene note critiche ſopra la diſſertazione de* S. D. GIOVANNI BIANCHI *di Rimini*, Peſaro 1748. 4. Oſtendit alios etiam claros medicos, & maxime in Italia veſicatoriis adverſos fuiſſe. Luget, eo remedii genere ſibi duos fratres eſſe ereptos. Negat AETIUM uſum eſſe veſicatoriis, etſi in dropace cantharides adhibuerit. Contra OCTAVIUS NERUCCI Senenſis Luccæ eodem anno 8. edidit *lettere fiſico-mediche*. Inter eas *quarta* eſt contra GISMONDIUM & BIANCHUM. Explicat actionem veſicatoriorum, quæ fermentationem excitent, unde rupta vaſa liquidum ſuum dimittant, & eorum utilitatem defendit. Præterea in *epiſtola* I. laudat uſum balneorum calidorum in variolis, propriis experimentis uſus. Balneorum vim interpretatur in univerſum & pondus aquæ ab ea removet.

BENOIT VOISIN *le médicin familier*, Turin 1747. 8.

G. FRANCESCO PIVATI, Lucæ 1747. 8. edidit *lettera dell' elettricità medica* Venetiis recuſam. Obduxit tubos vitreos balſamis variis, excitavit vim electricam, & reperit ea effluvia in podagra, arthritide aliisque hujusmodi malis efficacia eſſe, ſi æger vim electricam eorum tuborum experiretur: Succeſſerunt anno 1749. *Rifleſſioni fiſiche ſopra la medicina elettrica*, Venez. 4. Oſtendit halare per vitrum ſubtiliſſimas electricæ materiæ, & una balſami intus tubo illiti moleculas, & urinam ipſam adſtantium ſuo odore impregnare. Curationes enumerat, quæ in paralyſi, ictero, aliisque morbis eadem methodo perfectæ ſunt, tum exempla laxatæ alvi, excitati ſudoris, motæ ſalivationis, dum æger manu medicamentum tenet, & una vim electricam recipit. Nocere etiam poſſe diutius & pertinacius excitatam electricitatem candidus fatetur.

ILL. noſter Collega J. GODOFREDUS BRENDEL multas egregias diſputationes practicas edidit, quarum aliquas excitabo ut *obſervationum medicinalium faſciculum*, Gotting. 1740. 4. *de reliquiis hydrargyri a ptyaliſmo expellendis*, Progr. 1747.

CAROLI LINNÆI in ſumma brevitate etiam medico utilis ob vera judicia de medicamentis, *materia medica ex plantis*, in botanicorum ſupplementis laudabitur. EJ. continuatio ſub titulo *materia medica ex animalibus* nuper 1750. 4. Upſaliæ prodiit, ejusdem ingenii & utilitatis.

Conſultations choiſies des médecins célèbres de l'univerſité de Montpellier, Paris 1748. 4. vol. 12. Magna remediorum analogia, lac, conſerva cynorrhodon, aſſlli. Eventus, quod quidem nocet, omiſſi.

GEORG HENRICH BEHR *materia medica* L. II. Argentor. 1748. 4. Multo ingenio & varia eruditione pleni.

JAC. LAZERME *de morbis internis capitis*, Amſtelod. (in titulo) 1748. 8. In appendice continentur conſilia celebrium medicorum Monſpelienſium de morbis capitis, eventu non addito. Ejuſdem curationes morborum, Monſpeſſelii 1750. 8. 2. vol.

PLANQUE *bibliothèque de médecine*, Paris 1748. 4. practica etiam continet.

ANTONIO FELICE *diſſertazioni teorico-pratiche di medicina*. Venez. 1748. 8. In *nona* diſſertatione defendit mercurium ejuſque uſum a MOREALI adhibiti. *Raccolta del medico carteggio paſſato fra 'l* D. ANTON. FRANCESCO SIMONELLI e il D. BARTOLOMEO NOVELLI *intorno alla cura d'una tiſichezza* Jeſi. 1749. 4. * Defendit alter uſum lactis & balſamorum in phthiſi, alter refutat. G. PAOLO CAPRESI *Annotazioni medico-critiche alla lettera apologetica del* D. OTTAVIO NERUCCI *concernente l'uſo del bagno tepido nella cura de' Vajuoli*. Siena 1749. 8. * ab uſu balnei lactis ex hæmorrhagia ægra periiſſe, male adeo id præſidium adhiberi, &c.

MORANDI *prima decade di lettere famigliari contenenti gli errori nella pratica*, Modenæ vel Ferrar. 1748. 4. * Rejicit lapides pretioſos. Mercurium ſuſpectum habet. In variolis & gangræna in adhibendo cortice errari monet, &c.

ANDREÆ PASTA *diſcorſo medico chirurgico intorno al fluſſo di ſangue dell' utero delle donne gravide*, Bergamo 1748. 8. Quiete, venæ ſectionibus, refrigerantibus potius, quam extractione fetus, gravidarum hæmorrhagiis medetur.

Lettera al S. CURZIO *in cui ſi dà ragguaglio di varie oſſervazioni medico-fiſiche*, Firenze 1748. 4. Defendit inter alia veſicatoria in morbis acutis, & venæ ſectionem in pleuritide.

J. JOSEPHI VERATTI *oſſervazioni fiſico-mediche intorno alla elettricità*, Bologna 1748. 4. Profeſſoris Inſtituti obſervationes curationum peractarum vel ſimplici mutatione hominis in ſtatum electricum, quæ fit accepta percuſſione ſcintillæ electricæ, qua paralyſis, dolores iſchiadici, ſurditas, leucomata, aliaque mala ſuperata ſunt, percuſſis ab igne electrico locis adfectis: vel balſamis oblinitis tubo vitreo, quorum per vitrum ipſum mobiliores particulæ exhalent. Denique BIANCHI experimenta, qui manu purgantia teneri juſſit, alvus duceretur, recenſet, &c.

JALLABERT *expériences ſur l'électricité*, Geneve 1748. 8. Germanice, Baſil. 1750. 8. Scintilla electrica paralyticum ſanavit, cujus curationem fuſe deſcripſit. Uſus eſt fulguratione Muſſchenbroeckiana calidæ aquæ ope excitata.

JOHN PROFILY *eaſy and exact method of curing the venereal diſeaſe*, Lond. 1748. 8. Absque ſalivatione aut victu tenui morbum tollit.

JOHN FOTHERGILL *account of the ſore throat attendend vvith abſces*, London 1748. 8. & gallice Pariſ. 1749. 12. Morbi hiſtoriam & curationem habet, iſtam lenibus cardiacis comprehenſam, intecta eſchara, cum gargariſmis putredini reſiſtentibus evitata venæ ſectione.

ANDROPHILI ASCLEPIADEI Liber *quo pauca explicantur, quorum ſcitu ſanitas conſervari & vita hominis ab ignorantia medicorum poterit ſecura eſſe* F. Lipſ. 1748. 8. Acidum in morbis acutis vehementer laudat, venæ ſectionem in iiſdem plerumque damnat, hinc refutatus in *animadverſionibus in libellum cui titulus* ANDROPHILUS ASCLEPIADEUS editis F. Lipſ. 1748. 8. Defendit anonymus venæ ſectionem, vinum nimis laudatum parcius jubet adhibere.

In J. ZACHARIÆ PLATNERI *opuſculis* Lipſ. 1748. 4. excuſis aliqua huc pertinent, ob elegantiam ingenii & dictionis digna lectu, ut *de curatione artuum infirmorum per ſtillicidium*, &c.

GEORGII AUGUST. LANGGUTH, Profeſſoris VVittemb. 1748. 4. *de curatione recens præfocatione magis imperanda quam impedienda* 1749. 4.

JORDAN de PELLERIN *traité ſur les maladies vénériennes*, Pariſ. 1749. 12. Londin. 1750. 8. Mercurio miris & incredibilibus pene modis præparato, non abſque aſtrologica obſervatione, cum luem alioſque morbos it expugnatum.

In *chronological hiſtory of air, vvather, ſeaſons, and meteors*, cujus auctor eſt D. SHORT, reperitur hiſtoria morborum, qui epidemice graſſantur, cum curationibus. Calidæ ſanationi acutorum favet, &c.

THOMÆ FREVVEN *practice and theory of inoculation vvith an account of its ſucceſſ*. London. 1749. 8. Pro inculatione ſcripſit. A maturis puſtulis debere venenum ſumi ſuadet, cujuſcumque fuerint generis. Poſſe venæ ſectionem, clyſterem, lenia nitroſa una adhiberi monet. Trecentos ægros ſanavit hoc remedio, nullo pereunte.

MARTINO GHISI *lettere mediche*, Cremona 1749. 4. In prima laudat argentum vivum ad varios morbos, ad ipſum hypochondriacum malum, ad apoplexias a cauſa frigida lenta, ad iſchiadicum morbum, paralyſin ab apoplexia manantem, podagram. Defendit id remedii genus contra CAJ. FABBRI. In altera epiſtola anginam peſſimi moris ipſa aſpera arteria ſedentem deſcribit, quam veehementibus venæſectionibus expugnat. In Epiſtola ad RONCALLUM oſtendit argentum vivum nihil profuiſſe.

J. FORTUNATI BIANCHINI *ſaggio d'eſperienze intorno la medicina elettrica*, Venet. 1749. 4. Contra tranſpirationem balſamorum per poros vitri, & curationes electricas PIVATI & VERATTI ſcripſit. EJ. *lettere medico-pratiche intorno all'indole delle febbri maligne e de' loro principali rimedi... dell' uſo del mercurio*, Venet. 1570. 8. contra CL. MOREALI.

Governo generale di ſanità del Regno di Sicilia ed iſtruzioni del Lazzaretto di Meſſina colla pratica degli ſtatuti formati nell' occaſione della peſte di Meſſina, Panormi 1749. fol. *

Rifleſſione di CRISITEO STILITA *ſopra alcuni ſonniferi e ſopra alcuni rimedi per una colica nefritica*, Mediolan. 1749. 8. Lites medicorum.

J. E. BERTINI & J. F. C. MORAND, *Ergo ſpecificum viperæ antidotum alcali volatile*; Pariſ. 1750. 4.

BOURGELAT *Elemens d'Hippiatrique*, Paris 1750. 8. *

ANTO-

ANTONII RIDIGER *de veritate virtutis medicamentorum*, Lipſ. 1750. 4.

ADAMI COS *de damnis ex abuſu reſinæ Jalappæ*, Hall. 1750. 4.

FRIDERICH VVILH. CLÆRICH *obſervationes Medico-practicæ*, Gœtting. 1570. 4.

J. BERNARDI FRANCISCI COSTA *de diarrhœa & dyſenteria epidemica quæ graſſabatur* Puſelarii &c. Brixiæ 1748. 8. Defendit ſuam, infeliciorem curationem, &c.

J. BAPTISTÆ CHOMEL *diſſertation hiſtorique ſur le mal de gorge gangréneux, qui a regné parmi les enfans l'année derniere*, Pariſ. 1749. 12. Morbus, quem olim Pædanchonem vocavit SEVERINUS, Pariſiis anno 1748. ſæviit, eſchara nempe totius tunicæ villoſæ, cum celeri gangræna. Vomitum movet CL. CHOMEL, venam ſecat, trahit veſicas, dat in oleo camphoram. EJ. *Ergo tumidis hæmorrhoidibus hirudines*, Pariſ. 1750. 4.

JOH. EXUP. BERTIN, *Ergo ſpecificum viperæ morſus antidotum alcali volatile*, Pariſ. 1749. 4.

GEORG. CHRISTIANI OEDER *de derivatione & revulſione*, Gotting. 1749. 4. docta diſputatio contra revulſionem & derivationem.

J. CONRAD. VVILHELM SCHMIDT *de termino venæ ſectionis in acutis*, Gotting. 1749. 4. bona diſputatio.

J. JACOB VVEGEBEKER *de venæ apud infantes ſectione*, Argentor. 1749. 4.

J. RUDOLF LAVATER *de rite determinanda quantitate ſanguinis ex vena mittendi*, Hall. 1749. diſputatio.

ERICI ERICI F. ELF *de hæmorrhagiis uteri ſub ſtatu graviditatis*, Upſal. 1749. 4. docta diſputatio.

J. PHILIPPI de VIOLANTE *tractatus de variolis & morbillis*, Dreſd. 1750. 4. Theoria alio pertinet, curatio fere eſt, quæ SYDENHAMI. In ſecunda febre alvum ducit non timidus, niſi quod in epidemica malignis diaphoretica adhibeat, cryſtallos etiam & pretioſos lapides laudet, in morbillorum diarrhœa vero juſcula pulli.

RICHARDI RUSSEL *de tabe glandularum*, Londin. 1750. 8. In obſtructis glandulis aquæ marinæ polum per experimenta laudat, & ad cutis morbos, icterum & adfinia mala. Extus adhibet liquorem viſcidum de quercus marinæ veſiculis fluentem. In epiſtolis D. FREVVIN, LEE & aliorum ſimiles eventus recenſet, & antiquitates hujus remedii.

GORH. AUGUSTIN CLARKE *critiſh phyſician or the family inſtructor in the knovvledge of medicine*, Lond. 1750. 8.

JOHN PRINGLE *Obſervations on the nature and cure of hoſpital and Jayl fevers*, Londin. 1750. 8. Febres petechiales ex aere non renovato & ſordibus ortas deſcribit, quas alexipharmacis & imprimis vino ſuperavit, abſque multa venæ ſectione.

ALEXANDRI SUTHERLAND *medical eſſay for promoting the eruption of ſmallpox*, Lond. 1750. 8. *

J. PETRI EBERHARD *gedanken von der vvürkung der arzueyen in menſchlichem leib*, Hall. 1750. 8. Mechanice interpretatur effectum medicamentorum a pondere ſpecifico ſaponis & adfinium minori, hinc diluente uſu, ab acido ſiſtente motum particularum ignearum, a clauſis venis revehentibus in purgantium uſu, &c.

TOUSSAINT GILBERT BOULAND, *Ergo gangrænoſæ anginæ emeticum*, Pariſ. 1750. 4. bona diſputatio.

PHILIPPI CONRADI FABRICII *obſervationes quædam circa conſtitutionem Epidemicam anni* 1750. Helmſtat 1750. 4. Curationem variolarum etiam nunc graſſantium tradit.

HIERONYMI PANIZZOLA, Medici Lignagienſis, *allegazione intorno all' uſo del vino emetico adoperato in ſerviziale*, Verona 1749. 4. Defendit clyſterem ex vino emetico factum. Contra carpit eumdem anonymus CAROLI GIANELLÆ cultor in *lettera circa il vino antimoniato*, Veron. 1750. 4.

MATTHIÆ GEORGII PFANN, Erlangenſis Profeſſoris, *Samlung verſchiedener merkvvürdiger falle*, &c. Norimberg 1750. 8. Reſponſa facultatis Erlangenſis CL. auctore elaborata, forenſia partim & partim practica, tum diſſertatio PFANNIANA in qua ſpecifici cephalici Michaelis utilis cenſura traditur.

NICOLAI ROSEN viri ILL. utiles diſputationes practici argumenti plures proſtant, ut

de cura puerperarum 1749. 4. *examen medicamentorum ſimplicium, quæ in catalogo Med. Sue-thico continentur*, ibid. 1750. 4. aliæ.

J. A. JAUCHI, *die venus ſeuche mit allen ihren Zufällen mit und ohne ſalivation zu cu-riren*, VVittemberg. 1750. 8.

ELIÆ BEYN von MECKERNHEIM *barmhertziger ſamariter in allerhand krankheiten und gebrechen*, Norib. 1750. 8. Vetuſtus liber, pro vulgo ſcriptus, cujus primam editionem ignoro.

CHRISTIAN BOLTEN *Gedanken von pſychologiſchen curen*, Hall. 1751. 8. *Primitiæ Phyſico-medicæ ab iis qui in Polonia & extra eam medicinam faciunt collectæ*, T. I. Leſnæ 1750. 8. T. II. Zullichoviæ 1750. 8. vol. 2. Pleraque practica ſunt, collecta a GOTTLOB EPHRAIM HERRMANNO Medico Bojæ Novæ.

R. SCHONBERG Aphoriſmi Practici Londini 1750. 8.

DAVID SOAME *the caſe of receiving ſmallpox by inoculation impartially conſidered*, Lond. 1751. 8. Poſthumum opus edidit DODDRIDGE, quo oſtenditur nihil impii aut temerarii huic artis præſidio ineſſe. JOHN CHESHIRE *gouty man's companion or a dietetical and medicinal regimen*, Lond. 1751. 8. *

METHO-

METHODI STUDII MEDICI

PARS XV.

HISTORIA MEDICINÆ.

I. *Auctores qui de Studio Medico dirigendo ſcripſerunt.*

MUlti in medicina auctores ſibi idem in medicina dederunt negotium, quo nunc defungor, ut indicarent nempe per ſcripta medica cogitata ſua de dirigendo ſtudio medico. Verum 1. nonnulli deſcripſerunt auctores (*a*); 2. alii tantum dederunt conſilia utendi hiſce auctoribus. De binis hiſce dicendum erit.

De

(*a*) Non Medicinæ hiſtoriam hic trado, ſed bibliothecam ſcriptorum, ex quibus hiſtoria medicinæ depromi poteſt. Et omitto quidem hiſtoricos, qui medicorum paſſim mentionem fecerunt, omitto etiam dictionaria & vitarum majores compilatores, & eorum pleroſque, qui, dum certarum urbium & regionum eruditos viros recenſent, non potuerunt non ſimul medicos recenſere, inque iis unice morabor, qui vel medici fuerunt, vel inſigniorem certe ſui laboris partem in medicinæ & medicorum hiſtoria poſuerunt. Eo autem ſcriptores refero, qui conſilia ad diſcendam medicinam dederunt, & lexicorum medicorum ſcriptores. Quare nec HERODOTI hiſtoriam, (quæ tamen inter magis neceſſarias eſt) neque PLATONEM, qui paſſim in dialogis & in Libro *de legibus* & alibi aliqua monumenta veteris medicinæ habet, neque DIODORI S. *Bibliothecam*, qui Ægyptiæ medicinæ antiquitates tradit, neque ARISTIDIS magni ſectatoris ÆSCULAPII fanaticos libellos, neque LUCIANI ſatyras, etſi in hiſtoria pſeudo prophetæ ALEXANDRI (qui ſe PODALIRII filium vocabat, multa ad hiſtoriam, cultum ÆSCULAPII & fraudes ſacerdotum illuſtrandas confert,) neque APULEII, licet & ipſe paſſim ad ÆSCULAPII & ASCLEPIADIS hiſtoriam varia utilia conferat, neque PHOTII *Bibliothecam*, quam multa, cum ipſe auctor medicinam fecerit, memoria digna continere nuper oſtendit CL. GEISLERUS, neque PAUSANIÆ iter (qui & ipſe plurima ad ÆSCULAPII inprimis hiſtoriam contulit,) neque HYGINI fabulas, qui de ÆSCULAPIO aliiſque medicinæ inventoribus paſſim aliqua habet, neque STEPHANI BYZANTINI lexicon, neque TZETZIS verſiculos (qui tetram illam de HIPPOCRATIS plagio fabellam conſervavit,) hic fuſiorem mentionem facere viſum eſt. Initium adeo faciam in ſcriptis HIPPOCRATIS, quæ huc pertinent, & quæ omnia valde dubiæ fidei ſunt. Liber περὶ τέχνης neque a GALENO, neque ab EROTIANO recenſetur, & ad quartam claſſem rejicitur a MERCURIALI. HIPPOCRATI vero, noſtri avo, a SUIDA tribuitur. Cæterum apologia artis medicæ eſt, qua oſtenditur, non artis culpa fieri, quando æger moritur, ſed ægrum quidem facilius, quam de gnaro medico credibile ſit, peccare, aut artis præſidia ad ſuperandum morbum non ſufficere; neque abſque medicina ægros ſanari, qui abſque medico ſanantur, cum ad artem omnis earum rerum cognitio pertineat, quæ nocent aut juvant. Aliqua addit AUCTOR de iis, quæ in corpore humano occulta ſunt, & ſola ratione adtinguntur, ex eorum natura, quæ ſponte, aut ab arte de corpore educuntur, &c. Commentatus eſt in eum Librum THEODORUS ZVVINGER & in eumdem ſunt breves notulæ J. HEURNII. Liber περὶ ἀρχαίας ἰατρικῆς, recenſus ab EROTIANO, a MERCURALI recte ad ſpurios rejicitur, cum ratiociniis

niis plenus ſit, & omnino poſt ARISTOTELEM ſcriptus videatur, cujus theorias paſſim refutat. De prima autem artis origine agit, ut ex noxa ciborum a primis hominibus abſque diſcrimine ingeſtorum obſervata, nata ſint conſilia mutandæ diætæ, ciborum præparandorum: ut inde progreſſus factus ſit ad diætam ægrotorum conſtituendam, quibus non eadem convenirent, quæ ſanis: ut adeo medicina ab eorum obſervatione nata ſit, quæ nocent, aut minus corpori humano adverſa ſunt. Inde tranſit AUCTOR ad refutandas quatuor primarias qualitates, & ad evertendam inde repetitam morborum originem. Anatomen pictoribus relinquit, contentus ea nota habere, quæ proſint & obſint, &c. In eum Librum commentatur T. ZVVINGERUS, deinde HEURNII breves notulæ, & L. ANTONII PORTII commentarius exſtat, Romæ 1681. 8. editus, & cum RAMAZZINO recuſus Ultrajecti 1703. 8. & alibi., EUSEBII etiam SCHENKII *diſſertatio de iis quæ* HIPPOCRATES *tradit in procœmio commentarii de veteri medicina* exſtat Jenæ 1619. 4.

Epitomen ex Libris HIPPOCRATIS *de nova & priſca arte medendi* fecit MICHAEL ANGELUS BLONDUS, Rom. 1528. 8. *

Νόμος. De medici inſtitutione aliqua habet, brevis Liber, ex quo colligas, eo ævo medicos vicos obire ſolitos fuiſſe, quod quidem de HIPPOCRATE certum eſt. Ab antiquis recipitur, a MERCURIALI damnatur. Et ipſe habet commentarios HEURNII, RODERICI FONSECÆ, Rom. 1586. 4. * & T. ZVVINGERI.

ΟΡΚΟΣ, non abſque teſtimoniis antiquitatis eſt, quæ collegit OBSOPOEUS, & citatur a SORANO & SCRIBONIO. Continet cæterum ſtatuta, quæ medicus junior hac ipſa formula ſervanda ſuſcipit. Lapidem ſe non ſecturum promittit candidatus, nec abortivum daturum. Hic libellus a N. PEROTTO verſus prodiit Pariſ. 1514. 4. cum A. BENEDICTI anatome, deinde ex *recenſione* SEBASTIANI SINGKELER Baſil. 1538. 8. Gr. Lat. Commentati ſunt in eum J. BLASIUS HOLLERIUS, Baſil. 1558. 8. L. T. ZVVINGERUS, HEURNIUS, RANCHINUS (Lugdun. 1627. 4.) FRANCISCUS de FRANCISCIS Genev. 1618. 8. * JACOBUS FABRICIUS, Roſtoch. 1614. 4. J. STEPHANUS Venet. 1637. 4. L. & inprimis vir doctiſſimus J. HENRICUS MEIBOM, Leid. 1633. 4. In ea editione variam eruditionem, etiam ad jus civile, & græcarum vocum ſenſum pertinentem oſtendit. HIPPOCRATIS genealogiam dedit, APOLLINIS etiam & ÆSCULAPII familiam recenſuit. Inde commentarium ad ſingula jurisjurandi verba, & de diſcipulis atque initiatis, de venenis non prodendis, de non corrumpendis mulieribus, de abortivo non dando, de calculi ſectione, ſunt ſas diſſertationes ſubjunxit. Commentarius HENRICI MONANTHOLII medici Pariſini, circa annum 1606. ſcriptus, quem ſe editurum ſcripſerat G. PATINUS, nunquam, quod ſciam, prodiit. Liber περὶ ἰητροῦ ſpurius, & a veteribus perinde ac a MERCURIALI rejectus, officinæ chirurgicæ deſcriptionem tradit, per omnes minutias. Spurium eſſe vel inde adparet, quod medicum apud exteros militare jubeat, ſi voluerit χειρουργεῖν, cum in patria eæ opportunitates deſint. HIPPOCRATES autem tum maxime ſæviente bello Peloponneſiaco vixit. In eum libellum JOH. GORRAEI *annotationes & ſcholia* exſtant, Pariſ. 1543. 8. edita, tum commentarii ZVVINGERI, & HEURNII notulæ.

Liber περὶ εὐσχημοσύνης, & ipſe ſpurius, deſcribit virtutes, quibus medicum ornatum eſſe oportet; exponit medici ejus ævi officium, & inter ea, quibus inſtructum eſſe oportet, medicamenta purgantia, incidentia, potiones, & inſtrumentorum adparatum requirit. In eum commentatus eſt T. ZVVINGERUS & *excurſionem* in eumdem ſcripſit J. ANDREAS MONCAGLIA in Libro *de aquæ uſu in febribus*, Florent. 1700. 4. * Sed amplus in primis commentarius in hunc libellum exſtat civis noſtræ Academiæ & amici noſtri D. GEORGII MATTHIÆ, qui bibliothecæ academicæ curam gerit, Gottingæ 1740. 4. editus, auctuſque iis, quæ triginta annorum laboribus ad hunc librum ornandum collegerat CRUGERUS Medicus Luneburgenſis. In *Prolegomenis* Philoſophiæ Pythagoreæ brevem hiſtoriam CL. MATTHIÆ dedit, tum HIPPOCRATICÆ, & varias grammaticas, hiſtoricas, philoſophicas adnotationes adſperſit, tum diſputationem *de eo in medicina quod nec dici nec ſcribi poteſt*.

Παραγγελίαι. Principium & finis ex HIPPOCRATE eſſe videtur, ex gravitate & brevitate dictionis. Reliqua non ideo mala præcepta ſunt, ut medico cum ægro agendum ſit ratione mercedis medicamentorum, victus, tum cum aliis medicis. Antiquis ignotæ fuerunt. T. ZVVINGERUS commentatus eſt.

Liber

Liber περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον genuinus libellus videtur, ut in chirurgicis, dictum eſt, plenus prudentibus monitis. Commentarios GALENI jam citavi.

Epiſtolæ HIPPOCRATIS. Earum duæ, quæ ad DAMAGETUM ſunt Græce & Latine ſeorſim prodierunt, paraphraſte & interprete ALARDO Amſtelodamo, Saligniaci anno 1530. 8. quas etiam Gallice ſub titulo *lettres d'* HIPPOCRATE *ſur la folie* de DEMOCRITE *traduites par* TARDY ediderunt nuper Pariſiis 1730. 12. non optime verſas. Græce omnes epiſtolæ prodierunt Venetiis 1499. 4. * Epiſtolas 14. Latine vertit EILHARDUS LUBINUS & edidit Francofurti 1601. 8. * cum titulo *Epiſtolæ veterum græcorum, nempe* HIPPOCRATIS, DEMOCRITI, HERACLITI, DIOGENIS, PHALARIDIS, Gr. Lat. Eædem Gr. Lat. editæ ſunt ibid. 1609. 8. * plures vero & omnino 20. Latine cum notis C. THOMASII Hall. 1693. 8. * Cum aliis etiam epiſtolis excuſæ ſunt Baſil. 1554. 12. * J. CORNARUS etiam HIPPOCRATIS *epiſtolas interpretatus eſt & edidit* Coloniæ 1544. 8. * Antiquas eſſe certum eſt, cum CATO Cenſorius ejus meminerit, qua HIPPOCRATES Perſis operam ſuam neget, & perantiqua etiam de DEMOCRITI ab Abderitis pro maniaco habiti fama eſt. Sed recte olim JOSEPHUS SCALIGER & CIGALINUS *de patria* PLINII L. II. p. 1669. (ed DALECHAMPIANÆ) ſpurias eſſe eas epiſtolas objecit argumento CRATEVÆ botanici, qui in iis ipſis citatur, cum MITHRIDATIS tempore floruerit, &c. Recte eaſdem rejecit CLERICUS, nimis alienas a gravitate HIPPOCRATIS, & plenas minus credibilis famæ. Quis decem talenta Abderitas HIPPOCRATI ſolviſſe facile crediderit modicam eam civitatem? quis in peſte Athenienſi merita viri tanta fuiſſe, & ignorata tamen fidiſſimo hiſtorico THUCYDIDI facile receperit? Quis admittet laudaſſe in medico ſtudium Geometricum, qui primus philoſophiam a medicina ſeparaverit, CELSO teſte? Quare indulgentius CL. VIRI D. VV. TRILLERI de iis epiſtolis judicium (*de edend.* HIPPOCRATIS p. 6.) amori tribuo, quo fere editores in ſuos auctores feruntur. Si fictæ ſunt, fictas fuiſſe oportet jam PTOLEMÆI PHILADELPHI ævo, magni librorum collectoris, ut potuerint CATONI innoteſcere.

Acceſſerunt ad finem editionis LINDENIANÆ varia ad vitam laudeſque HIPPOCRATIS undique collecta, & vita, quæ SORANO tribuitur, evidenter recentior, cum SORANUM citet.

HERODOTI LYCII *Dictionarium vocum* HIPPOCRATIS *antiquarum* exſtat cum editione operum HIPPOCRATIS, quam excudi fecit H. MERCURIALIS, Venet. 1581. fol.

Non omittenda eſt penitus CELSI *præfatio*, qua varia ad hiſtoriam medicinæ continentur, & comparatio medicinæ dogmaticæ cum empirica, & defenditur anatomes utilitas. IDEM chirurgiæ præcipuos auctores recenſet L. VII. in præf.

Sed etiam PLINIUS ex præcipuis ſcriptoribus antiquæ hiſtoriæ medicæ eſt, ut in L. XXVI. n. 6. L. XXIX. n. 6. *ab initio*, ubi equidem valde in medicos iniquus eſt, & malignam illam de HIPPOCRATE ex incenſi templi ſpoliis inclareſcente fabulam ex VARRONE repetit, nimiſque diteſcentibus medicis ſuccenſet. Porro Libro VII. de prima origine artis inquirit, & HIPPOCRATEM atque reliquos celebriores medicos recenſet, & Libro XXXIV. medicos materiæ medicæ ignaros carpit. Libro XXX. & alibi aliqua habet, quæ huc pertinent.

EROTIANI ſeu HERODIANI (nam utraque lectio reperitur) τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγὴ huc facit, primum nempe HIPPOCRATICARUM vocum gloſſarium, poſtquam vetuſtiora amiſſa ſunt. Vixit tempore NERONIS. EJUS opus prodiit cura H. STEPHANI Pariſ. 1654. 8. * cum adfini gloſſario GALENI, & lectionibus Herodoteis incerti auctoris, & nonnullis aliis recentioris ævi. Latine vertit magnus anatomicus BARTHOLOMÆUS EUSTACHIUS, & edidit Venetiis 1566. 4. * cum ſuis *adnotationibus* & libello de *multitudine*. Titulus eſt EROTIANI *vocum quæ apud* HIPPOCRATEM *occurrunt collectio*. RENATUS CHARTESIUS utramque editionem in primo volumine ſui operis recudi curavit; omiſſis notis EUSTACHII. Eo utilior eſt EROTIANUS, quod cenſum librorum HIPPOCRATIS iniit.

PLUTARCHUS inter ſcriptores medicæ hiſtoriæ meliori de nota debet commendari, ob Libros *de placitis philoſophorum*, & ob plurima ſparſa utilia monumenta, quæ huc faciunt.

CÆLIUS AURELIANUS princeps hic auctor eſt, ex quo curationes & theorias veterum medicorum ad ſingulos morbos diſcas.

Sed etiam ÆLIANUS in *variis hiſtoriis* legi debet, quo hiſtoria illa celebris *rogorum* contra peſtem excitatorum ad Ægyptios transfertur, curatio vero DEMOCRITI repetitur, &c.

Plura

* Plura ATHENÆUS habet, multorumque medicorum nomina & ſcriptorum titulos conſervavit, qui vix alibi reperiuntur, maxime diæteticorum.

DIOGENES LAERTIUS, Philoſophus, qui paſſim medica ſcripſerunt, vitas & ſcripta receuſuit, PYTHAGORÆ, EMPEDOCLIS, DEMOCRITI, THEOPHRASTI, ARISTOTELIS, & varios medicos nominavit, cognomines Philoſophis, eorumve diſcipulos.

Inde GALENUS ſequitur, cujus plurima opera huc pertinent, & vel medicinæ hiſtoriam continent, vel præcepta addiſcendæ artis, quorum priora in ſuo genere unica ſunt, cum nemo præter GALENUM eaſdem res geſtas conſervaverit, poſteriora tamen legi merentur. Huc ergo pertinet Liber *ſi quis optimus medicus eſt, eumdem eſſe philoſophum*; Pariſ. 1541. 4. ſeorſim editus, & cum *exhortatione ad artium liberalium ſtudium capeſſendum* verſus, cumque notis editus a SIXTO ARCERIO Franeker. 1616. 4. * Liber *de optima ſecta* quem etiam in altera claſſe repetemus. Liber *de optimo docendi genere* cum *exhortatione ad bonas artes* ab ERASMO interprete Baſileæ editus 1526. 8. * Liber *de medicæ artis conſtitutione* editus cum FRANCISCI VALERIOLÆ commentario, Genev. 1577. 8. in quem etiam T. ZVVINGER commentatus eſt, ſeorſim excuſus Baſil. 1561. fol. *Finitiones medicæ* lexici genus, quo artis vocabula explicantur, quod J. PHILOLOGUS vertit, Pariſ. anno 1528. * editum, & cum editione GALENI Baſilienſi anno 1562. *Introductio ſeu medicus* minus certæ fidei, quod idem medicinæ compendium eſt, a SEB. SINGKELER una cum ejus *Iſagoge ſeu medico* cum titulo *ſchola medicorum*, Baſil. 1537. 8. Gr. Lat. inpreſſus. *Linguarum* h. e. *obſoletarum vocum* HIPPOCRATIS *explicatio*, lexicon nempe vocum HIPPOCRATICARUM, cum explicatione difficiliorum editum ab H. STEPHANO anno 1564. 8. cum EROTIANO: & *commentarius in* Librum περὶ τῶν κατὰ ἰητρεῖον. Una excuſi ſunt ejus Libri *orat. ad artes*, &c. *quod optimus medicus philoſ. de ſectis*, *de optima ſecta* & alii, Londin. 1640. 4. opera GEORGII GOULSTON græce recenſi & latine verſi. Tum inter ſpurios huc refero Librum *de partibus artis medicinæ*: & *de ponderibus & menſuris*. Ad hiſtoriam artis pertinent in iſagogicis Liber *de propriis libris* a JOH. CAJO etiam ſeorſim editus Lovanii 1556. 8. quo ſenex GALENUS catalogum ſuorum ſcriptorum init, & occaſiones enumerat, quibus ſit ad eos edendos impulſus, multaque vitæ ſuæ momenta enarrat. EJ. Liber *de ordine librorum ſuorum* a CAJO una excuſus eſt. *De ſectis ad eos qui introducuntur*: *de optima ſecta*: *& de ſubfiguratione empirica*, quibus omnibus imprimis empiricæ & methodicæ ſectæ opiniones enarrantur & refutantur. *De* HIPPOCRATIS *&* PLATONIS *decretis* Libri IX. quibus plurima continentur de antiquorum opinionibus. Fragmenta *commentariorum in Timæum* PLATONIS: *De præcognitione liber* continet magnam partem vitæ GALENI ejuſque in adgnoſcendis morbis M. ANTONINI, AUG. EUDEMI & aliorum peritiam. Multa etiam in eum ſenſum exſtant in Libro *de ſuccorum bonitate & vitio*, in Libro *de therapeutica methodo*, & alibi paſſim diſperſa, amabat enim de ſe ipſo loqui, & integram ejus vitam ex propriis verbis GALENI excerpſit PHILIPPUS LABBEUS. Liber *de hiſtoria philoſophica* ſpurius eſt.

SUIDÆ certe lexicon nominare oportet, cujus pulchram editionem Græco-latinam LUDOLFUS KUSTER Berolinenſis olim Profeſſor procuravit, Cantabrigæ 1705. fol. vol. 3. ex tribus codicibus Pariſinis collatis cum emendationibus ex Vaticano codice. Videtur auctor ineunte XI. ſeculo vixiſſe cum annos (T. II. pag. 366.) numeret 651. a quo Roma nova condita ſit, id vero factum eſſe ajat anno 362. ab AUGUSTI CÆSARIS Monarchia. Varia autem ab aliis eſſe addita adparet. In lexico voces pariter & homines habet, plurimum ad illos uſus ſcholiaſte ARISTOPHANIS. Vitas etiam Philoſophorum & Medicorum paſſim tradidit, quæ non alibi occurrunt, inprimis HIPPOCRATIS, ejuſque avos recenſet. Non abſque craſſis erroribus eſt, cum EUMENEM regem Macedoniæ faciat, cujus tres fuerint valde concordes fratres, quæ de EUMENE Pergameno unice vera ſunt.

Poſſes huc referre RHAZIS Librum VII. ubi magnas de ſtatu corrupto medicinæ & impoſtoribus querelas fundit.

ABU OSEIBAH *vitæ medicorum* quarum ſpecimen edidit POCOCKIUS, & ex quibus aliqua excerpſit J. FREIND, quas magni facit vir doctiſſimus J. JACOBUS REISKE, avide expectamus, cum inprimis vitas Arabum ex variis imperiis Kalifis ſubjectis recenſeat, & multa egregia non hiſtorica ſolum ſed etiam practica contineat.

JOHANNITII *iſagoge de inventa medicina & in quot partes diſtributa ſit*, Argentor. 1529. 8. EJ.

8. EJ. fragmentum in ὅρκον, qui vulgo GALENO tribuitur, edidit J. ELICHMANNUS, cum BEVERVVYCKII Libro *de termino vitæ*.

Inter adverſarios & deriſores artis medicæ PETRARCHA fuit *ſenilium* L. V. c. 4. &c.

MATTHÆI SYLVATICI *opus pandectarum medicinæ quo vocabula innumera obſcura Græcorum, Arabum, Latinorum explicat*, Venet. 1498. fol. * 1511. fol. RIV. 1523. L. 1524. fol. ibid. Turin. 1526. fol. RIV.

MATTHÆI SYLVATICI *opus pandectarum* citatum exſtat etiam Venet. 1507. fol. Lugduni etiam 1535. fol. *

ANTONII de ALEXANDRO *conſtitutiones & cogitata nec non juriſdictiones Regii Protomedicatus Siciliæ recognitæ & elucidatæ* prodierunt J. P. INGRASSIA edente, Panormi 1564. 4. ſcriptæ anno 1429. (MONG.) *

PHILIPPI BEROALDI *declamatio an orator ſit philoſopho & medico anteponendus*, Pariſ. 1500. 4. * L.

SYMPHORIANI CAMPEGII *de claris medicinæ ſcriptoribus veteribus & recentoribus*, Ludg. 1506. 8. 1531. 8. * EJ. *vocabulorum ac terminorum difficilium explanatio*, Lugdun. 1508. 8. IDEM ſcripſit vitas JOHANNIS MESUE & ARNOLDI de VILLANOVA cum operibus eorum virorum editas. IDEM *margaritam pretioſam de medici atque ægri officio*, Pariſ. 1514. 8. cum *Roſa* Gallica edidit. *

POGGII ad ANT. LUSCUM *in* HIPP. *delatores invectivæ* antiquam editionem abſque anno citari video. *

PETRI de BAYRO *de nobilitate facultatis medicæ quæſtiones lixipyretæ, utrum medici an philoſophi ſint nobiliores*, Turin. 1512. fol. * L.

LAUR. PHRYSII *ſynonyma und gerechte auslegung der vvörter, ſo man in der arzney*, &c. Straſburg. 1519. fol. 1539. fol. RIV. EJ. *defenſio* AVICENNÆ *ad Germaniæ medicos*, ibid. 1530. 4.*

MARTINI STEINFELS *de modo ſtudendi ſeu legendi in medicina* L. VII. Vienn. 1520. 4. *

ALEX. SEITZ *declamatio in laudem artis medicæ*, Baſil. 1524. 4. *

H. CORNELIUS AGRIPPA in *invectiva de incertitudine & vanitate ſcientiarum* uti reliquis artibus, ita medicinæ minime pepercit. Prodiit 1530. & Francof. 1535. 8. Haag. 1653. 12. & alias.

FRIDERICI CHRYSOGONI *de modo collegiandi*, Venet. 1528. fol. * cum aliis libellis.

J. LEONIS *hiſtoriæ medicorum & philoſophorum quorumdam* editæ ſunt a HOTTINGERO cum *bibliothecario quadrupartito*, Tiguri 1664. 4. * AVENZOARIS, AVERRHOIS aliorumque celebrium ſcriptorum vitæ hic exſtant. EJ. etiam *hiſtoria medicorum* integrior Florentiæ latet, cujus meminit MEIBOMIUS *in epiſt. de ſcrib. hiſt. med.*

OTHONIS BRUNFELS *catalogus illuſtrium medicorum ſeu de primis medicinæ ſcriptoribus*, Argentor. 1530. 4. *

DESIDERII ERASMI *declamatio in laudem artis medicæ*, Nurnberg. 1525. 8. cum P. ÆG.

JANI CORNARI *præfatio in laudem* HIPPOCRATIS, Baſil. 1531. 4. EJ. HIPPOCRATES *ſeu doctor verus, Oratio*. EJ. *de rectis medicinæ ſtudiis amplectendis*, Marburg. 1543. 8. & Baſil. 1543. fol. cum verſione HIPP. & 1556. 8. RIV. EJ. *Oratio in dictum* HIPPOCRATIS *vita brevis ars longa*, Jen. 1577. 8. *

GEORGII AGRICOLÆ L. V. *de menſuris & ponderibus, in quibus pleraque a* BUDÆO *&* PORTIO *parum animadverſa diligenter excutiuntur*, Pariſ. 1533. 8. * Baſil. 1550. fol. * in qua editione etiam A. ALCIATI & aliorum de ponderibus Libri exſtant.

HIER. MONTUI *de medicis ἰξαλόγοι ſeu de ſectis medicorum, de diſciplinis quæ dogmaticis neceſſariæ: de dogmaticorum officio: de excellentia dogmaticorum: de conſiliis eorum: & ſtipendiis*, Lugdun. 1534. 8. L. 8.

AETHONIS JOHANNIS a FREUDENBERG *de abuſu & impoſtura medicantium libellus*, Marpurg. 1538. 8. *

Inter PARACELSI opera aliqua huc pertinent, ut *labyrinthus medicorum errantium cum admonitione, ut medici ex aliis libris quam quos hactenus legerunt, addiſcere ſtudeant*. *

JUSTI VELSII *Oratio, utrum in medico variarum artium ac ſcientiarum cognitio deſideretur*, Baſil. 1540. 4. L. *

GILBERTI PHILARETI *de conciliatione* AVICENNÆ *cum* HIPPOCRATE *&* GALENO, Lugd. 1541. 4. L. *

SIMONIS GRYNÆI *encomium medicinæ*, Baſil. 1542. 8. * L.

HIERONYMI GEMUSÆI *de vita* GALENI *& de origine medicinæ*, Baſil. 1542. fol. cum operum editione.

REMACLI FUCHSII *illuſtrium medicorum, qui ſuperiori ſeculo floruerunt, vita fideliter excerpta; adjectus neotericorum medicorum catalogus*, a SYMPHORIANO CAMPEGIO, Pariſ. 1542. 8. * L.

NARCISII SOLANI *concordia Barcinonenſium medicorum & pharmacopolarum*, Barcin. 1542. 4. *

J. DRYANDER, *vom rechten gebrauch der aertze und der artzney*, Francof. 1743. 8. *

HIERONYMI THRIVERII *ad ſtudioſos medicinæ oratio de duabus medicorum ſectis & de diverſa eorum methodo*, Antvverp. 1544. 8. L. *

CONRADUS GESNERUS, & infinitæ vir lectionis, & patientiſſimus laborum, inmenſum opus primus molitus eſt, bibliothecam nempe omnium librorum, qui vel typis editi extarent, vel in bibliothecis laterent, cum brevi ſcriptorum vita, argumentis librorum, cenſuris celebrium auctorum. Titulus eſt, *Bibliotheca univerſalis ſeu catalogus ſcriptorum omnium locupletiſſimus in tribus linguis latina, græca & hebraica veterum & recentiorum uſque ad* annum 1545. Tigur. 1545. fol. Alter tomus ſub titulo *Pandectarum ſeu partitionum univerſalium*, *qui ſecundus tomus bibliothecæ* eſt, ſecutus eſt anno 1548. fol. Hic ſcriptores in ordinem artium diſponuntur, cum capitum ſæpe inſcriptionibus & librorum argumentis. Liber *tertius theologicus* ſucceſſit 1549. fol. Liber tamen XX. nunquam prodiit qui medicis ſcriptoribus deſtinabatur. Hi Libri in compendium conjecti a C. LYCOSTHENE & JOSIA SIMLERO, & aliquantum aucti (2000., ut ait editor, acceſſionibus) cum titulo *epitomes bibliothecæ* CONRADI GESNERI prodierunt Tiguri 1555. fol. Cæterum errores miſſos tanto labori quis æquus accuſet? IDEM CONRADUS catalogum omnium fere ſcriptorum medicinæ, & inprimis practicæ, præfixit editioni GALENI Frobenianæ, quæ Baſileæ anno 1562. prodiit. Ibidem GALENI vitam adjecit. Cum collectione chirurgica alibi citata catalogum chirurgorum, cum KYBERIANA TRAGI editione botanicorum ſcriptorum dedit cum ſuis judiciis. Contra editionem GALENI prodiit, ut videtur, UDENI medici Utopienſis *de* GALENI *librorum editione judicium* 1565. 8. MEIB. *

NICOLAI MASSÆ *vita* AVICENNÆ, Venet. apud Junt. 1595. fol. *

J. B. MONTANUS *de ordine in legendis libris* GALENI conſilium cum editione GESNERIANA recuſum ſcripſit.

ANDREÆ LACUNÆ *vita* GALENI, Venet. 1548. 4. *

FRANCISCI VALERIOLÆ *de re medica oratio*, Venet. 1548. 8. * L.

JULII ALEXANDRINI GALENI *encomium*, Venet. 1548. 8. EJ. ἐναντιομάτων. GALENI liber una prodiit. * EJ. *de medicina & medico dialogus libris* V. *diſtinctus*, Tigur. 1557. 4. *

MARII NIZZOLII *exploratio obſoletarum vocum* HIPPOCRATIS, Venet. 1550. fol. *

BARTHOLOMÆI REUSNER *Chriſtiana confutatio blaſphemiarum & mendaciorum* TH. PARACELSI *quæ contra* DEI *verbum & artem medendi effudit in* L. III. *Philoſ. ad Athenienſes*, Gorliz 1550. * PASCH. qui ait germanice prodiiſſe.

J. PORTESII *de laudibus medicinæ oratio*, Lutet. 1550. 8. *

J. ARGENTERII *de conſultationibus medicis, ſeu ut vulgus vocat, de modo collegiandi* Liber, Florent. 1551. 8. quæ mea editio eſt, 1557. 8. L. & recuſus, Venet. 1592. 1610. fol. cum reliquis operibus. Subtiliter, ut ſolet, & verboſe receptas methodos moreſque ſeculi refutat. EJ. *de officiis medici* Libri II. extant in collectione operum, quæ Florentiæ 1556. fol. excuſa ſunt, omnino ſaporis ejuſdem.

J. ANTONII SICCI *de optimo medico* Libri Venet. 1551. 4. * nuper Harlemi 1748. 8. recuſus. Optimi medici deſcriptio ex GALENI ſcriptis ita unice collecta eſt, ut etiam inutiliſſima quæque repetantur, ut QUINTI frequentes refutationes & alia, quæ a noſtro ſeculo remotiſſima ſunt.

JOACHIMI CAMERARII *utriuſque linguæ, in quibus eſt diligens exquiſitio nominum quibus partes corporis humani appellari ſolent, addidit & functionum nomen daturis & aliis his accedentibus*, Baſil. 1551. fol. *

JOH. PLACOTOMI *oratio de ratione diſcendi & præcipue medicinam*, Lipſ. 1552. 8. RIV. * Argentor. 1607. 12. *

LEON-

LEONHARDI JACCHINI *oratio apologetica præcognitionem ex medicina plerumque certam eſſe ſi nihil delinquatur*, Lugdun. 1552. 8. L.

ACHATII MORBACH *dialogus in quo philoſophus medicaſtrum ſuper erroribus in medendo commiſſis coram Prætore accuſat*, Norimberg. 1553. 4. * L.

JOHAN. BACCHANELLI *de conſenſu medicorum in curandis morbis: & de conſenſu medicorum in cognoſcendis ſimplicibus*, Pariſ. 1554. 8. *.

MICHAELIS NEANDRI *ſynopſis menſurarum & ponderum ſecundum Romanos, Athenienſes, Georgos & Hippiatros cum* GAL. *de ponderibus & menſuris*, Baſil. 1554. 4. *

FRANCISCI IMPERIALIS *de medicina* L. II. Genev. 1554. 4. *

HONORATI CASTELLANI *oratio quo futuro medico neceſſaria explicantur*, Lutet. 1555. 4. * Argentorati 1612. cum SCHENKII enchiridio. *

VVOLFGANGI JUSTI *chronologia ſeu temporum ſupputatio omnium illuſtrium virorum*, Franc. Viadr. 1556. 8. Exigui momenti, & plena erroribus. SERAPIONEM Arabem ad annum 122. P. C. N. ponit: DIOSCORIDEM Anazarbeum cum PACHA confundit, & mox iterum ad tempora JULII CÆSARIS refert, &c.

HIERONYMI CARDANI *de libris propriis* L. Lugdun. 1557. 8. & recognitus Baſil. 1560. * EJ. *de propria vita* ex bibliotheca GABR. NAUDÆI cum Libro *de præceptis ad filios*, Amſtel. 1634. 12. Goudæ 1654. 12. * Amabat de ſe ipſo loqui, multaque erat acerba paſſus, multorum hominum mores viderat, neque erat abſque ſingulari ſuperſtitione.

PETRI BRAILLIER, *Pharmacopœi, de abuſu & ignorantia medicorum*, Rotomag. 1557. contra LISETTUM BENANCIUM. *

JAC. MILICHII *oratio in laudem artis medicæ contra empiricos*, cum vita HIPPOCRATIS, GALENI & AVICENNÆ, & *oratio de arte medica, de ſtudio doctrinæ anatomicæ*, prodiit Argentor. 1558. 8. L. * Una editus eſt Liber *de dignitate & utilitate artis medicæ* MELCHIORIS FENDII. Sed non vidi hanc collectionem.

JOH. VETERIS *orationes* 21. *in medicinæ commendationem*, Lutet. 1560. 8. *

JACOBI SYLVII celeberrimi viri *ordo & ordinis ratio in legendis* HIPPOCRATIS & GALENI *Libris*, Pariſ. 1561. 8. Græcis addictiſſimus, Libros HIPPOCRATIS & GALENI in claſſes ſuas diſtribuit.

ANDREÆ TIRAQUELLI *commentarii de nobilitate & de jure primigeniorum*, Baſil. 1561. fol. * multa habet ad laudem artis medicæ & dignitatem medicorum ornandam. EJ. una editus catalogus alphabeticus medicorum cum *Bibliotheca Græca* J. A. FABRICII recuſus eſt.

EUSEBII MENII *oratio de vita* JACOBI MILLICHII, VVittemb. 1562. 8. * PL.

CASPARI PEUCERI *de dignitate artis medicæ*, ibid. 1562. 8. * PL. EJ. *vita illuſtrium medicorum*, Argentor. 1573. *

SAMUELIS SIDEROCRATORIS *methodus* ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων *in qua confirmatur ſemper eas in uſu fuiſſe medicis*, Norimberg. 1563. 8. *

JAC. JOCKISSI *de dignitate medicinæ*, Francof. 1563. 4. RIV. *

GUILIELMI GRATAROLI *de laudibus medicinæ, ejus origine, progreſſu, utilitate, empiricis & medicorum laudibus*, Argentor. 1563. 8. *

JOH. (de GORRHIS) GORRHÆI *definitionum medicarum* Libri XXIV. Pariſ. 1564. fol. 1622. fol. Francof. 1578. fol. Eruditum certe opus, eſt lexicon vocum medicarum Græcarum, cum explicatione, & locorum ex aliis claſſicis auctoribus comparatione.

HENRICI STEPHANI *dictionarium medicum vel expoſitiones vocum medicinalium ad verbum excerptæ ex* HIPPOCRATE, ARETÆO, A. TRALLIANO, GALENO, ORIBASIO, RUFO EPH. PAULO ÆGINETA, ACTUARIO, C. CELSO, *cum latina interpretatione. Præfixa ſunt lexica* II. *unum* EROTIANI, *nunquam antea editum, alterum* GALENI *emendatius*, Pariſ. 1564. 8. *

JACOBI CARPENTARII, Archiatri, *ad expoſitionem diſputationis de methodo contra Theſſalum* OSSATUM *Ac. Pariſienſis methodicum reſponſio*, Pariſ. 1564. 4.

ALFONSI de TORREZ *recapitulation de los auctores Griegos y Latinos que tractaron de la excellencia y generacion de los-cavallos*, Tolet. 1564. fol. ANT. Bibliotheca Hippiatricorum. *

PETRI MEMMI *de recto medicinæ uſu*, Delphis 1564. 8. * EJ. HIPP. COI. *jusjurandum commentario illuſtratum & qua ratione medicorum vita & ars ſacrata conſervetur*, Roſtoch. 1577. 8. *

GUIL. REGINI *exercitamenta medicinæ ex lingua utriuſque auctoribus*, Lugd. 1564. fol. *

THOMÆ PHILOLOGI Ravennatis *de modo collegiandi*, Venet. 1565. & 1574. 4. * L.

LUCILLI PHILALTHÆI *methodus recitandi curas*, Papiæ 1565. 8 Spir. 1581. 4. * L.

DIOMEDIS CORNARII *oratio in funere* VVOLFGANGI LAZII, Vienn. 1565. 4. * cum *obſervationibus* recuſa, Lipſ. 1699. 4.

LEONHARDI BOTALLI *de medici & ægroti munere*, Lugdun. 1565. 16.

JOSIÆ SIMLER *vita* CONRADI GESNERI, item *epiſtola* C. GESN. *de libris a ſe editis* (ad TURNERUM anno 1562. data) &c. Tigur. 1566. 4. ſimpliciter & vere ſcripta eſt, non vero ſatis plena, cum ipſa itinera Alpina pleraque omittat. Cæterum VVOLFIUS de codicibus M. S. Geſnerianis addit *pollicitationem* futuræ editionis, & icones pro ſpecimine ſculptas adjicit. Ea vita Germanice prodiit Zittaviæ anno 1711. 8. valde male verſa, cum enormibus erroribus, cum *Tugio* ſcribat pro *Zug*, *Preſter*, *pro* FRICCIO ſacerdote, &c. Longe vero magis ad hiſtoriam GESNERI, & in univerſum ad hiſtoriam medicam ejus ævi, faciunt *Epiſtolarum medicinalium Libri* III. quibus *acceſſerunt* EJ. *de aconito Liber, aſſeveratio*, & *de oxymellis helleborati utriuſque deſcriptione & uſu*, Tigur. 1577. 4. Has epiſtolas C. VVOLFIUS edidit, exigua ſedulitate adhibita, & perturbata temporum ratione. Pleræque autem non dudum ante mortem auctoris ſcriptæ ſunt ad J. CRATONEM, BENED. ARETIUM, ACHILLEM GASSERUM, ADOLPHUM OCCONEM, FEL. PLATERUM, THEOD. ZVVINGERUM alioſque. Placent ex varietate argumenti, novis literariis omnis generis, ad cenſuras librorum & hominum, ad plantas novas pertinentibus, &c. *Oxymelli helleborato* multum tribuit expertus GESNERUS, ob vim emmenagogam, aperientem. In altero libello thoram eſſe aconitum primum contendit, doronicum vero innocuam plantam. Liber IV. *epiſtolarum* ad KENTMANNUM prodiit VVittembergæ 1584. 4. plenus humillimarum fere deprecationum, quibus GESNERUS iratum ſibi ob dedicationem MOSCHIONIS KENTMANNUM tandem exoravit. Botanica etiam continet & literaria nova.

EUSTACHII editio EROTIANI nempe *vocum quæ apud* HIPPOCRATEM *ſunt collectionis cum adnotationibus*, Venet. 1566. 4. jam dicta eſt. *

GEORGII HITZLERI *oratio de vita & morte* LEONHARDI FUCHSII, Tubing. 1566. 4. *

LAURENTII GRYLLI *de peregrinatione medica*, Ingolſtatt 1566. 4. Deſcriptio itineris proprii minime ingrata lectu, ad hiſtoriam literariam ſeculi XVI. cum totam Europam multorum annorum ſpatio obiverit.

NICOLAI RORARII *contradictiones, dubia, item paradoxa in libros* HIPPOCRATIS, CELSI, GALENI, AETII, ÆGINETÆ, AVICENNÆ, *cum eorumdem conciliationibus*, Venet. 1566. 8. huc poteſt revocari non inerudîti hominis opus, ſed cui ſteterit ſententia, utcumque de rebus ipſis fuerit, veterum auctoritatem ſervare.

JODOCI HARCHII *de cauſis contemtæ medicinæ*, Leodii 1567. 4. *

J. PHILIPPI INGRASSIÆ *quod veterinaria eadem cum nobiliori medicina ſit*, Venet. 1568. 4. Lego apud LEONARDUM CAPUANUM, voluiſſe archiatrum INGRASSIAM mulomedicos in toto regno ſibi ſubjicere, a Vicerege vero ejus conatus refutatos eſſe. An hæc arcana fuerit ſcripti cauſa ignoro. Hic cæterum videtur ſe excuſare, quod accipitrem, cui crus fractum erat, deligando juviſſet, rethorica declamatione uſus. EJ. *iatropologiam qua multa adverſus barbaros medicos diſputantur, collegiique modus oſtenditur, & multæ quæſtiones tam medicæ quam chirurgicæ diſcutiuntur*, Venet. 1544. 8. editam, quam huc pertinere credideram, nunc lectam; reperio chirurgici argumenti eſſe, & continere acerbam & contumelioſam apologiam adverſus numeroſos medicos, qui chirurgi (INGRASSIÆ procul dubio conſiliis uſi) factam ad educendum ſanguinem ex contuſione effuſum inciſionem, & reliquam curationem carpſerant. Repetetur alibi.

JOH. ALBERTI VVIMPINÆI *de concordia Hippocraticorum & Paracelſiſtarum*, Monach. 1569. 8. * Argentor. 1615. 8. cum appendice *quid medico ſit faciendum*.

Vita J. OPORINI, Argentorati 1569. a JORISIO edita huc pertinet, ob hiſtoriam PARACELSI, quam continet. Cupidus diſcendi OPORINUS famulaverat PARACELSO, ejuſque vitia cominus viderat, ut tamen, ſi malum hominem, magnum tamen medicum eſſe perſuaderetur.

ODDI de ODDIS *apologia pro* GALENO, Venet. 1570. 4. defendit GALENUM *in Logica, philoſophia, & medicina* adverſus Arabes. Imperfectum opus ſupplevit MARCUS filius.

ABRAH.

ABRAH. VVERNER *oratio de vita* GALENI VVittemb. 1750. 8. *

JOH. CAII L. I. *de libris propriis*, Londin. 1570. 4. cum libello *de canibus* Britannicis nuper curante S. JEBB recuſus prodiit Londini 1729. 8. Multa continet ad hiſtoriam medicam, & maxime ad manuſcriptorum codicum cognitionem. Plurimos libros GALENI vertit, aliquos primum edidit, ut HIPPOCRATIS περὶ φαρμάκων & GALENI librum I. *de* HIPPOCRATIS & PLATONIS *decretis*. Ipſe *collegium* proprium Cantabrigiæ ædificavit. GALENUM contra novatores (& VESALIUM) defendit.

JOH. CURIONIS *inſcriptus* HERMOTIMI *nomine dialogus de umbraticorum medicorum genere quod in ſcholis ad diſputandum non ad medendum comparatum eſt* (& de PARACELSI hiſtoria) Baſil. 1570. 4. * L.

Statuta univerſitatis artiſtarum & medicorum Patavini Gymnaſii denuo correcta & emendata, Patav. 1570. 4. * PL.

ANTONII VALETII *oratio qua medicinæ antiquitas... deſcribitur*, Pariſ. 1570. 8. *

GREGORII BERSMANNI *de dignitate & præſtantia artis medicæ*, Lipſ. 1751. 4.

ROBERTI FEVIN *de abuſu medicinæ coercendo in quo empiricorum & ἰατρομάγων medendi ratio refellitur & faſcinationis modus impoſſibilis oſtenditur*, Pariſ. 1574. 8. *

Huc etiam refero J. SAMBUCI *icones veterum aliquot & recentiorum medicorum & philoſophorum cum elogiis præmiſſo vitæ ſingulorum & ſcriptorum indiculo*, Antvverp. 1574. fol. Leid. 1603. fol. In ea præter icones multorum medicorum ſeculi maxime XVI. præmiſſæ ſunt eorum breves vitæ. Icones ſunt 67. pleræque medicorum, aliqui etiam tituli vacant icone.

Ob annos etiam emortuales & natales ſæpe adjectos poſſis huc referre *Bibliothecam Chalcographicam clariſſimorum virorum* quæ collectore JANO JACOBO BOISSARD & ſculptore J. THEOD. de BRY ejusque herede J. AMMONIO, prodiit Francofurti in *novem partibus*, quantum video. Sed ea brevia ſunt.

CLAUDII HERMADORI GOZZII *oratio in mortem* JACOBI CARPENTARII (Medici Regii) Pariſ. 1574. 4. *

J. GUNTHERI ANDERNACI *vita carmine heroico conſcripta* per GEORGIUM CALAMIUM, Argentor. 1575. 4. *

J. MARTINI EUSTACHII Liber *de vita* GALENI, Neap. 1577. 4. * a LABBEO paſſim corrigitur.

THEODORI ZVVINGERI *methodus apodemica*, Baſil. 1578. 4. (ſeu de itineribus.) *

J. DURANTIS CASSELII in DURETUM & MARTINUM *apologia* I. ad JOS. SCALIGERUM, Pariſ. 1579. 8. *

PETRI TALPÆ *empiricus ſeu indoctus medicus, dialogus*, Leovardiæ 1579. 8. Franeker 1695. 8. * L.

Roc le BAILLY de la RIVIERE *reſponſio ad quæſtiones propoſitas a medicis Pariſienſibus excuſas*, Pariſ. 1579. 16. eodem anno. Pro chemicis (PASCH. GAL.)

LAURENTII JOUBERT *oratio de præſidiis futuri excellentis medici*, Genev. 1580. 8. * IDEM in *operibus* ſuis vitam dedit G. RONDELETII.

VINCENTII CARRARII *de medico & illius erga ægrum officio opuſculum*, Raven. 1581. 4. * L.

J. BAPTISTÆ PELEGRINI *apologia adverſus philoſophorum & medicinæ calumniatores*, Bonon. 1582. 4. *

J. BAPT. GOYNÆI *quod medici dogmatici juriſconſultos dignitate præcedant*, Venet. 1582. 8. * L.

J. THOMÆ FREIGII *de medicina libellus*, Baſil. 1582. 8. *

GABRIEL TOMASO BOVI *flagello de' medici razionali*, Venet. 1583. 4. * EJ. *melampigo, ovvero confuſione de' medici ſofiſti, che s' intitolano razionali*, 1595. 4. EJ. *fulmine, flagello, e melanpigo contro de' medici razionali con la ripoſta di* CLAUDIO GELLI, Venet. 1626. 8. *

CYRIACI LUCII de CLAF *de variis medicorum ſectis nunc in republica vigentibus*, Ingolſtatt. 1583. 4. * EJ. *de medicina philoſophica in qua oſtenditur quod ſcientia medica liberalibus diſciplinis omnibus uſui eſſe queat*, Ingolſtatt. 1597. 4. *

HIERONYMI MERCURIALIS *cenſura & diſpoſitio operum* HIPPOCRATIS, Venet. 1583. 4. Francof. 1585. 8. Elegans libellus, deſtinatus pro regenda nova editione operum HIPPOCRATIS. Quatuor claſſes conſtituit, genuinos HIPPOCRATIS labores: ſcripta HIPPO-

CRA-

CRATIS a filiis ejus demum edita: ſcripta filiorum HIPPOCRATIS ſententiæ patris conſona: & adulterina. Recte pro genuinis libros recenſet, qui breves, qui graves, qui veri. Utitur imprimis GALENI teſtimoniis. In nonnullis fas ſit diſſentire. Ita ſecundæ claſſi adſcribit Librum de flatibus, quem ego credo manifeſto a medico alterius ſectæ & ævi eſſe profectum. Jusjurandum quartæ claſſi tribuit. Idem cum Libro de arte gymnaſtica aliquot ad ÆSCULAPII hiſtoriam inſcriptiones addidit, & is totus liber hiſtoriæ medicæ accenſeri poteſt. EJ. eſt ἐπιγραφὴ de ratione diſcendi medicinam cum J. G. SCHENKII enchiridio edita, Argent. 1607. 12. *

J. DENKELII *oratio* JUSTINO PETZOLDTO *phyſico habita*, Erfurt. 1583. 8. *

J. FRID. SCHROETERI, Jenenſis Profeſſoris, *oratio de medicinæ præſtantia*, Jen. 1584. 4. * PL.

SEBASTIANI BLOSSII *diſputatio explorans* GALENI *doctrinam de methodo*, Heidelberg. 1584. 4. * L. forte potius practica eſt.

THOMÆ MOUFFET *de jure & præſtantia chymicorum medicamentorum dialogus apologeticus*, Francof. 1584. 8. *

J. CLAUDII AUBERII *de concordia medicorum diſputatio exoterica*, Genev. 1585. 8. *

R. B. *the difference betvven the auncient phyſick firſt taught by the godly forefathers --- and the latter phyſick proceeding from idolatres*, Lond. 1585. 8. AMES.

J. LUDOVICI HAVENREUTERI *oratio de arte medica*, Francof. 1586. 8. *

GEORGII BERGENSIS *de conſultationibus medicorum & methodica febrium curatione & de dolore penis*, Antvverp. 1585. 8. * L. M.

GEO. LOEBLER *oratio de vita, moribus & ſtudiis* JAC. SCHEGKII, Tuving. 1587. 4. PL.

ANUTII FOESII *oeconomia* HIPPOCRATIS, *alphabeti ſerie diſtincta, ita ut lexicon Hippocraticum merito dici poſſit*, Francof. 1588. fol. Genev. 1665. fol. &c. Eruditiſſimum opus quod pauca ſui ſimilia habet, in quo voces HIPPOCRATICÆ ex ipſo auctore, ex GALENO, EUSTACHIO aliisque auctoribus explicantur.

DAVID de POMIS *medicus Judæus ubi demonſtratur quod magna inter Hebræum & Chriſtianum ſit affinitas*, Venet. 1588. 4. *

LUDOVICI de LEMOS *judicium operis magni* HIPPOCRATIS, Salmantic. 1588. fol. ANT. *

JOH. HEURNII, Profeſſoris Leidenſis, *de medicinæ origine* ÆSCULAPII *&* HIPPOCRATIS *ſtirpe & ſcriptis* oratio dicta 1589. 4. edita etiam Leidæ 1608. 4. eſt compendium hiſtoriæ familiæ Aſclepiadeæ & HIPPOCRATIS. Ipſius HEURNII memorabilis vita, plena ſingularibus caſibus fortunæ, editioni Leidenſi operum omnium adjecta eſt. EJ. *de ſtudio medicinæ rite inſtituendo*, Amſtelod. 1645. 12. idem procul dubio libellus, qui cum inſtitutionibus prodiit, præfixo titulo *modus ſtudendi eorum qui medicinæ operam ſuam dicarunt*; Hanav. 1593. 8.

ERHARDI CELLII de *vita & morte* PHILIPPI APIANI, Tubing. 1584. 4. *

ALPHONSI LUPEI de CORELLA *catalogus auctorum qui poſt* GALENI *ævum &* HIPPOCRATI & GALENO *contradixerunt*, Valent. 1589. 12. NIC. ANT. *

LAURENTII GOZAR *dialogus de medicinæ fonte*, Valentiæ 1589. L. * Paracelſiſta.

ANTONII NIGRI Sileſii *de decem præcipuis erroribus & abuſibus propter quos.. ars medicinæ.. Judæis ac impoſtoribus veluti præda relicta jacet*, Hamburg. 1590. 8. * L.

PASCHALIS GALLI Pictonis *bibliotheca medica ſeu catalogus illorum qui ex profeſſo artem medicam ſcriptis illuſtrarunt*, Baſil. 1590. 8. Variæ ſunt opuſculi partes. Prima eſt lexicon medicorum cum ſcriptis & nonnunquam brevibus de vita adnotationibus, non neglectis M. S. codicibus, majori ex parte ex GESNERI *bibliotheca* excerptum, negligenter admodum notatis editionibus. Succedunt catalogi medicorum qui gallice, germanice, italice ſcripſerunt, nimis paucorum, tum GESNERI cum TRAGO & tum chirurgis editi catalogi. Vitiis abundat. AVICENNAM Hiſpalenſem facit. J. ANGLICUM bis repetit, ter vero JOHANNEM de KETHAM cum corruptis nominibus. SARDIANUM pro ORIBASIO ponit. DIOSCORIDEM Anazarbeum cum PHACA confundit.

Inter THOMÆ ERASTI *opuſcula varia quæ morte preventus in lucem edere non potuit*, Francofurti 1590. fol. edita exſtat *de laude medicinæ* oratio. De *diſputationibus in* PARACELSUM, quæ multis modis huc etiam pertinent, alibi dictum eſt.

Inter SALOMONIS ALBERTI *orationes* VVittembergæ anno 1590. 8. editas tertia eſt de

RHA-

RHAZE, quæ & hujus medici hiſtoriam & alia ad medicinæ ſtatum continet. Quarta eſt *de ſtudio phyſico*.

HIERONYMI BRASSAVOLÆ *de officiis medicis*, Ferrar. 1590. 4. *

J. THOMÆ MINADOI *de injucunditate in curationibus evitanda: quod liber ad* THRASYBULUM *legitimus ſit*, Tarviſ. 1590. & 1610. 4. * L. EJ. *pro* AVICENNA *prælectio*, Patav. 1598. 4. * L.

ISRAELIS SPACHII *nomenclator ſcriptorum Græcorum, Arabum, Latinorum veterum & recentiorum medicorum ſecundum locos communes*, Francof. 1591. 8. *

BARTHOLOMÆI VICARII *de ægrotantium optimo aſſiſtente ejuſque officio in ſingulis morbis*, Rom. 1591. 4.

J. GRAMANNI *apologetica refutatio calumniæ qua Paracelſiſtæ & medici ſeniores nimis violenter corroſiva deleteria ægris propinare dicuntur*, Erford. 1593. 4. *

BARTHOLOMÆI HUBNER *oratio de veris immotiſque fundamentis artis medicæ & philoſophiæ deque impietate & moribus* T. PARACELSI, Erford. 1593. 8. *

CHRISTOPH. HENR. AYRER *informatio medici practicam aggredientis*, Francof. 1594. 8. VVALTH.

Vita J. C. SCALIGERI *a filio* JOSEPHO *conſcripta*, Leid. 1594. 4. *

HENRICI GEORGII ANTIQUEZ *trattado del perfetto medico*, Salmantic. 1595. 4. N. ANT.

J. MOLANI *diarium medicorum eccleſiaſticorum*, Lovan. 1595. 8. *

ZACCHARIÆ BRENDELII *oratio de vita* JOH. SCHROETERI (celeberrimi viri, qui primus Academiæ Jenenſis Proreſtor fuit) Jen. 1595. 4. * PL. EJUSD. J. ZOLNERI *& aliorum juſta funebria* JACOBO FLACHIO *perſoluta*, Jen. 1613. 4. * EJ. *de medicina arte nobiliſſima*, Jen. 1635. 4.

Cum JAIMI SEGARRA *commentariis phyſiologicis* prodiit Liber *de artis medicæ prolegomenis*, Valentiæ 1596. fol.

JACOBI HORSTII *epiſtolæ & medicinales cum vita* GREG. HORSTII & orat. ejusdem JACOBI *de remoris diſcentium medicinam earumque remediis* prius dicta anno 1584. Lipſ. 1596. 8. *

P. MATTHÆI PINI (EUSTACHII amici) *compendium inſtar indicis in* HIPPOCRATIS *Coi opera omnia*, Venet. 1597. fol. * cum nupera Italica HIPPOCRATIS editione recuſus.

FRANCSICUS TIDICÆI *in iatromaſtigas de recto & ſalutari uſu & de abuſu multiplici artis medicæ libellus*, Thorunii 1598. 8. 1592. 8. * L.

FORTUNATI FIDELIS *Biſſus ſeu medicinæ patrocinium 4. libris diſtinctum*, Panormi 1598. 4. * MONGIT.

ANDREÆ LIBAVII *de medicina veterum tam* HIPPOCRTICA *quam Hermetica tractatus contra* JOS. MICHELIUM *Paracelſiſtam*, Francof. 1599. 8. * L. Alia multa tum contra Alchemiæ hoſtes, tum contra aliquos nimis acres PARACELSI affeclas reliquit.

JOH. OBERNDÖRFER *de veri & falſi medici agnitione*, Lauingen 1600. 4. *

JOH. JESSENII *programma de origine & progreſſu medicinæ* VVittemberg. 1600. 8. *

JACOBI PONS *medicus ſeu ratio ac via aptiſſima ad recte tum diſcendam tum exercendam medicinam*, Lugdun. 1600. 8. In aſtrologiam pronior multa lunæ tribuit. Cæterum præcipuos Libros ad partes varias medicinæ pertinentes indicat, cum ſua cenſura. Practica etiam addit, canones (ſeu aphoriſmos) & breves curationes morborum.

ANDR. SCHATONIS *oratio ſecularis de initiis & incrementis ſtudii medici in Academia VVittebergenſi, deque ejus per decurſum ſeculum fideli primorum & præcipuorum virorum opera ad nos propagatione*, VVittemb. 1602. 4. *

In ANTONII POSSEVINI *bibliotheca*, Venetiis anno 1603. fol. edita, multa ad hiſtoriam medicinæ & nonnullorum medicorum pertinent.

NICOLAI CURTII *methodus conſultandi* tota in ea bibliotheca occurrit.

JOSEPHI QUERCETANI *de priſcorum philoſophorum veræ medicinæ materia, præparationis modo atque in curandis morbis præſtantia; de dogmaticorum medicorum legitima & reſtituta medicamentorum præparatione*, Genev. 1603. 8. L. 1609. * EJ. *ad veritatem medicinæ ex* HIPPOCRATIS *veterumque decretis ſtabiliendam adverſus anonymi phantaſmata reſponſio*, Pariſ. 1603. 1603. 1604. 8. L. *& ad brevem* RIOLANI *excurſum brevis incurſio*, Marburg. 1605. 8. *

JAC.

JAC. FONTANI *de demonſtratione medica*, Avenione 1603. 8. * L.

Apologia pro HIPPOCRATIS *&* GALENI *medicina contra* QUERCETANUM. *Accedit cenſura ſcholæ Pariſienſis*, Pariſ. 1604. 12. *

J. ANTARVETI *apologia pro judicio ſcholæ Pariſinæ de alchymia*, Pariſ. 1604. 12. *

HIPPOLYTI OBICII *de nobilitate medici contra obtrectatores dialogus tripartitus*, Venet. 1605. 4. Mogunt. 1619. 8. Honores medicorum conatur juriſconſultorum ordini præferre, ex rei dignitate aliiſque ratiociniis. Medicos Genuenſes etiam ſenatores & ſenatus principes fuiſſe adlegat, neque Patavii legum explicatoribus cedere pag. 29. Accedit tractatus valde inanis *de omnibus ſcientiis* etiam magicis.

J. RIOLANI filii *comparatio veteris medicinæ cum nova*, HIPPOCRATICÆ *cum Hermetica*, Pariſ. 1605. 12. Contra alchemiſtas, in quos, & in omnia chemica medicamenta, tunc quam maxime ferebantur Pariſinæ ſcholæ animi. Fatetur tamen chemica medicamenta uſu ſuo non carere.

J. TALENTONII Parmenſis Profeſſoris *variarum & reconditarum rerum theſaurus*, Francofurti 1605. 8. Multa ad hiſtoriam artis pertinent, ad archiatros, artes mutas Virgilii, conciliandas ſententias auctorum. Favet Arabibus. De femina apnou erudite diſſerit.

J. ALFONSI de FONTECHIA *dictionario medico* cum aliis ejus ſcriptis prodiit Compluti 1606. 4. ANTON.

CASPARIS TRISTAN *de clerico medico*, Venet. 1606. 8. * N. ANT.

BARTHOLOMÆI TURRIANI περὶ βουλιατρείας *ſeu de medica conſultatione* L. I. Genuæ 1605. 8. Francof. 1606. 8. L.

J. GEORGII SCHENKII *elenchus auctorum in re medica qui gynæcia illuſtrarunt*, Argentor. 1606. 8. * EJ. *de formandis medicinæ ſtudiis, & ſchola medica conſtituenda enchiridion*, Argentor. 1607. 12. * Continere lego JACOBI SYLVII, HIER. MERCURIALIS, HONORATI CASTELLANI, PLACOTOMI & VVIMPINÆI *methodos & epigraphen*. EJ. *biblia iatrica ſeu bibliotheca medica*, Francofurt. 1609. 8. * Laudat KAESTNERUS.

BARTHOLOMÆI CASTELLI *lexicon medicum Græc. Lat.* Venet. 1607. 8. Baſil. 1628. 8. a J. N. STUPANO auctum, Roterodam. 1657. 1665. 8. a J. PANCRATIO BRUNONE auctum ſub titulo CASTELLI *renovati* Norimberg. 1682. 4. 1688. 4. recuſum Lipſiæ 1713. auctum ex codice M. S. & Patavii 1713. & 1721. & nuper Genevæ 1748. 4. ubi additur, multa in hac poſteriori editione acceſſiſſe poſthuma auctaria BRUNONIS.

J. FABER *oratio funebris de* ANDREA PLANERO *habita Tubingæ* 1607. 4. Tubing. *

PETRI AMELUNG Liber *in quo alchimiæ inventio, progreſſio, dignitas demonſtratur*, Lipſ. 1607. 8. *

J. BAPTISTÆ SYLVATICI *Collegii medicorum Mediolanenſium origo, antiquitas, neceſſitas*; Mediolan. 1607. 4. EJ. *medicus* Mediolan. 1611. 8.

MATTH. HOSTII *vita* JOD. VVILLICHII, Francof. 1607. 4. * Laudatur.

J. NICOLAI STUPANI *prolegomena medica de medicinæ præſtantia, certitudine, medicorum ſectis*, &c. Baſil. 1608. 4. * EJ. *præloquium pro* HIPPOCRATICA *Medicina*, Baſil. 1620. 4. *

J. FRANCISCI ARQUATI *medicus reformatus ob varios in medicina abuſus quem in lucem eduxit*, &c. Venet. P. I. 1608. 4. P. II. 1621. 4. * L.

AELII EVERHARDI VORSTII *oratio funebris in obitum* C. CLUSII, Leid. 1609. 4. & fol. EJ. *oratio funebris dicta honori & memoriæ* P. PAVII 1617. 4. *

AUBERTI MIRÆI *elogia Belgica*, Antvverp. 1609. 8. recuſa in opere FOPPENIANO.

PETRI KIRSTENII *de vero uſu & abuſu medicinæ*, Bresl. (Francof.) 1610. 8. Upſal. 1636. 8. & germanice 1611. 8. *

ERNESTI SONERI *oratio de* THEOPHRASTO PARACELSO *ejuſque pernicioſa medicina*, Noriberg. 1611. 4.

SIGISMUNDI a GOETZ *oratio pro philoſophis contra medicos, qua medicorum pharmaca, diætam, corporum ſectiones examinat*, Argentor. 1611. 8. * cum aliarum orationum collectione.

HENRICI CHRISTOPHORI HOEKEL *oratio quod nulla ars reperiatur quæ medecina reipublicæ aut utilior aut neceſſaria magis ſit*, Argentor. 1611. 8. L. *

PROSPERI ALPINI *de medicina methodica*, Libri XIII. Venet. 1611. 4. Leid. 1719. 4. In primo Libro hujus ſectæ & eo pertinentium medicorum hiſtoria habetur.

In

In H. SMETII *miſcellaneis* Liber XII. huc pertinet, quo oſtenditur PARACELSUM admirabiles illas, qnas ipſi paſſim tribuunt, curationes minime præſtitiſſe.

MICHAELIS DOERING *de medicina & medicis adverſus iatromaſtigas & pſeudiatros* Libri II. *in quibus medicinæ ortus, progreſſus, dignitas & medici officium prolixe adſeritur, & particulatim tam Hippocraticæ & Galenicæ præſtantia, quam empiricæ, magicæ, methodicæ & Paracelſicæ uſus atque abuſus excutitur*, Gieſſ. 1611. 8. Nihil habet reconditi, aut novi, & errores paſſim non leviſſimos. Ita AVICENNAM, Cordubæ Principem facit, qui in interiori Aſia vixit. Multa etiam fabuloſa & parum vera recenſet. Methodicos ex GALENO refutat. PARACELSO gloriam meliorum medicamentorum tribuit, & varia ejus dogmata cum Galenicis conciliat, theoriam vero & contemtum diætæ refutat, & vitæ macularum exprobrat. Deinde de anatomes utilitate, animi morbis, infido ſucceſſu medicamentorum, lethalitate, quam vocant, vulnerum, medicinæ certitudine, medici peritia, fortuna, ornatu, ægroti confidentia varia habet, & oſtendit debere & chirurgos & pharmacopolas in medicorum poteſtate eſſe.

GUILIELMI PANCIROLLI *raccolta d' alcune coſe più ſegnalate, ch' ebbero gli antichi, e d' alcune altre trovate da' moderni*, Venet. 1612. 4. cum titulo *rerum memorabilium ſeu deperditarum* P. I. *commentariis illuſtrata & locis innumeris a* HENRICO SALMUTH. P. II. *rerum & veteribus incognitarum*, Francof. 1660. 4. Codicem PANCIROLLI ait SALMUTHUS ſe habuiſſe anno 1596. a JOACHIMO CAMERARIO acceptum, uterque autem & auctor & commentator juriſconſulti fuerunt, unde minus plena facta, quæ ad medicinam pertinent. Sæpe valde inaniter laborant, ut antiquis nova inventa vindicent, maxime commentator, nam auctor brevis eſt. Utitur autem non ipſis adeo fontibus, ſed STEPHANO FARCATULO, CÆLIO RHODIGINO aliiſque ejus generis ſcriptoribus.

ABRAHAMI BZOVII *nomenclator ſanctorum profeſſione medicorum*, Rom. 1612. fol. & 12. * L.

J. COTTA *ſhort diſcovery of the unobſerved dangers of feveral ſorts of ignorant and inconſiderate practices of phyſick in England*, Lond. 1612. 4. HARL.

RUDOLPHI MAGISTRI *doctrinæ Hippocraticæ, aphoriſmi nova interpretatione aucti: leges medicinæ: arcana judicum*, &c. Pariſ. 1613. 12. *

MATTH. BACMEISTER *diſſertationes* IX. *de medicina in genere*, Roſtoch. 1613. 4. *

VVOLFANG VVALDUNG *medicina ſe ipſam diſcrucians & ſuam calamitatem deplorans*; Altdorf. 1813. 4.

RODERICI a CASTRO *medicus politicus ſeu de officiis medico-practicis*, Hamburg. 1614. 4. 1662. 4. *

J. SEBALDI KOBENHAUPT *oratio de vita* SEBALDI HAVENREUTER *Argentoratenſium phyſici*, Argent. 1615. 8. *

ISRAELIS HARVETI *demonſtratio veritatis doctrinæ chymicæ contra* J. RIOLANI *comparationem veteris medicinæ cum nova* Hanov. 1615. 8.

JOH. FREYTAG *noctes medicæ ſeu de abuſu medicinæ* (contra PARACELSUM & Agyrtas); Francof. 1616. 4. *

JOH. FREYTAG eſt etiam *novæ ſectæ Paracelſicæ detectio & ſolida refutatio*, Amſtelod. 1637. quæ utcumque huc facit, oppoſita SENNERTO.

J. MATHÆI *centuria difficultatum medicinæ*, Herborn. 1616. 8. *

CALLISTI PROCACCINI Liber *qui dicitur medicus ad tirones*, Rom. 1617. 4. RIV.

ALBERTI QUATROCCHI *diſputatio de officinæ pharmaceuticæ veris & legitimis antiquorum ponderibus: & epitome menſurarum Græcis, & Romanis & Arabibus uſitatarum*, Venet. 1617. 4. *

Cum HENRICI de ALFARO *propoſicion chirurgica y cenſura judicioſa en la los vices curations de heridas de cabeça.* prodiit etiam tractatio *de patria* AVICENNÆ Hiſpali 1618. 4.* ANT.

PETRI CASTELLANI Lovan. Profeſſor *vitæ illuſtrium medicorum*, Antvverp. 1618. 8. Vitæ breves, paucæ, collatitiæ, abſque annis editionum, errores paſſim non mediocres. ERASISTRATO patriam facit Con, quæ Ceos eſt.

J. FILESAC *medicinæ adverſus* PLINIUM *majorem defenſio*, Pariſ. 1618. 8. *

CASPARI HOFMANNI *variarum lectionum* Libri VI. Lipſ. 1619. 8. Multa loca veterum auctorum corrigit, unumque illuſtrat ex alio, botanicos maxime. De archiatrorum dignitate aliiſque ad hiſtoriam medicam facientibus agit. EJ. *methodus docendæ & diſcendæ*

medicinæ, Norimb. 1641. diſputatio eſt. Ej. *iſagoge medica duabus orationibus de ratione diſcendi medicinam, & de officio medici propoſita*, Hof in Vogtlandia edita a J. P. BRUNONE 1661. 12. BAY, Vita ejus cum praxi medica Francof. 1680. 4. prodiit.

RAYMUNDI MINDERER *threnodia ſeu planctus medicinæ lugentis*, Aug. Vind. 1619. 8. *

J. THUILII *funus* HIERONYMI FABRICII AB AQUAPENDENTE *oratione celebratum*, Patav. 1619. 4. *

MELCHIORIS GOLDASTI *paradoxon de honore medicorum*, Francof. 1620. 4.

MELCHIORIS ADAMI *vitæ Germanorum medicorum qui ſuperiori ſeculo & quod excurrit claruerunt*, Heidelberg. 1620. 8. Francof. 1705. fol. cum vitis Ictorum, theologorum ac philoſophorum. Vitæ medicorum 128. non male deſcriptæ ſunt, neque abſque judicio, libris breviter & abſque editionibus ſubjectis. Ex eo fonte fere omnes alii ſcriptores hauſerunt. Plerique ſunt ſeculi XIV. aliqui ævi barbari. Incommodum eſt, quod libris annos non addiderit, quibus editi ſunt.

PETRI LAUREMBERG *Laurus Delphica qua deſcribitur methodus perfacilis ad medicinam*, Leid. 1621. 12. VVittemberg. 1623. 12. Excitati ingenii juvenis, nondum ſatis per experientiam doctus, ſua aut edita aut inedita unice laudat, ſuam in muſice, in arte pingendi, fingendi cereas imagines, in arte mnemonica peritiam extollit. EJUS *porticus* ÆSCULAPII *ſeu generalis artis medicæ conſtitutio in qua de genere, ſubjecto, fine, definitione, diviſione controverſiæ pleræque examinantur*, Roſtoch. 1630. 4. Ejuſdem ſaporis.

NIC. ABRAHAMI FRAMBESARII *ſcholæ medicæ ad candidatorum examen pro loco impetrando ſubeundum*, Pariſ. 1722. * Videtur potius compendium eſſe.

Cum RENATI MOREAU Libro *de miſſione ſanguinis in phrenitide* prodiit *enumeratio omnium pene medicorum Græcorum, Latinorum, Arabum, Barbarorum, juxta temporum quibus floruere ſeriem inſtituta*, Pariſ. 1622. 8. recuſ. 1742. 8. omiſſis litibus de venæ ſectione. Solent hoc libello pro canone chronologico uti. IDEM vitam J. SYLVII ſcripſit, & una cum libello jam dicto BRISSOTI vitam.

JOH. NEANDRI *antiquiſſimæ & nobiliſſimæ medicinæ natalitia, ſectæ, earumque placita*, Brem. 1623. 4. Malus in univerſum & erroribus plenus Liber. Ita HEROPHILUM p. 22. facit coævum PHALARIDI, poſt ejus vero diſcipulum PHILIPPUM ponit EMPEDOCLEM, enormi anachroniſmo. PLATONEM poſt HEROPHILUM recenſet, SERAPIONEN & JOH. ALEXANDRINUM cum SORANO conjungit. In recentioribus paulo minus vitioſus compilator. Acre jam de NEANDRO exſtat judicium LABBEI apud FABRICIUM in vita GALENI p. 529.

NICOLAI PASQUALI ALIDOSI *i dottori bologneſi*.. Bologna 1623. 4. & *i dottori foreſtieri*, ibid. eodem anno; medicos etiam continet.

SAMUEL HAFENREFFER *Raphael artem medicam feliciter inchoandi, abſolvendi, tractandi feliciter informans, nec non rationem peregrinandi & pharmacopolia viſitandi docens*, Tubing. 1622. 8. & alias * Ulm. 1641. 8. *

FRLNCISCI BRUSCHII *promachomachia iatrochymica in qua præſtantia iatrochymiæ adverſus miſochymicum propugnatur*, Mantuæ 1623. fol. *

ANDREÆ CHIOCCI *de' collegii Veronenſis illuſtribus medicis & philoſophicis, qui ſcribendo aut profitendo bonas literas illuſtrarunt*, Veron. 1623. 4. *

SIMEON PARTLTZ *officia medicorum .. pictura* ÆSCULAPII, Erfurt. 1624. 12. carmen. EJ. *medici ſyſtematis harmonia in qua nova.. diſcendæ & exercendæ medicinæ methodus per præcepta brevia illuſtratur, commentario explicatur*, Francof. 1628. 8. *

J. SPITHON *de vita & morte* JAC. BORDINGII *oratio*, Roſtoch. 1624. 4. L. *

J. MEURSII *Athenæ Batavæ* Libri II. editæ Leidæ 1625. 4. continent breves Profeſſorum Leidenſium biographias, cum exigua librorum memoria.

J. STEPHANI STROBELBERGER *hiſtoria Monſpelienſis in qua urbis... ſcholæ. . ac virorum illuſtrium Profeſſorum.. & doctura accipienda ritus & privilegia recenſentur*, Norimberg. 1623. 12. Ipſe ex Monſpelienſis ſchola profectus eam deſcribit, & multa atque repetita pericula, quæ oportet candidatos ſubire. Vitæ medicorum Monſpelienſium non inutiles videntur, GORDONI, GUIDONIS, RONDELETII, JOUBERTI, &c. EJUSDEM *Laureationum medicarum apud exteros promeritarum adverſus obtrectatores breves vindiciæ in honorem ſcholæ medicæ Monſpelienſis propoſita*, Norimberg. 1628. 8. * EJUSDEM *intimatio de ſuis &* OBERNDOR-

DORFIANIS & JENICHIANIS *operibus medicis edendis*, Norimberg. 1626. 4. ſed nunquam edita ſunt.

EMANUELIS STUPANI *parentatio in obitum* C. BAUHINI, Baſil. 1625. 4. *

Circa hæc tempora videtur ſcriptum fuiſſe JOH. RHODII *conſilium ad ſtudium medicum inſtituendum*, quod poſterioribus editionibus CONRINGIANI operis adjectum eſt, breve, & quale ea ferebat ætas, cum duabus bibliothecis, quas auctores Galenici & Itali componunt. CELSI vitam cum Libro *de acia* edidit, in qua multa deſiderat MORGAGNUS, TOMASINI Libros ſcripſit omnes, ſi fides C. HOFMANNI ad REINESIUM Ep. 20. 44. &c. EJ. *de natura medicinæ*, Patav. 1625. 4. *

SAMUELIS GLONER *vita* MELCHIORIS SEBIZII *verſu heroico deſcripta*, Argent. 1626. 4. * PL.

VALERII CHARSTAD *de conſtitutione medicinæ*, Argentor. 1626. 4. diſputatio.

F. BACON de VERULAM. Libros *de augmentis ſcientiarum* quam maxime oportet huc referre, ut qui deſiderata medicinæ egregie enumeraverit, vivorum animalium ſectiones, certiores effectus medicamentorum, anatomen comparatam, &c.

In FRANCISCI RANCHINI opuſculis Lugduni 1627. editis exſtat Liber *de modo collegiandi*. *De origine* etiam *Academiæ Monſpelienſis* exſtat ibid. opuſculum.

GABRIELIS NAUDÆI *de antiquitate & dignitate ſcholæ medicæ Pariſinæ panegyricus*, Pariſ. 1628. 8. * IDEM vitam CARDANI operum omnium Lugdunenſi editioni adjecit. EJ. *in quæſtionum pentade* eſt Quæſtio *an liceat medico fallere ægrotum*, Genev. 1647. 8. *

C. BARTHOLINI *de ſtudio medico inchoando, continuando, abſolvendo*, Hafn. 1628. 8. cum aliis opuſculis, recuſum cum opere CONRINGIANO, Hall. 1726. 4. Vetus eſt & breve.

J. DOMINICI SALA *de natura medicinæ libellus in quo prolegomena explicantur*, Patav. 1628. 4.*

J. HEINTZII *oratio jubilea de ſingularum profeſſionum medicarum in Acad. Lipſienſ. initiis ac incrementis ut & gemina Decanorum qui ultra 250 annos in eadem floruerunt Enneade*, Lipſ. 1630. 4. * PL.

CASP. ERASMI BROCHMANDI *vita & mors* D. GASP. BARTHOLINI, Hafn. 1629. 4. *

JACOBI PHILIPPI TOMASINI *elogia iconibus exarata illuſtrium virorum*, Patav. 1630. 4. EJ. *elogia virorum literis & ſapientia illuſtrium*, Patav. 1644. 4. Breves ſunt vitæ, annis omiſſis, quo quiſque Liber prodiit. Medicos autem paucos habet. EJ. *Parnaſſus Euganeus ſeu de ſcriptoribus ac literatis hujus ævi clariſſimis*, Patav. 1647. 4. *

In operum J. GUILLEMEAU collectione habetur etiam *chirurgorum apologia*, cum exemplis infelicium curationum, in quibus nulla culpa chirurgi fuit.

PETRI CASTELLI *de viſitatione ægrotorum per diſcipulos*, Rom. 1630. 12. * EJ. *de optimo medico*, Meſſan. 1637. 4. & cum CONRINGIANO opere Hall. 1726. 4. Scopus ſcribendi magis videtur fuiſſe, ut ſua opera ſuamque peritiam in arte pingendi, futuroſque ſuos labores deſcriberet, quam ut publice prodeſſet.

LUDOVICI von HOERNIGK *medicaſter apella oder juden artzt*, Strasburgi 1631. 8. EJ. *politica medica oder beſchreibung deſſen vvas medici, apotheker, hebammen, vvie nicht vvenigers unbefügte ärtzte und die patienten ſelbſt zu thun haben*, Francof. 1638. 4. *

ANTONIO PRICIVALLO CARERA *la confuſione de' medici in cui ſi ſcoprono gli errori e gl' inganni di eſſi*, Milan. 1733. 8. * Reſpondet RAINERO PINUCHA in *apologia de' medici*, ibid. 1655. 8. *

JOH. REHFELDII *tropbæum hermetico-Hippocraticum a Medd. collegio Erfordienſi erectum*, Erfurd. 1634. 4. *

FORTUNII LICETI *de propriorum librorum hiſtoria*, Patav. 1634. 4. *

J. van BEVERVVYC Medici, Conſulis, Præſidis collegii Admiralitatis, *Montanus elenchomenos ſeu refutatio argumentorum quibus medicinæ neceſſitatem impugnat*, Dordrac. 1634. 8.* an IDEM *encomium medicinæ* 1644. 8. quod germanice prodiiſſe lego cum titulo *lob der arzneykunſt oder vviederlegung des Michël Montagne*, Francof. 1673. 8. & belgice cum aliis operibus, Amſtelod. 1656. 4.

RAYMUNDI DELASSE *de officio medici ſeu de vita* FRANCISCI SANCHEZ *quam in exemplum medicis candide exaravit*, Toloſ. 1636. 4. cum operibus SANCHEZII.

JACOB MARTINI *judenartzt*, Hamburg 1636. 4.

DANIELIS SENNERTI *methodus medicinam diſcendi publice anno* 1636. *prælecta* J. MAGIRI *notis illuſtrata & excuſa*, Marburg. 1672. 12. etiam cum *Paralipomenis* exſtat Lugd. 1643.

1643. 8. tum vita auctoris. Bibliotheca brevis eſt, cum paucis de practicorum ſcriptorum ordine judiciis, quos vellet ita in ſuas claſſes ordinare, ut generales morbos primo deſcriberent, deinde adderent ea, quæ ad morbos ſingulares ſpectant. Aliqua edidit parvi momenti MAGIRUS.

MAXIMILIANI SANDEI S. I. *comm. de medicis, morbis & medicinis*, Colon. 1637. 4. *

JOH. ANTONIDIS *van der* LINDEN *de ſcriptis medicis*, L. II. Amſtelod. 1637. 1651. 1662. 8. Vir græce & latine eruditiſſimus primus pleniorem bibliothecam omnium medicorum, qui latine ſcripſerunt, meditatus eſt, & certe non mediocrem laborem impendit, ut etiam reconditos inde libros gentis ſuæ hic hauſerit NICOLAUS ANTONIUS. Ordo is eſt, ut brevem vitam ſcriptorum tituli & editiones ſequantur, abſque judiciis. Adjutores habuit JOHANNEM van HORNE, CAROLUM OFFREDUM, GUIDONEM PATINUM, ROBERTUM de FARVAQUES, PETRUM NEURAT (hunc Madriti) NICOLAUM de VVITTE, aliosque. Hoc opus auxit & continuavit GEORGIUS ABRAHAMUS MERCLINUS Noribergenſis & ſub titulo LINDENII *renovati* edidit Noribergæ, 1686. 4. poſt quem nemo ſimile quid præſtitit, HANSII enim SLOANE deſtinatus librorum ſuorum cenſus nunquam prodiit. Ait MERCLINUS, trecentos ſe legiſſe catalogos, auctores addidiſſe 742. vitas novas 222. auctas 22 adjutum vero eſſe a VVELSCHIO, LUCA SCHROECKIO, M. HOFMANNO, P. HERMANNO, aliisque. Hoc opus equidem non abſque ævo eſt, neque facile eſſe poteſt in tam fuſo labore. Multi ſcriptores bis cenſi ſunt NICOLAUS SEVERUS & NICOLAUS STENONIS filius, ALOYSIUS CORNARUS, & LUDOVICUS CORNELIUS, HIERONYMUS SENIS & HIER. ab AQUAPENDENTE, JACOBUS BERENGARIUS & CARPUS, MICHAEL VILLANOVANUS (SERVETUS), SARDIANUS & ORIBASIUS, THEODORUS TURQUET & THEODORUS MAYERNE. Neque nihil omiſſum fuiſſe quisquam aut credidit aut deſideravit. Magnus tamen & utilis labor eſt, quo plurimum & eſt uſus eſt J. DOUCLASSIUS, & ego utor. EJ. LINDENII *manuductio ad medicinam*, Amſtelod. 1637. 8. cum Libro *de ſcriptis medicis*, Lovan. 1639. 12. a PLEMPIO interpretata, & recuſa cum CORRIGIO, Hall. 1726. 4. Eruditus vir, non ignarus fuit verarum fontium, ipſius etiam VERULAMII, ſed ſelectum in libris deſideres. Ita in anatomicis A. LAURENTIUM mire laudat, & ad ſectiones adjuvandas C. BAUHINUM, in phyſiologicis PLEMPIUM. Oneirocriticen commendat ad prognoſes. Hiſtorica tamen aliqua non inutilia habet. EJ. *oratio funebris in exceſſum* V. C. AD. VORSTII, Leid. 1664. 4. L.

FRANCISCI ARCELLINI *expoſtulatio contra chymicos qua eorum paradoxa rejiciuntur*, Meſſan. 1637. 4. MONG.

J. CORTES *apologia pro re medica*, Madrit. 1638. ANT.

J. STEPHANI HIPPOCRATIS Coi *theologia*, Venet. 1638. 4. L. recuſa a J. A. FABRICIO. HIPPOCRATIS, PLATONIS, GALENI & ARISTOTELIS theologiam cum chriſtiana conciliare conatur.

AUGUSTI BUCHNERI *panegyrica oratio memoriæ* DANIELI SENNERTO *dicta*, VVittemberg. 1638. 4. *

Memoria PETRI LAUREMBERGII, Roſtoch. 1639. 4. PL.

JACOBI PRIMEROSII *de vulgi erroribus* Liber I. huc pertinet, editus Amſtelod. 1639. 16. Agit enim *de erroribus vulgi circa medicos* & de doctoris gradu, de theologis & pharmacopolis medicinam facientibus, de agyrtarum impoſturis, de chemicis, de poſſeſſoribus arcanorum, de fortunatis medicis. De uroſcopis varia monita proponit. EJ. *diſc. de agyrtis* ſeorſim prodiit Brunsvic. 1643. 4.

J. ELICHMANN *epiſtola* quæ excuſa eſt cum J. BEVERVVYCKII *coll. de fatali vitæ termino*, Leid. 1629. 4. & 1952. 4. huc omnino pertinet.

GUIL. BALLONII *definitionum medicarum Liber in quo* HIPP. & GALENI *loci obſcuri explicantur*, Pariſ. 1640. 4. Dictionarium vocum medicarum ad practicam imprimis medicæ artis partem multæ eruditionis.

OVIDII MONTALBANI *cenotaphia clarorum doctorum Boronienſium*, Bononiæ anno 1640. 4. Dedit & *catalogum omnium doctorum collegiatorum in artibus liberalibus & facultate medica*, Bonon. 1664. 4. *

FRANCISCI KEST *de medicina præſtantia*, Lipſ. 1640. 4. PL.

THOMÆ REINESII *variarum lectionum* Libri III. Altenburg. 1640. 4. Eruditiſſimus omnino & mul-

& multiſcius homo, in hiſtoria antiqua & medica; inſcriptionum ſtudio, grammatica & utraque lingua, etiam recentiori & barbara ſuper pleroſque valuit. Multum hoc opere difficilium locorum in libris medicis interpretatus eſt; *de kirandibus*, PLINIO, VAL. GARYOPONTO, T. PRISCIANO & MOSCHIONE, CÆLIO AURELIANO, eorum ævo, hiſtoria, locis obſcuris, laboravit, BARTHIUM paſſim correxit, HIPPOCRATIS epidemicos illuſtravit, &c. EJUSD. *epiſtolæ ad* C. HOFMANNUM, Lipſ. 1660. 4. excuſæ ejuſdem fere ſaporis ſunt, & adparet THOMAM multo doctiorem Græcum CASPARO fuiſſe. Obſcuriora inprimis loca interpretatur. *Epiſtolæ ad* NESTEROS, Lipſ. 1670. 4. editæ iterum ejuſdem generis ſunt, medicas etiam aliquas, ſi ſatis veras, hiſtorias continent. *Epiſtolæ ad* J. VORSTIUM, Berolin. 1667. 4. & ad CHR. DAUMIUM, Hamburg. 1670. 4. & ad J. A. BOSIUM, Jen. 1700. 12. editæ minus multa medica habent. Cum illis ad DAUMIUM tamen notæ nonnullæ in OROSCIUM & THEOD. PRISCIANUM prodierunt, & de ÆGIDIO, CONSTANTINO Afric. T. MOSCHIONE, aliiſque medicis critica quædam continentur. *Hiſtoriam medicinæ* meditabatur, ad quam aptiſſimus fuiſſet, teſte MEIBOMIO *de ſcrip. hiſt. med.* & me quidem judice. Sed nimis multa molitus, pauciora perfecit.

PAULI VECCHII *obſervationes medicæ ſeu loci S. Scripturæ qui expenduntur juxta medica principia*, Neapoli 1641. 4. *

Oratio, quod qualis Phidias inter Plaſtes, talis inter medicos HIPPOCRATES *celebretur; nemo vero hac ætate ei ſimilis exſiſtat*, Hafniæ 1641. 4. *

La défenſe de la faculté de médecine contre ſon calomniateur, Paris 1641. 4. Curioſum ſcriptum. THEOPHILUS RENAUDOT præter nova publica, quæ vendebat, convocaverat ægros, quibus conſuleret, & praxin exercebat. Noluerunt id ferre PARISINI, etſi medicus Monſpelienſis ſcholæ eſſet, proferunt ergo hic privilegia, quibus excluduntur a praxi medici peregrini, præter eos qui *facultati* adgregantur, aut ad domum regiam pertinent. Plurima hic curioſa ad hiſtoriam artis & ordinis & celebrium virorum.

STEPHANI RODERICI Caſtrenſis *conſultationis ratio*, Florent. 1642. 4. *

ALBERTI KYPERI *medicinam diſcendi & exercendi methodus*, Leid. 1643. 12. *

DANIEL HEINRICI *epitaphium* ÆG. STRAUCHII *junioris*, Dreſd. 1643. 12. *

An HIER. BARDI *medicus politico-catholicus ſeu medicinæ ſacræ idea* huc pertineat, ignoro. *

ALEXANDRI TADINI *collegii phyſicorum Mediolanenſium privilegia, ſtatuta, ordinationes in compendium redactæ*, Mediolan. 1645. 4. CORTE. *

BARTHOLOMÆI MOSER *quadriga medicinæ triumphantis* 1. *de origine & progreſſu medicinæ* 2. *de honoribus & divitiis medicorum*; 3. *de viribus illuſtribus medicinæ*; 4. *de medicis ſanctis eorumque vitiis*; Colon. 1645. 12. * L.

ERASMI SCHMIDT *de medicinæ conſtitutione*, Rinteln 1646. 4.

JAC. du VAL, *eſtne medicus philoſophus ἰσόθεος*, Lutet. 1646. PL.

T. STEPHANI de VILLA pharmacopolæ *libro de las vidas de doce principes de la medicina y de ſu origen*, Burgos 1647. 8. ANT.

MATTHIÆ MORONI *directorium medico-practicum* huc etiam pertinet, & continet conſilia, epiſtolas, hiſtorias medicorum paſſim collectas, ad ordinem morborum diſpoſitas; Lugd. 1647. 8. 1650. 8. LIND. Francof. 1663. 4.

GEORGII KIRSTENII *de medicinæ dignitate contra* PLINIUM *&* PLATONEM, Stettin 1647. 8. MIDDL. EJ. *medicaſter ſeu de erroribus & ineptiis medentium*, Stettin 1648. 4. ENDT. vel 1647. * contra J. AGRICOLAM.

LAURENTII EICHSTAD *de cauſis utilitatis medicinæ & matheſeos*, Gedan. 1647. 4. *

J. DANIEL HORST *manuductio ad medicinam*, Marburg. 1648. 8. * Ulm. 1660. 12. *

J. CHRYSOSTOMI MAGNENI *Democritus redivivus ſeu de philoſophia & vita* DEMOCRITI; Lugdun. 1648. 12. L. Hag. 1658. 12. *

HENRICI JULII *Ariſtarchus ſeu cenſura in novitium quemdam* HIPPOCRATIS *exagitatorem*, Hamburg. 1648. 4. *

LUDOVICI KEPLERI *methodi conciliandarum ſectarum in medicina diſcrepantium*, Regiomont. 1648. 8. fol. * Videtur neſcio quid Cabbaliſticum eſſe.

HERMANNUS CONRINGIUS ingenio & eruditione eminuit, cum vero poſteriorem vitæ ſuæ partem hiſtoriæ & juri publico impenderit, paulo minus in ſcriptis medicis poſterioribus laboris & temporis poſuit, & multum tribuit memoriæ ſuæ, ut abſque locis commu-

nibus

nibus ſcriberet. EJUSD. *de hermetica veterum Ægyptiorum & Paracelſicorum nova medicina* Liber prodiit Helmſtadii 1648. 8. Oſtendit HERMANNUS, circa Hermetis ſcripta ipſamque perſonam dubia multa ſupereſſe: medicinam Ægyptios non inveniſſe: chemiam ſero ibi cœpiſſe coli: PARACELSUM obſcænum agyrtam fuiſſe, in curando infelicem, in moribus turpem, & compilatorem egregium: medicamenta chemica parum tuta eſſe, metalla a viribus corporis humani male vinci. Recuſa fuit anno 1669. 4. cum defenſione ad priorem editionem ſcripti BORRICHIANI. SCHELHAMMERUS reſponderat pro ſocero, ſed id ſcriptum nunquam prodiit. EJUSD. *introductio in univerſam artem medicam ſingulaſque ejus partes*, Helmſtad. 1654. 4. *Editionem adornavit & additamentis neceſſariis auxit* GUNTHERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMERUS, Helmſt. 1687. 4. * Spir. 1688. Novam editionem cum *præfatione* dedit FRID. HOFMANN, Hall. 1726. 4. adjectis J. RHODII, C. BARTHOLINI, CASTELLI ejuſdem ſcopi ſcriptis, quos niſi fallor jam SCHELHAMMERUS conjunctos ediderat. Lectiones fuerant, quas dictaverat CONRINGIUS, ediderat ex diſcipulis unus S. SCHEFFER, continuavit ſingulas partes ad recentiora tempora uſque gener SCHELHAMMERUS, nihil mutato ipſo libro. Cæterum idem omnino fere, qui mihi, CONRINGIO ſcopus fuit, enarrare nempe ad ſingulas medicæ artis partes ſcriptores præcipuos, & de eorum meritis judicium ferre. Is labor CONRINGIO paulum inæqualiter ceſſit, cum alia capita aliis multo magis plena ſint. Multus fuit in recenſendis Italis ſcriptoribus XV. & XVI. ſeculi, qui nunc fere obſoleverunt, qui exſcriptores & ſcholaſtici ſint. Blandior judex CONRINGIUS laudavit multa, quæ parcius potuerant laudari, plurima tamen ex hoc libro didici. SCHELHAMMERUS triſtiora judicia tulit in *notis ſuis*. HOFMANNUS in *præfatione* aliquos habet ex recentioribus medicis, qui medicinæ aliquam partem curioſius tradiderunt. EJ. CONRINGII eſt diſputatio *de incubatione in fanis deorum medicinæ cauſa olim facta*, Helmſtad. 1659. 4. & *de peregrinandi modo* recuſa anno 1692. 8. * EJ. CONRINGIANA *epiſtolia ſeu animadverſiones ex* H. C. *epiſtolis non editis cura* CHRISTOPHORI HENRICI RITTMEYER prodierunt, VVolfenbuttel 1719. 8. *

Cum CHARTERIANO GALENO vita GALENI prodiit a RENATO MORAEO ſcripta. *

Inter THEVENINI opera, Pariſ. 1649. 4. edita exſtat *dictionaire etymologique*, quo voces explicantur, quæ ex græca lingua in artem medicam tranſierunt.

JOSEPHI GALEANI *de medicinæ præſtantia* Liber italice ſcriptus, Panormi 1649. 4.

FRANCISCI PONÆ *prudentia medica*, Venet. 1650. 12.

J. GEORG. REINHARD *oratio de dignitate ac præſtantia medicinæ*, Lipſ. 1650. 4. * PL.

ROB. de FERVAQUE *ſtatuta collegii medici Bruxellenſis*, Bruxellis 1650. 4. *

JAC. BALDE *medicinæ gloria per ſatyras* XXII. *aſſerta*, Monachii 1651. 12. *

NICOL. RITTERSHUSII *memoria* GEORGII NOESSLERI, Aldorf. 1651. 4. * PL.

NICOLAI BIGGS *mataeotechnia medicinæ praxeos*, Londin. 1651. * Chemici opus.

CAROLI DRELINCOURTII *oratio inaugularis qua medicos cæteris hominibus religioni adſtrictiores eſſe demonſtratur & impietatis vitium in ipſos jactatum diluitur atque propulſatur*, Monſpel. 1653. 12. recuſa in opoſculis cum nomine BOERHAAVII editis. EJ. *oratio ſupra civitatis & academiæ calamitates & mortem* J. van HORNE, Leid. 1670. EJ. *apologia medica qua depellitur calumnia medicos ſexcentis annis Roma exulaſſe*, Leid. 1651. 12. Oraverat neſcio quid BOECKELMANNUS J. C. & tetigerat celebrem illam medicorum a Roma abſentiam, PLINIO dictam. Reſpondet hic DRELINCOURTIUS & oſtendere conatur, Romam medicis non caruiſſe. Non oportuerat citaſſe *medicinas* PLAUTI. Is enim græcas plerumque fabulas deſcribebat. Reſpondit ille ſub hoc titulo *medicus ſervus Romanus ſexaginta ſolidis æſtimatus*, Leid. 1671. & 1681. 12. Is mordax libellus recuſus eſt Lipſiæ 1748. 4. cum JUGLERO *de ſervorum nundinatione*. Satis modeſte loqui videtur anonymus auctor, conatur tamen oſtendere, medicos Romæ aut plebejos homines aut ſervos fuiſſe, & ſervilibus officiis omnibus functos, hinc ſexaginta ſolidis medicum æſtimatum fuiſſe. Deinde prodiit alius acerbus anonymi libellus ſub titulo *Lepidi Pacifici ſaxoferratenſis de exilio medicorum Romanorum & de abſurdis libellis* DRELINCOURTIANIS, Leid. 1681. 12. Acrior hic cenſor, ſed ignarus. Catonem oſorem medicorum pro Uticenſi habet. Cenſores temporis DOMITIANI medicos proſcripſiſſe vult, cum eo ævo Imperatores ipſi cenſuram geſſerint, &c. Huc etiam refero DRELINCOURTII *de divinis apud* HIPPOCRATEM *dogmatis ſermonem in poſthumis recuſum*.

PETRI

PETRI a CASTRO *bibliotheca medici eruditi*, Patav. 1654. 8. recuſa ab ANDREA PASTA & *aucta*, Bergomi 1742. 8. PETRUS fere GALENICAM medicinam unice reſpexit. A. PASTA nuperos addidit, ſæpe juſto blandior, ut ex VVEINMANNIANI v. g. operis laudibus adparet. Neque ſelectus ubique factus videtur.

PETRI BORELLI *bibliotheca chemica ſeu catalogus librorum philoſophicorum hermeticorum, in quo 4000. chemici continentur*, Pariſ. 1654. 12. * L.

LEON. AGOSTI *l' antimedicina che agl' infermi non ſi dee traer ſangue . . . nè dar medicine*, Bergamo 1654. 4. * EJ. *il medico de' grandi*, ibid. 1659. 4. *

Acerba ſcripta CAR. GUILLEMEAU, Pariſini medici, *Cani Curto fuſtem*, Pariſ. 1654. 4. *margarita e ſterquilinio*, Pariſ. 1655. 4. & *defenſionem alteram adverſus impias calumnias*, Pariſ. 1655. 4. hactenus huc refero, quod ſcholæ Pariſinæ excluſiva privilegia defendat contra J. COURTAUD, quæ a praxi exercenda externos medicos removent.

PAULI NEUCRANZ *idea perfecti medici oratione funebri propoſita cum* J. H. MEIBOMIO *pa-rentaret*, Lubec. 1655. 4. PL.

J. KLEIN *artis medicæ elogium*, Tubing. 1655. 4. *

OTTONIS TACHENII *echo & vindiciæ chiriſophi*, Venet. 1655. 4. Contra HELVICUM DIETERICH ſe ita contumelioſe tuetur, ut nunquam DIETERICUS æque ipſi potuerit nocuiſſe, quam ſibi nocuit ipſe. Vitam ſuam non diſſimulatis flagitiis excuſat, negat inventum alcaheſt, TYMPLERI codices laudat, &c.

MARINI CURÆI *methodus explicandi* HIPPOCRATEM *&* ARISTOTELEM, Pariſ. 1655. 4. *

THOMÆ BARTHOLINI, viri eruditiſſimi, qui totam Europam itineribus obiverat, plurima ſunt, quæ faciunt ad hiſtoriam medicam. Ita anno 1655. 4. Hafniæ edidit *orationem in exceſſum* OLAI VVORMII, *in obitum* HENRICI FUIRENII, ibid. 1649. 8. recuſas, ibid. 1668. 8. cum aliis orationibus. In *Epiſtolis*, quarum IV. Centuriæ ſunt & prima & II. anno 1663. III. & IV. anno 1667. prodiit, omnes autem Hagæ 1740. 8. vol. 5. recuſæ ſunt, plurima huc ſpectant, cum primo peregrinantis per octo annos BARTHOLINI, deinde diſcipulorum varias Europæ partes obeuntium obſervationes & judicia de medicis celebrioribus contineant, maxime PETRI SCHUMACHER, & GREIFFELDII comitis dignitate, & infelicis vitæ exitu celebris, OLAI BORRICHII, MICH. LYSERI, BOGDANI, MOINICHENII, N. STENONIS. EJ. *de perfecto medico*, Hafn. 1665. 12. EJ. *de medicis Poëtis*, Hafn. 1669. 8. quo deſcribit Poëtas qui aliqua medica adtigerunt, & medicos, qui ligata oratione ſcripſerunt. EJ. *de bibliotheca incendio*, Hafn. 1670. 8. Jen. 1709. 8. quo amiſſam bibliothecam deplorat, & recenſet codices ſuos M. S. qui eo infortunio perierunt. CELSI editionem a RHODIO præparatam, a ſe ipſo notis adornatam: anatomen practicam ſeu ſepulchretum quale BONNETUS dedit, epiſtolarum alias *tres centurias*, librum de morbis lymphaticis, antiquitates medico neceſſarias, notas in aphoriſmos HIPPOCRATIS, in AURELIANUM, novam editionem STRABI GALLI & alia nonnulla. EJ. *quæſtiones nuptiales & medicus perfectus*, Hafn. 1670. 4. * EJ. *de peregrinatione medica*, Hafn. 1674. fol. * Propriorum itinerum hiſtoria eſt, cum obſervationibus ſuis medicis & practicis ad peregrinantes filios CASPARUM & THOMAM data. In *ciſta* etiam *medica* multæ vitæ medicorum continentur, & varia huc in *Actis Hafnienſibus* ſpectant. Diſſertationes *de libris legendis* prodiit Francof. 1711. 8. *

GUERNERUS ROLFINKIUS in *diſſertationibus* ſuis *anatomicis* varia habet ad hiſtoriam PLAZZONI, VESLINGII, &c. utilitatem etiam anatomes laudat. In *methodi partium generationi dicatarum* præfatione OTTO SPERLINGIUS merita ROLFINKII commendat: RHODIUM calamum THOMASINI rexiſſe objicit, &c. In L. II. *de vegetabilibus in genere* exſtat hiſtoria hortorum Germaniæ, Italiæ, & Belgii, & cuſtodum atque Profeſſorum, qui iis hortis præfecti fuerunt. EJ. diſſertatio *de auctoribus practicis* prodiit Jen. 1671. 4. cum *methodo curandi morbos capitis*.

Cum G. MOEBII etiam *conſtitutionibus* hiſtoria medicinæ prodiit.

CHR. OSTENFELD *oratio in obitum* THOMÆ FINKII, Hafn. 1656. 4.

J. NARDII *noctes geniales Annus* I. Bonon. 1656. 4. prodierunt poſt mortem auctoris. Huc pertinent in nocte IV. de rebus noviter repertis, primordiis variolarum, pulvere armario, alia.

JOH. BRAUN *oratio de vita & morte* JOHANNIS DUELERI (Ingolſtadienſis Profeſſoris) ibid. 1656. 8. GRIENVV.

FON-

FONTANINUS *de veritate Hippocratica medicina*, Lugdun. 1657. 4. *

J. ANT. BUMALDI *Bibliothecam botanicam*, Bononiæ 1657. 16. exeuſam alibi diximus.

J. ANT. BOSII *de clinicis veteris Eccleſiæ*, Jen. 1657. 4.

CÆSARIS ZAROTTI *epigrammatum* MARTIALIS *medicæ conſiderationis enarratio*, Venet. 1657. 4. *

In J. COSTÆI *miſcellaneis*, Patav. 1658. 12. inque prima *diſſertatione* carpitur paſſim MERCURIALIS *cenſura*: oſtenditur HIPPOCRATEM nihil ſuorum ſcriptorum quidquam edidiſſe, hinc primam & ſecundam ejus claſſem debere conjungi, &c.

GER. JOH. VOSSII Liber *de philoſophia*, Hag. 1658. 4. ejuſque capita 11. 12. 13. & 14. pertinent ad medicinæ hiſtoriam.

PHILIPPUS LABBEUS *elogium* GALENI edidit, Pariſ. 1660. 8. recuſum in *Bibl. Græca* VVOLFII L. IV. eruditiſſimum certe. IDEM alio libello *vitam* GALENI *ex propriis ſcriptis collectam* (meros nempe eo facientes locos GALENI) alias edidit, quem notarum ſpecie priori ſubjectum & conjunctum edidit VVOLFIUS.

PHILIPPUS LABBEUS hic dictus hiſtoriam etiam medicinæ ſcribere cœperat teſte MEIBOMIO, quæ non prodiit.

Cum TOBIÆ VVHITAKER Libro *de ſanguine uvæ* prodiit *catalogus medicorum ſanctorum*.

J. DAN. DIETERICHS *oratio* qua GREGORIO HORSTIO *parentavit*, Norimberg. 1660. fol.* recuſa cum hujus operibus.

GEORGII SEGERI *memoria* BRUNNIANA *ſeu oratio de vita atque obitu* J. JAC. a BRUNN, Baſil. 1660. 4. * PL.

Collection of acts of parliament concerning thoſe Grants to the college of phyſicians commanded by S. G. ALSTON *ande made by* C. MERRET, Lond. 1660. 4. HARL. IDEM MERRETUS ſcripſit anno 1670. 4. *ſhort vievv of the frauds and abuſes committed by the apothecaries*. Reſponderunt iſti in *lege talionis or a ſhort reply to* D. MERRETS *book vvritten againſt the apothecaries*, 1670. 4. & in *Apothecaries plea ther in ſome animadverſions upon the ſhort vievv*, &c. Lond. 1671. 4. Urſit accuſationes ſuas MERRETUS in *ſelf conviction or an enumeration of the abſurdities and railings againſt the college of phyſicians*, ibid. 1670. 4. HARL.

In GASP. a REYES *elyſio jucundarum quæſtionum campo*, Bruxell. 1661. fol. edito primæ quæſtiones huc pertinent, de medicinæ origine, an medici Romæ pulſi fuerint, de laudibus HIPPOCRATIS, variis ritubus medicorum, & officiis medici. Scopus fuit inprimis medicos contra juriſconſultos defendere.

Salve academicum vel judicia & elogia ſuper recens adornata academia naturæ curioſorum, Lipſ. 1662. 4. Epiſtolæ aliquæ & 23. primorum membrorum ſocietatis naturæ curioſorum nomina hic habentur.

FRIDERICI LEPORINI *de medicina definitione & elementis*, Leid. 1662. 4. *

GEORG. HEINRICH GOETZ *de theologis pſeudo-medicis...num theologo artem medicam exercere liceat*, Ultraject. 1663. Negat.

SAMUEL STURM *diſcurſus de medicis non medicis & D. I. D. M. epiſtola de oraculis medicinæ cum quæſitis & votivis convaleſcentium tabellis*, VVittemberg. 1663. 4. * J. DANIELIS MAJORIS ut videtur.

JAC. PANCRATII BRUNONIS *oratio de vita, moribus & ſcriptis* C. HOFMANNI, Lipſ. 1664. 12. 1678. 12. &c. EJUSD. lexicon diximus editum Norimb. 1688. recuſum, Lipſ. 1713. & alias.

MARTINI FRIDERICI FRIESS *de medico naturæ non imitatore ſolum ſed adjutore*, Lipſ. 1664. 4. *

ECCARDI LEICHNER *ſchediaſma de principiis medicis, de apodictica ſcholarum medicarum emendatione pentas* I. Erfurt. 1664. 12. EJ. *archæus ſynopticus ſeu* 12. *tabulæ de legibus reipublicæ medicæ fundamentalibus*, ibid. 1674. Contra hunc Libellum ſcripſit PAULUS AMMANNUS *archæum ſynopticum* LEICHNERI *contra paraneſin ad diſcentes oppoſitum* 1674. 12. 1677. 12. Reſpondit E. LEICHNERUS in *epiſtola apologetica pro archæo ſynoptico contra pſeudarchæum ſynopticum* P. AMMANNI Erfurt. 1675. 12. Hæc tota diſputatio ſatis inutilis fuit. ECCARDUS hoſtis circuli ſanguinis & recentiorum crepat neſcio quam analyſin demonſtrativam. AMMANNUS, exoſus veterum hypotheſes, novas defendit.

PETRI

PETRI LAMBECII *catalogus Bibliothecæ Vindebonenſis* anno 1665. fol. editus omnino plurima habet in L. VI. ad codices M. S. plerorumque ſcriptorum medicorum, quibus non poſſumus carere. Hiſtoria medicinæ, quam moliebatur, intercidit.

FRANCISCI BOSELLI *Amaltheum medico politicum tres in apparatus digeſtum. Acceſſerunt medicinæ Profeſſorum ab* anno 1631. *ad* 1665. *encomia*, &c. Patav. 1665. 4. In prima parte laudes medicorum hiſtorice & poëtice ornavit, & de medici prudentia, officio, honoribus fuſe diſſeruit. Alterius partis paulo major uſus eſt.

Ad hiſtoriam medicinæ Indicæ plurimum confert BERNIER in ſuorum itinerum relatione ſæpe excuſa.

VVOLFG. HOEFER *Hercules medicus ſeu locorum communium medicorum*, 1665. 12. * ad praxin potius facit.

NATHANAEL HODGES *vindiciæ medicinæ & medicorum*, Lond. 1665. 8. HARL.

Lettres concerning the preſent ſtate of phyſick and the regulation of the practice in this kingdom, Londin. 1665. 4.

DANIEL GEORG. MORHOF *Polyhiſtor literarius, philoſophicus & practicus*, cœpit prodire anno 1687. tertium vero recuſus eſt 1732. 4. & 1747. 4. Lubecæ & ſæpe alibi. In ejus T. III. L. II. continetur hiſtoria critica philoſophiæ, qua aliquot partes medicinæ continentur, chemia inprimis, phyſiologia, & botanice, indulgebat vero chemiæ MORHOFIUS. Brevis eſt cenſus librorum, & inventorum, & opinionum denique.

Medela medicinæ or a Plea for the profeſſion of phyſick, Londin. 1665. 8. * & TVVYDEN's *anſvver to medela medicinæ*, ibid. 1666. 8. *

MICHAELIS LIPARI *triumphus novatorum medicorum inſanias funditus eradicans*, Coſenza anno 1665. 4. Venet. 1666. * Siculus, ut ex titulo adparet, homo fuit, qui capite truncatus infelicem vitæ finem fecit. Reſpondit MALPIGHIUS ſub titulo PLACIDI PAPADOPULI, idque ſcriptum exſtat in poſthumis.

SAMUEL DONNER *oratio eximiam medicinæ præſtantiam propugnans*, Francof. ad Viadr. 1666. 4. *

ANTONINI GALLEGO *oratio in funere* D. GERARDI NATELII, Panorm. 1667. 4. MONG.

Hoc anno T. BARTHOLINUS LISETTI BENANCII *declarationem fraudum & errorum apud pharmacopœos* antiquum omnino ſeculi XVI. libellum edidit latine verſum *cum* J. ANTONII LODETI *dialogo ejuſdem argumenti*, Francof. 1667. 8. *

ZACCHARIÆ NICOLAI GOETSII *apologia medicinæ oder vvohl gemeinte ſchutz ſchrift der artzneykunſt*, Zvvickau 1667. 12. ENDT.

J. DAN. MAJOR *de fortuna medici*, Kiel. 1667. 4. EJ. *memoria Sachſiana*, Lipſ. 1675. 4. EJ. *gratulatio ad* SEB. SCHEFFER *cum adhortatione ad* CONRINGIANAM *artis medicæ introductionem iterato edendam*, Kiel. 1679. 4. EJ. *Serapis radiatus Deus Ægyptius*, Kiel. 1685. 4.

NICOLAI HOBOKEN *oratio de obſervato hodie circa medicinam abuſu & de DD. promotis eorumque medicinæ facienda & conſiliorum dandorum jure*, Ultraject. 1668. 4. * EJ. *de nobilitate medicorum*, Ultraject. 1670. 4. * EJ. *de profeſſionis medicæ cum mathematica cum praxi conjunctione*, ibid. 1670. 4. *

J. GEORGII VOLCAMER *oratio in laudem* C. HOFMANNI, Francofurt. 1668. 4. & anno 1680. cum *vita medica* edita, continet vitam ejus viri, eruditi utique, & qui propria virtute ex humili loco emerſerit, non diſſimulatis tamen moribus, acrioris juſto Peripatetici, & qui nimii faceret obſoletas GALENI in ARISTOTELEM cenſuras, quas utique acriter refutat.

IVERARDI MAYNVVARING *medicus abſolutus or the compleat phyſician qualified and dignified: the riſe and progreſſ of phyſick hiſtorically, chronologically, and philoſophically illuſtrated*, Lond. 1668. 8. HARL.

HENRICUS MEIBOM in præfatione ad A. BOOTII *affectus omiſſos*, Helmſtad. 1664. 4. ad hiſtoriam medicam de conſiliorum & obſervationum ſcriptoribus legi poteſt. EJ. *epiſtola de medicorum hiſtoria ſcribenda*, Helmſtad. 1669. 4. Promittit hiſtorias medicorum, fatetur ſibi Arabes moræ eſſe. Sed nihil prodiit unquam. EJUSD. *parentatio* J. DAN. SCHMIDT, Dantiſc. 1687. 4. * Pater autem J. HENRICUS edidit Magni AURELII CASSIODORI *formulam Comitis archiatrorum*, Helmſt. 1668. 4. Erudita omnino ad 19. epiſtolam L. VI. CASSIODORI

commentatio eſt, qua dignitatem & privilegia Comitis archiatrorum exponit MEIBOMIUS; & ſignificare medicum principem oſtendit, honores medicorum Juriſconſultis nonnunquam præpoſitorum tuetur, inſcriptiones & alia ad hiſtoriam monumenta colligit. IDEM filius, VALENTINI HENRICI VOGLERI *introductionem univerſalem in notitiam cujuſcunque generis bonorum ſcriptorum* additamentis auxit.

OLAI BORRICCHII doctiſſimi viri, & in M. S. codicibus chemicorum per itinera ſua verſati, *diſſertationes de ortu & progreſſu chemiæ*, Hafn. 1668. 4. Contra CONRINGIUM ejuſque opus de Hermetica medicina dudum dictum defendit antiquiſſimam Ægyptiorum eruditionem & in artibus peritiam, docte, ſi non ſatis firme. Multa utilia & ex aliis ſcriptoribus, alchemicis inprimis, & ex propriis auctoris obſervationibus nata intercurrunt. Cum autem honoratus ſenex CONRINGIUS in nupera ejuſdem libri editione pro auctoritate reſpondiſſet, acriter repoſuit BORRICHIUS librum *de Hermetis Ægyptiorum & chemicorum ſapientia* ab H. CONRINGIO *vindicata*, Hafn. 1674. 4. Non poteſt mala cauſa defendi melius, nam Ægyptios tranſmutationis metallorum gnaros, aut magnos anatomicos medicoſve fuiſſe nunquam perſuaſerit, ipſe nimis credulus, qui lapidem philoſophorum cominus ſe vidiſſe perſuaderetur. Infinitam vim vetuſtæ & variæ lectionis hic congeſſit, ut Ægyptiorum omnis ævi merita ornaret, PARACELSUM & chemicam ſectam defenderet, ARISTOTELEM ejuſque anatomen deprimeret oppoſita meliori anatome recentiorum. Sed ſeverior cenſor facile animadvertet, uſum eſſe ad ſuam opinionem fulciendam BORRICHIUM libris manifeſte ſpuriis, qui HERMETIS aut DEMOCRITI aliorumque antiquorum nomine præter meritum veniunt, fabulas etiam & allegorias nulla vi demonſtrationis præditas in uſus ſuos convertiſſe, palingeneſiam ex cineribus, ſulfura ſaleſque auri & argenti, aliaque chemica arcana ex mero favore admiſiſſe, &c. Etiam cum hiſce nævis doctiſſimus, ad hiſtoriam medicinæ & alchemiæ eximius labor eſt. EJUSD. *conſpectus ſcriptorum chemicorum illuſtriorum*, Hafn. 1697. 4. & ipſe legi meretur, ut memor ſis artem iſtam, neque immeritam, amaſſe BORRICHIUM, qui ex tenuibus initiis eo increverit divitiarum, ut ſplendidas pro alendis ſtudioſis medicinæ annonas teſtamento legaverit. Vita præfixa eſt. Inter EJUSD. *diſſertationes ſeu orationes academicas*, Hafniæ 1715. 8. editas a SEVERINO LINTRUP aliqua huc pertinent, ut *de deperditis* PANCIROLLI: *de latinitate pura*. Vita BORRICHII hic una excuſa eſt a P. VINDING ſcripta.

J. ALBERTI SEBIZII diſputatio *de* ÆSCULAPIO *inventore medicinæ*, Argentor. 1669. 4.

CHRIST. SCHORER *bedenken von dem aufnehmen der arzney*, Ulm. 1669. 8. *

J. FRID. KOEBER *diſſertatio in laudem medicinæ*, Geræ 1669. 4.* PL. EJUSD. diſſertationes *de medicæ artis præſtantia atque difficultate*, Geræ 1685. fol. & 4. PL. an idem forte liber?

J. T. MAYER *de valetudinis Diis Deabuſque*, Lipſ. 1670. 4. * PL.

J. GODDARD *diſcourſe ſetting forth the unhappy condition of practice of phyſick in London*, Lond. 1670. 4. & *ſome papers vvrit in anſvver to a letter concerning the practice of phyſick*, ibid. 1670. 4. HARL.

In EPHEMERIDIBUS NATURÆ CURIOSORUM, quæ hoc anno prodire cœperunt, plurima huc faciunt, novorum librorum catalogi, tum plurimæ præſtantiorum medicorum vitæ.

J. JAC. SCHARANDÆI *modus & ratio viſendi ægros*, Solodur. 1670. & Erfurt. 1749. 8. Helvetus Solodurenſis regulas & faciendæ medicinæ & tuendæ dignitatis medicæ hic tradit, addictus veterum opinionibus. Poſterior editio ex R. a CASTRO, HOFMANNO & aliis aucta eſt.

J. LUD. HANNEMANNI *prodromus lexici utriuſque medicinæ practicæ*, Hamburg. 1670. 12.* Lexicon ipſum nunquam prodiit. De ejus viri plagio in CONRINGIANO opere perpetrato alibi dixi, & J. D. MAJOR in exhortatione ad SCHEFFERUM merito queritur.

PAULI FRANCISCI ROMANI *de medico* diſſertatio, Lipſ. 1670. 4. *

Huc etiam omnino pertinet GUIDO PATINUS, qui ipſe quidem vix edidit quidquam alicujus momenti: ſed ex poſthumis ſchedis pluſculæ epiſtolæ editæ ſunt, & quidem cum titulo *lettres choiſies* primum Hag. 1682. deinde præfixo titulo Pariſ. ſed in Belgio excuſæ 1692. 8. vol. 2. Vir acris, magnus veterum admirator & venæ ſectionis, hoſtis recentiorum & chemicorum, multiplicis eruditionis, in judicando liberrimus, parum in univerſum credulus, hic omnem ſuum animum nudavit. Plurima ergo hic legas, quæ faciunt ad hiſtoriam medicorum Gallorum maxime coætaneorum, ab anno 1645. ad 1672.

Lites

Lites ordinis medici cum Pharmacopolis, Chirurgis & Chemicis enarrat, quarum pars magna ipſe fuit ad MAYERNII, LAURENTII, R. CHARTERII (cui parum favet), RIOLANI, FERNELII, J. CHAMPERII, HEROARDI, GUILLEMAEI, VALTERII, NIC. PIETRE, aliorumque vitas, momenta varia protulit. Ejuſdem ſunt ſaporis aliæ poſthumæ epiſtolæ ad SPONIUM ſcriptæ, & Amſtelodami anno 1718. 8. vol. 2. editæ.

Cum FRANCISCI BRAVO de SOPRAMONTE Y RAMIREZ *conſultationibus medicis*, Coloniæ 1671. 4. editis prodiit etiam Liber *de dogmaticæ medicinæ natura, præſtantia & nobilitate*, in quo defenditur contra PLINIUM aliosque dicaciores medicinæ oſores.

J. NIEMANN *parentatio* J. THEODORI SCHENKII, Jen. 1671. 4. *

VVILLIAM COVVPER *catalogue of chymical books vvritten or translated into Engliſh*, Londin. 1672. & 1675. tres partes in 8.

J. RUBINI *iatrographia*, Baſil. 1672. 4.

GEORGII FRANCI *inſtitutionum medicarum ſynopſis: adnectitur methodus diſcendi medicinam*, Heidelberg. 1672. 12. ita brevis, ut uſui eſſe vix poſſit. EJ. *de medicis philologis*, VVittemberg. 1691. 4. * EJ. *de calumniis in medicos & medicinam*, Heidelberg. 1686. fol. EJ. *de medico deſinente ubi phyſicus incipit*, ibid. 1686. fol. EJ. *catalogus tractatuum, programmatum, & diſputationum ſub ejus præſidio habitarum*, Dreſd. 1692. 4. editus a G.FRIDERICO FRANCO, filio GEORGII.

In NICOLAI ANTONII *Bibliotheca Hiſpana*, Rom. 1672. vol. 2. edita plurima ad rem meam inveni, maxime Libros Hiſpanica & Luſitanica lingua ſcriptos; nam latinos ſæpe ex ipſo LINDENIO deſumſit. Tertius tomus 1696. fol. editus Arabum hiſtoriam continet.

SIGISM. REGULI *bibliotheca medica*, Lyon 1673. 12. Citat KÆSTNERUS, incertus tamen eſt, num prodierit.

In J. RAI *topographicis obſervationibus* plurima huc pertinent, & in omnibus fere Academiis medici inter primos recenſentur.

PAULI de MINIS & ANTONII VINCENTII MAIOLI *galeniſtarum hypotheſis adverſus recentiorum placita confirmatio*, Bonon. 1674. edita & in EPH. N. C. *Dec.* II. *Ann.* IX. recuſa plena eſt invectivis & inutili cavillo. Reſpondit ipſe in poſthumis MALPIGHIUS, tum J. C. STURMIUS *Dec.* II. *Ann.* IX. *Dec.* III. a. V. VI. EJ. PAULI *medicus igne non cultro neceſſarius anatomicus*, Venet. 1678. 4. etiam in EPH. N. C. recuſum, ejuſdem ingenii eſt.

J. MAPLETOFT *prælectionum tertia de origine & progreſſu artis medicæ*, Bononiæ hoc, ni fallor, anno prodiit.

A. HUBERTS *corner laid tovvards a building of a nevv college (that is to ſay a nevv body of phyſicians in London)* Lond. 1675. 4. HARL.

MICH. HENR. HORN *medicinæ laus*, Lipſ. 1675. 4. *

HENRICI VVITTEN *memoria medicorum noſtri ſeculi clariſſimorum*, Decades II. Francof. 1676. 8. Orationum collectio, quibus claris viris parentatum eſt, CLUSII, G. FABRICII AB AQUAPENDENTE, C. BARTHOLINI, SENNERTI, HELMONTII, O. VVORMII, JUNGERMANNI, J. ANT. van der LINDEN, aliorum qui minus noti ſunt. Errores varii intercurrunt, nam Liber *de gangrana & ſphacelo* non Patavini, ſed Bernenſis FABRICII eſt, neque *cardianaſtrophe* CASPARI HOFMANNI, ſed FRIDERICI HOFMANNI ſenioris opus eſt.

CHARLES GOODALL *the college of phyſicians vindicated*, Lond. 1676. * *and the R. College of Phyſ. founded by Lavv*, ibid. 1684. 4.

CAROLUS PATINUS, GUIDONIS filius, ſatis adfinis ingenii aut magis etiam verſatilis fuit, quem ob editos, quos ſupprimere juſſus erat, famoſos Libellos, Gallia pulſum, etiam Baſileæ hoſpitalitate abuſum, multos optimos nummos involaſſe audio. EJus eſt *de optima medicorum ſecta Oratio* Patav. 1676. *oratio de* AVICENNA Patav. 1678. 4. RIV. & *quod optimus medicus debeat eſſe chirurgus*, ibid. 1681. 4. (ipſe enim chirurgiam exercuit). *Lyceum Patavinum ſeu icones Profeſſorum Patavii anno 1682. publice docentium Pars prior Theologos, Philoſophos & Medicos continens*, Patav. 1682. 4. Mireris numerum profeſſorum qui una vixerunt, plerique minus noti, celebrior DOMINICUS de MARCHETTIS: Vita etiam C. PATINI propria per ſingula deſcribitur. EJ. *commentarius in antiquum M. ARTORII medici Cæſaris* AUGUSTI *monumentum Marcellinæ e Græciæ nuper allatum*, Patav. 1689. 4. * cum variis ad familiam ASCLEPIADEAM pertinentibus. PATINUS enim in nummorum & inſcriptionum cognitione plurimum laboris poſuit.

De ſtudio medico dirigendo ſcripſit JOHANNES GEORGIUS VVALTHERUS in Libro dicto *ſylva medica*, edito Budiſſiniæ in 4. anno 1679. (*a*) HERMANNUS porro CONRINGIUS, vir incomparabilis eruditionis, Germanus fuit, qui cum pluribus nationibus unus certabat de palma; & pauci ſunt, qui ſuper eum excelluerunt. Titulus Libro eſt *Introductio in univerſam medicinam ſingulaſque ejus partes*; Helmſtadii prodiit anno 1654. in 4. Vir ille, qui in hac academia Lugduni Batavorum fundamentum ſuorum ſtudiorum jecerat;

GE. HIER. VVELSCHII *ſomnium vindiciarum ſeu deſideria medicinæ*, Aug. Vind. 1676. 4.* fabulari ſtylo ſcriptum. Medicam hiſtoriam vir ipſe doctiſſimus moliebatur, ſed non perfecit.

ENGELBERTI HOLTERHOF *diſcurſus oſtendens errores medicorum*, Colon. 1676. 4.

C. de BEZANÇON *les médecins à la cenſure ou entretiens ſur la médecine*, Pariſ. 1677. 12.*

J. CHR. BITTERKRAUT *vvehemüthige klage thränen der höchſt bedrängten artzneykunſt*, Nürnberg 1677. 4.

J. AMMANNI *parænеſis ad diſcentes & docentes circa emendationem inſtitutionum occupata*, Lipſ. 1673. 1677. 12. In vulgares maxime GALENICAS hypotheſes invehitur. In *Irenico Numæ Pompilii* HIPPOCRATEM excuſat, & ejus modeſtiam, detectam glanduloſam viſcerum fabricam & alia laudat.

JOACHIMI VITI VVIGANDI (JOH. VALENTINI VVILLI) *de philiatrorum germanorum itineribus* diſſertat. III. Friburg. 1678. 12. Germanis ſuadet, ut non facile extra patriam peregrinentur. Multa anecdota habet ad hiſtoriam medicorum ejus ævi.

LUCÆ SCHROEK *memoria* VVELSCHIANA Augsb. 1678. 8. EJ. *hygea Auguſtana ſeu memoria ſecularis collegii medici Auguſtani*, Augsb. 1682. 4. EJ. *continuatio progreſſus Academiæ Naturæ curioſorum*, Norimberg. 1689. 4.

NICOLAI TOPPI *biblioteca Napolitana ed apparato degli huomini illuſtri in lettere di Napoli*, Napoli 1678. fol. * & LIONARDO NICODEMO *addizioni copioſe alla biblioteca Napolitana del* D. N. TOPPI, ibid. 1683. fol. *

JACOBUS SPONIUS medicus & antiquarius, in ſuo itinere, cujus deſcriptio ſub titulo *voyage en Italie & Dalmatie, en Grece, en Natolie* prodiit, inprimis inſcriptiones & nummos ad rem medicam facientes, & medicinæ ſtatum in iis regionibus deſcripſit, quas obivit. De *manuſcripto* etiam Florentino ad chirurgiam pertinente egit. IDEM in *miſcellaneis eruditæ antiquitatis* 1685. fol. editis * in *recherches curieuſes d'antiquité contenues en pluſieurs diſſertations ſur les médailles, baſreliefs, ſtatues moſaiques & inſcriptions anciennes*, Lion 1683. 4. maj. PL. * habet *diſſertation, qu'il n'eſt pas vrai que ce fuſſent ſeulement les eſclaves qui pratiquaſſent la médecine à Rome, ou que les médecins en aient jamais été bannis* varias inſcriptiones & argumenta hiſtorica pro vindicando medicorum Romanorum ſtatu & ordine collegit. Obiit Viviſci in patria mea.

STEPHANI BLANCARD *lexicon medicum* primum niſi fallor Amſtelodami 1679. 8. inde ſæpiſſime alias Francof. 1705. 8. Jen. 1683. 8. Leidæ 1702. 8. & nuper 1739. 8. a SCHULZIO viro doctiſſimo auctum prodiit. Anglice etiam verſum & Londin. 1715. 8. excuſum eſt.

CRISTOPHORI VVEGLEITER *oratio de palmariis ſeculi noſtri inventis cum brevibus ad ſingula notis*, Altdorf. 1679. 4. *

THEODORI CRAANEN *oratio funebris in obitum* ARNOLDI SYEN, Leid. 1679. 4. PL.

(*a*) J. GEORGII VVALTHER *ſylva medica opulentiſſima*, Budiſſin. 1679. 4. Loci practicorum ad ſua capita ordinati.

MARTINII LIPENII *bibliotheca realis medica*, Francof. 1679. fol. continet libros librorumve partes ad titulos ſuos digeſtos.

PETRI GUENELLON *epiſtolica diſſertatio de genuina medicinam inſtituendi ratione ad* J. MUNNIKS, Amſtelod. 1680. 12. Multa reformat. In anatome alium vult ordinem obſervari, ut non ab oſſibus neque ab abdomine incipiatur, ſed a partibus ſimilaribus, a circulatione ſanguinis. Chirurgicas operationes in cadaveribus faciendas ſuadet; & viros inveniendo deſtinatos diſtinctos a docentibus cum STENONIO requirit.

GEORGII VVOLFGANGI VVEDEL *progreſſus Academiæ Naturæ Curioſorum*, Jen. 1680 4. EJ. *oratio*

cerat, incomparabili diligentia, non modo multum legerat, ſed etiam in memoria omnes auctores retinuerat, & tanti fuit ingenii, ut a Profeſſoris munere, quod mirum, vocatus ſit ad maxima negotia publica Germaniæ, qua quidem ratione a noſtro ſtudio diſtractus fuit. Hunc etiam Librum cum notis edidit in 4. Spiræ GUNTHERUS CRISTOPHORUS SCHELHAMMER; cum notis egregiis, inque volumine hoc alii præterea Libri continentur, GASPARI nempe BARTHOLINI *de ſtudio medico* Liber, & PETRI CASTELLI Romani, qui fuit ſummus medicus in Sicilia Meſſanæ. Hic docet, quinam auctores in qualibet parte artis optimi fuerint. Deinde continetur in SCHELHAMMERI editione IOHANNIS VAN DER LINDEN *manuductio ad medicinam* & JOHANNIS RHODII *introductio ad medicinam*, quæ non alibi habetur. In eo nunc Libro, quo ſex auctores continentur, habemus fere compendium omnium ſcriptorum, qui de conſiliis medicis utiliores exſtant.

Ipſe denique, qui hanc editionem curavit, recenſeri meretur GUNTERUS CHRISTOPHORUS SCHELHAMMERUS in *Via regia ad artem medicam*, Helmſtadii 1681. in 4 inpreſſa. In hoc libello aperit candide conſilia ſua de dirigendo ſtudio medico, & gauderem, ſi hunc Librum huic noſtro operi adjungere poſsent tirones medici (*a*)

Hi nunc ſunt auctores, qui de conſiliis & Libris medicis ſcripſerunt.

Sed alii integrum proſpectum omnium auctorum dederunt.

Hoc pertinet JOHANNIS VAN DER LINDEN opus de *ſcriptis medicis*, editum Lugduni Batavorum, in Germania recuſum, quæ editio melior eſt. Huc etiam facit LIPENII *Bibliotheca medica* in folio, in qua auctor ſumſit ſibi morbos functionis cujuſcunque, & ad hunc titulum omnes optimos auctores enarravit, ſed inter lineas relinquit ſpatia, ut, ſi novi auctores prodierint, adjungi poſſent a lectoribus.

oratio ROLFINKIO *dicta* Jen. 1673. 4. In *phyſiologia medica* etiam aliqua artis hiſtoriam habet. EJ. *de natura miniſtro medico*, Jen. 1687. 4. EJ. *de* BASILIO VALENTINO progr. 1704. 4. In EJUS *exercitationibus medico philologicis*, quarum centuria Jenæ 1702. 4. prodiit, & dimidia centuria, ibid. 1704. edita, varia huc pertinent *de fortuna medici: polygnathia medica:* MOSE *chimico*: HIPPOCRATE *chimico*: HERCULE *medico: tabula Hermetis ſmaragdina:* BASILIO VALENTINO: *formulis medicis in S. Scriptura: Elia ariiſta*, &c.

CORNELII a BEUGHEM *bibliographia medica & phyſica perpetuo continuanda*, Amſtelod. 1681. 12. catalogus nempe omnium Librorum ad hæc ſtudia pertinentium, qui ab anno retro 1651. prodierunt. EJ. *bibliographia eruditorum critico curioſa ſeu apparatus ad hiſtoriam litterariam conſpectus* I. II. III. Amſtelod. annis 1689. 1694. 1699. 12. prodierunt. Tituli ſunt Librorum in EPH. N. C. PHIL. TRANS. JOURN. des SAV. & aliis diariis recenſorum, cum locis diariorum, in quibus eorum mentio facta eſt, abſque propriis judiciis. EJ. *ſyllabus recens exploratorum in re medica, phyſica & chymica, prout in miſcellaneis med. phyſ. Nat. Curioſorum Germ. Galliæ, Daniæ & Belgii ſparſim exſtant*, Amſtelod. 1696. 12. *

LUCAS SCHACHTIUS vitam SYLVII cum operibus edidit.

VVILHELMI VVORMII *oratio in exceſſum* THOMÆ BARTHOLINI, Hafn. 1681. 4.

DAVIDIS LICHTENHAN *de religione gentium in primis Romanorum in peſte*, Schneeberg. 1681, 4. *

PHILOTHEI CASTELLI *flagellum calumniantium ſeu apologia in qua anonymi calumniæ refutantur ejuſque mentiendi libido detegitur, clariſſimorum medicorum Luſitanorum methodus commendatur*, Amſtelod. 1681. 8. L.

(*a*) GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMER *via regia ad artem medicam*, Helmſt. 1681. 4. (BOERHAAVE.) Kilon. 1705. 4. EJUSDEM *progr. de certitudine aphoriſmorum*

HIPPO-

HIPPOCRATICORUM, Helmſtad. 1685. EJ. *diſſertatio medica qua medicus philoſophus ἰσόθεος delineatur*, Jen. 1690. 4. EJ. *oratio de argumentis & decrementis ſcientiarum ſeculo ſuperiori & præſenti*, Kiel. 1708. Queritur de neglectis artibus humanioribus. Ad eum *clarorum virorum epiſtolæ* editæ ſunt VViſmariæ 1727. 8. a CL. SCHEFFELIO, cum vita & elogio SCHELHAMMERI. Epiſtolæ ad inventa recentiorum eorumque labores pertinent, inter quas ſunt LEIBNITII, HOTTONI, URBANI HIARNE, RUYSCHII.

PROSPERI MANDOSII *bibliothecha Romana ſeu Romanorum ſcriptorum centuria* V. Rom. 1682. 4. Auctoris D. STEPHANI equitis, nobilis Romani, labor equidem minori parte ad medicos pertinet, epitaphia tamen, & cognitiones ſcriptorum medicorum continet, ad hiſtoriam annoſque autem operum parum adfert luminis. EJ. *θέατρον in quo maximorum orbis Chriſtiani Pontificis archiatros ſpectandos exhibet*, Rom. 1696. 4. Videtur præter archiatros etiam alios medicos recenſere. Vitæ breves ſunt, & familias potius eruere, quam merita in arte oſtendere voluit, & ipſo ſæpe LINDENIO utitur, nullis additis judiciis.

GEORGII ROGERS *oratio anniverſaria in commemorationem beneficiorum a* G. HARVEIO *aliiſque munificis viris feminiſque collegio medicorum Londinenſium præſtitorum*, Londin. 1682. 4. PL. * Quotannis ejuſmodi panegyricus dicitur, quorum pauciſſimos mihi contigit videre.

In ISAACI BULLART *academie des ſciences*, Pariſ. 1682. fol. etiam medicorum vitæ habentur.

PAEONIS & PYTHAGORÆ (J. C. PEYERI & J. J. HARDERI) *exercitationes anatomicæ & medicæ familiares*, Baſil. 1682. 8. Quinquaginta epiſtolæ ſunt, inter quas multæ intercedunt itinerariæ PEYERI, in quibus multa ad hiſtoriam medicam eorum temporum pertinent.

In ACTIS ERUDITORUM, quæ hoc anno cœperunt Lipſiæ edi, & quotannis pergunt prodire, præter librorum cenſuras, multæ etiam medicorum vitæ continentur, ut LENTILII, DANIELIS DUNCANI, FREINDII, SALZMANNI, J. JAC. BAYERI, POL. LEYSERI, tum catalogus Profeſſorum Patavinorum ab anno 1611. ad 1694. in *Ann.* I. Inter primos auctores BOHNIUS fuit, poſteriori ævo ea cura ad juniores medicos tranſiit.

Cum THEOPHILI BONNETI *polyalthe* prodiit etiam *appendix de medici munere*, Genev. 1682. fol.

DAVID van HOOGSTRATEN *diſſertatio epiſtolica de hodierno medicinæ ſtatu*, Dordrac. 1683. 8.*

J. JOLIVI *oratio de dignitate & officio veri medici*, Delph. 1683. 4. *

J. MENSINGA *oratio in obitum* ABRAHAMI MUNTING, Groning. 1683.

Cum VVILHELMI ten RHYNE diſſertationes *de arthritide* prodiit Londini 1683. 8. *diſcurſus de chymia & botanica antiquitate & dignitate*, quem anno 1677. Bataviæ novæ dixit. HIPPOCRATEM chemicis adcenſet. Aliqua de medicis Japonenſium eorumque claſſicis ſcriptis habet.

GIDEONIS HARVEY *conclave of phyſician's detecting their intrigues, frauds and plots againſt the patients vvith a diſcourſe on the jeſuits back*, Lond. 1683. 8. & 1686. 8. * EJ. *the vanities of philoſophy and phyſick*, London 1700. 8. * Contra botanicam, contra philoſophiam corpuſcularem, uſum corticis, &c. acerba ſatyra. EJ. *ars curandi medicinam exſpectatione* recuſa cum notis STAHLII, Offenbaci 1730. 8. ſub titulo G. E. STAHL *ſileni Alcibiadis i. e. ars ſanandi cum eſpectatione oppoſita arti curandi nuda exſpectatione*. Ipſe GIDEON acerba hic ſatyra & conviciosa varias perſequitur ſectas, ut vocant medicorum, qui medicamentis quibuſdam imprimis uterentur ferreis, aſinariis, aquariis, lanionibus (qui phlebotomia abutuntur), Jeſuiticis (indulgentibus cortici), ſtercorariis, purgationibus multum uſis, denique de blanda & coquinaria medicina, quam laudat. Omnem vero theoriam condemnat.

THEODORI JANSSON ab ALMELOVEEN, qui Harderovici profeſſor obiit anno 1712. *Inventa novantiqua & onomaſticon rerum inventarum*, Amſtelod. 1684. 8. In altera parte inprimis capita inventorum tangit, & recentiorum laudes ad veteres transferre conatur, ut manifeſto nimis antiquis faveat, exemplo foraminum ſecretiorum palati, valvularum. Aliqua omnino ferri non poſſunt, cum medicos Gnidios dictos fuiſſe ajat ob uſum frequentem Cnidii grani. Multum utitur LEONICENI illius perſonati laboribus. Inſcriptiones ad hiſtoriam & immunitates medicorum confert. EJ. *antiquitates & conjectanea*, *bibliotheca promiſſa & latens*, VVELSCHIUS *de ſcriptis medicis*, &c. prodierunt, Amſtelod. 1694. 8. * EJ. *bibliotheca*, anno 1713. venditæ, catalogus a STOLLIO laudatur.

JACOBI TOLLII *fortuita in quibus præter critica nonnulla tota fabularis hiſtoria Græca, Phœnicia, Ægyptia ad chemiam pertinere adſeritur*, Amſtelod. 1687. 8. *

GODOFR. VVELSCHII *de medicis & medicamentis Germanorum*, Lipſ. 1688. 4. *

BARTHOLOMÆI VVALTHERI *vita Cl. Phil. & Medici* VVOLFGANGI MEURER *P. Lipſienſis*, Lipſ. 1688. 4. *

Mémoire pour ſervir à l'hiſtoire de la Chambre Royale des médecins in Nouv. Rép. des Lettres 1688. *

K. JAMES *letters relating tho the college of phyſicians as alſo a ſhort account of its inſtitution*, Lond. 1688. 4. HARL.

PAULI ROCHI REDLICH *elogium & cœmeterium medicorum ex variis voluminibus concentratum*, Prag. 1688. 8. BURCH.

JEAN BERNIER *eſſays de médecine où il eſt traité de l'hiſtoire de la médecine & des médecins, des défauts & des devoirs des médecins, des ſecours de la médecine*, Paris 1689. 4. * & *ſuplément au livre de eſſais de médecine*, Paris 1691. 4. * & cum alio titulo *Hiſtoire chronologique de la médecine & des médecins, ſeconde edition corrigée & abregée en quelques endroits*, Paris 1635. 1714. 4. Parvi faciebat A. MENAGE.

MARTIN. FRID. FRIES *medicinam non eſſe artem conjecturalem*, Lipſ. 1689. 4. * PL.

OTTO PHILIP. ZAUNSCHLIFFER *oratio in obitum* J. JACOBI VVALDSCHMID, Marburg. 1689. 4.

Del parere del S. LIONARDO *di* CAPOA *diviſato in otto ragionamenti ne' quali narrandoſi l'origine e'l progreſſo della medicina e l'incertezza della medeſima ſi fa manifeſta*, Neapoli 1689. 4. Colon. (forte potius etiam Neapoli) 1714. 8. vol. 2. Antiquiorem autem editionem eſſe oportet, cum jam anno 1684. 8. Londini prodierit anglica lingua ſub titulo *Uncertainties of the art of phyſick*. Medicus Neapolitanus, & ex academicis inveſtigantibus ex primis reſtitutoribus corpuſcularis philoſophiæ PH. TRANS. numero 265. vir hetruſce eloquens & variæ lectionis, hic in propriam artem ſævit, chemicis addictior, & empiricus, Galenicos exoſus. In I. tomo continetur hiſtoria medicinæ antiquæ, in qua HIPPOCRATIS & GALENI errores exagitantur. ASCLEPIADI æquior fuit, recte vero perſpexit, Græcorum ingenium miraculis deditum, & fabulis, & nitori orationis, in recipiendis fictitiis hiſtoriis credulum. Stabilia artis medicæ fundamenta dari negat. In *altero* volumine recentiores examinat, BAS. VAENTINUM, PARACELSUM, quem laudat & excuſat, neque tamen parcit ſyſtemati, CAMPANELLAM, J. B. ab HELMONT, P. J. FABBRI, OLIVAM SAMBUCAM, T. VVILLISIUM, F. GLISSONIUM, L. MEYSONNIER, F. MEARAM. ubique deſtruit, in adſtruendo infelicior. In ſexto imprimis *ragionamento* ad finem fere rabie quadam in medicos agitur, & vera falſaque crimina miſcet, quibus eos reddat exoſiores. In VII. imprimis chemiam commendat, & medicamenta chemica defendit, ab ejus defectu errores GALENI ortos eſſe monet. Laudat Botanicen. Ultimum eſt in ARISTOTELEM & PLATONEM pro DEMOCRITO. In adjectis tribus *ragionamenti intorno alla incertezza de' medicamenti* negat nos noſſe cauſas effectuum, qui adſumta medicamenta ſequuntur, negat ſaporem, odorem, analyſes, experimenta ipſa ducere nos ad intelligendam naturam medicamentorum, aut definiendas doſes. Ea occaſione agit de digeſtione, & ſe demonſtrat fermentis credulum, etiam ſanguifico, ſtercoreo.

FRANCISCI VALCASSAR *oratio in obitum* ANTONII CRISPI (medici) Drepani 1689. 4. *

PETRI PETITI *elogium & tumulus & enarratio poſthumarum chartarum*, 1689. 8. * EJ. *miſcellanearum obſervationum* Libri IV. Traject. 1684. 8. aliqua habent loca Veterum collecta ad emendanda loca GALENI, & ARISTOTELIS. Eruditus vir, ſed imprimis philologus, qui medicinam non exercuerit (J. des Sav. 1688. n. 8.) EJUS vita exſtat cum præf. ad ARETÆUM.

Artzney affen a la mode oder beſchreibung der fehler und thorheiten auch misbrauch der arzneykunſt, Vienn. 1689. 8. *

MICHAEL FRID. LOCHNERI *memoria* J. MICHAELIS FEHRII, Norimberg. 1690. 4. *

J. ABR. a GEHEMA *qualificirter leib medicus* 1690. 12. *

J. REGII *oratio funebris in obitum* PHIL. MATTHÆI *junioris*, Franeker 1690. fol. *

In THOMÆ POPEBLOUNT *cenſura celebrium authorum* quæ Londini 1690. fol. prodiit medicorum etiam vitæ continentur fere ex aliorum ſcriptorum locis collectitiæ.

JOUBERT *juſtification des Anciens, où l'on fait voir qu'ils ont ſu ce que les modernes nous débitent en médecine comme des nouvelles decouvertes*, Paris 1590. 12. *

CONRAD. BARTHOLD BEHRENS *de conſtitutione artis medicæ*, Helmſtatt. 1691. 8. * EJ. *ſelecta medica de medicinæ natura & certitudine*, Francof. Lipſ. 1708. 4. Pro dignitate medicinæ: de medicis, chirurgis, pharmacopolis: de hiſtoria medicinæ per ſua tempora & ſectas.

JOSEPHI LANZONI diſſertatio *de Iatro-Phyſicis Ferrarienſibus qui medicinam ſcriptis ſuis exornaverunt*, Bonon. 1691. unico folio prodiit. Recuſa eſt in nova editione Lauſannenſi, in cujus etiam I. parte habetur LANZONI diſſertatio *de medici officio*, & in III. *adverſaria*, quæ multa philologica continent.

VALENTINI VOGLER *introductio in notitiam cujuſcunque generis bonorum ſcriptorum cum notis & augmentis*, uti dixi, H. MEIBOMII, Helmſtat. 1691. 4. *

DAN. VV. MEYER *indiculus medicorum philologorum ex Germania oriundorum*, Altdorf. 1691. 4.

EL. VEJELII *epiſtola de ſumma dignitate & præſtantia ſtudii medici juxta mentem ductumque Græcorum & Latinorum* P. Ulm. 1962. 4. *

J. BAPT. CALLARD *de la* DUQUERIE *lexicon medicum etymologicum*, Cadomi 1692. 12. *

DACERII vitam HIPPOCRATIS cum operibus editam, Pariſ. 1607. 12. laudat D. VV. TRILLERUS *de ed.* HIPP. p. 5.

SEMPRONII GRACCHI MASSILIENSIS (quo nomine latet SAMUEL GOTTFRIED MANITIUS) *Herma ſeu medicus hujus ſeculi*. Dreſd. 1693. 8. Tironi viam indicat, qua ad ſolidam artis medicæ cognitionem pervenire poſſit. Deſcribit Profeſſoris dotes, commendat ſtudiia logices, matheſeos, anatomes, chemiæ, botanices, laudat ſcriptores melioris notæ, parcius omnino, & cenſuram addit eorum, quos noxios credit. Porro inter præſidia diſcipuli itinera, propriam encheireſin, collectiones, denique conſilia ad adquirendam & tuendam famam laudat. In altera parte calamitates medicorum tradit, & de matrimonio medici, de ſoſtro, medicaſtris, calumniis, invidia agit.

SEMPRONIUS GRACCHUS MASSILIENSIS in Libro hic recenſo multa etiam miſcet ad ſolam gratiam conciliandam, recti tamen judicii vir, eo imprimis ævo.

P. LATANÆ *de officio medici*, Franeker 1693. fol. *

J. CHR. HABERKORN *de medico phyſico*, Leid. 1693. 4.

ADAMI LITTLETON *diſſertatio epiſtolica de juramento medicorum*, Londin. 1693. 4. *

J. B. GYRALDI *rupes inſuperabibiles in pelago medico*, Bonon. 1663. 12. *

Statutes of the Royal college of phyſicians, Lond. 1693. 8. * 1698. 8.

PHIL. JAC. SPENER *parentalia* MAATINI VVEISII *archiatri Brandemburgici*, Berolin. 1693. fol. *

GERH. FELDMANN *de Dea Podagra Liber ſingularis*, Brem. 1693. 8. *

J. MARIA LANCISIUS jam anno 1693. Senis in *Academia Phyſicocriticorum* oravit *del modo di filoſofar nell' arte medica*. Inſerta eſt ea oratio in GAL. *di* MIN. IV. p. 33. EJ. diſſertatio *de recta ſtudiorum medicorum ratione inſtituenda* iterato prodiit Rom. 1715. 8. & in collectione operum Genevæ & Venetiis recuſa eſt. Commendat quæ ad perfectiorem medicum requiruntur, linguas eruditas, mathemata, itinera, philoſophiam experimentalem, non autem atomiſticam, chemiam, naturalem hiſtoriam, anatomen. &c. omnia breviter & oratorie. Huc pertinet *bibliotheca* LANCISIANA *ſeu hiſtoria dedicationis bibliotheca* quam anno 1714. in *noſodochio di S. Spirito* dedicavit LANCISIUS. Auctor eſt Abbas CHRISTOPHORUS CARSUGHI qui addit *orationem de rectu uſu bibliotheca*, Rom. 1618. 4.

FABRICII PARAVICINI *abuſo de' medici nel medicar gli abſenti infermi* Milano 1694. 8.*

MARCELLI MALPIGHII *poſthuma*, Londini 1997. fol. vitioſa, neque alias multo melius edita, continent imprimis vitam MARCELLI pragmaticam cum hiſtoria inventorum & litium, in quas plurimas certe incidit, cum MONTANARIO, SBARALEA & aliis. Meſſanæ cæterum aliquamdiu docuit, deinde Bononiæ, & obiit *medicus ſecretus* INNOCENTII XII. In *altera parte* duæ, jam citatæ, apologiæ exſtant adverſus MINUM & LIPARUM.

VVILLIAN VVOTON *reflections upon antient and modern learning*, London 1694. 8. Percurrit phyſices & medicinæ partes, & recentiorum inventa ornat; ipſoſque multa ſupra veteres inveniſſe cordate, & contra vulgaria præjudicia confirmat.

Re-

Requête pour les médecins de la chambre Royale contre les médecins de Paris, Pariſ. 1694. Vetabant priores praxeos libertatem, hi negant, legibus utrinque pugnant & auctoritatibus.

G. BIDLOO OR. *de antiquitate anatomes*, Leid. 1694. fol. ID. *parentalia* P. HERMANNI edidit.

J. F. VVEPFERI vita a BRUNNERO ſcripta cum Libro *de morbis capitis* exſtat.

GEOR. PASCHII *tractatus de novis inventis quorum accuratiori cultui facem prætulit antiquitas*; Kiel. 1695. 8. & auctius Lipſ. 1700. 4. Amœnus ex grata varietate Liber. Capita duo huc imprimis pertinent, de medicis inventis, & de phyſico-mathematicis. Habet antiquitates morborum medicamentorum, inſtrumentorum, & eadem ratione inventores per omnes artis particulas declarat.

BARTHOLOMÆI de MOOR *cogitationum de inſtauratione medicinæ* Libri III. Amſtelodami 1695. 8. Harderovicenſis Profeſſor, nævos aliquos artis hic nudat, locis poetarum & philologia etiam uſus. Chemicis non favet, veteres veneratur. EJ. *oratio de hypotheſibus medicis*, Amſtelod. 1706. 4. EJ. *oratio de methodo docendi medicinam* 1707. 4.

NICOL. RAINSSANT *actiones medicæ*, Pariſ. 1695. 12. In prima oratione, qua anno 1667. cathedram ſibi mandatam inauguravit, artem medicam contra M. de MONTAGNE defendit & *mutas artes* explicat, atque varia ad hiſtoriam illuſtriorum medicorum adfert, ut DU RETI inprimis. Reliquæ orationes minoris momenti ſunt.

M. E. STURMII *oratio de lingua Græca in ſtudio medico utilitate ac neceſſitate*. Gr.Lat.Altd.1695. 4.

Charters granted to the apothicaries in London, Lond. 1695. HARL.

In GALERIA di MINERVA vitæ etiam medicorum continentur, ut JOSEPHI VALISNERII, &c.

DAN. le CLERC *hiſtoire de la médecine*, Genev. 1696. 8. Amſtelod. 1702. 4. 1723. 4. Solam poſtremam editionem legi. Eximius Liber & maximo labore & judicio & veri amore ſcriptus, dictione ſimplici, abſque ulla adfectatione. Scopus fuit inprimis fata & *revolutiones* atque incrementa artis perſequi, ut ſectarum magis ordinem quam temporum ſequeretur, & in GALENO, præter brevem & parum finitam appendicem, finem operis faceret. Medicorum ergo Græcorum & Latinorum veterum brevem vitam, ſed fuſius hypotheſes & peculiaria de tota arte cogitata undique collegit, in HIPPOCRATE inprimis & GALENO. Ipſe diſputationes addit, de origine artis medicæ, antiquitate inventorum medicorum & chirurgicorum, de dogmaticæ medicinæ præſtantia. &c. Ægyptios non maximi facit, neque chemiam aliam ipſis tribuit, præter metallicam, & de ÆSCULAPIO eorumque temporum medicina ita humiliter ſentit, ut merebantur. Ita HIPPOCRATI tributam ab aliis ſanguinis circulationem relinquit recentioribus, & praxin ejus non ita, ut vulgo ſolent, ſuper omnia ponit. Ejus viri placita per omnes medicinæ partes in eximium compendium contrahit. De Libris genuinis aut ſpuriis ſolicite inquirit, & recte habet pro ſpuriis, quicumque plurimum habent ratiocinii. HEROPHILO & ERASISTRATO primas tribuit corporum humanorum ſectiones, & inde derivat invidioſam illam fabulam de diſſectis vivis hominibus. Pro nobilitate & ordine liberali medicorum Romanorum pugnat, de archiatris anquirit. Nemo candidus & plenius ſcripſit CLERICO. Anglice a DRAKIO verſus prodiit Lond. 1695. 8.

Factum de la faculté de Paris contre FRANÇOIS *Prieur de la* REMOULE, Pariſ. 1696. & contra medicos provinciales.

FRID. VVILH. KLOSE *de uſu phyſicæ in medicina*, Lipſ. 1696. 4.

SAL. CHRIST. CELLARII *origines & antiquitates medicinæ*, Hall. 1696. 4. auctiores recuſæ a patre CHRISTOPHORO Jen. 1704. 8. Inprimis hiſtoriam medicinæ fabularis continent.

G. ABRAHAM MERCLIN *de feliciori nunc quam olim medicina*, Patav. 1696. 4. Percurrit ſingulas partes medicinæ, & in ſigulis addita a recentioribus inventa recenſet.

Q. VVILH. KRAUSII programma *de difficultate in ſtudio medico hodie emergente*, Jen. 1697. 4. *de matheſi medico neceſſaria*, ib. eodem anno, *de iis quæ ad εὐσχημοσύνην medici requiruntur*, Jen. 1702.

BARTHOLDI KRUGER *philiater curioſus autodidactos ſeu diagramma demonſtrans methodum analyticam diſcendi veram medicinam*, Brunsvvic. 1697. 4. Nullius momenti.

A ſhort account of the procedings of the college of phyſicians in London in relation to the Sickpoor. Lond. 1697. 4. * Eo tempore medici diſpenſatorium ad ſublevandos ægros pauperiores exſtruxerunt, ex quo multæ lites ortæ ſunt, quas poemate heroico-comico cecinit GARTHIUS (*diſpenſary*).

CHRISTIAN TREUMUND *gevviſſenloſer juden doctor*, Freyburg. 1698. 8. *

FRID. HENRIC. VVERCMEISTER *filum ariadneum in ſtudio medico*, Hall. 1698. 4. *

PHILIATRI *machiavellus medicus ſeu ratio ſtatus medicorum* 1698. 4. germanice recuſus *der mediciniſche machiavel*, Argentor. 1722. 8. 1745. 4. *

J. CHR. SCHAMBERG *de arduo & difficili medicinæ ſtudio*, Lipſ. 1699. 4.

CAR. THULLIER *an conſtans & certa medicina*, Pariſ. 1699. fol. *

MAGNI DANIEL OMEIS *memoria* MAURICII HOFMANNI, Altdorf. 1699. fol. *

ANTONII FRANCISCI BERTINI *la medicina difeſa dalle calunnie degli uomini volgari e della oppoſizione de' dotti*, Lucca 1699. 4.* Tuetur artem contra LEONHARDUM a CAPOA alioſque impacatos. Conf. GAL. di MIN. IV. p. 528.

MARTINI LISTER *Journy to Paris in the year* 1698. Lond. 1699. 8. Grata libri varietas. Conquiſivit in Gallia, quæcumque ad palatum erant, mineralia, Romanas antiquitates, vitas & inventa medicorum, cum poſt longum bellum Pariſios, tamquam in novum orbem, veniſſet, ſincerus cenſor. DAQUINIUM archiatrum faviſſe empiricis non diſſmulat. PLUMERII aliorumque academicorum vitas recenſet, liteſque quæ propter MERYUM & F. JACOBUM ortæ ſunt. *In præf.* ad Librum *de humoribus*, Lond. 1709. 8. medicinam geometricam accuſat, quod ultra experimenta & contra ea gradiatur.

LAUR. *van den* BUSCH *de incrementis medicinæ hujus ſeculi*, Brem. 1699.

Des getreuen EKHARDTS (ETTNERI) *unvvürdiger Doctor*, Aug. Vindel. 1697. 8. *ungevviſſenhafter apotheker*, ibid. 1700. 8. & aliæ ſatyræ.——

FRID. HOFMANN *de neceſſitate phyſices in praxi medica*, Hall. 1699. 4. *de perverſis judiciis de medicis & de medicina* 1712. *de differentia medici & practici medicinæ* 1716. *de ratione medicinæ præſide; de boni theologi & medici muneribus ſimilibus: de differentia medici & practici medicinæ* 1716. *de difficultatibus in medicina addiſcenda* 1718. *de modo hiſtorias morborum recte conſignandi & ad uſum applicandi* 1721. *de mechanica optima in medicina philoſophandi ratione*. 1728. 1741. EJ. *medicus politicus ſeu regulæ prudentiæ*, Leid. 1738. 8. Hall. 1746. 12. Continet conſilia pro ſtudiis dirigendis primaque praxi. *De differentia artis medicæ & medicorum conditione ac ſtatu*, Leid. 1741. 4. * EJ. poſthumus libellus *de differentia inter ejus doctrinam phyſico-medicam &* STAHLII *medico-organicam* a V. E. COHAUSENIO editus Francof. 1747. 8. egregius certe & quo meliorem non ſcripſit auctor, qui ad judicium de magna in STAHLIUM & mechanicos illa lite ferendum ſolus ſufficiat. In tractatu *de Libris propriis* tribuit ſibi inventa varia, fractum ſyſtema BONTEKOI, diverſitatem pulſus celeris & frequentis, ſpiritum fumantem, &c. *Omnium diſſertationum & Librorum ab* HOFMANNO *ab anno* 1681. *ad annum* 1734. *editorum conſpectus* prodiit, Hall. 1734. 4. In medicinæ ſyſtematicæ principio artis hiſtoriam dedit.

Programma in funere HENRICI MEIBOMII, Helmſtad. 1700. 4.

Nuova ſtafetta di Parnaſo circa gli affari della medicina del S. GAETANO TREMIGHIOZZI *in difeſa del* MUSITANO, Francof. (fictit. loc.) 1700. 8. * & *celebrium virorum apologia pro* CAR. MUSITANO *adverſus* ANTONIUM de MARTINO (Galeniſtam) Krusvvick (fictit. nom.) 1700. 4. ſordide & conviciofe ſcriptum.

GERARDI GORIS *medicina contenta*, Leid. 1700. 4. * contra chemicos & ad uniendas galenicorum & chemicorum ſectas.

CHRIST. HENR. ERNDL. *de uſu hiſtoriæ naturalis exotico-geographicæ in medicina*, Lipſ. 1700. 4. EJ. cum litteris initialibus C. H. E. D. *relatio itineris Anglicani & Batavi*, Amſtel. 1711. 8. Iter hoc fecit juvenis annis 1706. & 1707. & ea omnia, quæ ad hiſtoriam medicam, anatomicam, chirurgicam, biographicam, bibliothecas, memorabilia, viderat, conſignavit. Ad RAVII hiſtoriam utiliter legitur. Adjecta eſt reſponſio ad S. BETULII refutationem nonnullorum, quæ perperam in prima editione dicta fuerant, & quæ quidem minutiora ſunt.

J. JAC. DOEBEL *vertheidigte arzeneykunſt und vertheidigter arzt*, Lunden 1700. 8. *

Medicus politicus, dat is, ondervvys, &c. Amſtelod. 1700. 8. *

J. DEODATI BLUMENTROST *medicus caſtrenſis exercitui Moſcovitico præfectus*, Regiomont. 1700. 4. diſputatio.

A. BRENDEL *de Homero medico* VVittemb. 1700. 4. EJ. diſputatio *de incubationis ritibus* &c.

In TRIVULTIANIS *mémoires des beaux arts* aliqua hiſtorica paſſim reperiuntur, ut lites, & OLIGERI JACOBÆI vita 1702. Anno 1737. P. ENTRECOLLES dat hiſtoriam medicinæ Sinenſis. Anno 1731. ASTRUCII deſtinatam hiſtoriam Monſpelienſem promittit.

J. HIERONYMI SBARAGLI æmuli & collegæ MALPIGHII citavimus *exercitationes phiſico-anatomicas*, repetendæ tamen ſunt omnino hoc loco. Nempe ARISTIDIS *diſſertatio epiſtolaris*

ris de recentiorum medicorum ſtudio Gottingæ (nempe Bononiæ) edita 1687. 8. deinde LIBANII *de recentiorum ſtudio diſſertatio epiſtolica ſecunda* anno 1691. edita & *appendix ad eas diſſertationes*. In omnibus refutat ſubtilem anatomen, & parum in medicina boni facere conatur oſtendere. Ejuſdem ſaporis ſunt EJUS *oculorum & mentis vigiliæ ad diſtinguendum ſtudium anatomicum & dirigendam praxin medicam*, Bonon. 1724. 4. oppoſitæ poſthumis MALPIGHII, plenæ cavillis & nimiis omnino objectionibus in microſcopia & anatomen. Empiricus adeo ut p. XXXIX. diſerte adfirmet & nunc medicinam empiricam eſſe, & ſemper fuiſſe, & perpetuo fore.

J. MAURICI TRILLER *de officio medici præſentibus contraindicationibus*, Jen. 1701. 12. *

J. PHIL. BURGGRAV *Libitina orans ſeu de medicæ artis & medicorum fatis* diſſertatio, Francof. 1701. 8. Duæ ſunt opuſculi partes. Prior continet hiſtoriam medicinæ ab HIPPOCRATE ad recentius ævum, in qua auctor non valde HELMONTIO, aut SYLVIO favet aut TACHENIO. Altera continet mortis mortiumque cauſas & ſingularia in celebrioribus medicis.

J. CHRIST. MACKENS *funeralia*, Schneeberg 1701. fol. PL.

ERASMI BLANCK *de uſu matheſeos in medicina*, Baſil. 1731. 4. *

A. C. GACKENHOLTZ *de emendanda & rite inſtituenda medicina*, Cell. 1701. 4. *

The preſent ſtate of phyſick and ſurgery in London vvith an eſtimate of the prices of all medicines, Lond. 1701. 4. HARL.

G. E. STAHLIUS id inprimis ſibi ſumſit penſi, ut perſuaderet medicis, poſſe eos literis, ſubtili anatome & botanica carere, dum magis ſolicite morbos & naturæ ſedulæ conatus obſervarent. Multa ergo exigua ſcripta edidit, quibus hanc ſuam de methodo ſtudii medici ſententiam urgeret, nonnulla etiam magis ſimpliciter ad hiſtoriam medicæ artis pertinent. Huc inter diſputationes præter alias *de ſtochaſmo medico*. Hall. 1698. 4. *de parœmia qui bonus theoreticus malus practicus* 1698. *de empiria* 1699. *de curatione in charta* 1702. *de medicina medicinæ neceſſaria* 1702. *de opinionibus medicis* 1702. *de diſſenſu medicorum* 1703. *de viſitatione ægrotorum* 1703. *de novitatibus medicis in genere* 1704. *de empiria rationali medica* 1704. egregia ſane ſunt diſſertatio *de philoſophia* HIPPOCRATIS 1704. *de hiſtoria medica practica* 1705. *de auctoritate ac veritate medica* 1705 *de ratione & experientia* 1705. *de teſtimoniis medicis* 1706. (contra citationes) *de medicina ſine medico* 1707. *de conſtantia medica* 1707. *de ſcriptis ſuis vindiciæ quædam* 1707. *de temeritate & timiditate medica* 1708. *de Deo auctore medicinæ* 1712. *de neceſſitate artis medicæ* 1712. *de poteſtate artis medicæ* 1712. *de medicina medicinæ curioſæ* 1714. EJUS etiam σκιαμαχία utcunque huc revocari poteſt, *negotium* nempe *otioſum adverſus poſitiones quaſdam theoriæ veræ medicæ*, Hall. 1720. 4.

J. G. STEIGERTHAL *de matheſeos & hiſtoriæ naturalis utilitate in medicina*, Helmſtad. 1702. 4. bona diſputatio.

J. D. GUILIELMINI *pro theoria medica adverſus ſectam empiricam*, Venet. 1702. 8. & in collectione operum. EJ. *epiſtola* falſo nomine exſtat THEOPHILI ALETHINI *contra monita de moralibus critica regulis* qua pro MALPIGHIO adverſus SBARALEAM reſpondit.

J. GODFRID BERGER *de medico naturæ adjutore*, VVittemb. 1702. 4. *de medicinæ certitudine* 1706.

The preſent ill ſtate of the practice of phyſick in this nation truly repreſented, Lond. 1702. 4. HARL.

MICH. ERN. ETTMULLER *de lectione auctorum in medicina*, Lipſ. 1702. 4.

HERMANNI BOERHAAVE *de commendando ſtudio Hippocratico*, Leid. 1702. 4. Omne hypotheſeos in rebus phyſicis ſtudium damnat, & negat nos quidquam de corporibus ſcire præter ea, quæ ſenſibus & experimento diſcimus. HIPPOCRATICA ſcripta omnia pro legitimis recipit. EJ. *de uſu ratiocinii mechanici in medicina* 1703. 4. 1709. 8. celebris oratio. EJ. *de repurgatæ medicinæ facili ſimplicitate oratio*, Leid. 1709. 4. Nimis vere oſtendit, rejectis hypotheſibus, medicam artem reductam ad veras obſervationes brevem eſſe & ſimpliciſſimam. EJ. *de comparando certo in phyſicis*, Leid. 1715. 4. Egregie oſtendit, omne hypotheſeos ſtudium a re naturali removeri debere, neque nobis quidquam de rerum naturæ notum eſſe, niſi quod a ſenſibus & experientia diſcimus. EJ. *de chemia ſuos errores repurgante* 1718. 4. Errores, quos chemia in praxin & phyſiologiam introduxit, per chemiam optime corrigi oſtendit. EJ. *oratio cum cathedræ chemiæ & botanicæ valediceret*, Leid. 1729. 4. multa ad hiſtoriam propriæ vitæ habet. EJ. *honor medici ſervitus*, Leid. 1731. 4. nempe naturam nos ſequi debere. EJ. *de vita & obitu* BERNARDI ALBINI, amici ſui, ibid. 1721. 4. IDEM in *præfatione indicis alterius horti Lugd. Batav.* hiſtoriam præfectorum ejus horti, & in

Inſtitutionibus chemiæ præcipuorum chemicorum hiſtoriam dedit. Cum editione Pariſina 1722. Libri *de viribus medicamentorum* prodiit epiſtola de medicis mathematicis & philogræcuſis. EJ. ſunt hæ ipſæ prælectiones, in quas commentor ex M. S. maculoſiſſimo, primum editæ anno 1726. Amſtelodami apud Bernard cum fictitio titulo, quæ *methodus diſcendi medicinam* ſæpe recuſa eſt, ut anno 1734. & paulo mundius 1744. 12. Venet. 1747. &c. Vitam etiam SVVAMMERDAMII dedit, & hiſtoriæ medicæ compendium in *inſtitutionum* initio.

BERNARDI ALBINI *de ortu & progreſſu medicinæ oratio*, Leid. 1702. 4. candidi viri. Placet quod obſervaverit non unum fuiſſe ÆSCULAPIUM, ſed eos, qui in medicina excellerent, vulgo ÆSCULAPII nomen eſſe conſecutos. EJ. *oratio de incrementis medicis ſeculi* XVII. ibid. 1707. 4. EJ. *in mortem* RAVII *oratio*, ibid. 1719. 4. egregii chirurgi & anatomici hiſtoria, ſed heterocliti hominis, qui ſatyriaſi perierit.

CH. BERNARD *preſent ſtate of chirurgery vvith ſome remarks on abuſes committed*, Lond. 1703. 4. *

The craft and frauds of phyſick exploded diſcovering the lovv prices of the beſt medicines, Lond. 1703. 8. * L.

C. JOHRENII *de Chriſto medico*, Francof. Viadr. 1703. 4. *

J. ADAMI HOFSTETTER *de ſumma medicorum hujus & ſuperiorum temporum auctoritate & excellentia e jure & hiſtoria demonſtrata*, Hall. 1703. 4. EJ. *epiſtola in qua de conjecturis medicorum agitur, & exin artem medicam nullatenus conjecturalem eſſe evincitur*, Hall. 1704. 4.

Ratiocinii mechanici in medicina abuſus & impotentia 1704. 8. cum ſpurio nomine Friburgi. Contra orationem BOERHAAVII *de uſu ratiocinii mechanici*, chemici ſcriptum, aſperi hominis & irati. Fermenta defendit, geometrarum labores deprimit, qui inter ſe non conſentiant, &c.

THOMAS GUIDOT in *prolegomenis* ad ſuam THEOPHILI *de urinis* editionem de THEOPHILIS & MAGNIS medicis erudite diſſerit.

Cum BAGLIVII operibus paſſim excuſus eſt libellus MATTHÆI PALILLII *de vanitate obtrectatorum* HIPPOCRATIS & GALENI, indocte. Ita SYDENHAMUM, tantum virum, pro Belga habet. Quis homo quem PAVVINUM vocat?

GIROLAMO BARUTTALDO *comentario iſtorico...... all' iſcrizione eretta in memoria di* ANTONIO MUSA BRASSAVOLA, Ferrar. 1704. 4. *

Tentamen medicum or an inquiry in to the differences betvveen the diſpenſariſtians an the apothecaries, Lond. 1704. 8. HARL.

PENICHER pharmacopolæ diſſertatio *ſur le livre de mèdicine*, Paris 1704. 12. parvus liber.

TIBERII HEMSTERHUYS *oratio de medicinæ neceſſitate, dignitate cauſisque infrequentioris ſucceſſus*, Franekeræ 1704. fol.

HENR. LOHALM MEYER *kurze einleitung in die arzneykunſt inſgemein und jede derſelben theile ins beſondre*, Luneburg 1704. 12. Multum ei libello tribuit C. B. BEHRENS qui in *electis medicis*, p. 18. ſcripſit, mereri transferri in aliam linguam. Breviſſimam autem bibliothecam tradit pro ſingulis medicinæ partibus. SYLVIUM valde laudat. An placet; quod VESALIUM a morte merito nullam in ſepulchro quietem ajat reperiſſe, qui ipſe tot miſeros de ſepulchris exturbaverit.

CHRISTIANUS JOHANNES LANGIUS in *poſthumis* habet *hiſtoria medicam*, in qua ſecundum annorum qua obierunt, ſeriem, breves medicorum vitas cum ſcriptorum præcipuorum cenſu adfert non abſque mediocribus certe vitiis. Ita GUIDONEM CAULIACUM in XV. ſeculum transfert.

ALEXANDER THOMSON in *introductione ad diſſertationes medicas* præcipuos ſectarum auctores recenſet, nulli ſatis æquus, ne SYLVIO quidem. Prodiit Leid. 1705. 8.

FRANCISCI ALPH. DONNOLI *proluſio de bello civili medico*, Patav. 1705. 4. Ad eam reſpondit D. GUILIELMINUS in *epiſtola ad* DONNOLUM, quam cum falſo nomine JULII MONTILIENI edidit in operibus.

Optime, ut de omnibus bonis literis, ita de hiſtoria artis medicæ meritus eſt J. ALBERTUS FABRICIUS, etſi non de grege noſtro fuerit. In *bibliotheca Græca*, quæ anno 1705. Hamburgi prodire cœpit, de vita, ſcriptis HIPPOCRATIS, GALENI aliorumque medicorum Græcorum, & editionibus, commentatoribus docte & breviter diſputat. In *volumine* XIII. *elenchum omnium medicorum veterum* ex A. TIRAQUELLI opere *de nobilitate* repetit, & acceſſionibus auget, ex ſuo labore natis. Varios etiam libellos medicos integros excudit, ut J. STEPHANI *theologiam* HIPPOCRATICAM, SEXTUM PLACITUM *de medicina ex animalibus*, THEOPHILI PROTOSPATHARII Librum *de hominis fabrica*, &c. In *bibliotheca latina*,

latina, ſæpe recuſa & Hamburgi 1721. vol. 3. CELSUM, AURELIANUM, alioſque Latinos patres perinde ut in illa Græcos illuſtrat.

Etats des unions faites des Léproſerie aux hôpitaux des pauvres malades par l' édit du Roi de l' an 1693. Paris 1705. 4. Conſtat inde in Gallia lepram penitus exſtinctam eſſe.

ROELOF ROUKEMA chirurgi, noti ex acri contentione cum B. IDEMA & CL. CROESERO *Naam-boek der beroemden Genees en Heelmeeſters van alle eeuvven*, Amſtelodami 1706. 8. Multum uſus aliis lexicis, BAYLEO etiam & MORERIO, non valde accuratus. CASPARUM BAUHINUM, adeo celebrem virum, unice coætaneum facit JOHANNIS, cujus frater fuit. Bis repetit JOHANNEM CRATONEM, HILDANUM in ſenatu fuiſſe, a conſanguineo promotum, falſo narrat. Nomina corrumpit, exemplo Eudaxiæ, Gerberi, Altheim pro Eudoxo, Geber Arabe, & Altorfio.

VITI RIEDLINI *manuductio brevis ad ſtudium medicum*, Aug. Vind. 1706. 8.

J. B. MORGAGNUS non ſolum inventorum anatomicorum ſeriem ſubtilius quam quisquam eſt perſecutus, ſed multa alia ad hiſtoriam medicam ornamenta adtulit. VALSALVÆ vitam, cum ejus *operibus poſthumis* dedit. In *epiſtola anatomica* I. multa illuſtravit de Bononienſibus inprimis medicis, de H. MERCURIALIS vita, &c. In *Epiſtolis in* CELSUM, quæ ſeorſim prodierunt Hagæ 1704. 4. de CELSO ipſo & SERENO eorumque editionibus eruditiſſime, ut ſolet, multa monuit, quæ alibi laudabimus.

MICH. BERNH. VALENTINI *de novellis publicis eorumque uſu & abuſu in rebus phyſico-medicis*, Gieſſ. 1707. 4. EJ. *hiſtoria literaria Academiæ Naturæ Curioſorum* cum *armamentario Naturæ*, Gieſſæ 1709. 4. prodiit; qua continentur *compendia* ſcriptorum, quibus ſodales Academiæ rem naturalem illuſtraverunt.

JOS. ANTONII DONZELLINI *ſymposium medicum ſeu de uſu mathematum in medicina*, Venet. 1707. 8. *

An account of the riſe fundation progreſſ and preſent ſtate of Greſham college vvith the lif of Sir T. GRESHAM, Lond. 1707. 4. HARL.

HORLACHERI *bibliotheca chymico-curioſa*, Francof. 1707. 8. * An huc faciat ignoro.

GOTFRIED ANDR. ZAHN *de ortu & progreſſu medicinæ*, Veſal. 1708. 12. exigui momenti opuſculum.

PHILIPPI HECQUET *de l' indécence aux hommes d' accoucher les femmes*, Trevoux 1708. 12. EJ. *le brigandage de la chirurgie ou la médecine oprimée par le brigandage de la chirurgie.. & le brigandage de la pharmacie* 1738. 12. a morte auctoris prodierunt. *Le brigandage de la médecine* unice ad praxin ſpectat. Vita HECQUETI cum ejus *médecine des pauvres* fuſa ſatis prodiit ſcripta a D. de S. MARC, Pariſ. 1740. 12. IDEM anno 1714. Pariſ. 12. edidit *decrets, uſages & louables coutumes de la faculté de la médecine à Paris*. Damnavit facultas eam editionem, & paulo poſt etiam procuravit. EJ. *preuves de la décadence de la médecine*, Pariſ. 1724. 8.

ANDREÆ OTTOMARI GOELICKE *epiſtola qua refutat præjudicium, medicos Romanos omnes ſervos fuiſſe*, Lipſ. 1708. 4. EJ. oratio *de mutilo medicinæ corpore reſarciendo per chirurgiam & pharmaciam poſtliminio revocandas*, Hall. 1709. 4. recuſa & in corpore juris M. B. VALENTINI, Imperatorum medicorum in chirurgos & pharmacopolas vindicat. EJ. *de ſapientiſſima lege Athenienſium qua ſolemniter ſanciverunt ne qua feminæ neve ſervus medicinam diſceret*, Hall. 1713. 4. EJ. *hiſtoria medicinæ univerſalis qua celebrium medicorum vitæ, dogmata tractantur, adjectis obſervationibus criticis* prodire cœpit, Hall. 1717. 8. quo anno *periodus* I. & II. deinde anno 1718. *periodus* III. & IV. anno 1719. *quinta*, & anno 1720. *ſexta* prodiit. In *prima* hebraicam & primævam medicinam recenſet, de qua parum nobis innotuit. In *altera* Ægyptios acerrime contra CONRINGIUM tuetur. Chinenſium etiam medicinam exponit. *Tertia* fabuloſam continet medicinam. Ibi a vivente ÆSCULAPIO NICOMACHUM Smyrnæum ſanatum fuiſſe ſcribit, cum ÆSCULAPII ævo nulla Smyrna fuerit. In *periodo* IV. philoſophicam medicinam Græcorum, in V. HIPPOCRATEM, ſatis hic æquus judex, in VI. medicos ad diviſionem uſque medicinæ recenſet ex CÆLIO inprimis & PLINIO. EJ. *introductio in hiſtoriam literariam anatomes* jam dicta eſt. EJ. *hiſtoria literaria ſcriptorum qui medicinam forenſem commentariis illuſtrarunt*, Francof. ad Viadr. 1723. 4. 1735. 4. EJ. *de mathematum ſtudio cum medicina conjuncto*, Francof. ad Viadr. 1740. 4. Hiſtoriam chirurgiæ in qua non pauca huc pertinent de *Hygea*, &c. & hiſtoriam anatomes jam diximus.

In

In GIORNALI de' LETTELATI præter eximias cenſuras librorum, vitæ etiam variæ continentur PILARINI, LUCÆ TOZZII, ASCLEPIADIS, (quæ BLASII CARYOPHYLII eſt) REDI, SYLVII ARCUDI, D. GUILIELMINI, J. H. SBARAGLI, P. MARIÆ GABRIELII, JOH. MARIANOVA, FRIDERICI COMMANDINI, G. B. TIBERINI, ALEXANDRI MARCHETTI, HERMOLAI BARBARI, ALEXANDRI PINI botanici, NAUGERII, DOMINICI de AULISIO. Auctor APOSTOLUS ZENO.

Cum AMMANI editione CÆLII AURELIANI præfatio prodiit, qua methodicæ ſectæ hiſtoria continetur.

ABR. van BLEISVVYCK *de felicitate mechanicorum*, Leid. 1708. 4.

J. BASIL. FLEUTER *de philoſophia medico neceſſaria*, Lipſ. 1709. 4. PL.

CHR. FRID. VVELISCH *de medicis præſtantiſſima literarum elegantiorum laude illuſtribus*, Anneberg. 1709. fol. *

IRENÆI VEHR *parentalia*, Francof. Viadr. 1709. fol.

J. SALZMANN *de ſtudio medico in genere*, Argent. 1709. 4.

CHRISTIAN BENEDICT. CARPZOU *de medicis ab eccleſia pro ſanctis habitis*, Lipſ. 1709. 4.

H. HENRICI *de nimia curioſitatis phyſico-medicæ origine*, Hall. 1709. 4.

ROCHEFORT *lettre a M. BEGON au ſujet de M. TOURNEFORT avec un abregé de ſa vie*, Paris 1709. 4. recuſ. cum itineribus TOURNEFORTIANIS.

STEPHANI DANIELI diſcipuli SBARAGLI & contra MALPIGHIANOS vindicis *animadverſio hodierni ſtatus medicinæ practicæ*, Venet. 1709. 8. *additio ad eam*, Bonon. 1719. 8. Vita SBARALEÆ, Bonon. 1710. 4. EJ. *armamenti per chi voleſſe renderſi ben informato della cauſa trattata da* FRANCESCO SIMONI *e* PIETRO EGIZIO CLAUDI *della riſpoſta da eſſi data ad* ORAZIO FLORIANI, Bologna 1722. 8. * EJ. *raccolta di queſtioni intorno a coſe di botanica, notomia, filoſofia, e medicina agitate già tra il* MALPHIGI *e lo* SBARAGLI, Bologn. 1723. 8. *

J. CONRAD. BARCHUSEN *hiſtoria medicinæ ab exordio medicinæ uſque ad noſtra tempora*, Amſtelod. 1710. 8. & Ultrajecti plenius 1723. 4. ſcopus eſt proponere theorias omnium primarium ſectarum, quæ in medicina eminuerunt, omiſſa praxi. Quare undique collectas dat theorias PYTHAGORÆ, STOICORUM, PERIPATETICORUM, ASCLEPIADIS, GALENI, EMPIRICORUM, quos maximi facit, METHODICORUM, PNEUMATICORUM, ARABUM, CHEMICORUM, PARACELSI, HELMONTII, FLUDDII, TACHENII, VVILLISII, STAHLII, MECHANICORUM. Deinde quaſdam medicinæ partes conſideravit, uti varie a variis ſectis tractatæ fuerunt. Longe minus plenus eſt CLERICO aut FRIENDIO, neque oportebat ACTUARII, NONNI &c. placita propoſuiſſe, qui nihil proprii habent, neque in mechanicæ ſectæ hiſtoriam commiſcere tot contraria diverſorum hominum placita. Et alia carpi poſſent, & ab aliis carpta ſunt. Adjecta eſt diſſertatio *de nepenthe* HOMERI quam de opio aliquid habere oſtendit. In *collectis medicinæ practicæ general.* Amſtelod. 1715. 8. dialogum adjecit *de optima ſecta* pro qua empiricam habet.

JOH. SPINKE *London's medicinal informer containing a brief inquiry into the antienr ſtate of the practiſe of phyſick and ſurgery in the vvorld: the preſent ſtate of theſe profeſſions in London*: Quacks *diſtinguiſhed from practiſers chatiz'd*, London 1710. 8. *

ISRAEL TRAUGOTT GARMANN *Exercitationes* III. *de ſapientia Ægyptiorum*, VVittemberg. 1710. 4.

In *Miſcell. Berolin.* aliqua huc pertinent, ut de Malabarum medicina T. VII.

LAURENTII HEISTERI *de hypotheſium medicarum fallacia & pernicie*, Altdorf. 1710. 4. EJ. *de difficultate veritatis inveniendæ in phyſica & medicina*, Altdorf. 1710. 8. diſputatio. EJ. *progr. ad orationem de inventis anatomicis ſeculi* XVIII. & *oratio ipſa*, VVolfenbuttel 1718. 8. In prima parte inventa ſola, in altera libros ſingulos reperias, hos ex divite certe collectione ſumtos. *De chirurgia cum medicina neceſſario conjungenda* 1732. *De medicinæ mechanicæ præſtantia* 1738. contra STAHLIANOS. EJ. *compendium inſtitutionum medicarum, adjecta eſt methodus de ſtudio medico inſtituendo & abſolvendo cum ſcriptoribus maxime neceſſariis*, Helmſtatt. 1745. 4. exſtat & prior editio 1736. 4. Pars prima operis pro candidatis artis medicæ ſcripta continet medicinæ compendium. *Pars altera* ex ipſo titulo intelligitur, & continet libros maxime commendabiles ad ſingula artis capita. Orationem *de incrementis anatomes* alibi laudavi. Poſſis huc etiam referre locupletem catalogum chirurgicorum librorum, qui cum inſtitutionibus chirurgicis prodiit.

J. SAM.

J. SAM. BERGER *de* CICERONE *medico*, VVittemb. 1711. 4.

CL. J. G. GRUNDLERI *malabariſcher medicus* nunquam quod ſciam prodiit. Excerpta tamen in E. N. C. aliqua exſtant.

GEORG. SCHULZ *de immunitatibus medicorum & muneribus*, Regiomont. 1711. 4.

J. C. LEHMAN *de ſororio nexu phyſicæ & medicæ artis*, Lipſ. 1711. 4.

J. J. A. M. L. *Medicinal ordnung vvonach billich ſich die medici, inſonderheit phyſici, apotheker, vvundärzte, u. ſ. f. ſich zu richten haben, Krankenthal* (nomen fict.) 1711. 8. Privati, non juſſi, delineatio legum pro medicina ejuſque conjunctis artibus, cum ſalariis, &c.

N. LAKEMANN *de matheſeos, phyſicæ ac empiricæ uſu & abuſu in medicina*, Leid. 1711. 8.

YVONIS GAUKES *de medicina ad certitudinem mathematicam evehenda*, Amſtelod. 1712. 8. Multa promittit non expleturus ſpem lectoris, CARTESIANUS, neque quidquam daturus reconditi. EJ. *in dubitationem medicam*, Embdæ 1718. 8. *

GEORG. LUDVVIG GOLDNER *de medicorum dignitate & titulo ſenatoris illis olim tributo*, Gera 1712. 4. * EJ. *de medecinæ origine & medicorum principe* HIPPOCRATE, ibid. 1721. 4.

J. CONR MICHAELIS *de medicinæ hodiernæ corruptela ejuſque cauſis & remediis* prodiit cum operibus DANIELIS LUDOVICI, Francof. 1712. 4.

Cum ROSINI LENTILII *iatromnematibus*, Stuttgard. 1712. 8. editæ ſunt diſſertationes *de phyſicatu*, cum velit poliatros etiam in ſanos cives curam ſuam oportere extendere, de ſuperſtitione, de junioris medici moribus & vivendi genere, de praxi medica divino chariſmate, &c.

JAC. FRID. REIMANN *hiſtoria medicæ artis Germanorum*, Hall. 1713. 8. germanice edita valde laudatur a CL. KAESTNERO. Bibliographus erat, & rariorum librorum cognitione inclaruit.

ARCHIBALDI PITCARNE diſſertatio *de inventoribus*, Edimburg. 1713. 4. Acute de more definit, quis inventoris titulos mereatur, & HARVEIO eam laudem deberi oſtendit.

J. P. NENTER *de ſtatu medicinæ modernæ*, Argentor. 1713. 4. Ut STAHLIANUS contemtim de elegantioribus ſtudiis ſentit. EJ. *de uſu phyſicæ in medicina* 1707. 4.

J. MELCHIOR VERDRIES *vera ad medicinam via* 1714. 4. 1721. 8.

VVYERI GUILIELMI MUYS *de theoria medica uſu & recte exercendæ ratione*, Franekeræ 1714. 4. Pro geometria. In ejus Libro *de fabrica muſcul.* c. 4. fere tota hiſtoria medica continetur.

M. le FRANÇOIS *réflexions critiques ſur la médecine, où l'on examine ce qu'il y a de vrai ou de faux dans les jugemens quo l'on porte au ſujet de cet art*, Paris 1714. 12. quæ mea eſt editio. Apologia artis a malignis judiciis vulgi & nonnullorum ſcepticorum vindicatæ. In ſyſtemata magnam culpæ partem transfert, aliquos tamen ægros ſanari & fidelia medicamenta dari monet. Experientiam magnum artis fundamentum conſtituit, non tamen unicum & rationis uſum requiri oſtendit. Vires medicamentorum ſola credit experientia innoteſcere. Libros paucos bene ſcriptos eſſe prudens monet, & ne HIPPOCRATICOS quidem undique perfectos eſſe. Virtutes veri medici depingit, autodidacton eſſe poſſe negat, & ab eo & lectionem bonorum ſcriptorum & praxin clinicam requirit. Imputationes atheiſmi refellit. Agyrtas explodit, adjectis nonnullorum hiſtoriis, quorum brevis fama fuit. Vitia vulgi & ſuperſtitiones, etiam ſanatorum exagitat. EJ. *projet de réformation de la médecine*, Paris 1716. 12. 1723. 12. Minuendum numerum pharmacopolarum, aliter educandos medicos. EJ. *diſſertation contre l'uſage de ſoutenir des theſes en médecine avec un mémoire ſur la réformation de la médecine de la ville de Paris*, ibid. 1720. 12.

E. BELLERS *eſſay tovvards the improvement of phyſick vvith an eſſay tovvards employing the able poor*, Lond. 1714. 4. *

THEODORI ZVVINGER *de methodo docendi medicinam mathematica*, Baſil. 1714. 4.

AUGUSTINI CALMET *de medicis & re medica Hebraeorum*, Pariſ. 1714. 4. cum commentario in JESUM filium SIRAI.

A. de JUSSIEU *Eloge de* M. FAGON cum *hiſtoria horti Regii* prodiit Pariſ. 1714. 4.

DOUGLASSII *bibliographiam* laudavi.

Eſſay upon the duty, of phyſicians and patients, Lond. 1715. 8. *

HERMAN ULRICH a LANGEN *de nummis & marmoribus medicorum*, Jen. 1715. 4.

HIERONYMI LUDOLF *de polymathia medica*, Erfurt. 1715. 4. *

J. GOT-

J. Gottlieb Astii *ſuccincta medicorum medicæve hiſtoriæ delineatio*, Lipſ. 1715. 4. *

Some memoirs of John Radcliffe Lond. 1715. 8. * In ejus bibliothecam priori anno Oxonii dedicatam celebris, ſed non abſque accuſatione dimiſſa oratio Kingii anno 1749. prodiit.

Christiani Friderici Garmanni & aliorum *centuria epiſtolarum*, Roſtoch. 1715. 8. aliqua habent ad hiſtoriam medicinæ ejus ævi.

Guil. Musgrave *de dea ſalute*, Oxon. 1716. 8. *

Utcunque huc pertinet J. Jac. Scheuchzeri *bibliotheca ſcriptorum hiſtoriæ naturalis &* J. le Long *de ſcriptoribus hiſtoriæ naturalis Galliæ*, Tiguri 1716. 8.

VVilh. Maur. Alb. Kuhnemann *de ſapientiæ nexu cum arte medica*, Hall. 1716. 8.

J. Jac. Burckhard *medicus graviſſimus humanitatis ſtudiorum vindex*. Acc. J. Caselii ad Henningum Arnisæum *de medica arte præſtantibus ſeculo XV. viris epiſtola*, VVolfenbuttel 1716. 8. Aliqua medicorum eloquentium & literatorum encomia habet, Caselius vero laudat medicos ſibi per itinera familiares.

Ludolf Henr. Rung *de fatis & mutationibus quibus obnoxia fuit ars medica*, Brem. 1716. 4. Riv.

Immanuel VVeismann *aufrichtige abmahnung gegen einige kranken inſonders gerichtet*, Tubing. 1716. 4. *

Benjamen Richter *groſſer unterſcheid zvviſchen rechtſchaffenen medic. und quakſalbern*, &c. Görlitz 1716. 8. *

J. Schutzen *tractatus curioſus de medicina, medicis medicaſtris, morbis morbidis, moribundis, morte ipſa & mortuis*, Magdeburg. 1716. 4. Germanice. Mera compilatio hominis aliis artibus innutriti.

J. Bapt. Doye *ritus & inſignia ſaluberrimi Medicorum Pariſienſium ordinum decreta* Ed. altera Pariſ. 1716. 12. * Pl.

Joseph Gazola *il mondo ingannato da' falſi medici*, Peruſiæ 1716. 8. libellus ſexies recuſus & nuper Venet. 1747. 4. contra Galeniſtas, & nimios vetuſtatis amatores ſcriptus, atque ignaros, in varias etiam linguas verſus Gallice ſub titulo *preſervatif contre la charlatannerie des médecins*, Leid. 1735. 8. tum Hiſpanice a Gregorio Majans Valenza 1729. 8. cum titulo *el mondo engannado per los falſos medicos*. Reſpondit Gazolæ Jac. Pylarini ſub titulo *medicina difeſa*, Venet. 1717. 12. * aliuſque ſcriptor cum titulo *il mondo diſingannato da' veri medici*. Sed laudant Gazolam ſcriptores diarii Eruditorum Italiæ. Sebastianus etiam Rotarius pro Gazola reſpondit, duriter utique, in libello *il medico padre*. Idem in *lettera all' autor del mondo diſingannato* anatomen, & inprimis recentiorem laudat, & antiquam illam deprimit.

J. Læti *charlataneriam medicorum* germanice vertit Freyſingen 1717. 8. Burch. Verus auctor eſt J. Daniel Longolius.

Alexandri Knipsmacoppe *pro empirica medicina adverſus theoriam*, Patav. 1717. 4.

J. Georg. Meintel *theologus philiater ſeu medicinæ amans rationibus idoneis defenſus*, Norimberg. 1717. 8. * Pl.

J. God. Hahn *de medicina Germanorum veterum*, Lipſ. 1717. In Ej. libro *de variolarum antiquitatibus* jam laudato multa occurrunt ad hiſtoriam medicinæ, & juncta prodiit epiſtola qua oſtendit Mesues ſcripta eſſe, quæ ſub J. Damasceni titulo exſtant.

In Vratislaviensium collectionibus (*Breslauer Samlungen*) plurima ad hiſtoriam novorum inventorum, lites medicas novoſque libros ſpectantia continentur. Sic in *Actis Berolinenſibus* vitæ medicorum chemicorum celebrium & archiatrorum Brandenburgicorum exſtant.

Laurentii Robers *de idea boni medici*, Upſal. 1718. 4.

C. T. A. S. *medicus afflictus*, Budingen 1718. 8. *

C. E. Kleinfeld *ein neuer medicus ein neuer kirchhof*, Rinteln. 1718. 4. *

Memoria Petri *ab* Hartenfels, Erfurt. 1718. fol.

Bartolommeo Corte *notizie iſtoriche intorno a' medici ſcrittori Milaneſi, e a principali ritrovamenti fatti in medicina dagl' Italiani*, Milan. 1718. 4. Breves hiſtoriolæ medicorum Mediolanenſium, Ticinenſium & denique totius Italiæ cum emortualibus annis, natalibus, epitaphiis. Lazarus Augustinus Cotta & Johannes de Sitonii appendicem aliquam, & catalogum medicorum Mediolanenſium ſeculi XV. adjecerunt.

J. VVoodv-

J. VVOODVVARD *ſtate of phyſic and of deſeaſes*, 1718. 8. latine cum titulo *medicinæ & morborum ſtatus* recuſus eſt Tiguri 1720. 8. Præter theoriam miram variolarum, ortarum a nimiis ventriculi ſalibus, quos ſolum oleum domet, & præter refutationem methodi, qua in ſecunda febre alvus ducitur, ſatyra eſt in medicos, & mores ſeculi. Contra VVOODVVARDUM, inſignem JACOBITAM, ſcripſit D. BYFIELD. Reſpondit neſcio quis in libello *A Sober vindication of* D. VVOODVVARD, Lond. 1719. 8. qui mera eſt in FRIENDIUM & MEADIUM declamatio, tum alius in *lettre au triumvirat de* FRIEND, MEAD & C.. Lond. 1719. 8. quam non vidi. * Ad pugnam uſque hæ cum MEADIO lites exarſerunt. Reſpondit etiam VVOODVVARDO JOHANNES QUINCY in *examination of* VVOODVVARD'S *ſtate of phyſic and diſeaſes*, Lond. 1719. 8. * De ea lite vide *Journal des* SAVANS 1720. M. *Jul.*

ABRAHAMI VATER *de incrementis artis medicæ*, VVittemb. 1718. 4.

DOMINICI GAGLIARDI *idea del vero medico*, Rom. 1718. 8. *

TOPÆNANTHES (JOH. FRID. ORTLOB) *de Moſe chemico*, Tilienroda (Lipſ. 1718. 4.) PL.

BLASII CARYOPHILLI *diſſertationes miſcellaneæ* quarum ſexta eſt de icone ASCLEPIADIS, Rom. 1718. 4. cum ejus viri vita. In nupero EJ. *de herculanis thermis* opere exſtant varia de medicis caſtrenſibus & valetudinariis.

BLASII CARYOPHILLI vita ASCLEPIADIS in GIORN. de LETTER. recuſa exſtat.

DANIEL HOFMAN cum *adnotationibus medicis in hypotheſes Goueyanas* edidit Francofurti 1719. 8. deſcriptionem itineris ſui gallici & ſtatus artis medicæ qualis anno 1718 Pariſiis fuit.

JUSTI CHRISTOPH. BÖHMER *memoria Profeſſorum Helmſtadienſium ex medicorum ordine*, Helmſtad. 1719. 4. BOECKELII, PAXMANNI, VVIGTI, NEUVVALDI, BIERMANNI, SIGFRIDI, FREYTAGII, PARCOVII, ARNOLDI VVERNERI, LIDDELII, ADAMII, FREIDAGII, LUCHTENII, ARNISÆI, VVOLFII, VOGLERI utriuſque, HENRICI MEIBOMII, J. JUNGII, TAPPII, H. CONRINGII, H. MEIBOMII, F. SCHRADERI & J. STISSERI vitæ hic traduntur.

J. SAMUEL CARL *noſocomium academicum, i. e. pia deſideria von aufrichtung eines lazarets zum nutzen der kranken armen und et ablirung der mediciniſchen und phyſicaliſchen vviſſenſchaften*, Buding. 1719. 8.* EJ. *vorſtellung vom decoro Medici*, Budingæ 1723. 8.

A. QUIRINI RIVINI *ſeries Decanorum Lipſienſium*, Lipſ. 1719. 4. Cum Bibliotheca ejus, quæ ex præcipuis eſt, clari viri vita deſcripta exſtat Lipſ. 1727. 8.

GUIL. JUCH *de præparatione ad lectionem veterum medicinæ auctorum*, Hall. 1719. 4.

J. HENRICI *von* SEELEN *de medicorum meritis in S. Scripturam*, Lubec. 1719. 4.

GEORGII DETHARDINGII *de meritis* LUTHERI *in artem medicam*, Roſtoch. 1717. EJ. *de neceſſitate medicinæ ex natura termini vitæ*, ibid. 1719. 4. EJ. *memoria* J. E. SCHAPER, ibid. 1721. 4. EJ. *an ſtudioſus medicinæ citra vivi D. vocem propria induſtria ſufficientem ſibi comparare queat ſcientiam*, Hafn. 1734. 4.

DANIELIS VVILHELMI TRILLERI, viri doctiſſimi, HIPPOCRATES *falſo atheiſmi accuſatus a* GUNDLINGIO, Rudolſtatt. 1719. 8. Defendit HIPPOCRATEM diſtinctione facta inter θερμὸν, quod de DEO interpretatur, & φύσιν, & paſſim ſatis probabiliter bonum ſenem excuſat, atque oſtendit parum notum fuiſſe GUNDLINGIO, cujus accuſatio exſtat in *otiorum Halenſ.* P. II. Omnia pene Coi Senis opera pro genuinis recipit. EJ. *epiſtola critica ad* D. FREIND *ſuper* I. *&* III. *Libros epidemiorum*. *Agitur etiam de variis editionibus*, *M. SS.*, *ſtylo*, *dialecto* HIPPOCRATIS, Rudolſtatt. 1720. 8. ſcripſiſſe monet Ionice ſed attico ſermone miſto. Utique ſudores inter criſes recepiſſe, & pulſum perſpexiſſe, contra FREINDIUM docet. Paſſim textus corrigit, FOESIANAM editionem præfert. EJ. *de nova editione* HIPPOCRATIS *adornanda*, Leid. 1728. 4. Eruditionem ſummam hic oſtendit in ſpecimine, quo librum *de anatome* commentario illuſtratum edidit. Vitia autem & bona omnium editionem æſtimat. Utinam raræ, & hac ætate rariſſimæ eruditionis, vir abſolviſſet laborem, noſtraque ſtudia ſimili omnium HIPPOCRATICORUM operum editione adjuviſſet!

J. HERMAN FURSTENAU *de fatis medicorum* oratio, Rintlen 1720. 8. EJ. *deſiderata* huc citam referri poſſunt.

FRID. EHRENHOLD NICII *de ratione altero medicinæ fulcro neceſſario*, Argentor. 1720. 4.

JOH. FREIND *oratio anniverſaria Harveiana*, Lond. 1720. 4. * EJ. *hiſtory of phyſick*, *from*

from the time of GALEN *to te beginning of the ſixteenth Century* Pars I. Londin. 1725. Pars II. 1726. 8. varie recuſa latine in operibus omnibus auctoris latine verſis, Pariſ. 1735. 4. & Leidæ 1734. 8. Cum vita auctoris ibidem hiſtoria prodiit Gallice 1727. 4. tum Pariſ. 1728. 4. Hoc opus auctor in carcere ſcripſit, quo CLERICI laborem GALENI ævo, ad renovatas uſque literas continuavit, quibus temporibus Græci poſteriores & Arabes & recentiores *barbari* continentur. Vitas brevius deſcripſit in iis recenſendis curioſior, quæ quiſque auctor in morborum hiſtoria, aut curatione primus inveniſſet aut emendaſſet, eamque occaſionem nactus nonnumquam etiam poſterioris ævi cogitata & ſua admiſcet, exemplo deliquii animi a paracenteſi, aneuryſmatis, hydroceles, peſtis ſeculi VI. variolarum, luis venereæ. Facile oſtendit, ALEXANDRUM egregium virum fuiſſe, & faventius judicium mereri. Arabes, quales ab interprete nactus eſt, percurrit, & ALBUCASEM atque AVENZOAR reliquis præfert, cum ego RHAZEM mallem. In barbaris curioſus fuit, etiam obſcurioribus, ut JOHANNE ANGLICO, & in LINACRO finem fecit. Debemus certe FREINDIO plurima utilia, quæ in auctoribus neglectis latent, ut multa tamen illaudata reliquerit, æque bona. Contra FREINDIUM ſcripſit anonymus *obſervations on* D. FREINDS *hiſtory of phyſick ſhevving ſome falſe repreſentations of antient and modern phyſicians by* C. VV. M. D. 1726. 8. quem lego eſſe C. VVINTRINGHAM. JOHANNES etiam CLERICUS fratris famam, cujus errores chronologicos retexerat FREINDIUS, vindicare conatus eſt in T. XXVI. *Bibliothecæ* quam dixit *ancienne & moderne*. Acriter autem reſpondit pro FREINDIO JOHANNES BAYLLIE in libro *a defenſe of* D. FREIND *and his hiſtory of phyſick in anſvver to the reflections of M. le* CLERC *vvith remarks upon the age of the introduction of chymiſtry in phyſic*, &c. London 1727. 4. & 1733. 8. Facile oſtendit, veras eſſe cenſuras FREINDII de ætate ÆTII, PAULI, TRALLIANI, quorum tempora non vera a R. MOREAU receperat CLERICUS. Oſtendit MESUEN primum utramque vim adſtringentem & purgantem in Rheo adgnoviſſe, RHAZEM ante AVICENNAM chemica aliqua deſcripſiſſe, ACTUARIUM non valde Arabes ſecutum eſſe, &c.

JOH. FREIND *hiſtory of phyſick*, &c. junctim cum aliis operibus ſæpe prodiit, & nuper ſola 1751. 8. vol. 2. Londini.

NIC. LANZANI *opus medicum quadripartitum complectens characterum chymicorum hermenejam, vocabulorum medicorum euphoniam, dictionum medicarum orthographiam* ..... Neapoli 1721. 4. Tria lexica & auctoritates ad ſyllabas breves longaſque, tum conſilia ad recte concinnandas formulis, &c.

The Doctor ſcarify'd, London 1721. 8. Satyra & conſilia ad ſtudia medicinæ maturius perficienda.

C. PH. BERNH. VALENTINI *labyrinthus medici ſtudii feliciter ſuperandus*, Gieſſ. 1721. recuſus cum *corpore juris imperialis*, eſt compendium methodi ſtudendi.

MICHAELIS ALBERTI aliqua huc pertinent, ut in opuſculis *mediciniſche und philoſophiſche ſchriften*, Hallæ 1721. 8. excuſis, ubi de *pedantiſmo medico* (contra PANCRATIUM VVOLF) & *de vana & inperfecta ſtudii mechanici applicatione ad medicinam* agit acrius & acerbius, quam oportebat. EJ. *de medicina apud Ebræos & Ægyptios conditione*, Hall. 1742. 4. EJ. *tentamen lexici medici realis obſervationum medicarum ex variis auctoribus ſelectarum*, Halæ 1727. 4. pars altera 1731. 4. prodiit.

SEBASTIANUS MELLI in *arte medico-chirurgica eſaminata*, Venet. 1721. 8. inprimis medicinæ & chirurgicæ laudes conatur ornare. In *Diſpaccio* VII. HIPPOCRATEM defendit contra GENGAM.

CAR. FRANCISCI COGROSSI *pro virtute medica adverſus fortunam*, Brixiæ 1721. * EJUSD. *ſaggi della medicina Italiana*, Padoa 1727. 4. Hiſtoriam dat SANCTORII ejuſque inventa laudat, polſilogium, anemometron, æolipilam, acum triquetram, catheterem trifidum pro extrahendo calculo. Iatromathematicos exagitat. EJ. *de medicina brevitate* diſſertatio in *opuſculi ſcientif. e ſilol.* T. XIII. & *de fallacia medica* T. XVII.]

GEORGII GOTTLOB RICHTERI ILL. collegæ noſtri doctiſſimi, *medicina firmis certiſque fundamentis innixa*, Kilon. 1722. 4.

Statuta moralia Collegii Regii medicorum Londinenſium, Londin. 1722. 4. *

J. E. RABE *de* HIPPOCRATE *barbaris opem negante*, Lipſ. 1722. 4.

J. KING ſatis aſpera epiſtola in qua D. VV. TRILLERI *epiſtola ad* FREINDIUM *ad examen revocatur* exſtat Cantabrig. 1722. 4.

TIMO-

TIMOTHY VAN BUSTLE (nomen fictum) *art of getting into the practice of phyſick*, Lond. 1722. 8. *

J. JOACHIM BECCHERS celebris chemici & politici *leben*, Nurnberg 1722. 8. Auctor eſt URBANUS GOTTFRIED BUCHNER. Ea etiam vita a CL. ZINKIO in *Leipziger Samlungen* repetita eſt.

FRID. PARSAY *medicus ad ſpartam reipublicæ ornandam aptus*, Schneeberg. 1722. 4. *

C. POLYCARP LEPORIN *leben* FABRICII *von* HILDEN, Quedlinburg 1722. 4. KAESTN. EJ. *Germania literata oder das itzleben gelehrte Deutſchland*, Quedlinb. 1724. 8. EJ. *ausführlicher bericht vom leben und ſchriften* D. LAURENTII HEISTERS, Quedlinburg. 1725. 4. Præter merita patroni ſui varia lectu digna habet de avaritia & iniquitate RAVII. Error eſt, quod CL. HEISTERO inter inventa tribuat nervi decimi ſeparationem a nervis capitis, ut qui deſcendat infra vertebram ſecundam.

Ad CÆLII AURELIANI editionem ſuam AMMANUS præfatus eſt de hiſtoria *medicinæ methodicæ*.

J. JAC. BAIERI (& FRANC. BUTTNERI) *de probabilitatibus medicis*, Altdorf. 1722. 4. EJ. *de teſtimonio medico, futuro practico neceſſario* 1706. *de jucundo in praxi medica obſervando* 1705. EJ. *de quibuſdam aſylis ignorantiæ* 1718. 4. *de patientia medicorum*, Altd. 1724. EJ. *iatro-aliptia veterum*, Altdorf. 1723. 4. EJ. *de temperantia medicorum* Altdorf. *idea boni medici caſtrenſis* 1721. & *orationes* junctim editæ anno 1727. in quibus *de honorariis & præmiis medicorum; de honorifica medicorum appellatione; de politia medica & academica analogia; de communibus medici & prorectoris academici virtutibus*. EJ. *biographia profeſſorum medicinæ qui in academia Altorfina umquam vixerunt*, Norimb. & Altdorf. 1728. 4. Ex melioribus in hoc genere ſcriptis eſt, & ſolicitum librorum cenſum continet. EJUS etiam *adagia medicinalia* ab anno 1711. ad 1717. novem diſputationibus propoſita & anno 1718. 4. junctim edita utcunque huc faciunt. EJ. *ſchediaſma de edendo* CELSO jam anno 1720. Altdorfii prodierat. EJUSD. exſtat περὶ τῆς τῶν ἰατρῶν εὐσεβείας jam Altd. 1704. 4. edita oratio.

HERMANNI OSTERDYCK SCHACHT *de firmitate artis medicæ*, Leid. 1723. 4. EJ. *de medico exercitato*, ibid. eodem anno. Eæ recuſæ ſunt additis etiam orationibus *de iis quæ medicum ad artis exercitium ſe accingentem præcipue ſcire oportet & de prudentia in ratiocinio phyſico & medico neceſſario obſervanda*, Leid. 1734. 4.

PAULI GOTTLIEB VVERLHOF *de medicina methodica ſecta ejuſque uſu & abuſu*, Helmſtad. 1723. 4. Cum bono judicio vir ingenioſiſſimus ea collegit ex auctoribus, quæ huic ſectæ propria ſunt. In ſcripto jam laudato contra J. G. HAHNIUM multa etiam ad hiſtoriam artis propoſuit.

VVILHELMI PAULI *funeralia*, Lipſ. 1723. fol.

E. E. STAHL *de diverſitate medicinæ dogmaticæ & empiricæ*, Leid. 1723. 4.

GIACINTO GIMMA *idea della ſtoria dell' Italia letterata diviſa in due tomi*, Napoli 1723. 4. jura equidem coluit, & in vaſti ambitus opere omnes omnium artium ſcriptores complexus eſt. Ad medicinam tamen aliqua pertinent & elucet auctoris ſtudium, quo gloriam inventorum ad ſuam gentem conatur transferre.

J. CHRIST. ETTNER *vade & occide Cain*, Lipſ. 1724. 8. in eaſdem ridiculas voces etiam P. AMMANI exſtat diſſertatio.

JOH. le THIEULLIER & BERNARDI de JUSSIEU, *Eſtne medicina a ſyſtematibus certior*, Pariſ. 1724. 4.

MARIA CHIARIANNA *l'obbligo de' medici, chirurgi, e ſpeciali*, Veron. 1724. 8. *

CONRADI ZUMBACH a COESFELD *de vero in medicina inveniendo*, Leid. 1724. 4.

RICHARDI MEAD *diſſertatio de nummis Smyrnæis in honorem medicorum percuſſis*, Londini 1724. 4. Leidæ 1725. 8. & nuper Gotting. 1748. 8. una cum *oratione anniverſaria* HARVEIANA recuſa. In iſta breviter perſtringitur hiſtoria medicæ artis, & medicis honor ſuus & libera conditio aſſeritur ex legibus Athenienſium aliorumque populorum, medicorumque ſervos chirurgos fuiſſe, & unctores, alioſque medicorum miniſtros, familias multas Romanas medicam artem exercuiſſe, &c. Denique laudantur de more ii qui *Collegium M^{co} dicum Londinenſe* ex teſtamento ditarunt. In *diſſertatione* elegantiſſima deſcribuntur nummi plerique a D. CHISHULL Smyrna relati, in quibus nomina medicorum Eraſiſtrateæ & Herophileæ ſectæ excuſa exſtant, cum Symbolis deorum medicorum. In *notis* declarantur

nummi, & vitæ medicorum, qui plerique in ſua republica ex principibus fuerunt. Subjiciuntur nummi aliqui Romani gentis Rubriæ. Magnum ex hac diſſertatione literarium bellum exarſit. Nam vir alioquin eruditiſſimus CONYERS MIDDLETON, paradoxus uti notum neque æquus aliis aut viris aut opinionibus, ſcripſit Cantabrigiæ anno 1726. 4. *de medicorum apud veteres Romanos degentium conditione qua contra* J. SPONIUM *&* R. MEADIUM *ſervilem atque ignobilem fuiſſe oſtenditur*, qui liber anno 1734. 8. anglice verſus eſt Londini. PLINIO utitur ut oſtendat, Romanam gravitatem ſe ad artem medicam, etſi quæſtuoſiſſima fuerit, nondum dimiſiſſe; atque ante Cæſarum ævum, neminem ingenuum civem medicatum eſſe, ſed græculos unice infimæ ſortis & libertos & ſervos denique medicinam feciſſe. Negat chirurgos a medicis diverſos fuiſſe, negat liberos fuiſſe medicos, quod ſint prænomine uſi, refutat SPONIUM, aliquos ejus errores exagitat, nonnulla alter legit, negat reperiri medicum practicum apud Romanos qui una non chirurgus fuerit. Rubriæ & Aciliæ gentis nummos, a MEADIO productos ad aliquas ceremonias & peculiares eventus pertinere credit non ad veros ex ea familia medicos. Reclamatum eſt undique & edidit Anonymus ad C. MIDDLETONI *de medicorum apud veteres Romanos conditione qua ſervilem & ignobilem fuiſſe contendit Reſponſionem*, Londin. 1727. 8. juſto libro. Rhetorem vocat MIDDLETONUS. Reſpondit adeo fuiſse liberæ conditionis medicos, ut ſervi nonniſi in libertatem adſerti ea potuerint defungi. Eodem ordine & paulo meliori, quam Profeſſores liberalium artium fuiſſe: Glyconem Panſæ medicum in matrimonio vixiſse, liberum adeo, SENECAM medicos manifeſto liberos facere, VIBIUM RUFUM medicum in inſcriptione reperiri, CHARICLEM fuiſse ex amicis TIBERII. Medicinam dudum fuiſse diviſam, ut abuſu aliquo medici ſint dicti, qui unicam partem artis exercerent, CELSUM medicos a chirurgis ita diſtinxiſse, ut diverſis locis horum dederit catalogum, CRASSUM etiam apud CICERONEM utrumque ordinem manifeſto ſeparaſse. Alius anonymus exiguo libello MIDDLETONUM adgreſsus eſt Londin. 1726. 8. cui titulus *notæ breves in Diſſertationem nuper editam de medicorum apud veteres Romanos degentium conditione*. Aliquos medicos ſervos fuiſse, liberos alios oſtendit, & clinicos a chirurgis diverſos, & hoc quidem evidenter. Anglice etiam prodiit, Lond. 1734. 8. & auctor eſt PERROT VVILLIAMS. Alio anonymo auctore prodiit *in diſſertationem nuper editam de medicorum apud veteres Romanos degentium conditione animadverſio brevis* Londin. 1727. 8. Eadem fere habet, de diverſitate medicorum & ſervorum loca PLATONIS, de dignitate artis medicæ voces PLUTARCHI, CICERONIS. PLINII locum aliter interpretatur, ut ſignificet unice, Romanos novam ſectam in medicina non eſse orſos, ſed ad Græcos continuo tranſiiſse. Chirurgos a clinicis etiam ex loco CRASSI & aliunde ſeparat. Contra hos tres ſcriptores MIDDLETONUS jam acriter & parum civiliter reſpondit in *diſſertationis de medicorum Romæ degentium conditione ignobili ac ſervili contra anonymos quoſdam notarum brevium, Reſponſionis, atque animadverſionis auctores defenſione*, Cantabrig. 1727. 4. Negat ſatis certo CELSI ævo medicos a chirurgis diverſos fuiſse, ſed ægre ſe hoc loco defendit inique preſsus a loco CICERONIS, uti etiam incommode ſe tuetur adverſus ejuſdem TULLII alium locum, quo inter liberales & honeſtas artes medicinam refert. Contra eum libellum reſpondiſse ſub titulo *Diſſertationis* MIDDLETONII *de medicorum*, &c. *conditione defenſio examinata* JOHANNEM VVARD lego, & annum video eſse circiter 1728. librum non vidi. Anno ſequente CAROLUS LA MOTTE theologus ſcripſit *an eſſay upon the ſtate and condition of phyſicians amongſt the antients*, London 1728. 8. Artem magni a Græcis factam eſse, minoris a Romanis, quod a Græcis doceretur, quos ſpernebant Romani, &c. * In Germania varii aut medici aut alii hanc eamdem quæſtiónem agitaverunt, ut plerique MIDDLETONUM refutarent. POLCYCARPUS FRIDERICUS SCHACHER Lipſiæ edidit diſsertationem *de honoribus medicorum apud veteres*. J. HENRICUS SCHULZE diſsertationem *de ſervi medici apud Romanos & Græcos conditione*, Hall. 1733. 4. JULIUS CAROLUS SCHLÆGER *hiſtoriam litis de medicorum apud veteres Romanos degentium conditione*, Helmſtatt. 1740. 4.

FRIDERICUS ROHTSCHOLZ bibliopola edere cœpit anno 1725. *bibliothecam chemicam oder catalogus von chymiſchen büchern und lebens beſchreibungen berühmter philoſophen*, Nurnberg 8. & faſciculos 5. edidit.

BERNARDI SIEGFRID ALBINI variæ exſtant vitæ, J. JAC. RAVII cum ejus theſauris, Leid. 1725. 8. deinde G. H. FABRICII ab AQUAPENDENTE in editione *operum anatomicorum* Leidenſi anno

anno 1738. fol. & ANDREÆ VESALI in editione *operum anatomicorum & chirurgicorum* anno 1725. fol. Omnes ſingulari cura ex optimis fontibus decerptæ ſunt.

Inter J. B. BIANCHI orationes Genevæ 1723. 4. junctim editas pertinet huc *prima* dicta Bononiæ anno 1720. de meritis Bononienſium in medicinam; ob quam a J. B. MORGAGNO correctus eſt. Altera eſt de dignitate anatomes.

FRANCISCI van LEEMPOEL diſſertationem inauguralem jam dixi *in anatomicis*.

C. GOTTLIEB SCHVVARTZ & BAIERI filii *de Æſculapio & Hygiea Diis φιλανθρώποις* eruditiſſima diſputatio, Altdorf. 1725.

LUD. CHR. CRELLII *Antonius Muſa Auguſti medicus obſervationibus varii generis illuſtratus*, Lipſ. 1725. 4.

RICH. HALE *oratio* HARVEIANA *in laudem Anglorum qui artem medicam inventis utilibus & eximia ſcientia illuſtrarunt*, Lond. 1725. 4. PL.

VV. U. VVALDSCHMIDT *de valore medicinæ & chymiæ hodiernæ*, Kilon. 1725. 4.

In Trivultinis hujus anni reperitur celebris illius ſchematum delineatoris Abbatis de S. PIERRE *mémoire pour perfectionner la médecine*. Proponit Academica præmia & alia minime mala præſidia.

J. de GORTER *de dirigendo ſtudio in medicinæ praxi, ſeu de tabulis pro diſciplina medica concinnandis*, Harderovic. 1726. 4. Modum facilem docet, quo poſſimus cum temporis compendio medicas obſervationes in chartas conjicere.

Inter THOMÆ SIMSON *de re medica diſſertationes* IV. Edimburgi 1726. 8. editas ſecunda huc pertinet, qua medicina veterum laudatur, ob victum & præſagia.

Réponſe à la queſtion ſi les médecins peuvent & doivent prendre part aux affaires de l' Egliſe, Paris 1726. 4. Tribuitur HECQUETO.

Programma *de vita & morte* J. A. SCHMIDII, Helmſtatt. 1726. fol.

GEORG. HENR. GOETZ *Κηπόφιλον ſeu de eruditis hortorum auctoribus*, Lipſ. 1726. 4. germanice.

CHRIST. GOTTFR. STENZEL *de præjudiciis a medicina removendis*, Helmſtad. 1726. 4. *de ſuperfluis atque inutilibus e pathologia* 1733. EJ. *vom ſchlendrian der ſtudioſorum & Profeſſor. medic.* 1733. EJ. *de ſyncretiſmo medico utili & neceſſario* 1734. EJ. *medicus ab iniquis judiciis vindicatus* 1738. EJ. *de nefanda iniquiſſimorum quæ haud raro medicis tribuuntur præmiorum conditione*, VVittemb. 1742. 4.

CHRIST. GOTTFR. STENZEL etiam eſt *defenſio* HIPPOCRATIS (*Epid.* VI. S. V. §. 12.) *fuci non mali accuſati*, VVittemb. 1745. 4.

J. R. MIEG *de obitu* THEODORI ZVVINGERI, Baſil. 1726. 4.

PETRI AGUENZA *defenſa de la medicina y de los medicos contra el theatro critico univerſal* (Patris FEYOO) Madrit. 1726. 4. * Scripſerat J. BENEDICTUS HIERONYMUS FEYOO *de incertitudine artis medicæ*, quod opuſculum ſub titulo *the incertainty of phyſic* prodiit Londin. 1739. 8. *

FRANCESCO LLORETY MARTI *apologia de la medicina y ſus doctos Profeſſors contra los errores vulgares*, Madrit. 1726. 4.

In *Mémoires de l' Acad. Roy. des Inſcriptions* 1726. continetur CL. MAHUDEL de CELSI *vita & ſcriptis* diſſertatio.

G. D. GOSCHVVITZ *cautela medico-politica*, Hall. 1726. 4. EJ. *memoria* prodiit, Hall. 1729. fol.

ANTONII COCCHII *medicinæ laudatio in Gymnaſio* Piſis habita, Lucæ 1727. 4. EJ. *de uſu artis anatomicæ*, Florent. 1736. 4. De medica & anatomica peritia ERASISTRATI & HEROPHILI quos negat vivos homines ſecuiſſe. EJ. *diſcorſo dell' anatomia*, Florent. 1745. 4. huc pertinet ob codicem Mediceum, cujus vera hic hiſtoria habetur, & de APOLLONIO CITIEO, CELSO (quem edere promittit & aliquas addit obſervationes) & HEROPHILO.

J. LAUR. de MOSHEIM & H. ab ALVVOERDEN *hiſtoria* MICHAELIS SERVETI, Helmſtad. 1727. 4. a S. R. Præſide retractata & edita ſub titulo *andervveitiger verſuch einer hezer hiſtoire* Helmſtad. 1758. 4. quæ editio multis monumentis publicis auctior & nuper anno 1750. 4. *appendice* ditata eſt. Vitam viri ſui pleni & pervicacis undique ſollicite congeſſit, de libris ejus ex M. S. ſibi lectis codicibus egit, & locum celebrem de circulatione ſanguinis minori anno 1553. in Libro *de reſtitutione chriſtianiſmi* editum inſerit. Liceat hic quærere, ſi crudelior hic CALVINUS fuit, cur capite plexi in Saxonia Crypto Calyniſtæ? carceri tot annis incluſis PEUCERUS?

FRANCESCO GARCIA CABERO *templador veterinario de la furia vulgar en defenſa de la facul-*

dad

dad veterinaria contra el diſprezzo que de todos baza el D. FRANC. SUAREZ de RIBEIRO, Madriti 1727. 4. *

ALEX. MARTINEZ *reparos medicos*, Madriti 1727. 4. *

REMIGIO LOPEZ de UNZUETA *certo en que dice loque ſente ſopra el popel deſagravio de la medicina*, Valladolid. 1727. 4. * vitioſe ſcriptus titulus quem corrigere non potui.

GERH. STOER *ob es nöthig ſey die praxin und chirurgie und apotheker kunſt zu vereinigen*, Helmſtad. 1727. 4. adverſus GOELICKIUM.

J. HENRICI SCHULZE *hiſtoria medicinæ a rerum initio ad a. u. c.* 535. Lipſ. 1728. vir eruditiſſimus latine, græce, arabice, nummorum peritus, apprime gnarus veterum, meliori fortuna digniſſimus, non infeliciter eam ipſam hiſtoriæ partem retractavit, in qua CLERICUS laboraverat, brevior & meliori ordine uſus, addidit varia ad Chinenſium, Malabarum, Ægyptiorum Medicina, quæ omnia leviter adtigerat CLERICUS, HIPPOCRATIS dogmata dilucide propoſuit, in PLATONE varia invenit, ibi vulgo non reperta, ut efferveſcentiam ſalis acidi & lixivii. Accurate etiam ERASISTRATI theoriam tradidit. Ingenuitatem medicorum adferuit. Valde dolendum eſt periiſſe omnem ſpem de continuatione operis, cujus pars in hac raritate ejus ſtudiis inprimis optabilis erat, qua Arabum hiſtoriam traditurus erat. EJ. *compendium hiſtoriæ medicæ a rerum initio ad* HADRIANI *exceſſum*, Hall. 1741. 8. CELSI hic, DIOSCORIDIS, ARETÆI, methodicorum, hiſtoria additur priori operi *de juſta ſtudii anatomici æſtimatione* programma, Altdorf. 1720. 4. EJ. *de periergia in anatome evitanda* progr. ibid. 1720. 4. EJ. *vita* F. HOFMANNI, Hall. 1740. 4. EJ. *de artibus mutis* VIRGILII, Hall. 1742. EJ. *de experimentis medicis majori auſpicio capitis*, ibid. 1741. In diſputatione de *Helleboriſmis veterum*, & paſſim alibi hiſtoriam etiam adtigit. EJ. a morte *bibliotheca* prodiit Hall. 1745. 8.

J. G. GMELINI egregii chimici & pharmacopolæ *vita*, Tubing. 1728. fol.

J. G. GERET *nævi medicoru m theologici ex hiſtoria literaria adumbrati*, VVeiſſenburg 1728. 4.

J. OOSTERDYCK SCHACHT *de arcto quo philoſophia cum omnibus præſertim medicis ſcientiis nectitur vinculo*, Franeker 1728. fol.

J. GOTTHELF STEMLER *epiſtola probans, Doctorum medicinæ perfectum exiſtere poſſe neminem niſi ſit philoſophiæ peritus*, Lipſ. 1728. 4.

EAN. PASSAVANT *de medico ejuſque jure & privilegiis*; Baſil. 1728. 4. docta diſputatio.

Anno 1728. ceperunt edi, & hactenus continuantur *Raccolta d' opuſcoli filologici & ſcientifichi*. Vitæ variæ medicorum ea collectione continentur, PACCHIONI, LANZONI, MICHELI, BARTHOLETTI, PETRI de ABANO.

J. CHRISTOPH. GÖTZ *ſcripta* G. E. STAHLII *aliorumque ad ejus mentem differentium ſerie chronologica*. Ed. II. *accedit ſupplementum* I. *ſcripta ad hunc uſque diem edita exhibens*, Noriberg. 1729. 4. Alios libros cum analyſi & compendio, alios titulo tenus recenſuit, conjunctis ad eam ſectam etiam J. Z. PLATNERO, HENKELIO, aliisque minus publice Stahlianis.

D. ANTONIO de MONRAVA *antiquedad e Ribero impugnados*, Madrit 1729. 1730. 4. *

J. M. GROSS *bibliotheca hydrographica*, Noriberg. 1729. 4.

HENR. FRIDR. VVALTHERS *rühmliches denk und ehren mahl*, Lipſ. 1729. fol. *

HURLE *eſſay upon the ſtate of phyſic in the old and nevv teſtament*, Lon. 1729. 8. *

J. CHRIST. TROPANNEGGER *Funeralia*, Dreſd. 1729. fol.

GRÆME *eſſay of acquiring knovvledge in phyſic*, Lond. 1729. 8. *

HERM. *von der* HARDT *memoria* J. CAROLI SPIES Prof. Helmſtadienſis, Helmſt. 1729. 4.

CHRISTIAN EHRLICH *empiria denudata die entlarvete quakſalberey*, Hall. 1729. 4. De damnis oriundis ex toleratione empiriæ.

ELIÆ CAMERARII *epiſtolæ Taurinenſes* ad hiſtoriam medicam omnino pertinent. EJ. diſputatio *de medicinæ depradatione per philoſophiam*, Tubing. 1731. 4.

Des Churf. in Sachſen confirmation der mediciniſchen ſocietaet in Budiſſin, Dreſ. 1729. fol.*

DANIEM VINL *de medicina ejuſque præſtantia*, Traject. 1729. 4. EJ. *amœnitates philologico-medicæ*, Traject. 1730. 8. Pertinet & ipſe ad litem MIDDLETONIANAM, & pro ſcopo habet oſtendere medicos, & liberos fuiſſe & honoratos, clinicos in diviſione artis præcipuum locum tenuiſſe, ſervos vero clinicorum fuiſſe pharmacopolas & chirurgos (propter quam ipſam, ut credebat, injuriam in VENKIUM ſcripſit PETRUS DU PUY.) Undique farraginem collegit, minus in recipiendis opinionibus difficilis. Ita ob antidoton Eſdræ per- ſua-

ſuadetur ESDRAM medicum fuiſſe. MICHAELEM de MONTAGNE, adeo celebrem ſcriptorem numquam vidit, & corrupto nomine citat MORTAIGNE.

CHR. STEPH. SCHEFFEL *de peregrinationibus philiatrorum* Gryphiſvvald. 1730. 8. IDEM cum epiſtolis SCHELHAMMERI ejus viri vitam edidit.

MARTIN. GOTTH. LOESCHER *de medicorum meritis in Auguſtanam confeſſionem*, VVittemberg. 1730. 4.

J. QUINCY *lexicon phyſico-medicum*, Lond. 1730. 8.

D. RIBERO *reſtauration de la medicina antigua*, Madriti 1731.

CHRISTOPH. AUG. HEUMANNI venerabilis noſtri collegæ progr. *de eloquentia medici*, Gotting. 1731. 4.

J. GERHARDI VVAGNER *de matheſeos in medicina & præſertim practica utilitate*, Helmſtad. 1731. 4. EJ. *bedenken von des vvindmüllers curen*, Lubec. 1744. 4. EJ. *gedanken vvie die abnehmenden vortheile der praxis zu verbeſſern*, ibid. 1739. 4.

FRID. OTT. MENKE *comment. de vita, moribus, ſcriptis meritiſque* HIERONYMI FRACASTORII, Lipſ. 1731. 4.

Eodem anno in *actis Trivultinis* JOHANNES ASTRUC dedit ſchema hiſtoriæ Monſpelienſis omniumque in omnibus cathedris profeſſorum. Originem ponit ad annum 1120. & cathedrarum quatuor medicarum ad annum 1498. EJ. laudavimus pleniſſimum catalogum ſcriptorum de lue venera, qui in opere de eo morbo continetur.

HIER. DAV. GAUBII *or. de chemia artibus academicis inſerenda*, Leid. 1731. 4.

J. JAC. MANGET *bibliotheca ſcriptorum medicorum veterum & recentiorum*, Genev. 1731. fol. vol. 2. Bonus ſenex, cum hoc opus compilaret, octogenarius aut major fuit. Addidit LINDENIANIS vitas inprimis Italorum aut communicatas, aut ex recentioribus biographis TOPPIO, MONGITORIO, GIORNALE de' LETTERATI deſumtas, judicia etiam ex Actis Eruditorum Lipſienſibus adjecit, & in eo nimius fuit, quod etiam ipſa opuſcula medicorum recentiorum ex EPHEMERIDIBUS NAT. CUR. aliiſque *actorum* collectionibus operi, hinc juſto nimis grandeſcenti, inſeruit. Mendis ubique ſcatet. CRONENBURGIUS uno loco, altero DESSENIUS reperitur. VINCENTIUS ALSARIUS a CRUCE bis in una pagina exſtat. Sic LUCIUS a CLAF, SYMPHORIANUS, RIVINUS, THRIVERIUS, VARRO, VVOLFIUS, HUGO SENENSIS. Alia nomina ridicule corrupta VITI RIEDLINUS pro VITO RIEDLINO, &c.

Anno 1731. etiam edi cepit *commercium literarium phyſico-technicum Noricum*, quo continentur plurimæ novorum ad artem noſtram ſpectantium librorum cenſuræ & compendia, & vitæ medicorum, & novorum memoriæ.

GOTTLIEB STOLLE *anleitung zur hiſtorie der mediciniſchen gelahrheit*, Jen. 1731. 4. Bonus unice delectabatur hiſtoria literaria, & in hac ejus parte adjutus eſt CL. KAESTNERI opera, ad quem *pars ſpecialis* neque exigua portio partis generalis pertinet. Continet hiſtoriam primo medicinæ in univerſum, a rerum ortu, cum brevibus vitarum & opinionum compendiis. Deinde partes medicinæ anatomen, pathologiam, ſemeioticen, therapiam, pharmaciam, chirurgiam, diæteticen ſingulatim percurrit, earumque aliquos, qui ipſi præcipui viderentur, auctores eorumque vitas & inventa percurrit, multus in editionibus recenſendis inque vitis, multumque uſus biographis, & librorum catalogis. EJ. *hiſtorie der gelahrheit denen zum beſten die den freyen künſten und der philoſophie obliegen*, Jen. 1736. 4. aliqua ex parte ob phyſicos Libros hic pertinet.

BARTHOLOMÆI LAVAGNOLI *de uſu pravo & recto diſciplinarum optimarum in medicina* P. I. *de uſu chimiæ*, Patav. 1732. 4. Antiquitates chemiæ refutat. Chemicos auxiſſe medicinam, ſed nocuiſſe oſtendit, &c.

In *Actis Edimburgenſibus* non novorum ſolum librorum recenſiores, ſed brevia compendia novorum inventorum ſingulos ad annos continentur.

J. HENR. SCHUTTE *unterricht von den urſachen der krankheiten und des todes, von der arzneykunſt vvahren nutzen uud ſcheinaerzten*, Soeſt. 1732. 8. *

LUD. de NEUFVILLE & T. TRONCHIN *ſchema lexici medici* quod numquam prodiit Amſtelodami anno 1732. excuſum eſt.

J. CH. VVOLF *der entdekte falſarius und plagiarius d. i. gründliche nachricht vvieder* DAVID FRIEDELS *confiſcirte ſchriften*, Dreſd. 1732. 8.

J. CONR.

J. Conr. Lochman *de theoria medica praxis præmittenda & præferenda*, Baſil. 1732. 4.

J. Ad. Kulmus *de quibuſdam præjudiciis medicis*, Gedan. 1732. 4. Medicum obſtetriciæ artis & chirurgiæ oportere peritum eſſe.

Balthas. Venatoris *vita* Petri de Spina *cum* Georg. Chr. Johannis *adnotationibus & appendice de* Petri de Spina *junioris vita, meritis, obitu, ampliſſimaque progenie*, Biponti 1732. 4. Pl.

J. Casp. Thym vita cum deſcriptione *aquarum mineralium alsvvaſſer* prodiit Schvvednitz 1732. 8.

Christ. Lud. Scheid hiſtoriographi Regis & Electoris noſtri *laudatio funebris qua manibus* J. Valentini Scheidii *juſta parentalia perſolvit*, Argentor. 1732. fol.

Francis. Clifton *the ſtate of phyſic antient and modern briefly conſider'd with a plan for improving it*, London 1732. 8. & cum titulo *état de la médicine pratique ancienne & moderne*, Paris 1742. 8. vol. 2. In prima parte continetur compendium hiſtoriæ medicæ ſatis ad Freindii morem, neque abſque vitiis. Nam Theophrastum generum facit Aristotelis pag. 30. Aretæum malam tradidiſſe anatomen, Cleopatram ſucceſſores habuiſſe, pro exemplis ſunt minus ſollicitæ hiſtoriæ. Empiricos mire laudat, Hippocratem huic gregi adnumerat, adtractionem ab eo defenſam fuiſſe adfirmat. Galenum rejicit, quod ratiocinio praxin ſuperſtruxerit. Anatomicorum & chemicorum recentiorum induſtrium vituperat, laudat veterum prognoſin, & balnea. Denique delineat methodum, qua poſſit in noſodochiis ad merum naturæ ductum hiſtoria morbi configurari cum exemplo tabulæ, laudat, cum Baglivio legem, qua ſanciretur, ut notabiles obſervationes chirurgorum & medicorum ad proprium collegium referentur; &c. Verſioni, cujus auctor eſt A. des Fontaines adjectæ ſunt *Expériences ſur le reméde de* Jeahne Stephens *faites par* E. Hales.

Franc. Joseph. Grienvvaldt *album Bavariæ iatricæ*, Monach. 1733. 8. Scriptores patrios, eorum breves vitas & libros, aut diſputationes editas & ineditas, recenſet, obſcuros pleroſque aut viros aut libros, & non raro ex aliis catalogis repetitos, vehementer catholicus, qui Fuscsium omnium Bavavorum celeberrimum illaudatum relinquat, tamquam hæreticum.

Jacobi Thomasii poſthuma diſſertatio *de facultate medica quatenus gratioſa eſt* prodiit Schneebergæ 1733. 4. cura Michaelis Alberti.

J. Fridericus Schreiber *vitam* Friderici Ruyschii anno 1732. Amſtelodami 4. edidit cum meritorum Anatomicorum, Chirurgicorum, Practicorum, Botanicorum accurata cenſura, & adſignatis ſæpe veris eorum inventoribus, quæ bonus ſenex optima fide ſibi tribuebat.

An eſſay for abridging the ſtudy of phyſic, Londin. 1733. 8. Satyra eſt.

J. Philippi Burggrau *lexicon medicum univerſale*, Francofurt. 1733. fol. Prima tantum pars inſignis operis prodiit, qua literæ A & B continentur. Res autem ad praxin, anatomen, rem herbariam, voces medicas antiquorum ſcriptorum, nomina animalium, &c. hic expoſuit, & practicam inprimis operis partem ſtudioſe perfecit.

Vita Chiraci exſtat in *Mémoires de l' Académie de Montpellier* 1733.

F. Gouel *an medicina recens antiqua præſtantior*, Pariſ. 1733. 4.

J. Rogers *ſome obſervations vvherin* Boerhaave *is vindicated*, Lond. 1733. 8.

Peter du Puy *vermackelyckheden omtrent de vryheit der heelkonſt*, Leyde 1733. 8. Contra Vinkium, medicos vetuſtos chirurgos fuiſſe, & æque inter ſervos clinicos reperiri ac chirurgos, neque hic quidquam præcipui medicinam habere oſtendere conatur. Ineruditus homo, qui cochleam auris a cochleari credit dictam fuiſſe.

Jacobi Brucker theologi, dudum, qui in hiſtoria literaria maximum laborem poſuit, *Hiſtoria vitæ* Adolphorum Occonum patris, filii, & nepotis & aliorum ad IX. uſque Auguſtanorum medicorum edidit Auguſtæ Vindelicorum 1734. 4. Adjecit recuſam Lucæ Schroekii *Hygienen Auguſtanam*. In Ejusdem *hiſtoria philoſophica* pleniſſime repetiuntur quæ ad Empedoclem, Pythagoram alioſque philoſophos & medicos ſpectant, tum quæ ad Paracelsum. In Ejusdem *Pinacotheca virorum illuſtrium* quæ ab anno retro 1741. prodiit Auguſtæ Vind. fol. vitæ & icones celebrium medicorum F. Hofmanni, L. Heisteri, aliæque continentur ab ipſis auctoribus ſuppeditatæ. In Ej. *Ehrentempel deut-*

Teutſcher gelehr ſamkeit ab anno 1747. edito 4. Auguſtæ Vind. medicorum ſeculorum XV. XVI. XVII. vitæ habentur H. CONRIGII, CONRADI GESNERI, JANI CORNARI, JOHANNIS POSTHII, T. REINESII, G. H. VVELSCHII, A PYRMINII GASSERI, floridaque elogia cum iconibus.

JOH. ZELLERI Archiatri *parentalia*, Tubing. 1734. fol.

J. ERNESTI STIEFF *Epiſtola de vita* DAVIDIS a GREBNER, Uratislav. 1734. 4.

GEORG. CRISTOPHORI DETHARDING *hiſtoriam morborum conſcribendi fida & arcana methodus*, Roſtoch. 1734. 4.

Memoria JOH. LINKII, Lipſ. 1734. fol.

MARCI HEERFORDT PEKEL *de connubio theoria & praxeos in ſtudio medico*, Havniæ 1734. 4.

GEO. PHIL. OLEARII *morale antidoton vulgo medicos nauſeanti oppoſitum*, Lipſ. 1734. 4.

REGNAULT *origine ancienne de la phyſique nouvelle* T. III. Amſtelod. 1735. 8. & niſi fallor anno ſuperiori Pariſiis. Varia ad rem medicam habet, ad circulationem ſanguinis, quam gloriam minus recte tribuit Jeſuitæ HONORATO FABRI & alia id generis, nimis cauſæ ſuæ gentique & ſocietati addictus.

CAR. FRID. HUNDERTMARK *de diis artis medicæ tutelaribus*, Lipſ. 1735. 4. diſputatio. EJ. *de incrementis medicinæ per expoſitionem ægrotorum*, Lipſ. 1739. & 1749. 4. Plurima pertinentia ad artis hiſtoriam habent. Explicat verſum VIRGILII de artibus mutis, nempe ingloriis. Templum ÆSCULAPII, decubitum in templo deſcribit. Oſtendit eum Deum certis ſatis & apud alios medicos probatis medicamentis uſum, &c.

J. ADAMI MORASCH *Biographia* 1735. 4. Auctor ni fallor D. GRIENVVALDT, quem dixi.

EDUARDI VVILMOT *oratio anniverſaria ex* G. HARVEII *inſtituto* habita, Londin 1735. 4.

GOTTFR. CHR. ROHTE *de nominibus & vocabulis quibus medicos eorumque artem appellarunt veteres Germani disquiſitio philologica*, Helmſtad. 1735. 8. *

HENRICI LAMPE *de honoribus, privilegiis & juribus ſingularibus medicorum*, Groning. 1736. 4. Erudita Juriſconſulti diſſertatio, qua oſtenditur, artem apud Romanos liberalem fuiſſe, & de archiatris, *periodeutis* doctoribus medicinæ, omnique medicorum ſtatu ab antiquis retro temporibus monumenta habentur.

MICH. HENR. REINHARD *de medicinæ originibus ſacris*, Torgau 1736. 4. *

FL. FRIDERICI HEISTERI (LAUR. filii) *apologia pro medicis atheiſmi accuſatis*, Amſtelod. 1736. 8. HIPPOCRATE nempe, GALENO, CARDANO, TAURELLO, VANINO, BROVVNIO.

Lettre d'un médecin de la faculté ſur ce que c'eſt que le brigandage de la médecine, Paris 1736. . . . * An forte practice potius ſcriptus libellus?

JUSTI GODOFREDI GUNZ *de auctore operis de re medica vulgo* PLINIO VALERIANO *adſcripti*, Lipſ. 1736. *de facibus in ſacris* ÆSCULAPII, ibid. 1737.

CAR. LINNÆI & J. F. SEGUIER *bibliothecas botanicas* non repetimus.

J. DIEDERICI VVINKLER *de* LUCA *Evangeliſta medico*, Lip. 1736. 4.

DANIEL de SUPERVILLE *gedanken von quakſalbern medicis und patienten*, Stettin 1736.

PETRI GERIKE *abhandlung von der heilungs gelahrheit*, VVolfenbuttel 1736. 4. EJUSD. diſſertatio *de ſcholis & inſtitutis medicis in Græcia & Ægypto*, Helmſt. 1748. & *de inventoribus artis gymnaſticæ*, ibid. 1748. quam tribuit HIPPOCRATI. In *chemia* ſua hiſtoriam etiam artis dat.

J. MORAND *eloge de* M. MARECHAL, Paris 1737.

POLYCARPI GOTTLIEB SCHACHER *funeralia*, Lipſ. 1737. fol.

VALENTINI ERNESTI LOESCHERI junioris *medici inſignes humanitatis ſtudiorum vindices*, Dreſd. 1737. 4.

QUIRINI GOTTFRIED SCHACHER *de juriſconſulto medico*, Lipſ. 1737. 4.

J. JAC. KIRSTEN *de phyſiologiæ ortu & progreſſu*, Altd. 1737. 4. EJ. *de ſincero medico*, ibid. 1736

ALBERTI SCHULTENS *oratio in obitum* HERMANNI BOERHAAVE, Leid. 1738. 4.

GEORG. HENRICH BEHR *lexicon phyſico-chymico-medicum reale*, Argentor. 1738. 4.

Gedanken von den urſachen des heutigen verfalls der edlen medicin und unmaſſgebliche vorſchläge denenſelben abzuhelfen, Danzig 1738. 4.

J. GEORGII SCHERTZII nomine edita *vita* JOH. SALZMANNI, Argentor. 1738. fol.
C. JOH. de BRUAZ *de vera artis medicæ æſtimatione*, Leid. 1738. 4.
Memoria ADAMI LIMPRECHT, 1738. 4. & in E. N. C.
GEORGII PHILIPPI MICHAEL *uſus & abuſus nedicinæ in republica*, Marburg. 1738. 4.
N. ANDRY *lettres de* CLEON *à* EUDOXE *touchant la prééminence de la médecine ſur la chirurgie*, Paris 1738. 12. Alibi laudavi, neque nunc repetam ſcripta numeroſa quæ ad litem medicorum Pariſinorum cum chirurgis pertinent. Jam apud ARISTOTELEM medicos architectonicos chirurgorum directores detexit, &c.
POLYCARPI FRIDERICI SCHACHER *de feminis ex arte medica claris*, Lipſ. 1738. 4.
LOUIS de SANTEUIL *les propriétés de la médicine par raport à la vie civile*, Paris 1739. 12. etiam citatus eſt. Contra eum libellum aſper alter exſtat *mémoire en quoi peut conſiſter la prééminence de la médecine ſur la chirurgie*, Paris . . . . 4. Nimius omnino, qui chirurgos Romæ liberos fuiſſe, cum medici ſervi eſſent, auſus eſt ſcribere.
THOM BERNARD BERTRAND, *Ergo ars medicandi tota in obſervationibus*, Pariſ. 1739. 4.
ABR. JOAN diſſertatio *refellens communem objectionem quod medicina ſit ars mere conjecturalis*, Erfurt. 1739. 4. *
Ars dirigendæ mentis ad rerum .... phyſicarum cognitionem, Venet. 1739. 8. *
NICOLO GRANITI *dell' antica e moderna medicina*, Venet. 1739. 4. *
Phyſic is a jeſt an humour a whim a mere faſhion, London 1739. 8.
VVILH. HANNÆI diſſertatio *de tardo medicinæ progreſſu*, Hafniæ 1739. 4.
VALERII ANDREÆ, AUBERTI MIRÆI, & FRANCISCI SVVEERTII *bibliotheca belgica cura & ſtudio* J. FRANCISCI FOPPENS Canonici, Bruxellis 1739. 4. vol. 2. recuſa eſt, ad medicinam fere inutilis eſt, & librorum mera nomina habet.
J. B. PAITONI *de vita & meritis* FABRICII BARTHOLETI *commentarius*, Venet. 1740. 8. in *opuſculis* recuſus.
EDUARDI MILVVARD *circular letter deſiring aſſiſtence in compiling a hiſtory of phyſic*, Londin. 1740. 8. * Exitum deſideratum non invenit. EJ. TRALLIANUS *redivivus* huc referri poteſt, Londini 1734. 8. editus, ſed ex practicis repetendus.
EDUARD RIBE *tal om nytta ſom phyſiquen hafvver vvid ſiukdomars igenkiännande och botande*, Stokholm 1740. 8. In *actis ſocietatis* ejus anni O. RUDBEKII junioris, & in diſſertatione CL. LINNÆI de horto Upſalienſi utriuſque RUDBEKII hiſtoria exſtat.
In VVILH. BECKET *collection of chirurgical tracts* exſtat fragmentum *introductionis to the hiſtory of phyſic and ſurgery*, partem majorem operis quod abjecit, cedens MILVVARDO. Catalogum habet codicum medicorum in Bibliotheca Soc. Reg. exſtantium, maxime Anglicorum. IDEM anno 1722. 8. ſeorſim ediderat *inquiry into the antiquity of touching for the kingsevil*.
PHIL. FRID. GARMANNI *de Diis medicis ad* OVID. *Met.* I. 321. & CORN. CELSI *medic. præf.* Miſenæ 1740. 4.
Health reſtored or the triumph of nature over phyſick Doctors and apothecaries, Lond. 1740. 8. *
ERHARDI REUSCH *invitatio ad* E. F. HEISTERI *or. de hortorum academicorum utilitate*; Helmſt. 1740. 4. habet celebrium botanicorum & fautorum botanices hiſtorias.
JOH. VVOLFGANGI KIPPING *allocutio qua luctum* LAURENTII HEISTERI *ex filii* E. FRIDERICI *obitu levare molitus eſt*, Helmſt. 1740. 4. & *ſupremum honoris & amoris officium* EIDEM dictum ibid. *Juſta funeri* BRANDAMI MEIBOMII *perſoluta*, ibid. 1740. 4.
BENEDICTI GOTTLOB CLAUSEVVITZ *de* LUCA *Evangeliſta medico*, Hall. 1740. 4.
N. KETEL *de medici clinici officio*, Ultraject. 1740. 4.
Cum PALLADII editione a J. S. BERNARD adornata catalogus non brevis chemicorum exſtat.
CHRISTIAN VVILHELM KAESTNER *mediciniſches gelehrten lexicon*, Jen. 1740. 4. Eorum medicorum vitæ ſunt, qui mortem jam obiverunt cum ſcriptorum præcipuorum catalogo. Magis ex ſcriptis aliorum, quam ex ipſis viſis auctoribus pleraque ſumta ſunt, & in exoticis imprimis hominibus Kæſtnerus parcior eſt. EJ. *kurzer begrif hiſtoire der mediciniſchen gelahrheit*, Hall. 1743. & 1748. 8. De ſcriptoribus hiſtoriæ medicæ legi meretur, tum in compendio antiquæ medicinæ. In inventis minus felix eſt. Sceleti utriuſque ſexus diverſitatem quis tribuerit B. S. ALBINO veris inventis abunde diviti? Quis laudat C. STEPHANUM quod œſophagum & aſperam arteriam per duo foramina delabi monuerit p. 241? COLUMBUM quod pleuram duplicem fecerit? EJ. *bibliotheca medica* Jen. 1746. 8. Adparet

ret optimum virum in hiſtoria inprimis medica ornanda vitam ſuam triviſſe. Hoc libello fere ea brevius repetit, quæ apud STOLLIUM ſunt ordine fere eodem, & ad ſingula capita conjectis nonnullis, paucis ſcriptoribus, cum judiciis. In ſelectu judicium, in exteris ſcriptoribus abundantiam alii deſiderarunt.

J. ERNESTI HEBENSTREIT *Progr. de archiatris & profeſſoribus*, Lipſ. 1741. EJUS *progr. ad* PLATNERI *orationem anniverſariam*, Lipſ. 1748.

CHRIST. ROSE *de* AUGUSTO *contraria medicina curato*, Hall. 1741. Conjecturam habet de CAMELIO, qui ante MUSAM AUGUSTI medicus fuerit, ab HARDUINO propoſitam, ſed ornatiorem.

MICH. ANTON KAISER *de medicinæ empiricæ veteris atque hodiernæ diverſitate*, Helmſt. 1741.

JOH. ROUVE *currus medicinæ triumphalis ſeu ſpecimen in medicinæ laudem, medici honorem*, Leid. 1741. 4. *

J. PAUL FINCKE *diſquiſitio cur ordo medicorum gratioſus dicatur*, Lubec. 1741. 4.

JAMES BODLEY *critical eſſays upon the vvorks of phyſicians*, Lond. 1741. 8. *

OL. RUDBEKII *oratio funebris*, Upſal. 1741. 4.

J. M. D. R. *Bibliothèque des philoſophes chymiques*, Pariſ. 1741. 3. tom.

SIM. PETRI GASSER *invitatio ad juſtæ exſequiarum funeri* FRID. HOFMANNI *ſolvenda*, Hall. 1742. fol.

BENJAMEN HOADLEY *oratio anniverſaria in theatro collegii medici Londin. ex* HARVEI *inſtituto habita*, Lond. 1742. 4. Omnes iſtæ orationes munificos viros feminaſque laudat, a quibus collegium medicum ditatum eſt.

Vita BELLINI exſtat cum *orationibus*, Venet. 1742. 8. editis.

CHR. FRID. HEMPELS *ſendſchreiben von den berühmten familien der aerzte*, Hall. 1742. 8. *

J. G. *Dictionaire médicinal*, Bruxell. 1742. 8. *

J. FRID. CARTHEUSER *de erroribus practicis ex falſa ætiologia promanantibus*, Francof. ad Viadr. 1742. 4. EJ. *bonum theoreticum eſſe etiam bonum practicum*, ibid. 1743.

Hiſtoire de la philoſophie Hermétique avec un catalogue raiſonné des auteurs qui ont écrit ſur cette ſcience. Pariſ. 1742. vol. 3. 12. * An idem liber dictus ad 1741?

J. LUC. ELZMANN *officium medici coram ægris*, Syvæducis 1743. 8. *

BENJ. VVOLF. GINTZBURGER eruditi judæi, *medicina ex talmudicis illuſtrata*, Gotting. 1743. 4.

J. JUNKER *de certitudine medicinæ in genere*, Hall. 1743. 4.

A. E. BUCHNER *de influxu chymiæ in medicinam*, Erfurt. 1743. 4.

DAVID BARNVVASSER *an in medicina practica fortuna requiratur*, Francof. Viadr. 1743. 4.

F. E. BRUKMAN *bibliotheca animalis oder verzeichnüſſ von den meiſten ſchriften ſo von thieren handeln*, VVolfenbüttel 1743. 8. & continuatio *bibliothecæ animalis*, ibid. 1747. 8.

VVILHELMUS BURTON (ſed priorem editionem anonymus edidit) *account of the life and vvritings of* BOERHAAVE, Londin. 1743. 8. & 1746. 8. ſcriptum eſt hoc elogium anno 1741. Continet hiſtoriam vitæ CL. viri, tum ſcriptorum catalogum, & epiſtolas aliquas ad C. MORTIMER.

G. RUD. BOEHMER *de difficultatibus in medicina addiſcenda*, Lipſ. 1743. 4.

J. BRUHIER *mémoire pour ſervir à l'hiſtoire de* SYLVA, Pariſ. 1744. 8.

HERMANNI VENEMA *oratio funebris in memoriam* VVIERI GUIL. MUYS, Franeker, 1744. fol.

VVIGANDI RAHLER *vita* ENRICI CORDI, Rinteln 1744. 4.

GOTTLOB FRID. GUDEN *gedenkmahl* D. DAVID SAMUEL KULAS *phyſici zu Malmoe*, Görliz 1744. 4.

ILL. ſoceri H. FR. TEICHMEYER *progr. funebre*, Jen. 1744. fol.

Königl. Pruſſiſche general mediciniſche ordnung fur Schleſien und Glatz ſamt conſtitution zvveyer collegiorum medicorum & ſanitatis, Breslau 1744. 4.

FRANC. ADAM VVOLF de VVINTER *de cautione in obſervationibus phyſico-medicis adhibenda*, Altorf. 1744. 4.

FRIDERICI VVILH. KRAFT *de pietate obſtetricum & medicorum*, Jen. 1744. 4.

J. GOTTLOB STOER *de theologorum in metallurgiam meritis*, Lipſ. 1744. 4. *

JANI PLANCI vita FABII COLUMNÆ cum nova editione *phytobaſani* prodiit, Florent. 1744. 4. Addidit Academiæ Lynceorum hiſtoriam, contra quam DOMINICUS VANDELLI Mutinæ anno 1746. 4. edidit *conſiderazione ſopra la notizia degli Accademici Lincei ſcritta dal* S. G. BIANCHI, qua carpitur PLANCUS, quod multos LYNCEOS omiſerit. Cumque ſub nomine SIMONIS COSMOPOLITÆ reſpondiſſet BIANCHUS, VANDELLIUS ſub titulo CYRIACI SINCERI Modonenſis *litteris* octo denuo aliqua reſpondit. Parum huc pertinent, niſi velis hiſtoriam inventorum teleſcopiorum, & ad LYNCEOS aliqua.

Vita J. H. de HEUSCHER a CL. HAENELIO ſcripta cum ejus viri operibus omnibus, Lipſ. 1745. 4.

FRIDERICI VVIEDENBURGII *elogium* J. HENRICI SCHULZII, Hall. 1745.

LUDOVICI MICHAELIS DIETERICHS *de theſi* BOERHAAVIANA *functio lege mechanica fit & per eam tantum explicari poteſt*, Ratisbon. 1745. 4.

R. JAMES *medicinal dictionary*, Lond. 1745. fol. gallice verſum a DIDEROTO, celebri ut fertur Deiſta, aliiſque prodiit, Pariſ. vol. 6. in fol. anno 1747. 1748. Initium fit ab ipſa, ſatis longa, medicinæ hiſtoria cum vitis præcipuorum medicorum & commendatione ſimplicitatis in ea arte. Ipſum opus habet omnem artis ambitum compilatum, chemiam ex BOERRAAVIO, præſagia ex HIPPOCRATE, praxin ex BOERHAAVIO & HOFMANNO, anatomen ex J. B. VVINSLOVV, chirurgiam ex HEISTERO. Deſidero certe ſelectum, fonteſque meliores, neque tot aut inutilia, aut aperte falſa, ut peſtem Leidenſem, quæ Leidæ ſævierit, quam BOERHAAVIUS proprio libro deſcripſerit.

J. AD. KULMUS viri doctiſſimi *programma funebre*, Gedan. 1745. fol.

NICOLAI SCANAGATI *de* ALEXANDRO KNIPSMACOPPE *& de remediis ab eo maxime illuſtratis commentarium*, Patav. 1745. 4. Vitam ALEXANDRI & elogia continet.

ANTONII le CAMUS *amphitheatrum medicum*, Pariſ. 1745. 4. Ad hiſtoriam PERRALTI & SAVOTI, laudeſque nonnullorum primariorum medicorum Gallicorum noſtri ævi pertinet.

CHRISTOP. FRID. AYERMANN *programma funebre ad mortem* HEINSINGII, Gieſſ. 1745. 4.

J. HEERONYMI KNIPHOF *de manuſcriptis præcipue medicis Erfordienſibus*, Erf. 1745. 4.

CAROLI GIANELA *Epiſtola ad* MORGAGNUM *de legendorum librorum medicorum ratione inſtituenda*, Venet. 1746. 8. Bibliotheca medica brevis, initio in præcticis facto, & dato conſilio, ut ab HIPPOCRATE legendi fiat initium. Inde percurrit reliquas artis partes. Multa certe ingenuus deſidero. Quis ferat inter obſtetricios ſcriptores laudatum de MAUBRAY? CÆSALPINI Libros anatomicos anno 1559. ſcriptos, laudem primarum figurarum tributam C. STEPHANO, ductus thoracici inventum adſcriptum JOHANNI van HORNE, LAMBERTUM VELTHUYSEN laudatum inter anatomicos, OTHONEM pro TACHENIO citatum, &c?

J. JACOBI REISKE *obſervationes medicæ ex Arabum monumentis*, Leid. 1746. 4. Diſcipulus ALBERTI SCHULTENS multa hic ex fontibus Arabicis ad hiſtoriam medicam confert. Variolas in Arabiam anno 572. advenisse. De meritis medicis pſeudo prophetæ MUHAMMED. De ABU OSEIBAH vitarum illuſtrium Arabum ſcriptore.

NICOLAI ROSEN *tal om en opartisk och foernuftig medici förnamſte göromal*, Stokholm 1746. 8. Medici officia recenſet, anatomes, phyſiologiæ, mechanices, cognitionem, & varia civibus ſuis conſilia ad illuſtrandam medicinam aperit.

J. CAROLI VVILLELMI MOEHSEN *Epiſtola I. de M. S. medicis quæ inter codices B. Regiæ Berolinenſis adſervantur*, Berol. 1746. *Epiſtola* II. ibid. 1747. 4. De codicibus chemicorum hieroglyphicis & neceſſitate colorum. De codice M. S. operis RHAZIS ad ALMANSOREM. De codice J. PLATEARII. De horto Eyſtettenſi, horto ſicco J. S. ELSHOLZII, &c.

ABRAHAMI BAECK *tal om nyttan ſom tilſlyter läkerckonſten af en vvoal inrättat Lazaret i Stokholm*, Holm. 1746. 8. Oſtendit quam neceſſe ſit noſodochium eſſe, in quo cauſæ morborum & mortium ex diſſectionibus patefiant: in quo clinici medici morbos obſervare diſcant & curare, ſpecifica remedia explorentur, &c. Medicinæ in Suecia ſtatum deſcribit, & cupit emendatum.

FRIDERICI VVINTER *oratio de certitudine in medicina*, Leovard. 1746. fol.

In BOUILLET *ſuite des élemens de médecine* anno 1746. excuſa defenditur certitudo artis medicæ.

J. ERN. KAPPII *programma funebre* AUG. FRID. VVALTHERI *memorie conſervatum*, Lipſ. 1746. fol. & J. ZACHAR. PLATNERI *programma quo memoria* A. F. VVALTHERI *oratione anniverſaria excollenda indicatur*; ibid. 1747. & C. G. LUDVVIG *panegyricus in* VVALTHERUM; ibid. 1747. 4.

GUI

GUILIELMI BATTIE *oratio anniverſaria* HARVEIANA, Londin. 1746. 4.

J. GOTTFR. GEISLER *de* PHOTII *ſcientia medica diſſertatio*, Lipſ. 1746. 4.

Memoria JOH. CASP. KUCHLERI, Lipſ. 1746. fol.

JAC. NICOLAI VVEISS *de re medica veterum Græcorum*, Altdorf. 1746. Incubationis habet hiſtoriam.

JOHN BARKER *eſſay on the agreement betvvixt antient and modern phyſicians*, London. 1747. 8. gallice verſum a R. SCHOMBERG cum titulo *Eſſay ſur la conformité de la médecine des anciens & des modernes*, Amſtelod. 1749 8. Et huc & ad praxin poteſt revocari. Scopus eſt oſtendere, medicinam firmis legibus niti, & modum quo acuti morbi ſanantur, eumdem apud HIPPOCRATEM, GALENUM, SYDENHAMIUM & BOERRAAVIUM eſſe; artificiales vero methodos omnes brevis ævi fuiſſe, eamque opinionem per ſingula auxilia demonſtrat.

Eſſai ſur le caractère du grand médecin ou èloge critique de BOERHAAVE, Cologne (Leide), 1747. 8. Auctor eſt D. MATY. Laudes BOERHAAVII habet abſque adulatione, neque exigua, quæ in ejus viri eruditione vitia fuerunt, diſſimulat. Inventa tamen ſingulatim non æque enumerat.

Collegii medici Brunſvicenſis novæ leges, certe ſaluberrimæ & medico ordini honorificentiſſimæ anno 1747. fol. editæ ſunt, illique collegio omnis medicina, chirurgia & pharmacia in ditionibus Brunſvicenſibus ſubjecta.

Hoc anno in Belgio JULIANUS OFFRAI de la METTRIE edidit *la faculté vengée* amaram ſatyram in illepidam comœdiam congeſtam, contra medicos Pariſienſes. Succeſſit majus opus anno 1748. ſub titulo *ouvrage de Penelope ou Machiavel en médecine par* ALETHEIUS DEMETRIUS. Totam equidem medicam artem percurrit, & nihil inculpatum dimittit, in BOERHAAVIUM, LINNÆUM, VVINSLOVVUM, Gallos medicos omnes injurius, ignarus ipſe, qui ignoret C. MAGATUM, G. FABRICIUM HILDANUM, H. FABRICIUM ab AQUAPENDENTE & D. de MARCHETTIS medicos fuiſſe, eoſque pro chirurgis omnes habeat. In *palinodia* ſecundi tomi medicos defendit multum uſus *Bibliotheca* quæ vocatur *raiſonnée*. Anno 1749. 8. ſucceſſit *ſuplément à l'ouvrage de Penelope*. Hoc inprimis libello Pariſinos medicos, ASTRUC, FERREIN, (ut SENACO gratificetur), SYLVA & BOUILLAC exagitat, neque verus, neque æquus cuiquam.

Programma funebre in memoriam J. F. CRELLII, Helmſtad. 1747. fol.

FRANCISCI RONCALLI *Europa medicina* 1747. fol. edita continet epiſtolas auctoris ad varios Europæ medicos, per quas e ſingulis ſtatum medicinæ novaque inventa patriæ ſuæ conatus eſt addiſcere. Aliqui non reſponderunt, alii bene & utiliter, inprimis Itali, A. PASTÆ, M. GHISI, J. CALVI, ARC. CAPELLI, ANT. FORMICÆ, MARCI FLORI, J. G. RIEGERI bonæ ſunt epiſtolæ. Ex libris etiam decerpſit methodos, quas credebat in quavis regione inprimis in uſu eſſe.

Programma funebre in obitum J. Z. PLATNER, Lipſ. 1747. fol. BENIAMINI BOEHMERI *panegyricus* PLATNERO *dictus*, ibid. 1748. 4. Eamdem vitam cum opuſculis PLATNERIANIS dedit CL. ERNESTUS, Lipſ. 1749. 4.

RUD. AUG. BEHRENS *de felicitate medicorum aucta in terris Brunſvicenſibus*, Brunſvvic. 1747. 4. Laudat novas leges & nova privilegia collegii medici Brunſvicenſis. Sed latius excurrit, & fabellas medicis ob ſervitudinem Romanam objectas diſſipat.

FR. GOTTL. JACOBI *ſpecimen philoſophiæ* HIPPOCRATICÆ Lipſ. 1747. 4.

JAC. HAVVLEY *oratio anniverſaria* HARVEIANA, Londin. 1747. 4. Ejuſdem ſcopi ut reliquæ, ut laudentur, qui medicum collegium ditarunt.

CHRISTIANI ALBERTI GOTTLIEB GRUNER *conſilium pro bibliotheca phyſiologica ſcribenda*, Altdorf. 1747. 4.

FRIDERICI LESSER *vita* J. THALII celebris Northuſani Germanice prodiit 1747. 4. EJ. *ehrengedächtnüſſ* CHRISTOPH. CONRAD SICELII, Northuſ. 1748. 4.

Hoc anno cepit edere CL. FRIDERICUS BORNER *nachrichten von den vornemſten lebens umſtaenden und ſchriften itzlebender aerzte und naturforſcher in und um Deutſchland*, cujus operis 5. decades & 50. omnino vitæ medicorum prodierunt, pleræque ab ipſis medicis ſubmiſſæ.

Leben J. HENRICH BUSCHERS, Brunſvvic, 1748. 4.

GEORG.

GEORG. VVILHELM. STOELLERS *leben* 1748. 8. J. G. GMELINI opus, quo vitam celebris ob peregrinationem in ultimam Aſiam & primam Americam botanici deſcripſit, & fabellas admiſtas exterminavit.

GIO. GIROLAMO CARLI *ſcritture intorno a varie operette del* S. D. GIOV. PAOLO SIMONE BIANCHI *di Rimini* T. I. Florent. 1749. 8. Eriſticum ſcriptum, quo editos in propriam laudem libellos & alia PLANCO objicit.

J. BARROVV *Dictionarium medicum univerſale*, Londin. 1749. 8. *

PHILIPPI CONRADI FABRICII *de autopſia utilitate & præſtantia*, Helmſtad. 1748. 4. Theoriarum etiam mathematicarum infirmitatem exagitat, & nihil gratis aut præter ſenſuum teſtimonium recipi debere oſtendit. EJ. *de inſignibus incrementis quæ ſcientia medica fundationi academicarum accepta refert*, Helmſtad. 1749. 4. Multa melius & integrius in Academia, multa ibi unice doceri oſtendit.

C. FRID. KALTSCHMIDT *chirurgia medicis vindicata*, Jen. 1749. 4. programma.

VVILH. LEVVIS *oratio habita in dedicatione bibliothecæ* RATELEFFIANÆ, Londin. 1749. 4. *

Ironic and ſerious diſcourſes on phyſic, Lond. 1749. 8. Satyræ quatuor in artem medicam, tum diſſertatio de origine tituli doctoris & de medicamento STEPHANIANO.

Vita J. G. GMELINI memorabilis utique ob longa & feliciſſima itinera in Aſiam orientalem ad augendam rem naturalem ſuſcepta prodiit Tubingæ 1749. fol. ibid. 1750. 8. & Germanice, Gotting. 1750. 8.

Lettre d'un médecin de Montpellier à M. C. D. F. *au ſujet de l'examen de* M. LOUIS, Pariſ. 1749. 4. Exagitat mores & ignorantiam primi chirurgi, qui publico examine, aut diſputatione potius, gradum chirurgi academici meruit.

THOMAS KNIGTHS *reflexions upon catholicons*, Londin. 1749. 8. potius ad praxin pertinet.

MICHAELIS GOTTL. AGNETHLER LAURENTIUS JOHANNES NEPOMUCENUS REEN *plagii literarii convictus*, Hall. 1750. 4. Contra exſcriptorem diſputationum Halenſium, quas in unam ſuam, Harderovici defenſam, conſtipaverat.

ERNST GOTTFRID KURELLA *entdekung der maximen ohne zeitverluſt und mühe ein berümter arzt zu vverden*, Hall. 1750. 8. Malas artes recenſet, quibus in Germania ad famam & gratiam pervenitur.

J. LUD. QUENTIN *de vita & meritis* MELCHIORIS FENDII, Helmſtad. 1750. 4.

ARCUDII CAPELLI *de vita* SANCT. SANCTORII, Venez. 1750. 4. *

B. DAV. MAUCHARD *de meritis* J. TAYLOR, Tubing. 1750. 4.

Nullus eſſet finis libri, ſi omnia ſubſidia hiſtoriæ medicinæ hic enumerare vellem. Omnis fere hiſtoria huc pertinet. Pleriſque editionibus *operum omnium* vitæ auctorum adjectæ ſunt. Biographi omnes huc faciunt, quorum paucos enumero, quod iis plurimum ſim uſus. JANUM NICIUM ERYTHRÆUM, Elogia Thuanea, SCÆVOLÆ SALMERTHANI elogia Pictavii 1600. 8. &c.

THOMÆ STANLY *hiſtory and lives of philoſophers*, Lond. 1655. fol. 1687. fol. & alias excuſa eſt.

PAULI FREHERI *theatrum virorum eruditorum*, Norimberg 1688. fol. non legi.

Neque J. MOELLERI *Cimbriam literatam ſeu ſcriptores Ducatus Sleſvvicenſis & Holſatici*, Sleſvvic. 1687. 4. Hafniæ 1744. fol.

Levens beſchryvinge van beroemde Mannen, Amſtelod. 1730. &c.

Biographiæ vero a S. R. GOETTENIO, a CL. RAHTLEF, & STRODTMANNO editæ ad manus fuerunt.

Beyträge zur hiſtorie der gelehrheit, cujus libri tomi 5. nuper Hamburgi prodierunt. CL. NICERON *Mémoires* ſeu vitas eruditorum vol. 40. Pariſiis editas paſſim exhibui. Porro J. S. MAITTAIRE *annales typographici*. JOS. AMES *typographical antiquities*, Lond. 1749. JAC. FRID. REIMANN *bibliothecam acroamaticam*, Hanoveræ 1712. 8. huc pertinent Dictionaria illa vaſtiora BAYLEI, L. MORERI, JOECHERI, CHAUVIN, HARRISII inprimis & E. CHAMBERS huc faciunt. Diaria omnia, & inprimis JOURNAL *des* SAVANS, *Acta literaria Suecica*, *Acta Danica*, *Acta Balthica*, *Bibliothèque Raiſonnée*, J. CINELLI CALVOLI *biblioteca volante* cujus novam editionem anno 1746. Venet. 4. recuſam nondum vidi. Academiarum hiſtoriæ huc utiliter faciunt, inter quas valde deſideravi VVOODII *Athenas Oxonienſes*, NICOLAI COMMENI PAPADOPULI *hiſtoriam Gymnaſii Patavini*, Venet. 1726. fol. ANTONII

etiam

etiam MONGITORIS *bibliothecam Siculam*, Panorm. 1708. fol. J. CASP. ZEUMERI *vitæ profeſſorum Jenenſium*, Jen. 1711. 8. aliaque infinita nullus finis eſt repetere. Ne catalogos quidem librorum ſprevi, ut limus tamen memores ſæpiſſime vitioſos ibi annos ex incuria typographorum recenſeri. Huc *Bibliotheca* RIVINIANA, Lipſ. 1723. 8. Catalogus Bibliopolii ENDTERIANI, Norimb. 1695. 12. *Bibliotheca* UFFENBACHIANA, Francof. 1731. 8. aliquot vol. ſed valde vitioſa. FR. de SEINE *bibliotheca Sluſiana*, Rom. 1690. 4. *Bibliotheca* HERMANNI BOERHAAVE, Leid. 1739. 8. *Bibliotheca* LEHMANNI Lipſienſis P. Lipſ. 1740. 8. *Bibliotheca* HARLEIANA, Londin. 1743. 4. vol. 8. *Bibliotheca* BURCKHARDIANA eximia iſta & optimo ordine diſpoſita, VVolfenbuttel 1745. vol. 2. *Bibliotheca* VVALTHERIANA, Lipſ. 1747. 8. *Bibliotheca* HAENELIANA Lipſ. 1747. 8. cum CL. viri vita. *Bibliotheca* PLATNERIANA, Lipſ. 1749. 1750. 8. vol. 3. qua inprimis ut recentiſſima & pene pleniſſima multum uſus ſum.

In *diſſertazioni epiſtolari del* D. ANTONIO FELICI Venet. 1748. 8. editis *prima* eſt de augmentis & remoris medicinæ, vitiis medicorum, idea ſocietatis medicæ: *altera*, quod prima principia corporum cognoſci nequeant.

CASP. GEORGII MIEG *vita* VVILHELMI BERNHARDI NEBEL, Heidelberg. 1748. 4.

Raccolta del medico carteggio paſſato fra D. ANTON. FRANCESCO SIMONELLI *e* BARTOLOMEO NOVELLI *intorno alla cura d'una tiſichezza*, Jeſi 1749. 4. *

RUDOLF. AUGUST. NOLTEN *de juribus medicorum in Ducatu Brunſvvicenſi*, VVolfenbutt. 1750. 4.

FRIDERICI BOERNER de ALEXANDRO BENEDICTO *medicinæ inſtauratore*, Brunſvvic. 1751. 4.

Iatro-rapſodia, Londin. 1751. 8. Satyra, in qua veteres medici laudantur, recentiores exagitantur.

F I N I S.